SENTENTIARVM VOLVMEN ABSOLVTISSIMVM, A STEPHANO BELLENGARDO LEMOVICO.



Opus prorsus nouum, & ab iis omnibus, quæ eodem titulo circumferuntur, longe diuersum: nec non omnium facillimum.

Omnia conando docilis solertia vincit.





LVGDVNI,
Typis suis excusit Ioannes Tornæsius Typographus Regius,
M. D. LIX. KAL. IVL.

Cum Priuilegio ad sexennium.

1720 —



ILLVSTRISSIMO INVICTISSIMOQVE REGI NAVARRÆ, ANTONIO BORBONIO,

Stephanus Bellengardus S.





ETSI mihi non erat optandum (Rex clarissime) eam subire sortem quæ omnium oculis obiecta est, qui ingenij vim in communem vtilitatem conferunt: præsertim cùm eousq; stupenda temporum nostrorum calamitas prorepserit: vt non tam ex scriptorum iuuandi studio, quàm ex vulgi arbitrio iudicetur: studiosorum tamen mos, isq; vere laudabilis, mihi venit in mẽtem, qui de moribus luculenter conscripta volumina, peruigili & accurata diligentia euoluentes, quæ & animum exornant, & memoratu dignæ sunt, sententias seligunt. Me dein, vt opus hoc laboriosum magis, quàm ingeniosum conficiendum susciperem, physiologi & multiscij Plinij commouit industria: qui nihil vnquam legisse fertur, quod non excerperet, inquiens nullum cuiuslibet artis volumen, ita rude neglectumq; esse, quod non aliqua ex parte prodesset. Consimili studij genere Dictatorem Cęsarem oblectatum fuisse perspicuum est, qui ab vrgentibus etiam bellis grauissimis, nec non honorum insignibus, & plus æquo exoptatis populi fascibus, ad collectanea condenda animum reuocauit. Annus secundus agitur, ex quo singulari quodam Dei beneficio ad Lemouicensis Gymnasij prouinciam obeundam domo euocatus, & ad linguæ latinæ docendæ munus electus, cùm & meorum & permultorum aliorum orationes nulla sententiarum vbertate valere, sed inanium duntaxat verborum flumine scatere viderem: mediusfidius pro officij mei instituto diuinum illud Platonis animo perpendens, me non mihi, sed communi vsui natum esse, orationis siccitatem tam auidè adamari, sententiarum verò grauitatem negligi, grauiter & iniquo animo passus sum. Itaque etsi in

ſcholaſtici muneris functione, tot tantisq; cõſtringerer vndiq; negotijs (opus enim erat Hydram expugnare) vt ne libera quieſcendi à labore concederetur facultas : Etſi eos autores potiſsimum interpretandos ſelegerimus, qui totum hominem etiam lychnobium, requirunt, Socratem tamen imitando, Cleanthisq; lucubrationes vſurpando, propoſitum opus ad exitum perduximus. Plus apud me quidem valuit publicæ, quàm priuatæ vtilitatis ratio, cùm Pyladea quadam, vt dicitur, amicitia, iuriſprudentiæ ſtudia, vt communi omnium vſui inſeruirem, diſtuli. Animaduerti ſanè non nobis ſolùm acuendam eſſe linguam, ſed etiam pectus illuſtrium artium cognitione exornandum, orationem deniq; non tam verbis, quàm ſententijs fulciendam, ne verborum garritus tanquam inanis rideatur: ſiquidem haud phalerato verborum ſtrepitu, vel legentis, vel audientis capitur animus, vbi nullus ſententiarum renitet ornatus. His ego itaque rationibus impulſus cùm gnomologias ita conditas eſſe inſpicerem, ac ſi condita non eſſent: cùm iuuenes non minus circa eas videri ieiunos quàm ſi decerptę non eſſent, animaduerterem: cùm eos Tantalica cupiditate in medio ſententiarum flumine areſcere præuiderem : nequaquam animum cohibere meum potui, quin tanquam ex prato omnium florum genere refulgenti, quoſlibet in ſuum appoſito ordine locum collocarim. Haud equidem paſsim obuios ſumpſi lapillos: haud in littore ſparſos collegi: ſed exquiſitos aliquot ex abſtruſis autorum theſauris deprompſi : ab intimis naturæ arcanis, è penitiſsimis diſciplinarum adytis erui : ab eloquentum poëtarum fabulis, à nobilium hiſtoricorum monumentis exhauſi. Qua profectò in re, vt duplex eſt difficultas, ſic gemina induſtria. Primùm nonnihil eſt perueſtigaſſe quod ſit egregium : neq; verò minus eſt quod inueneris, id concinniter accommodare. At dicet aliquis, quàm egregiè Ciceronis ſententiæ à Lagnerio in compendium redactę ſunt. Quanto ingenij acumine, poëtarum flores à Mirandula collecti elucent. Quàm copiosè & eleganter, Similia, Parœmiæ, Apophthegmata ab Eraſmo tradita ſunt. Quàm luculenter à Valerio Maximo, Romanorum & Græcorum exempla perueſtigata ſunt. His ego ingenuè reſponſum volo, nihil dici, quod dictum non ſit prius : nihil hîc à me diſponi, quod inuentum non ſit prius. Sed, proh deûm atque hominum fidem, quàm confusè, nulloq; ſeruato ordine, in tot tantisq; voluminibus hactenus iacuerunt ſententiæ, vt cuiq; etiam audentiſsimo terrorem incuterent? Quædam in tam denſam ſyluam ſenſus occludebant, vt niſi ſtudio vis inferretur, ſe vix mihi aperiri viderentur. At verò charitatis vigor vicit me, cõſtanterq; compulit, vt quę ſparſim

ſim apud complures autores interuallo diſiuncta reperiebantur, ea in vnum, eumq́; facillimum ordinem redigerem, traderemq́; ſtudioſis, quæ citra tædium & moroſam inueſtigationem perſpicerent. Fortè iuxta prouerbium illud, modus in re omni optimus, ſat mihi erat in colligendis ſententijs adhibere modum, cùm tantùm operæ ſit impenſum huic negocio, vt citiùs metuerem ne lector copiam pertæſus, exclamaret, Ohe iam ſatis eſt, quàm aliquam deſideraret acceſsionem. At ita me dij ament, tanto harum ſententiarum deſiderio delinitus hactenus fui, vt nihil aliud magis exoptarim, quàm vt hæc laboris portio, tantum vtilitatis adferret ſtudioſis, quantum mihi in colligendo attulit voluptatis. Quapropter (inuictiſſime Princeps) & ſummus tuus erga ſtudioſos omnes amor, isq́; præſertim quo in Lemouicarum vrbem adueniens, erga me vſus es, dum tibi carmina quędam offerrem, vt ea diuinæ & nobilitati & maieſtati tuæ dicarem impulit: quæ quaſi ex Heſperidum hortis redolentiora in vnum collegi. Non hîc dialecticorum argutiæ, non clamoſi fori iurgia, non inanes poëtarum nugæ, mentis tuæ vigori offeruntur: ſed ea ſcitu digniſsima quæ de moribus, de Repub. adminiſtranda, de bello iuſtè gerendo prodiderunt philoſophi. Hæc igitur qui omni fulges doctrina, qui nobiliſsimis moribus inſtitutus, ſacrum virtutibus domicilium præſtas, hilari vultu, vt mea carmina, ſuſcipe, cæterisq́; tua autoritate legenda præbe. Vale.

DISCENDO SENESCE.

Idem ad Lectorem.

Quod freta non metuit, tempeſtatemq́; ſonoram:
Quod rutilo horriſoni nec perit igne Iouis:
Quod nec Saturnus rigida præſcindere falce,
Quod nec liuor edax carpere dente poteſt:
Quod fouet amplexu Græcorum inſignia dicta,
Quod Romanorum ſcriptaq́; culta refert:
Quod Sophiam paruo totam complectitur orbe,
Quæſitum ex multis perlege lector opus.


Emanuelis Phauorini Burdegalensis Medici in volumen Sententiarum Stephani Bellengardi Epigramma.

Hic cœlum terraq́; patent, hic murmure vasto
Intonat Oceani fluctus & vnda procax.
Hic aer, nubesq́; caua, furiosaq́; latè
Fulmina, & æthereo quæ micat igne domus.
Hic terræ seges alta, laborq́; colonibus aptus,
Hic Phlegetontæis vnda refusa vadis.
Et si quid natura potest meliore metallo
Extra oculos hominum ponere, & ante oculos.
Quodq́; magis mirère, volunt hic picta videri
Simplex integritas, integra simplicitas.
Hic Socratis leges, diuiniq́; ora Platonis,
Hic latitat Stoicæ turba seuera scholæ.
Vis animum formare tuum, linguamq́; disertam
Reddere, vis mores conciliare pios,
Vis cognosse deum, vis te? (hæc sapientia prima est),
Vis alios? (namq; hæc esse secunda potest),
Hæc lege : nil potuit fœlix audaxq́; vetustas
Ut poterunt maius postera secla nihil.

Aliud in idem volumen per eundem.

Inuida ne sanctos tollant oblivia mores
Magnaq́; doctorum tot monumenta sophôn,
Bellengardus honos musarum ingensq́; minister
Hic tibi dat veteri præmia parta toga.
Castraq́; in hæc sudans Græcæ latiæq́; camœnæ
Attulit ignotis clara trophæa locis.
Hic Phœbi decus, & musarum grata supellex,
Quæq́; Iouis summi vertice nata dea est.
Hic Flora est Zephyrum spirans, Charitesq́; decentes
Cantantes varijs aurea dicta sonis.
His vinces carmen Circes, doctæq́; Calypsus,
Molyq́; non istis tutius esse potest.

Index eorum quorum exempla referuntur in hoc volumine.



*

A

Abarthomius. 431
Abij. 3
Abſais Hebræus. 382
Admetus. 445
Adrianus Cæſar. 324
Aegæus. 464
Aelius Adrianus. 405.587
Aelius Mantia. 367
Aelius Verus. 373.374
Aemilius Lepidus. 304
Aeſchylus. 84.420
Aeſchines. 129.220
Aeſopus. 262
Africanus Cenſor. 64
Africanus poſterior. 198
Africanus ſuperior. 64.198.490. 580.587
Agathocles. 191.401
Ageſilaus. 57.141.144.166. 212. 222. 230. 239.249. 267.275. 289. 294. 348. 356. 364. 399. 405.470.495.510.542.542.562
Ageſipolis. 125
Agis. 141.249.314.405.406.562
Aglaus Pſophidius. 476
Agrippina. 464
Alcamenes. 356
Alcibiades. 190. 228. 305. 430. 431.515
Alexãder Macedo. 56.58.75.108. 127.142.144.166. 222. 238. 239 251.274.309.338.361.371. 382.428. 489.515.528.568.578
Alexander Seuerus. 93. 141. 155. 404.526
Alexinus ſophiſta. 348
Amaſis. 310.358.452.511
Alphonſus rex. 27.121.125.133. 222.526
Anacharſis Scytha. 144.145.356. 393.542
Anacreon. 420
Anaxagoras. 251. 350. 373. 421. 476
Anaxandridas. 224.275.541
Anaxilas. 406
Anaxilaus. 558
Anneus Lucanus. 609
Antalcidas. 406.541
Antemon. 582
Antigenides. 239
Antigonus. 98. 125. 214. 235. 244. 274.289. 304.431.439. 526
Antiochus. 65. 104. 324 . 346. 405.528
Antiochus Accipiter. 266
Antipater. 251
Antiphanes. 450
Antiſthenes. 8.57.75.76.99.107. 121. 128. 130. 133. 164. 166.210. 244. 289.304.310. 407.541.562
Antoninus Pius. 407.421
Antoninus Caracalla. 431
Antoninus Geta. 511
Anytus. 48
Appelles. 78
Apicius Imp. 375
Appollonius Tyaneus. 350
Appianus. 420
Appius Claudius. 129.305. 430. 441.451.541.554
Aratus Sicyonius. 398
Arceſilaus. 74.104.161.361.407. 515.474
Archelaus. 428
Archelimus. 483
Archidamus. 74. 76. 78. 90. 98. 99. 100. 111.144. 165.249. 336. 561.
Archimedes. 350
Archytas Tarentinus. 65.405.615
Arganthonius. 554
Argeus. 512
Arimneſtus. 102
Ariobarzanes. 464
Ariſtides. 338.405.470.474.476
Ariſtippus. 21. 48. 56.57.71.87. 104. 109.206. 212.317.315.364. 38..406.421.481.488
Ariſtobulus. 458
Ariſto. 49
Ariſtomenes. 382
Ariſton. 279.302
Ariſtophanes. 542
Ariſtoteles. 1.33.44.47.56.58.88. 73. 79. 101. 104. 109. 117. 122. 248. 282. 293. 313. 315. 322. 354. 358.35 .360.385 389.392. 96.472. 542.615.
Artaxerxes. 125.232.346.362.465
Aſclepiades. 251
Aſdrubal. 581.608
Aſinius Pollio. 558
Ateas. 399
Athenodorus. 324
Attalus. 266
Attilius Calatinus. 253.305.476
Attilius Regulus. 476
Auguſtus Cæſar. 154.233.267.337. 500.594
Aulus Albinus. 332
Aulus Fuluius. 465
A.Gabinius. 305
Aulus Iunius Valer. 383
Aulus Vitellius. 430
Aurelianus. 420
Aurelius Diocletianus. 404

B

Bias. 109.134.249.542
Bion. 8.87.158.179.203.206.210. 248.300.318.362.421.521.553.
Blaſius. 242
Blauius. 141
Braſidas. 249.382
Brennus rex. 93.159.316
Brutus. 609

C

Cadmus. 215
Cæſar Auguſtus. 94
Cæcilius Metellus. 75
Cæſelius. 368
C.Cæcilius Claudius. 456
C.Caligula. 569
C.Claudius Nero. 404
C.Coſconius. 305
C.Cotta. 198.400
C.Dominius. 239
Caius Fabius. 155
C.Fabritius. 225.2 8.476
C.Figulus. 326
C.Fimbria. 153
C.Flaminius. 490
C.Gracchus. 220.558
Caius Iulius Cæſar. 26.56.75.90. 231. 238.25 . 274.312. 429.4.7. 456. 500. 514 .554. 580. 587. 608
Caius Marius. 75.253
C.Memmius. 278
C.Meuius. 141
C.Piſo. 141
C.Plinius. 350
C Sergius Orata. 374
C.Ticinius. 329
C.Valerius Flaccus. 430
C.Viſellius. 329
Caligula. 345.373.431.587.608
Callicratides. 164.215.420.
Callidius Bonon. 305
Calphurnius Piſo. 3.579
Cambyſes. 251.437.528.569
Caninius Reuilus. 239
Caſsius Chærea. 471
Caſsius. 305.465
Carneades. 57.350.500
Catilina. 345
Cato. 3.6.48.58.65.367
Cato ſenior. 136. 239. 251. 288. 373.399.465.496.553.620
Cato Portius. 554.594
Cato poſterior. 404.579
Cato Vticenſis. 94.252

Cephi

Cephiſidorus. 84
Chabrias. 214.289
Charillus. 451.541
Charondas Tyrius. 338
Chilo Lacedæmonius. 47.48. 93.116.134.260.356.369.373. 406.421.451.495.553.620
Chlœlia virgo. 252
Chryſippus. 121.169.483
Cicero. 27.52.117.254.257.328. 341.359.369.37..389.391.392. 394.395.397.401.408.410. 432.460.587
Cimon Atheniẽſis.361.432.490
Cineas. 136
Cineſias. 174
Ciniger. 382
Claudia Veſtalis. 459.490
Claudius Centumalus. 329
Claudius Galenus. 554
Cleãthes Aſsius. 86.350.553.608
Clearchus. 199.402
Cleomenes.57.74.163.168.249. 406.471
Cleopatra. 373.421
Clodius Pulcher. 165
Cn. Carbo. 582.609
Cn. Cornelius Scipio. 429
Cn. Domitius. 337
Cn. Flauius. 326
Cn. Martius. 579
Cn. Piſo. 367
Cn. Põpeius.304.407.544.569
Codrus. 470
Coma. 420
Commodus Imper. 587
Conſidius. 553
Conſtantius Chlorus. 500
Coriolanus. 490
Cornelia. 476
Cotys rex. 324
Craſſus. 25.429
Crates Thebanus.847.162.234. 30?.474.489
Crœſus. 511
Cteſiphon. 372
Curius Dentatus. 348
Cypſellus. 346
Cyrus iunior. 58
Cyrus. 115.268.350.515.569

D

Damatria. 250
Darius. 50.58.256.233.276
D.Brutus. 328
Demades. 72.84.398
Demaratus. 78.406
Demetrius Phalereus.58.251.311. 346.489
Democritus. 150.476.554
Demonax. 76.124.251.356
Demoſthenes. 82.84.109.123. 169.172.201.220.230.251.253. 258.270.289.291.294.298.300. 314.319.327.329.338.348.353. 360.370.414.425.402.469.615
Diagoras. 177
Dicæarchus. 317
Diocletianus. 294
Diodorus Siculus. 350.420
Diogenes. 3.11.27.48.49.78.84. 87.103.130.155.158.159.163.166. 204.211.217.222.224.226.255. 260.267.270.284.301.515.348. 371.375.431.459.421.475.476. 541.553.558.594.608.615
Diomedon. 529
Dion Syracuſanus. 65.142.226. 405
Dionyſius. 48.57.107.175.223. 269.561.420.430.451.489.526. 541.
Diphilus Tragœdus. 368
Domitianus. 431.569
Draco. 358
Druſus Pompeius. 419

E

Eleazarus Iudæus. 581
Empedncles. 420.587
Ennius. 559
Epænetus. 393
Epaminondas. 75.104.258.267. 381.399.242.253.428.476.528. 562
Ephilates. 241
Epictetus. 511.269.350
Epicurus. 83.143.229
Epimenides. 521
Eraſmus. 9.14.27.30.51.98.172. 201.230.251.156.281.522.332.335. 541.351.366.371.383.387.391.397. 403.411.468
Eriphyle. 251
Etheocles. 452
Eudamidas. 74.78.226.2 8
Euripides. 33.73.239.386.420. 469

F

Fabius Maximus.64.150.221.252. 289.548.405.431.512
Fabius Pictor. 77
Fabius Prætor. 419
Fabius Rutilianus. 464
Fabricius. 3.93.255.579
Fauſtina. 345
Fl.Veſpaſianus. 201.104
Fuluius Flaccus. 141
Furius Camillus. 64.403

G

Galba. 546.620
Gelo. 562
Gemellus Tribunitius. 345
Geradas Spartanus. 22
Germanicus Cæſar. 404
Gnathæna. 217.150
Gordianus ſenior. 465
Gorgias Leontinus. 421.553
Gorgo. 481
Tozagianus Perſa. 559
Granius quæſtor. 58
Gymnoſophiſtæ. 358
Gyrlias. 250

H

Hannibal. 154.526.331.546.399. 401.452.568.572.615.
Hannon. 588
Harmonia. 382
Heliogabalus. 375.569.585
Heraclitus. 227.348.356.373.420
Hercules. 224.558
Herennius Siculus. 419
Hermia. 431
Hermippus. 14
Hermogenes. 279
Herodes Iudæus. 405
Herophilus. 393
Heſiudus. 20.71.426
Hieron. 215.362
Hippias. 112
Hippocratidas. 512
Hippodamus. 420
Hippomachus. 317
Homerus. 20.25.33.420.426
Horatius Cocles. 48.274.412
Hortenſius Corbio. 365
Hurcatus rex. 5.9

I

Iaſon rex. 274
Ion Sophiſta. 56
Iphicrates. 214.399.442
Iſæus ſophiſta. 111
Iſocrates. 272.317.558
Iulianus Imperator. 579
Iulius Maximinus. 253
Iunius Brutus. 465
Iuuenalis. 413.423

L

Laberius mimus. 505
Lacon. 267.269.406
Lamachus. 398
Lampis. 75.83
Leon Byzantius. 169.561
Leonidas. 57.249.253.381.406. 421.541
Leontychidas. 267.515
L.bo. 250
Licinius Fimbria. 541
Lochadus. 250
Lucanus. 413
Lucianus. 33
L.Antonius. 437
L. Calphurnius Piſo. 298
L.Cinna. 225
L.Cornelius Merula. 419
L.Craſſus. 337
L.Furius. 255
L.Galba. 200
Lucius Gellius. 464
L.Lucullus. 373
L.Manlius Torquatus. 490
L.Martius. 298
Lucius Petronius. 51
L.Philippus. 367
L.Piſo. 305
L.Poſthumius. 546
L. Quintilius Cincinnatus. 64. 298.

198.403
Lucius Rheginus. 51
L.Scipio. 306
L.Sepnmuleius. 87
L.Sicinius Dentatus. 253
L.Sylla. 253.383.430.529
L.Verus. 374
Lucretius. 413
Lucretius Offella. 569
Lucullus. 251.399.451
Lycurgus. 57. 78. 112. 123. 128. 129. 166. 223. 250. 267. 358. 471.511.620
Lydiades. 405
Lyſander. 58.406.579.587.594
Lyſimachus. 224.382

M

Mahumetes. 346
Manlius Torquatus. 326. 383. 400.429.465
M.Æmilius Porcina. 306
M.Æmilius Scaurus. 253.305
M.Antonius. 239.345.544
M.Aquilius. 609
M. Attilius Regulus. 156. 252. 334.503
M.Bibulus. 65.404
M.Brutus. 125.251.399
M.Caſtritius. 239.368
M.Cato. 304.515
M.Cotta. 490
M.Craſſus.86.87. 206.318.456. 553
M.Curius. 3.579
M.Druſus. 76.569
M.Fabius. 491
M.Flauius Valerius. 514
M.Horatius. 305
M.Iuuentius. 419
M.Marcellus. 64 252.404
M.Octauius. 27
M.Otho. 431
M.Perpenna. 464.554
M.Popilius. 306.337
M.Porcius Cato. 364
M.Rutilius Cenſorinus.64.403
M.Scaurus. 94
M.Scæua. 253
M.Sergius. 383
M.Seruilius. 383
M.Tullius. 11.164.166
M.Valerius Coruinus. 20.554
M.Valerius Leuinus. 476
Marius. 276
Martialis. 413
Martius Coriolanus. 288
Maſsiniſſa. 276.553
Maximianus Herculeius. 430
Maximinus. 337
Megabates. 144.578
Megabizes rex. 78
Melanthius. 324
Menander. 425
Menedemus Eretrienſis.165.222. 348.486.594
Menillus. 56
Meſſalina. 345
Metellus Macedonicus. 65
Metellus Numidicus. 65.241
Metellus Pontifex. 155
Metellus. 198.276.326.400
Metrocles. 222
Milo Crotoniates. 57.420.553
Minos rex. 529
Miſa rex. 608
Mithridates. 154. 276.331. 401. 573
Munatius Flaccus. 153
Muſonius. 223.363
Mutius Scæuola. 382
Myconides. 291

N

Namertes. 47
Naucrates. 325
Nero. 251.346.431.437.587
Nerua Cocceius. 337.351
Nicias. 83
Nicocles. 48
Nicoſtratus Argiuus. 165
Numa Pompilius. 529

O

Ochus, qui & Darius. 254
Octauius Balbus. 464
Octauius Cæſar. 364
Olympias. 107.173
Orontes. 231
Otho Syluius. 236.407.421
Ouidius.413 422.428.433 434
Ouinius ſenator. 125

P

Pachita. 331.572
Pacuuius. 620
Pædaretus. 163.250
Pallas libertus. 569
Panthoidas. 123
Papirianus. 608
Papirius Dictator. 198.400
Papirius Volucer. 514
Paryſatis. 464
Paulus apoſtolus. 11
Paulina. 361
Paulus Ægineta. 71
Paulus Æmilius. 3.78. 197.267. 405.579
Pauſanias. 214.356.465.587
Pauſon pictor. 151
Pelopidas. 112.214.267.481
Periander. 134
Pericles. 3. 50. 81.94. 119. 220. 274.293
Perſes rex. 582
Perſæus. 116
Perſæus rex. 430
Phauorinus. 300
Philager. 324
Philemon. 224.420
Philipp. Macedo.6.93. 101.103. 107.125.127.150.250.368.420. 526.542
Philopœmenes. 382
Philoxenus. 75.206
Phocion. 49. 109. 111.348.372. 399.407.476.594
Phœnix. 465
Phryne. 269
Pittacus. 248
Piſiſtratus. 220.529.553.562
Pittacus. 4. 65. 133.260.337.356. 363
Plato. 12.15. 59.65. 79. 81. 84.85. 97.111. 121.143.159. 175. 202. 268. 270. 282.291. 322. 324. 325.328.349.362.363.385.396. 405. 414. 427.428. 429. 436. 469.481.542
Paulus. 23.313.316.422
Plinius. 25.108.399
Plotinus. 150
Plutarchus. 9.24. 26. 31. 35. 54. 174 376.385.457
Polemon. 118
Pollio Romulus. 553
Polys rex. 48
Polycrates Samius. 430
Polydamas. 420
Polydorus. 200.541
Polyxenus. 620
Pompeius.75.166.173.288.420. 471.487
Pomponius. 255.361
Pontius Aufidianus. 513
Pontius Centurio. 141
Porcia Catonis. 252
Porſena. 125
Poſtumius Dictator. 198
Poſthumius Tiburtus. 153.400
Prætextatus. 515
Praxiteles. 81
Priamus. 475
Probus. 399
Probus Æmilius. 405
Proclus Naucrandes. 75
Prodicus. 45.268
Propertius. 413.423
Protagoras. 83
Ptolemæus. 267.346.464.542
Ptolemæus Philadelphus. 361
Ptolemæus rex. 87.154.502
P.Biblius. 306
P.Claudius. 337
P.Clodius. 345
P.Cornelius. 155.198.399
P.Craſſus. 252
P.Dolabella. 306
P.Furius. 306
P.Licinius. 155
P.Rutilius. 198.336
P.Scipio. 367
Publius Syrius. 452
P.Valerius. 403
Pylades. 563
Pyrrho Helienſis. 284.608
Pyrrhus. 3. 56. 78. 158. 220. 315. 317.399.407.515.526
Pythagoras. 48.84. 107.123.180.

512.470.489
Pythias. 128
Pythius Celeneus. 456
Pytho Athenienfis. 174
Pytho Byzantius. 130

Q

Quintilianus. 412.461
Q.Caßius. 87
Q.Catullus. 419
Q.Cepio. 429
Quintus Cincinnatus. 476
Q.Colius. 253
Q.Fabius Gurges. 3.579
Q.Fabius. 141.364.583
Q.Fabius Maximus. 400.430
Q.Flauius. 305.324
Q.Fuluius Flaccus. 198.528
Q.Hortenfius. 220
Q.Metellus. 198.400.402.541
Q.Scæuola. 65.82.141.336.404
Q.Sertorius. 332.573
Q.Terentius Culeo. 276
Q.Tubero Catelius. 3.579
Quirinus Sophifta. 6.251

R

Radamiftus. 503
Rhodope. 587
Rodulphus Agricola. 76
Romulus. 459.525.580

S

Sapor Perfa. 569
Sardanapalus. 346
Scæua centurio. 382
Sculurus Scytha. 130.265
Scipio. 116.252.304
Scipio Æmilianus. 3.252.579
Scipio Africanus. 407.430.453.471.529.541
Scipio maior. 56.225.238.292.294.399.491
Scipio minor. 47.265.268.274.
Scipio Nafica. 452
Seleuce. 453
Seleucus. 464.526.529
Semiramis. 358.515.326.521.525
Seneca. 32.38.55.97.366.394.395.402.411.412.424.473
Sergius Galba. 197.305.368
Sertorius. 150
Seruilius. 58
Seruius Terentius. 51
Sefoftris. 569
Seuerus Imperator. 94
Sextus Nero. 78
Sextus Pompeius. 503
Sextus Tarquinius. 400
Sigifmundus Imp. 288
Silenus. 608
Simonides. 49.74.161.173.295.206.315.439
Siphax rex. 430
Siueta Perfa. 361
Scopelianus. 150
Socrates. 48.50.57.73.74.78.102.117.122.127.134.143.150.155.137.166.173.223.225.260.265.267.297.304.314.315.350.363.364.373.382.406.421.434.439.451.452.475.476.542.552.615
Sœbidas. 74
Solon Athenienfis. 82.108.123.206.232.330.350.353.457.464.542
Sophocles. 3.420.553
Softratus. 439
Stafippus Tegeates. 65
Statius. 414
Stilpon Megarenfis. 75
Stratonicus citharœdus. 77.117.165.168.224.373.
Sylla Dictator. 58.420
Sylla Fœlix. 50.244

T

Tarpeia virgo. 93
Tarquinius Prifcus. 364.420
Tarquinius rex. 156
Tarquinius Sextus. 345
Taffus Hermioneus. 82.227
Taxiles rex. 117
Tectamenes. 420
Telecrus. 129
Terentius. 118.424
Teres. 98
Thales Milefius. 6.23.48.57.75.173.244.373.420.542
Theano. 444
Thearidas. 113
Themifteas. 249
Themiftocles. 94.109.127.164.174.225.226.238.270.274.317.336.337.350.358.430.471.542.587
Theocritus. 373
Theodorus. 351.458
Theognis. 25
Theophraftus. 45.369
Theopompus. 406.541
Thrafea. 115.184
Thrafybulus. 405
Thucydides. 220
Tiberius Cæfar. 108.345.171
Tib.Gracchus. 64.252
Tigranes rex. 461.529
Timochares. 337
Timoleon. 528
Timon Athenienfis. 49.158.315
Timotheus. 470
Tiffaphernes. 212
Titus Aufidius. 430
Titus Labienus. 288.587
T.Manlius. 153
T.Quintius. 124.136
Titus Sextus. 306
Titus Vefpafianus. 141.306
Tomyris. 382
Traianus. 125.165
Trebellius Calca. 398
Trebonius. 513
Triarius Maternus. 404
Trœzenij. 361
Trophilus. 389
Tuccia Veftalis. 459
Tullia. 453
Tullus Hoftilius. 337.419.459
Tullus Seruilius. 364
Turbo. 452
Tutia virgo. 305

V


Valerius Publicola. 64.251.476
Valerius Cocles. 362
Valerius Maximus. 52.80.326
Varro. 364.528
Vergilius. 413
Vefpafianus. 87.361
Vibius Arcus. 253
Virginius. 513
Vitellius. 582.609
Volumnius. 51

X

Xanthippe. 260
Xenocrates. 3.142.210.223.244.246.309.410.452.542.578
Xenocrita. 405
Xenophanes. 82.232
Xenophon. 55.155.174.260
Xerxes. 166.238.289.465.568.608.


Z

Zaleucus. 122.338
Zeno. 197.270.271.302.369.407.541
Zeno Citienfis. 143.144
Zeno Eleates. 324
Zeno Stoicus. 21.49.86
Zeuxidamus. 556
Zeufis. 109



Index ordine alphabetico Titulorum in hoc opere contentorum.





A

Ab Amicorum conuiuijs non diu abstinendum. 1
Ab impijs egressa est iniquitas. ibidem
A bonis bona discito. ibid.
Absolutum. ibid.
Absolutum statim nihil. ibid.
Abstinentia. ibid.
Abij homines iustissimi. 3
Ab incunabilis pueros institui oportet. 4
Abortus. ibid.
Absentia mariti. ibid.
Actio iniuriarum. ibidem
Actionis modus. ibidem
Actio omnis virtute aut fortuna fit. ibidem
Acerbas res difficilius est ferre, quàm abstinere à voluptate. ibidem
Acerbi ægrè placantur. ibidem
Actiones virtutum. 5
Actiones expetendæ. ibidem
Accusator crimine vacet. ibid.
Admonitio. 6
Adolescentia. ibidem
Adoptio. 7
Adulatio. ibidem
Adulterium. 11
Aduersitas. 12
Admiratio. 14
Aequalitas. ibidem
Aequanimitas. ibidem
Aequitas. ibidem
Aegritudo. 15
Aetas. ibidem
Aetas vt superior, sic posterior esse solet. 17
Aetas seruanda in vxore ducenda. ibidem
Aetas iuuenilis. ibidem
Affectus. 18
Afflictio. ibidem
Affabilitas. 19
Agricultura. ibidem
Agriculturæ laus. 20
Agriculturæ vituperium. 21
Aliena. 22
Alijs sapere. 23
Aliena curantes. ibidem
Aliena à re. ibidem
Alieno periculo. 24
Aliam ætatem alia decent. ibid.
Altera manu fert lapidem, altera piscem. 26
Aloes plus quàm mellis habet. ibidem
Aliud stans, aliud sedens. ibid.
Alius alijs in rebus præstantior. ibidem
Aleam omnem iacere. ibidem
Ambitio. ibidem
Ambiguitas. 27
Amicitia. 28
Amicitiam similitudo parit, dissimilitudo contrahit. 29
Amor publicus præferatur priuato. ibidem
Amor, & amicitia. 38
Animus. 52
Anima. 59
Animal. 68
Anous. 70
Appetitus. 71
Aqua. ibidem
Ara nec fides illi est. 73
Arcanum. ibidem
Argentanginam patitur qui. 74
Arguta dicta. ibidem
Aristocratia. 75
Arma. ibidem
Arrogantia. 76
Ars. 77
Assiduitas & diligentia. 81
Asperitas. 84
Assuetudo. 85
Astutia. ibidem
Attentio. ibidem
Auaritia. 86
Audacia. 90
Auditus. 92
Aula. 93
Aurum. ibidem
Autoritas. 94
Autumnus. ibidem
Auxilium. ibidem

B

Beatus. 95
Bellum. 97
Beneficium. 101
Beneuolentia. 103
Benignitas. ibidem
Bibacitas. 104
Bonitas. ibidem
Bonum. ibidem
Bonus vir. ibidem
Bonorum & malorū præmium. ibidem
Bona fortuna proferenda, mala celanda: rebus præsentibus rectè vtendum. 110
Breuiloquentia, seu Breuitas. 111

C

Calumnia. 112
Cantus. 113
Carendo magis quàm fruendo, quid valeat, cognoscimus. ibidem
Carmina. ibidem
Castitas. 114
Casus. 115
Causæ. ibidem
Cautio. 116
Cæcitas. ibidem
Cœlum. ibidem
Cedendum multitudini. 117
Celeritas. ibidem
Censura. ibidem
Certamen. ibidem
Cibus. 118
Circunstantia. ibidem
Ciuitas. 119
Ciuilitas morum. 120
Clementia. 124
Cognitio sui. 126
Cognatio virtutis. 128
Cogitatio. ibidem
Coitus moderatus. ibidem
Comitas. 129
Commiseratio in malis. ibidem
Commodandum non est semper ei qui commodarit. ibid.
Commendandus qualis sit videndum. ibidem
Communitas. ibidem
Commodum. ibidem
Concordia. 130
Confessio. 131
Confortatio. ibidem
Congressus. ibidem
Coniectura. ibidem
Coniugium. 133
Conscientia. ibidem
Consilium. 135

Consula

Consolatio. 137
Coosuetudo. 139
Consulatus. ibidem
Constantia. ibidem
Cootioentia & iocontioentia. 142
Contagio. 146
Coutentus nemo eo quod habet. 147
Contentio probanda. 148
Contemptus & vilitas. ibidem
Contractus. 149
Contraria quæ. ibidem
Contra stimulũ calcitrare. ibid.
Contrahere vela. ibidem
Conuitium. 150
Conuiuium. ibidem
Corpus. ibidem
Correctio. 151
Corruptela mutierum. ibidem
Credulitas. ibidem
Crudelitas. 152
Culpa. 154
Cultus. ibidem
Cupiditas. 156
Cura. 159
Curiositas. 161

D

Damnati. 162
Damnum. ibidem
Dantem obliuisci, accipientem meminisse decet. 163
Debere pecuniã aliud est, aliud gratiam. ibidem
Deceptio. ibidem
Decorum. ibidem
Decretum. 164
De curru delapsus. ibidem
Dedecus. ibidem
Dediscere. ibidem
Deformitas. ibidem
De facie nosse. ibidem
De fæce haurire. ibidem
De filo pendere. 265
Degeneratio. ibidem
Deliciæ. 166
De lana Caprina. ibidem
De lapide emptus. ibidem
Delius oatator. ibidem
Delphinum cauda ligas. ibidem
Delphinum natare doces. ibid.
De manu in manum. 167
Dementis fœlicitas. ibidem
Demissis auriculis. ibidem
Demittere se. ibidem
Demorsos sapere vngues. ibid.
Demulcere caput. ibidem
Democratia. ibidem
Dentem dente rodere. ibidem
Dente Theonino rodi. ibidem
De plaustro loqui. ibidem
De pulmone reuellere. ibidem
De pusillis magna præmia. ibid.
Deprecatio, eiusque parœmiæ. 168
Deprauatio. ibidem
Deprehensio. ibidem
Derisio. 169
Deserere vadimonium. ibidem
Deserere ordinem. ibidem
Deserta causa. ibidem
Desidia. 170
Desperatio. ibidem
Detractor. 171
Deus. 172
Deliberatio. 186
Dialectica. 187
Dicendi doctrina. ibidem
Dicendi fiducia. 188
Dies. 189
Difficultas. ibidem
Diffidentia. 190
Dignitas. 191
Diligentia. 192
Dilectio. 195
Disciplina. ibidem
Discipulus. 199
Discordia. ibidem
Dissimulatio. ibidem
Discrimen. 200
Diuitiæ. 201
Doctrina. 210
Docilitas. ibidem
Dolor. ibidem
Dolus. 212
Domi viuere. ibidem
Dormitatio. 213
Dos. 214.
Dura primum ferenda. ibidem
Dux bonus. ibidem

E

Ebrietas. 216
Educatio. 217
Eligendum è multis optimum. 219
Eloquentia. ibidem
Electi. ibidem
Elementa. 211
Elysij campi. ibidem
Error. ibidem
Eruditio. 222
Exemplum. ibidem
Exercitatio. 223
Exilium. ibidem
Experientia. 226
Expetendorum tria genera. 227
Externa. ibidem
Extremum. 228

F

Fabula. 228
Facilitas. ibidem
Facultas. ibidem
Factum. 229
Facundia. ibidem
Fallacia. 230
Fama. 231
Fames. 232
Familia. ibidem
Fatum. ibidem
Fauor. 233
Festinatio. ibidem
Festa dies. 235
Fides. ibidem
Fiducia. 238
Filij. 239
Finis. 241
Fœlicitas & infœlicitas. 244
Fœmina. 246
Fœnus. 247
Forma. ibidem
Fortitudo. 248
Fortuna. 255
Fortunati indignè. 257
Fortunæ transmutatio. 261
Fortuna cùm mutetur in statum deteriorem, inconstans est hominum natura. 263
Fratres. 264
Frugalitas. 266
Fucus. 269
Furtum. ibidem
Furor. ibidem
Futurum. 270

G

Garrulitas. 270
Gloria. 272
Gratia. 275
Gratitudo. 277
Gula. ibidem.

H

Habitus. 278
Hæreditas. ibidem
Hypocrisis. ibidem
Historia. ibidem
Homo. 279
Honestum. 287
Honor. 288
Hospitalitas. ibidem
Humanitas. 289
Humana ferenda sunt. 290
Humilitas. ibidem

I

Iactantia. 290
Ignauia. 291
Ignominia. 292
Ignorantia. ibidem
Ignoscitur quibus facilè. 293
Ignotus. ibidem
Imitatio. ibidem
Imperium. ibidem
Imperator. 294
Imperitia. 295
Impius, & eius cruciatus. ibid.
Impossibile. 296
Impotentia. 297
Improbitas. 298
Imprudentia. 299
Impudentia. 301
Impunitas. 302

Ioanis

Inanis metus. ibidem
Inanis opera. ibidem
Incantatio. 303
Incommodum. ibidem
Inconstantia. ibidem
Indecorum. 304
Indoles. ibidem
Infamia. 305
Infantia. 306
Inferi. ibidem
Infirmitas. 309
Infœlicitas. ibidem
Infortunium. ibidem
Ingenium. 310
Ingratitudo. 312
Iniuria. ibidem
Iniustitia. 314
Innocentia. 316
Insalubritas. 317
Insidiæ. ibidem
Institutio. ibidem
Inuidia. 318
Ira. 322
Iudex & iudicium. 328
Ius. 333
Iusiurandum. 334
Iustitia. 335
Iuuentus. 341

L

Labor. 342
Lacrymæ. 343
Lædendus nemo vt tibi prosis. 344
Lætitia. ibidem
Lasciuia. 345
Laus. 346
Lectio. 348
Lex. 351
Liberalitas. 359
Liberi. 362
Liberi non semper euadunt similes parentibus bonis. 363
Liberi qui à parentibus claris degenerarunt. 364
Liberi quomodo educandi. 365
Libertas. 366
Libido. 368
Licentia. ibidem
Lingua. ibidem
Lis. 369
Literarum laus. ibidem
in Literis non est desperandum. ibidem
Locus. 371
Loquacitas. ibidem
Lucrum. 370
Luxuria. 373

M

Magistratus. 375
Magnanimitas. 381
Maledicentia. 383
Malitia. 384
Mali adagia. 386
Malum male vitatum. ibidem
Malum assuetum. 387
Mali retaliatio. ibidem
Malum vertens bono. ibidem
Malum accersitum, ac vertens bono. ibidem
Mansuetudo. ibidem
Medicina. 388
Mediocritas. 389
Memoria. 391
Mendacium. 392
Mens. 393
Meretrix. 395
Metus. ibidem
Militaris ars. 397
Miles. ibidem
De militiæ imperatoribus. 398
Miseria. 401
Misericordia. 402
Moderatio. 403
Monitio. 407
Mora. 408
Mores. ibidem
Mors. 410
Mulieris vituperium. 422
Mundus. 427
Munditia. 428
Munus. ibidem
Musica. ibidem
Mutatio. 429
Mutuum. 431

N

Nascimur non nobis solùm, sed Reipub. & posteris. 432
Natura quàm doctrina vtilior. ibidem
Naturam quisq; sequatur. ibid.
Natura dux optima. ibidem
Naturæ quisque suæ semina sequitur. 433
Natura celari non potest. 432
Nauigatio. ibidem
Necessitas. 436
Negligentia. 437
Nobilitas, ignobilitas. 438
Nomen. 442
Nouitas. ibidem
Nouerca. ibidem
Nuptialia præcepta. ibidem
Nuptiarum laus. 444
Nuptiarum vituperium. 446
Nuptiæ nunc profunt, nūc obsunt, pro diuersis moribus coniugum. 447
in Nuptiis contrahendis non nobilitas, nec diuitiæ, sed mores spectandi sunt. 448

O

Obedientia. 449
Obliuio. ibidem
Occasio. 450
Oculi. ibidem
Ocium. ibidem
Odium. 452
Officium. 453
Omnia bona appetunt. 454
Omnes malunt sibi esse rectè quàm alteri. ibidem
Onus. ibidem
Opes. ibidem
Opinio. 456
Oratio. ibidem
Oratio pro supplicatione. 458
Orator. 459
Ornatus. 460

P

Parentes honorandi. 460
Patres erga liberos quales esse oporteat. 463
Patrum in liberos indulgentia. 464
Parsimonia, & parcitas. 465
Parum & rarum. 467
Paruum. ibidem
Passio. ibidem
Patientia. ibidem
Patria. 468
in Patriam Charitas. 470
Paupertas. 471
Paupertatis & diuitiarum comparatio. 474
Pax. 477
Peccatum. 478
Pecunia. 480
Peregrinatio. 482
Perfectum. ibidem
Perfidia. ibidem
Periurium. ibidem
Perpetuum. 483
Philosophia. 484
Pietas. 489
Pigritia. 491
Pœna. ibidem
Pœnitentia. ibidem
Poesis. ibidem
Populus. 493
Potentia. 494
Præceptor. 496
Præclara difficilia. ibidem
Prælatio. ibidem
Prauitas. 497
Præmium. ibidem
Princeps. ibidem
Principium. 500
Probitas. 501
Prodigus. ibidem
Proditio. 502
Promissa. 503
Prosperitas. ibidem
Prudentia. 504
Pudicitia. 512
Pudor. 514
Pueritia. 515
Pulchritudo & pulchrum. 516

R

Ratio. 517

Recrea

Recreatio. 518
Reditus in gratiam. 519
Regnum, Rex. ibidem
Religio. 526
Res verbis anteponendæ. 529
Reprehensio. ibidem
Respublica. 530
Requies. 535
Resurrectio. ibidem
Ruina. ibidem
Rus. ibidem

Sacerdotium. 536
Sacrificium. ibidem
Sanitas. 537
Sapientia. 538
Scelus. 542
Scientia. 543
Scortum. 545
Scripta. ibidem
Seditio. 546
Senectus. 547
Senectutis laus. 550
Senectutis vituperium. 551
Sermo. 554
Seruitus. 555
Seruorum fides erga dominos. 558
Silentium. 559
Similitudo. ibidem
Simulatio. 560
Sobrietas. ibidem
Societas. 561
Socordia. ibidem
Solertia. 562
Solitudo. ibidem
Somnus. 563
Spes. 564
Studium. 565
Stultitia. ibidem
Sumptus immoderatus. 567
Superbia. ibidem
Superstitio. 569

T

Taciturnitas. 570
Temeritas. 572
Temperantia. 573
Tempus. 580
Timor. 581
Tormentum & infœlicitas. 583
Tristitia. 584
Turpitudo. ibidem
Tyrannus. 585

V

Valetudo. 586
Vanitas gloriæ. 586
Venus. 588
Venia. 590
Verecundia. 591
Verbum. ibidem
Veritas. ibidem
Vetita. 593
Vetustas. ibidem
Vestimentum. ibidem
Vicinitas. 594
Victoria. ibidem
Vigilia. 595
Vindemiæ. ibidem
Vindicta. ibidem
Vir bonus. 596
Vir. ibidem
Virtus. 597
Vis & violentia. 604
Vita. 605
Vitium. 609
Voluntas. 610
Voluptas. 611
Vsus. 615
Vsura. 616
Vtilitas. ibidem
Vulgus. 617
Vulnus & morbus. 618
Vultus. ibidem
Vxor. 619

DISCENDO SENESCE.



Priuilegij ſententia.



Literis regijs cautum eſt Ioanni Tornæſio Typographo Regio, ne quis iniuſſu hoc volumen Sententiarum à Stephano Bellengardo collectarum, ante ſexennium imprimat, néue vſpiam impreſſum vendat. Qui contrà fecerit, pœnis ex ſanctione multabitur. Datum Fonſbellaquei Id. Apri. 1559.



VOLVMEN SENTENTIARVM.



A ANTE B.

Ab Amicorum conuiuijs non diu abstinendum.



Apud Athe. lib. 5. ON diu amicorum mēsis decet abstinuisse:
Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est.
Extat & elegantissimum in hanc sententiam prouerbiū:
Arist. 8. Mora. Multas amicitias silentium dirimit. Et illud: Plurium amicitias soluêre silentia ruptas.

Columella. Elegans est illud etiam Alphij fœneratoris dictum: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles.

Ab impijs egressa est iniquitas.

Idem propemodum apud Græcos dicitur versu prouerbiali:
Probis ab animis facta promanant proba.

A bonis bona discito.

Aristoteles moraliū Nicomachiorum 9. ostendens virtutem optimè disci cōuictu bonorum, citat veluti carmen Theognidis notum, ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλά. cuius meminit Xenophon. Rogatus enim quid deceret olere senes, respondit probitatem. Dein interrogatus vbi hoc vnguētum venderetur, Theognidis hemistichio respondit: Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι. id est, qui bonus est, ab eo bona discito.

Absit clamor in conuiuio.

Home. Odyss. 2. Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abesto.

ABSOLVTVM.

Ne vestigium quidem.

Cicero. act. 5. in Verrem. Prouidēdum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat.

Act. 3. Nam si alienā vicē pro nostra iniuria doleremus, vestigium in foro istius non esset relictum.

Contra Rul. Corinthi vestigium vix relictum erat.

Pro Cluentio. Quum interea Cluentianæ pecuniæ vestigiū nullum inueniris.

Cuius legiones sic in Asiam venerunt, vt non modò manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse videatur. Pro lege Mani.

Vt qui paulò antè consul designatus fuisset, repētè nullum pristinæ dignitatis vestigium retineret. Pro Sylla.

Ne vestigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis. Ad Plancum.

Ego autē mirificè capior facetijs, maximè nostratibus, præsertim quum eas videā primùm oblitas Latio, tum quum in vrbem nostram est infusa peregrinitas, vt nullum veteris leporis vestigium appareat. Papirio Pæto.

Quæ nisi autoritate Senatus rescindantur, quoniā ingressi in spem Reipub. recuperandæ sumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Philipp. 5.

Non vidisses fratrem tuum, nō eum quem noras, non eum quem flens flentem, prosequentem proficiscens dimiseras, ne vestigiū quidem eius nec simulacrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. Ad Q. fratrē.

Nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium ciuitatis. Epist. 1. lib. 10. famil.

Absolutum statim nihil, & perfectum.

Nihil est simul & inuentum & perfectum. Cic. de clar. Orat.

Nihil est in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repentè euolet: sic omnia quæ fiunt, quæq; agūtur acerrimè, leuioribus principijs natura ipsa prætexuit. Cic. 2. de Orat.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus vsa augentur. Cic. 5. de Finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfectum, atque beatum natura expoliuit, tanquam cæteris non sit habitura quod largiatur, si vni omnia concesserit. 2. de Inuent.

Omnium rerum vicissitudo est. Ter. in Eunuc.

Solis deis Sophocles in Oedipo.
Nunquam senecta molesta, nec mors accidit:
At reliqua miscet cuncta tempus impotens.
Terræ per hoc vis atq; robur interit,
Simulq; nostri corporis perit vigor.
Moritur fides, perfidia pullulat inuicem,
Nec animus idem, nec eadem flagrantia
Haud vnquam amico durat erga amiculum,
Nec ciuitati in ciuitatem permanet:
Si quidem his statim, illis post pusillum temporis,

 Iucunda

Iucunda quæ fuerant, amara ac tristia, &
Ingrata dudum, grata fiunt inuicem.

Home. Ilia. vlt. Dolia namq; Iouis duo stant io limine, plena
Muneribus quæis donat: in hoc mala sunt, bona in illo.
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens,
Nunc mala distribuēs ac tristia, nūc bona rursum.

Interrogatus Aesopus quid ageret Iuppiter, teste Laërtio, respondit, Deprimit excelsa & tollit humilia.

Eurip. in Ione. Eiusmodi mortalium
Sunt res, vt in eodem nihil durent statu.

Eurip. in Ileto-dibus. Fortuna cuncta versat in contrarium.

Theog. in Sent. Nunc etenim huic librā inclinat, oūc Iuppiter illi,
Vt modò sis diues, nil modò possideas.

Varias vices res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, id est, Circulus res mortalium.

Pindarus in Threnis. Iucunda ac tristia, æstus in morem vicissim accidunt mortalibus.

ABSTINENTIA.

Horat. Saty. 2. lib. 2. Accipe ouoc victus tenuis quæ, quantaq; secum
Adferat: imprimis valeas bene. Nam variæ res
Vt noceant homini credas, memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit: at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem verteot, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quio corpus onustum
Hesternis vinjs animum quoq; prægrauat vnà,
Atq; adfigit humo diuinæ particulam auræ:
Alter, vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.

Abstinentia præceptum, & Pythagoræ dehortatio ab esu carnium.

Ouid. 15. Meta. Heu quantum scelus est in viscere viscera coodi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus,
Alterniq; animantem animantis viuere letho.

Et infrà.

Ergo oe pietas sit victa cupidine ventris:
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, nec saoguine sanguis alatur.

Iuuen. Sat. 15 Aspicimus populos, quorum oon sufficit iræ
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse tibi. Quid diceret ergo,
Vel quò oon fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulsit oon omne legumen?

Abstinendum à superfluo vino & Venere.

Virgilius. Nec Veoeris, oec tu vini capiaris amore:
Vno namq; modo, vioa Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi:
Et tentat gressus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit Ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido:
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrēdo Troiam Venus improba bello:
Et Lapithas bello perdis, Iacche, graui.
Denique cùm mentes hominum furiarit vterque,
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis cōstringe Lyæum,
Nec te muneribus lædat vterque suis.
Vina sitim sedant: natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines transiluisse nocet.

Abstinere à placitis non minima virtus.

Disce meo exemplo formosis posse carere: *Ouid. 16. Epist. Heroid.*
Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Verbum hercle hoc verum est: sine Cerere & Libero friget Venus. *Terent. in Eun.*

Absentem amicum rodere.

Absentem qui rodit amicum, *Hor. Sat. 4. lib. 1.*
Qui non defendit, alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamq; dicacis,
Fiogere qui oon visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Abstinentia Atheniensium.

Themistocles cùm in concione dixisset se reperisse consilium, quod multū pertineret ad dignitatē Atheniensium, sed tale esse vt non proferri deberet: populus censuit vt id Aristidi indicaret. Aristides porrò respondit, consilio Themistoclis nihil esse vtilius, sed nihil inhonestius. Quo audito, populus vetuit ne super ea re io posterum loqueretur Themistocles.

Cato senior quamuis complures cepisset vrbes, tamen aiebat se hisce diebus, quos inter hostes egit, nihilo plus sumpsisse, quàm quæ ex hostium agris comedisset & bibisset.

Scipio quartum & vicesimum annum agens, cùm Carthagine oppressa multos obsides cepisset, & inter eos virginem formæ eximiæ & ætatis adultæ, illustriq; loco inter Celtiberos oatam, accersitis pareotibus & sponso, inuiolatā tradidit: aurum quoque pro redemptioone puellæ allatum summæ doos adiecit.

M. Catonis abstinentiæ testis est Epiros, Achaia, Cyclades insulæ, Cypros, & Asia maritima, vnde cum deportandæ pecuniæ onus suscepisset, tam auersus à venere, quàm à lucro fuit: regiæ tamen diuitiæ, & fertilissimæ deliciarum vrbes Græciæ, ipsius potestate continebantur. Nec mirum: ex eodem naturæ vtero, & Cooonentia nata est, & Cato.

Drusus Germanicus, eximia Claudiæ familiæ gloria, rarumq; patriæ ornamentum, gestorum magnitudine, ætatis habitu, respōdeos Augusto fratri ac vitrico, vsum veoeris intra coniugis charitatem clausum teouit.

Antonia fœmina, virilem familiæ suæ claritatem laudibus supergressa, forma & ętate florens, post mariti obitum, cubiculum socrus pro coniugio habuit: io eodemq; thoro alterius adolescentię vigor extinctus est.

Coeus Martius, Anci regis clara progenies, cui Corioli Volscorū oppidum cognomen adiecit, cùm editis coospicuæ fortitudinis operibus, à Posthumio Comminio consule, omnibus donis militaribus, ceotum agri iugeribus, centum bobus, decem captiuis, totidemq; ornatis equis, argentoq; quantum posset sustinere, donaretur: nihil præter vnius captiui hospitis salutem, equumq;

equumq; quo in acie vteretur, accipere voluit.

M. Curius Romanæ frugalitatis exactissima norma, fortitudinisq; perspectissimum specimen, ad focum sedens, cum vasis fictilibus rapas edens, Samnitum auri pōdus, vultum risu soluens, reiecit: his verbis, Malo aurum habētibus imperare, quàm aurum habere. Itaq; mementote me nec acie, nec pecunia corrumpi posse. Idem, expulso Italia Pyrrho, cùm ex præda exercitum vrbemq; ditasset, nihil attigit: decretisq; à Senatu populo septenis agri iugeribus, sibi verò quinquaginta, popularis assignationis modū nō excessit.

Fabricius Lucinus, à Samnitibus, quos vniuersos in clientelam habebat, decem æris & quinq; pondo argenti, totidemq; seruos sibi missos, in Samnium remisit, continentia sua, nō pecunia diues. Locupletem enim eum faciebat, non qui multa possideret, sed qui pauca desideraret. Ita domus eius auro & argento, & cliētelis vacua, gloria referta fuit.

Idē legatus ad Pyrrhū profectus, cùm apud eū Cyneam Thessalum narrantem audisset, philosophum quendam Athenis, sapientia clarum esse, qui suaderet ne quid aliud homines quàm voluptatis causa agerent, pro monstro eam vocem accepit, Pyrrhoq; sapientiam istam deprecatus est. Et vir prudens Fabriciū detestationem, ambiit Epicuri maluit præcepta.

Q. Tubero Catelius consulatum gerens, cùm Aetoli omnis vsus vasa argentea, magno pondere, exquisita arte fabricata illi misissent, quòd antea eius in mensa fictilia vasa vidissent, eos cum suis sarcinis abire iussit. Nunc quò ventum est? à seruis vix impetramus, ne eam fastidiant supellectilem, qua Consulem vti non puduit.

Paulus Aemilius, deuicto Perse Macedonū rege, cùm spoliis & præda veterem Romanorum egestatem eò vsq; satiasset, vt se tributi præstandi onere liberasset Roma, penates suos nulla ex parte locupletiores fecit: præclarè secum actum existimans, si alii pecuniam, ipse gloriam occuparet.

Q. Fabius Gurges, C. Numerius, Fabius Pictor, & Q. Vgolinus, legati ad Ptolemæum regem missi, munera quæ ab eo priuatim acceperant, in ærariū quidem prius, quàm ad Senatum legationem referrent, detulerunt: nihil scilicet cuiquam de publico ministerio, præter laudem bene administrati officii, accedere debere iudicantes.

Calphurnius Piso Consul, fugitiuorum bello, Sicilia à se liberata, eos, quorum præcipuè opera vsus fuerat, donis ornabat, & filium fortissimè præliatum aurea corona trium librarum decorauit, præfatus magistratum è publica pecunia nihil erogare debere, quod domum transferret.

Catonem superiorē grata frugalitatis cōsuetudo, in abstinentia, cum summa dulcedine continebat. Illustris ille vir, pellibus hœdinis pro stragulis vtebatur, tribusq; seruis comitatus, Hispaniā tegebat: eodem cibo eodemq; vino, quo nautæ, vti contentus erat.

Scipio Aemilianus post duos inclytos consulatus, totidemq; suæ gloriæ triumphos, septem seruis comitatus, legatione functus est, & operum suorum ad se laudem, manubias ad patriam redundare malebat. Quumq; per exteras gentes iter faceret, non illius serui, sed victoriæ numerabātur: nec quantum auri & argenti, sed quantum amplitudinis pondus secū ferret, existimabatur.

Pyrrhus, Epiroticis armis languentibus, beneuolentiam Romanorum mercari cupiens, penè omnes opes Romam transtulit. At verò cùm & magni pretii & varii generis munera, à legans eius circa domos ferrentur, tam virorum quàm fœminarum apta vsui, nulla cuiquam dono ianua patuit.

Pericles ille Atheniensis, cùm Sophoclem in Prætura collegam haberet, ac is pueri ingenui prætereuntis formam impensioribus verbis laudaret, intemperantiam eius increpans, dixit: Prætoris non solùm manus à pecuniæ lucro, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debere.

Sophocles ætate iam senior, cùm ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus venereis vteretur, Dii meliora, inquit: libēter enim isthinc tan quā ex aliqua furiosa profugi dominatione.

Xenocrates cum Phryne nobili Athenarum scorto concubuit, quam nec tactu nec sermone adortus est, pignore à iuuenibus posito, an temperantiam eius corrumpere posset. Ad eundem cùm Alexander legatos misisset cum aliquot talentis, eos ille parca tenuiq; cœna excepit. Postridie interrogantibus cui vellet pecuniam adnumerari: Quid? inquit. Itáne vos non intellexistis hesterna cęna me pecunia non indigere?

Diogenis abstinentiam vincere non potuit Alexander, etsi cognomē inuicti fuisset assequutus, ad quem quum in sole sedentem accessisset, hortareturq; vt si qua sibi præstari vellet, indicaret, De cæteris, inquit: interim velim à sole mihi non obstes.

Viuitur paruo bene, cui salinum — *Horat. in Odis*
Splendet in mensa tenui paternum.
Modò sit mihi mensa tripes, & — *Idem in Serm.*
Concha salis puri.

Abii, homines iustissimi.

Abii, homines iustissimi. Apud hos nullus est, qui inuidia vel odio vel metu moueri conspiciatur, vt ferunt, propter vitæ communionem & iustitiam. Pugnaces verò non minus ipsorum mulieres quàm viri sunt, & si opus sit, in bello se præbent socias: ideoq; Amazones esse fortissimas, adeò vt vsq; ad Athenas olim & Ciliciam castra mouerint.

A bonis bona disces.

Etenim ex veris Philosophiæ amatoribus nullus est, qui nō cupetet cū bono viro viuere in agro, quamuis difficillimè, vt pote fruiturus conuersatione ista magno cum fructu, dum dies noctesq; cum præceptore agit, & ab incōmodis vrbanis, quæ philosophum impediunt, remotus est, & latere non potest, siue quid bene, siue malè faciat, quod maximè conducit institu ēdis. Ad hæc cibū potumq; sumere ac dormire in boni viri conspectu, per quàm vtile est. — *Musoni.*

Cum illis bibe ac ede, & cum iisdem — *Theognis.*
Aside, & placeas illis quorū magna vis est. Alibi:

A bonis quidem bona disces:si verò malis
ConuerSere,pristinam quoq; mentem perdes.

Ab incunabulis pueros institui oportet.

Pythagoreis Tarentini. Proinde pueros ab incunabulis institui oportet,vt deos & leges honore dignentur:sic enim apparebit actionem omnem humanam, vitamq; totam,aspirante sanctimonia & pietate comite,secundis ventis fruituram.

Absoluendi paraemia.

Ad vmbilicum ducere. Horatius in Epodis:
Deus deus nam me vetat
Inceptum celeres promissum carmen iambos
Ad vmbilicum ducere.
Martialis libro Epigrammaton 4.
Ohe iam satis est,ohe libelle,
Iam peruenimus vsq; ad vmbilicos.
Tu procedere adhuc & ire quaeris.

Item libro 5.

Quae cedro decorata purpuraq;
Nigris pagina creuit vmbilicis.

Idem 3.

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore
Pictis luxurieris vmbilicis.

Lib. 11.

Explicitum nobis vsq; ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septitiane, refers.

Summam manum addere.

Ouidius. Nec tamen illa legi poterunt pati enter ab illo,
Nesciat his summam si quis abesse manu. Mox:
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis vltima lima meis.

Seneca ad Lucil. Vino deditos delectat potatio extrema, illa quae mergit,quae ebrietati summã manum imponit.

Supremum fabulae actum addere.

Horatius. Nec sit quinto productior actu.
Illud te ad extremum & oro & hortor,vt tanquam poëtae boni, & actores industrii solent,sic tu in extrema parte, & cõclusione muneris tui ac negotii,diligentissimus sis:vt hic tertius annus Imperii tui, tanquam tertius actus perfectissimus atque ornatissimus esse videatur.

Summum fastigium imponere.

Cic. Off. 3. Sed quoniã operi inchoato, propè tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus.
Home Iliad. 4. A capite vsque ad calcem.
A capite vsque ad pedes.
Theocritus in Bucol. Me à capite vsque pedes lustrauit lumine totum.
Contempla Epidice, ab vnguiculo ad capillum summum: Plautus in Epidico.
Horatius. Talos à vertice pulcher ad imos.
Aristophanes in Pluto. Audi ergo,quando totum ego negotium
A pedibus vsq; tibi ad caput percenseo.
Plutarchus in Erot. Ab ingressu & initio vsq; ad coronidem.

Abortus interdictum mulieribus.

Musonius. Mulieribus ne abortum facerent,interdictum fuit: non obedientibus autem poena scripta fuit:item ne medicamentis sterilitatem inducentibus vterentur,prohibitum est.Eandem ob causam multitudinis liberorũ vtriq; sexui praemia, & sterilitatis poena statuta est. Ita quisquis erga gentẽ & familiã suam iniurius est,contra patrios deos, ac gentilitium Iouem,iniuriarum in genus propinquum censetem,delinquit. Qui autem in deos peccat,impius est.

Absentia mariti desiderabilis vxori,& contrà.

Quis sodalis sodali,aut frater fratri,aut filius parẽtibus tam fuerit amicus & gratus,quàm vxor est suo marito? Cuius item absentia adeò desiderabilis est,quàm viri vxori,&vxoris viro? Aut cuius praesentia magis idonea fuerit ad leuandam tristitiam,vel augendum gaudium,vel calamitatem mitigandam? Quibusnam verò omnia esse com munia existimãtur & corpora & animae & opes, praeterquàm viro & vxori? Musonius.

A ANTE C.

ACTIO INIVRIARVM.

Musonius. Actionem iniuriarum neq; contra alium se acturum aiebat Pittacus, neq; id vlli philosophiae vacantium consulturum. Siquidem quae multi iniurias interpretantur,eorum nihil iniuriam esse, neq; contumeliam in affectos eis: vt maledici, conspui,verberari, quod postremum indignissimum videtur. Quod verò nihil graue auriniuriosum contineat, argumento sunt pueri Lacedaemoniorum, qui publicitùs flagellis caeduntur, & id ipsum gaudent. Philosophi autem, si verbera aut cõtumelias contemnere nequeat, quisnam vsus erit,qui & mortem palàm spernere deberet?

Actionis modus.

Quęuis actio sic se habet.Ipsa per sese nec honesta, neq; reprehensibilis est, vt quod nos in praesentia facimus, aut bibere, aut canere, aut colloqui, nihil horum in sese laudandum est:sed modum actionis sequitur. Nam si quid bene rectèq; agitur,honestum est:aliter verò turpe. Sic etiam amare,& amor non omnis est honestus,ac laude dignus:sed is tantùm,qui ad amandum honestè impellit. Plato in Symposio.

Actio omnis virtute aut fortuna duce fit.

Vita humana ex multis actionibus constitit:at foelicitas actiones absoluit. Nam omnis actio virtute aut duce fortuna fit. Virtus consideretur in ipso vsu,fortuna in successu. Hippodam Thuriy.

Acerbas res difficilius est ferre quàm abstinere à voluptate.

Fortes ex eo nominãtur, quòd ea quae acerba sunt & vidẽtur, forti magnoq; animo perferant:itaq; molesta res est fortitudo, eaq; iure laudatur. Difficilius est enim res periculorum molestiaeq; plenas ferre,quã se ab iis quae voluptatem adferunt, abstinere. Arist. Eth lib. 3. cap. 9

Acerbi ęgrè placantur.

Acerbi ęgrè placantur, diuq; irati sunt: parent enim animi Aristo. Eth lib. 4. cap. 5

animi dolori, quẽ si semel expleuerint, tum modus apponitur. Vltio enim modum finemq; iræ adhibet, cùm pro dolore voluptatẽ efficit. Quòd si minus fiat, quasi quoddam onus sustinent.

Actiones virtutum.

Arist. Eth. libro 2. cap. 2 Illud quidem commune est omnium, idq; positũ sit actiones virtutum, rectæ rationi conuenienter fieri debere. Vt autẽ in rebus salubribus, sic in actionibus, usq; omnibus quæ conducunt, nihil inest firmitatis, nihil stabilitatis & roboris. Cumq; eiusmodi sit, quæ de toto genere habetur oratio, multo etiam minus certa est quæ de rebus singulis habetur, quoniam nec sub artem, nec sub præceptionem vllam cadunt.

Actiones quæ per se expetendæ.

Eth. 10. cap. 6 Suntautem propter se expetẽdæ actiones, ex quibus sola actio petitur: ex quo sunt genere virtuti cõsentaneæ actiones. Bene enim & preclarè facta omnia in iis ducuntur, quæ vi sua, per se & propter se expetuntur.

Actiones aliæ expetendæ, aliæ fugiendæ, aliæ indifferentes.

Eth. 10. cap. 5 Quoniam actiones aliæ bonæ sunt, aliæ malæ, earumq, nõnullæ expetendæ, quædam fugiendæ, aliæ indifferentes, eadem est ratio voluptatum. Sua enim cuiusq; actionis voluptas est & delectatio. Optimę cuiusq; partis actio optima est, & beatæ iam vitæ maximè propria videtur.

Actio animi cæteris excellit.

Eth. 10. cap. 7 Certè mentis & animi actio sapiens, longè excellere videtur, quæ & cognitione dirigitur, & preter se finem sibi nullum proponit, & propriã habet oblectationem qua ipsa maximè augeatur. Quocirca & quod satis est, & otium, & vacuitas defatigationis, quãtum natura humana patitur, cæteraq; omnia quæ beato viro tribuuntur, hac ipsa actione continentur. Actiones autem multa desiderant, eoq; plura & maiora, quo maiores & clariores.

Actio quæ optima.

Eth. lib. 10. cap. 4 In omnibus actio est optima eius qui optimè ad id affectus est, quod est omnium quæ sensui subiecta sunt, nobilissimum, quę eadem sit necesse est & absolutissima & suauissima. Vt autem quæq, actio plurimum habet iucunditatis, ita est perfectissima: at ea demum perfectissima est, quæ ab eo proficiscitur, qui bene affectus aptusq, est ad eam rem gerendam, quæ omnium optima est earum, quæ propositæ sunt sensui.

Actiones quæ à consilio & electione proficiscuntur, voluntariæ sunt.

Eth. 3. cap. 5 Quoniam autem quod sub voluntatem appetitionemq; cadit, ad finem spectat, quæ verò in deliberationem delectumq; cadunt, ea in ijs cernũtur quæ ad finem serũt: efficitur vt actiones quæ in illis versantur, omnes iudicio suscipiantur, omnesq; sint voluntariæ. Actiones & habitus nõ in nostra sunt potestate eodẽ modo. Nam à principio ad finem in nobis sitæ sunt actiones, quòd rerum singularum teneamus scientiã, habituum verò solùm ab initio.

Omnis actionis finis & officij, ex animi habitu ponderandus est. Cap. 7

Actionis omnis principium est propositum & cõsiliũ, ex quo motio nascitur, nõ finis & extremũ. Eth. 6. cap. 2

Actio & effectio inter se discrepant: neq; enim actio effectio est, neq; effectio vlla actio. Cap. 4

Accusator omni vacet crimine, veniatq; ad accusandum, non studio ductus, sed officio.

Carere debet omni officio qui in alterum paratus est dicere: is enim demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Cic. in Salust.

Nulla salus Reipub. maior est, quàm eos qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, & fama sua, quàm illos qui accusantur, de capite, de fortunis pertimescere. Itaq; hi semper diligẽtissimè laboriosissimeq; accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrabãtur. Cic. in Verrem.

Multa esse oportet in eo qui alterum accusat, primùm integritatẽ atq; innocẽtiam: nihil est enim quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suę reddere. Accusare enim debent ij, qui nullo suo peccato impediuntur: quò facilius alterius peccata demonstrare possint. In Verrem.

Omnes qui alterum in iudicium vocant, prouidere debent, non solùm quid oneris in pręsentia tollant, sed etiam quãtum in omnem vitam negotij suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumq; omnium, qui ab altero rationẽ vitæ reposcunt: atq; eo magis, si id faciũt nulla re commoti, nisi vtilitate cõmuni. Nam qui sibi hoc sumpsit, vt mores corrigat aliorum, ac peccata reprehẽdat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse à religione officij declinarit? Act. 5. in Verr.

Postulatur ab omnibus, vt ab ijs se abstineant maximè vitijs, in quibus alterum reprehenderunt. Furem aliquem aut rapacem accusaris? vitanda tibi semper erit omnis auaritiæ suspicio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem? cauendum erit semper, ne qua in re asperior, aut inhumanior fuisse videare. Corruptorem, adulterum? prouidendum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremò quæ vindicaueris in altero, tibi ipsi vehemẽter fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est ijs, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. 5 Act. in Ver.

Nihil est tã inhumanũ, quàm eloquẽtiã &c. 2. Off.

Nihil est tam alienum ab eo qui alterum coniurationis accuset, quàm videri cõiuratorum pœnam, mortemq; lugere. Pro Sylla.

Sine summo scelere non potes quod maleficium in alijs vindicaris, idem in illorum sono, cùm scires, defendere. Pro Sylla.

Danda est opera, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro iniuria. 2. Offic.

Hoc præceptum officij diligẽter tenendum est, ne vnquam innocentem iudicio capitis accerses. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. 2. Offic.

Cùm ęstate vehementius tenuerit quàm fulserit, vt inquit Plinius, ventos denuntiat: ita vbi quis vehementer inclamat in aliorum vitia, ipse non

perinde lucens morū integritate, indiciū est animi magis ambitionis vento tumescentis quā pij.

Ex Plutarch. Moral. lib. Febricitātibus amara videntur omnia, vt vbi conspexerimus alios eadem nō fastidientes, iam nō cibum, sed nos ipsos incipimus accusare. Sic desinemus incusare negotia, si viderimus alios eadem hilariter ac lubenter obeuntes.

Accusatores multi sunt. pro Rosc. Amer.

Vtilius est absolui innocentem quàm innocentem causam dicere. pro Rosc. Amer.

Impediri bonam rem est melius quàm concedi malæ. 3. de Legib.

Maxima in defendendo gloria.

2. Offic. Maximè autē & gloria paritur, & gratia defensionibus: eaq́; maior, si quando accidit vt ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgeriq́; videtur.

2. Offic. Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiamsi minus sit verum, defendere.

2. Offic. Sin erit cui faciendum sit sæpius, reipub. tribuatur hoc muneris, cuius inimicos vlcisci, sæpius non est reprehendendum, modus tamen adsit. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id enim cùm periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere vt accusator nominere.

A ANTE D.

Admonitiones mulierum.

Naumachij. NEc ipsum interroges de rebus, quas nefas est mulieres
Nosse. Si tamen velit te in consilium adhibere,
Statim quidem eius sermoni ausculta, serò autem responde cum ipso
Deliberans: & nihil promitte, nec adhortare,
Tanquam æqualiter cum ipso rem gestura: exitus enim vanus est.
Prudenti mulieri, quæ virgo nupsit, sat est maritus: neque ipsam
Videbit alter lecto nudatam.

Admonitionum genera.

Ex Sopatri epistola. Admonitionum duo sunt genera, alterum acriter obiurgans, alterum leuiter curans, argumenta mihi videntur probi principis. Imperandi modū singulorum moribus accommodato decenter, cum probis moderatè, cum supinis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautioribus deniq́; leuiter agens.

Admonitio quantum prosit.

Horat. lib. 1 Feruet auaritia, miseraq́; cupidine pectus.
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi depellere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator?
Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modò culturæ patienter commodet aurem.

Admonitio grata.

Philippus cùm in captiuorum venditione sederet, sublata veste parum decorè, & captiuus quidam exclamasset: Parce mihi, Philippe, paternus tibi amicus sum. Propiusq́; accedens ad aurem admissus, Demitte, inquit, chlamydē aliquantulū, nam ad istum modum indecenter sedes. Mox Philippus, Nesciebam illum verè mihi beneuolū & amicum esse: hunc sinite abire liberum.

Admonitio libera.

Philippus cùm dissidium cum vxore & filio haberet, Demaratumq́; Corinthium interrogasset, quo pacto inter Græcos inuicem conuenirêt, respondit, Magnopere tibi curæ est Græcorum concordia, quum qui tibi sint coniunctissimi, huiusmodi sint in te animo. Quo audito ab ira ad saniora consilia reuocatus, cum suis rediit in gratiam.

Admonitio sera.

Cato senior percussus ab eo qui arcam ferebat, postq́; baiulus diceret, Caue, rogauit numquid aliud ferret præter arcam. Serum enim erat admonere vt ab arca caueret.

Thales rogatus quid esset facile, respondit, ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι, id est, alteri cōsilium dare. Quis enim adeò stupidus est, qui non alium admoneat?

Admonitio commoda.

Philippus cùm bellum aduersus Byzantios adornaret, Leo illum alloquutus est: Quorsum Philippe bellum instruis? Vt, inquit, tua patria ciuitatum pulcherrima huc adducatur, vt intelligat se à me diligi, eoq́; ad fores amasiorum meorū. Ad hæc Leo, At qui redamari cupiūt, haudquaquam cum gladijs veniunt ad fores amasiorum. Quo dicto regis animum deflexit.

Admonitio retorta.

Quirinus sophista ab Asianis reprehensus quòd in accusādo senior esset, Multo, inquit, satius est vt vos meam lenitatem accipiatis, quàm ego vestrā crudelitatem. Tumebant enim Asiani Rhetores.

Admonitio turpis.

Vt apud iureconsultos etiam qui frigidam suffundunt, simili notantur infamia: ita culpandus, qui ad turpia hortatur, non is solū qui turpia facit.

Herbæ salutares consuetudine perdunt medendi vim. Ita admonitio si assidua sit, non emendat assuetum iam obiurgationibus.

Vt elleborū tametsi efficax, tamen medici vetant dari senibus, aut pueris, aut exilibus: ita admonitio sic est temperāda, vt ferre possit, quem velis emendare: nec solū spectandū est vitium, sed natura quoq; eius, cuius vitio studeas mederi.

In Narniensi agro terra imbre fit siccior, æstu humescit: vnde Cicero iocatur illic ex imbre puluerem, ex siccitate fieri lutum. Ita quosdam admonitio reddit deteriores.

De Adolescentia.

Adolescentem verecundum esse decet. *Plautus Asin.*

Adolescentes in bonum assuefaciendi sunt.

Tu quos ad studium, atq; vsum formabis, agrestē *Vergil 3. Geor.*
Iam vitulos hortare, viamq́; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Sed quoniā ad tantas nō primùm nascimur artes, *Idem ad Mess.*

Nunc

Nunc primùm teneros formamus robore neruos.
Hor. li. 3 Od. 24. Et teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis.
Hora. 1. lib. Epi. Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuum.
Idem lib. 1. Epi. Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam quam monstrat eques. Venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in syluis catulus. Nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.
Gratum est quòd patriæ ciuē, populoq; dedisti,
Si facis vt patriæ sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus hunc tum
Moribus instituas. Serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Vultur iumento & canibus, crucibusq; relictis,
Ad fœtus properat, partem cadaueris adfert.
Hic est ergo cibus magni quoq; vulturis & se
Pascentis, propria cùm iam facit arbore nidos.
Sed leporem aut capteā famulæ Iouis & generosa
In saltu venantur aues: nunc præda cubili
Ponitur. inde autem cùm se natura leuabit
Progenies stimulante fame, festinat ad illam,
Quam primùm prædam rupto gustauerit ouo.
Senec. in Octa. Regenda magis est feruida adolescentia.
Teren. in Adel. Quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.
Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tantomagis audebit cæteros.
Vinum quod in dolio placuit, non fert ætatem: quod recens, durum est & asperum, postea placet: sic adolescentia durior maturescit, & ad frugem peruenit.

Adolescentia aliquando voluptatibus seruiat.

Cic. pro M. Cælio. Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniueret: & interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi, sine casu aliquo aut prolapsione vix posset. Et multarum rerum iucundissimarum varietatē dedit, qua non modò hæc ætas, sed etiā iam corroborata caperetur. Datur enim cōcessu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescētiæ cupiditates.

Pro M. Cælio. Si quem fortè inueneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem rerū, non odore vllo, nō tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suauitatem: huic homini ego fortasse, & pauci deos propitios, pleriq; autem iratos putabunt.

Pro M. Cælio. Detur aliquis ludus ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur: non sem per superet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas, voluptasq; rationem, dummodò illa in hoc genere præscriptio, moderatioq; teneantur.

Pro M. Cælio. Detinuentus aliquid temporis ad ludum ætatis, atq; ad inanis basce adolescentiæ cupiditates: reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, reipub. vt ea quæ ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur.

Adolescentes.

Adolescentes citò amicitiam instituunt, & citò dirimunt: adolescentum enim amicitia voluptatis causa omnis constitutavidetur esse. Eorum enim cū omnis in libidine & perturbatione vita consumitur: tum ex quo capiant voluptatem, eamq; in præsens, id omne vel studiosissimè persequuntur. Et quia mutata ætate alia sequuntur quę delectent, idcirco repentè & amici sunt, & ab amore desistunt. Nam eorum amor sæpe vnà cum voluptate deponitur, cuius cita est & repentina mutatio. Atq; etiam adolescentes ad fœdū amorem propensi sunt: magna enim pars fœdi amoris in perturbatione & voluptate ponitur. Itaq; citò diligūt, & ab amore desistunt: sæpe eodē die mutata sentētia. Hi vnà versari totos dies cupiūt, & vitæ societate coniungi, quòd isto modo eis adsint omnia quæ ad amicitiam pertinent. Arist. Eth. libro 8. cap. 3

Vt ager, si non colatur, non solùm infrugiferus manet, verumetiam multa syluestria producit: ita adolescens rationis capax, nisi præceptis honestis exerceatur, non solùm non euadet bonus, sed ad multa vitia deflectetur.

ADOPTATIO.

Viro locupleti mea quidem sententia consultius fuerit amici alicuius filium sibi adoptare, vtpotè talem habituro, qualem desiderauerit: licet enim eligere pro arbitrio, ac talem qui idoneus esse videatur, & maximè naturam eius referre. Vides quantum intersit: Adoptanti quidem filium, ex plurimis & bonis deligere licebit aliquem, cuius ingenio præcipuè delectetur: gignenti autem ex seipso multa pericula imminent. Talem nāq; oportebit habere, qualiscunq; natus fuerit. Democrit.

DE ADVLATIONE.

Antehac omnes pallium, vt conijcio, non me, Posidipp.
Salutabant: iam enim ne vnus quidem mecum
loquitur.
Quicunq; omnia in gratiam amicis Critias.
Agens conuersatur, præsens gaudium
Odio commutat in posterum.
Amicos qui nihil tibi verbis indulgeant
Comparato: qui verò vt cōplaceant, & delectēt te, Euripides.
Verba faciunt, eos tanquam malos prę foribus excludito.
Argute teipsum, quisquis es, nihil ad gratiam Zenonis.
Audito, neq; assentatores libertate loquēdi priua.
Boni cùm laudantur, quodammodo Euripides.
Odio laudanteshabent, si pręter modū id fecerint.
Etiam laus nimia onus est.
Parasitorum genus, ô viri, inuenit Nicolas.
Ioue prognatus (vt aiunt) Tantalus.
Cùm autem arte non rectè vti sciret,
Intemperantem linguam habuit: deinde ingratam
Compulsus in sedem, quæ fame ipsum cruciaret,
A pristina mensa subitò reiectus est.
Repentè autem ictus in medium ventrem,
Omnia sursum & deorsum confundi putauit.
Sipylum quoq; fama est hoc modo pessum iuisse,

Idq; bono iure. Pbryx enim cùm esset, non poterat
Nutrientis ipsum dicendi libertatem rectè ferre.
Propter tale vitium igitur, quod modis omnibus
Omnes in vita æmulantur, & cupiunt,
Acerbè volo reprehendere (si modò per Iouem
Liberè mihi loqui per vos liceat) homines, qui sine
symbolo comessantur,
Et qui sine labore, alieoa deglutire proponunt.
Quidnam bone vir, obsecro te, didicisti,
Quòd parasitum agere velis? aut quid rei in vita
humana
Calles? dicito, dignum est enim scitu.
Cuius fuisti discipulus? quam sectam
Profiteris? à quibus placitis incipiens
Audes parasitus esse? At ægrè oos, qui vitam
Omnem contriuimus, oe nunc quidem adhuc
Apertas possumus iotueri fores,
Propter eos qui supra sunt, qui deuorant aliena.
Noo cuilibet ad mensam nauigare licet.
Oportet enim, vt illi primùm habeant
Faciem impudentem, colorem stabilem, maxillam
Indefessam, quæ continuò posit alapas sustinere.
Hæc quidem elementa sunt totius artis.
Deinde si illudatur, de seipso rideat opus est:
Turpè autem puto seruire dicterijs.
Minorem natu fingit esse, aut offenditur,
Dum studet elegans haberi, & præter ætatem
ægrotat.
Ille Ganymedes esto inter deos relatus:
Ad complacendũ conuersatur io alentis perniciẽ.
Si quis turbetur, staóm omnes exanimat
In conuiuio: alterum tacitè subsanoans
In mensa, Et tu, inquit, bilem dimitte.
Opinor autem me idoneum ad hæc negotia,
O pueri, natum esse. Adsunt enim mihi omnia,
Quæcunq; habere oportet alieoa comessantem:
Nempe fames, vecordia, audacia, venter, otium:
Et nunc me rex Lydorum abuodanoum auro
Amicum esse conuiuam sibi decreuit.

Democrit. Rectè facta collaudare, honestum est: mala verò laudibus vehere, adulterini animi ac impostoris est.

Aristony. Ligna dum augent igoem, ab ipso consumuntur: opes dum alunt adulatores, ab eis ipsis pereunt.

Sotionis. Delphini quousque vnda subest, comitantur natantes: in littus verò nunquam egrediuntur: sic adulatores in sereno rerum statu manent. Sicut qui amicos ad peregrinationem euntes dum via plana est, deducunt: cùm asperior incipit, recedunt.

Phauorini. Non fidem meretur ea laus, qua quis alium sui commodi gratia prosequitur.

Quemadmodum Actæon ab alumnis suis canibus interijt, sic parasiti eos à quibus aluntur, pessundaot.

Theodori. Ingressus ad ipsam frequens erat: alijs morum simplicitatem probantibus, alijs aliqua re indigen-óbus: plurimis verò pro more & ingenio vulgò hominum peculiari affectis, qui homines diuites ceu spectaculum quoddam eximium mirati, ad ipsorum iaouas tempus terunt, & nihil inde laturi sint commodi.

Diogenis. In assentatooe veluó sepulchro quopiam, solùm amicitiæ oomeo inscriptum est.

Isocratis. Adulatores vt impostores odio habeto. Creditores enim vtriq; in te quauis sibi credita fallunt.

Crates, parasitos συγκαταιωνοφάγυς appellabat, quasi quis Latinè conepolones dixerit, quòd omoium facilè dictis inter epulas aonuant.

Antisthenes satius esse ait in coruos quàm in parasitos incidere: hi enim viueotis animum corrumpunt, illi solùm mortui corpus.

Gaudeodum potius redarguentibus, quàm assentantibus, quos etiam hostibus deteriores existimare & refugere oportet. *Pythag.*

Antisthenes aiebat, vt meretrices booa omnia præter meotem & prudenoam suis amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores ijs, quibus cum agunt.

Crates ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitabatur turba: Adolescens, dixit, miseret me tuæ solitudinis

Adulatorum beneuolentia tanquam tergo hostibus dato, fugit infortunia. *Socratis.*

Lepores quidem canibus venatores capiunt: multi autem stolidos laudibus irreòunt.

Lupi quum sint canibus similes, assentatores amicis, diuersa tamen studia sequuntur.

Similis est adulatio panopliæ sectæ, ideoque dele ctatioonem quidem, sed vsum nullum præstat.

Etenim quemadmodum apud nos de amanobus lex illa relata est qua dicitur, nullã voluntarium amatoris in amarum obsequium adulatorium & infame putandum: sic & alia quædam secundum legem voluntaria seruitus restat, quæ infamiam nullam subit. Hæc autem est quæ circa virtutem versatur: nam nostris legibus est institutum, si quis velit aliquem colere, putans per illum vel sapientia quadam, vel in alia quauis parte virtutis proficere, hanc rursus voluotariam seruitutem neque dedecori seruieoti fore, neque adulaoonem vocari debere. *Plat. in Symp.*

Veluti lupus animal est cani simile, ita & adulator, & adulter, & parasitus amico similis est: animum igitur aduorte, ne canum custodum vice, perniciosos lupos nèscius admittas. *Epicteti.*

Adulationis & prudentiæ collatio.

Adulationis est laudare mala, non ob alium finem quàm vt placeat. Ciuilis autem prudenoa principibus ad hominum vtilitatem cõuersatur. Adulator quidem nemini profuturus, malum opus agit: ciuiliter autem prudẽs principem ambioosum laudabit, vt à malo instituto ipsum auertat. Quare laudatum ille quidem sua collaudaoone lædit, ac ipse de seipso improbitaois extremæ specimen exhibet: hic verò per obsequij sui modum ad agendas res laude dignas inuitat. *Ex Sopatri epistola.*

Bion eos qui auscultarẽt adulatoribus, dicebat esse similes amphoris, quæ auribus circumaguntur.

Multò periculosius esse dicebat Diogeoes incidere in assentatores quàm in coruos, dicendumque esse contendebat ἐς κόλακας, id est, abi ad assentatores, non verò ἐς κόρακας, id est, ad coruos.

Faustus.
Qui blando patulas Gnatoni commodat aures,
Insanum ex stulto pectore, pectus habet.

Iuue. Sat. 4.
Quid? quod adulandi gens prudentissima, laudat
Sermooem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat?
Herculis Anthæum procul à tellure teoentis

Miratur

Miratur vocem auguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.
Et quid agat rurſum, rides, maiore cachinno
Concutitur: flet, ſi lachrymas conſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit endromidem. ſi dixeris, æſtuo: ſudat.

Cicero in Lælio. Nulla in amicitijs peſtis eſt maior, quàm aſſentatio, blanditiæ, adulatio.

In Lælio. Simulatio amicitiæ repugnat maximè: delet enim ueritatem, ſine qua nomen amicitiæ valere non poteſt.

In Lælio. Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad voluptatem dicitur, vult eſſe magnum.

In Lælio. Cauendum eſt ne aſſentatoribus pateſaciamus aures, nec adulari nos ſinamus, in quo falli facilè eſt: tales enim nos eſſe putamus, vt iure laudemur.

In Lælio. Aſſentatio quamuis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi & qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit vt is aſſentatoribus pateſaciat aures ſuas, maximè qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maximè ipſe delectet.

In Lælio. In obſequio comitas adſit, aſſentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur, quę non modò amico, ſed ne libero quidem digna eſt.

De petit. conſ. Blanditia cùm vitioſa ſit ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magiſtratus eſt neceſſaria: beneuolentiam tamen ciuium blanditiis & aſſentationibus colligere turpe eſt.

3. Officiorum. Mihi hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint blanditiis officiorum, non veritate, ſed ſimulatione acquiſitæ.

Ex Apophth. Eraſm.

Blandiloquio nihil nocentius.

Ingenium hominum ad aliena vitia perſpicax eſt, ad ſua cæcum.

Peſtilentiſsimum genus eſt adulationis, ſub libertatis imagine blandiri.

Aliena rectius perſpicimus quàm noſtra, & ſibi quiſque adulator eſt.

Lapidis eſt non ſentire diſcrimen inter laudantem & vituperantem: ſed philoſophi eſt, non ita commoueri vt ab honeſto recedat.

Coruus tantùm mortuos impetit, adulator etiam viuis inſidiatur.

Nemo ſuam turpitudinem perſpicit, ſed ſibi quiſq; adulator eſt.

Vt adulationem affectare turpe eſt, ita ingerentem ſe non oportet omninò repellere: prodeſt enim in hoc, vt homo perſpiciat qualis eſſe debeat.

Ex Plutarch. Moral.

Inſania alendi equos, non conſequitur lenticulam, ſed arua frumentifera: ſic adulatio non infeſtat pauperes atque humiles, ſed magnarum familiarum ac fortunarum ruina morbusq; eſt.

Pediculi corpora exanima deſerunt, vtpotè defecto ſanguine quo alebantur: ſic adulatores rebus proſperis ac feracibus adſunt, aridas & ſteriles non attingunt.

Vt adulterina ſplendorem ac nitorem tantùm auri imitantur: ſic adulator gratiam, obſequium, & hilaritatem amici.

Vt ſylueſtria ſemina, quæ ſpatio ac magnitudine accedunt ad triticum, haud facilè repurgantur, nam per anguſta foramina non excidunt, per ampla ſimul excidunt: ſic adulatio quæ amicitiam imitatur, non facilè ab amicitia reiicitur ac ſeparatur.

Obſoniorum egregij artifices, condimentis nonnihil auſteri admiſcent, quò dulcedinis tollant ſatietatem: ſic adulatores fictam quandam libertatem ac ſeueritaté admiſcent, vt nunquam magis adulentur, quàm cùm videntur obiurgare ac liberè loqui.

Vt difficilè deprehenduntur beſtiæ, quæ ad loci ſimilitudinem mutant colorem: ſic eos aſſentatores haud facilè deprehendas, qui ad omne vitæ inſtitutum omnéſque affectus ſeſe accommodant.

Qui alunt belluam, primùm accommodant ſe illius ingenio, & animaduertunt, quibus rebus offendatur, aut placetur, donec aſſuefacta fiat tractabilis: ſic adulator omnibus amici ſtudiis & affectibus ſe accommodat.

Vt præterfluens aqua nullo certo colore eſt, ſed ſemper refert colorem ſubiecti ſoli: ita adulator ſui diſsimilis eſt, pro re nata ſeſe adaptans.

Simia dum hominem imitari conatur, ſæpè capitur: aſt adulator, idem faciens, alios capit & allicit.

Vt Circes poculis homines ſubitò transformabantur in feras: ſic affectus repentè alium reddunt hominem.

Vt ſpeculum, quicquid obiicitur, imitatur: ſic adulator.

Vt vmbra, quicquid agas, reſpondet & adeſt: ſic adulator, quoquò te vertas, ſequitur.

Chamæleon omnem imitatur colorem, præterquàm album: ſic adulator in turpibus nihil non imitatur: ſolum quod honeſtum eſt, imitari non poteſt.

Vt imperiti pictores, cùm pulchra non queant aſſequi, rugis & verrucis exprimunt ſimilitudines: ſic adulator refert intemperantiam, iracundiam amici.

Bene olet vnguentum, bene olet & pharmacum: verùm illud ad nihil vtile, niſi vt delectet: hoc præter odorem maiorem habet vtilitatem: ſic adulator tantùm iucundus, amicus etiam vtilis & neceſſarius.

Pictura colores habet iucundos: ſunt & pharmaca grati coloris: ſic amicus ideò delectat, vt iuuet: adulator tantùm delectat

Medicus, ſi res poſtulet, aliquando crocum & nardum iniicit, & lauat ſuauiter, & paſcit humaniter: ſic amicus aliquando blandus eſt.

Quidam tauris œſtrum, canibus crotonem in aures immittũt: ſic adulator in aurẽ admiſſus, haud facilè excutitur, ſed tranſuerſum agit quò lubet.

Pictores illuſtrant lucida appoſitis vmbris: ſic adulator laudans diuerſa vitia in aliis, in amico nutrit, ac fouet, quæ adſunt.

Vt oratores aliquoties aliam perſonam loquentem faciunt, vel fidei cauſa, vel vt inuidiam fugiant: ſic adulator narrat, quæ ab aliis de amico audierit, etiamſi non audijt.

Palæſtritæ

Palæstritæ corpus humiliant, vt alios deiiciant: ita quidam seipsos vituperant, vt videantur admirari familiares.

Vt pictura est tacita poesis: ita silentio quoque laudat adulator, nempe vultu nutuq; & obsequiis.

Vt qui venantur, facilius fallunt feras, si aliud agentes, hoc est, iter facientes, aut agricolantes, id faciant: ita maximè laudat adulator, cùm non apparet eum laudare.

Si ager laudando redderetur fertilior, non minus laudandus esset, quàm arandus, aut stercorandus: sic amicus si redditur laude melior, expedit aliquando laudare: sin minus, quorsum pertinet inutilis palpatio?

Vt Patroclus in bellum proditurus, reliqua quidem Achillis arma sibi sumpsit, solam hastam, vt grauem ac prȩualidam non attigit: ita adulator omnia veri amici symbola imitatur, præter solam admonendi libertatem.

In Menandri Comœdia inducitur falsus Hercules, clauam gestans non robustam, sed inanem ac leuȩm: sic adulatoris libertas mollis est & blanda.

Vt puluinaria mulierum, quanquam videtur reniti ac resistere, capitibus cedunt magis & accommodant sese: sic libertas adulatoris tumet quidem, sed in se recipit inclinantem.

Vt si quis merum, alioqui conferens aduersus cicutam, admisceat illi, venenum reddit immedicabile, quòd calore vim veneni protinus deuehat ad cor. ita adulator intelligens libertatem esse remedium aduersus adulationē, eam ipsam adulationi admiscet, quò magis sit noxia.

Vti medicus dat operam, quò sanitatem tueatur & augeat: ita facit amicus, at adulator vlcerosas titillat partes.

Sunt cibaria, quæ neque sanguini conferunt, neque spiritibus, neque neruis, neque medullis: sed pudenda tantùm mouent, ventrem inflant, corpus turgidum reddunt. Talis est adulatoris oratio, vitiosa tantùm auget, & irritat, alioquin infrugifera.

Vbi corpus vitiosis inflatum humoribus, ibi adsunt bubones: sic vbi irascitur, amat, odit amicus, id premit adulator.

Vt Tragœdiarũ histrionibus choro opus & amicis concinentibus, theatroq; applaudente: sic qui gaudent adulatoribus, nihil agunt nisi sint qui applaudant.

Quemadmodum iuxta mathematicos, superficies & lineæ, nec inflectuntur, nec producuntur, neque mouentur per se, cùm res sint intelligibiles, sed inflectuntur, producuntur, & migrant pariter cum ipsis corporibus: ita adulator suopte quidem affectu non mouetur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet.

Animal in intimis vires habet maximè proprias: sic amicus nihil ostentat, sed tum celat, cùm maximè iuuat.

Vt medicus & non sentientem iuuat & sanat: sic amicus, etiam si ignoraretur, amicum iuuat

Vt mala pictura, fractis vestibus, rugis & angulis rem reprȩsentat: sic adulator sudoribus, clamoribus amicum imitatur, nihil exhibens syncerum.

Simia cùm nec domum possit seruare more canis, nec onera gerere quemadmodum equus, nec arare sicuti boues, parasitatur ac risum mouet: sic adulator cùm in serijs ac grauibus rebus nesciat esse vsui, voluptatum minister est.

Quidam malè pinxerat gallos gallinaceos, iussitq; puero, vt veros gallinaceos procul abigeret à tabula, ne collatione deprehenderetur: sic adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus.

Pharmacum non adhibitum in loco, dolet absque fructu: sic obiurgatio non, vt debet, admota. Atque idem facit amicus cum molestia, quod adulator cum voluptate: lædit enim vterque.

Vt medico carnem secante, manus concinnitatem quandam & elegantiam seruat, abest autem saltatoria gesticulatio: ita libertas admittit vrbanitatem, seruata grauitate. Adulator risibus, scurrilibusque iocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat.

Aqua delabitur vbicunq; cauum ac decliuem locum reperit: sic adulator vehementer vrget, si quid lapsus est amicus.

Vitrum mare crystallum imitatur, res vilissima rem longè pretiosissimàm: ita assentatio amicitiam imitatur, res pessima longè optimam.

Quemadmodum heliotropium herba, semper in eam spectat partem, qua sol est, & eo condito, florem contrahit: sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecundant, & in quodcunque viderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi.

Vt pharmacopolæ bracteis aureis tegunt remedia quædam, quò pluris vendant: ita quidam lenocinio verborum nihil ad rem pertinentium, rem commendari putant.

Pardus odoris gratia allectas feras inuadit, atque occidit: ita quidam blandiloquentia intentos fallunt, ac perdunt: sic principum aulæ habent nescio quid blandum, quod inuitet in perniciem.

Qui fascino vtuntur, laudando necant arbores, sata, pueros: ita adulator laudando perdit.

Hystrix non iaculatur spinas suas, nisi cùm prouocatur aut vrgetur: at scurra in quemuis sua dicteria torquet.

Quod oleum est muscis, formicis, fereq; reliquis insectis, id est adulatio stultis principibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur illa: hi assentatione, & obsequio palponum in exitium trahuntur ipsi, & trahunt rempub.

Vt in diapason tantus est concentus, vt vox eadem esse videatur, ita veri amici vnus sunt animus. At sic adulator per omnia subseruit ad orationem diuitis, vt vnum loquentem dicas, non duos.

Vt suauius est antiphonum, quàm si vox sit omninò eadem: sic iucundior amicus, ita concors, vt tamen nonnihil dissideat, quàm adulator per omnia obseruiens.

Πόνου καὶ σπουδῆς ἁπάσης ἀπολειπόμενος, ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπροφάσιστός ἐστιν. id est, Plutarch.
Adulator ad laborem & res honestas segnis, in iis rebus quæ sub ala fiunt nihil recusat. Aristoteles sectione 35. problem. 2. indicat sub alis potissim

potissimùm, ac pedum vestigiis fieri titillationē. Quid autem est adulatio, quàm aurium pruritus & gargarizatio? vnde Lucianus in quodam Charontis dialogo:

Ἕν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. τί ὦ Μένιππε. κολακείαν ὦ Ἑρμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμεύσασαν αὐτῷ. i. Vnum quiddam adhuc sub alis gestat, quod est omnium grauissimum. Quidnam Menippe? Adulationem Mercuri, quæ illi plurimū emolumenti attulit in vita.

Adulationem M. Tullius actione 3. in Verrem, mercenarium præconium appellat.

Adulatoria verba, coquinaria dicuntur. Vnde carmen extat, ὑπογλυκαίνων ῥηματίοις μαγειρικοῖς. i. Deliniens eos verbis coquorum. Coquorum enim est edulcare cibum per se austerum.

Adulatione laudati, in ostio formosi dicūtur. Sumptum est ab iis qui amasiorum nomina arboribus aut parietibus inscribebant. Aristophanes in Vespis:

Καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον
Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν,
Ἰὼν παρέγραψε πλησίον Κημὸς καλός. i.
Ac per Iouem scriptum vspiam si viderit
Demum venustum in Pyrilampus ostio,
Accurrit, ac Cemum venustum proximè
Adscribit. Idem:
Ὑμῶν ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ
Ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον, Ἀθηναῖοι καλοί. i.
Is vestri amans haud fictè erat, nam in ædium
Muris, Venusti Athenienses scripserat.

Atheniensium magistratus assentabantur populo, dicentes cætera quidem omnia esse Græcorum communia, verùm illud esse proprium Atheniensibus, quòd viam nossent quæ perduceret in cœlum.

Iactatur & aliud, de eo qui adulatione laudatur, elogium: καλὸς Πύθων. i. formosus Python. apud Pindarum in Pythiis hymno. 2.

Plutarchus nos meritò admonet vt illud Homericum carmen semper habeamus in ore, tanquam pharmacum aduersus venenum adulationis, Odysseæ 11. super Vlyssis persona loquentis ad Telemachum:

Οὔτις ἐγὼ θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;
Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas?

Aristophanes in Equitibus, de adulatore sic loquitur:

Ὃς κέρκῳ σαίνων, ὁπότ' ἂν δειπνῇς ἐπιτηρῶν
Ἐξέδεταί σου τοὔψον, ὅταν σύ ποι ἄλλοσε χάσκῃς. i.
Qui cauda alludens, cùm cœnam obseruat, amica
Te spectante aliò, tua edulia deuorat ille.

Dicitur etiam ab eodem adulator αἰκάλλειν, i. more canum, auribus, cauda, & toto corpore blandiri.

Horatius in diuites, qui ita demū fœlices sunt futuri, si id studeāt esse quod audiūt ab adulatoribus:

Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.
Iactamus te iampridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor, ne cui de te plus, quàm tibi credas.

Commoditatis gratia alicui applaudentes dicuntur sermone prouerbiali ficū cupere. Atheniēses enim olim agricolis blandiebantur, vt ab illis ficos præcoquos acciperent. Inde Aristophanes in Vespis:

Σύ γε νῦν σῦκά μ' αἰτεῖς. Tu verò nunc ficos à me petis.

Demulcere caput etiam adulatores dicuntur. Chremes in Heautont. negat se sibi temperare posse, quin Syro demulceat caput. Hieronym. ad Augustinū: Prætermitto salutationis officiū, quibus meū demulces caput. Lucilius apud Noniū: Hic vbi me videt, subblanditur, palpatur, caput scabit.

M. Tullius in dialogo de Amicitia prufert Catonis prouerbiū, inquiens, Scitum est illud Catonis, multo melius de quibusdā acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videantur.

Adulator, pellace vulpe benignior dicitur.

Ὦ πλεῖον ἴλαος αἱμύλης ἀλώπεκος. i.
Pellace quanto est blandior vulpecula.

Melle litus gladius, etiam vocatur assentator, & θανάσιμον μελίκρατον. i. letale mulsum, quòd ita iucundus sit vt idem sit perniciosus.

Diogenes, orationem ad gratiam comparatam, auriumq; pruritum, appellabat μελιτίνην ἀγχόνην, i. melleam præfocationem, quòd assentatione delectaret, cæterùm mendacio iugularet admittentem.

Paulus ad Romanos scribens, assentationem χρηστολογίαν appellat: καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας, καὶ εὐλογίας, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. id est, Qui per blandiloquentiam ac benedicentiam seducunt corda innocentium.

Odiosum sanè genus adulatorum, dum blandiuntur, aiunt, καλῶς ἔλεξας, id est, pulchrè dixti, bellè narras. Plato in Euthydemo:

Τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις. id est, Etenim quod dici solet, omnia pulchra dicis. Assentatoribus igitur nos fœlices dictitātibus illud Crœsi elogium respondebimus, μᾶλλον ὁ Φρύξ, magis ipse Phryx.

Comicorum salibus, γλωττογάστορες dicuntur, linguam venalem habentes, & ea loquentes quæ ventri conducant. Athenæus lib. 3. docet eiusmodi homines à poëtis dictos κνισοκόλακας & κνισολοίχους, quòd ob culinæ nidorē adulentur.

Εὔνους σφάκτης, id est, beneuolus mactator, dicitur etiam perniciosus assentator, & clemens lanista. vnde Cic. ad Atticum epistolæ initiū est, Quæris ex me lanista clemens.

Tales etiam ex cohorte prætoris dicuntur, qui ad omnem nutum præstò sunt. M. Tullius. ad Q. fratrem epist. 1. Quos verò aut ex domesticis cōuictoribus, aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex coborte prætoris appellari solent, horum non modò facta, sed etiā dicta nobis præstanda sunt.

DE ADVLTERIO.

Elige de vacuis, quam non sibi vendicet alter. *Ouid. Epist. 19. Heroid.*
Si nescis, dominum res habet ista suum.
Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ. *Lib. 3. de Arte am.*
Hoc decet, hoc leges, iusq; pudorq; iubent.
Nil mihi cum nupta, Thais in arte mea est. *Lib. 1. de Rem. amor.*
Desine matronas sectarier, vnde laboris
Plus haurire mali est, quā ex re decerpere fructus. *Hora. li. 1. Sa. 2*
Hic se præcipitem tecto dedit, ille flagellis *Hora. li. 1. Sa. 2*
Ad mortem cæsus, fugiens hic decidit acrem
Prædonum

Prædonum in turbam, dedit hic pto corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones: quin etiam illud
Accidit, vt quidam testes caudamq; salacem
Demeteret ferro.

Adultera crimen.

[*Pythagora in libro de Temperantia mulieris.*] Ex iam dictis maxima & præcipua causa Temperantiæ est, quæ facit vt circa coniugium incorrupta sit vxor, nec alieno viro commisceatur. Principio enim hac parte si peccet, offendit natalitios deos, vt quæ domui & cognationi non germanos auxiliatores, sed spurios exhibeat. Quinetiam perfida est erga naturæ deos, per quos iurauerat vnà cum parentibus & cognatis suis, se coniuncturam legitimè cum marito ad vitæ communionem, & liberorum procreationem. Et in patriã quoq; peccat, non persistens in eius statutis. Deinde in hisce rebus delinquere, quibus maxima pœna constituta est mors ipsa, propter magnitudinem sceleris quod voluptatis & petulantiæ causa committitur, omnino nefarium omniq; venia prorsus indignum est. Petulantiæ autem finis pernicies est.

Considerandum & istud, quòd nullum inuentura sit remedium purificationum huius delicti, vt templa deorum ingrediens, arasq; accedens, casta & amabilis Deo esse possit. Nam huic sceleri maximè Deus etiã infensissimus est, ac ignoscit minimè. Imprimis verò honestum est matronæ, pudicitiam suam erga virum per formam liberorum suorum testari: quod fit, si liberi referant typum similitudinis sui genitoris.

Adulterium ex otio & delicijs oritur.

Geradas Spartanus à quodam hospite rogatus qua pœna mulctarentur adulteri, cùm nihil vidisset super hac re sancitum à Lycurgo: Nullus, inquit, hospes apud nos adulter est. Cùm iterũ hospes subiecisset, Quid, si existat? Dabit, inquit Geradas, tantum bouem, vt porrecto collo vltra Taygetum montem bibat ex Eurota. Hospes autem ridens cùm dixisset, At fieri non potest vt tantus bos reperiatur: Et quo pacto (inquit Geradas) Spartæ esset adulter, in qua otium, diuitię & deliciæ, & corporis cultus probro habentur? Prudenter intellexit Geradas ibi non nasci posse adulterium, vbi non admitterentur vitiorum seminaria.

Adulterinum.

Quod adulterinũ est, neq; simplex neq; syncerum, à Græcis dicitur κίβδηλον, & κιβδηλία corruptela & insynceritas. Vnde Aristophanes:
Πολλὴν ἀφεῖλε τοῦ βίου κιβδηλίαν. i. Corruptionem vitæ ademit plurimam. & κιβδηλεύειν, fuco corrumpere.

Plato li. 5. de Leg. Τὰς δὲ ἂν τιμὰς δεῖ σκοπεῖν, καὶ τούτων τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι. i. Rursum honores oportet considerare, quinam ex his veri sint, qui adulterini. Alio in loco: Vt neq; ipse adulterinus aliquando cuiquam appareat, sed simplex & verax semper.

DE ADVERSITATE.

Aduersa æquo animo tolerare virtus est maxima.

Hem ista est virtus, quando vsus est, qui malum fert fortiter. [*Plau. in Asin.*]

Aduersa amorem virtutis haud eximere valent.

Neque enim virtutis amorem [*Silius Italicus*]
Aduersa exemisse valent.
Vnum hoc scio, [*Teren. in Phor.*]
Quod fors feret, feremus æquo animo. D. Placet.
Heus, istuc viri est officium.

Fabij Maximi constantia in aduersis.

Hos mulcens quæstus Fabius, deforme docebat [*Sil. Ital. in lib. 10 bel. Pun.*]
Cladibus irasci, vulgumq; arcebat ab ira.
Aduersis etenim frangi non esse virorum:
Qui martem inscribant genti, non posse dolores
Condere, & ex pœna solatia poscere luctus.
Albus vt obscuro deterget nubila cœlo [*Hor. Od. 7. lib. 1.*]
Sæpe Notus, nec parturit imbres
Perpetuos, sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæq; labores.
Aequam memento rebus in arduis [*Idem Od. 3. li. 2.*]
Seruare mentem, non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitia, moriture Deli.
Quocirca viuite fortes, [*Idem lib. 2. Ser.*]
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.
Plures amicos re secunda compares, [*Auson. in Tit. sententia.*]
Paucos amicos rebus aduersis proba.
Leue est miserias ferre, perferre est graue. [*Sen. in Thyeste*]

Aduersa toleranti patienter, nil nocere valet.

Quisquis composito serenus æuo, [*Boet. Metro 4. libro 1.*]
Fatum sub pedibus egit superbum,
Fortunamq; tuens vtramq; rectus,
Inuictum potuit tenere vultum:
Non illum rabies, minæq; ponti
Versum funditus excitantis æstum,
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos Vesevus ignes,
Haud celsas soliti ferire turres,
Ardentis vi fulminis mouebit.

Aduersa pios, religiosos'ue homines reddunt.

Aspera crescit hyems, omniáq; à parte feroces [*Ouid. 2. Meta.*]
Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miscent:
Hic votis numen adorat.
Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis [*Idem lib. 3. Fast.*]
Vtitur, at votis is quoq; poscit opem.
Di maris & cœli (quid enim nisi vota supersunt?) [*Idem 1. Trist.*]
Parcite quassatæ soluere membra ratis.
Ipse gubernator tollens ad sydera palmas, [*Idem lib. 1. Trist.*]
Exposcit votis, immemor artis, opem.
Quocunq; aspexit, nihil est nisi mortis imago,
Quam dubia timeo mente, timensq; precor.
Otium diuos rogat in patenti [*Hor. Od. 16. li. 2.*]
Prensus Aegæo, simul atra nubes
Condidit lunam, neq; certa fulgent
Sydera nautis.

Aduersa

Aduersa virente leuiora fiunt.

Lucanus lib. 9. bel. Ciuil. Serpens, sitis, ardor arenæ
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris:
Lætius est quoties magno sibi constat honestum.

Aduersitas amicos probat, often ut atq; differat.

Ouid. 4. de Pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere, primus eras.
Nunc quia contraxit vultum fortuna, recedis,
Auxilio postquàm scis opus esse tuo.

1. Trist. Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

5. Trist. O mihi chare quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquàm procubuere meæ.
Vt cecidi, cunctiq; metu fugere ruinam,
Versaq; amicitiæ terga dedere meæ.

Seneca in Agamemnon. Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.

Aduersitas grauior est, si improuisa eueniat.

Teren. in Phor. Incertum est quid agam, quia præter spem, atq; incredibile hoc mihi obtigit.
Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.
Quamobrem omnes cùm secundæ res sunt maximè, tum maximè
Meditari secu oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant,
Pericla, damna, exilia, &c.

Aduersitas ingeniosum hominem arguit quandoq; & contrà.

Ouid. l. 6. Meta. Os mutum facti caret iudice grande doloris
Ingenium est, miserisq; venit solertia rebus.

2. de Arte am. Ingenium mala sæpe mouent: quis crederet vnquã
Aëreas homines carpere posse vias?

De Sappho. Nunc vellem facunda forem: dolor artibus obstat,
Ingeniumq; meis substitit omne malis.

Lib. 4. de Pon. Nec tamen ingenium nobis respondet vt antè,
Sed siccum sterili vomere littus aro.
Scilicet vt limus venas excæcat in vndis,
Læsaq; suppresso fonte resistit aqua:
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,
Et carmen vena pauperiore fluit.

4. Tristium. Vtq; soporiferæ biberem si pocula Lethes,
Temporis aduersi sic mihi sensus abest.

Aduersitas hominem laudabilem efficit, qui eam æquanimiter tolerat.

5. Tristium. Scilicet aduersis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,
Penelope fœlix, sed sine laude foret.

Aduersitas prodest homini, quòd in sui ipsius cognitionem & Dei reuerentiam inducat.

Ouid. 2. Meta. de Meda vene. Ad cœlumq; manus, & splendida brachia tollens:
Da veniam, Lenææ pater: peccauimus, inquit:
Sed miserere precor, speciosoq; eripe damno.

Lucret. lib. 3. de Nat. rer. Multoq; in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad religionem,
Quo magis in dubijs hominem spectare periclis
Conuenit, aduersisq; in rebus noscere qui sint.
Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res.

Silius Italic. 7. belli Pun. Tanta adeò, cùm res trepidæ reuerentia diuûm
Nascitur.

Aduersitatum expressio horribilis.

1. Tristium. Scire meos casus si quis desideret omnes,
Plus quàm quod fieri res sinit, ipse petet.
Tot mala sum passus, quot in æthere sydera lucẽt,
Paruaq; quot siccus corpora puluis habet.
Multa incredibili tulimus maiora, ratamq;
Quamuis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecum moriatur oportet:
Meq; velim possint dissimulante regi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.

4. Tristium. Meq; tot aduersis cumulat, quot littus arenas,
Quotq; fretum pisces, ouaq; piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusq; niues,
Quàm mala, quæ patior, toto iactatus in orbe,
Dum miser Euxini littora sæua peto.

5 Tristium. Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quótve soporiferum grana papauer habet:
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur,
Et tenerum pennis aëra pulsat auis:
Tot premor aduersis, quæ si comprendere conor,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Valer. Flaccus lib. 3. Argonau. Bis zephyri iam vela vocant, fiducia mœstis
Nulla viris, ægro assiduè mens carpitur æstu.

Martialis lib. 2 Epig. Rebus in angustis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit qui miser esse potest.

Faustus. Perfer Vlyssæo fortem de more sinistram:
Hac bene durauit sub pede victa iacet.

Faustus. Casibus aduersis fracta qui mente recumbit,
Fortuna ignorat dexteriore frui.

Darius Xerxis pater dicere solebat se prælijs ac rebus asperis reddi prudentiorem, vt aurum crebris ignibus redditur purius.

Demetrio nemo fuit exercitatior in vtraq; fortuna: itaq; solebat in fortunam illud Aeschyli dicere, Σύ τοι μ' ἐφυσας, σύ με καταβεῖν μοι δοκεῖς, id est, Tu me extulisti, tu ipsa rursus deijcis.

Cic. in Epist. ad Q. fratrem. Nunc quoniam ita accidit, vt neq; prætores suis opibus, neq; nos nostro studio quicquã proficere possemus, est omnino difficile nõ grauiter id ferre: sed tamen nostros animos maximis in rebus & gerendis & sustinendis exercitatos, frangi & debilitari molestia non oportet: quoniã ea molestißimè ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt.

Ad Q. fratrẽ. Quapropter hoc te primùm rogo, ne cõtrahas aut demittas animum, neve te obrui tanquã fluctu, sic magnitudine negotij finas, contraq; erigas ac resistas, siue etiã vltro occurras negotijs. Neq; enim eiusmodi partẽ reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimũ ratio posit & diligẽtia.

Cic. 1. Offi. Omninò fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur: quarum vna in rerũ externarum despicientia ponitur: nullíq; neque homini neq; perturbationi animi, neq; fortunę succũbere.

Ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita, fortunaq; versantur, ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate

ſapiens: hoc robuſti animi eſt, magnæq; conſtantiæ. Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frāgatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate.

Vacandum eſt omni animi perturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiam ægritudine, & voluptate animi, & iracundia, vt tranquillitas adſit & ſecuritas, quæ afferat tum conſtantiam, tum etiā dignitatem.

Magnanimi eſt neq; ſecūdis rebus inſoleſcere, neque deijci aduerſis.

ADMIRATIO. Ex 2. Offic.

Ex tribus quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium eſt, vt cum admiratione hominū honore ab ijs digni iudicemur. Admirantur enim cōmuniter illi quidem omnia quæ magna & præter opinionem ſuam animaduerterunt. Itaq; eos viros ſuſpiciunt, maximiſq; efferunt laudibus, in quibus exiſtimant ſe excellentes quaſdam & ſingulares virtutes perſpicere.

Admiratio à continentia. Admiratione autem afficiuntur ij, qui anteire cęteros virtute putantur, & cùm omni carere dedecore, tum verò ijs vitijs, quibus alij non poſſunt obſiſtere. Nā & voluptates, blādiſſimæ dominæ, ſæpè maiores partes animæ à virtute detorquēt.

Admiratio à magnitudine animi. Vita, mors, diuitiæ, paupertas omnes homines vehementiſſimè permouent. Quæ qui magno excelſoq; deſpiciunt animo, tum quis nō admiretur ſplendorem, pulchritudinemq; virtutis?

A iuſtitia. Maximè iuſtitia admirabilitatem ingenerat, ex qua vna viri boni nuncupantur, mirifica enim quædam res multitudini videtur, nec iniuria. Nemo enim iuſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorē, qui exilium, qui egeſtatem timet.

Maximeq; admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perſpectum ſit, hunc dignum ſpectatu arbitrantur.

A ANTE E.

ÆQVALITAS.

Ex Apoph. Eraſ.

Aequalitas, pacis & tranquillitatis eſt altrix, inæqualitas verò ſeditionis ſeminarium.

Aequalitas & ad frugalitatem, & ad concordiam imprimis conducit.

Aequalitas occaſionem murmuris excludit.

Malus ciuis ille eſt, cui non ſatis eſt id, quod cæteris ſatis eſt.

Inter quos eſt æqualitas, & ex æqualitate concordia, ij tutiores ſunt ab hoſtium incurſu.

Extat prouerbium, ἴσον ἴσῳ. i. par pari: quod profertur, vbi quid ex æquo moderatum ſignificant.

Athenæus lib. 11. ex Ariſtophanis Philonide ait:

Proinde iam nuper meus
In Thericleis mihi virtutis ergò præſtitæ
Scutū herus pulchrè rotundū, deferēs dono dedit,
Spuma inundans, delicatum, temperatū par pari.

Ex Stratone comico:

Sors quam trahunt alij quidem è ptochidio,
Alij ex cadiſco temperato par pari.

Ex Hermippo.

Quem ſpiritu vno hauſeram
Suauiſſimè, contemperatum par pari.

Plinius in epiſtolis dixit pari iugo, id eſt, pari ſtudio pariq; conatu. vnde Theocritus in Aita:

Ἀλλάλους δ᾽ ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ. i.
Pariq; iugo ſeſe inuicem amabant.

Extat & aliud Græcis prouerbium:

Ἐγώ τε καὶ σὺ ταυτὸν ἕλκομεν ζυγόν. i.
Idem egoq; tuq; ducimus ſimul iugum.

Aequaliū ptinacē inter ipſos cōtētionē, carmine illo Hom. Ili. 4. oſtēdemus, quo Iuno Iouē alloquitur:

Καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν σοί. i.
Ipſa etiā dea ſum, genus inde mihi, vnde tibi ortus.

ÆQVANIMITAS.

In te mala, animo ſi bono vtare, iuuat. *Plautus.*
Fortiter ſetēdo vincitur malū, quod euitari nō pōt.
Bonus animus in re mala dimidium eſt mali. *In Pſeudolo.*
Princeps iniqua & ęqua pariter audias. *Solon in elegis*
Sed quem inſtituerit ciuitas, & parua eum *Sophocles in*
Audire oportet, & æqua, & his contraria. *Antigone.*

ÆQVITAS.

Ariſtot. 5. Eth. cap. 10 Aequum & bonum cùm alicui iuri accommodatur, tum ipſum ius melius eſt: nec iam quaſi ad genus quoddam aliud pertineat, iure eſt præſtātius. Idem eſt igitur ius quod ęquum & bonum. Etenim cùm ambo ſint in bonis, tamen præſtat multo æquum & bonum.

Ibidem. Atque in hoc vis omnis æqui & boni poſita eſt, vt correctionem quādam legi adhibeat, quia ab ea abeſt aliquid propter generalem ſine exceptione comprehenſionem.

Ibidem. Qui hæc ſequitur, geritq; omnia, quiq; non eſt in malam partem iudex durior, ſed de ſuo iure decedit, etiamſi habeat legis pręſidium, is æquus & bonus eſt habendus. Et habitus in hoc genere æquitas nominatur, quæ eadem iuſtitia dicitur.

2. Eth. cap 6 Aequale autē dicitur id, quod medium eſt inter rē quę præſtat, & eam quę vincitur. Rei autem mediū appello, id quod æquè abeſt ab vtraq, extremitate: idq; apud oēs vnū idēq; valet & efficit.

Aequitas ſeruanda.

Extat prouerbium, τὸν ἅλα παρατίθει. i. Salem apponito. Admonet æquitatem & iuſtitiam eſſe ſeruandam. Sal enim quicquid occupant, ſeruat.

INÆQVALITAS.

Vt Camelopardalis ſiue nabis, collo refert equum pedibus, & cruribus bouem, capite camelū, maculis tigrim aut pardū: ita quidam inæquales ſibi varias hominū formas exprimunt: ſi cultum inſpicias, ſanctum aliquem exiſtimes: ſi orationem audias, ſatrapam loqui putes: ſi vitam expendas, nebulonem inuenies: ſi ſcripta, Bibulcum.

Vt Euripus in Eubœa ſepties in die defluit, ac toties refluit mira celeritate, at idem tribus diebus vno quoq; menſe ſtat immotus, ſeptima, octaua, nonaq; luna: ita quidā inæquales ſibi, aut nimiū præcipites ſunt, aut nimium lenti in vtramque partem plus ſatis vehementes.

Aequa, omnia ſunt ponderanda lance.
Et eadem ſunt penſanda trutina.
Hac lege in trutina ponetur eadē. Idē in Epiſtolis: *Horat. in Serm.*
Romani penſantur eadem
Scriptores trutina.
Examenq; improbum in illa Caſtiges trutina *Perſius.*

Extat tritum sermone Solonis apophthegma, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. i. Aequalitas non parit bellũ. Et illud, ἧλιξ ἥλικα τέρπει. i. Aequalis æqualem delectat. Quod vsurpans M. Tullius in Catone maiore, Pares, inquit, cum paribus, veteri prouerbio facilimè congregantur. Prima enim familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quæ à Græcis dicitur ὁμηλικία.

Plato 1. de Repu. Cephalum senem introducit dicentẽ, πολλάκις γὰρ συνερχόμεθά τινες εἰς ταυτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν. i. Sæpenumero pleriq; cõuenimus ferme æquales, antiquũ illud seruantes prouerbiũ.

Theognis ait amicitiam cohærere inter æquales, vicinos & senes.

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς, ἴσοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν
Οἰκεῖοι χώρης, οἵ τε παλαιότεροι. id est,
Omnes hi sese venerantur, amantq; vicissim
Vicini, æquales viribus, atque senes.

ÆGRITVDO.

Aegritudo quo pacto lenienda.

3 Tuscul. Vt in causis non vtimur semper eodem statu, sed ad tempus, ad controuersiæ naturam, ad personam accõmodamus: sic in ægritudine lenienda. Nam quam quisque curationem recipere possit, videndum est.

Euripides in Orest. Morosi sunt ægri perplexitatis causa.

Sophocles. Aegritudines animi morbos quoq; pariunt.

Aegritudo animi.

Plutarch. in Moral. Qui corporis morbo laborant, quieti se tradunt, medicum accersunt, abstinent: sed qui ægrotant animo, quò grauius ægrotant, hoc magis abhorrent à quiete, & à medico.

DE ÆTATIBVS.

Aetas Aurea.

Virg. 1. Georg. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ouid. 1. Meta. Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidẽ, rectumq; colebat. Et ĩ.
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat, sine militis vsu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec vllis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.

Ouid. 1. Fast. Nondum iustitiam facinus mortale fugarat:
Vltima de superis illa reliquit humum.
Proq; metu populum, sine vi, pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Tibullus de Aetate aurea (?) Indum non fulgebat ebur quod inhæserat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus delusa suis, sed crate saligna
Impositum Cereris vacuæ nemus, & noua terræ
Pocula, quæ facili vilis rota finxerat actu.
Hinc molli scillæ latus, & de caudice lento
Vimineæ lances, maculataq; testa Lyæo,
Et paries circa palea satiatus inani,
Fornaoq; luto clauus numerabat agrestes,
Et vin[...] iunco gracilis pendebat arundo.
Præterea quæ fumoso suspensa tigillo
Conseruabat opes humilis casa, mina seruo
Inter odoratas pendebat texta coronas,
Et thymbræ veteres, & passis ima racemis.

Boetius metro 5. lib. 2 Fœlix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ sera solebat
Ieiunia soluere glande.
Somnos dabat herba salubres:
Potum quoq; lubricus amnis,
Vmbras altissima pinus.
Nondum maris alta secabat,
Nec mercibus vndiq; lectis
Noua littora viderat hospes:
Odijs neq; fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hostibus vlla
Vellet prior arma mouere?
Cùm vulnera sæua viderent,
Nec præmia sanguinis vlla?

Vir. li. 8. Aene. Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is, genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq;, vt perhibent, illo sub rege fuère
Secula, sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.

Plaut. in Asin. Nam in hominum ætate multa veniũt huiusmodi:
Capiunt voluptates, mox rursum miserias:
Iræ interueniunt, redeunt rursus in gratiam.

Idem in Men. Vt ætas mala est merx, mala est ergo.

Virg. ecl. 9 Omnia fert ætas, animum quoque.

Oui. 14. Meta. Sed iam fœlicior ætas
Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra senectus.

Oui. 3. de Arte. Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas.

Lucret. lib. 3 Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas,
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.

Horat. Sat. 6 Quid crastina volueret ætas,
Scire nefas homini.

Idem Epist. 18 Viue memor quàm sis æui breuis.
Inter cuncta leges, & percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter æuum.
Aetate fruere:
Mobili cursu fugit.

Aetatum discrimina.

Cornel. Gal. Diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis
Omnia conueniunt. res prius apta, nocet.
Exultat leuitate puer, grauitate senectus:
Inter vtrumque manens stat iuuenile decus.
Hunc tacitum, tristemq; decet: sit clarior ille
Lætitia, & linguæ garrulitate suæ.
Cuncta trahit secum, vertitq; volubilis ætas,
Nec patitur certa currere quemque via.

De Aetatibus hominum.

Oui. 15. Meta. Quid non in species secedere quattuor annum
Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ?

Pueritia. Nam tener & lactens, puerique simillimus æuo,
Vere nouo est, tũc herba nitẽs, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tunc florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frõdibus vlla est.

Iuuenum. Transit in æstatem post ver, robustior annus,
Fitq; valens iuuenis: neq; enim robustior ætas
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat, vlla est.
Virilis ætas. Excipit autumnus posito feruore iuuentæ
Maturus, mitisq;, inter iuuenemq; senemq;
Temperie medius: sparsus quoq; tempora canis.
Senectus. Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos.

Quatuor Anni tempestates.

Oui. 1. Metam. Verq; nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.
Ausonius. Aethereos menses, & tempora quattuor anni
Quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent,
Martius, Aprilis, Maius, sunt tempora veris.
Iulius, Augustus, necnon & Iunius, æstas.
Septembri, Octobri, autumnus, totoque Nouembri.
Brumales Ianus, Februarius, atq; December.
Ouid. 1. de Remed. amor. Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas,
Ver præbet flores, igne leuatur hyems.

Aetates Animalium.

Incerti Autoris.

Ter binos, deciesq;, nouem superexit in annos
Iusta senescentum, quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis secula ceruus.
Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
Quem vos perpetuò decies prævertitis æuo,
Nymphæ Hamadryades, quarum longißima vita est.
Hæc cohibent fines viuacia fata animantum.
Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.
Iuuenal. Sat. 6 Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamq; diu, cùm frigida paruas
Præberet spelunca domos, ignemq;, laremq;,
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra.
Oui. li. 1. Amo. At cùm regna senex cœli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
Aeraq; & argentum, cumq; auro pondera ferri
Mœnibus admorat, nullaq; massa fuit.
Ad meliora dabat curuo sine vomere fruges,
Pomaq;, & in quercu mella reperta caua.
Nec valido quisquam terram scindebat aratro,
Signabat nullo limite fossor humum.
Non freta demissi verrebant eruta remi,
Vltima mortali tum via littus erat.
Contra te sollers hominum natura fuisti,
Et nimium dominis ingeniosa tuis.
Seneca in Oct. Rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior, vt quondam tulit
Iuuenis, tenente regna Saturno poli.
Tunc illa virgo numinis magni dea,
Iustitia cœlo missa, cum sancta fide,
Terras regebat mitis, humanum genus
Non bella norant, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes, cingere assueuerant suas
Muris nec vrbes: peruium cunctis iter:
Communis vsus omnium rerum fuit:
Et ipsa tellus læta fœcundos sinus
Pandebat vltrò, tam pijs fœlix parens
Et tuta alumnus.

Tibul. Eleg. 3. lib. 1. Quam bene Saturno viuebant rege, priusquam
Tellus in longas est patefacta vias!
Nondum cæruleas pinus contempserat vndas,
Effusum ventis præbueratq; sinum:
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat externa nauita merce ratem.
Illo non validus subijt iuga tempore taurus,
Non domito frenos ore momordit equus.
Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arua, lapis.
Ipsæ mella dabant quercus, vltroq; ferebant
Obuia securis vbera lactis oues.
Non acies, non ira fuit, non bella, nec enses
Immiti sæuus duxerat arte faber.

Aetas argentea post Saturnum successit aurea deterior.

Oui. 1. Metam. Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub Ioue mundus erat, subijtq; argentea proles,
Auro deterior fuluo, pretiosior ære.
Tibull. Eleg. 3. lib. 1 Nunc Ioue sub domino cædes, & vulnera semper,
Nunc mare, nunc leti mille repentè viæ.
Tertia post illam successit ahenea proles
Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
Non scelerata tamen.

Aetas ferrea postrema aduenit, in qua omnia creuere facinora.

Oui. 1. Metam. De duro est vltima ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugère pudor, verumq;, fidesq;:
In quorum subiere locum fraudesq;, doliq;,
Insidiæq;, & vis, & amor sceleratus habendi.
Nec tamen ad segetes, alimentaq; debita, diues
Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ:
Quasque recondiderat, Stygijsque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque,
Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.
Iuuenal. Sat. 6 Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Ferrea non venerem, sed prædam secula laudant:
Præda tamen multis est operata malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis:
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.
Præda vago iussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubijs rostra dedit ratibus.

Aetas peior ferrea nunc agitur.

Iuuen. Saty. 13 Non ætas agitur, peiorq; secula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.
Horat. Od. 6. lib. 3 Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.
Iuuenal. Saty. 2 Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agro

Vnius scabie cadit,& porrigine porci.

Sen. in Thyest. In nos ætas vltima venit.
O nos dura sorte creatos.

Aetas omnis à Deo proprium officium habet.

Seneca in Thebaide. Propria describit Deus
Officia,& æuum per suos ducit gradus.
Lætitia iuuenem,frons docet tristis senem.

Aetas aliquid noui secum apportat, atque ad scientiam maximè confert.

Ouid. 6. Meta. Nnn omnia grandior ætas
Quæ fugiamus, habet:seris venit vsus ab annis.
15. Metam. Etenim mihi multa vetustas
Scire dedit.

Aetas sapientia condimentum est,sapiens ætati cibus.

Teren. in Adel. Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res,ætas, vsus semper aliquid adportet noui:
Aliquid moneat,vt illa,quæ te scire credas,nescias:
Et quæ tibi putaris prima,in experiundo repudies.

Aetas vt rosa perit.

Ausonius in Rosa. Collige virgo rosas,dũ flos nouus,& noua pubes,
Et memor esto æuum sic properare tuum.

Aetas non in homine,sed virtus consideranda.

Cato maior. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre possunt, sed honestè acta superior ætas fructus autoritatis præbet extremos.

Philip. 5 Virtutis quàm ætatis cursus celerior.

Aetas omnis quibus sit molesta.

Cato maior. Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene beateq; viuendum, ijs omnis grauis est ætas:qui autem omnia bona à seipsis petunt, ijs nihil potest malum videri quod naturæ necessitas adferat.

Aetas vt superior,sic & posterior esse solet.

Pro Cælio. Studia quę sunt in adolescẽtia tanquã in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sunt futuræ.

Cato maior. Adolesçentia significat,ostenditq; fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus aut percipiendis accommodata sunt.

2. Offic. Facilè in optimam partem cognoscuntur adolescentes qui se ad clarns & sapientes viros, bene consulentes reip. contulerunt:quibuscum si frequentes sint, opinionẽ adferunt populo eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum.

ad Sen. post red. Quis vllam vllius boni spem habebit in eo, cuius primum tempus ætatis palàm fuerit ad omnes libidines diuulgatum?

in Cornelio. Perinde vt est npinio de cuiusq; moribus, ita quid ab eo factũ sit & nõ factũ,facilè existimari potest.

Pro Sylla. Omnibus in rebus,quæ grauiores maioresq; sunt, quid quisque voluerit,cogitarit, admiserit, non ex crimine,sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandum.Neq; enim potest quisquam nostrum subitò fingi, neq; cuiusquam repentè vita mutari,aut natura conuerti.

Cato maior. Libidinosa & intemperans adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti.

Cato maior. Est quietè,& purè, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus.

Acta ætas honestè ac splendidè tantam adfert consolationem,vt eos qui ita vixerint, aut non tãgat ægritudo,aut leniter pungat animi dolor. *3. Tuscul.*

Qui adolescẽtum peccatis ignosci putant oportere,falluntur,propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studijs.At hi sapienter faciunt qui adolescẽtes maximè castigant,vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint cnmparare. *4. ad Herenn.*

Aetas seruanda in vxore ducenda.

Incommoda est vxor iuuenis viro seni: *Theognid.*
Non enim gubernaculo instar nauis regi potest,
Nec anchoris detineri,sed abruptis funibus
Sæpius de nocte alium portum habet.

Malum est iuuenem vxorem viro iuueni coniungere: *Euripidis.*
Diuturnior enim est marium vigor,
Fœmineũ verò corpus citius pubertate destituitur.

Si nobis amicus es,lectum iuuenilem sequere. *Sapphus.*
Ego enim iam natu grãdis non sustinebo tibi cõuersari.

Aetate matura vxorem domum ducito, *Hesiodi.*
Neq; multò minor natu triginta annis,
Neque multò maior:istę enim tempestiuæ sunt nuptiæ.
Virgo autem pubescens anno decimo quarto,nubat decimoquinto.

Et nunc iuuenes adhortor omnes, *Euripidis.*
Ne in senectute nuptias celebrent,
Sed paulatim in iuuentute liberos procreent: nihil enim voluptatis habet,
Et res est inimica mulieri vir senex.

Aetas iuuenilis.

Mala est hominibus iuuentus,& in iuuentute
Si quis non obseruet iustitiam, multò deterior est.
Iuuentus me instigauit, & robur, cuius mihi pars maior quàm mentis fuit.
Papæ,qualis vir est iuuenis simul & malus?
Si iuuenis,pauper,sapiensq; simul
Vnus homo fuerit,admiratione dignum est.
Iuueniles animi sæpius flectuntur. *Agathonis.*
Iuuenis ambitiosus præcox est malitia. *Metrodori*
Aetas iuuenilis semper superbos &audaces reddit.
Ne respicias istud,an iunior ætate dicam, *Menandri.*
Sed an sapientis viri verbis vtar.
Canicies non adfert prudentiam: *Cratyli.*
Sed ingenium quorundam natura senile est.
Pubertas & iuuẽtus hominis mentẽ leuẽ reddunt, *Theognid.*
Multorumq; animum in errorem efferunt:
Re vera enim iuuẽtus ad omnia incremẽtũ habet.

Illud tamen scio, quòd nullum animal cum tanta & tali nascitur intelligentia, quanta & qualis ei cùm prouectum fuerit,conuenit. Hoc porrò in tempore quo prudentiam suam nondum possidet,furit omne,& sine ordine clamat,& saltu elatum lasciuiensq; salit. Et si quis ipsum statim occiderit,tum quoq; sine ordine saltat. *Plat. in Theæt.*

Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare.Est enim ætas incerta, sine scopo, multis mutationibus obnoxia,& aliàs aliorsum agitur. *Theoph.*

Adolescentium enim ingenia semper multis in vita mutationibus subijciuntur. *Platon. 2. Leg.*

Oportebat etiã legẽ statui ne quis amaret pueros, ne multũ studij ĩ re dubia cõsumeretur : incertus

est enim puerorum finis,ad quem malitiæ aut virtutis terminum exeat,tùm quòd animam tùm quod corpus attinet.

Homeri. Semper iuniotum virotum animi leues sunt.

Aristotelis. Singularum ætatum curam habendam esse censebant Pythagorici, ita vt pueri quidem in literis alijsq; disciplinis exerecerentur : iuuenes ciuitatis motum atque legum diligenter essent studiosi: viri actionibus publicisq; muneribus incumberent:senes autem in meditanonibus,iudicijs,cõsilijsq; versarentur: summam verò scientiam esse iudicabant in hoc sitam , vt pueri non baberent mores infantium,neque puerile iuuenes, neque viri iuuenile retinerenr ingenium , nec denique senes desiperent.Ad hæc assuescendum aiebant, vt statim à puero aliméta certo ordine modoq́, sumerentur , docentes ordinem atque modum vbiq; decorem & vtilitatem adferre : contraria verò vt turpia,sic noxia esse.

A ANTE F.

AFFECTVS.

Affectiones animi sunt quatuor,quæ veri cognitionem impediunt. Igitur resecandæ sunt: & ad hoc cohortatio pulchra.

NVbibus atris
Condita,nullum
Fundere possunt
Sydera lumen.
Si mare voluens
Turbidus Auster
Misceat æstum,
Vitrea dudum,
Parq́; serenis
Vnda diebus,
Mox resoluto
Sordida cœno
Visibus obstat:
Quiq́; vagatur
Montibus altis
Defluus amnis,
Sæpè resistit
Rupe soluti
Obice saxi.
Tu quoq; si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq́; fugato,
Nec dolor adsit.
Nubila mens est,
Vinctaq́; frenis,
Hæc vbi regnant.

Quamobtem opus est affectibus ita inesse virtuti, vt vmbra & linea sunt in pictura , quam viuam quodammodo , blãdam & ad rem ipsam maximè expressam cum bonitate colorum efficiunt. Sic etiam affectus animæ secundum naturam se habẽtis, cùm ad virtuté diuino quodam impetu rapiuntur,vitam conrincere videntur.Sanè virtus ex affectibus & nascitur,& nata rursum cũ ipsis constat:vt quod suauiter continuum est,ex acuto & graui:quod rectè temperatum,ex calido & frigido compositum est. Quapropter affectus ex anima tollendi non sunt, quod inutile foret:sed cum decori & modi ratione conciliandi.

Affectus adhibendi.

Arist.lib.7. Eth. cap.5 Dum se ad famem & sitim tolerandam exerceret Socrates, rogatus cur id faceret, Ne cõsuescam, inquit,obsequi affectibus.

Affectionum aliæ ex morbis furiaq; nascuntur , vt in illo qui matrem mactauir & comedit,&in eo qui conserui iecur.Aliæ partim ex morbo , partim consuetudine gignuntur, vt pilorum euulsiones,esus vnguium,& libidinosorum cum maribus concubitus. Alijs enim natura,alijs cõsuetudine eueniunt,vt ijs qui ab initio pueritiæ adhibent consuetudinem.

Vt igitur immanitas & quæ belluarum similis est, sic singulæ hæ animi affectiones finem vitij modumq; transeunt. His auté si quis teneatur constrictus, & vincat eas,aut ab ijs vincatur , non sit perfecta absolutaq́, impotentia,sed quædam par ac similis.

Vt æstum maris, auctus aut detrimenta Lunæ magis sentiunr imbecilliora corpora:ita rebus contrarijs vehementius commouetur animus minus sibi constans & affectibus vitiatus.

Vt nullum animal nec mite , nec ferum paret rationi,qua caret:sic nullus affectus. *Seneca*

Vt multa agrestia subnascentia in agro,mala quidẽ ipsa sunt , sed tamen signa fœlicis atq; vberis soli,si quis excolat:sic animi affectus per se mali, arguunt ingenium non malum , si accedat recta institutio. *Plutarch. in Moral.*

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit, non potest esse purum : sic animus si sit infectus malis affectibus,omnia vitiat,quæ accedunt:cõtrà,si purus & tranquillus. *Idẽ In Moral.*

Vt frustra puro haurias vase è fonte turbido:ita nõ pores alijs iucundus esse,aur rebus obeũdis accõmodus , nisi purgaueris animũ malis affectibus. *Ibidem.*

Vt calceus ad pedis formam torquetur , non contrà : sic vitæ genus cuiq; est eiusmodi,cuiusmodi sunr animi affectus. *Ibidem.*

Non quemadmodum parasitus conuicio tactus ab ijs,à quibus alitur,ridet , ac nihil commouetur:ita à philosopho reprehensus, debet esse affectus,sed nec offendi oportet, nec impudenter negligere. *Ibidem.*

Vt grauiora corporis vitia,quæ ĩ vulnus & tumoré erumpunt:ita animi affectus , qui grauibus curis vitam reddũt molestam : vt vinum est ex atomis omnia nata credere:at non angit animũ, quemadmodum auaritia. *Ibidem.*

DE AFFLICTIONE.

Afflicto compatiendum est.

Et mala Nasonem,quoniam meruisse videtur,
Si non ferre doles,at meruisse dole.

Afflictorum consolatio illustris.

O socij(neq; enim ignari sumus antè malorum) *Virg.1. Aeneid.*
O passi grauiora:dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scylleam tabiem,penitusq; sonantes
Accestis scopulos.Vos & Cyclopea saxa
Experti,reuocate animos,mœstumq; timorem
Mittite:forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus,per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium,sedes vbi fata quietas
Ostendunt:illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate,& vosmet rebus seruate secundis.
Isq; his Aeneam solatus vocibus infit: *Idem 5. Aeneid.*
Nate dea,quò fata trahunt,retrahuntq́;,sequamur.
Quicquid erit,superãda omnis fortuna ferẽdo est. *Lib.6*
Tu ne cede malis,sed contrà audentior ito
Quàm tua te fortuna sinet.
Quoties flenti Theseius heros, *Ouid.15. Met.*
Siste modum,dixit:nec enim fortuna querenda
Sola tua est:similes aliorum respice casus.

Mitius

Mitius ista feres: vtinamq; exempla dolentem
Non mea te possenr releuare: sed & mea possunt.
Idem 1. Fast. Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,
(Siste puer lachrymas) ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis. Infrà.
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno,
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.
Idem 4. de Pon. Nulla dies adeò est australibus humida nimbis,
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est, vt noo sit in illo
Mista ferè duris vtilis berba rubis.
Idem li. 3. eleg. Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim.
Sæpe tulit fessis succus amarus opem.
Idem ad Liu. Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu,
Fortior vt possis cladibus esse tuis.
Ibidem. Imposuit te alto fortuna, locumq; tenere
Iussit bonoratũ: Liuia, perfer onus.
Alta mane, supraq; tuos exurge dolores,
Infragilemq; animum, si potes, vsq; tene.
Hor. Od. 10. l. 2 Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.
Iuuen. Sat. 13 Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.
Ibidem. Rem pateris modicam, & mediocri bile ferẽdam,
Si flectas oculos maiora ad crimina.
Senec. in Thy. Pectora loogis bebetata malis,
Iam sollicitas ponite curas.
Fugiat mœtor, fugiatq; pauor,
Fugiat trepidi comes exiri
Tristis egestas, rebusq; grauis
Pudor afflictis: magis vnde cadas
Quàm quò refert: magnum ex alto
Culmine lapsum, stabilem in plano
Figere gressum: magnum ingenti
Strage malorum pressum, fracti
Pondera regni noo inflexa
Ceruice pati, neq; degenerem
Victumq; malis rectum impositas
Ferre ruinas, sed iam sæui
Nubila fati pelle, ac miseri
Temporis omnes dimitte moras:
Redeant vultus ad læta boni.
Lucret. lib. 3. de Natura. Quid tibi tantopere est, mortalis, quod nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fles?
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis,
Aequo animoq; capis securam stulte quietem?
Stat. 2. Sylu. Hic finis rapto: quin tu iam vulnera sedas,
Et tollis mersum luctu caput? Omnia functa
Aut moritura vides: obeunt noctesq; diesq;
Astraq;, nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populos mortale genus, plebisq; caducæ
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poscũt.
His amor exitio, furor his, & sæua libido:
Vt sileam morbos. hos ora rigentia brumæ,
Illos implacido letalis Syrius igni:
His manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Quicquid babet ortus, finẽ timet. Ibimus omnes,
Ibimus: immensis vrnam quatit Aeacus vmbris.
Idem 5. Syl. Parce precor lachrymis, sæuo ne cõcute planctu
Pectora, ne crucia fugientem coniugis vmbram.
Manil. l. 2. Astr. Quòd si solerti circunspicis omnia cura,
Fraudata inuenies amissis sydera membris.
Scorpius in Libra consumit brachia, Taurus
Succidit in curuo claudus pede, lumina Cancro
Desunt, Centauro superest, & quæritur vnum.
Sic nostros casus solatur mundus in astris,
Exemploq; docet patienter damna subire.

Afflictorum vita, mortis habet vices.

Mortis habet vices, Sen. in Hercule Oeteo.
Lentè cum trahitur vita gementibus.
Dubiam salutem qui dat afflictis, negat. In Herc. Oedip.

Afflictis tempus immobile videtur.

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister, Oui. 5. de Trist.
Fracta est Euxini dura ter vnda maris.
At mihi iam videor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.
Stare putes, adeò procedunt tempora tardè,
Et peragit lentis passibus anons iter.
Nec mihi solstitium quicquam de ooctibus aufert,
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura nouata est,
Cumq; meis curis omnia longa facit.
An peragunt solitos communia tempora motus?
Suntq; magis vitæ tempora dura meæ?

AFFABILITAS.

Sis patiens, verax, comis, sermone modestus: Vrsinus.
Siot tua laudatis seria picta iocis.
Multum quippe placent admixtis dulcia acerbis:
Adde sales grauibus, tempore, gratus eris.
Scilicet extremum oemo laudabit vtrumque,
Serius aut nimium siue iocosus eris.

Affabilitas Orphei & Amphionis.

Syluestres homines sacer interpresq; deorum Hor. in art. poë.
Cædibus, & fœdo victu, deterruit Orpheus,
Dictus ob boc lenire tigres, rapidosq; leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet.

AGRICVLTVRA.

Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. 1. Offic.

Vita rustica, quam nos agrestem vocamus, parsimoniæ, diligẽtiæ, iustitiæ magistra est. Pro Rosc. Am.

Vita rustica maximè disiuncta est à cupiditate, & cum officio coniuncta. Ibidem.

Agricolæ semper ita viuunt, vt quæstum noscant nullum, fructum autem eum solum, quem labore pepererint. Ibidem.

Hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris, nulla vita beatior esse potest: neq; solùm officio, sed & delectatione, & saturitate copiaq; rerum omnium, quæ ad victum hominum, & cultum etiam pertinent. Cato maior.

Ipsa ratio arandi spe magis & iucunditate quadam quàm fructu atq; emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum & euentum certus quotãnis labor & certus sumptus impenditur. Annona porrò pretium, nisi in calamitate fructuum, oon habet. Si autem vbertas in percipiendis fructi- 5. Act. in Ver.

bus fuerit, consequitur vtilitas. In vendendis: vt aut malè vendendum intelligas, si processit, aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere. Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eas nō ratio neq; labor, sed res incertissimæ, veno tempestatesq; modetentur.

Cato maior. Venio nunc ad voluptates agricularum, quibus ego incredibiliter delector: quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapienos vitam proximè videntur accedere: habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit quod accepit, sed aliàs minore, plerumque maiore cum fœnore.

Homerus qui multis antè seculis fuit, Laërtem lenientem desiderium quod capiebat è filio, colentem agrum & eum stercorantem facit. Nec verò segetibus solùm & pratis & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt, sed etiam hortis, pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate. Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil euenit agricultura solertius.

Ergo in hac vita M. Curius, cùm de Samnitibus & Pyrrho triumphasset, cōsumpsit extremum tempus ætatis. Cuius quidem villam ego contemplans, admirari satis non possum, vel hominis ipsius contineon̄tiam, vel temporum disciplinam.

In agris erant mm Senatores, id est, senes. Siquidem arano L. Quintio Cincinnato nunciatum est eum Dictatorem esse factum. A villa in Senatum accersebantur Curius & cæteri senes.

Agro bene culto nihil potest esse, nec vsu vberius, nec specie ornatius.

M. Valerium Coruinum accepimus ad cētesimum annum vitam produxisse, cùm esset exacta iam ætate in agris, eosque coleret.

Tu plura vide in Catone maiore.

Agricultura laus.

Aristoph. in pace. O cunctis hominibus gratæ pacis
Fida nutrix, prona, opifera, procuratrix,
Filia & soror. hæc omnia me nominabat.
Sed quodnam tibi nnmen est? Agricultura.

Ibidem. O dies optata bonis viris & agricolis.
Libenter equidem intuitus affari volo vineas.

Menandri. Salue, ô amica terra, post longum tempus te aspiciens
Saluto. Hoc autem non erga omnem facio
Terram, sed meum intuitus agrum.
Quod enim me nutriuerit, id ego iudico deum.

Amphidis. An non aurea res est solitudo?
Est sanè viuendi pater hominibus ager,
Et solus nouit abscondere paupertatem:
Vrbs autem planè theatrum est infœlicitate palàm carens.

Menandri. Est sanè virtutis & vitæ magister
Ingenuæ, cunctis hominibus ager.

Phocylidis. Si opibus indigeas, curam habeto pinguis agri:
Agrum enim ferunt copiæ cornu esse.

Aristoph. Dum pacis amans intueor agrum,
Odi ciuitatem, & rus meum desidero,
Quod nunquam mihi dixit: I carbones emptum,
Acetum, obsonium, oleum: non enim opus est.

Sed ipsum omnia producebat, nec emeodum erat quicquam.

Menandri Arrat. Cùm improbus sis, te rusticum esse simulas.
Nondum diras nouerant contentiones,
Neque disceptationem querimoniis plenam, neq; tumultum aut bellum:
Sed simpliciter viuebant, & procul aberat mare periculosum.
Nedum naues è longinquis regionibus annonam aduehebant:
Sed boues & aratra, & ipsa domina populorum
Copiosa omnia suppeditabat Iustitia largitrix iustorum.

Menandri. O quàm suauis est solitudo ei, qui malos odio habet.

Aristoph. in Nebulis. Plurimum me oblectabat rustica vita,
Squalida, inculta, temerè iacens,
Plena apiculis, ouibus, & fracibus.

Euripides. Huiusmodi canito, & videberis sapere, fodiens,
Aransq́, terram, & greges curans,
Relinquendo aliis scitas hasce arguoas.

Eiusdem. Est alia tellus ad alium vsum aptior.

Philemonis. Iustissima hominibus possessio est ager:
Ea enim, quibus eget natura, profert abundè,
Triticum, oleum, vinum, caricas, mel.
Argentea autem vasa atque purpura,
Ad tragœdias vsum habent idoneū, ooo advitam.

Xenophontis. Vinum mœrores ita sopit, vt mandragora hominem: beneuolentias autem, non aliter quàm oleum flammam excitat.

Musonij. Est & aliud genus quæstus nihil deterius isto, sed fortè etiam melius oon immeritò existimatum homini robusto, quod ex terra accedit: siue quis agrum proprium habeat, siue non. Mulo enim etiam alienum rus colentes, vel publicum, vel priuatum, ex eo alere possunt non se solùm, sed liberos quoque & vxores. Quinimò nonnulli admodum hoc studio ditescunt, dum ipsimet operantur, & assidui sunt. Respondet enim terra optimè iustissimeque colentibus ipsam, multo cum fœnore, quæ accepit, restituens, & copiam exhibens omnium ad vitam necessariorum ei, qui laborare voluerit: idque honestè, nihil verò quicquam dedecorosè.

Nam nemo est, saltem nō mollis & effœminatus, qui dicere ausit vllum opus agriculturæ turpe aut indecens esse viro bono. Plantare enim, arare, vites colere, quoniodo noo honesta esseot? item serere, metere, triturare, an non omnia hæc studia sunt ingenua, & bonis viris decora?

Certè vt Hesiodo non turpe fuit pastorem agere, nec obsuit ei quominus Deo charus & musicus esset: ita nec alii cuiquam impedimento erit. Mihi sanè hoc inter omnia agriculturæ opera perplacet, quia plusculum otij ingenio concedit, & meditari ac inquirere aliquid disciplinis incumbentem sinit. Nam ea opera quæ nimium exercent, vrgentque corpus, animum quoque totum sibi vendicant, vt qui maximè corporis vehemens studium sequatur. Quæ verò non tumis corpus intendi postulant, nihil prohibent animum aliquid egregium commentari, atque ex huiusmodi meditationibus sapientiam augere, quod apprimè philosophi omnes desiderant. Haud equidem vllum aliud vitæ genus, aliúmue quæstum

quæstum aut comparauerim, aut prætulerim illi, quòd philosophiam simul & agriculturam colit. Nam quo pacto non magis secundum naturam fuerit ex ipsa terra, quæ nutrix & parēs omnium est, quàm aliunde nutriri? An non magis virile est ruri viuere, quàm vt sophistæ in oppido desidere? Non'ne salubrius est vitam foris degere, quàm in vmbra educari?

Vtrum verò liberalius est vnumquemque sibi necessaria comparare, aut ab alijs accipere? Multò sane honestius apparet non indigere alio ad res sibi necessarias, quàm indigere. Adeò autem egregia res, Deoq; accepta est ex agricultura viuere, modò cum honestatis studio coniuncta sit, vt Apollo Mysonem Chenæum sapientem, Psophidium verò splendidum & fœlicem appellauerit, quorum vterque ruri agens, suisq; manibus laborans, vrbana habitatione abstinebat. An non igitur decet istos æmulari imitariq;, & agricolationem diligere? Sed forsan dixerit aliquis, an non absurdum est virum docendo aptum, & qui adolescentes ad philosophiam promouere posset, rus operari, & corpore non secus quàm rustici laborare? Profectò absurdum esset re vera, si terræ cultus ipsum philosophari, aut alios ad philosophiam promouere prohiberet. Iam verò etiam plus mihi iuuari videntur adolescentes, interim dum non in ciuitate præceptori conuersantur, neque in schola ipsum differentem audiunt: sed operantem in agricultura vident, & in re ipsa ostēdentem, quod ratio dictat, subeundos potius esse labores & ærumnas corporis, quàm alio nos nutritore indigendum. Quid obstat verò, quominus laborans cum præceptore discipulus, simul aliquid audiat ipsum de temperantia, iustitia, & patientia dicentem? Ea quæ maximè necessaria & vtilissima sunt, etiam in agricolatione addisci licebit, cum aliàs, tum quia non semper laborandum est, sed quiete fruentur interdum. Sat quidem scio paucos hoc modo ad discendum accessuros. Præstaret autem nunquam adire philosophum plures ex iuuenibus philosophiam profitentibus, qui pigri ac molles sunt, & aduentu suo philosophiam inquinant.

Nemo igitur dicat, quòd ad discendum docendumque quę oportet, agricultura impedimento sit: haudquaquam enim ita se habere videtur, cùm hoc pacto maximè & plurimùm discipulus cum præceptore versetur, & præceptor discipulum præsentem in potestate habeat. Quod cùm ita sit, quæstum ex agricultura philosopho decentissimum esse constat.

Xenoph. in Oec. Hæc tantùm narraui, ô Critobule, vt planè intelligas agriculturam, vel ab honestioribus, magno pereq; potentibus posse recipi. Habet enim hæc diligentiam quandam, & animi voluptatem: insuper domus augmentum, exercitationemque corporis, quantum homini libero fas est: ac frugibus quoque ipsius partim victitamus, partim deorum aras extruimus, partim quoque ob coronamentorum odorumq; oblectationem, iucunditatem excipimus, fœtus alios nutriendo, alios producendo.

Agricultura vituperium.

Agricolarum vita voluptatem capit, — *Euripides.*
Dum tristia spe futurorum solatur.
Vnus asellus ex agro mihi descendit,
In singulos annos sufficienter,
Quantum mihi satis est, omnia portans,
Vinum, hordeum, oliuum, caricas, & mel.

Virum oportet iu bellis eximium esse: — *Menandri.*
Agricolano enim opus est seruile.

Vt vales? quàm macilentus es? Pereo: — *Anaxion.*
Colo enim prædium ruri.

Veneram habens agrum loco medici: — *Philemonis.*
Nutrit enim me tanquam ægrotantem,
Exigua offerens cibaria, & vini quantum
Holusculo adijcitur condimenti gratia. Et per Iouem
Saxanles istos cibos, capparim,
Thymum, asparagum, ista inquam metuo
Ne nimis extenuatum me exanimem.

Ego curo agrum, non vt nutriat — *Comici poeta.*
Ipse me, sed vt alimentum à me capiat.
Nam fodio diligenter, ac sero semper:
Denique nil non facio, vt dem, & recipiam:
Ille verò capit quidem, nihil autem restituit.
Defraudantem imprudens agrum emi.
Seminaui quidem ordei medimnos viginti,
Pro quibus mihi non integros tredecim reddidit:
Cæteri septem Thebas in militiam profecti sunt.
Videor mihi
Mulierum tantummodo signum seruare.
Sed quicquid est, onesiphorum (id est prosperum) eueniat: quod & accidit.
Nam totum id quod ager producit, vnus onos (id est asinus) fert.

Agricula semper in proximum annum diues est. — *Philemonis.*
Agriculturæ suauitas nonnihil amari mixtum habet. — *Menandri.*

Aiunt amatorem quendam à patre terram colere coactum, laqueo finiuisse vitam, cùm in tabella scripsisset: Agriculturam esse rem infinitam, & nunquam absolui: serendum enim vt metamus, & metendum vt seramus, absurdo rei circuitu. — *Phauorini.*

Fodio ac sero per exiguum agellum, non malum tamen, sed omnium iustissimum: quantumcunque enim seminis acceperit, idem probè iusteq; reddit, nec vnquam quod accepit, cum multo fœnore restituit. — *Xenophont.*

Zeno Stoicus philosophus, cùm videret familiarem quendam curis agri distractum, dixit: Nisi tu agrum perdideris, ipse te perdet.

Aristippus cùm ei quidam obijceret, Tua culpa interijt ager: Atqui melius est, inquit, agrum propter me, quàm me propter agrum perire.

De laudibus Agricult.

Extat elegantissimum in hanc sententiam prouerbium: Semper agricola in nouum annum diues. & illud: Oportet agrum imbecilliorem esse. quod Virgilius explanat: Laudato ingentia rura, Exiguum colito.

A ANTE L.
DE ALIENIS.

Aliena & videmus & curamus, nostra non cernimus.

Cic. 1. Offic. FIT nescio quo pacto, vt magis in alijs cernamus, si quid delinquitur, quàm in nobismet-ipsis.

3. de Oratore. Aliorum patroni, nostra tenere, tueriq; non possumus.

In Lælio. Satis superq; sit cuique suarum rerum cura, alienis oimis implicari molestum est.

Alter alterius auxilio eget.

3. de Orat. Nullum est genus rerum, quod aut auulsum à cæteris per se ipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitaten conseruare possint.

Aliena mala, leuia æstimanda non sunt.

Hipparchi. Non æquum est hominem aliena mala leuia æstimare: sed tam alia quàm sua contemplando, omnem humanam vitam multis aduersitatibus obnoxiam esse cogitandum est.

Alij alijs sensu plus valent.

Plutarchi. Haud enim omnibus videndi idem iudicium est, vt neq; gustandi. Nam visus visu, auditus auditu, vel natura perfectior est, vel exercitatior arte, ad discernendum meliora.

Aliena nobiliora melioráue iudicantur proprijs, etiamsi non sint.

Oui. 1. de Arte amandi. Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius vber habet.
Hora. Sat. 1. li. 1 Qui fit mecœnas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator nauem iactantibus austris,
Militia potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris legumq; peritus,
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est,
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe.
Idem lib. 1. epi. 14. ad Villic. Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.
Stultus vterq; locum immeritum causatur iniquè.
In culpa est animus, qui se non effugit vnquam.

Aliena potius quàm propria homines inspiciunt.

Hora. li. 1. Sat. 3 Egomet mî ignosco, Mæuius inquit:
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.
Cùm tua præuideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?
Pers. Saty. 4 Vt nemo in sese, tentat descendere, nemo,
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.
Plaut. in Sti. Sed curiosi sunt hic quàm plures mali,
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.

Tantum'ne ab re tua est otij tibi, Chreme, *Teren. in Heau.*
Aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
Dij vestram fidem! itan' comparatã esse hominum
naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent, quàm sua?
Tua quod nihil refert, percunctari desinas. *In Hecyra.*
Nimirum idẽ omnes fallimur: neq; est quisquam *Catull. ad Va.*
Quem non in aliqua re videri suffrenum
Possis. suus quiq; attributus est error:
Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

Alia alijs placent.

Fœlix Corinthus, at ego sim Teneates. Hoc Pythij responso commodè vtemur, cùm in contentione duorum, non inficiabimur alterum esse præstantius, sed alterum magis animo placere.
Quot homines, tot sententiæ. *Terentius.*
Suus cuiq; mos est.
Mille hominum species, & rerum discolor vsus. *Persius.*
Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.
Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur, *Horatius.*
Poscentes vario multum diuersa palato.
Cùm è tribus aduocatis, primus ait, secũdus negat, tertius deliberandum censet. *Teren. in Pho.*
Cunctis idem si pulchrum & egregium foret, *Euri. in Phœ.*
Nulla esset anceps hominibus contentio.
At nunc simile nil, nil idem mortalibus,
Nisi verba forsan inter istos conueniunt:
At re tamen factisq; conuenit nil.
Hic his, hic illis: & homo cordi est & deus. *Idem in Hipp.*
Namq; alijs aliæ res arridentq;, placentq;. *Homer. Odyss.*

Alia alijs placent.

Velle suum cuique. Neminem enim tam modestum, tam oculatum, tam attentum inuenias, quin in proprijs æstimandis, quadam animi propensione corruptus cæcutiat atque hallucinetur.
Quoniam autem omnes sui sunt amantes, & sua cuiq; iucunda esse necessum est, vt facta dictaq;, idcirco plerumque assentatoribus gaudent. *Arist. Rhet. 1*
Suo quisque artifex opere impensè delectatur, non aliter quàm rebus quibusdam ex sese prognatis. *Arist. 4 Mora.*
Haud rarò Polypheme *Theocr. Idyl. 6*
Quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videntur amori.
Suo enim quisq; studio maximè ducitur. *Cice. 5. de Finib.*
Et 1. Officiorum:
Quorum vterq; suo studio delectatus contempsit alterum.
Dum mala delectãt mea me, vel deniq; fallunt. *Horatius in ep.*
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hęc *Horatius.*
Delectant, veluti Balbinum polypus agnæ.
Nemo vnquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitraretur. hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioso & erudito, de quo etiam experti sumus? Nuper in edicto scripseram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam cùm ipsius precibus adductus penè scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus quæso, quemque sibi scribere. Suam cuiq; sponsam, mihi meam. Suum cuique amorem, mihi meum. *Ci. ad At. li. 14*

Musico

Cic. Tuscul. 5. Musicorum verò perstudiosum accepimus, poëtam etiam tragicum, quàm bonū nihil ad rem: in hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in alijs suum cuique pulchrum est. Sic se res habent: te tua delectant, me mea.

Idem imit. Maro. Nec sum adeò informis : nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare.

Theocritus. Nec mihi forma profectò mala est, si vera loquuntur.

Horat. in Epist. Iouis auribus ista
Seruas, fidis enim manare poëtica mella
Te solum, tibi pulcher.

Plaut. in Sti. Suus rex reginæ placet.
Sua cuique sponsa sponso.
ὄνος ὄνῳ κάλλιστον. i. Asinus asino pulcherrimus.
Simile simili placet.

Ab ignoto apud Diog. Laert. Res mira non est, ista si sic proloquor,
Ipsique nobis si placemus inuicem,
Pulchreque nati si videmur: nam & cani
Pulcherrimus canis videtur, bos boui:
Asinus asello pulcher est, & sus sui.

A lare ordiri.

Ἀφ᾽ ἑστίας ἄρχου. i. Ab ipso lare incipe, hoc est, A domesticis ac familiaribus initiū sumito. Rectè dicetur in magistratus & alienæ vitæ censores, quorum officium est vt imprimis suos, suorumque vitam corrigant.

Plato in Euthy. E quidem cupiam, verū vereor ne res in diuersum exeat. Nam mihi quidem lædendę reipublicę ab ipso lare facere videtur initium, cùm te tentat lædere.

Plat. in Polyph. Primum igitur velut à lare exorsi.

Aristid. in Per. At ille à suo ipsius exorsus lare, maluit æqualitatem sequi quàm reliquos antecellere.

Alijs sapere.

Alijs prospiciens, nō sibi: in eum, qui cùm diuinandi artem profiteatur, alijs sua mala prædixerit, ipse sua non poterit præuidere, non incommodè illud ex Homero transferetur:
At non augurijs fatum sibi depulit atrum.

Quod imitatus Maro:

Terent. in An. At non auguriis valuit depellere pestem.
Facilè cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias.

Thales interrogatus quodnam esset omnium difficillimum, respondit ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι, alteri consilium dare.

Euripides. Facilius est monere, quàm situm in malis
Animo imperare.
In admonendo sapimus omnes: verùm vbi
Peccamus ipsi, non videmus propria.

Quarta luna nati vocitantur, qui alijs quidem, sibi verò neutiquā prosunt, quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius vita laborum plena fuit, & iuuandis alijs sudauit, sibi inutilis.

Aliena curantes.

Hemistichiū hoc in eos quadrabit q aliena curāt,
Πολέμους κόννος μελήσει. i. Curabit prælia Conon.

Homer. Iliad. 6 Viris curæ sunt bella futura.

Et Turnus apud Virgil.

Arma viri, bellumq; gerant, queis bella gerenda.
Ne depugnes in alieno negotio.

Vtere plaustris tuis, asinosque ne curaueris. Hoc prouerbio monemur vt nostrarum rerū curam agamus, hisq; fruamur, alienarum negligentes & incurij. hinc ducta metaphora, quòd quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent depor tandis oneribus asinos aliunde conducere.

Qui domesticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes, stultiores Morycho dicuntur.

Homerus Ody. δ Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ᾽ ἀγαθόν τε τέτυκται. i.
Aedibus in nostris quæ praua aut recta geruntur.
Quo versu monemur, vt ea potissimùm quæ ad nosmetipsos, pertinent curemus, externa atque aliena ne inquiramus.

Hom. Odyss α. ϑ. & φ. & Il. ζ Ἀλλ᾽ εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σ᾽ αὐτῆς ἔργα κόμιζε. i.
Quin in tecta abiens, tua propria munia cura.

Itaque in huiusmodi præposterè oculatos eleganter torseris illud Sophoclis de senibus dictum.
Πόῤῥωθε λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός. id est,
Procul videns, sed comminus videns nihil. Nam id senibus accidit vt propius admota non cernant, longius semota videant.

In alieno choro pedem ponere, prouerbium est, quod retorquetur in eos qui se alienis miscent negotijs.

Plutarchus. Eum quidem qui alieno choro pedem imponit, curiosum ac ridiculum esse, prouerbiū declarat.

Idem in Symp. Ego verò tametsi pedem in alium inferens chorum dicebam. i. respondens de re, quæ ad philosophum non pertinebat.

Aliena à re.

Neque cœlum neque terram attingit. De re vehementer absurda & aliena, quæ nequaquam pertineat ad id de quo agitur.

Lucianus in Pseudomante. Octo mihi misit oracula, quæ neq; cœlum, vt aiunt, neque terram attingerent.

Extat & aliud, de ijs qui longè discrepant ab ijs quę proposita sunt, οὐδὲν πρὸς ἔπος, id est, nihil ad carmen.

Lucia. in Philo. Ista nihil ad carmen, vt dici solet: neq; enim de ijs interrogabam.

Suidas. Adeòne temerè & insicienter efferam
Prius, atq; rem omnem, vt sese habet, cognouero?

Nihil ad fides.

In eorum inæqualitatem, quorum mores ab oratione dissident, transfertur parœmia. Lucianus de saltatione: Nihil ad chordam vt dici solet: nam alia pes, alia loquitur rithmus.

Idem in merct. Et quòd pes probè responderet ad cytharam.

Mihi istic nec seritur, nec metitur.

Plautus in Epidico elegantissimum vsurpat adagium, Mihi, inquiens, istic nec seritur nec metitur, id est, Ista res nihil ad me pertinet, vt quæ neque meo fiat periculo neque emolumento. Qui enim sementem facit, is suo impendio suoq; periculo facit: qui metit, cōpendiū accipit. Diuersum est huic quod est apud Plautū in Mercatore,
Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Vltra septa transilire.

Qui à re proposita digrediuntur, septa transilire dicuntur. Huius meminit Plato in Cratylo: Et vltra septa salire. Lucianus etiam in Somnio : Vltra septa

septa iam transilit.

Cic. de Orat. li. 3 Et quasi certarum artium forensibus cancellis circunscriptam scientiam.

Idem in Actio. Ab ijs cancellis, quibus me circunscripsi, declinauero.

Falces postulabam.

In eos qui respondent id quod ad rem nihil attinet, responderi solet.

Ἄμας ἀπήτουν. i. Falces postulabam.

Suidas apud Xenodotum. Falces petebam, at hi ligones denegant.

Extra oleas.

Terminos vbi quis præscriptos transgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia profert. Aristophanes in Ranis:

Ira ne te concitum rapiat extra oliuas.

Hinc sumptum adagium est: in stadijs enim oleis vtrinque positis olim sepiebantur certantes, quas præterire non licebat.

De curru delapsus.

Oblitus propositi, aliò se transferens, aut qui in sententia labascit, ἐξημαξευμένος dicitur, hoc est, de curru delapsus. Aristophanes in Ranis, ἐξαμαξομένη φρήν, id est, Animus à curru decidens, hoc est aberrans ab instituto.

Nihil ad Bacchum.

Quando ea quis nugatur quæ ad rem præsentem nihil attinent, in eum quadrabit parœmia illa, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchũ. M. Tullius libro ad Attic. 16. Sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primò videbatur, quàm ad has literas, quibus ego à te consilium petieram, te mihi illa rescribere.

Plutarchus in Symposiacis: Mittam propediem & reliqua: siquidem hæc videbuntur non vsquequaque inscita, neque nihil ad Bacchum pertinentia.

Extra chorum saltare etiam dicitur, qui dicit aut facit à re, quam proposuit, alienum aliquid.

Alia Menecles, alia porcellus loquitur.

Vbi quis multum verborum effutit quæ nihil ad rem pertineant. Vnde Lucilius in Epigr.

Sucula, bos, & capra mihi periere Menecles,
Ac merces horum nomine pensa tibi est.
Nec mihi cum Othryade quicquam est'ue fuit'ue negoti,
Nec fures vllos huc cito Thermopylis.
Sed contra Eutychidem nobis lis, proinde quid hic mi
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij?
Ob pactũ & de me loquere, aut clamauero clare,
Multo aliud dicit sus, aliud Menecles.

Dic de tribus capellis.

In eosdem qui extra causam loquuntur, inuehitur Martialis lib. 6.

Non de vi, neq; cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumq; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosq; Muriosq;,
Magna voce sonas, manuq; tota.
Iam dic Posthume de tribus capellis.

Nil'ne pudet capiti non posse pericula cano *Persius Sat. 1*
Pellere: quin tepidum hoc optes audire decenter?
Fur es, ait Pedio: Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudatur: bellum hoc. bellum hoc? an Romule ceues?

Est & aliud: Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυ᾽ ἀποκρίνῃ, id est, Ego tibi de allijs loquor, tu verò de cæpis respondes.

Nihil ad rem.

Hospes stultus es, aut longinquis aduena ab oris
Nuper ades.

Respub. nihil ad musicum. Hoc ioco so vtemur dicto, quũ quis alienum à se suscepturus erit quiddam. Sic Aristophanes in Equitibus:

At gerere nunc rempub. non est viri,
Qui musicus sit, at probatis moribus.

ALIENO PERICVLO.

Alienam metis messem.

In eos conuenit, qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur, vnde Maronis illud:

En queis consevimus agros,

Τἀλλότριον ἀμᾶν θέρος. i. Alienam metis messem. *Aristophanes in Equitib.*

Postea.

Ego obambulans ab officina longius,
Alio coquente ollam paratam sustuli.

Quandoquidem impunè victum comedunt alienum. *Homer. Odyss.*

De Alieno ludis corio.

Qui securius agunt, sed alieno periculo, dicuntur de alieno corio ludere.

Quòd si quo modo cæteri latrones persenserint, non rursus recurres ad asinum, & rursum exitium mihi parabis. Re vera ludis de alieno corio. *Apuleius in Asino aureo.*

De meo tergo degitur corium, id est, Res meo fit periculo. *Plautus.*

Huic confine circunfertur prouerbium: Ex alieno tergore lata secari lora.

Innocuus alium aspiciam, meũ habentem malum.

Simillimum illi Plautino.

Fœliciter sapit qui alieno periculo sapit.

Aliena non curantes.

Non est meum negotium, multum valeat. quoties negabimus nos de re laborare quæ nihil ad nos pertinet.

Quod enim proprium est, premit vnumquemque pariter. Cæterùm protinus cor noxa vacat circa dolorem alienum. *Pindarus in Nemeis hymno primo.*

Aliam ætatem alia decent.

Qui ætatem aliam significabit, nec idem canum decere quod iuuenem, vsurpabit illud Homericum Iliados ζ. Verum vbi iam, canumq; caput incanaq; menta.

Alijs quod vitio vertis, ne feceris.

Quod in alijs damnaturus sis, in te ne admiseris.
Vnde Homerus ex Iliados ψ.
Immo adeò si quisquam alius patrare pararet

Tale

Tale aliquid, damnaretis, vitioq; daretis.

Alia committenda, alia celanda.

Non temerè quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt, verùm alia communicare conuenit cũ amicis aut vxoribus, alia celare. Ad hanc sententiam quadrat illud Homeri ex Odyss. λ.

Dicendum est aliud, contrà est aliud reticendum.

Alia dantur, alia negantur.

Cum è duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata est, vt si cui formæ decus adsit, desit ingenij laus: seu cùm è duobus postulatis alterum dũtaxat impetratur, quadrabit illud ex Ili. π.

Annuit hoc illi diuûm pater, abnuit illud.

Alia vita, alia diæta.

In eos transfertur qui mutata in melius fortuna, vitæ rationẽ moresq; cõmutant. Aristoph. in Plu.

Dein diuitem factum nihil iam lens iuuat:
At pauper antehac deuorabat quælibet.

Aliena iacis.

Ἀλλότρια βάλλεις. Quando res pãtum ex animi sententia cadit, quando frustratur nos spes.

Alij sementem faciunt, alij metent.

Alij laborarunt, alij fruges perceperunt. Huc pertinet dictum illud Fabij apud Liuium libr. 10. ab vrbe condita: Quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, id indignũ esse dicere.

Hesiod. in Theo. Atq; metunt vẽtrem in proprium sudorẽ alienum.
Theognis. Ante tibi exhaustos alii ne trade labores.

Aliena insania frui optimum.

Admonet adagium, vt ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores. Vulgò iactatus versus est in eandem sententiam:

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

Publianus quidam mimus:

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Soph. in Aiace. Ridere de hoste risus est suauissimus.

Cicero in quadam epistola, bellum esse ait ex aliorum erratis suam vitam in melius instituere. Et Demea Terent. ex aliis exemplum capere iubet.

Plinius Secundus Naturalis historiæ lib. 18. cap. 5. Optimum est (inquit) vt vulgò dixere, aliena insania frui, sed ita vt villarum tutela non sit oneri.

Alieno auxilio potentes.

In eos dicitur, qui alienis præsidijs freti facinus aliquod egregium faciunt: cui simile est illud de Teucro fratre Aiacis Telamonij Iliados θ.

Constitit Aiacis clypeo septemplice tectus.

Is enim sub fraterno latitans clypeo, sagittas aliquot mittebat in Troianos.

Alieno præsidio ferox.

Homerus Iliados ε.

Ista quidẽ hic nequaquã audet sine numine, verùm
Adstat diuûm aliquis humeros caligine tectus.

Alienum arare fundum.

Alienum suscipiẽtes negotiũ, aut cum vxore aliena rem habentes, arare fundum alienum dicuntur.

Theognis. Est inuisa mihi mulier vaga, inersq; maritus,
Alterius fundum quisquis arare cupit.

Plaut. de marito adultero. Fundum alienum arat, suum incultum deserit.

Huic similis color est apud Iureconsultos: Alienos irrigas agros tuis sitientibus.

Alijs lingua, alijs dentes.

Venustè retorquebitur in eos, qui se facto ei nocituros minãtur, qui verbo duntaxat læserit. Pœtis lingua est, qua possint debacchari: at principibus sunt molares, quibus eos conficiant.

A limine salutare.

Extremis tantùm (vt dicitur) labris, prima rudimẽta degustare. Vnde Seneca de Dialecticorum argutiis loquitur epistola 49. Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantùm, & à limine salutanda.

A linea incipere.

A linea incipiunt, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Vnde Aristides in Themistocle: Hinc virum spectato, à linea exorsus.

Aliorum medicus, ipse hulceribus scates.

Plut. hunc versum citat ex Trag. quadam. Alijs medicus, at ipse hulceribus scatens.

In eos retorquendus, qui aliorum errata incessunt, intercutibus vitijs ipsi madentes. Similem sententiam refert M. Tullius Philip. 12. Etenim qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primũ capitis aiunt custodem esse oportere.

Xenophon in Conuiuio: Aiunt sanè diuinos alijs quidem prędicere futura, sibi ipsis verò non prospicere quod instat.

Alio mundo natus.

De ijs qui longè lateque dissident à moribus aliorum, aut quibus omnia noua videntur.

Plutarchus in Symposiacis:

At Græcorum genus prorsus alienum, ac peregrinum à nobis, velut in alio quopiam mundo natorum ac viuentium.

Et Horatius in Odis.

Quid terras alio calentes
Sole mutamus?

Macrobius in præfatione Saturnalium: Nisi sicubi nos sub alio ortos cœlo, Latinæ linguę vena non admittet.

Virg. de cap. El. Solemq; suum sua sydera norunt. Dixit suum, vt à nostro diuersum.

Claudianus. Sunt altera nobis
Sydera, sunt orbes alij, lumenq; videbis
Purius.

Virgilius. Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Aliter catuli longè olent, aliter sues.

Hoc dicto significatur non veste hominem dignosci, verùm inesse natiuũ quiddam, genuinum ac proprium in vnoquoq;, quod in ipso vultu oculisq; eluceat. Atq; hic est veluti peculiaris quidam hominis odor, quo deprehenditur.

Mart. lib. 6. Cùm bene se tutam per fraudes mille putauit,
Omnia cùm fecit, Thaida Thais olet.

Aliter cum alijs agendum.

Cum alijs blandius agendum, cum alijs asperius, vt cuiusq; fuerit ingeniũ, aut fortuna, aut dignitas.

Homerus Iliados μ.

Verbis hunc placidis, contrà asperioribus illum
Increpuere.

Aliud in ore, aliud in corde gerens.

Vir corde duplex, qui insyncera fide est, quē etiam vulgò bilinguem appellant, & duabus sedentem sellis. Vnde Zenodotus:

Equidem virum odi duplicem, sermonibus
Probis amicum, cæterùm hostem moribus.

Hom. Odyss. ι Qui bene cū dicant, retro mala mente volutant.

Odyss. ξ Qui bene cùm loquerentur, atrocia mente premebant.

Odyss. ο Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Nam decet ingenuè quod sentis, voce profari.
Haud secus atq; orci portas hominem execror illū,
Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

Qui coràm blandiuntur, clàm obtrectantes, palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, vt hacti occasionem funditus perdant, ij dicuntur altera manu portare lapidem, altera panem ostentare. Euclio apud Plautum in Aulul.

Nunc petit cùm pollicetur, aurū inhiat vt deuoret.
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Aloës plus quàm mellis habet.

De ijs rebus dici solet, quæ plus molestiæ quàm voluptatis habent. Plautus in Amphitr. Ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.

Iuuen. de vxor. Plus aloës quàm mellis habet.

Apul. in florid. Sed verum verbum est profectò, quod aiunt, nihil quicquam tam prosperè diuinitus hominibus datum, quin admixtum sit aliquid difficultatis.

Homerus Iliados vltimo, de Ioue rerum humanarum vices temperante,

Nunc lætis vitam miscet, nunc tristibus idem.

Pind. in Pyth. Ad vnum enim bonum duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales.

Euripides. Bona separare non licet malis, sed est
Mixtura quædam.

Aliud stans, aliud sedens.

Quum summam animi inconstantiam significamus, hoc prouerbio vtimur.

Hom. Iliad. ρ Verùm claudicat, inq; pedes vtrosq; vacillat.

Pind. in Nem. Qui verò tenet ea quæ didicit, obscurus homo, aliàs aliter atque aliter affectus, nunquam certo ingressus est pede, sed innumerabilium virtutum imperfecto intellectu gustum capit.

Alius alijs in rebus præstantior.

Qui alium alia dote præcellere ait, accommodabit dictum illud de Polydamante & Hectore, ex Iliados ν.

Hic dictis, hasta longè præstantior ille.

Eam sententiam fusius explicat Iliad. ν. Polydamas loquens Hectori:

Hector, non potis es deflectere pectora dictis.
An quia di donant factis præcellere belli,
Vis in concilio reliquos præcedere sensu?
At non cuncta potes vnus simul omnia ferre.
Quippe deus dedit huic virtute excellere belli,
Huic laudem choreæ, citharā illi & carmina blāda:

Rursum alij mentem præclarā in pectore, magnus
Iuppiter inseruit.

Aleam omnem iacere.

Aleam iacere dicimur, cùm res nostra periclitatur, & eam fortunæ arbitrio exponimus. Terentius in Adelphis, vitam hominum perinde dixit esse, quasi cùm ludas tesseris: vt quod iactu non cecidit, id arte corrigas.

Par est labore digna ferre præmia, Eurip. in Rhes.
Quicunq; vitam sortis obijcit aleæ.

Vna super omnibus alea iaciebatur, vita, pecunijs, fama, principatu. Aristid. in Per.

C. Cæsar cùm ad Rubiconem fluuium stans hæsitaret, dixit, Eamus quò deorū ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat: iacta esto alea.

Plutarchus in Apophtheg. Omnis iacta sit alea.

Cadat alea fati,
Alterutrum mersura caput.

Iudice fortuna cadat alea. Petronius Arb.

Non perspicitis aleam quandam inesse hostijs deligendis, præsertim cùm res ipsa doceat.

Siquidem sapis, ne coniugem vnquam duxeris. Athenæus li.
Duxi ipse, proinde suadeo ne duxeris.

Cui respondet alter:

Decreta res est, esto iacta hæc alea.

A ANTE M.

AMBITIO.

Ambitio auaritia nutrix est, quæ potentum vestibulis excubat.

TRudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix Claud. in Stilic. laude. lib.
Ambitio, quæ vestibulis foribusq; potentum
Excubat, & pretijs commercia poscit honorum,
Pulsa simul.

Virtute ambire oportet, non fautoribus. Plau. in Amp.
Sat habet fautorum semper, qui rectè facit.

Emitur sola virtute potestas. Claud. de 4. consul. Honorij.

Ambitio ad aulam multos conuocat, non regis amor.

Pauci reges non regna colunt. Senec. in Herc. Oetæo.
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic regi proximus ipsi,
Clarusq; latas ire per vrbes.
Vrit miserum gloria pectus.

Nec tibi regnandi veniat tam dira libido. Virgil. 1. Georg.

Ambitio abest à prudente.

Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria fuco,
Magnarum'ue fames sollicitauit opum.

Ambitiosos taxat Iuuen. Sat. 10. exemplo Seiani & Annibalis.

Errasse fateris
Seianum: nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps inane ruinæ.
Expende Annibalem, quot libras in duce summo
Inuenies? hic est quem non capit Africa, magno
Perfusa oceano, niloq; admota tepenti.
Rursus ad Aethiopum populos, aliosq; elephātos,
Additur imperiis Hispania. Pyrenæum
Transilit, opposuit natura Alpemq; niuemq;:

Diduxit scopulos,& montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam,tamen vltrà pergere tendit.
Et paucis concludendum est,mors sola fatetur,
Quantula sunt hominum corpuscula.

Ex Apophtheg. Erasm.

In palæstra prolapsus Philippus, cùm surgens in puluere vidisset corporis vestigium,Papæ,inquit, quàm minimam terræ partem natura sortiti,orbem appetimus vniuersum! Vtinam dictum illud inhæsisset animo filij, cuius ambitioni orbis fuit angustus.

Ambitio Alexandri.

Dicere solitum accepimus Alexandrum Dario,neque cœlum duos soles, neq; Asiam duos reges ferre posse.

Ambitio insatiabilis.

Cùm audisset Anaxagoram differentem innumerabiles esse mundos, illachrymasse dicitur Alexander. Rogantibus quid accidisset lachrymis dignum,An non,inquit,videor meritò flere,qui cùm mundi sint innumerabiles, nos nondum vnius domini facti sumus?

Ambitio principum.

Aiebat olim Alphonsus Aragonum rex, inter Iouem, Neptunum & Plutonem omnium rerum partitionem fuisse factam,& horũ vnumquenq; sua sorte contentum esse, nec aliena occupare. At inter homines neminem sua portione contentum,nec vllam partitionem esse stabilem.

Ambitiosi premunt iuuenes ne emergant.

Non quæuis arbor patitur complectentem se vitem,sed quædam præfocat eam & extinguit: ita ambitiosi quidam premunt iuuenes ne quando emergant.

Nescit pietatis iura regnandi cupiditas.

Ambitio malè profundit, quod malè collegit auaritia.

Cupiditates,animi sunt morbi.

Malus ciuis est, cui non satis est, id quod satis est cæteris.

Turpior est ambitio èvilitate cultus,quàm ex amictu splendido.

Turpis est ambitio ex fuco virtutis laudem captás.

Ex Cicerone.

1. Officiorum. Miserrima est omninò ambitio, honorumq; contentio.

1. Officiorum. Maximè adducuntur plerique,vt eos iustitiæ capiat obliuio,cùm in imperiorum,honorum,gloriæque cupiditatem inciderint.

1. Officiorum. Quicquid est huiusmodi in quo nõ possunt plures excellere, in eo fit plerumque tanta cõtentio,vt difficillimum sit sanctam seruare societatem: difficile est enim,cùm præstare cæteris concupieris, seruare æquitatem.

3. Officiorum. Multi iniqui atq; infideles regno, pauci boni sunt, dicebat Accius.

In Lælio. Pestis maior esse nulla in amicitijs potest, quàm in quibusdã honoris certamẽ & gloriæ: ex quo inimicitiæ maximæ sæpe inter amicissimos extiterũt.

1. Officiorum. Facillimè ad res iniustas impellitur, vt quisque est altissimo animo & gloriæ cupido.

3. Officiorum. Complures se scelere contaminarunt imperij cupiditate.

1. Officiorum. In liberis ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius,nihil fœdius excogitari potest.

1. Officiorum. Cauenda est gloriæ cupiditas:eripit enim libertatem,pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio.

Pro Milone. Timida est ambitio,& sollicita cupiditas magistratus: omnia non modò quæ reprehendi palàm, sed etiam quæ obscurè cogitari possunt, timeamus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus, ora omnium atq; oculos intuemur. Nihil enim est tam molle,tam tenerum, tam aut fragile,aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensusq; ciuiũ qui nõ modò improbitati irascuntur candidatorũ,sed etiam rectè factis fastidiunt.

Ex Apophth. Erasm.

Quum Alexander per literas petijsset,vt ipsi decernerẽtur honores diuini,Age,inquit Damis,concedamus, si velit appellari deus Alexander. Ridens hominis stultitiam, qui ab ijs deos putarit creari,qui homines essent.

Diogenes, cùm ad Philippum apud Cherotiam pugnantẽ deductus fuisset,exclamassetq; Philippus,explorator? respõdit,explorator: nã huc veni insaniam tuã inspecturus,qui nõ regno cõtentus aliena captãs,te in regni & vitę cõnicis periculũ.

Cum Alexandri Magni res gestas legeret Iulius Cæsar, non tenuit lachrymas,dixitq; ad amicos, Hac ætate qua nunc sum,Alexander deuicit Darium: mihi verò ad hunc vsque diem,nihil præclari facinoris gestum est.

M. Octauius cũ à Catone postularet, vt inter ipsos de imperio statueretur, Cato legatis respondit, Quis iam miretur rem malè gestam esse, quũ in ipsa morte in nostris videatis regnandi cupiditatem? Significans ambitione infœliciter cessisse.

Quum Genethliaci Chaldæi matri Neronis dixissent,filium imperaturũ quidem, sed occisurum matrem, Occidat, inquit, modò imperet. Tam impotens erat in fœmina dominandi sitis.

Aristot. in com. diatrib. Plurimæ seditiones in ciuitatibus ambitionis culpa oriuntur. De honoribus enim non quilibet, sed potentissimi quiq; contendunt.

DE AMBIGVITATE.

Ambiguitatis imitatio.

Heu quid agat? quo nunc reginã ambire furẽtem — Virg. 4. Aen.
Audeat affatis? & quæ prima exordia sumat?
Atq; animum nũc hûc celerem, nunc diuidit illuc, — 8. Aeneid.
In partesq; rapit varias,perq; omnia versat.
Aut pugnã,aut aliquid iandudũ inuadere magnum — 9. Aeneid.
Mens agitat mihi,nec placida contenta quiete est.
Et liber,& timeo,nec adhuc exacta voluntas, — Oui. ep. 16. Her.
Est satis: in dubio pectora nostra labant.
Quo pede nunc vtar? dubia est sententia nobis. — 3. de Ponto.
Nec quid agã inuenio,nec quid nolimue,velimue, — 4. de Ponto.
Nec satis vtilitas est mea nota mihi.
Crede mihi,miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consilium'ue fugit.

Terent. in Phor. Incertum est quid agam, quia præter spem atque incredibile hoc mihi obtigit.

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

AMICITIA.

In Lælio. Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarum humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio: qua quidem haud scio an excepta sapientia, quicquam melius homini sit à dijs immortalibus datum.

In Lælio. Amicitiã omnibus rebus humanis anteponamus: nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res secundas vel aduersas.

In Lælio. Quæ videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, & cætera generis eiusdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda sunt.

In Lælio. Amicitia plurimas res cõtinet: quoquò te verteris, præsto est: nullo loco excluditur, nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, non aere (vt aiunt) pluribus locis vtimur quàm amicitia. Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiẽs, communicansq; leuiores, nec debilitari animos aut cadere patitur: verumetiam iam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod dictu difficilius, mortui viuunt.

In Lælio. In amicitia omnia insunt quæ putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas, vt cùm hæc adsint, beata vita sit, & sine ijs esse non posit.

In Lælio. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt: & ij qui ad rempub. se contulerunt, & qui rerum cognitione, doctrinaq; delectantur, & ij qui suum negotium gerunt otiosè: postremò ij qui se totos tradiderũt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modò velint aliqua ex parte liberaliter viuere. Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia, nec vllam ætatis degendæ rationẽ patitur esse expertẽ sui.

1. De finib. Laus & charitas sunt vitæ sine metu degendæ præsidia firmisima.

1. De finib. Amicitiæ præsidium est firmisimum.

2. De offic. Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quàm diligi, nec alienius quàm timeri.

1. Philipp. Clarum esse ciuem, bene de repu. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosũ est: metui verò, in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

1. De finib. Diligi & charum esse, iucundum: propterea quòd tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorem.

Marcel. Cic. ep. fam. 4. lib. Sine amicorum beneuolentia, neque in aduersa, neq; in secunda fortuna quisquam viuere potest.

1. De finib. Amicitia colenda est, quod sine ea tutò & sine metu viui non posit, ne iucundè quidem.

Pro Plancio. Nulla potest esse iucunditas sublata amicitia.

In Lælio. Quis est pro deûm fidem, qui velit vt neq; diligat quenquam, ne ipse ab vllo diligatur, circunfluere in omnibus copijs, atque in omnium rerum abundantia viuere? Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia: omnia semper suspecta atq; sollicita sunt, nullus amicitiæ locus.

2. Officiorum. Omnis ratio & institutio vitæ adiumẽta hominum desiderat: in primisq; vt habeas quibuscum familiares conferre posis sermones.

Nullo modo sine amicitia firmam & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus. *1. De finib.*

Nec verò ipsam amicitiam tueri possumus, nisi amicos ac nosmetipsos diligamus.

Nullius opes tantę fuerũt, aut tãtę esse possunt, quę sine multorum amicorũ officijs statuere posint. *Pro Plancio.*

Omnium rerum quas ad beatè viuendum natura parauit, nihil est maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius: quũ solitudo & vita sine amicis, insidiarum & metus plena sit. Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis conseruatur animus, & à spe pariendarum voluptatum seiungi non potest. *1. De finib.*

Maximum est bonum amicitia, plurimæ sunt delectationes in ea. *1. De inuent.*

Amicitia nihil est vberius. *Cic. App. Pul. famil. 3*

Hæc est vna via & laudis & honoris & dignitatis, à bonis viris & sapientibus, & benè à natura constitutis, laudari & diligi. *Pro Sestio.*

Violari amicitiã apud maiores nostros nefas erat. *Cic. App. Pul. famil. 3*

Violare amicitiam hoc grauisimũ crimen iudico. *Philipp. 2*

Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostrę vicaria fides amicorum supponitur: quam qui lædit, oppugnat commune omnium præsidium: & quantum in ipso est, disturbat vitæ societatem. non enim possumus per nos omnia agere. Alius in alia re est magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. *Pro Rosc. Am.*

Quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirẽdi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Charitate enim, beneuolentiaq; sublata, omnis est è vita sublata iucunditas. *In Lælio.*

Est ea iucundisima amicitia, quam similitudo morum coniugauit. *1. Officiorum.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cùm viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. *1. Officiorum.*

Nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè viuendum accommodatius, quàm cum viris bonis, iucundis, amantibus nostri viuere. *Cic. Pap. Pæt. famil. 9*

In quibus eadem sunt studia, eædem voluntates, in his fit vt æquè quisq; altero delectetur ac seipso: efficiturq; id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex pluribus. *1. Officiorum.*

Nihil minus hominis esse videtur, quàm non respondere in amore ijs à quibus prouocere. *Cic. ad Brut.*

Beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. *1. Officiorum.*

Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos: & nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterq; respondeat. *In Lælio.*

Est in amicitia necessarium, vt alter nihilo se plus quàm alterum diligat: quòd si tantillum interfit, iam amicitiæ nomen occiderit: cuius est ea vis, vt simulatque sibi aliquid, quàm alteri maluerit, nulla sit. *1. De legib.*

Vetus est lex illa iustæ veræque amicitiæ, vt idem amici semper velint: neq; est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus & societas consiliorum & voluntatum. *Pro Plancio.*

Delegibus. Non eſt ſancta amicicia, niſi ipſe amicus per ſe ametur toto pectore, vt dicitur: qui quidem amandus eſt, deſperatis emolumentis & fructibus.

Ci. Ap. Pulch. famil. 3 Confirmata amicitia & perſpecta fide, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt.

In Lalio. Odioſum ſaoè genus eſt hominum, officia exprobranoum, quę meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.

4. ad Heren. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius ſequuo ſunt, hi ſimulatq; fortuna elapſa eſt, deuolant omnes. Cùm enim receſsit res ea, quæ fuit conſuetudinis cauſa, nihil ſupereſt quare poſsint in amicioa retinere.

Cice. Pop. Paeo. famil. lib. 8 Non facilè dijudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat eiuſmodi tempus, vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſsit: cætera ſunt ſigna communia.

In Lalio. Amicus certus in re incerta cernitur.

In Lalio. Amare nihil aliud eſt niſi eum ipſum deligere quē ames, nulla indigētia, oulla vtilitate quæſita.

2. De finibus. Nihil eſt aliud amare, à quo amicioæ nomen dictum eſt, niſi velle bonis aliquem affici quamplurimis, etiamſi ad ſe ex ijs nihil redeat.

Lib. Nat. Deo. Charum verbum eſt amoris, ex quo ipſum nomen amicitiæ eſt ductum: quam ſi ad fructum noſtrū referemus, non ad illius commoda quem diligimus, nou erit iſta amicitia, ſed mercatura quędam vtilitatum ſuarum. Prata & arua, & pecudum greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex ijs capiuntur: hominum charitas & amicitia gratuita eſt.

2. De finib. Etiamſi nulla ſit vtilitas ex amicitia, tamē ipſi amici propter ſeipſos amātur. Etenim ſi loca, ſi phana, ſi vrbes, ſi gymnaſia, ſi campū, ſi canes, ſi equos, ſi ludicra exercendi, aut venandi conſuetudine adamare ſolemus, quantò id in hominum conſuetudine facilius fieri poterit & iuſtius?

2. De finib. Meipſum ames oportet, noo mea, ſi verè amici futuri ſumus.

2. De finib. Si fructibus & emolumentis & vtilitatibus amicicitias colamus, ſi nulla charitas erit quæ faciat amicitiam ipſam ſua ſponte, vi ſua, ex ſe & propter ſe expeteodam: noo dubium eſt quin fundos & inſulas amicis anteponamus.

2. De finib. Amicina non ſub dubia vtilitaos ratiooe effici ſolet, ſed ipſa ex ſe oritur & ſua ſponte naſcitur.

In Lalio. Pleriq; in rebus humanis nihil quicquam bonum norunt, niſi quod fructuoſum ſit: & amicos tanquam pecudes, eos potiſsimùm diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum capturos: ita pulcherrima illa, & maximè naturali carent amicitia: nec ſibi ipſi exemplo ſunt, hæc vis amicitię qualis & quanta ſit. Ipſe enim ſe quiſque diligit, non vt aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quòd per ſe ſibi quiſq; charus eſt: quod niſi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nunquam reperietur.

Cic. ad Brut. famil. 13 Eſt honeſtios de amicorum pecunia laborare, quàm de ſua.

In Part. orat. Multi vitam neglexerunt, vt eos, qui his chariores, quàm ipſi ſibi eſſent, liberarent.

Cic. Bru. famil. 13 In omnibus nouis coniunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur.

2. Officiorum. Cùm in amicitia quæ honeſta oon ſunt, poſtulantur, religio & fides anteponatur amicitiæ.

Si io hominibus eligendis nos ſpes amicitiæ feſellerit, vt vindicemus, miſſos faciamus. *4. Acc. in Ver.*

Amicitias, quæ minus delectant, & minus probantur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quàm repentè præſcindere. Cauendum erit igitur ne non ſolùm amicitiæ depoſitæ, ſed inimicitię etiam ſuſceptæ videātur: nihil eſt enim turpius, quàm cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. *1. Offic.*

Vna iſta ſit cauoo, atq; vna prouiſio in amicioa, vt ne oimis citò diligere incipiamus, ne'ue non dignos. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur. *In Lalio.*

Nihil eſt quod ſtudio & beneuolentia, vel amore potius effici noo poſsit. *Cic. Bru. fam. 13*

Sine ſtudio & ardore quodam amoris, in vita nihil quicquam fit egregium. *2. De Orat.*

Amicitiam ſimilitudo parit, odium diſsimilitudo contrahit.

Magnam vim babet ad coniungendas amicitias, ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo. *Pro Cluentio.*

Pares cum paribus facillimè coogregantur. *Cato maior.*

Nihil eſt quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam quàm ſimilitudo, qua fit vt bonos boni diligāt, aſsiſtantq;, ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atq; oatura: nihil eſt enim appeteotius ſimilium ſui, nihil rapacius quàm natura. Hinc conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolenoam eſſe. *In Lalio.*

Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur: nec ob aliam cauſam vllam boni improbis amici eſſe noo poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maximè poteſt eſſe, morum ſtudiorumq; diſtantia. *In Lalio.*

Amor publicus præferatur priuato.

Tantum fraterno amori dandum non arbitror, vt quiſquam de ſalute ſuorum cooſulat, cōmuoem relinquat. *Pro Sylla.*

Noo poſſuot vna in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere, vt oon plures ſecum in eandem calamitatem trahaot. *Pro lege Mani.*

Non eſt magis vituperandus proditor patrię, quàm communis vtilitatis aut ſalutis deſertor, propter ſuam vtilitatem aut ſalutem. *3. De finibus.*

Neq; ſalſum prorſus, neque ſuaue eſſe poteſt quicquam, vbi amor non admiſcetur: ſed quod eſt amarum, id mel faciet. *Plautus.*

Non aqua, non igni, non aëre, non pluribus locis vtimur quàm amicioa. *Cicero.*

Solem è mundo tollere videotur, qui amicitiam è vita tollunt. *Cicero.*

Tantū boni eſt in amicitia, vt ad eā rē perficiendā, deorū atq; hominū munera videātur cōcurrere. *Xenophon.*

Amicus eſt deſiderabile nomen, homo vix apparens, infœlicitatis refugium, vix inuenienda poſſeſsio, ſecretorum receptor, indeficiens quies, amanda fœlicitas.

Aequalitate animorum conſtat amicitia. *Saluſtius.*

Idē velle atq; idē nolle, ea demū firma eſt amicitia.

Eadem cupere, eadem odiſſe, inter bonos amicitia, inter malos factio eſt.

Solus eſt bomo amico amicus.

Amicitia omnibus rebus humanis anteponenda.

Seneca. Odit verus amor, nec patitur moras.
Plautus. Tardo amico nihil est quicquam iniquius.
August. Amor qui renuit operari, amor non est.
Vbi amici, ibidem opus.
Plautus. Is amicus est, q in re dubia, re iuuat, vbi re est opus.
Ouidius. Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Stat nulla diu mortalibus vsquam
Fortuna titubante fides.
Ouidius. Donec eris fœlix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Seneca. Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.
Martialis. Extra fortunam est quicquid donatur amicis.
Quas dederis, solas semper habebis opes
Si quid erga amicum bene feceris, aut consulueris fideliter,
Non videris meruisse laudē, munere functus tuo.
Reconciliata simultate, quamlibet leues suspiciones fugiendæ sunt.
Propertius. Verus amor nullum nouit habere modum.
Coniunctio animorum, maxima cognatio est.
Qui verè amat, præter vnum amare non potest.
Opitulandum amicis, sed vsq; ad aras.
Contra patriā, arma pro amico sumenda non sunt.
Omnia cum amico discutiēda sunt, primus autem discutiendus probandusq; amicus ipse est.
Amicitijs non est vtendum vt floribus, tandiu gratis, quandiu recentibus.
Veteres amicitias pro consequentium nouitate non fastidias.
Salustius. Amicorum nunquam cuiquam hominū satis fuit.
Plautus. Amicos res inuenit.
Amicorum communia esse debent omnia.
Ouidius. Nomen amicitiæ barbara corda mouet.
Amandi nec multi nec nulli.
Amicitiæ immortales esse debent, mortales inimicitiæ.
Bias. Periculosum est inter amicos de re aliqua statuere: nam ita necessum est alterum ex his prorsus inimicum habere.
Optimam vitæ supellectilem sibi comparauit, qui amicos parauit.

Ex Apophth. Erasm.

Amicitia est animorum coniunctio, quos non dirimit locus.
Non est aliquid amicis, quibus fidimus, committendū, quod si effutiatur, pariat nobis infamiam.
Hostes in hoc nobis vtiliores sunt quàm amici, vt errata nostra cognoscamus, & cognita corrigamus.
Insolenter vtentes rebus prosperis amici destituūt.
Aliquousq; amicis gratificandum est, sed citra violationem religionis.
Quemadmodum non quæuis damus omnibus, ita spectandum est cui in qua causa gratificemur.
Nimia amicitia causam aliquando dat odio.
Nulla possessio melior est, quàm amicitiæ.
Simultatē oportet morte finiri, amicitiā non item.
Amici admonendi non modò manifestè, sed cum quadam acrimonia.
Amicitia non reperta est ad reprehensionem, sed iucunditatem.
Non vtilitatis causa amicitia expetenda est.
Qui commodi gratia sunt amici, sublata commodi spe deserunt amicitiam.
Non rectè amat vxorem, qui corpus amat potius quàm animum.
Sic ama tanquam osurus, & sic oderis tanquam amaturus.
Amicis minari, parum est humanum.
Rebus prosperis aduolant quilibet etiam minus amici: qui verò adsunt restante fortuna, hi verè sunt amici.
Reuetentiæ comes est amor, metus odium.
Vt illis statuas faciendas committimus, à quibus videmus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt in amicitiam admittendi, nisi quos cognouerimus erga alios præstitisse fidos & vtiles amicos.
Maior vtilitas est à fidis amicis, quàm à vasis: & plus damni est, nisi deligas.
Non fucanda facies, sed animus honestis studijs exornandus est: hæc enim forma veros conciliat ac perpetuos amicos.
Nullum est grauius testimonium, quàm inimici de inimico.
Amici plerumq, obstant, ne liceat vbiq; rectum clauum tenere.
Amicos secundæ res parant, aduersæ probant.
Instabiles quorundam sunt amicitiæ, qui consequuti quod volunt, negligunt amicum: ijdem dum sperant, obseruiunt.
Amicus ab amico quod est iniustum, non debet petere.
In amico fido diffidere, prudentiæ est.
De amico humanius est bene sperare, quàm diuinare peiora.
In rebus afflictis potissimū fidis amicis vtendum est, qui vel re opitulentur, vel consolando molestiam mitigent.
Non satis est, si comites nos præbeamus amicis, sed comitati comes est adiungenda benignitas.
Inconstantes & perfidi amici sunt, qui amicitiam commodo metiuntur, cuius spe adepta, protinus ab amicitia recedunt.
Reuerentia cum amore coniuncta est. Metuimus autem illos maximè quos odimus: hæc puero maximè debetur.
Quisquis docet, admonet, instituitq, ad virtutem adolescentes, vtiq; amat: atque is demum verus est amor. Nam qui vulgò dicuntur amare, suum venantur cōmodum, cum incōmodo adamati.
Vulgatum est neq; solem, neq; aquam, neq; ignem magis vtilem esse hominibus, quàm amicos. Sed ingenij philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestiis ac serpentibus noxijs vtilia quædam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio decerpere aliquid quod vertat in suum bonum.
Grauissimè lædunt amici qui expiscantur arcana.
Arctiora sunt virtutis vincula quàm sanguinis: & omnis bonus bono proximè cognatus est ob animorum similitudinem.
Amicitia facit omnia communia.
Non est bonus amor aut syncerus, nisi quem conciliat virtus.
Is verè & constanter amat, qui iudicio amat.
Illi ex animo sunt amici, qui principem magis amant quàm timent.

Ex

Ex Plutarchi Moralibus.

Vt nummum exploras, num sit adulterinus, priusquàm eo sit opus: sic amicus probandus antequàm eo sit opus.

Vt qui prægustando letale venenum, in exitium coniiciunt sese: sic qui amicum admittit, priusquàm cognouerit, suo malo discit, qualis sit.

Vt ignis omnium condimentorum est suauissimũ: ita amicitia omnem vitam condulcat, si admisceatur.

Vt mel exulcerata mordet ac purgat, alioquin vtile & dulce: sic amici libertas nõ mordet, nisi si quid est vitiosum & sordidum.

Qui in leuibus nugis obiurgat amicum, in grauibus rebus tacet, idem facit quod aliptes, sinens athletam inebriari & libidinari, circa lecythum duntaxat difficilis ac morosus.

Item quasi præceptor puerũ de stylo ac tabula obiurget, barbarismum aut solœcismum committentem dissimulet.

Item quasi malus orator, nihil ad argumenta respondens, vocem aut codicillos indiligẽter scriptos calumnietur.

Item perinde ac si quis hominis tuberibus ac fistulis laborantis medici smilio pilos & vngues secet: ita adulator libertate vtitur in ijs, in quibus non est opus.

Vt pituita paulatim collecta, tum maximè apparet ac vincit, cùm natura vincitur. Sic quidam amici potentes admonere non audent, nisi labantur: sed simulatq; fortunæ aura commutata sunt humiles facti, tum obiurgant.

Amicus quãdo admonendus. Sanus fert, si exprobres intemperantiam, libidinẽ, luxum, eadem non feret ægrotans: sic admonẽdus amicus, cùm desierit irasci, aut amare.

Nutrices pueros lapsos non obiurgãt ac puniunt, sed accurrentes erigunt, deinde obiurgant: sic amicus cùm affligitur, adiuuandus est & erigendus, posteà monendus & obiurgandus, quòd suo vitio in eam calamitatem inciderit.

Vt rupturæ & spasmata tum demum mouentur, cùm corpus aliquo malo corripitur: sic amici nõ ingenui, fœlicibus adulantur, lapsos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur.

Qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicũ, perinde facit, ac si medicus amarum & acre pharmacum ac sumptuosum in leuissimis morbis passim admoueat.

Veluti si qui laborat hepatis vitio, medico ostẽdat vngues exulceratos, ineptè faciat: ita qui grauibus laborans malis, de nugis consulat amicum.

Amicus nõ semper obiurgandus. Ferrum prius calore solutum ac mollitum, posteà frigida durescit ac solidatur aqua: sic amicus prius laude delinitus, mox liberè admonebitur.

Vt bonus medicus mauult morbo mederi somnoq;, ciboq;, quàm scammonio, aut castorio: sic amicus, pater, præceptor magis studet laude corrigere, quàm obiurgatione, si liceat.

Vt statuarij primùm ictibus incidunt lapidẽ, posteà poliunt atque æquant: sic amicus obiurgationẽ lenitate mitigat.

Amicitia fratrum dirupta. Vt quæ glutino commissa sunt, si soluantur, facilè reglutinantur, at si corpus rumpatur, haud facilè coit: sic inter alios amicitia dirupta facilè coit, in fratribus semel dirupta, aut non coit, aut cicatricosa coit.

Amicitiam dirimẽtes fugiẽdi. Vt amici detestantur saxum, aut canem incurrentem, qui eos dirimat: sic execrari deberent homines caninos, qui maledicentia sua dirimunt necessitudinem, mutuamq; beneuolentiam.

Cassiteris, id est, stannum aut plumbum album, æs ruptum ferruminat, vtrumq; cõtingens propter affinitatem, quam habet cum vtroq;: ita amicus amicitiam ac beneuolẽtiam disruptam reconciliare debet, vtriq; sese accommodans ex æquo.

Vt in calamitatibus firmissimi, atque optimi amici adsunt vtiliter: sic & sermones optimi.

Amici lachrymantes tantũ. Vt nandi imperiti, dum volunt succurrere ijs, qui præfocantur ac merguntur, vnà cum illis merguntur, & nocent magis quàm prosint: sic amici qui in rebus aduersis tantùm collachrymant amico.

Non quemadmodũ in tragœdijs, ita nobis in calamitatibus opus est qui cõploret & allachrymet.

Amantiũ ira. Ignis facilè accenditur in paleis, & pilis leporinis, sed idem mox extinguitur, si nihil addas: sic amantium iræ, aut nuper coniugatorum, si nemo se admiscuerit.

Amici Regũ. Vt arithmeticorum digiti aliquando valent, multis millibus, aliquãdo nihil: sic amici Regum aliquoties quiduis possũt: rursum mutata in fastidium gratia, nihil possunt.

Amor. Vt hedera vndeuis ex se inuenit, quo se alliget: ita amor etiam ijs capitur, quæ non amantem offendunt.

Amicitia vorra debilis est. Vt mulier impudica, cum multis se commiscens, nullum certum habet amatorem: ita qui multorum appetit amicitiam.

Amicitia in multos diffusa infirma. Vt puella in pratis alium post alium flosculum decerpens, semper nouis arridẽnbus capitur, priores negligit: sic qui multas instituit amicitias, ac mox saturatus alias quærit.

Vt fluuius in multos diductus riuos, fluit tenuis ac languidus: sic beneuolentia in multos distracta languescit, & euanescit.

Vt animantia quæ vnicum pariunt fœtum, vehementius amant: sic erga vnum ardentior est beneuolentia.

Amici diuitũ. Quemadmodum muscæ in popinis non manent, si desit nidor: ita vulgares diutũ amici non perseuerant, si non adsit vtilitas.

Amicus non exploratus. Veluti qui nummum habet adulterinũ: ita qui amicum nõ exploratum, vbi senserit improbum esse, cùm priuatur eo, gaudet: cùm habet, optat effugere.

Amicus malus Vt malum cibum nec retinere possis citra noxam, nec reijcere sine molestia: ita malum amicum, si teneas, lædit, nec tamen absq; inimicitia, ac tumultu, veluti bilem, potes abijcere.

Omnes non in amicitiam recipiendi. Vt rubo, spinisq; complectentibus nos discussis, ad vitem aut oleam tendimus: ita non quemuis obuium oportet in amicitiam admittere, sed ad idoneos, reiectis alijs, eundum est.

Amicus explorandus. Vt Zeuxis lentè pingebat, quod diu duraret: ita diu explorandus amicus qui sit perpetuus futurus.

Vt diligenter compingitur nauis, quę sit in tempestatibus præsidio futura, & agger varijs casibus oppositus: ita diligenter probandus amicus, quo sis vsurus ad omnia.

Quemadmodum lac coagulo concrescit: sic homines

mines compinguntur, & vnum fiunt amicitia.

Vt Briareus centum manibus quinquaginta pascés ventres, nihilo fœlicior erat nobis, qui duabus vnum administramus: sic tantundem commoditatis capies è paucorum amicitia, quantum è multorum: pésatur enim incommodum: si pauci inseruiunt, paucis est inseruiendum.

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam complexus vnà cum illa perijt incendio: sic quidam fœlicibus amicis nõ fruuntur, cũ infœlicibus pereũt.

Vt bruta si vi commisceantur diuerso generi, discedunt indignantia, & grauiter ferentia: sic inter similes placidè coit, & cohęret amicitia.

Musica symphonia constat è diuersis, puta grauibus & acutis inter se ratione compositis: at amicitia constat similibus.

Polypus superficiem, & colorem duntaxat mutat: at amicus verè similis esse debet amicis, & moribus, & affectibus, & studijs.

Vt prima materia quibuslibet formis variatur, cùm propriam non habeat: ita animus multorum amicitiæ subiectus.

Vt Ixion Iunonem persequens in nubem incidit: sic multi in fucatam, & vulgarem amicitiam incurrunt.

Amicos quos vellimus iudicemus. Pictores seponunt ad tempus opera sua, tum ex interuallo rectius iudicaturi: nam assiduitas in causa est, quominus bene iudicent: sic nos rectius iudicamus amicos, quos ex interuallo reuisimus, ac de nobis ipsis, quoniam adsumus assiduè, minus rectè iudicamus.

Ex Seneca.

Amicus non ex habitu iudicandus. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus, qui amicum asciturus, eum è vestitu aut opibus æstimat.

Amici defuncti. Poma quædam suauiter acerba sunt, & in vino nimium veteri delectat & ipsa amaritudo: sic amicorum defunctorum memoria mordet animũ, sed non sine voluptate.

Amici ficti. In Chio Dianæ facies est in sublimi posita, cuius vultus intrantibus tristis, exeuntibus exhilaratus est: ita sordidi quidam adeuntem amicum tristes accipiunt, timentes ne quid petat, aut ne sumptũ adferat conuiuia: at alacres dimittunt abeũtem.

Amicus quomodo obiurgandus. Vt elleborum si parcius sumas, magis offendit, quòd inhæreat visceribus, inficiatq; corpus: sin copiosius, erumpat celerius: ita non est obiurgandus amicus, nisi ea vehementia, quæ vitio liberet illius animũ. Nam leuior expostulatio cõtristat amicitiam nullo fructu.

Amor amorẽ pellit. Vt radix, quam medici vulgò rheubarbarũ vocant, cùm sit biliosa, tamen peculiari quadam vi bilem pellit: ita fit nonnunquam, vt amor pellat amorem, ceu clauus clauum, ira iram, & dolor dolorem.

Vt in Diapason tantus est cõcentus, vt vox eadem esse videatur: ita veri amici vnus sunt animus.

Vt suauius est antiphonum, quàm si vox omninò sit eadem: sic iucundior amicus, ita concors, vt tamen nonnihil dissideat, quàm adulator per omnia obseruiens.

Sicuti lusciosi non cernunt nisi proximè admota, contrà senes non nisi lõgiusculè dissita: ita quidam diuerso laborant morbo. Nam hic negligit amicorum res, neq; curat, nisi quod propriè ad suum pertinet negotium: contrà alij suarum rerum negligentes, in alienis tantùm sapiunt.

Vt perniones & facit, & tollit frigus: item ignis ambusta sanat: ita amici obiurgantis oratio, dolori quem fecit, eadem medetur.

Abies adeò cohęret glutino, vt prius scindatur, quà solida est, quàm quà glutino ferruminata: ita post reditum in gratiam firmior debet esse amicitia, & arctius cohærent, quos copulauit mutuæ beneuolentiæ glutinum, quàm quos natura coniunxit.

Diligentes agricolæ terram prius notulis quibusdam deprehendunt, & explorant, priusquàm illi credant sementem: ita explorandus amicus antè, quàm committas arcanum.

Hirundo æstate aduolat, instante hyeme auolat: ita infidus amicus rebus lætis præsto est, cõmutata fortuna deserit amicum.

Vt hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non assuescunt nec fidũt homini: ita quidam amicos semper habent suspectos, pręsertim insulares.

Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersa, semper eosdem repetit nidos: ita non oportet amicorũ ob intermissam vitæ consuetudinem obliuisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre.

Amicorum omnia communia.

Inter amicos omnia sunt communia. *Euripides in Oreste.*

Idem in Phœnissis:

Communis omnis est amicorum dolor.

Idem in Andromacha:

Nam verè amicis proprium prorsus nihil:
Sed inter ipsos cuncta sunt communia.

Nam vetus quidem hoc verbum, amicorum inter se communia esse omnia. *Terent. in Adel.*

Prima quidem igitur ciuitas est & reipublicæ status, ac leges optimæ, vbi quod iam olim dicitur, per omnem ciuitatem, quàm maximè fieri potest, obseruabitur. Dictum est autẽ verè, res amicorum communes esse. *Plato. 5. de leg.*

Idem ait, fœlicem eam fore ciuitatem, in qua non audirentur hæc verba, meum & tuum.

Candide, κοινὰ φίλων, sunt hæc tua Candide πάντα, *Martialis iocus in Candidum quendam.*
Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas.

Atq; ita concludit Epigramma:

Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

Si res amicorum communes, maximè conuenit, vt amicorum item amici sint communes. *Theophrastus apud Plutarc.*

Vnde enim illa Pythagorica vox, τὰ φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα, id est, Res amicorum communes, & amicitiam æqualitatem. *Cic. 1. de legib.*

Amicitia æqualitas. Amicus, alter ipse.

Amicitiam æqualitatem esse, & eandem animam, & amicum alterum ipsum. *Pythagoras.*

Quoties volumus vehementer amicum dicere, vna, inquimus, anima mea & huius. *Arist. magnorum Moralium lib. 2*

Est enim, vt dicere solemus, amicus alter ego. *Idem eod. lib.*

Nam vetus illud verbum, & verè, & eleganter dictum est, æqualitatem amicitiæ authorem esse. *Plato. 6. de leg.*

Non inuenustum est illud Homeri, ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ. id est, Aequè atque meum ipsius caput.

Nemo

Nemo cogendus Amicus.

Achilles in libro de Phamo. Si volet, inuitũ haudquaquam abduxero quôquã.
Non ad negotium accersendus quispiam est præter animi sententiam.
Non collocandum in eum beneficium, qui nec agnoscat, nec accipiat libenter.

Fidus Amicus.

Fidus amicus non est posthabendus germano.
Homerus Odys. 8. Si quis forsan amicus sit, gratusq;, bonusq;,
Quandoquidẽ is non inferior vel fratre putandus.

Cum Amico non certandum æmulatione.

Cum benemerito & amico non suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter æmulationem.
Homerus Odysseæ 8. cùm Vlysses excipit Laodamantem, quòd hospes esset:
Quis namq; benigno cum hospite pugnet?
Eodem in loco. Vir siquidem vecors est ille, nec vnius assis,
Quisquis ad euentum certaminis euocat illum,
Quem penes hospitio fruitur, tectoq; iuuatur.

Amicitia stabilium, fœlicitas temperantium.

Arist. Moralium Eudemiorum 7 Amicitia stabilium est, fœlicitas verò eorũ qui sua sorte contenti sunt.
Ibidem. Amicitia virtute, non pecunijs aut forma conciliãda est: quæ si rebus caducis comparetur, caduca sit & ipsa necesse est.
Arist. Rhet. 2 Haud quisquam amator est, ni amarit iugiter.
Seneca. Amicitia quæ desinere potuit, nunquam vera fuit.

Ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus.

Bias. Sic amãdum tanquam sis osurus, sic oportet odisse tanquam sis amaturus.
Arist. in Rhet. Non est amandum quasi sis osurus, quemadmodũ aiunt, sed ita odium exercendum, tanquam sis aliquando amaturus.
Idẽ eod. in loco Amandum est non quemadmodum aiunt, sed tãquam semper amaturum.
Cic. in dial. de Amicit. Negabat Scipio vllam vocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quàm eius qui dixisset ita amare oportere, vt aliquando esset osurus. Nec verò se adduci posse, vt hoc à Biante esse dictũ crederet, qui sapiẽs habitus esset vnus è septem, sed impuri cuiusdam, & ambitiosi, aut omnia ad suam sententiam reuocantis, esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quin etiam cupere & optare, vt quàm sæpissimè peccet amicus, quò plures det sibi tãquam ansas ad reprehendẽdum. Rursum autẽ rectè factis, cõmodisq; amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitijs parandis, vt ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus.
Euripides iubebat amare: plurimos enim esse malos, vt est apud Diogenem Laërtium.
Menan Publianus apud Aul. Gellium. Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Seneca. At ipse didici nuper, vt si quando sim
Sophocles in Inimicus vlli, hunc oderim hactenus, velut
Aliquando amicum habiturus: erga amicum item *Aiace Mastigophoro.*
Officia sic exerceam, vt qui non siet
Semper futurus amicus: etenim plurimis
Sodalitatis portus est tutus parum.

Amantium iræ.

Amantium iræ, amoris redintegratio est. *Terent. in Andria.*
Et iuxta Græcam sententiam:
Pusillo amantum durat ira tempore.
Discordia fit charior concordia. *Mimus Publianus.*
Dissidiola enim, quæ nonnunquam incidunt, modò absit amaritudo, quasi renouant amicitiam excusso diuturnæ consuetudinis tædio.

Amici mores noueris, non oderis.

Φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.
In amicorum moribus quædam dissimulanda vitia, vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne oculatior in obseruãdis amici malis, subuertas amicitiam. Noscito vt vel corrigas vel minuas: at non sic, vt amicum videaris odisse. Nulli si quidem futurus est amicus is, qui nihil vitiorũ in amico ferre possit.

Nouos parans Amicos, ne obliuiscere veterum.

Nouos parans amicos, optime, veterum ne obliuiscere.
Torqueri potest ad mutua studia, ad quæ conuenit nonnunquam respicere etiam, posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ.
Non potes Thetidem simul & Galateam amare.
Vnus Deus & plures amici.
Quamplurimi parandi sunt amici, quòd hi secundum Deum plurimum opitulari possint: quamquam Hesiodo non probatur πολυφιλία.

Neque nulli sis Amicus, neque multis.

Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. *Hesiodus.*
Aristoteles Moralium 9. dictũ probat, quòd absq; amicis viuere ferinum sit, puresq; vehementer amare, impossibile.
Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πολυφιλίαν non aliter infamem fuisse, quàm vnius mulieris cum pluribus consuetudinem. M. Tullius, & Plutarchus πολυφιλίαν probant.

Ne cuiuis dextram inieceris.

Ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas.
Amicos ne citò pares: quos autem paraueris, ne reijce. *Solon.*
Nemo sibi nascitur.
Quin & illud tibi considerandum est, quòd quisq; nostrum, non sibi tantùm natus est, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici. Multa verò dantur & occasionibus, quæ incidunt in vitam nostram. *Plato ad Archytam.*

Amicitias immortales esse oportet.

Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. *Liuius lib. 10. de bello Macedonico & Asiatico.*
Ne maneat immortalis ira te penes,
Mortalis ipse quum sies. *Aristot. lib. 2. Rhetorico.*

Amico amicus.

Solus est homo amico amicus. *Terẽt. in Phor.*

Solus

Apollodorus. Solus nouit diligere amicos.

Aristophanes apud Athen. At nil moror dicteria:
Amico amicus cùm fiem, factis, neque
Verbis modò prodesse propositum mihi,
Sed re simul factisq;.

Euripides in Medea. Beneuolam amicis, rursus asperam hostibus.

Theocritus in Aita. Par amor ambobus, mortales aurei olim
Viuebant, tum cùm redamabat amatus amantem.

Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua.

Necessarius magis quàm ignis & aqua, amicus.

Horatius. Nil ego contulerim iucundo sanus amico.

Euripides. Dulce est tueri hominis amici lumina.

Plutarchus. Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoq, & aqua magis necessarium.

Cic. in Lalio. Hodie vulgus indoctum habet in ore, quod est verissimum: Tolerabilius viui sine pecunijs, quàm sine amicis.

Naerę & Charmiones excolenda amicitia. De fidis amicis dici solet, qui mortis comites esse nô dubitant. Duæ fuerunt Cleopatræ ancillæ, tanta necessitudinis lege copulatę, vt si alteri fatale accidisset, altera vltrò mortis sociam se adiúgeret.

Hora. li. 2. Ode. 17 ad mecenatem. Ille dies vtramq;
Ducet ruinam. non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcumq; præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

Alio in loco ad eundem. Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda, si contrà, grauis.

Salem & mensam ne prætereas.

Ne negligas amicorum consuetudinem. His rebus olim amici conciliabantur, & mutua inter se côuiuia actitabant.

Theocritus in Hyle, de hercule & Telamone loquens. Qui ad mensam semper eandem
Cœnabant, ambo fidi nimirum vt amici.

Hecuba apud Euripidê, Polymnestoris exaggerás facinus, hospitalis mensæ etiam meminit:
Mensa receptus sæpe communi mihi.

Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt.

Par odio importuna beneuolentia.
Fertur alter senarius huic consimilis:
Cùm nocet amicus, nihil ab hoste discrepat.

Horat. in Epist. Nil moror officium quod me grauat.

Alibi. Sedulitas autem, quem stultè diligit, vrget.

Senec. lib. 2. de Beneficijs. Nihil sæpe interest inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit atque instruit. Quid autem turpius, quàm quod euenit frequentissimè, vt nihil intersit inter odium & beneficium?

Benefacta malè locata, malefacta arbitror.

Præstat habere acerbos.

Cic. in Lalio. Scitũ est illud Catonis: Multo melius de quibusdã acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos qui dulces videantur.

Non sunt amici, amici qui degunt procul.

Athenæus li. 4 Dipnosoph. Haud est amicus, amicus absit si procul.

Est omninò ex amicis, qui adsunt, vberior amicitię fructus, propter officia mutua, cõsuetudinemq; quotidianam.

Aristoteles Nicomachiorum Moralium. 8. locorũ seiunctionem non dirimere quidem amicitiam fatetur, sed tamẽ officia interrumpere. Sed quoniam vulgus amicitias vtilitate probat, sublatis officijs, amicitiæ alumnis, emoritur amicitia.

Fatẽtur Hebræi, satius esse, amicum habere vicinũ, quàm fratrem qui procul absit.

Terentianus Chremes in propinqua amicitię parte, vicinitatem ponit.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. *Propert.*

Multas amicitias silentium dirimit.

Assiduo conuictu, ac frequentibus alloquijs alitur necessitudo, intermissione & absentia dissoluitur.

Quòd si diuturna fuerit absentia, videtur & necessitudinis obliuionẽ adferre: vnde dictum est illud, Multas amicitias silentium diremit. *Aristo. Moralium. 8*

Plurium amicitias soluere silentia ruptas. *Apud Aristo.*

Non diu amicorum mensis decet abstinuisse:
Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est. *Anonymus poeta apud Athenæum.*

Vbi amici, ibi opes.

Verum est verbum quod commemoratur: Vbi amici, ibidem opes. *Plautus in Truculento.*

Sensus est, potiores esse amicos, quàm pecuniam, & ad vitæ præsidiũ plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. *Fab. Orat. Institut. 5*

Apud Scythas is habebatur ditissimus, qui certissimos & amicos optimos possideret. *Lucianus.*

Amicus vsq; ad aras.

Vsque ad aras sum amicus. *Plutarchus.*

Pericles ab amico rogatus vt in causa quadam, sua gratia, falsum deieraret, respondit, Oportet me commodare amicis, sed vsque ad aras.

Amicorum est admonere mutuum.
Bonus est affatus amici
Admonitoris.

Vtrinque florens dicitur amor, & mutuo respondens.

Talem amorem optat Phædria in Eunucho:
Vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum.

Pindarus in Pythijs:
Amans amantem, & ducens ducentem libenter
Conciliant homines mala.

Nihil enim vetat, quominus idem conducat ambobus aduersarijs. Vnde dicitur illud, conciliari homines malis, quoties idem vtrisque noxium fuerit. *Aristo. 2. Rhet.*

Amicos multos habet fœlicitas.

Fœlicibus cognatus est vel quilibet.

Perit honor amicorum afflicto viro, paucíq; in rebus aduersis fidi mortales ad laboris societatẽ. *Pindarus in Nemeis.*

Donec eris fœlix, multos numerabis amicos: *Ouidius.*
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Queruli in amicitia.

Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei.

Conniuere ad amicorum vitia, hęc res & iungit, & iunctos amicos seruat.

Oculis ferendi, in sinu, in capite sunt amici.

Et ob hanc sapientiam intantum amãtur, vt sectatores

tores eos tantùm non in capitibus circumferát.

Plato de Rep. lib. 10 Translatum est à matribus tenerè suos pueros amantibus, à quibus non dimouent oculos, sollicitæ ne quid illis accidat incommodi, gestantq; in sinu & complexu.

Lingua amicus.

Qui verbis ostentat, non re præstat beneficium, amicus is demum lingua dicendus est.

Homer. Odyss. ς Qui rectè dicunt, à tergo praua volutant.

Theognis in sententijs. Sic facito, vt lingua cunctis videaris amicus,
At factis cuiquam te caue miscueris.

Soph. in Anti. Non diligo hanc, verbo tenus quæ diligat.

Theognis. Ne me diligito verbis, quum mens alibi sit.

Idem. Ne lingua mihi quis sit amicus, sed mage facto.

Idem. Res perdifficilis quidem amicus, sunt quia multi
Atq; adeò cuncti penè, salute tenus.

Fœlicium multi cognati.

Cognatus vnus quilibet fœlicium.

Teren. in Phor. At si talētûm rem reliquisset decem, primus esset, memoriter progeniem vestram vsq; ab auo atq; atauo proferens.

Pindarus in Nemeis. Perit honos viro priuato amicis: pauci autem mortales in rebus asperis fidi.

Plato in Epigr. An tandem expertus nosti verbum vetus illud,
Quod qui nil habet, huic nullus amicus adest.

Ad fœlicem inflectere parietem.

Aristophanes in Ranis. Nam viri est prudentis illud,
Atque cordati, catiq;,
Multum aquæ cui nauigatum, vt
Semper ad fœlicius se
Cautus inflectat latus.

Aristophanes in Pluto. Chremylus iam diues factus, queritur sese obtundi huiusmodi salutatoribus, qui aurum olfecerant.

Malam in crucem. vt res est molesta, vbi ilicò
Ad res secundas demum amici prouolant.

Euripides in Medea. Tenuem atq; egenum cuncti amici deserunt.
Ne tum mihi adsis, quando res cedunt malè.

Antiphanes in Progono. Iuuare amicos rebus afflictis decet.

Euripides in Oreste. Quorsum opus amicis, cùm benigna sors fauet?
Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,
Volens secundis adiuuare fauoribus.

Idem in eadem tragœdia. Namq; id genus sunt vsq; præcones, vti
Fœliciorum partibus se accommodent,
Amentq; demum hunc, qui sit inter principes,
Reiq; qui temperat habenas publicæ.

Idem in theatro sueuito. Cui res secundæ, huic nauiganti quilibet
Comes ire quærit, non item infœlicibus.

Arist. Moraliũ Eudemiorum. 7 Tempus amicum arguit.
Tempus indicat quis verè amet.

Olla amicitia.

Plutarchus in libello, Quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico, eos quos patina, non beneuolentia conciliat, αὐτολακύθους καὶ τραπεζίας, vulgò dici solitos narrat, quòd ventriculi causa diligant, non ex animo: quiq; tum præsto adsunt, quoties audiunt κατὰ χειρὸς ὕδωρ. id est, manuum lotionem.

Menander. Manibus vt data est aqua, hærent tunc amici maximè.

Effertur ad hũc modum parœmia, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, id est, feruet olla, viuit amicitia.

Ex sinu illius.

Quos ex intima familiaritate volumus intelligi, hos è sinu illius aut illius esse dicimus.

Verres simul ac tetigit prouinciam, statim Messanã literas dedit, Dionem euocauit, calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. *Cic. Actione 3. in Verrem.*

Satísne vobis magnam pecuniã Venerius homo, qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quæsisse videtur? *Idẽ Actione 4*

Postremum autem genus est non solùm numero, verùm etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinæ, de eius delectu, imò verò de complexu eius ac sinu. *Inuectiua 2. in Catilinam.*

Plutarchus in Catone Vticensi, Gabinium Paulũ ex Pompeij sinu esse hominem dixit.

Amicus certus in re incerta cernitur. *Cic. in Lælio.*

Plautus eum amicum pronuntiat, qui in re dubia iuuat.

Eandem sententiam habent Hebræorum prouerbia:

Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.

Viri infortunati procul amici.

Viri siti in malis, amici sunt procul.

Declarauit enim haudquaquam esse procul amicos eius, cui res sunt aduersæ, verumetiam multos, qui antea dissidebant, in rebus afflictis sibi reddidit amicos. *Aristides in Panathenaica.*

Fœlix amicus nullus infœlicibus.

Vt ignis aurum, amicum ita tempus arguit.

Nam etsi non facilè dijudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. *Cic. epist. fam. 9*

Vilis amicorum est annona, bonis vbi quid deest. *Horatius.*

Perit honos homini amicis orbato. *Pindarus.*

Sunt autem pauci mortales fidi in rebus afflictis.

Plures adorant solem orientem, quàm occidentem.

Iuueni magis adhæretur quàm seni. *Pomp. Cinna.*

Non cano vetera. Noua si quæ sunt, eadem & meliora sunt. *Athenæus.*

Iupiter qui iuuenis est, regnat.

Senex quidam apud Alexidem:

Mea quippe seram vita ducit vesperam.

Quid aliud atque vox & vmbra vir senex? *Euripides.*

Nuda gratia.

Candidè ac benigniter amicis impartiendum, nihilq; inter amicos fucatum sit, sed omnia nuda & simplicia cernantur.

Gratia cum nymphis geminisq; sororibus audet *Horat. in Odis.*
Ducere nuda choros.

Et solutis gratiæ zonis. *Alibi.*

Iniuria soluit amorem.

Exclusit, reuocat, redeam? Non si me obsecret. *Phædria apud Terent.*

Nam si quid in Flacco viri est, *Horat.*
Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem:
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor.

Falsum est quod iactant, iniuria soluit amores:
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

Mansum

Mansum ex ore dandum amicis.

Lucilius. Sperans si ætatem eandem proferre potesset,
Mansum ex ore daturum.
Vt lupus ouem, amici amant hodie.
Socrates in Phædro. Vt lupi oues, ita amat puerum vesanus amator.
Horatius. Non ego te tygris vt aspera,
Getulúsve leo frangere persequor,

Cestum habent Veneris.

Cestũ habent Veneris, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Iuno cum Ioue cõcubitura, cingulum gratiarum & amorum à Venere petijt.

Homer. Iliad. ξ Sic ait: & soluit de pectore texile lorum
Picturatum, in quo letimina cuncta ferebat.
Huic inerat desiderium, huic amor, huic muliebris
Blandiloquentia, quæ quidẽ & egregiè sapientem
Furtiuis adiuta dolis, fallitq; capitq;.
Quod manibus sinui imposuit, sic ore loquuta est:
Hanc cape nunc, sinuiq; tuo succingito zonam
Contextam variè, per quam quæcunq, parabis
Polliceor, nil tu frustrà tentaueris vnquam.
Huius meminit Martialis:
Collo necte puer meros amores,
Cestum de Veneris sinu calentem.
Idem alibi. Sume Citheriaco medicatum nectare ceston:
Vssit amatorem balteus iste Iouem.

Ex aspectu nascitur amor.

Maro. Amor ex videndo nascitur mortalibus.
In Georgicis. Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Vritq; videndo Fœmina.
Terent. Chærea visa duntaxat virgine, quàm impotẽter cœpit ardere.
Iuuenal. Qui nunquam visæ flagrabat amore puellæ.
Oui. 1. Metam. Phœbus amat, visæq; cupit connubia Daphnes:
Paris Helenæ. Vt vidi, obstupui, præcordiaq; intima sensi
Attonitus curis intonuisse nouis.

Adamantis tenerè.

Homer. Iliad. 4 Non secus atq; genitrix
Muscas arcet puero somno officiosa cubanti.

Amicitia maius nihil dedit natura, nec rarius.

Manilius lib. 2. Astronomicon. Idcirco nihil ex semet natura creauit
Pectore amicitiæ maius, nec rarius vnquam.
Vnus erat Pylades, vnus qui mallet Orestes
Ipse mori. lis vna fuit, pericula mortis
Alter quòd raperet, fatum non cederet alter.
Et duo qui potuere sequi vix noxia pœnis,
Optauitq; reum sponsor non posse reuerti,
Sponsoremq; reus timuit, ne solueret ipsum.

Amicitia inter pares contrahenda est.

Oui. 3. de Trist. Viue sine inuidia, mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.

Amicitia vera ambienda exemplum.

Oui. ad Pisonẽ. Dignare tuos aperire penates.
Hoc solum petimus: nec enim me diuitis Vari
Imperiosa fames, & habendi sæua libido
Impulerant, sed laudis amor. Iuuat optime tecum
Degere.

Amicitiæ commendatio.

Oui. li. 3. de Põt. Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo,
Laudarunt omnes facta, piamq; fidem.
Scilicet hic etiam, qua nulla ferocior ora est,
Nomen amicitiæ barbara corda mouet.

Amicitiæ maxima exemplum.

Ire iubet Pylades charum periturus Orestem: Oui. li. 3. de Põt.
Hic negat, inq; vicem pugnat vterq; mori.
Exuit hoc vnum quod non conuenerit illis:
Cætera pars concors, & sine lite fuit.
Nunquid Achilleos inter fera prælia fidi Idẽ 5. de Trist.
Deseruit leuitas Automedontis equos?

Amicitia potentum inexperto dulcis est, quæ tamen mœroris plena est.

Vsibus edocto si quicquam credis amico, Ouid. lib. 3. de Trist.
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Non foret Eumenides orbus, si filius eius Idem infrà.
Stultus Achilleos non adamasset equos:
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
Cœpisset genitor si Phaetonta Merops.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici: Hora. 1. li. Epist.
Expertus metuet. Tu dum tua nauis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.

Amicitia in sensu sita est.

Sed lateri nullus comitem circundare quærit, Oui. ad Pisonẽ.
Quem dat purus amor, sed quẽ tulit impia merces,
Nec quisquam vero pretium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vicibusq; regatur ab illo.

Amicitia ficta reprehensio.

Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen Ouid. lib. 1. de Tristib.
Nunc tibi pro vili, sub pedibusq; iacet:
Alphene immemor atq; vnanimis false sodalibus, Catullus ad Alphenum.
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.
Iam me prodere, iam non dubitas fallere perfidè.
Nec facta impia fallacium hominum cœlicolis placent:
Quæ tu negligis, ac me miserum deseris in malis.
Eheu quid faciant dico homines, cuive habeant fidem?
Certè tute iubebas animam tradere, iniquè me
Inducens in amorem, quasi tuta omnia mî forent.
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factaq;
Ventos irrita ferre, & nebulas aereas finis.
Si tu oblitus es, at dij meminerunt: meminit fides,
Quæ, te vt pœniteat, postmodo facti faciet tui.

Amicitia nunquam moritura exemplum.

Hoc nostra è ceruice iugum non sæua resoluit Paulinus ad Ausonium.
Fabula, non terris absentia longa diremit,
Nec perimet, toto licet abstrahar orbe, vel æuo.
Non animo diuisus agam: prius ipsa recedet
Corpore vita meo, quàm vester pectore vultus.
Ego te per omne quod datum mortalibus
Et destinatum seculum est,
Claudente donec continebor corpore,
Discernar orbe quolibet,
Nec orbe longum, nec remotum lumine
Tenebo fibris insitum.
Videbo corde, mente complectar pia
Vbiq; præsentem mihi:
Et cùm solutus corporali carcere,
Terraq; prouolauero,
Quo me locarit axe communis pater,
Illic quoq; te animo geram.

In amicitia permanendum.

Fac modò permaneas lapso Græcine fidelis, Oui. 2. de Põt.
Duret & in longas impetus iste moras.
Qua potes excusa, nec amici desere causam: 1. De Trist.

Quo

Quo bene cœpisti, sic pede semper eas.

Flaccus ... Tu semper amoris
Sis memor, & chari comitis ne abscedat imago.
Idem lib. 7 Sis memor oro mei, contrà memor ipsa manebo,
Crede, tui.

Amicitiæ bono qui gaudet, in ea assiduè gaudeat.

Plautus in Mostellaria. Bene igitur ratio accepti atq; expẽsi inter nos conuenit.
Tu me amas, ego te amo: meritò id fieri vterque existimat
Hæc q gaudẽt, gaudeãt perpetuo suo semper bono.

Amicus fidelis in danda amico opera nunquam occupatus est.

Plau. in Mer. Quanquam negotium est, si quid vis, Demipho,
Non sum occupatus amico operam dare.

Amicus fidus, ancipiti in re auxiliatur, & vbi opus est.

Plau. Epidico. Is amicus est, qui in re dubia te iuuat,
Vbi re est opus.
Nihil homini amico est opportuno amicius.

Amici cum fortuna mutantur.

Petronius Arbiter in fragmen. Cùm fortuna manet, vultum seruatis amici:
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Amico bene si quis fecerit, ne pigeat, sed si è cõtra.

Plau. in Trinũ. Bene si amico feceris, ne pigear fecisse,
Vt potius pudeat, si non feceris.

Descriptio comitatis hominis inferioris, erga amicum genere & fortuna superiorem.

Ex Q. Ennij li. 7 Annalium, sub persona Gemini Seruilij ex Gellio lib. 12. ca. 4. Hocce locutus vocat, quicum bene sæpe libenter
Mensam, sermonesq; suos, rerumq; suarum
Comiter impertit, magna cum lapsa diei
Parte fuisset, de paruis, summisq; gerendis
Consilio, indufero, lato, sanctoq; senatu,
Cui res audacter magnas, paruasq;, iocumq;,
Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Euomeret, si quid vellet, tutoq; locaret.
Ingenium cui nulla malum sententia suadet
Vt facinus faceret: leuis, haud malus, idem
Doctus, fidelis, suauis homo, facundus, suoq;
Contentus, scitusq;, beatus, secunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vir paucorũ.
Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpe vetustas
Quæ facit, & mores veteresq;, nouosq; tenẽtem,
Multorum veterum leges, diuumq;, hominumq;
Prudentem, qui multa loqui've, tacereve posset,
Hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.

Amicum in aduersitate deserere turpe est.

Oui. 2. de Pon. Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum.
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci
Turpe laborantem deseruisse ratem:
Turpe sequi casum, & fortunæ cedere amicum
Et, nisi sit fœlix, esse negare suum.
Non ita vixerũt Strophio atq; Agamemnone nati:
Non hæc Aegidæ, Pirithoiq; fides.
Quos prior est mirata, sequens mirabitur ætas:
In quorum plausus tota theatra sonant.

Amicum deserere, virum probum pudet.

Plau. in Trinũ. Deserere illum, & deiuuare in rebus asperis pudet.
Lucanus lib. 8 Aduersis non deesse decet: sed læta sequutos,
Nulla fides vnquam miseros elegit amicos.

Amici peccantes reprehendendi sunt.

Corripis, vt debes, stulti peccata sodalis: Oui. li. 2. de Põt.
Et mala me meritis ferre minora doles.
Vera facis, sed sera, meæ conuitia culpæ,
Aspera confesso verba remitte reo.
Næ amicum castigare ob meritam malam noxiã, Plaut. in Trin.
Immane est facinus, verùm in ætate vtile & conducibile:
Nam ego amicum hodie meum concastigabo pro commerita noxia
Inuitus, ni me inuitet vt faciam fides.
Clam coarguas propinquum, palàm laudaueris. Auson. in Solon. senten.

Amicum qui non defendit alio culpante, fugiendus ille est.

Absentem qui rodit amicum, Hor. Sat. 4. li. 1
Qui non defendit alio culpante, &c.
Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Amici bona quæq; largiuntur, sed ingenio qui cedant, rari sunt.

Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus. Mart. 8. Epigr.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Amici fideles, certi atq; stabiles, rari sunt.

Multi more isto, atq; exẽplo viuunt, quos cũ cẽseas Plau. in Bacch.
Tibi amicos, reperiuntur falsi falsiinonijs,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.
Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sient. Idem in Pseud.

Amicorum absentia, amanti dura.

Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues, Terẽ. in Heaut.
Præterquàm tui carendum quòd erat.

Amicorũ beneficia in eorum aduersitate maximè memoranda atq; reddenda sunt.

Ph. Vt adhuc locorum feci, faciam sedulò, Plaut. in Capt.
Vt potissimùm in rem quod rectè conducat tuam,
Id petã, id persequarq; corde, & animo atq; viribus.

Et infrà.

Si ego itẽ memorẽ, quę me erga multa fecisti bene,
Nox diem adimat.
Aeg. Nunc adest occasio
Benefacta cumulare, vt erga hũc tẽ geras fideliter.
Quæ tanta obliuio recti, Silius Ital. li. 2. belli Punic.
Magnam, atq; in magnis rebus, populisq;, virisq;
Aduersam ostentare fidem: nunc tempus inire
Prælia pro Rutulis, nunc signa aciemq; mouere,
Dum trepidæ res, & medicinam vulnera poscunt?
Is locus officio, cùm cessant prospera, eumq;
Dura ad opem fortuna vocat: nam læta fouere
Haudquaquam magni est animi decus.

Amicorum confortatio, est dolorum alleuiatio atq; diminutio.

Reddita confusæ nuper solatia menti, Oui. 2. de Põto.
Auxilium nostris spemq; tulere malis.
Vtq; Machaonijs Pœantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo:
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.

Amicorum incõmoda æquo animo tolerãda sunt, hoc enim est amicitiæ insolubile vinculum.

At pater vt nati, sic nos debemus amici, Hor. Sat. 3. lib.

Si quod sit vitium, non fastidire, &c.
Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.

Amicorum visio, amanti non paruum gaudium adfert.

Terēt. in Eunu. O festus dies hominis: amice,
Salue: nemo est, quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te.

Amicos consulere debemus in re ambigua.

Plaut. in Menachmis. Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciundū censeant.

DE AMORE.

Amor deus est, seu puer alatus.

Seneca in Hip. Deum esse amorem, turpiter vitio fauens
Finxit libido, quoq; liberior foret,
Titulum furori numinis falsi addidit:
Natum per omnes scilicet terras vagum
Erycina mittit. Ille per cœlum volans
Proterua tenera tela molitur manu,
Regnumq; tantum minimus in superos habet.
Vana ista demens animus asciuit sibi,
Venerisq; numen finxit, atq; arcus dei.
Idem in Octa. Volucrem esse amorem fingit immitem deum
Mortalis error, armat & telis manus,
Arcusq; sacros instruit sæua face:
Genitumq; credit Venere, Vulcano satum.

Amor, mentis vis est maxima, atq; blandus animi calor.

Senec. in Octa. Vis magna mentis, blandus atq; animi calor
Amor est. Iuuentæ gignitur luxu, otio
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Proper. li. 1. El. Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem,
Nónne putas miras hunc habuisse manus?
Hic primùm vidit sine sensu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Nostraq; non vllis permanet aura locis.
Et meritò hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetra ex humero Gnosia vtroq; iacet:
Antè ferit quoniam tuti quàm cernimus hostem,
Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Amor cæcus dicitur, eò quòd cæcos amātes reddit.

Oui. epist. 1. Heroid. Quid deceat, non videt vllus amans.
Seneca in Hip. Quæ memoras, scio
Vera esse, nutrix: sed furor cogit sequi
Peiora, vadit animus in præceps sciens,
Remeatq; frustra sana consilia appetens.
Sic cùm grauatam nauita aduersa ratem
Propellit vnda, cedit in vanum labor,
Et victa prono puppis aufertur vado.
Quod ratio poscit, vincit, ac regnat furor,
Potensq; tota mente dominatur deus.
Idē in Medea. Cæcus est ignis stimulatus ira,
Nec regi curat, patitúrve frenis.
Haud timet mortem: cupit ire in ipsos
Obuius enses.
Plau. in Trinū. Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi pectus obscurasse.
Prop. li. 2. Eleg. Ante pedes cæcis lucebat semita nobis:
Scilicet insano nemo in amore videt.

Quæris Demophoon cur sim tā mollis in omnes? Idem ad Demophoontem.
Quod quæris quare non habet vllus amor.

Instabilis amor est.

Errat, & in nulla sede moratur amor. Ouid. de Arte am.

Amās immoderatè famam paruifacit, & ob id talis amor surdus est.

Ah pudeat, certè pudeat, nisi fortè, quod aiunt, Propert. lib. 1. Eleg. ad Cynth.
Turpis amor surdis auribus esse solet.

Amor carnalis diuitijs alitur.

Diuitijs alitur luxuriosus amor. Ouid. 2. de Remed. am.
Cur nemo est Hecaten, nulla est quæ ceperit Irū?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Amor carnalis otio nutritur, ac luxu iuuenta gignitur.

Ergo vbi visus eris nostra medicabilis arte, Ouid. lib. 1. de Remed. amo.
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc vt ames, faciunt: hæc vt fecere, tuentur:
Hæc sunt iucundi causa cibusq; mali.
Otia si tollas, periere Cupidinis arcus:
Contemptæq; iacent, & sine luce faces.
Et in vacuo pectore regnat amor. Oui. lib. 2. Eleg.
Amor est. Iuuentæ gignitur luxu, otio Seneca in Oct.
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem si fouere, aut alere desistas, cadit,
Breuiq; vires perdit extinctus suas.

Amoris artes quæ sint, & qualem hominem potissimum postulent.

Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. Plau. in Trinu.
nunquam
Amor quenquam nisi cupidum hominem postulat, sed in plagas
Conijcere eos cupit, eos consectatur, subdolè blāditur, ab re
Consulit, blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus,
Elegans, despoliator, latebricolarū hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator. nam quàm ad quod clamat,
Quàm extemplo sæuis sagittis percussus est, illicò res foras
Labitur, liquitur, da mihi hoc vel meum, si me amas, si audis.
Ibi ille cuculus: ocelle mi, fiat & istuc, & si amplius vis dari,
Dabitur. ibi illa pēdentē ferit, iā amplius orat. nō sat
Id est mali, tū amplius etiam, quod bibit, quod comest,
Quod facit sumpti, mox datur, ducitur familia tota,
Vestispici, vnctor, auricustos, flabellifera, sandaligerulæ,
Cantrices, cistellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni.
Fit ipse, dum illis comis est, inops amator.

Amator credulus siue suspiciosus est.

Credula res amor est: vtinam temeraria dicar Ouid. epist. 6. Hypsip. Iaso.
Criminibus falsis insimulasse virum.

Amatoris manum celerem esse oportet.

Celerem oportet esse amatoris manum. Plaut. in Bacchide.

Amasiæ visio, amanti ebibit sanguinem.

Susilite obsecro, & mittite istanc foras, Plaut. in Gorg.

Quæ

Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.

Amans carnaliter amasiam fugiat.

Ovid. de Rem. amo. Tu tantùm, quamuis firmis retinebere vinclis,
I procul, & longas carpere perge vias.
Nec quot transieris, sed quot tibi, quære, supersunt
Millia, nec maneas vt prope, finge moras.
Tempora nec numera, nec crebrò respice Romã,
Sed fuge, tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.
Idem lib. 2. de Remed. amor. Manat amor tectus, si non ab amante recedas:
Turbaq; in hoc omnes ingeniosa sumus.
Proximus à tectis ignis defenditur ægrè:
Vtile finitimis abstinuisse locis.
Non facilè esuriens posita retinebere mensa:
Et multam saliens incitat vnda sitim.

Amor carnalis fugiendo vincitur, contrà vero augetur.

Ovid. in Meta. Ire liber procul hinc, patriæq; relinquere fines,
Dum scelus effugias: ennet malus ardor amantē.
Idem li. de Remed. amoris. Vt penè extinctum cinerem, si sulphure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris quicquid reuocabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modò nulla fuit.

Amor carnalis visione causatur.

Virg. Eclog. 8 Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.
Ovi. epis. 12. Her. Tunc ego te vidi, tunc cœpi scire quis esses:
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi, & perij, nec notis ignibus arsi,
Ardet vt ad magnos pinea teda deos.
Plaut. in Mercatore. Ergo illic aspicio forma eximia mulierem,
Quam ego postquam aspexi, non ita amo, vt sani solent
Homines, sed eodem pacto, vt insani solent.

Amor carnalis euanescit citissimè tempore absentiaq;.

Ovi. 2. de Arte am. Lentescunt tempore curæ,
Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.
Claudianus in epist. ad Olybr. Spano debilitatur amor.

Amor carnalis labore sedatur.

Idem lib. 1. de Remed. Amo. Finem qui quæris amoris,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
Quæritur Aegisthus quare sit factus adulter:
In promptu causa est, desidiosus erat.

Amor carnalis, timoris plenus est.

Ovid. epist. 1. Heroid. Quando ego non timui grauiora pericula veris?
Res est sollicti plena timoris amor.

Amor carnalis mala innumera secū adfert.

Plau. in Merca. Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent:
Cura, ægritudo, dolor, nimiaq; elegantia.
Hoc nō illum modò, qui amat, sed quemq; attigit,
Magno atq; solido multat infortunio.
Nec pol profectò quisquam sine grandi malo
Præterquam res patitur, studet elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam vltra hæc quę diximus,
Insomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,
Ineptia, stultitiaq; adeò & temeritas,
Incogitantia, excors immodestia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium.
Idē in Trinum. Nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quàm si saxo saliat.
Teren. in Eun. Here, quæ res in se neq; consilium, neq; modum
Habet vllum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia: iniuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilò plus agas,
Quàm si des operam, vt cum ratione insanias.
Tibull. elegia. ultim. lib. 2 Acer amor fractas vtinam tua tela sagittas
Scilicet extinctas aspiciamq; faces.
Tu miserum torques, tu me mihi dira precari
Cogis, & insana mente nefanda loqui.
Virg. Eclog. 8 Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus.

Amor carnalis ab animo illicò resecandus est, & ad hoc exhortatio vtilis.

Ovi. de Reme. amo. Vtile propositum est sæuas extinguere flammas,
Nec seruum vitijs pectus habere suum.
Me duce damnosas homines compescite curas,
Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.
Ibidem. Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Si piget, in primo limine siste pedem.
Opprime, dū noua sunt, subiti mala semina morbi:
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires, &c.
Ibidem. Quale sit id quod amas, celeri circunspice mente,
Et tua læsuro subtrahe colla iugo.
Ibidem. Verba dat omnis amans, reperitq; alimenta morando:
Optima vindictæ proxima quæq; dies.
Ibidem. Sed quia delectat Veneris decerpere flores,
Dicimus assiduè, cras quoq; fiet idem.
Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.
Idem epist. 16. Heroid. Dum nouus est, cœpto potius pugnemus amori:
Flamma recens parua sparsa resedit aqua.
Senec. in Hipp. Compesce amoris impij flammas precor.
Plau. in Trinū. Mille modis amor
Ignorandus procul est adhibendus, atq; abstinendum.
Nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quàm si saxo saliat.
Terē. in Andr. Ah quanto satius est, te id dare operam, quî istum amorem ex animo dimoueas tuo,
Quàm id loqui, quò magis libido frustra incendatur tua?
Propert. lib. 2. Eleg. Dum licet, iniusto subtrahe colla iugo.

Amor amantem maximè cruciat.

Virg. Eclog. 2 Me tamen vrit amor, quis enim modus adsit amori?
4. Aeneid. At regina graui iandudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Ibidem. Est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infœlix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens, qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas saltusq; peragrat
Dictęos, hæret lateri letalis arundo.
Ovi. 1. Metam. Vtq; leues stipulæ demptis adolentur aristis,
Vt facibus sepes ardent, quas fortè viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit:
Sic deus in flammas abijt: sic pectore toto
Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.

Idē lib. 1 Meta. Sed tamen hæret amor, crescitq; dolore repulsæ,
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducitq; cutem macies.

Idē li. 10. Meta. Noctis erat medium, curasq; & corpora somnus
Soluerat: at virgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito, furiosaq; vota retractat:
Et modò desperat, modò vult tentare, pudetq;,
Et cupit, & quid agat non inuenit: vtq; securi
Saucia trabs ingens, vbi plaga nouissima restat,
Quò cadat, in dubio est, omniq; à parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis, atq; illuc, momentaq; sumit vtroq;.

Idem. 2. de Remed. amor. Artibus innumeris mens oppugnatur amantum,
Vt lapis æquoreis vndiq; pulsus aquis.

Idem epist. 11. Heroid. Fugerat ore color, maciesq; adduxerat artus,
Sumebant minimos ora coacta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo læsa dolore dabam.

Epist. 15. Heroi. Siue latet Phœbus, seu terris altior extat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

Ouid. de Arte am. Quod iuuat, exiguum est: plus est quod lædit amantes:
Proponant animo multa ferenda suo.
Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla,
Cærula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores:
Quæ patimur, multo spicula felle madent.

Seneca in Hippolyto. Torretur æstu tacito, & inclusus quoq;,
Quamuis tegatur, proditur vultu furor.
Erumpit oculis ignis, & lassæ genæ
Lucem recusant: nihil idem dubiæ placet,
Artusq; variè iactat incertus dolor.
Nunc vt soluto labitur moriens gradu,
Et vix labante sustinet collo caput:
Nunc se quieti reddit, & somni immemor
Noctem querelis ducit: attolli iubet,
Iterumq; poni corpus, & solui comas,
Rursusq; fingi, semper impatiens sui.
Mutatur habitus, nulla iam Cereris subit
Cura, aut salutis: vadit incerto pede,
Iam viribus defecta: non idem vigor,
Non ora tingens nitida purpureus rubor.
Populatur artus cura, iam gressus tremunt,
Tenerq; nitidi corporis cecidit decor.
Et qui tenebant signa Phœbææ facis
Oculi, nil gentile, nec patrium micant.
Lacrymæ cadunt per ora, & assiduo genæ
Rore rigantur, qualiter Tauri iugis
Tepido madescunt imbre perfusæ niues.

Idem in eadem tragœdia. Pectus insanum vapor
Amorq; torret, intima sæuus vorat.
Penitus medullas, atq; per venas meat
Visceribus ignis mersus & venis latens:
Vt agilis altas flamma percurrit trabes.

Plautus in Milite. Súmne ego miser, qui nusquàm bene queo quiescere?
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est:
Ita mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium.

Propert. li. 3. ad Cynthiam. Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis
Spicula, quot nostro pectore fixit amor.

Oui. lib. 6. Met. Concipit interea validos Aëtias ignes,
Et luctata diu, postquàm ratione furorem
Vincere non poterat, frustra Medea repugnas,
Nescio quis Deus obstat, ait, mirumq; quid hoc est,
Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.

Amanti, ob amati absentiam candida, nigra, amara, dulcia videntur.

Titus Calphur. Ecloga 3. Te sine vel misero mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti.
At si tu venias, & candida lilia fient,
Et sapient fontes, & dulcia vina bibentur.
Heu heu, nulla meæ tangit te cura salutis,

Olympius Nemesianus Ecl. 2. Pallidior buxo, violæq; simillimus atræ,
Omnes ecce cibos, & nostri pocula Bacchi
Horreo, nec placido memini concedere somno.
Te sine, væ misero, mihi lilia nigra videntur,
Pallentesq; rosæ, nec dulce rubens hyacinthus:
Nullos nec myrtus, nec laurus spirat odores.
At si tu venias, & candida lilia fient,
Purpureæq; rosæ: tum dulce rubens hyacinthus:
Tunc mihi cum myrto laurus spirabit odores.

Plau. in Persa. Miser est qui amat.

Propert. ad Cynthiam li. 2. Ele. Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quàm facilè irato verbo mutantur amantes.

Ibidem Eleg. 8. Durius in terris nihil est quod viuat amante,
Nec, modò si sapias, quod minus esse velis.

Amator & re & animo perit.

Plaut. in Truc. Bis perit amator, ab re, atq; animo simul.

Amor & melle & felle fœcundissimus est.

Plautus in Cistellaria. Amor & melle & felle est fœcūdissimus: gustu dat dulce,
Amarum ad satietatem vsq; aggerit.

Amor vulnus immedicabile.

Ouid. 1. Meta. Certa quidem nostra est, nostra tamen vna sagitta
Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum est, opiferq; per orbē
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.
Hei mihi, quòd nullis amor est sanabilis herbis,
Nec prosunt domino, quę prosunt omnibus, artes.

Idem Epist. 5. Me miseram, quòd amor non est medicabilis herbis,
Destituor prudens artis ab arte mea.

Propert. lib. 2. Eleg. ad Mecenatem. Omnes humanos sanat medicina dolores:
Solus amor morbi non amat artificem.
Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon,
Phœnicis Chiron lumina Phillyrides.
Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patrijs Androgeona focis.
Mysus & Hæmonia iuuenis, qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
Hoc si quis vitium potuit mihi demere, solus
Tantaleæ poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,
Nec tenera assidua colla grauentur aqua.
Idem Caucasea soluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem.

Amor immoderata res est.

Virg. Eclo. 2. Nec tamen vrit amor. quis enim modus adsit amori?

Oui. 4. de Pōto. Verùm quid faciam? res immoderata Cupido est.
Da veniam vitio mitis amice meo.

Propert. lib. 2. Eleg. Errat, qui finem vesani quærit amoris:
Verus amor nullum nouit habere modum.

Amor

Amor laborem non sentit.

Senec. in Hipp. Non me per altas ire si iubeas niues,
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis.
Non si per ignes ire, & infesta agmina,
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Plautus in Mercat. Neque vlla mihi obstabit amnis, neque mons, neque adeò mare:
Nec calorem, nec frigus metuo, neq; vẽtum, oeq; grandinem.
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam, oeq; cõquiescam vsquam ooctu, neque diu,
Prius profectò, quàm aut amicam, aut mortem inuestigauero.

Amor, militiæ species est.

Ouid. 2. de Arte Amandi. Militiæ species amor est, discedite segnes.
Nec sunt hæc timidis signa tueoda viris.
Nox & hyems, longæq; viæ, sæuiq; labores
Mollibus his castris, & dolor omnis inest.
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum,
Frigidus inq; vda sæpe iacebis humo.
Idem li. 1. Eleg. Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.
Attice, crede mihi, militat omnis amans.
Quis, nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis
Et denso mixtas perferet imbre niues?

Amor audacẽ fortémue amantem reddit.

Ouid. li. 4. Met. Callida per tenebras versato cardine Thysbe
Egreditur, fallitq; suos, adopertaq; vultum
Peruenit ad tumulum, dictaq; sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor.
Lib. 6. Metam. Et nihil est, quod oon effreno captus amore
Ausit.
Idem epist. 19. Heroid. Fortius ille potest, multo qui pugnat amore.

Amor odit inertes.

2. De Arte amand. Amor odit inertes.

Amor metu caret.

Sen. in Medea. Amor timere oeminem verus potest.
Statius ad Claudiam uxorem. Isset ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)
Penelope gauisa domos, si passus Vlysses.

Amor adeò mutat amantes, vt vix cognoscantur.

Ter. in Eunu. Dij boni: quid hoc morbi est? Adeon' homines immutari
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse?

Amor celari non potest.

Ouid. 4. Meta. Ex æquo captis ardebant mentibus ambo:
Conscius omnis abest, nutu, signisq; loquuntur:
Quoq; magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.
Idẽ epis. 12. Her. Perfide, sensisti. Quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.
Epist. 15. Heroi. Sed malè dissimulo. Quis enim celauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Qua licet, & possum, luctor celare furorem:
Sed tamen apparet dissimulatus amor.
Statius lib. 1. Achilleid. Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis,
In vultus atq; ora redit, lucemq; genarum
Tingit, & impulsam tenui sudore pererrat.

Amor immoderatus bellorum sæpe causa fuit.

Virg. de Venere & Vino. Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.
Ouid. lib. 2. Eleg. Nisi rapta fuisset
Tyndaris, Europæ pax, Asiæq; foret.
Fœmina syluestres Lapithas, populumq; bisormẽ
Turpiter apposito vertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit, in regno iuste Latine tuo.
Fœmina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immisit soceros, armaq; sæua dedit.

Amor obstinatis frena imposuit sæpe, atq; odiũ in intimum amorem vertit.

Nihil immune est, odiumq; perit: *Senec. in Hipp.*
Cùm iussit amor, veteres cedunt
Ignibus iræ.
Sæpe obstinatis induit freoos amor, *Ibidem.*
Et odia mutat.

Amor nouercas etiam vincit.

Quid plura canam? *Idem in eadem Tragœdia.*
Vincit sæuas cura nouercas.

Amor vincit omnia.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. *Virg. Eclog. 10*
Omnia vincit amor. Quid enim non vinceret ille? *Idẽ ad Messal.*
Filius huic Veneris, Figat tuus omnia Phœbe, *Ouid. 1. Metam.*
Te meus arcus, ait: quantoq; animalia cedunt
Cuncta deo, tanto minor est tua gloria oostra.
Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum: *Ouid. epist. 3. Heroid.*
Regnat, & in superos ius habet ille deos.
Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis, *Epist. 9. Heroid.*
Non potuit Iuno vincere, viocit amor.
Iste lasciuus puer aëre nitens, *Sene. in Hippo.*
Telo quam certo iaculatur arcu:
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtiuo populante venas.
Noo habet latam data plaga frontem,
Sed vorat tectas penitus medullas.
Nulla pax isti puero: per orbem
Spargit effusas agilis sagittas.
Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti. *Proper. li. 1. Ele.*
Nescit amor priscis cedere imaginibus.
Quò fugis, ah demens? nulla est fuga: tu licet vsq, *Idem li. 2. Ele.*
Ad Tanaim fugias, vsq; sequetur amor.
Non si Pegaseo verteris in aëre dorso,
Nec tibi si Persei mouerit ala pedes,
Vel si te sectæ rapiant talaribus auræ,
Nil tibi Mercuri proderit alta via.
Instat semper amor supra caput, iostat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.
Excubat ille acer custos, & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta semel.

Amoris finis, mors tantùm.

Nec modus & requies, nisi mors, reperitor amoris. *Idem.*

Amorem inueteratum deponere facile non est.

Qui blandiendo dulce nutrioit malum, *Seneca in Hippolyto.*
Serò recusat ferre quod subijt iugum.

Amans vitiosè, si ab amore liberari cupit, sæpe propria recogitat mala, mulierumq; scelera.

Tu modò, qui quod amas, ægrè dediscis amare, *Ou. lib. 1. de Remed. am.*
Nec potes, & velles posse, docendus eris.
Sæpe refer tecum sceleratæ facta puellæ,
Et pooe ante oculos omnia damna tuos.

Teren. in Eunu. Id verò est, quod mihi puto palmarium,
Me repperisse, quomodo adolescentulus
Meretricum ingenia, & mores posset noscere
Maturè, vt cùm cognorit, perpetuò oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositũ quicquã, nec magis elegans:
Quæ cum amatore suo cùm cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam,
Quàm inhonestæ solæ sint domi, atq; auidæ cibi,
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent:
Nosse omnia hæc salus est adolescentulis.

Amantium imagines proijcienda sunt.

Ouid. lib. 2. de Remed. amor. Si potes, & ceras remoue: quid imagine muta
Carperis? hoc perijt Laodameia modo.

Amantium scripta igni tradenda sunt.

Ibidem. Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ:
Constantes animos scripta relecta mouent.
Omnia pone feros, quamuis inuitus, in ignes:
Et dic, ardoris sit rogus iste mei.

Amor grauitasq́ morũ, haud bene conueniunt.

Ouid. lib. 3. Met. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Maiestas & amor.

Amantibus lex dari non potest.

Boëtius metro. 12. lib. 3 Quis legem dat amantibus?
Maior lex amor est sibi.

Amoris immensi expressio lepidissima.

Virgil. Eclog. 1 Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
Idem in Mecœnatis obitum. Et decet, & certè viuam tibi semper amicus:
Nec tibi, qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego, quicquid ero, cineres interq; fauillas,
Tunc quoq; non potero non memor esse tui.
Idem ad Batauorum. Dulcia amara prius fient, & mollia dura:
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua:
Migrabunt casus aliena in corpora rerum,
Quàm tua de nostris emigret cura medullis.
Olympius Nemesianus Ecl. 2 Nam dum Pallas amat turgentes sanguine baccas,
Dum Bacchus vites deus, & sata prima Priapus,
Pascua læta Pales: Idas te diliget vnam.
Ouid epist. 17. Heroid. Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis,
Et quò non possum corpore, mente feror.
Idem lib. 2. de Ponto. Ante meos oculos præstò est tua semper imago,
Et videor vultus mente videre tuos.
Deniq; tantus amor nobis charissime semper,
Quantus in Aeacide, Actorideq; fuit.
Non ego, si biberes securæ pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore posse tuo.
Longa dies citior brumali tempore, noxq;
Tardior hyberna solstitialis erit.
Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit,
Calthaq; Pæstanas vincet odore rosas,
Quàm tibi nostrarum veniant obliuia rerum.
Idem eod. lib. ad Rufinum. Vt quanquam longè toto simus orbe remoti,
Scire tamen possis nos meminisse tui.
Nominis antè mei venient obliuia nobis,
Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo:
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quàm fiat meriti gratia vana tui.
Idem lib. 4. de Ponto. Da mihi (si quid ea est) hebetantem pectora Lethẽ,
Oblitus potero non tamen esse tui.

Claud. in Epist. ad Olybrium. Excidimúsne tibi? lucem iam condet Hydaspes,
Et Tartesiaco sol orrare vado.
Candescat Geticis Meroë conuersa pruinis,
Claraq; se verito proluat Vrsa mari.
Plaut. in Trinummo. Omnibus amicis, quod mihi est, cupio esse idem.
Verùm te hoc moneo vnum: qualis sim amicus,
Teren. in Hecyra. Aut qd possim, potius quã inimicus, periculũ facias
Lucret. de Nat. rer. Sed tua me virtus tamen, & spectata voluntas
Suauis amicitiæ, quemuis perferre laborem
Suadet, & inducit noctes vigilare serenas.

Amor verus aduersis rebus crescit.

Oui. 4. de Pō. Nam tum præstiteris verum mihi semper amorẽ,
Hic tamen aduerso rempore creuit amor.

Amor suauia, iucundaq́ omnia reddit: vbi verò abest, è contra. (do.

Nã vbi amor cõdimẽtũ inerit, cuiuis placiturũ cre-
Neq; salsum prorsus, neq; suaue esse potest quicquam, vbi amor
Nõ admiscetur, sed, quod est amarũ, id mel faciet,
Hominem ex tristi lepidum, & lenem.

Amor coniugium rectè nectit.

Boëtius metro. 8. lib. 2 Hic & coniugij sacrum
Castis nectit amoribus.

Amor verus coniugalis in quo consistat.

Esse bonã facile est, vbi quod vetat esse, remotũ est,
Et nihil officij nupta quod obster, habet.
Cùm deus intonuit non se subducere nimbo,
Id demum est pietas, id socialis amor.

Amoris coniugalis vis.

Martialis lib. 1. Epig. de Portia. Coniugis audisset fatum cùm Portia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor:
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari:
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas:
I nunc, & ferrum turba molesta nega.
Statius li. 3. Syluarum. Isset ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)
Penelope gauisa domos, si passus Vlysses.
Idẽ ad Absentium. Laudentur proauis, seu pulcbro munere formæ,
Quæ morum caruere bonis, falsóq; potentes,
Laudis egent veræ, tibi quanquã & origo niteret,
Et fœlix species, multumq; optanda maritis:
Ex te maior honos, vnum nouisse cubile,
Vnum secretis agitare sub ossibus ignem.
Illum nec Phrygius vitiasset raptor amorem,
Dulichij vt proci, nec qui fraternus adulter
Casta Mycenæo connubia polluit auro.
Si Babylonis opes, Lydæ si pondera gazæ,
Indorumq; dares, Serumq; Arabumq; potentes
Diuitias: mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori, vitamq; impendere famæ.
Nec frõs triste rigẽs, nimiusq; in moribus horror,
Sed simplex, hilarisq; fides, & mixta pudori
Gratia. Quòd si anceps metus ad maiora vocasset,
Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas,
Fulmineosq; ignes, medijq; pericula ponti
Exciperet, melius quod non aduersa probarunt.

Amans licita perseuerare debet.

Ouid. 1. de Remed. amor. Si quis amat quod amare iuuat, fœliciter ardet:
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Amantes voluptuosi aduertũt ea quæ nõ creduntur.

Terẽ. in Heaut. Noui ego amãtium animũ, aduertũt grauiter quæ non censeas.

Amant

Amantes carnaliter ætate, satietate'ue, suas deserunt amasias.

Plaut. in Most. Stulta es tu planè,
Quæ illum tibi æternum putas fore amicum, & beneuolentem.
Mooeo ego, te deseret ille ætate, & satietate.

Idem paulò post Si dictis oequis perduci, vt vera hæc credas
Mea dicta, ex factis nosce rem. vides quæ sim, & quæ fui ante?
Nihilò ego minus, quàm nunc tu amata sum, atque vni modò gessi morem,
Qui pol me, vbi ætate boc caput colorem commutauit,
Reliquit, deseruitq; me: tibi idem futurum credo.

Idem in Epid. Illam amabam olim, ounc iam alia cura impender pectori.

Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Plaut. in Amp. Nam in hominũ ætate multa eueniunt huiusmodi.
Capiunt voluptates, mox rursum miserias.
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verùm iræ, si quæ fortè eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quàm prius.

Terent. Andr. Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Oui. 2. de Arte amand. Quæ modò pugnarunt, iungũt sua rostra palũbes,
Quarum blanditias verbaq; murmur habet.

Hor. Sat. 3. lib. 1 In amore hæc sunt mala, bellum,
Pax rursum.

Amor omnibus inest ad finem boni.

Boet. metro. 6. lib. 4 Hic est cunctis communis amor,
Repetuntq; boni fine teneri:
Qui non aliter durare queant,
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ, quæ dedit esse.

Amor sanctorum immensus est.

Plaut. in Persa Sagaristio: Es'ne tu buic amicus? Dord. Tanquam dij omnes qui cœlum colunt.

Amor auro, non virtute conciliatur sæpissimè.

Oui. 2. de Arte amandi. Aurea nunc verè sunt secula: plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipse licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Amor in hospitibus certus, stabilisq; non est.

Ouid. epist. 16. Herod. Certus in hospitibus non est amor: errat, vt ipsi
Cumq; nihil speres firmius esse, fugit.
Hypsipyle testis, testis Minoia virgo,
In non exhibitis vtraq; iuncta toris.
Omnia Medeæ fallax promisit Iason:
Pulsa est Aesonia non minus illa domo.

Amans properat quæq; agit, & male.

Plaut. in Paen. Ita me dij ament, tardo amico nihil est quicquam iniquius,
Præsertim homini amanti, qui, quicquid agit, properat omnia

Olymp. Nemes. Ecloga 4. Quisquis amat pueros, ferro præcordia duret.
Nil properet, discatq; diu patienter amare,
Prudentesq; animos teneris non spernat in annis.
Perferat & fastus: sic olim gaudia sumet,
Si modò sollicitos aliquis deus audit amantes.

Amanti longa videntur omnia.

Longa mora est oobis omnis, quæ gaudia differt. *Oui. ep. 18. Her.*
Da veniam fassæ, non patienter amo.

Vt nox longa, quibus mentitur amica, diesq; *Hor. lib. 1. Epist. ad Mecæn.*
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Amare oportet omnes, qui quod dent, habent.

Amare oporter *Plau. in Truc.*
Omnes, qui quod dent, babent. Nam mihi hæc meretrix,
Quę hic habet Phronesium suum nomeo, omnem
Ex pectore meo mouit Phronesim. Nam φρόνησις,
Est sapieotia.

Amare recusat vnusquisque, quæ non habere sperat.

Ferrea, crede mihi, non sum: sed amare recuso *Oui. ep. 16. Her.*
Illum, quem fieri vix puto posse meum.

Amari cupidus alios amet.

Sit procul omoe oefas: vt ameris, amabilis esto. *2. de Art. am.*

Vt præstem Pyladem, aliquis mihi pręstet Orestem. *Martial. 6 Epi.*
Hoc non fit verbis, Marce: vt ameris, ama.

Amari potius quàm timeri debemus.

Nolo ego metui, amari mauolo. *Plaut. in Asin.*

Amat seipsum quisque super omnia.

Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet, *Terent. in An.*
Omoes sibi melius esse malle, quàm alteri.

Quemquam'ne hominem in animo instituere, aut *Idem in Adel.*
Parare quod sit charius, quàm ipse est sibi?

Non auis aucupibus monstrat qua parte petatur, *Ouid. libr. 1. de Arte amandi.*
Noo docet infestos currere cerua canes.

Amor bonus leges seruat.

Discite securi, quorum de pectore mixtæ *Statius 2. Sylu.*
In longum coiere faces, sanctusq; pudicæ
Seruat amicitiæ leges amor.

Amor patriæ, dulcis immensusq; est.

Rursus amor patriæ ratione valentior omni, *Oui. 1. de Pont.*
Quod tua fecerunt scripta, retexit opus.

Nescio qua natale solum dulcedi ne cunctos *Ibidem.*
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit.
Cùm bene sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quæq; redire suas.

Ex Græcis.

Amatoria iuramenta.

Venereum iusiurandum non constitutam habet pœnam. *Callimachus.*

Iurauit quidem, sed (vt aiunt) amatoriè.

Per communionem omnium primam & maximè necessariam hominum genera terrestris rex conciliat: similiter facit ille qui cuncta in vniuerso gubernat. Nihil etenim, si tollas amicitiam & communionem, consistere potest: quod etiam in ciuitatibus ita se habet, si familiarem societatem abstuleris, etsi multò inferior sit, quàm diuina natura & regia, quæ nihil huiusmodi desiderant. *Pythagoras.*

Amicitia ciuitatis communem mutuò finem spectans, ipsius vniuersi concordiam imitatur. *Idem.*

Aristarchus. Quisquis hominum non est expertus amorem,
Necessitatis ignorat legem, qua ego persuasus,
Tali intricatus amore, hoc iter confeci.
Nam ille deus etiam inualidum valere
Facit, & perplexum inuenire viam.

Anaxandrides. Amor docere potest, quàm sophista
Ineptus, multò melius rationem humanæ vitæ.

Euripides. Quisquis amorem non magnum iudicat deum,
Et inter dæmones omnes supremum esse,
Vel rudis ac indoctus est, vel omnis elegantiæ,
boniq; inexpertus,
Maximum hominibus deum ignorat.

Antiphanes. Siquis amantes mentem habere negat,
Ingenij nimirum est stupidi.
Nam si vitæ voluptates abstuleris,
Nihil aliud est reliqui præter mortem.

Alexis. Non est sanè pædagogus hominibus
Diligentior vllus alius, quàm amor.
Nimirum igitur maximus est diuorum amor,
Et longè omnium nobilissimus:
Nullus enim vsq; adeò parcus est
Homo, neq; moribus tam exquisitis,
Qui non huic deo partem aliquam tribuat.

Menander. Quibus opes sunt ampliores
Iuuenibus adhuc, amori indulgere iubeas.
Qui verò ad senectutem rem differunt,
Illi vnà soluunt iuuentutis fœnus.

Menander. Et natura quodammodo omnis amans tractabilis est.

Idem. Hera, nihil est amore potentius:
Ne ipse quidem imperans in cœlo dijs
Iupiter, sed nihil non ab illo coactus facit.

Euripides. Quicunq; homines amore capti fuerint,
Si commodos nanciscantur amores,
Nullum eis abest voluptatis genus.

Idem. Habeo autē audaciæ & confidentiæ præceptorē
In rebus perplexis præsentissimum,
Videlicet amorem, qui deorum omnium impugnatu difficillimus est.

Sophocles. Quisquis etenim amori resistit
Instar pugilis, fretus manibus, non rectè sapit:
Imperat enim Cupido etiam dijs pro arbitrio.

Euripides. Cupido non solùm viros inuadit,
Et mulieres: sed deûm quoq; suprà
Animos vulnerat, & mare ingreditur.
Et ipsum arcere ne omnipotens quidem potest
Iupiter: sed cedit, & volens inclinatur.

Plato in Conui. Quod verò permaximum est vulgò fertur, quòd solis amatorijs periurijs dij dant veniam. Venereum quippe iusiurandum nihil valere aiunt. Itaque tam dij quàm homines omnem amanti licentiam præstiterunt, vt lex nostra testatur.

Aristoteles Cyrenæus philosophus interrogatus, an amor coitus gratia fieret, Neque eius gratia, dixit, neq; sine eo.

Menander. Prorsus habet amor vehementem & efficacem causam: cùm neq; formam neq; coitum probabiliter causari sit. Quamuis enim principia fortè sint, vis tamen & confirmatio amoris alibi sita est.

Dicæogenes. Cùm capti sumus retibus amoris,
Citius alienis gratificamur,
Quàm necessarijs & cognatis.

Menander. Si quis amantem hortetur ad sapiendum,
Experietur in aliquo inanem suam operam esse.

Quippe solus amor inter homines, nullo sermone consilióue mouetur.
Amor autem hominibus furor est.
Amor otiosa res est, & inutilis ad opera.
Amat specula, & flauas comæ tincturas:
Fugit labores. Argumento mihi est,
Quia nullus mortalium mendicans victū, amauit:
Sed inter locupletes iuuenis Cupido agit.
Infidus est amor,
Et pessimum quenq; animum inhabitare solet.

Archilochus. Miser in amore iaceo, exanimis: & mea difficiles
Dolores, voluntate deorum, ossa penetrant.
Hæc ægritudo amoris, malum est diarium:
Quare non ineptè ipsum comparauerim huic rei,
quæ contingit,
Cùm oborto gelu per aëra serenum, manibus
Glaciem pueri arripiunt.
Primùm enim voluptatem inter se capiunt,
Tandem verò neq; volunt colliquatum gelu dimittere,
Neq; res est, quæ commodè manibus retineatur.
Sic & amantes eadem cupiditas
Nunc facere, nunc abstinere, frequenter vrget.

Menander. Cæterùm amor tenebras omnibus offundit, vt videtur, etiam illis qui secundum bonam rationē, Et decenter affecti sunt.

Clitus. Nullus hominum colat lachrymosum amorem,
Neq; desiderium puerile, neq; iucūdam Venerem:
Propter hæc enim Moron tristem descendit in Orcum.

Menander. Est enim amor natura surdus admonenti: simul etiam non facile
Est, iuuentutem & deum ratione vincere.

Idem. Quòd si amanti audaciam abstuleris, abit,
Et in Lalemos ipsum inscribit amorem.
Corpore non albus est, sed igni similis: oculi verò eius
Acres & flammei, mala mens, eloquium suaue:
Non enim eadem sentit & eloquitur: vox mellea.
Quòd si irascatur, animum habet efferum, atque dolosum.
Idem alatus sicut auis, ad alium post alium volat,
Viros atq; mulieres, & viscera obsidet.

Dion Smyrnæus in Bucolicis. Adolescens olim auceps in nemore arboribus denso,
Dum venatur aues, fugitiuum vidit amorem
Buxi ramo insidentem. Vt igitur animaduertit,
Gaudens (quoniam auis ei permagna videbatur)
Et calamos simul omnes inter se coniungens,
Huc illuc transilientem obseruabat amorem.
Tandem verò indignatus, quia nihil proficiebat,
Abiectis arundinibus senem adiuit aratorem,
A quo hanc artem didicerat, eiq; rem narrauit,
Et sedentem ostendit amorem. Porrò senex
Subridens mouit caput, & respondit puero,
Abstine venatione, nec istam auem insequitor:
Fuge procul: mala est hæc bestia, tuq; beatus,
Dum non ceperis ipsam: sed cùm adultus fueris
in virum,
Ille qui nunc fugit & resilit, ipse sua sponte
Accedens subitò capiti tuo insidebit.

Theocritus. Nunc noui amorem, grauis est deus: nimirum leænæ
Vbera suxit: & mater ipsum in sylua educauit,
Qui me exurens vsq; ad ossa lædit.

Heu

Menander. Heu,heu : amores quantũ pariũt mali hominibus.
Rodomant. Varij nos amores diuersorum vitæ generum afficiunt.
Aliquis enim nobilitatem acquirere studet:
Alius hanc negligit,sed opum
Vult appellari multarum pater in ædibus.
Est cui placeat nihil sani ex animo
Dicendo persuadere propinquis improba audacia.
Nonnulli homines turpe lucrum,potius quàm honestatem
Quærunt. adeò hominum vita erroribus agitur.

Phauorinus. Affectus quidam animo meo accidit : & quidnam sit, ignoro : dicunt autem ipsum esse amorem, qui eo initiati sunt. O inuide,& irrationalis dæmon,imbecillum corpus inuasisti, quod tibi ferendo non est.Absisto à te dæmon:cedo pugna, non tibi milito.

Theophrastus. Est autem amor irrationalis cuiusdam cupiditatis excessus, qui velocem habet accessum, tardum autem discessum.

Prodicus aiebat,cupiditatem geminatam,amorem esse·amorem verò geminatum,insaniam fieri.

Theophrastus interrogatus quid esset amor, respondit:Animæ otiosæ affectus.

Plutarchus. Nonnulli amorem prędicant esse mentem,alij cupiditatem,alij insaniam:sunt qui diuinum quendam & dæmonium animę motum,quidam planè deum faciunt.Quocirca rectè aliquibus visum est, à principio cupiditatem solùm esse : si verò excedat,furorem.

Ibidem. Quemadmodum amicos,dum sani sunt,si peccauerint, redarguere & admonere optimum est: in delicijs autem, & phrenitide non pugnare illis nec aduersari solemus , sed assentire & annuere. Ita eos qui propter iram aut auaritiam delinquunt, libertate sermonis coercere ac inhibere oportet : amantibus verò vt pote ægris danda est venia.

Idē de Amore. Amor neque subito & vniuersim gignitur , vt ira: neque statim transit, quamuis alatum esse fama sit. Sed paulatim accenditur,& veluti consumés sese lento igne : & si animum inuaserit, permanet diutissimè, ita vt in nonnullis ne senibus quidem desinat , adhuc in canis durans vegetus atque recens.

Plato in Phæd. Quinetiã melior euades , si mihi credideris, quàm si amatori præbueris aures.Nam amantes præter modum dicta & facta tua laudibus efferunt, partim quia verentur ne te offendant , partim quia propter cupiditatis ardorem in iudicando falluntur..

Cicero pro Lae. Amicitiam stabiliorem vitæ communio reddit.

Tulli lib. de ea. Quamobrem nec amici nec liberorum obitus deplorandus , imò ne suus quidem. An non tibi minimè viriles videntur, qui mortem suam non generosè , nec animo confidente expectant ? Non'ne animosum ac fortem decet vitæ finem magnanimiter sustinere , ita vt Socrates fecit, non ęgrè ferre nec indignari?Num verò alterius mors grauior existimãda tibi est , quàm propria? An aliquis seipsum non æquè diligit amatque ac alios ? aut amicum liberósue magis quàm se?

Cum amicis prosperè agere iucundum est:
Si quid autem,quod absit,mali contingat,
Viri beneuoli faciem coram intueri iuuat.
Nullum est aliud hominibus remedium doloris,
Quàm boni & amici viri adhortatio.

Sed ô amici,huius enim gratia veni, *Callimachus.*
Opem ingressi ferte,si quam potestis.

Dercippe ac Mnesippe,quicunq; nostrũ audiuerũt *Menander.*
Aut affecti sunt malè ab aliquo,
Omnibus confugium patet ad benignos amicos.
Nam quũ absq; ludibrio casus suos lugere potest,
Et alium sibi condolentem familiariter videt,
Vnusquisq; præsenti maximè,
Quò minus ægrè ferat,leuatur tempore.

Quid rei est,quod me videre vult? *Philemon.*
Aut sicut ægrotantes in magno dolore,
Vbi viderint medicum,non amplius dolent:
Ita quum quis tristitia laborat,
Minus habet mœroris,præsentem intuitus amicũ.

Suaue quid est amici sermo tristantibus. *Menander.*

Inest enim verbis quædam voluptas, *Sophocles.*
Quum obliuionem inducunt malorum.

Plurimùm potest apud infortunatos, *Menander.*
Præsentes sibi videre qui condoleant.
Cui corpus malè affectum est,
Is opus habet medico:cui autem anima,amico.

Tristitiæ mederi nouit beneuolus amicus: *Sotion ex lib. de Ira.*
Nam consolatio maximum est remedium tristitiæ,
Luctum dispellens,iramq; : obliuio cunctis
Nascitur inde malis. Sed hoc etiam scitè dictũ est:
Tristanti quidẽ gratus & iucũdus amici sermo est:
Nimis autem desipienti , admonitionem & consilium præstat.

Medicos ægrotis , amicos infortunatis consulere oportet. *Philip.in Olym.*

Quid cuique sit amabile.

Itaq; si magna sit ætatis distantia, non amicitia fraterna constituitur. In vnoquoq; autem Reipub. genere,tandiu amicitia manere videtur, quandiu ius & officium permanet. *Arist. Eth. lib. 8. cap. 11.*

Amicitia virtus est,aut cum virtute copulata.

Sequitur vt deinceps de amicitia dicendum esse videatur:quandoquidem aut virtus quędam est, aut cum virtute copulata. Eadem etiam ad vsum vitæ est necessaria maximè.Nam quis est, qui velit,vt ne diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur,circumfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia viuere? Etenim vt quisq; maximè opibus,principatu & potestate excellit, ita in amicitijs expetendis colendísque maximè excellit . *Arist. Eth. lib. 8. cap. 1.*

Quis esset tantus fructus in prosperis rebus sublata benignitate, quæ & in amicos extat maximè, & amplissimis laudibus afficitur ? Aut quo tandem modo sine amicis custodiri conseruariq́ possent ? Quarum possessio quò est maior , eò plus requirit ad se tuendam. *Ibidem.*

Amicus in aduersis rebus commune omnium perfugium.

In paupertate , cæterisque asperis rebus omnibus, amicorum bonitatem perfugium solum putant commune esse omnium. Iam & adolescentes in officio continẽt amici, & senibus ad obsequium præsto sunt, easq; vitæ actiones fungendas,quibus propter imbecillitatem deesse coguntur : & constanti *Ibidem.*

constanti ætatu comites se ad præclara honestaq; facinora præbent.

Amicitia rempublicam continet, & melior iustitia.

Ibidem. Videtur amicitia rempublic. continere, & maiore, quàm iustitia, in studio fuisse legum latoribus. Nam cùm amicitiæ sit concordia similis, & hanc maximè sequuntur illi, & seditionem, quę ei inimica sit, omni ratione exterminát. Quòd si amicitia inter omnes esset, nihil esset quod iustitiam desiderarent. At si iusti essent, tamen amicitiæ præsidium requirerent. Et quod ius præstantissimum est, id amicitia & charitate contineri videtur. Nec verò res est solùm necessaria, sed honesta etiam atque præclara. Nam & eos laudamus qui amicos diligunt, & à multis diligi pręclarum ducimus, & nonnulli etiam viros bonos eosdem amicos putant.

Amicitia hominis non est cum rebus inanimis.

Arist. ca. 2. lib. 8 Ethic. Cum ijs quidem quæ inanimata sunt, nemini esse amicitia dicitur. Non est enim mutuus amor in eis, nec ea volunt bonis affici.

Amicitia & beneuolentia quid differant.

Ibidem. Omnes aiunt oportere amicum velle bonis affici, eius causa, nulla vtilitate quæsita. Qui autem ita volunt amicos abundare bonis, eos beneuolos appellant, si idem ab illo vicissim non fiat. Beneuolentiam enim aiunt in ijs, qui vicissim idem faciunt & accipiunt, amicitiam esse. Amici ergo & beneuolentia inter se apertè colligati debent esse, & se velle vltrò citroq; bonis affici.

Tria Amicitia genera ex rebus amabilibus orta.

Arist. lib. 8. ca. 3 Ethicor. Sunt tria amicitiæ genera, quæ rebus amabilibus æquabiliter, pariterq; respondent. Est enim suus cuiusque generis mutuus amor haud obscurus. Et qui inter se diligunt, alteri alteros se bonis affici volunt, quia diligunt.

In eodem cap. Ac ij quidem qui vtilitatis causa fingunt amicitias, non propter se, causáq; sua inter se amant, sed quia vtilitas vtrinq; pariatur.

Eadem est ratio eorum qui amicitias colunt propter voluptatem: non enim facetos diligunt, quia probi sint, sed quia delectent.

Quapropter & ij qui vtilitatis causa amicitias sequuntur, suis commodis: & ij qui delectationis causa, amorem sua ipsorum voluptate metiutur. Sunt ergo hæ fucatæ & fortuitæ amicitiæ, & celeriter dirimuntur.

Senes in Amicitia vtilitatem, adolescentes voluptatem spectant.

Eodem cap. Vtilitatis amicitia maximè in senibus vigere solet: non enim id ætatis homines voluptatem in amicitiis, sed vtilitatem sequûtur. At verò adolescentum amicitia voluptatis causa omnis constituta videtur esse. Eorum enim, cùm omnis in libidine & perturbatione vita consumitur, tum ex quo capiant voluptatem, id omne studiosissimè persequuntur.

Amicitia adolescentum vt citò instituitur, ita facile dirimitur.

Et quia mutata ætate alia sequuntur quę delectent, idcircò repentè & amici fiunt, & ab amore desistunt. Nam eorum amor sæpe vnà cum voluptate deponitur, cuius cita est & repentina mutatio. Atq; etiam adolescentes ad fœdum amorem propensi sunt. Eodem cap.

Amicitia inter bonos perfecta est & stabilis.

At verò perfecta illa amicitia est, qua viri boni, pari virtute præditi, inter se coniuncti sunt & copulati. Hi enim vltrò citroq; bonis se affici volunt, quia sint boni: boni autem sunt sua sponte. Manebit igitur amicitia tandiu horum, quandiu boni futuri sunt. Eodem cap.

Amicitia bonorum, possessio stabilis.

At virtutis manet certa & stabilis possessio. Et hæc talis maximè firma est & stabilis amicitia, nec sine causa. Sunt enim in ea omnia quæ amicis inesse debent. Ibidem.

Amicitia perfecta rara est.

Iure autem rarum est maximè istud genus amicitiæ. Siquidem hominum huius generis magna est penuria, & tempore ac cõsuetudine opus est. Nam verum illud est, multos modios salis simul edendos esse, vt inter se norint: nec antè quidem probari, aut amici esse possunt, quàm habeant quasi signa quædam & notas, quibus vterque alterum, ad ad amicitiam sit idoneus, iudicet. Repentè quidem amicitiæ conciliandæ voluntas nascitur, amicitia non item. Ibidem.

Amicitiam quæ vtilitatis & iucunditatis gratia constituitur, boni cum malis, & mali cum bonis instituere possunt.

Quocirca suauitatis vtilitatisq; causa & malis inter malos, & bonis cum improbis, & neutris cum quolibet amicitia esse potest. Sed perspicuum est in solis bonis veram perfectamq; amicitiam esse. Arist. ca. 4. eodem lib. 8. Eth.

Sola enim bonorum amicitia, reprehensione & criminatione caret: non enim facile est criminibus aliquem oblatis credere de eo, quem ipse diu probauit atq; perspexit.

Amicitiæ quidem genera sunt plura: ac primùm quidem & propriè amicitiam eam nominamus, quæ inter bonos est, quia boni sint: reliquas ex similitudine.

Amicitiam tollit silentium & absentia diuturna.

Neque enim locorum interualla funditus tollunt amicitiã, sed officia & actionem. Quòd si sit diuturna absentia, amicitiam quoq; delet, ac obruit obliuione. Ex quo factum est prouerbium, multas amicitias silentium diremisse. Ibidem.

Nihil est tam amicorum proprium, quàm vitæ societas & communio. Ibidem.

Amor perturbationi similis est, habitui verò amicitia: quoniam amor non minus ijs quæ inanimata sunt, tribuitur, & redamant homines animi iudicio quod ab habitu proficiscitur. Ibidem.

Inter seueros & senes eo rarius amicitia est, quo morosi Cap. 6

morosiores sunt & difficiliores, minusq; delectantur vitæ consuetudine.

Perfecta Amicitia cum multis institui non potest.

Ibidem. Sed perfecta cum multis amicitia institui non potest, sicut fieri non potest vt insano amore vnà multi colantur.

Amicitia iucunditatis potior est ea vtilitatis.

Ibidem. Horum autem generum magis illa nomen videtur obtinere amicitiæ, quæ delectatione & iucunditate vitæ dirigitur. At verò quæ emolumẽtis, vtilitatibus & fructibus colitur amicitia, illorum est hominum propria, qui in foro iudicijsq; versantur. Et beati quidem vtilitates & emolumenta non desiderant, iucunditatem delectationemq; desiderant.

Amicos sibi quos deligant, qui sunt in imperio.

Ibidem. Qui imperio aliquo præditi sunt, ij amicis distinctis ac disparibus vtuntur. Ex alijs enim vtilitates percipiunt, alios habẽt ministros libidinum: quæ duo non ferè in eodem reperiuntur. Neque enim aut eos eligunt, qui virtute quasi sale sermonis iucunditatem condiant, aut eos qui sint ad res honestas vtiles: sed facetos, qui delectandi studio teneãtur, & qui possint imperata exequi.

Non eadem patri amicitia cum filijs, nec filijs cum patre.

Cap. 7. li. 8. Eth. Non eadem est patri cum filio amicitia, nec filio cum patre: nec eadem viro cum vxore, vxoriq; cum viro. Nam cùm alia virtus, aliudq; officium horum vnicuiq; sit attributum, diuersæ autem & variæ sint causæ diligendi: fit vt alia atque alia intercedat amicitia atq; charitas. Nec eadem quidem vtrique ab altero officia tribuuntur, nec id quidem æquum fit, vel postulandum est. Cùm verò ea tribuunt liberi parentibus quæ debent procreatoribus, parentes vicissim liberis quæ ex se natis debent: tum ibi stab lis quædam & honesta amicitia exoriatur necesse est.

Amicitia non eadem æqualitas est & iustitia.

Ibidem. Sed non eodem modo in iust'tia & amicitia par ratio æqualitasq; cernitur. Est enim in iustitia primo loco eius, quod pro dignitate cuiq; tribuitur, habẽda ratio: secundo eius, quantum quisq; auferre debeat. At in amicitia contrà, primum locum, quantitatis: secundum, dignitatis par ratio tenet.

Amicitia in eo magis est, vt diligamus, quàm diligamur.

Cap. 8. Per se expetenda amicitia est, quæ magis in eo est, vt colas, quàm vt colare. Quod ipsum matres declarant: quęq; ex eo quòd diligant, magnam capiunt voluptatem. Cumq; in eo magis cernatur amicitia, vt diligamus, ijq; homines laudentur, quibus chari sunt amici, fit vt amicorum vis omnis sit in amore. Itaq; omnes qui hoc faciunt pro dignitate, amici stabiles, constantesq; sunt habendi, eorumq; firma & stabilis amicitia est.

Aequalitas & similitudo quędam amicitia est, ac similitudo eorum maximè, qui virtute ac moribus congruunt. *Ibidem.*

Socialis Amicitia.

Magnum est ad amicitiam momentum, vnà educatos, & ęquales esse, quoniam & æqualis ęqualem delectat, & socij sunt, qui similes sunt moribus: quocirca sociorum amicitia fraternæ similis est. *Cap. 12. 8. Ethi.*

Amicitia coniugalis.

Inter virum & vxorem, natura peperisse amicitiam videtur. Est enim homo ad coniugium natus magis, quàm ad ciuilem societatem: quo prior est domus magisq; necessaria, quàm ciuitas: & quo est animantibus procreatio communior. *Ibidem.*

Amicitia inimicitia iuncta.

Chilo Lacedæmonius, quendam prędicantem sibi nullum esse inimicum, rogauit, an vllum etiam haberet amicum: sentiens amicitias & inimicitias inuicem se consequi, nec fieri posse, quin qui multos habeat amicos, complures & habeat inimicos. *Erasm. in Apo.*

Amico nulla possessio pretiosior.

Dicere solitum Socratem accepimus, nullam esse pretiosiorem possessionem vero amico, nec aliunde plus voluptatis vtilitatisue capi. Itaque præposterè multos facere, qui grauius pecuniæ quàm amici iacturam ferunt.

Scipio minor Polybij pręcepta sequens, dabat operam ne quando è foro rediret domũ, priusquàm sibi quempiam eorum, in quos incidisset, familiarem & amicum reddidisset: sentiens nullam esse homini possessionem meliorem.

Amici exploratio.

Namertes cùm à quodam beatus prædicaretur, quòd multos haberet amicos, interrogauit, quo modo periculum quis faceret, an amicum haberet syncerum ac probum. Id quum alter se nescire fateretur, Per aduersam, inquit, fortunam.

Inter amicos quos habebat Alexander præcipuos, omnium maximè videbatur honorare Craterum, sed omnium maximè diligere Hephæstionem. Craterus, inquit, amat regem, Hephæstion amat Alexandrum. Sentiebat Craterum in ijs quæ ad regiam dignitatem attinebant, præstare fidum amicum, Hephęstionem priuato quodam affectu diligere Alexandrum. Craterum itaque ornauit dignitate, Hephæstionem verò ad intimam admisit familiaritatem.

Crates Thebanus aiebat veros amicos in rebus lætis adesse vocatos, in aduersis inuocatos & vltrò. At vulgò fit secus.

Rogatus Aristoteles quid esset amicus, Vna, inquit, anima in duobus corporibus. Illud etiam frequenter habebat in ore, ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. sentiens multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re. *Amicus rara res.*

Chilo dicere solebat tristia vitæ incommoda superanda esse, aut animi fortitudine, aut amicorum alloquijs. Nullum enim in dolore remedium præsentius quàm curas, æstusq; animi in amicorum

amicorum sinum effundere, quorum & consolatio & communis dolor maximam mali partem tollit.

Amicus consolator.

Cùm Diogenes Antisthenem morbo decumbentem inuiseret, dixit: Nunquid amico est opus? significans in rebus afflictis potissimùm fidis amicis vtendum, qui vel re opitulentur, vel consolando molestiam mitigent.

Amicus deligendus.

Illud cumprimis damnabat Aristippus in hominum moribus, quòd in auctionibus vasa diligenter inspicerent, priusquàm emerent, vitam eorum non inspicerent quos sibi in amicitiam adiungerent. At maior vtilitas est à fidis amicis, quàm à vasis, & plus damni est, nisi deligas.

Amicus verus.

Dicebat Chilo promptius ad amicorum aduersam fortunam, quàm ad res secundas accurrendum. Rebus prosperis aduolant quilibet, etiam minus amici: qui adsunt reflante fortuna, hi verè sunt amici.

Amicus syncerus.

Aiebat Socrates, cuiuis esse promptum, si quid rerum haberet insignium proloqui, quum difficillimum esset oominare quos possideret amicos, quum hac possessione nulla sit charior. Diuor sibi videtur, cui pecuniæ oonnihil obtigit, & damnum deplorat cui perijt: at qui sibi parauit bonum amicum, non videtur sibi factus beatior, nec iacturam deflet qui perdidit.

Amicorum omnia communia.

Docuit Pythagoras amicorum omnia esse communia, qui iubebat vt discipuli, quod quisq; haberet, deponerent in commune, dicens id esse diffidentium verius quàm amicorum. Etenim si quis verè sit amicus, nusquam diffidit de eo quod deposuit. Hanc sententiam improbauit Epicurus.

Amicorum fides.

Dionysius egregiam fidem Damonis & Pythiæ admiratus, Rogo, inquit, vt me quoq; in vestram amicitiam recipians. Alteri enim tyrannus diem necis destinarat: quumq; is pauculos dies petijsset rerum domesticarum ordinandarum gratia, hac lege impetrauit vt alter vas amici fieret, ea conditione, vt si ille non redijsset ad diem præscriptum, hic plecteretur. Redijt autem ad diem, mori malens quàm amicum fallere. Ita seruatus est vterq;, ac regia amicitia decoratus.

Amicis fidendum.

Admonitus à quodam Diogenes ab amicis illi tendi insidias, vt caueret: Quid facias, inquit, si similiter & cum amicis & cum inimicis habebimus consuerudinem? Ab inimicis nobis cauemus, amicis fidimus. Quòd si pariter ab vtrisq; nobis cauebimus, non est suaue viuere.

Amicitia.

Nicocli petenti vt sibi ante Phocionem venenum haurire liceret, Tametsi durum hoc, inquit Phocion, tamen concedendum est ei, cui nihil vnquam io vita negaui. Phocion enim Nicoclem inter amicos fidissimum vnicè adamarat, eoque molestum erat videre illum morientem. Eam molestiam vt vitaret Nicocles, petebat vt ipse prior biberet: & hac in re commodauit amico.

Thales Milesius, amicorum absentium æquè ac præsentium oportere meminisse dicebat. Amicitia enim est animorum coniunctio, quos non dirimit locus. Multi enim non amant nisi tantisper dum vident.

Amicitiæ fiducia.

Anytus amicorum Alcibiadis vnus, eum ad cœnam rogarat: ille recusauit, sed domi bene potus cum famulis comessabundus irrupit, stansq; ad ostium cœnaculi, iussit famulos vasa diripere, & ad suas ędes deferre, qui ferè dimidium asportarunt: alijs conuiuis Alcibiadis violentam superbiam criminantibus, Anytus dixit illum humaniter egisse, cui cùm totum auferre licuerit, dimidium ipsi reliquisset.

Amor.

Amantis animum dicebat Cato senior in alieno corpore viuere: quod hodie quoq; celebratur, animam illic potius esse vbi amat, quàm vbi animat.

Quemq; bonum amari dignum esse dicebat Antisthenes: nō enim est verus aut syncerus amor, nisi quem conciliat virtus.

Amor animi.

Amare puerorum indolem apud Lacones, permissum illis erat, qui probo ingenio videbantur: cęterùm abuti illis turpissimum habebatur, quasi corpus adamaretur potius quàm animus. Quòd si quis accusatus esset, quòd parùm honestam cum illis habuisset cōsuetudinem, is per omnem vitam infamis erat, & à publicis honoribus submouebatur. Hoc non solùm in pueris, verumetiam in coniugibus locum habet: non enim rectè amat vxorem, qui corpus amat potius quàm animum.

Socrates docuit animorum formam magis amandam quàm corporum, eamq; voluptatem quam in nobis gignit conspecta formosa facies, ad longè pulchriorem, sed latentem animi speciem transferendam esse. Verùm vt hanc videamus, philosophicis oculis opus esse.

Amor gloriæ.

Horatius rediens ad suos, trium Curiatiorum fratrum, quos occiderat, spolia gestabat, quorum vni desponsa fuerat Horatij soror virgo, illa agnoscens sponsi paludamentum quod ipsa suis manibus confecerat, soluit crines, ac fletu sponsum mortuum inclamat. Horatius sororem gladio transfigit, dicens: Abi hinc cum tuo præpropero amore, oblita fratrum mortuorum viuiq;, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis, & patriæ gloria.

Amor insanus.

Poltys Thraciæ rex Troiani belli tempore, cùm Troiani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent

misissent, auditis vtrisq; pronuntiauit, vt Alexander redderet Helenam, & à se pro vna duas formosas abduceret vxores. Quis autem non miretur Græcorum humanitatem, quibus sat erat futurum, si tantùm redderetur quæ cum adultero tandiu dormierat?

Amor mercedis.

Simonides reprehendentibus quòd ad quæstum scriberet, iocari solebar, Sibi duas arcas esse domi, alteram pecuniæ, alteram gratiarum: priorem se reperire plenam, alteram semper vacuam.

Amor ob malum.

Timon Atheniensis, cùm erga cæteros esset inhumanissimis moribus, fugeretq; consuetudinem hominum, solum Alcibiadem adamabat, osculabaturq;. Id admiranti Apemanto, causamq; roganti, respondit: Ideò sibi charum esse adolescentem, quòd perspiceret illum aliquando magno malo fore Atheniensibus. Et ob id μισάνθρωπος à Luciano est appellatus.

Amor turpis.

Amo rem dixit Diogenes otiosorum negotium, quòd hic affectus potissimùm occupet otio deditos. Ita fit, vt dum otio vacant, in rem negotiosissimam incidant, nec interim tamen quicquam bonæ rei agant.

Amor verus.

Adolescenti cuidam formoso dicenti, sibi non videri futurum, vt sapiens amaret, respōdit Zeno, Nihil esset vobis formosis infœlicius. Quisquis enim docet, admonet, instituitq; ad virtutē adolescentes, vtique amat. Atq; is demum verus est amor. Nam qui vulgò dicuntur amare, suum venantur commodum, cum incōmodo adamati.

Amor castus.

Dicebat Socrates animorum formam magis amandam quàm corporum. Eosq;, qui corpus tantùm amarent, similes esse aiebat medicis, qui semper egerent, semper instarent aliquid flagitantes: eos autem qui amici essent, non amatores, similes esse ijs qui proprium fundum possideant, quem semper studeant reddere meliorem.

Amor.

Ex Ferr. Non amor antiquo fuerat, sed amator ab æuo
Dicendus, cùm sit semper amarus amor.

Non amans, sed amens.

Ferr. Si sapis, amentem dicas, non, lector, amantem:
Nam nihil insanus mentis amator habet.

Amici fortuna.

Ferr. Agmina quæ nitido credis fidissima cœlo,
Nube sub obscura terga fugata dabunt.

Amicus reconciliatus.

Gratia qua coëunt ficti malè sarta sodales,
Est veluti in Siculo Scylla cauenda mari.

Amantum mens.

Ouid. de Rem. am. Artibus innumeris mens oppugnatur amantum,
Vt lapis æquoreis vndiq; pulsus aquis.

Amoris causa fugienda.

2. De Rem. am. Vt penè extinctum cinerem si sulphure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.
Sic, nisi vitaris quicquid reuocabit amorem,
Flamma redardescet quæ modò nulla fuit.
Dum sors arridet, tibi conciliabis amicos, Prosper.
Qui sint constantes, quos pia vita probet.
Portus amicitia est vitæ, thesaurus & ingens:
Hac nil sub cœlo dignius esse potest.
Non semper cœlo Titan arridet aperto,
Non semper Zephyri, pratave læta manent.
Quid si sors placidum mutarit perfida vultum?
Vt solet, instabilem voluerit illa rotam?
En nisi protectò fidus succurrat amicus,
Cogeris tremula quærere voce cibum.
Sed fœlix vt ames, non omni porrige dextram:
Sunt expertori toxica damna suo.
Hinc quoq; pestiferi fugias commercia cœtus:
Eligito socios, laude fideq; graues.

Amor.

Cura placens prædulce malum, tristisq; voluptas, Faust.
Heu vesana furens pectora cæcat amor.

Amata re potiri iucundum est.

Summè est pulchrū ex Astrea quod gignitur alma. Pythiq. carm.
Optima, si valeas, res est, quod quilibet optat.
Summè est iucundum, si re potiaris amata.

Amor Cupidineus.

Nec modum habet, neq; consiliū: ratione, modoq;
Tractari non vult. In amore hęc sunt mala, bellum,
Pax rursum. Hæc si quis tempestatis propè ritu
Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret
Reddere certa sibi, nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione modoq;.

Amoris deus sic describitur.

Quis puer hic? Veneris. quæ causa pharetræ? Marull.
Non bene prouisis certa quòd arma mouet.
Cur sine veste deus? mollis puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quòd facit ipse senes.
Quis pennas humeris dedit? inconstantia. quare
Nulla deo frons est? signa inimica fugit.
Quæ sors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? vigilis cura dolorq; facit.
Quis secum prævit? ebrietas, sopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, opprobrium.
Qui cœlo dignati? homines. quæ causa coëgit?
Mitior autori credita culpa deo.
Heu curuum genus, & veri corda inscia: quod ius,
Fasq; ? scelus miseri si scelere abluimus.

Amatus à multis fœlix.

Est verè fortunatus ille, cuius ex salute, non minor penè ad omnes, quàm ad illum peruentura sit, lætitia peruenerit. Cic. pro Marc.

Amicus benefaciendum, inimici reddendi amici.

Aristo, cuidam dictum Cleomenis laudanti, qui dixerat probi regis officium esse amicis benefacere, inimicis malè: At quanto (inquit) præstantius est, amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos?

Amicus nunquam adulator.

Phocion Antipatro petenti, vt in gratiam sui quidpiam ageret pugnans cum iustitia: Non potes (inquit) Antipater, Phocione simul & adulatore

 vti,

vti. Animus enim obsecundat quousque patitur æquum: adulator ad quoduis obsequitur.

Amico fido nihil pretiosius.

Darius quum prægrande malum punicum aperuisset, & quidam ab eo sciscitaretur, cuius rei tantum numerum habere optaret, quătus illic esset granorum, respondit, Zopyrorum. Zopyrus autem vir bonus erat, ac Dario fidus. Significans regi nihil charius esse debere probis ac fidis amicis.

Sæpenumerò dicebat Darius se malle vnũ Zopyrum integrum, quàm centũ Babylonas capere.

Amicus ad aras vsque.

Pericles amico roganti vt pro se falsum diceret testimonium, cui adiunctum erat iusiurandum, respōdit se quidem amicum esse, sed vsq; ad aram. Sentiens aliquousque gratificandum amicis, sed citra religionis violationem.

Amicum pium habere fœlicitas est.

Sylla cognomēto Fœlix, inter fœlicitates suas, duas præcipuas ducebat: vna, quòd pium Metellum haberet amicum: altera, quòd Athenas non subuertisset.

Amor sui.

Principio generi animantium omni est à natura tributum; vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videantur: omniaq; quæcumq; ad viuendum sint necessaria, inquirat & paret, vt pastum, vt latibula & alia eiusdem generis.

Arist. li. 2. Rh. Amare, est alicui velle bona, gratia ipsius.

Amicus est qui amat, & è conuerso amatur.

Amicus gaudet bonis, & condolet tristibus amici sui.

Amicis auxiliari dulcissimum est.

Amicitia. Ex Platone.

Plato in Alci. 1 SOCRAT. Difficile quidem est, cum eo qui amicorum nulli demittat se, consuetudinem inire.

In Lysi. SOCRAT. Amicum bonum habere malim quàm prenobilissimam coturnicem aut gallum, & per Iouem potius quàm equum atq; canem, ac mediusfidius potius quàm Darij aurum adipisci, vel ipsum Darium capere, amicum bonum eligere.

Ibidem. SOCRAT. Id, vt mea fert opinio, significant, ô amice, qui similem simili amicum esse dicunt, quòd solus bonus soli bono amicus, malus autem nec bono nec malo vnquam re vera amicus efficitur.

Ibid. SOCRAT. Quisquis alius desiderat alium, ô pueri, aut amat, ob id desiderat & diligit, atque amat, quòd propinquus illi est, vel secũdum animam, vel animæ consuetudinem, aut mores, aut speciem: alioquin nunquam diligeret.

In Clitop. CLI. Ille rursus interrogatus, amicitiam esse bonum quoddam asseruit, malum verò nunquam. Cùm verò interrogaretur de puerorum brutorumq; beneuolentijs, quas amicitias cōmuniter appellamus, amicitias eas esse negauit: quippè cùm sæpius obsint, quàm prosint: dixitque illas falsò amicitias nuncupari: veram autem amicitiam esse proculdubiò consensionem.

Ibid. CLI. Concursus opinionum multi inter homines ac noxij sunt: amicitiam verò bonam omninò, opusq; iustitiæ esse concesserat.

SOCRAT. Amicus mihi videtur quisq; esse cuiq; maximè, quemadmodum antiqui sapientésque tradunt, vt maximè similis est. In Gorg.

PAVS. Prauus est amator ille vulgaris, qui corpus magis quàm animum amat, neq; stabilis est, cùm rem sequatur minimè stabilem. Nam cùm primùm corporis species quã cupierat defloreseit, abijt, nihil eorum quæ promiserat, seruans. Bonorum verò morum amator per omnem vitam in amicitia perseuerat, vtpote qui rem stabilem sectabatur. In Conuiu.

AGATH. Quòd per amoris sapientiam animalia cuncta gignantur, atq; nascantur, quis dubitat? Artium præterea facultatem, nónne ab hoc deo tradi videmus? eumq; hominem, cuius hic est præceptor, quauis in arte præcellere, clarúmque euadere? contrà verò eum qui ab amore non tangitur, in obscuro iacere? Ibidem.

AGATH. Assero equidem, cùm dij omnes beati sint, amorem, si modò fas est, & tolerabile dictu, esse omnium beatissimum: quippè cùm pulcherrimus omnium optimusq; existat. Ibidem.

AGATH. Amor nec iniuriam infert Deo, vel homini, nec à Deo vel homine iniuriam patitur. Ibidem.

AGATH. Inter omnes conuenit, temperantiam esse, libidinibus & voluptatibus dominari: nullamq; voluptatem esse amore potentiorem. Ibidem.

DIOT. Vides'ne, quòd & ipse amorem deum esse non putas? Quis ergo, inquam, num mortalis est amor? Minimè. Quid igitur? Superorum instar mortalis immortalis've medium. Quid, inquam, est, ô Dionima? Magnus, ô Socrates, dæmon. Ibidem.

DIOT. Immortalitatem vnà cum bono appetere necesse est ex ijs quæ suprà concessimus: quandoquidem amor est appetitio, qua bonum sibi quisq; semper adesse desiderat. Ex his cōceditur amorem immortalitatis quoq; desiderium esse. Ibidem.

LYS. Amantiũ plurimi prius corpus cupiunt, quàm aut mores, aut alia quæuis ad amatum pertinentia nouerint. Quo efficitur, vt dubium sit an extincta cupiditate in amicitia perseuerent. In Phad.

LYS. Si tibi videtur non posse firmam tusi amore amicitiam nasci, animaduertere debes, quòd hac ratione neq; filios multi faceremus, neq; parentes, neq; fidos eos haberemus amicos, qui non ex amoris huius ardore, sed alijs quibuslibet studijs facti essent amici. Ibidem.

SOCRAT. Neq; præstantiorem neq; parem amator amatum sponte vnquam patietur esse. Inferiorem autem indigenioremq; quoad poterit, semper efficiet. Ibidem.

SOCR. Pares cum paribus veteri prouerbio iucundissimè congregantur. Nam æqualitas temporis, cùm ad æquales voluptates propter similitudinem trahat, amicitiam parit. Ibidem.

SOCR. Nunquam fato decretum est, vel malum amicũ malo, vel bonũ bono non amicum esse. 1. De Rep.

SOCR. Rectus amor ipsa sui natura temperatè & musicè amat pulchrum atq; decorum.

SOCR. Sic igitur, vt videtur in ciuitate rectè instituta, legem condes, amatorem amare, vnà esse, & tangere amatũ, si persuaserit, tanquam filium, honestorum causa, atque in omnibus sic versari cum eo quem amat, vt nihil vnquam præter honestum

nestum videatur ab adolescente requirere. Si contrà faciat, ignominiam subeat, tanquam qui nihil omninò sapiat musicam, pulchrum've.

1. De legib. ATH. HOSP. Cùm nec alijs comitamus facultatem agendi, quæ ipsi facere ignoramus, facientes ipsi errare compellimur. Quamobrem nimium sui ipsius amorem fugere quisq; debet, & meliores sequi, nullo rubore verecundiæ impeditus.

8. De legib. ATH. HOSP. Amicú simile simili virtute, & æquali æquale asserimus: amicum rursus egenum diuiti, quamuis genere contrarium sit. Quando verò vtrúq; vehementius fuerit, amoré nuncupamus.

Ibidem. ATH. HOSP. Amicitia quæ à côtrarijs proficiscitur, dura est, & aspera, & sæpe vicissitudinem in nobis non habet: quę verò à similibus, placida com muniśq; per vitam. Vbi verò ex vtrisq; componitur beneuolentia, primò non facilè cognoscitur, quid sibi velit, qui tertio hoc amat amore. Deinde ab vtrisque in contraria tractus, & ipse quid faciat, dubitat, cùm ab altero ætatis vti flore iubeatur, ab altero prohibeatur.

Ibidem. ATH. HOSP. Qui corpus amat, eiusq; formá quasi fructum quendam esuriens petit, is satiari duntaxat quærit, nullumq; animo amati præbet honorem: sed qui minus de corpore curat, & animo considerat potius quàm desiderat: cùm ipsum, vt decet, animum diligat, corporis vsum, petulantiam & contumeliam arbitratur: cumq; temperantiam, fortitudinem, magnificentiam & prudentiam vereatur & colat, cum casto amico castus viuere volet.

Epist. 6 Hermiæ neq; multitudo equorum, neq; alius belli apparatus, neq; auri magnitudo vsq; adeò vires augeret, quantum amicorum bonorum constantia atq; fidelitas.

Epist. 7 Quùm hæc animaduerterem, & homines qui in Reipub. administratione versabantur, legesq; & mores, quantò magis considerarem, quantò ma gis ætate progrederer, tantò difficilius arbitrabar esse, rectè Rempub. gubernare, Neque enim hoc fieri potest absq; amicis, socijsq; fidelibus.

Ibidem. Accedit ad hæc, quòd Athenienses cùm multas Græcorú vrbes, nō à se quidem, sed ab alijs constitutas, deinde occupatas à barbaris, in potestatem suam recepissent, annos septuaginta in eos tenuerunt imperium, vtpote qui amicos sibi in singulis ciuitatibus comparauerant. Dionysius autem cùm in vrbem vnam, vniuersam Siciliam congregasset, ob sapientiá nulli confidens ægrè seruatus est: carebat enim amicis fidisq; hominibus. quo nullum maius est argumentum, vel improbitatis, si desint, vel probitatis, si adsint.

Ex Valerio Maximo, Lib. 4. cap. 7.

Amicitia Tib. in Tib. Grac. Etsi patriæ inimicus Tib. Gracchus esset iudicatus, quòd saluti eius potentiam suá prætulisset, constantis tamen fidei amicum in tanto scelere C. Blosium habuit. Is enim hostis iudicatus, vltimo supplicio affectus, sepulturæ honore spoliatus, beneuolentia Blosij non caruit. Nam cùm Senatusconsulto in eos animaduerterent côsules, qui cum Graccho consenserát: apud Lælium Blosius deprecaturus, familiaritatis excusatione vsus est. Cumq; Lęlius dixisset, Quid si Gracchus te Iouis templo faces subdere iussisset, obsequuturus'ne illius voluntati fuisses? Nunquam istud (inquit Blosius) mihi imperasset Gracchus. Compressius tandem Lælij interrogatione, se hoc, si Gracchus annuisset, facturum dixit. Tantum erat amoris vinculum, si honesto fuisset annexum.

Amicitia Pomponij & Lectorij in C. Gracch.

Aequè constantis amicitiæ exempla, erga C. Gracchum fuere Pomponius & Lectorius: quem, prostratis iam eius consilijs, perditisq; rebus, ab infestis & vndiq; ruentibus telis, opposito suorú corporum texerunt. Horum enim Pomponius apud portá Trigeminam, quò facilius euaderet Gracchus, acerrima pugna, concitatum sequentium agmen inhibuit, multis confossus vulneribus. Lectorius verò in ponte sublicio constitit, donec Gracchus transisset, quamq; charitatem Horatius Cocles patriæ in eo ponte exhibuerat, vnius amicitiæ adiecta volútaria morte præstitit.

Lucij Rhegyni in Cepionem beneuolentia.

Si fido amicitiæ pignore Lucius Rhegynus existimetur, in optimo laudabilis côscientiæ portu relinquendus erit, qui Tribunus ple. Cepionem in carcerem côiectum, quòd illius culpa Romanus exercitus à Cimbris & Teutonibus esset deletus, veteris arctæq; amicitię memor, custodia liberauit, & fugæ comes accessit. Is inexuperabili amicitiæ numine, cùm ex altera parte Resp. manum injiceret, ex altera Cepionem dextra Rhegyni trahebat, & supplicium bonon præferebat.

Volumnij erga Lucullum amicitia.

Constantem Volumnij erga M. Lucullum charitatem operæpretium est cognoscere: quem cùm M. Antonius, quòd Bruti & Casij partes sequutus fuisset, interemisset, in magna fugiendi licentia, exanimi amico adhæsit, in lachrymas & gemitus hucusq; profusus, vt summa pietate causam sibi mortis accerseret. Ad Antonium pertractus, Iube me, inquit, imperator protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neq; enim absumpto illo superesse debeo. Luculli mortui dextram auidè osculatus, caput abscissum pectori suo applicauit, ac deinde demissam suam ceruicem Antonij gladio præbuit amputandam. Tam graue illi fuit interempto amico viuere.

Amicitia Petronij in Pub. Calium.

Lucius quoque Petronius, humili admodum genere natus, cùm ad equestrem ordinem, & militiæ stipendia, Pub. Cælij beneficio peruenisset, illiq; in rebus prosperis gratum animú exhibere non posset, in aduersis cum multa fide præstitit. Capta enim Cinnano exercitu Placentia, cui erat præpositus Cælius, ne in potestatem hostium veniret, dextrá Petronij petijt in auxilium, vt ab ea necaretur: quem cùm à susceptis precibus abstrahere non posset Cælius, interemit, cædique eius suam adiunxit, per quem omnia dignitatis incrementa fuerat assequutus, superesset.

Amicitia Serui Terentij in D. Brutum.

Iungendus est Petronio Seruius Terentius, qui pro amico Decio Bruto occumbere conatus est.

Cùm enim Brutus, ab Antonio missos equites ad se interficiendum venisse cognouisset, & se in tenebris occultasset, eoq; iam facta irruptione Terentius fideli mendacio se Brutum esse simulauit, & se equitibus trucidãdum obiecit. Verùm cognitus, fortuna cogente, inuitus vixit.

De Theseo & Pirithoo.

Loquitur Græcia, Thesea & Pirithoum, quorum alter alterius gratia inferis se commisit: mistus fuit cruor amicorum, vulneribus innexa vulnera, & mors morti inhærens.

A ANTE N.

ANIMVS.

Ex Cicerone.

Caio Tir. 16. fa. OPus est te animo valere, vt corpore possis.

4. De finib. Ex anima constamus & corpore.

3. Tuscul. Constamus ex animo & corpore.

De Vniuers. Animus, est rationis compos & particeps: quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreatum.

2. Offic. Mente nihil homini dedit Deus ipse diuinius.

1. Parad. Nobis Deus, siue mater rerũ omnium natura dedit animum, quo nihil est præstantius atq; diuinius.

1. De legib. Animus est ingeneratus à Deo: ex quo verè vel agnitio nobis cum cœlestibus, vel genus vel stirps appellatur.

Animi labes.

2 De legib. Cùm multum animus corpori præster, obseruetur q; , vt casta corpora adhibeantur, multò est in animis id obseruandum magis. Nam incestum vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate euanescit, nec manibus vllis elui potest.

Cato maior. Est animus cœlestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatiq; contrarium.

5. Tuscul. Humanus animus decerptus ex mẽte diuina, cum alio nullo nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est vt ne cæcetur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus.

1. Tuscul. Nulla est celeritas, quæ possit cum animi celeritate cõparari: q si manet incorruptus, suiq; similis, necesse est ita feratur, vt penetret & diuidat omne cœlũ hoc, in quo nubes, imbres, vẽtiq; cogũtur.

5. Tuscul. Oportet vt ipsa se mens vitijs exutam cognoscat, coniunctamq; cum diuina mente se sentiat, ex quo insatiabili gaudio compleatur.

1. De legib. Cùm animus cognitis perceptisq; virtutibus, à corporis obsequio indulgẽtiaq; discesserit, voluptatemq; sicut labem aliquam decoris oppresserit, omnemq; mortis dolorisq; timorem effugerit, societateq; charitatis coniecerit cũ suis, omnesq; natura coniunctos suos duxerit, cultumq; deorum & puram religionem susceperit & exacuerit illam, vt oculorum, sic ingenij aciem ad bona deligenda, & reijcienda contraria, quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia: quid eo dici aut cogitari poterit beatius? Idemque cùm cœlum, terras, maria, rerumq; omnium naturam perspexerit, eaque vnde generata, quò recurrant, quando, quomodo obitura, quid in ijs mortale & caducum, quid diuinum æternumq; sit, viderit, ipsumq; ea moderantem & regentem penè prehenderit, seseq; non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi, quasi vnius vrbis agnouerit: in hac ille magnificentia rerum, atq; in hoc conspectu & cognitione naturæ, dij immortales, quàm se ipse noscet, quod Apollo præcepit Pythius, quàm contemnet, quàm despiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur amplissima.

Animus cùm est secum, secumq;, vt dicitur, viuit, tum quæ ad se pertinent, ea curat quæ sua sunt, cognoscit, noscit seipsum. *1. Tuscul.*

Si quis est hoc robore animi, atque hac indole virtutis ac continentia, vt respuat omnes voluptates, omnemq; suæ vitæ cursum in labore corporis, atq; in animi contentione conficiat, quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectent: nihil in vita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum atq; ornatum puto. *Pro M. Cælio.*

Duæ sunt viæ, vt ait Socrates, duplicesque cursus animorum è vita exeuntium. Nam qui se humanis vitijs contaminarunt, & se totos libidinibus dediderunt, ijs deuium est quoddam iter & seclusum à concilio deorum. Qui autem se integros castosq; seruarunt, quibúsque fuit minima cum corporibus contagio, suntq; in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilis pater reditus. *1. Tuscul.*

Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumq; se quasi ministros præbuerunt, impulsúq; libidinum voluptatibus obediẽtium, deorum & hominum iura violarunt, corporibus elapsi, circa terram ipsam volutantur: nec in hunc locum cœlestem, id est in cœlum, nisi multis exagitati seculis reuertuntur. *In Somn. Scip.*

Animus solus, nec cùm adest, nec cùm discedit, apparet. *Cato maior.*

Omnium animi immortales sunt, sed bonorum, fortiumq; diuini. *2. De legib.*

Bonorum virorum mentes mihi diuinæ atq; æternæ videntur, & ex hominum vita, ad deorum religionem sanctimoniamq; demigrare. *Pro C. Rabirio.*

Sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc. *In Somn. Scip.*

Corpus hoc est mortale, animi verò motus sempiterni. *Pro Sestio.*

Nihil interest, motu animi sublato, inter pecudem & hominem: sed ne inter hominem & saxum aut truncum, aut quiduis generis eiusdem. *In Lælio.*

Duplex est vis animorum: vna pars in appetitu posita, altera in ratione, quę docet & explanat quid faciendum fugiendum've sit: ita fit vt ratio pręsit, appetitus verò obtemperet. *1. Offic.*

Est animorum ingeniorumq; nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioq; naturæ: doctoq; homini & erudito cogitare, est viuere. Sapientis enim cogitatio, non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. *4. Acad.*

Animus

4.Tuscul. Animus perturbatus & incitatus, nec cohibere se potest, nec quo loco vult, coosistere omninò.
3.Tuscul. Animus æger neq; pati neq; perpeti potest: cupere nunquam desinit.
1.De finib. Animi morbi sunt cupiditates immensæ, inanes diuitiarum gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, quæ animos excedunt, conficiuntq; curis.
2.De finib. Aegris corporibus simillima est animi ægritudo.
3. Offic. Aequè animo dolemus, dum corpore dolemus.
Errat qui vllum aut corporis aut fortunæ vitium, animi vitijs grauius existimat. 3. Tuscul.
3.Tuscul. Morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quàm corporis.
3.Tuscul. Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est.
3.De finib. Animi lineamenta pulchriora sunt, quàm corporis. Rectè solus liber nec dominationi cuiusquam parens, neq; obediens cupiditati. Rectè inuictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula iniici nulla possunt.
5.De finib. Corpori tantum præstat menos excellens perfectio, vt vix possit cogitati quid interfit.
De Vniuers. Deus & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori.
2. Offic. Vt multo maiora sunt opera animi, quàm corporis: sic eæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, grauiores sunt, quàm hæ quas viribus.
Philipp. 11 Quò maior est vis animi quàm corporis: hoc sunt maiora ea quæ concipiuntur animo, quàm illa quæ corpore.
2.De finib. Maior est animi voluptas quàm corporis.
Cato maior. Voluptate animi nulla potest esse maior.
1.De finib. Corpore nihil nisi præsens, & quod adest, sentire possumus: animo autem & præterita & futura.
5.Tuscul. Corpus tandiu gaudet, dum præsentem sentit voluptatem: animus & præsentem percipit pariter cum corpore, & prospicit venientem, nec præteritam præterfluere sinit.
1.Tuscul. Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum.
De Vniuers. Deus animum conclusit in corpore.
1. Offic. Exercendum est corpus, & ita efficiendum, vt obedire consilio, rationiq; possit in exequendis negotijs & in labore tolerando.
2.De legib. Redditur terræ corpus.
4.Ad Heren. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.
Cato maior. Non viribus aut velocitate, aut celeritate corporum, res magnæ geruntur, sed consilio, autoritate & sententia.

Animus relaxetur aliquando oportet.

2.Philipp. Homines quamuis in rebus turbidis, tamen si modò homines sunt, interdum animis relaxantur.
Pro Planc. Otij non minus quàm negotij ratio extare debet.

Animi ingenui proprium.

Cic. Curio fam. 2 Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.

Animus inflatus.

3.Tuscul. Vt membrum turgidum ac tumidum vitiosè se habet: ita inflatus animus & tumens in vitio est.

Animus à se dissidens.

Vt ciuitas in seditione non potest esse beata, nec in discordia dominorū domus: sic animus à seipso dissidens, secumq; discordans, nullam gustare partem liquidæ voluptatis ac liberæ potest. 1.De finib.

Animus conturbatus.

Quemadmodum oculus cōturbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum & reliquæ partes, reliquum've corpus, cùm à statu est motum, officio suo & muneri deest: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suū: munus autem animi, est ratione vti. 3.Tuscul.
Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes cultū fructum ferunt. 2.Tuscul.
Vt ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine doctrina animus. 2.Tuscul.

Animi intentio.

Vt onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remissis opprimunt: sic animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. 2.Tuscul.
Vt natura alius ad aliquem morbum procliuior: sic animus alius ad alia vitia est propensior. 4.Tuscul.

Animi appetitio.

Vt membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant: sic appetitio animi non ad quoduis genus vitæ, sed ad quandam formam viuendi videtur data, itemq; & ratio, & perfecta ratio. 3.De finib.

Animi varietas.

Vt in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, (alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandū valere: itemq; in formis, alijs dignitatem inesse, alijs venustatem) sic in animis existunt etiam maiores varietates. 1.Offic.

Animus absque fide.

Vt locus in mari sine portu nauibus nō potest esse tutus: sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse in ijs rebus quę sub eandē rationē cadūt. 1.De amicit.

Animus perspicuis cedat.

Vt enim necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi: sic animum perspicuis cedere. 2.Academ.

Animus fatigatus quiete gestit.

Quemadmodum volucres videmus procreationis atq; vtilitatis suæ causa fingere & construere nidos, easdem autē, cùm aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare: sic nostri animi forensibus negotijs, atque vrbano opere defessi gestiunt, ac volitare cupiunt vacui cura atque labore. 2. De Orat.

Ex Apophth. Erasm.

Habet hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis aliquid diuinitatis, si sese intenderit ad rerum sublimiorem speculationem.
Hominis animus est corpori seu carceri inclusus, quod quò reddas habitius, hoc magis grauatur animi vis.
Animus in profunda tranquillitate constitutus, veros affectus prodit: contrà quæ vigilantes non audent profari aut agere, ea noctu occurrunt in somnijs.

Miserior est egestas animi, quàm corporis.

Corporis vigorem adimit ætas: animi vis, ad extremam vsq; durat ætatem.

Quod animo insculptum est, nisi cum vita eripi non potest.

Animus habet quo se delectet, etiam occlusis sensibus.

Vt ornamenta ingenij longè pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus: ita animus natura multò præstantior est corpore.

Mentis integritati, corporis etiam habitum & cultum oportet congruere.

Animorum morbi sunt cupiditates.

Animi domicilium est corpus.

In eruditis ac sobrijs vis animi non elanguescit, sed viget potius, augeturq; vsu & exercitatione.

Animus in corpore veluti præsidio collocatus est: nonnunquam tamen corpori plurima ab animo veniunt mala.

Animo ægrotanti medicus est oratio.

Non rectè amat vxorem, qui corpus magis amat quàm animum.

Animi robur & vis naturæ, magno vsui possunt esse Reipub.

Animus nec inepto pudori, nec superstitioni est obnoxius.

Animi bona.

In animi bona nullum ius habet fortuna.

Tum externa bona reddemus nobis stabiliora, si quædam sepofuerimus, nec fortunæ volubili commiserimus.

Frustra parat opes, qui veris animi bonis vacat.

Sola animi bona non sunt violentiæ obnoxia, nec possunt à fortuna eripi.

Morbus animi.

Ex Plutarch. Moralibus.

Morbi corporis pulsu, & colore deprehenduntur: eorumq; aduentum calor & lassitudo prænunnant: at animi morbos plerięq; non intelligunt esse morbos.

Animi motus.

Vt periculosior est tempestas quę non finit in portum appellere, quàm quę vetat nauigare: ita grauiores animi motus, qui non finunt hominem consistere, ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates.

Animo ægrotantes.

Qui corporis morbo laborant, quieti se tradunt, medicum accersunt, abstinent: sed qui ęgrotant animo, quò grauius ægrotant, hoc magis abhorrent à quiete, & à medico.

Animus otio torpet.

Vt ferrum, si non vtaris, obducitur rubigine: sic animi vigor, nisi negotijs tractandis exerceas.

Vt ferrum, aut æs vsu splendescit: sic exercendis negotijs enitescit animi vigor.

Vt arcus tensus rumpitur: sic animus remissus frangitur.

Animus affectu laborans.

Oculo lippienti non est admouendum lumen: nec animus affectu laborans admittit graue admonitionem, sed admiscenda laus est, ac sic medendũ.

Animus ratione regendus.

In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus anchoræ retineat alto infixæ vado: sic in magnis rerum procellis summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Animus principis primum curandus.

Vt medicus libentius sanat oculum, qui pro multis videt, multosq; custodit: sic philosophus libentiùs principis animum instruat, qui pro multis sollicitus est.

Vt auis capta, si diutius alatur in carcere, etiamsi dimittatur, studet eò redire: sic animus diu versatus in hoc corpore, non facilè reuellitur: at puerorum animus lubentius euolat.

Quemadmodum igni si extinctam subitò facem admoueas, statim tedaccenditur: sic animus si statim euolet à corpore, facilè redit in suam naturam.

Animus liber metu.

Vt corpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: ita animus non capit veram voluptatem, nisi liber metu, ac cæteris affectibus.

Animus vitiosus.

Vt locus supinus ac mollis nihil expellit quod inciderit, nec potest auertere: sic animus vitiosa præditus verecundia, nulli peruius est, nisi turpibus affectibus.

Animi venatio.

Pueri ludentes saxis petunt ranas, at illæ tactæ seriò emoriuntur: sic nos animi causa venamur, sed feræ seriò occiduntur.

In Animum fortuna nihil potest.

Vt os non secatur trama, nisi prius cinere & aceto præmollitum, nec ebur inflecti potest, nisi zutho prius molle fiat: sic fortuna non potest reddere vulneratos animo, nisi accesserit malitia.

In aduersis præparandus Animus.

Vt sapiens gubernator in tranquillitate tempestatem expectat: ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus est animus.

Animi voluptas.

Vt maior dolor obscurat minorem: sic animi voluptas corporis delectationem.

Animus moderato labore leuatur.

Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocantur: sic animus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur.

Animus otio recreandus.

Lyram & arcum remittimus, quò melius possint tendi: ita recreandus otio animus, vt ad labores reddatur vegetior.

Animus dubius.

Vt in lance momẽtum in partem ęquè propensum est, & in neutram inflectitur: ita dubius animus.

Vitia quædam animi grauiora.

Vt corporis vitia sunt grauiora, quæ faciunt vlcus: ita quędam animi vitia ob id sunt grauiora, quòd vehementius perturbant: minus enim cruciat, si quis

si quis non credat esse deos, quàm si quis superstitiosè timeat deos.

Animi affectus.

Vt grauiora corporis vitia, quæ in vulnus & in tumores erumpunt: ita animi affectus, qui grauibus curis vitam reddunt molestam: vt vinum est ex aromis omnia nata credere: at oon angit animum, quemadmodum auaritia.

Animus vitiosus.

Vt caro, quæ callo obduruit, non accipit vibices plagarum: ita animus assuetudine peccandi non commouetur correptione, licet acri.

Animus commotus.

Non vtimur aqua turbata, nisi constiterit: multominus vtedum est animo commoto, priusquàm ad se redierit.

Qui se vnà cum ipsis ædibus incendunt, omnia intus tumultu complent, vt nec videre possint, nec despicere quid sit vtile: sic ira cōmotis animus.

Vt ferrum recoue & infirmum, si denuò fodiatur, facilè frangitur: sic animus sæpe cōmotus ira, qualibet de causa commouetur.

Vt munita tyraonis ab alienis tolli oō potest, à familiaribus potest: ita cōcitatus animus ex se præber, quo soluatur ira.

Nauis deserta recipit gubernatorem, si quis velit in portum reducere: at animus ira percitus non admittit gubernatricem rationem aliunde, nisi intus ratio clauum arripiat.

Vt nutrices pueris dicunt, Ne plora, & accipies: ita dicendum animo commoto, Ne clama, ne festina, ac melius quæ vis, consequeris.

Animus malè conscius.

Vt quibus domi multum est malorum, gaudent apud alios versari: ita animus sibi malè conscius, sua horrens, de alienis agit, & malitiā suam apud alios pascit.

Animi morbi.

Vt canes feroces ad omnem vocem irritantur, ad solam notam, ac familiarem mãsuescuot: sic animi morbi cùm sæuiunt, compesci oon possuot, nisi dicta adsint nota familiariaq;, quæ commotos corripiant.

Qui oauseant inter nauigandum, existimant se melius habituros, si ex scapha in liburnicam, aut in triremē demigrarint: at nihil agunt, cùm secum circunferant timiditatem ac bilem: ita frustrà vertuot genus vitæ, qui morbos animi secum adferunt.

Qui laborant aduersa valetudine, ijs omnia sunt molesta, fastidiunt cibos, incusant medicos, succensent amicis: at restituta sanitas omnia reddit iucunda: sic animo ægroto quæuis vita insuauis, animo sano oullum vitæ genus non iucundum.

Animi affectus.

Vt calceus ad pedis formam torquetur, nnti contrà: sic vitæ genus cuiq; est eiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus.

Vt frustrà puro haurias vase è fonte turbidn: ita nō potes alijs iucundus esse, aut rebus obeundis accommodus, nisi purgaueris animum malis affectibus.

Quemadmodum admonet Xenophon vt in rebus prosperis maximè meminerimus bonorare deos, quò, si quando incideot necessitas, audacter eos possimus accersere, seu iam beneuolos & amicos: sic dicta, quæ morbis animi queant mederi, multò antè comparanda sunt, vt cùm opus est, facilè succurrant iam familiaria.

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit, non potest esse purum: sic animus, si sit infectus malis affectibus, omnia vitiat, quę accedunt: cōtrà, si purus & tranquillus.

Vt multa agrestia subnascentia in agro, mala quidem ipsa sunt, sed tamen signa fœlicis atq; vberis soli, si quis excolat: sic animi affectus per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat recta institutio.

Animus probus.

Vt qui thus tundunt, etiamsi purgentur, tamen odorem io multum tempus referunt: ita animus diu diuersatus in honestis negotijs, diu seruabit iucundam memoriam, qua fretus contemnet eos, qui vitam vt miseram deplorant.

Ex Seneca.

Animus duris assuetus.

Iumenta, quorum in aspero indurata est vngula, quamlibet patiuntur viam, in palustri pascuo saginata citò subteruntur: sic animus duris rebus assuetus minus offenditur.

Animus flecti potest.

Robora in rectum, quamuis flexa, reuocabis. Curuatas trabes calor explicat, & aliter oatæ in id fiò guntur, quod vsus noster exigit: quantomagis animus accipit formam flexibilis, & omni humore obsequentior?

Animus ad honesta fertur.

Flāma nec premi potest, nec quiescere: sic animus natiuo impetu fertur ad honesta.

Animus fortis.

Magnus gubernator & scisso nauigat velo, etsi exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad cursum: sic in corpore parum fœlici ac deficiente, tamen fortis animus sui similis est.

Animus infirmus.

Vt in corporibus morbus segnitie & lassitudine præsentitur: sic infirmus animus, priusquàm opprimatur malis, præsumptione quatitur.

Bona animi.

Ex congiario epulo, aut visceratione, tantominus redit ad singulos, quāto in plures distribuitur: non idem accidit in bonis animi, quæ tota ad singulos perueniunt, oec communicatione minuuntur.

Animus æternus.

Vt qui in alieno habitant, multis anguntur incommodis, semperq; de aliqua domicilij parte queruntur: ita animus nunc de capite, nunc de stomacho, nunc de pedibus, nūc aliud de alio queritur,

ritur, significans se non esse in suo domicilio, sed vnde breui sit emigrandum.

Animus philosophi.

Vt montium proceritas minus apparet procul intuentibus: vbi accesseris, tum apparet quàm sint in arduo: ita nemo prospicit, quàm excelsus sit animus philosophi, quantumq; supra res omnes humanas emineat, nisi propius contempleris, & imitatione ad illum accesseris.

Animus initio iuuandus.

Vt pueroru, dum primùm discunt scribere, digiti tenentur, & aliena manu per literarum simulachra ducuntur, pôst iubentur imitari propositū: sic primùm animus ad præscriptum adiuuetur oportet, donec incipiat per se philosophari.

Vt primùm est expurganda bilis, vnde nascitur insania, deinde monendus homo: alioqui qui furiosum admoneat, quomodo procedere debeat quomodo se gerere in publico, furiosior fit ipso furioso: sic primùm animus est liberandus falsis opinionibus, postea tradenda præcepta philosophiæ.

Ex Aristotele, Plinio, & Theophrasto.

Quemadmodum si ferrum inter adamantem ponas & magnetem, diuerso nisu, nunc huc, nunc illuc fertur: ita dubius animus nunc ad honesta rapitur, nunc ad diuersa trahitur affectibus.

Animus rudis.

Vt gypsum, aut argilla, dum est vda, in quāuis imaginem facilè sequitur fingentis manum: ita rudes animi ad omnem disciplinam sunt idonei.

Vt æstum maris, auctū ad decrementa lunæ, magis sentiunt imbecilliora corpora: ita rebus contrarijs vehementius commouetur animus minus sibi constans & affectibus viciatus.

Animus aduersus affectus.

Vt homini semper adest remedium aduersus serpentum virus, nempe saliua, qua contacti, ceu ser uenti perfusi aqua fugiunt, emoriuntur, etiam si in fauces penetrauerit: sic aduersus omnes pestiferas cupiditates, præsens remedium semper nobiscum circunferimus, si modò nouerimus vti, id ab animo petatur oportet.

Animus pius.

Vt vniones tametsi in mari nascuntur, tamen plus habēt cognationis cum cœlo, cuius faciem reddunt: ita pius ac generosus animus magis à cœlo pendet, vnde ducit originem, quàm à terra, in qua viuit.

Animus fortis.

Vt palmæ arboris ramus, imposito onere, non deflectitur in terram cæterarū more, sed renititur, & vltrà aduersus sarcinæ pondus erigit sese: ita viri fortis animus, quò plus negotijs premitur, quoq; magis sæuit fortuna, hôc est erectior.

Animus negotijs leuatus.

Stolonibus amputatis, omnia celerius adolescunt in arbore, nimirum alimentis in vnam collatis stirpem: ita animus leuatus superuacuis negotijs, plus efficit in studijs honestis, tota mentis vi in idem intenta.

Animus imbecillis.

Vt hominem vehementer ægrotum, vel lunæ deliquium, vel ventus asperior, vel maris decessus, aut huiusmodi quępiā leuis rerum commutatio, tollit è medio: ita animos imbecilles & affectibus corruptos quæuis offensa perturbat: cū qui firmis sunt animis, istiusmodi non sentiant.

Animus ægrotus.

Dicebat Ion sophista rem morosam esse ægrotationem. Nam ægrotis & vxor molesta est, & medicum incusant, & lectulum molestè ferunt. Ex amicis autem & qui accedit, grauis est, & qui discedit, molestus. Sic animus ægrotus & lætis & tristibus offenditur. *Ex Apopht. Erasm.*

Animus imperterritus.

Iulius Cæsar cùm Durachij milites è Brundusio expectaret, idq; tardius fieret, clàm conscensa scapha, tētauit pelagus transmittere. At cùm nauigium vndis obrueretur, gubernatori animum despondenti, quis esset, aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciasq; te Cæsarem vehere. Tanta erat animi præstantia, quasi fortunam ac deos in manu haberet.

Animus incorruptus.

Quum Menillus præsidij dux, Phocioni pecunias dare vellet, indignatus Phocion dixit, Nec illum Alexandro meliorem esse, & causam deteriorē, ob quam nunc accepturus esset, quum tunc nō accepisset. O nullis muneribus expugnabilem animum.

Animus inexpugnabilis.

Quum Pyrrhus pro redimendis captiuis multum auri misisset, aurum quidem non accepit Fabricius. Postridie verò Pyrrhus maximum elephantū emisit, qui ignaro Fabricio à tergo subitò barriens appareret. Id vbi factum est, respiciens Fabricius ac ridens dixit, Me nec aurum heri, nec hodie bellua fecit attonitum. Itaq; expertus est Pyrrhus animum vndequaq; inexpugnabilem.

Animus metu liber.

Comprehensus in Asia ab Artapherne Aristippus, rogatusq; à quodam an esset solita animi fiducia: Inepte, inquit, nunquam animo sui fidentior. Nimirum hoc illi præstabat philosophia, ne quem hominem metueret, sed cum omnibus liberè ageret.

Animus præsens.

Cùm in Africam traiecisset Scipio maior, ac terra potitus, hostium castra cremasset, Carthaginienses missis legatis fœdus cum Scipione pepigere, pollicentes se & elephantos camelosq;, & naues & pecunias daturos. Cæterùm cùm ex Italia Carthaginē nauigasset Annibal, cœpit illos conuentorū pœnitere. Id audiēs Scipio, negauit se, etiamsi ipsi vellent, pacta seruaturum, nisi prius imperatis adderent talentorum quinque milia, quòd hoc nomine Annibalem accersissent.

Animus verè regius.

Cùm accepisset Alexander esse quēdam qui contumelijs ipsum impeteret, Regium est, inquit, quum facias bene, audire malè. Nihil hoc dicto generosius

rosius esse potest.

Animi cultus.

Adhortabatur iuuenes Socrates, vt se ad speculũ intuerentur, & si essent egregia corporis forma, cauerent, ne quid ea indignum committerent: sin minus, quod corpori deesset, id ingenij cultu, morumq; honestate pensarent.

Cùm Socrates ex Xenophonte quæsijsset vbi optimæ venderentur merces, promptè respondit Xenophon. Cùm verò petijsset, vbi boni homines fierent, respondit se nescire. Me igitur, inquit Socrates, sequere vt hoc discas: absurdum est enim scire vbi tibi pares honestam vestẽ, & ignorare vnde tibi compares animi cultum.

Conspicatus adolescentulum Philosophię dantem operam, Euge, inquit, corporeæ formæ amatores ad animi pulchritudinem aduocas. Sennens illum hoc agentem, vt animum virtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc consequuturum, vt longè meliores amicos sit habiturus. Nihil enim sapientia pulchrius, nihil virtute amabilius.

Thales Milesius aiere solebat non esse fucandam faciem, sed animum honestis studijs exornandũ, quòd hæc forma veros conciliet ac perpetuos amicos.

Animi lux.

Illud amicis ac discipulis inter disserendum frequẽter ingerebat Carneades: Visum accipere lumen à circunfuso aëre, animum autem à disciplinis liberalibus. Sennens ingenium adolescẽtum disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ mysteria reddi perspicax.

Animus homo est.

Rogatus à Critone Socrates quomodo sepeliri vellet: Multam, inquit, ô amici, operam cõsumpsi: Critoni enim nondum persuasi me hinc abiturum, neque mei quicquam relicturum. Sed mihi crede, quum hinc excessero, nemo me vestrum consequetur. Sennẽs animum nihil aliud esse quàm hominem, corpus verò domicilium animi.

Animi bona vera.

Dionysius Milesius sophista insignis, in Heliodorum quem vnicè amabat Adrianus Cæsar, torsit hoc dictum: Cæsar potest honorem ac pecunias largiri, Rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorũ studio potius quàm iudicio, fecerat magistrum epistolarum.

Animi bona.

Cum ciuibus aliquot suis nauigans naufragio eiectus est Aristippus. Qui cùm in littore mathematicas vidisset figuras in arena depictas, Salua, inquit, res est (amici) hominum vestigia conspicio: & ingressus ciuitatem proximam, ibi humanissimè à doctis exceptus fuit. Sed cùm tandem hi qui cum Aristippo venerant, reditum in patriam pararent, rogarentq; illum ecquid vellet suis ciuibus renunciari, Vt, inquit, studeant sibi huiusmodi parare opes, quæ naufragio non pereunt, sed simul cum possidente enatant.

Milo Crotoniates athleta, iam senex quum vidisset athletas alios in curriculo sese exercentes, fertur inspexisse lacertos suos, lachrymansq; dixisse, At hi iam mortui sunt. Meritò fleuit, qui fœlicitatẽ corporis viribus metiebatur. Animi vigor serius senescit, si tamen senescit vnquam.

Admonebat etiam Antisthenes ea esse parãda viatica, quæ simul cum naufrago enatarent. Sentiẽs bonas artes vbiq; esse in pretio, nec posse à fortuna eripi.

Animosè gesta.

Agesilaus ille magnus Lacedæmoniorum rex, sibi iucundius esse dicebat, si milites suos ditaret, quàm si ditesceret ipse.

Idem per Thraciam facturus iter, rogauit an per hostium, an amicorum regionem iret. Cæteris illum amicè recipiẽtibus, cùm Troadenses transitus mercedem postularent, centum scilicet talenta, totidemq; fœminas: admouit exercitum, & cum iis congressus, pluribus trucidatis, omnes vertit in fugam, & sibi ferro viam aperuit.

Quum Græci Asiatici, Persarum regem magnum ex more appellarent, Qua, inquit Agesilaus, re ille maior me est, nisi sit iustior ac temperantior? Contempsit vir egregius externa bona, quę vulgus suspicit, tantamq; hominis fœlicitatem animi bonis metiebatur.

Cùm Agesilai hostes exercitum fossa cingerent, ac Nectabius censeret erumpendum, & cum hoste manus conserendas, negabat ille impediendos hostes, qui pares esse hostibus studerent, non superiores. Siquidem fossa vtrinq; adimebat confligendi copiam. Cùm autem fossa penè coiret, per angustum interuallum milites instruxit, & commissa pugna illos in fugam vertit, stragem magnam hostium edidit, & ex præda magnam pecuniarum vim abstulit.

Cùm augur Cleomenem dehortaretur, ne exercitum educeret ad vrbem Argiuorũ, alioqui reditum illinc fore turpem, postquam ciuitan copias admouisset, & portas clausas, & in mœnibus mulieres vidisset, Hic, inquit, reditus nbi turpis videtur, in quo viris mortuis, vxores occlusere portas? Fortis animus, si cum æquo bonoq; fuisset coniunctus.

Cùm militum quidam de hostibus ad Leonidam dixisset, Sunt prope nos: Et nos, inquit, prope illos: significãs non minus imminere discriminis hostibus quàm ipsis.

Rursus cùm Xerxes ad Leonidam scripsisset, Mitte arma: rescripsit, Veni & cape. Maluit armis mori, quàm traditis armis turpiter de vita paciscì.

Cùm Lycurgus iuuenes quosdam, quò forent incolumes, abesse vellet à belli periculo, scireq; illos prælium minimè laturos, & ob id eos in patriam mittere vellet, singulis literas dedit perferendas. Horum tres intellecta calliditate, literas deferre recusarũt. Eorumq; vnus ita se excusans, Nõ præco, inquit, sed pugnator te sequutus sum. Alter verò, Hic, inquit, manens ero melior. Tertius porrò, Non postremus, inquit, horũ, sed primus inibo pugnam. Magnus quidem in duce animus, qui de se nihil sollicitus, iuuenum incolumitati prospexit: sed maior in tam florẽti ætate, in iuuenibus fuit vitæ contemptus.

Lysander, nec inimicis supplex, nec amicis grauis esse voluit. Nam cùm per Bœotorũ confinia faceret iter, legatos misit qui percontarentur, an rectis, an inflexis hastis transiret, declarans an amici essent, an inimici: se tamen cœpto itinere perrecturum, & per hostium agros erectis hastis iturum, per amicorum inuersis.

Lacæna quædam mulier cùm audisset filium incolumẽ, sed ab hostibus fugisse, scripsit illi: Malus de te rumor sparsus est: aut hũc dilue, aut ne sis. Præstabilius iudicauit mori, quàm cum ignominia viuere.

Quum pirata captus, ad Alexandrum deductus fuisset, rogatus cur maria auderet infestare, paucis respondit, Ego, inquit, quoniam id vnico nauigiolo facio, pirata nominor: tu quum idem facias magna classe, rex appellaris. Alexander admiratus intrepidum animum, donauit illi vitã.

Cùm Darius numerosissimum exercitum instruxisset, Alexander tanto somno correptus fuit, vt interdiu non potuerit expergisci: tandem imminente periculo ab amicis excitatus, admirati sunt quidam in eo rerũ statu, regis securitatem: Magna, dixit Alexander, molestia me Darius liberauit, qui vires suas omnes in vnum contraxit, vt liceat vno die de summa rerũ decernere.

C. Cęsar cùm Heluetios in itinere occurrere audisset, in locum quendam munitum se recepit. Ibi congregatis copijs, instructaq; acie, cùm equus illi fuisset adductus, Hoc, inquit, post victoriam vtar in persequendis hostibus, & pedes aggressus est Heluetios.

Seruilius, alijq; permulti cùm Pompeio cõcessum triumphum iniquo animo ferrent, non quòd Pompeio inuiderent, sed munera quædã poscerent, minarenturq; se pecunias, quæ in triumpho deferrentur, direpturos: quumque quidam Pompeio suaderent vt eas potius inter milites diuideret, quàm diripi sineret, respondit Pompeius se cinus omissurum triumphum, quàm militibus blanditurum, simulq; laureatos fasces eis obiecit, vt illinc inciperent direptionem: Nunc, inquit Seruilius, Pompei te verè magnũ video, dignumq; triumpho. Non iudicabat triumphum esse speciosum, nisi qui citra ambitum citraq; largitiones, benefactis redderetur.

Cyro iuniori cum hoste conflicturo, Clearchus suasit, vt se post Macedones contineret, nec se in belli discrimen conijceret, Quid ais, inquit, Clearche? iubésne vt quum regnum appetam, regno me indignum ostendam?

Quum è militibus quispiam, qui viderat Lacedæmonios per angustias montium aduentare, dixisset Pelopidæ, Incidimus in hostes, Quî potius nos in illos, inquit, quàm in nos illi?

Cùm deploratis rebus amici hortarentur Catonem, vt ad Cæsaris clementiam confugeret, respõdit victorum esse, & eorum qui deliquissent, supplicare: Catonem nec victum, nec captum esse, qui se per omnem vitam inuictum præstitisset, ac Cæsarem honestate, iustitiaq; longè superasset.

Apud Orchomenum quum milites longius euagarentur, ordinibusq; perturbatis fugam caperent, Sylla ex equo desiliens, arrepto vexillo in hostem conuolat, ita vociferans, Mihi quidem, ô Romani milites, hîc pulchrum est mori: vos interrogati quo loco ducem vestrum amiseritis, memineritis dicere apud Orchomenum. Hac voce suos reuocauit.

Sagunto à Pœnis contra fœdus oppugnato, Romani legatos misere Carthaginem, Fabiusq; exploraturus an id publico cõsilio fuisset factũ, responso accepto ferociori, sinu ex toga facto, En, inquit, vobis bellum & pacẽ apportamus, vtrum placet sumite: sed quum ferocius reclamarent, effuso sinu, Bellum, inquit, damus.

Quum Granius prætorius quæstor in Scipionis potestatem venisset, Scipioq; cæteris direptis, quæstori salutem polliceretur, respondit quæstor, Cæsaris milites salutem dare, non accipere solent. Tantum loquutus, pugione se confodit. Hos animos Cæsar suis inspirauerat.

Quum Cyperij aduersus Astyagem Medorum regem infœliciter pugnassent, mulieres in vrbem fugientibus ierunt obuiam, ac nudatis ventribus, Quò, inquiunt, ignauissimi ruitis? An nescitis vos huc iterum intrare non posse, vnde semel naturę lege egressi fuistis? Inuerso ordine matres animant mares, quæ solent à periculis auocare.

Quum audisset Demetrius Phalereus Athenienses statuas suas fuisse demolitos, quas illi posuerant: At virtutem, inquit, non euerterunt, cuius gratia illas posuerant.

Ex Aristotele in Ethicis.

Animi vis duplex.

Est igitur actionis omnis principium propositum & consilium, ex quo motio nascitur, non finis & extremum. Eligẽdi autem principium ab appetitione petendum est, eaq; ratione quæ ad finem pertinet. *Cap.2.lib.6.Eth.*

Animi pars rationis particeps duplex.

Relinquitur ergo vita ea quæ in actione versatur, quæq; ab ea parte animi proficiscitur quæ rationis est particeps. Huius porrò vis vna est, quę rationi paret: altera, in qua ipsa sedes est rationis & cogitationis. Cùm verò huius quoq; vis sit duplex, ea constituenda & ponenda est, quæ actione cernitur. *Cap.7.lib.1*

Animis multitudinis à voluptate tenduntur insidiæ.

At verò animis multitudinis à voluptate tenduntur insidiæ: quippe cùm nec bona sit, & tamen esse videatur. Itaq; pleriq; voluptatem appetunt, vt bonum: dolorem aspernantur, vt malum. *Cap.4.lib.3*

Animo alto quis dicitur.

Qui ea animi affectione præditus est, quę medium locum tenet, eundem & bonum virum & amicum esse volumus adiuncto amore. Hoc autem differt ab amicitia, quòd perturbatione eorúmque vacat amore, quibuscum ipse versatur. Neq; enim amore vel odio ductus probat, vt decet, omnia, sed quia ita animo est constitutus. Aequè enim hoc erga ignotos ac notos: erga familiares æquè, ac erga eos, quorum non est implicatus consuetudine, præstabit, nisi quòd in omnibus id faciet pro dignitate. Dictum est eum hominẽ in *Cap.6.lib.4*

in communione earum rerum quæ ad vitam pertinent,se ita esse gesturũ,vt ratio postulabit. Si honestatis vtilitatisq; rationem habuerit is, itibit rationem, qua non possit offendere, sed delectare. Si qua res sit eiusmodi, quæ turpitudinẽ facienti, eamq; non paruam afferat, vel incommodum,& molestiam:non probabit,sed aspernabitur.Cum ijs versabitur,qui authoritate præditi sunt: in alijs varietatibus suum cuiq; tribuet decorum: quantumq; in ipso est, placere volet ac gratus esse,molestus autem esse verebitur.

Animo demisso præditus.

Op.1.lib.4 Nam qui demisso abiectoq; est animo,is & quibus bonis dignus est,seipse spoliat,& malo quodam præditus est, quo se indignum bonis iudicat. Idemq; se ipse ignorat:aliter enim ea omnia expeteret,quibus dignus esset,cùm sint in bonis.

Ibidem. Animo elato stulti sunt, & se ignorant ipsi, atq; id apertè. Nam tanquam digni sint,ea aggrediuntur, quibus laus & gloria proposita est, deinde culpantur. Itemq; vestitu, gestu, alijsq; generis eiusdem se comunt, & ornant:suasq; res secundas notas volunt esse omnibus,ac de se ipsi prædicant, quòd hæ res sint ipsis honori futuræ ac dignitati. Contraria autem est magis animi magnitudini, abiectio animi,quàm elatio & altitudo. Ac quidem animi magnitudo in magno, vt dixi,honore versatur.

Animi,duæ sunt partes rationis participes.

Op.1.lib.6 Suprà dictum est,duas esse animi partes,vnam rationis participem,expertem alteram. Nunc eodem modo ea pars,quæ compos est rationis, distribuenda est.At illud proponendum est, duas esse partes rationis participes:vnã,qua res contemplamur eas, quarum principia secus euenire non possunt:alteram,qua eas quæ possunt.

In Animo tria,quæ in actione & veritate dominantur.

Op.1.lib.6 Sunt autem in animo tria, quæ in actione ac veritate dominantur,sensus,mens &appetitus,quorum sensus nullius est initium actionis. Quod ex eo intelligitur, quia belluæ sunt illæ quidem sensus participes,actionis autem nõ sunt.Quam autem vim habent in mente affirmatio & negatio, eandem etiam habent in appetitu adeptio & fuga.

Animum & mentem quisque maximè diligit.

Ac illud quidem minimè dubium est, suam cuique nostrum mentem esse maximè,eamq; à bono viro maximè diligi. Quapropter idem sibi charus est maximè alio genere charitatis, quàm quo vitio datur.

Vt autem ciuitas,omnisq; alius conuentus,sic homo id esse maximè videtur quod principatum obtinet. Sibi ergo charus est maximè, qui hoc ipsum diligit,ab eoq; init gratiam.

DE ANIMA.

Aristot. lib.1. de Anima. Anima est quasi principium omnium animalium.
Anima viuendi causa, principiumq; viuentis est.
Animæ cognitio,perutilis ad cognitionem cuiuslibet veritatis.
Animæ passiones omnes, videntur esse cum corpore.
Anima secundum Platonem est diuisibilis subiecto, ita quòd virtus intelligibilis est in cerebro, concupiscibilis in corde,& nutritiua in hepate.
Aristoteles vult eam esse indiuisibilem subiecto, sed diuisibilem secundum virtutes.
Scientia de anima, omnes alias scientias superat in nobilitate subiecti,& certitudine demonstrationis,excepta diuina.
Anima est actus corporis physici, organici, in potentia vitam habentis. Ex li.2.de Anima.
Animæ nutritiuæ operationes, & officia sunt, generare,nutrimentoq; vti.
Animatum differt ab inanimato viuendo.
Anima est principium, quo viuimus, sentimus, intelligimus,& mouemur.
Anima dat viuere viuentibus.
Anima est causa corporis triplici genere causæ, scilicet efficientis,formalis, & finalis.
Anima intelligit quando vult,sed non sentit quando vult.
In plantis anima est vna in actu, multæ verò in potentia.
Instrumenta animæ sunt, omnia corpora physica viuentia.
Plus temporis perficit anima in ignorantia, quàm scientia.
Anima est substantia,& non accidens.
Anima & materia primæ sunt substantiæ:quia sunt partes substantiæ.
Anima comprehenditur sensu.
Anima nutritiua,semper est in actu nutriendi,præterquàm in animalibus non thesaurizantibus.
Anima non est grauis nec leuis.
Anima intellectiua est locus specierum intelligibilium. Ex li.3.de Anima.
Anima non habet actu species,sed solùm potentia.
Anima,quodammodo est omnia.
Animæ functiones sunt sensus, memoria, ora, cupiditas &appetitio,voluptas insuper,& mœstitia. Ex lib.de Sensu & sensibili.
Anima bestialis in corde existens, non impedit actiones naturæ.
Animæ actio sensibilis, est communis animæ & corpori.

Ex Platone.

SOCRAT. Nónne si semper rerum omnium veritas in animo est,immortalis extitit? In Menon.

SOCRAT. Nunc quidem sufficiẽter his discussis, ne respiciamus in vllas disciplinarum vel commendationes,vel commoda:sed si qua ex natura sua vis animi veritatis est amans, eiusq; gratia cuncta peragit, hanc dicamus puritate mentis & sapientia perscrutati,considerandam,an à disserendi scientia maximè, an ab alia potius præstantiore acquiri videatur. In Phileb.

HOSP. Quid porrò,nónne videmus in eis,quorum deprauatus est animus,opiniones à cupidinibus, iram à voluptatibus, rationem à doloribus dissentire? In Soph.

HOSP. Seditionem ac morbum animæ prauitatem vocare decet. Ibidem.

PR. Aut idem est mens quod veritas,aut omnium certa Ibidem.

certa, ſimillima atq; veriſsima.

Ibidem. HOSP. Animam ignorantem, inconcinnam atq; deformẽ vocare decet. THEÆ. Videtur. HOSP. Snnt ergo duo hæc malorum in anima genera. Vnum cõmuniter improbitas nominatur, qui animæ procul dubio morbus eſt. THS. Ita eſt. HOSP. Alterum ignorantiam quidem nuncupant, prauitatem verò animæ hanc eſſe confiteri volunt. THE. Omninò concedendum eſt, de quo modò dicente te ambigebam, duo in anima genera prauitatis exiſtere: & timiditatẽ quidem intemperantiamq;, & iniuſtitiam cæteraq; huiuſmodi cuncta morbum exiſtimare debemus: plurimam verò & variam ignorãtiam turpitudinem.

Ibidem. HOSP. Dum hoc ferunt, animam eſſe aliquid volunt? THE. Ita. HOSP. Animam vnam iuſtam, iniuſtam alteram: vnam ſapientem, inſipientem alteram arbitrantur? THE. Vtiq;.

In Ciuil. HOSP. Quid mirum, ſi eadem natura patiens anima noſtra circa rerum omnium elementa, nunc veritate ipſa circa vnumquodq; in quibuſdam cõſtituitur, nunc autem circa omnia, ruſus in alijs fluctuat: cumq; in quibuſdam copulationibus rectè quodammodo opinatur tranſlata in magnas & difficiles rerum ſyllabas, hæc eadem rurſus ignorat?

In Charm. SOCRAT. Omnia vel bona vel mala ab anima in corpus & hominem totum manant, indeq; ſimiliter vt ex capite in oculos effluunt.

In Clitop. CLI. Addis eos quicunq; corpus quidem exercent, animum verò negligũt, quod natura ſubiectum eſt, colere, ſpernere verò quod imperat.

In Craty. SOCRAT. Videntur mihi præterea Orphei ſectatores nomen hoc ob id potiſsimùm poſuiſſe, quòd anima in corpore hoc delictorum det pœnas, & hoc circunſepto valloq; claudatur, velut in carcere quodam, vt σώζηται, ſeruetur.

Ibidem. SOCRAT. Quiſq; ex hoc pertimeſcit, quòd nemo poſtquam defunctus, huc redit, quódve anima nudata corpore illuc abit.

In Gorg. SOCRAT. Quoniam incredibili quadam mirabiliq; magnitudine detrimenti atq; mali vitium animæ cætera ſuperat mala, idcircò omnium eſt turpiſsimum.

Ibidem. SOCRAT. Fœliciſsimus qui non habet animi vitium, quandoquidem maximum apparuit eſſe malum.

In Phæd. SOCRAT. Oportet nos prius de natura animæ diuinæ & humanę, affectus & opera intuentes, vera nouiſſe. Hoc verò demõſtrationis huius principiũ ſit, Anima omnis immortalis: quod enim ſemper mouetur, immortale eſt: quod verò aliud mouet, ab alioq; mouetur, cùm terminum habeat motus, terminum habet & vitæ. Solùm ergo quod ſeipſum mouet, quia nunquam ſe deſerit, nunquam ceſſat moueri. Imò verò & alijs quæcunq; mouentur, id fons & principium eſt mouendi. Principium autem ſine ortu eſt.

Ibidem. SOCRAT. Quòd ſi ita eſt, vt non ſit aliud quicquã quod ſeipſum mouet præter animam, neceſſariò ingenita & immortalis eſt anima.

Ibidem. SOCRAT. Omnis anima totius inanimati curam habet, totumq; percurrit cœlum, aliâs vidiſſet, alias ſortita ſpecies.

SOCRAT. Omnium quæ ſunt circa corpus, maximè particeps diuini eſt animus. Diuinum autem, pulchrum, ſapiens, bonum, & quicquid tale dici poteſt, his vtiq; alitur maximè, augeturq; ipſa alitio animi: turpi autem & malo, contrarijsq; huiuſmodi deficit, atq; interit. *Ibidem.*

SOCRAT. Quare ſi ſecundum rectam vitæ inſtitutionem & philoſophiæ ſtudia meliores cogitationis partes obtineant, beatam atq; concordem præſentem vitam agunt ſui ipſorum domini, atq; modeſti, ea parte ſubiecta, cui animæ vitium ineſt: ea contrà liberata, ad quam probitas pertinet. *Ibidem.*

SOCRAT. Conuenit nobis hac inſuper ratione, viuentes ex mortuis fieri nihilominus quàm mortuos ex viuentibus. Quod cùm ita ſit, ſufficientem coniecturam haberi hinc animas mortuorum neceſſariò alicubi eſſe, vnde iterum reuertantur. *In Phæd.*

Secundum illud, ô Socrates, inquit Cebes, quod frequẽter vſurpare ſoles, ſi modò verum eſt, diſciplinam videlicet noſtrã nihil eſſe aliud quàm reminiſcentiam: & ſecundum hoc, inquam, neceſſe eſt nos in ſuperiori quodam tempore, ea quorum nunc reminiſcimur, didiciſſe. Id verò fieri non poſſet, niſi prius anima noſtra fuiſſet alicubi, quàm in hanc humanam ſpeciem deueniret. Quamobrem & hac ratione immortale quiddam anima videtur eſſe. *Ibidem.*

SOCRAT. Quandiu ſunt in eodem, ſunt anima atq; corpus: hoc quidem ſeruire atq; ſubeſſe natura iubet, hanc verò præeſſe atq; dominari. Secundum hæc rurſus, vtrum tibi videtur ſimile eſſe diuino, vtrum mortali? An non putas diuinum quidem tale eſſe natura vt præſit & ducat, mortale verò vt ſubijciatur ac ſeruiat? *Ibidem.*

CEB. Conſtat, ô Socrates, animam quidem ſimilẽ eſſe diuino, corpus verò mortali. SOCRAT. Animaduerte iam, ô Cebes, num hæc ex omnibus quæ dicta ſunt, conſequantur: videlicet ipſi diuino, immortali, intelligibili, vniformi, indiſſolubili, ſemper eodem modo, & ſecundum eadem ſeipſum habenti animam eſſe ſimillimam, humano verò mortali, nec intelligibili, multiformi, diſſolubili, nunquam eodem modo ſibimet ſe habenti, ſimillimum eſſe corpus. *Ibidem.*

CEB. Anima quæ inuiſibile quiddam eſt, in ſimilẽ quendam aliumq; locum migrans, excellentem, purum, inuiſibilem, nobis occultum, re vera ad bonum ſapientemq; Deum, quò ſi Deus voluerit, paulò pòſt meo quoq; animo eſt migrãdum: anima, inquam, talis, taliq; natura prædita, nunquid cùm primum à corpore liberata fuerit, diſſipabitur atq; interibit, vt multi putant? SOCR. Permultũ abeſt, ô dilecte Cebes, atq; Simmia. *Ibidem.*

CEB. Anima ſi ſic affectata diſceſſerit, nónne ad aliquid ſibi ſimile diuinum abit? diuinum & immortale & ſapiens? quò cùm peruenerit, euadit fœlix ab errore, dementia, timoribus, duriſq; amoribus, cæteriſq; humanis liberata malis: & quemadmodũ de initiatis dici ſolet, re vera reliquum tempus, vitam cum dijs agit? SOCR. Itáne dicendum eſt ô Cebes, an aliter? CEB. Ita per Iouem. SOCRAT. Sin autem polluta impuraq; diſcedat, vtpote quæ corpus ſemper amplexa *Ibidem.*

ipſum

ipsum duntaxat coluerit, & amauerit, eiusq; voluptatibus & libidinibus quasi veneficijs quibusdam delinita fuerit, & vsqueadeò capta, vt nihil aliud putet esse verum, nisi quod corporeum sit, quod tangi, quod videri possit, quódve bibat, & quod edat, & quo in venereis vtatur: quod verò oculis quidem occultum & inuisibile sit, veruntamen intelligibile, & philosophia comprehendendum, habere odio consueuerit, tremereq; & fugere: sic inquam institutam animam putásne ipsam per se synceram euadere? CEB. Nullo modo. SOCRAT. Sed infectam inuolutamq;, vt arbitror, contagione corporea, quam consuetudo coogressusq; cum corpore propter continuam familiaritatem plurimumq; eius cultum effecit quasi congenitam? CEB. Ita putamus. SOCRAT. Ponderosum verò, ô amice, id putádum est, & graue, terrenumq; & visibile, quod anima eiusmodi secum trahit: ideoq; ab eo grauatur, & ad visibilem retrahitur locum metu inuisibilis atque occulti: & quemadmodum fertur circa monuméta, sepulchraq; reuolutitur, circa quæ iam noonulla apparuerunt animarum vmbrosa phantasmata, qualia præferunt simulachra tales animæ, quæ videlicet non puræ decesserunt à corpore, sed visibile aliquid trahentes: quo fit, vt videri possint. CEB. Consentaneum est, ô Socrates.

Ibidem. CEB. Demonstrandum esse iudicas animam nostrã indissolubilẽ immortalemq; esse, ne vir philosophus in morte securus, magnaq; cum fiducia sperans in alia vita loogè beatiorem ob philosophiæ studium se futurum, insipiens sit, stulteq; confidat.

Ibidem. SOCRAT. Anima quidem mortem non suscipit. CEB. Nequaquam. SOCRAT. Est igitur anima immortalis.

Ibidem. SOCRAT. Iam verò de immortali, si nobis id cõstat, quod est immortale, esse etiã interitus oescium, consequens est animam præter id quòd est immortalis, ioteritusq; nesciam esse.

Ibidem. SOCRAT. Cùm igitur quod immortale est, etiam iocorruptibile sit, quidnam prohibet animam, si fuerit immortalis, incorruptibilẽ quoq; fore? CEB. Necessariò sequitur. SOCRAT. Imminente igitur homini morte, quod mortale quidem in eo est, interit: quod verò immortale, incorruptum sospesq; morti se subtrahit. CEB. Manifestum est. SOCR. Itaq; maximè omnium ô Cebes, anima immortalis incorruptibilisq; est, eruntq; apud manes animæ nostræ.

Ibidem. SOCRAT. Nihil aliud, cùm migrat ad manes anima, secum transfert præter eruditionem atque educationem.

Ibidem. SOCRAT. Animus moderatus & prudẽs ducem sponte sequitur, neq; ignorat præsentia: sed qui cupiditate corporis est infectus, quemadmodũ suprà dixi, per multum tempus idipsum ardenter afficitur: & circa locum visibilem multis reluctatus modis, multaq; perpessus, vix tandem ab eo adducitur dæmone, cui eius cura erat iniuncta. Cùm verò ad ea loca, vbi alij quoq; animi sunt, peruenerit, quisquis admodum immundus est, & huiusmodi obnoxius crimini, qui vel iniustis se contaminauerit cædibus, vel alia his similia, similiumq; animorum opera perpetrauerit, hunc quidẽ animum omoes fugiũt atq; declinant, nec reperitur vllus, qui vel socius vel dux eius fieri velit. Itaq; omni auxilio destitutus eò vsq; pererrat, quoad certa temporũ curricula impleãtur. Quibus tandẽ impletis in habitationẽ sibi cõueniẽtẽ ab ipsa oecessitate transfertur. Qui verò purã, moderatamq; trãsegerit vitam, deos socios, ducesq; ibi nactus habitat, vbi vnicuiq; coouenit.

SOCR. Ego dico quòd ipsa anima circa res ipsas mentiri, & meotitum esse, & inscitia falli, atq; in ea habere accepisseq; mendacium, nullus vnquam eligeret. Mendacium quippe habere in animo, summoperè omnes oderunt. *2. de Rep. Dia.*

SOCR. Mihi non videtur bene affectum corpus, virtute sua bonum animum facere: sed contrà, bene affectus animus, virtute sua corpus, quoad fieri potest, optimum reddere. *3. de Rep. Dia.*

SOCRAT. Nónne si postquam mentem sufficiẽter instruxerimus, tradamus ei, vt quæ ad corpus pertioent, diligenter & exactè inquirat, & curet, nos autem quasi quasdam formulas proponemus, ne longiores simus, rectè vtiq; faciemus? GLAVCO. Omniò. *Ibidem.*

SOCRAT. Quando animus illi inhæret, in quo veritas, & ipsum ens emicat, intelligit illud cognoscitq;, & intellectũ habere videtur: sed cùm ad id fertur quod tenebris est permixtum, quod videlicet generat atq; corrumpitur, eius obtunditur acies, opinionesq; versat varias, ac mentis expers esse videtur. *6. de Rep. Dia.*

SOCRAT. Quando totus animus cum ea parte, in qua est philosophia, procul ab omni seditione conspirat, tunc euenit, vt quæq; pars officio suo fungatur, & iusta sit, & proprias sibi voluptates atq; optimas, adde quoad fieri potest, verissimas, consequatur. *9. de Rep. Dia.*

SOCRAT. Animus totus in naturam optimam restitutus, eo pretiosiorem sumit habitum, temperaotiam & iustitiam cum prudentia adipiscens, quàm corpus cùm robur & formam, tum sanitatem coosequitur, quo anima est corpore pretiosior. *Ibidem.*

SOCRAT. Illuc oculos cõuertere decet, ô Glauco. GLAV. Quònam? SOCRAT. Ad ipsius, inquam, philosophiam, & circa illam oportet aoimaduertere quæ attingit animus, & quibuscum consuetu dinem inire affectat & oritur, vtpote qui cognatus sit diuino, immortali & sempiterno. Qualisq; prętetea futurus sit, quãdo eiusmodi totus naturam sequatur, per hunc affectũ nixumq; eductus ex pelago, quoad præsens mer gitur, nudusq; emergẽs excusso sabulo & ostreis, quæ ei nunc tanquam ex terra nutrito, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inhærescuot, propter eam vtiq; alimoniã quam pleriq; beatã existimãt. Tuoc demum veram naturam ipsius animi contemplabimur, agooscemusq; vtrum varia sit, an simplex, qualisve sit omnis eius cõditio. *10. de Rep. Dia.*

TIM. Ille tam generatione quàm virtute priorem antiquioremq; animam corpore constituit, vtpote quæ obedienti corpori esset imperatura. *In Timæ.*

TIM. Ratio ad ipsum, quod idem est, vergens atq; veridica, tam circa alterũ quàm circa idẽ versata, & sine sooo strepituq; omni in eo quod seipso

mouet

mouetur, reuoluta, quando ad sensibile aliquid se conuertit, si tunc etiam alterius diuersæq; naturæ circulus rectè per omnem ipsius animam rem ipsam nunciet, opiniones fideiq; assensiones firmas veras&q, producit. Quando rursus circa rationale se versat, & ipsius quod idem est, circulus se aptè reuoluens rem denuntiat, intellectus necessariò scientiaq; perficitur. Hęc quisquis in alio quàm in anima fieri dixerit, à vero penitus aberrabit.

Ibidem. TIM. Mentem à nulla re alia, nisi ab anima possideri conuenit. Hæc verò aspectum effugit oculorum.

Ibidem. TIM. Cæterùm ne diuinum vlla mortalium contagione, nisi quantum summa necessitas cogeret, pollueretur, seorsum ab illo in alia corporis sede mortale collocauerunt: atq; à pectore caput, ceruice & collo interiecto separauere. In pectore igitur & thorace mortale genus animæ posuerunt: cumq; id naturaliter partim melius, partim deterius esset, disposuerũt rursus thoracis capacitatẽ, discernentesq; sedem tanquam virorum alterá, alteram fœminarũ. Cartilaginẽ enim quandam, nomine diaphragma, quod etiã phrenas vocant, inter hæc mediam interiecerunt. Partẽ igitur animæ fortitudinis iracundiæq; participem contentiosamq;, capiti propinquiorem fecere inter diaphragma ceruicemq; mediam, vt hæc obediens rationi vnà cum ipsa cupiditatum genus vi illata coërceat, si quando rationis in arce capitis habitantis iussa cupiditas respuat.

Ibidem. TIM. Rursus dolore afflictus animus, similiter propter corpus in prauitatem plurimam incidit.

Ibidem. TIM. De præstantissima animæ nostræ specie ita est sentiendum. Nempè hanc Deus vt dæmonem nostrum cuique tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad cœli cognationem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quàm terreno semine nata, quod quidem rectè admodũ dicitur. Vnde enim primus animæ datus est ortus, inde diuina vis caput radicemq; & originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus.

9. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Humana ad diuina, diuina verò ad mentem principem referenda: vt mens in vnum hæc omnia colligens, eò deducat, vt temperantiam & iustitiam potius quàm diuitias ambitionémve sequatur.

5. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Cuiusq; animus omnium suarum rerum post deos, cùm sit maximè suus, diuinissimus est.

Ibidem. ATHEN. HOSP. Nemo rectè animum suum honorat, quamuis videatur.

Ibidem. ATHEN. HOSP. Homini profectò nihil animo aptius & sagacius est ad fugiendum malum, ad vestigandum eligendumque quod est omnium optimum, eiq; per omnem vitam firmiter adhærendum.

Ibidem. ATH. HOSP. Est animus, vt diximus, re vera, in omnibus omnium præstantissimus.

10. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Vniuersa quæ in cœlo sunt, quæ in terra, quæ in mari, suis motibus anima ducit, quibus nomina sunt, velle, considerare, curare, consultare, rectè & non rectè opinari, lętari, dolere, audere, metuere, odisse, diligere, & cæteris præterea motibus omnibus, qui horum affines primiq; sunt, qui ei secundos corporum motus suscipientes, omnia in augmentũ, decrementumq; perducũt, concretionem, vel condensationem, & discretionem, vel rarefactionem: & in ea quæ ista sequuntur, caliditates, frigiditates, grauitates, leuitates, durum, molle, album, nigrum, austerũ, dulce, amarum: & deniq; omnibus, quibus anima vsa si intellectum quoque semper diuinum acceperit, rectè cuncta dijs recta fœliciaq; perducit: sin verò amentia coniuncta fuerit, omnia his contraria facit.

ATHEN. HOSP. Credẽdum est & de alijs legumlatori, & de anima, cùm eam dicat omninò à corpore differre, nec aliud præter ipsam esse, quòd in hac vita facit vt quilibet nostrum hoc ipsum sit quod sumus: corpus verò tanquam imaginarium quiddam hominem sequi. *12. de Leg. Dial.*

ATHEN. HOSP. Natura quodammodo & sine ratione animus fortis efficitur: sed absque ratione prudẽs anima & mentis compos nec fuit vnquam, nec erit. *Ibidem.*

ATHEN. HOSP. Vnum quidem illud de anima suprà dictum, quòd antiquissima diuinissimaq; omnium sit, quorum motus generationem sortitus, substantiam semper fluentem produxit. *Ibidem.*

ATH. HOSP. Non est aliud quicquam, quod incorporeũ esse queat, & omninò coloris expers, extra illud diuinissimum genus, in quo est anima. Cuius generi soli fingere fabricareq; conuenit: corpori verò fingi, gigni, atq; oculis cerni. *In Epinom.*

ATH. HOSP. Sed animæ generi, vt iterum repetamus, conuenit vt inuisibile sit, cognitionis compos, intelligibile, memoriæ, rationisq; in ipsis imparibus paribúsve transmutationibus particeps. *Ibidem.*

ATH. HOSP. Animæ intellectum habentis necessitas, omnium necessitatum maxima est. Ducens enim, sed non ducta, gubernat. Quando autem anima, quæ res optima est, consilio secundum optimũ intellectum se gerit, tunc sine persuasione id quod verè secundum intellectum perficitur, necessariò eueniet, nec adamas solidius immobiliusq; esse poterit. *Ibidem.*

ATHEN. HOSP. Animam ita differre à corpore, quòd illa mentem habeat, hoc non habeat: illa dominetur, hoc subijciatur: illa omnium passionum corporibus, hoc nullius causa sit. *Ibidem.*

ATHEN. HOSP. Animus certè facilis ille est, qui tardam, cõtrariámve naturam mansuetè & mediocriter possidet: fortitudinem admiratur, & temperantiam diligit: & quod maximum est in his naturis, prõptus est ac memor, & huiusmodi rebus maximè delectatur, discendi studio deditus. *Ibidem.*

Rebus carentibus anima nihil vel bonum est vel malum existimatione dignum: sed vnicuique animæ id accidet, aut dum est cum corpore, aut à corpore separata. *Epist. 7*

SOCRAT. Neque mortalis natura in tam varias res attollere sese posset, vt contemneret ingentium ferarum vires, maria transmitteret, conderet vrbes, Respub. constitueret, respiceret etiam in cœlum, & astrorum videret resolutiones, cursusque solis & lunæ, ortus item & occasus: *In Axioc.*

de!ect

defectus, celeritatem, distanoas, æquinoctiaq́, & duplices conuersiooes, Pleiadum etiam & hyemis atque æstatis ventos, imbriumq́; casus, & horrendos turbinum rapnis, vt comprehensos quoq; mundi labores seculis traderet:nisi diuinus quidam meotibus nnstris spiritus inesset, quo complexum nootiamq́; tantarum attingeret rerum.

Ibidem. SOCRAT. Illud ratione adductus solùm scis coostanter, quòd immoıtalis omnis est anima, quæcunq; ex hoc loco transfertur, & prorsus expers doloo's. Siue sursum ergo ô Axioche, siue seorsum, beatus sis oportet, qui probè, pieque vixisti.

Animus in pedes decidit.

Qui vehementer consternantur atq; expauescunt, ijs animus in pedes dicitur decidere. Vnde extat prouerbium:

Totus animus mihi erat in genibus, id est, vehementer eram exanimatus.

Homer. Iliad. 3 Pauor ingruit ingens
Omnibus, inq; pedes animus mox decidit imos.

Animo quæ statueris, omnia non eueniunt.

Homer. Iliad. σ Iuppiter haud quicquid animo conceperis, illud
Perficit extemplo.

Pindarus in Olympijs. Multa mortalibus præter animi sententiã eueniũt.

Animus bonus in re mala.

Plautus. In re mala, animo si bono vtare, adiuuat.
Fortiter ferendo vincitur malum, quod euitari nõ potest.

Idē in Pseudo. Boous animus in re mala dimidium est mali.

Animus in corijs.

Terent. Animus est in patinis.

Aristophanes. In ijs quidem sum lapsus, at veniam dabis:
Nam mens profectò nostra tum in corijs erat.

Athenæus. Dipnos. 9b. Ne quis loquatur, capere nunquam quibimus:
Nam mens quidem ipsa mensæ adhæret proxima.

Animus præsens.

Hom. Odyss. ε Omnibus in rebus potior vir fortis & audax,
Sit licet hospes, & è longinquis venerit oris.

Liuius lib. 8 ab Vrb. cond. Sed euentus docuit fortes fortunam adiuuare.

Animus heptaboeus.

Animus fortis & inuictus.

Aristophanes in Ranis. Sed spirantes spicula & bastas, albasq́; in vertice cristas,
Adde his galeas, adde his ocreas, animos quoque septiboumos.

Anima ciuitatis lex.

Demosthenes orator leges ciuitatis animam esse dixit. Vt enim exanime corpus procumbit, similiter ciuitas, si leges absint, non consistit.

Anima iniuriam accipit.

Hieron. in opere de Iustitia. Quandoquidem author iniuriæ ignorat seipsum lædi pro alijs quibus nocere studet, intelligat quòd duplex est iniustioa, à qua primũ ipsemet læditur, deinde illa pars quæ iniuria afficitur. Quòd si non tot passionibus, &, si fieri posset, nullis malis obrueretur anima, haud tantum in iudicando hallucinaretur. Quare optãdum est oe propter stupiditatem eos qui iniuriam patiũtur, magis quàm ipsos authores lædi existimet. Vna satiè pars est nostri, quæ semper ab omnibus sic affectis iniuriam accipit, nempè ipsa anima.

Anima nihil pretiosius.

Nihil enim preoosius est anima: *Euripides in Orest.*
Mortalibus enim cunctis anima chata misericordiam mouet.

Animi mores in vino apparent.

Rudiratem, vt ait Heraclitus, cùm aliàs celasse non est facilè, tum in vino multò maximè. Testatur & Plato animi mnres in vino apparere. *Plutarchus.*

Anima post deos colenda.

Vide igitur, ô studiose pulchritudinis, & diuinam senteotiam sequere, qua pręcipitur animam post deos colendam esse: corpus autem teroo loco à superis. Est autem animæ culnis disciplina, & mens ad prudenoam composita. Nulla enim ferè alia institutio bomines dijs cognatos efficere potest. *Xenophon.*

Animæ distributio.

Anima boc modo distributa est. Vna eius pars est ratio, altera animositas, tertia cupiditas. Ratio cognitionem obtinet, animositas iracundiam, cupiditas quam principalem animæ partẽ vocant, liberè continet. Cùm igitur pariter hæc tria cõuenerint in vnam harmoniam redacta, virtus & consensus animæ fit: vbi verò mutua discordia diuelluntur, vitium & dissensio animę oboritur. Porrò virtus oecessariò tria hæc complectitur, raoonem, potentiam, ac voluntatem. Rationalis igitur animæ partis virtus est prudẽtia: est enim iudicandi & contemplandi habitus. Animosæ partis, fortitudo: vtpote habitus qui resistit difficultati rerum, easq́; suffert. Partis ad cupiditates pronæ, temperanoa: nam mediocritas est, & cõtinentia voluptatum corporis. Totius autẽ animæ iustioa. *Theages.*

Habet autem hoc primum dispositioois vestigium etiam ipse bomo in animæ suæ partibus. Sunt enim animæ partes, ratio, animositas & cupiditas. Ratio quidem, patrisfamiliàs & priocipi cõsimilis est, vtpote natura senior, & geoeratione sua ad cogitandum dijudicandumq́; maximè apta. Cupiditas verò cùm sit muliebris, tenera, & mollis animæ affectus, mulierẽ repræsentat. Animositas autem, impetu & feruore plena, & rationi aut menti sæpius obediens, & sequens, iuuenem refert. *Euripides.*

Animi prauitas hominem reddit miserum.

Hæc ego mecum semper teputaui, & nunc eadem tibi propono: quòd si sapias, non exilium inter mala censebis, vt quod alij facilè ferant, sed aoimi prauitatem, quæ quandiu inhæret, miserum reddet bominem à quo possidetur. *Menander.*

Animi vinculum.

Vinculum quidẽ corporis soluit tum natura morte, tum malitia pecunijs: animi autem vinculum virtus per disciplinã, magnanimitatem & studiũ. *Epictetus.*

Animus hominis in auribus.

Hominum animus in auribus habitare videtur: bonis enim auditis, corpus gaudio repletur: contrarijs autem, ira inflatur. *Antiphon.*

Animus hominis, non vinum, ciuitates regit.

Vitis & vinum non regunt ciuitates, sed homo & hominis animus.

Animo lex constituenda.

Pythag. Teipsum maximè vereare, & hanc legem animo tuo conde, vt nihil absurdum committat.

Animus iuuenilis.

Agathon. Iuueniles animi sæpius flectuntur.

Animus Laconicus.

Xenophon. Videris enim mihi neque Laconicum habere animum, neq; animatum, decet virum modestum veram & iustam laudem respicere.

Animus ornandus.

Antiphanes. Ne coloribus ornare corpus velis,
Sed potius animum factis & moribus synceris.

Animo moderato qui vsi sunt.

Val. Max. li. 4 Valerius Publicola, exactis regibus cùm imperij vim vniuersam, omniaq; cōsulatus insignia adeptus fuisset, vltrò Spurio Lucretio collega assumpto, quia maior natu erat, priores fasces transferri iussit: domum etiam quòd in Velia tutissimo loco haberet, in suspicionem affectati regni venit. Quo cognito, apud populū questus quòd de se tale timuissent, immisit qui domum suam diruerent. Secures fascibus dempsit, eosq; populo submisit. Legem de prouocatione à magistratibus ad populū tulit. Quum diem obijsset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus est.

Furius Camillus.

Valer. Max. Tam moderatus in Furio Camillo animus viguit, vt cùm Faliscos obsideret, ac ludi literarum magister, principum filios ad eum adduxisset, vinctum eum iisdem pueris in vrbem redigendum & verberandū tradidit, ilicò Falisci se ei ob tantam animi moderationē dedidere. Illius in bello Gallico cunctatio, egregia victoria admirabilior fuit, maluitq; seipsum prius quàm hostem vincere: aduersa tutiquam præpropera festinatione fugit, nec secunda effuso gaudio apprehendit.

M. Rutilius Censorinus.

Valer. Max. M. Rutilius Censorinus Censor populum ad concionem vocatum, quàm potuit grauissima oratione corripuit, quòd eam potestatem bis sibi detulisset, cuius tēpus maiores, quia nimis magna videbatur, coarctandum iudicassent. Vterq; rectè: alter enim vt moderatè honores crederent, præcepit, alter se moderato credidit. Mortuo huic tantum æris populi liberalitate congestum, vt inde filius visceratiouem & epulas publicè daret.

Lucius Quintius Cincinnatus.

Valer. Max. Lucius Quintius Cincinnatus filium petulantissimum abdicauit. Nudus trans Tyberim arans inuentus, Dictator creatus, insignibus sumptis, Consulem obsidione liberauit. Iterum Dictator Spurium Melium regnum affectantem, occidi iussit, eiusq; domum solo æquari. Cùm eius honorem cōtinuare vellet populus, id respuit, Tribunos vetecundiæ suæ exemplū sequi cogendo.

Fabius Maximus.

Fabius Maximus sua animi moderatione patrios affectus, qui potentissimi sunt, superauit. Cùm enim à se quinquies, & maioribus suis sæpenumero gestus esset consulatus, in comitijs, quibus filius suus summo consensu Consul creabatur, quàm potuit constanter egit, vt Fabiæ genti honor ille aliquando abstraheretur, ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Valer. Max.

Africanus superior.

Non minus illustrem in recusandis honoribus, superior se gessit Africanus, quàm in promerendis. Cùm enim illi statuas in comitio, rostris, & Iouis cella ponere, eius imaginem triumphali ornatu indutam, capitolinis puluinaribus applicare, eiq; continuum Cōsulatum, perpetuamq; Dictaturā tribuere vellet populus, nihil sibi, neque plebiscito dari, neque senatusconsulto decerni passus est. Valer. Max.

M. Marcellus.

M. Marcellus, qui primus Hannibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit, à Siculis accusatus, vltrò de ijs amittēdis retulit, de se querentes patiēter sustinuit, iussosq; discedere, vt suæ defensioni interessent coegit, & quò liberius Senatus sententiam ferret, excedentes curia subsequutus est, eos supplices & orantes, vt ab eo in clientelā reciperentur, clementer excepit. Siciliam sortitus, eam collegæ cessit. Ibidem.

Tiberius Gracchus Tribunus plebis.

Cùm Tyberius Gracchus grauissimas cum Scipione Asiatico inimicitias gereret, & Asiaticus iudicatæ pecuniæ satisdare non posset, & in vincula duci iussus esset, nullusq; Tribunorū intercedere vellet, Gracchus fecessit à collegis, taleq; decretū recitauit. Cùm L. Cornelius Scipio die triumphi ante currum actos hostium duces in carcerem coniecerit, indignum & alienum à maiestate populi Romani, videri eundem ipsum duci, Itaq; id non passurum fieri. Ibidem.

C. Claudius Nero.

Etsi Liuij Salinatoris in Asdrubale opprimendo particeps gloriæ fuerat, tamen eum triumphantem equo sequi, quàm triumpho, quem ei Senatus æquè decreuerat, vti maluit. Sine curru ergo triumphauit. Eò quidem clarius, quòd illius tantummodò victoria laudabatur, huius etiam animi moderatio. Ibidem.

Africanus posterior.

Cùm Africanus censor lustrum conderet, scribaq; in sacrificio ex publicis tabulis deos solēni prece rogaret, vt populum Romanum res meliores, ampliores q; facerent: Satis, inquit, bonæ ac magnæ sunt. Itaque precare vt eas perpetuò incolumes seruent. Ac protinus preces in tabulis emendari iussit. Prudenter sensit, populo maiorem orbis partem possidenti, nihil quicquam vltra petendum esse. Idem Centurias equitum recog Ibidem.

recognoscens, cùm C. Licinium Sacerdotem peierasse audisset, Traduc equum, inquit, Sacerdos, ac lucrifac censoriam notam, ne ego in te, & accusatoris, & testis, & censoris, & iudicis egisse videar.

Q. Scæuola.

Idem. Maximum animi temperamentum in Q. Scæuola adnotatum est: tiam testis in reum productus, cùm id respondisset quod reo multum oberat, discedens adiecit: Ita sibi credi oportere, si & alij idem affeueraſſent: quoniam vnius testimonio credere pessimi esset exempli. Sic religioni suæ debitam fidem, & communi vtilitati salubre cõsilium dedit.

Metellus Macedonicus.

Idem. Acerrimè cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat. Sed tamen cùm interemptum Scipionem cõclamari audisset, in publicum se proripuit, mœstoq; vultu, & voce cõfusa, Concurrite, concurrite, inquit, ciues, mœnia nostræ vrbis euersa sunt. Scipioni enim Africano non intra suos penates quiescenti nefaria vis allata est. Eodem tempore & quantum amisisset principem, & qualem haberet, recognouit. Filios suos monuit, vt funebri eius lecto humeros subijcerent, illiusq; exequijs hunc honorem vocis addidit, Non fore vt postea id officium ab illis maiori viro præstari posset.

Metellus Numidicus.

Idem. Populari factione cùm patria pulsus fuisset Metellus Numidicus, & in Asiam profectus, eiq; Trallibus ludos inspectanti literæ redditæ essent, quibus scriptum erat, populi consensu, reditum illi in vrbem esse datum, non è theatro prius abijt quàm spectaculum ederetur: non lætitiam suam proximè sedentibus vlla ex parte patefecit, sed maximum gaudium intra se continuit. Pari vultu & exul & restitutus fuit, adeò moderato animo inter secundas & aduersas res medius fuit.

Cato posterior.

Idem. Cùm pecuniam Cypriacam, maxima cum diligentia & sanctitate Cato superior in vrbem deportasset, Senatusq; Prętorijs comitijs extra ordinẽ, rationem eius haberi iussisset, id fieri non est passus, iniquum affirmans, quod nulli alij tribueretur, id sibi decerni.

M. Bibulus.

Idem. Duobus egregiæ indolis M. Bibuli filijs, à Gabinianis interfectis, illorũ interfectores à regina Cleopatra vincti ad Bibulum missi sunt, vt grauissimę cladis vltionẽ, arbitrio suo exigeret. Ille etsi oblato beneficio, quo nullum maius tribui lugenti poterat, sui sanguinis carnifices intactos reduci iussit, dicens potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatus esse debere.

Archytas Tarentinus.

Archytas Pythagoricæ disciplinæ peritus, in patriã reuersus, cùm rura sua villici negligẽtia corrupta perspiceret, Sumpsissem, inquit, à te supplicium, nisi tibi iratus essem. Sentiens satius esse impunitum dimittere, quàm grauius iusto punire.

Plato.

Aduersus delictum serui cùm Plato vehementius exarsisset, veritus ne vindictæ modum transgrederetur, Speusippo amico castigationis arbitrium mandauit, ne acerbius in seruum animaduerteret.

Idem cùm Xenocratem discipulum impiè de se loquutum fuisse audiuisset, criminationem respuit: quęrensq; index cur sibi fides non adhiberetur, instabat certo vultu: respondit philosophus non esse credibile, vt quem tantoperè amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Postremò cùm ad iusiurandum inimici malignitas confugisset, affirmauit nunquam Xenocratem illa fuisse dicturum, nisi ea dici sibi expedire iudicasset.

Dion Syracusanus à Dionysio patria expulsus cùm Megaram venisset, & Theodorum vrbis principem alloquuturus, non admitteretur, multumq; ante fores retentus, comiti suo patienter hoc ferendũ esse dixit: Forsan enim, inquit, & nos cùm in dignitate essemus, aliquid tale fecimus. Qua animi moderatione exilium placidiorem reddidit.

Stasippus Tegeates, hortantibus amicis, vt grauem in administratione Reipublicæ collegam, sed alioqui probum, vel tolleret, vel summoueret, negauit se facturum, ne quem in patriæ tutelam bonus ciuis locum occuparet, malus & improbus obtineret.

Pittacus Alcæum poëtam & odij amaritudine, & viribus ingenij pertinacissimè vsum, etsi tyrannidem Mitylenæ fuisset adeptus, tantùm quid in opprimendo posset, admonuit.

Antiochus Asia prouincia, vicinisq; ei gentibus amissis, gratias egit populo Romano, quòd nimis magna procuratione liberassent eum, & modicis regni terminis vteretur.

De septem Sapientibus.

Cùm in Milesia regione à piscatoribus quidam iactum emisset, & extracta aurea magni ponderis mensa fuisset, orta est controuersia: alij se pisces vẽdidisse, alter se fortunæ ductum emisse contendebat: qua contentione ad populum delata, Apollinem consuluere cui mensa adiudicari deberet. Deus respondit illi esse dandam, qui sapientia cæteros præstaret. Tunc Thaleti mensam dederunt, ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alteri, ad vltimum ad Solonem peruenit, qui & eam ad ipsum Apollinem transtulit.

DE ANIMA.

Ex Poëtis.

Anima à Deo datur.

Sensum à cœlesti demissum traximus arce, *Iuuenal. Sat. 15*
Cuius egent prona, & terram spectantia: mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantùm animas, nobis animum quoque, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet:
Dispersos trahere in populum, migrare vetusto

De nemore,& proauis habitatas linquere syluas:
Aedificare domos,laribus coniungere nostris
Tectum aliud,tutos vicino limine somnos
Vt collata daret fiducia:protegere armis
Lapsum,aut ingenti nutantem vulnere ciuem:
Communi dare signa tuba,defendier isdem
Turribus,atq; vna portarum claue teneri.

Boëtius metro. 6. lib. 3
Hic clausit membris animos
Celsa sede peotos:
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.

Idem metro. 9. lib. 3
Tu causis animas paribus,vitasq; minores
Prouehis,& leuibus sublimes curribus aptas
In cœlum,terramq; seris,quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Silius Italicus li. 15. bel. Punic.
Postquam conticuit,finisq; est addita dictis
Tunc virtus qualnam iuuenem florentibus , inquit,
Pellicis in fraudes annis,vitæq; tenebras?
Cui raoo & magnę cœlestia semina mentes
Munere sunt concessa deûm,mortalibus alti
Quantum cœlicolæ,tantundem animalibus isti
Præcellunt cunctis:tribuit namq; ipsa minores
Hos terris natura deos.

Valerius Flaccus li. 3. Argon.
Dicam,ait,ac penitus causas,labemq; docebo,
Mopsus,ad astra tuens.Nam si mortalia membra
Sortitusq; breues,& parti tempora fari,
Perpeómur , socius superi quŏdam ignis Olympi.
Fas ideò miscere neces,ferroq; morantes
Exigere hinc animas,rediruraq; semina cœlo.

Manilius lib. 4 Astronom.
Iam nusquam natura latet,peruidimus omnem,
Et capto poómur mundo,nostrumq; parentem
Pars sua conspicimus,genitiq; accedimus astris.
An dubium est habitare deos sub pectore nostro?
In cœlumq; redire animas,cœloq; venire?
Vtq; sit ex omni constructus corpore mundus
Aetheris atq; ignis summi,terræq; marisq;
Spiritum,& in toto rapidum qui iussa gubernat:
Sic esse in nobis terrenæ córpora sortis,
Sanguineasq; animas animi,qui cuncta gubernat,
Dispensatq; hominem. Quid mirum noscere mundum
Si possunt homines,quibus est & mundus in ipsis,
Exemplumq; dei quisq; est,& in imagine parua?
An quoquam genitos,nisi cœlo,credere fas est
Esse homines?

Virg. 6. Aenei.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Paul. ad Auso.
Mens quippè lapsis quæ superstes artibus
De stirpe durat cœlici,
Sensus necesse simul,& affectus suos
Teneat æqua,& vitam suam.

Anima creatur denuo iuxta corporu exigentiam, & ambo simul crescunt, & deficiunt.

Lucr. 3. de Rerum nat.
Præterea gigni pariter cum corpore,& vnà
Crescere sentimus,pariterq; senescere mentem.
Nam velut infirmo pueri,teneroq; vagantur
Corpore:sic animi sequitur sententia tempus.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas,
Consilium quoq; maius,& auctior est animi vis.
Pòst vbi iam validis quassatum est viribus æui
Corpus,& obtusis ceciderunt viribus artus,
Claudicat ingenium,delirat,linguaq;,mensq;.
Omnia deficiunt,atq; vno tempore desunt.

Quapropter fateare necesse est,quæ fuit antè,
Interijsse,& quæ nunc est,nunc esse creatam.

Anima rationalis immortalis est, non brutorum.

Prop. li. 4. Ele.
Sunt aliquid manes,lethum non omnia finit:
Luridaq; euictos effugit vmbra rogos.

Claud. 4. Honory cō. aleta.
Disce orbis,quod quisq; sibi quū cōderet artus
Nostros æthereis miscens terrena Prometheus,
Synceram patri mentem furatus Olympo,
Continuit claustris,indignantemq; reuinxit.
Et cùm non aliter possent mortalia fingi,
Adiunxit geminas:illæ cùm corpore lapsæ
Intereunt,hæc sola manet,bustoq; superstes
Euolat,hanc alta capitis fundauit in arce
Mandatricem operum,prospecturamq; labori.
Illas inferius collo,præceptaq; summæ
Passuras dominæ,digna statione locauit.

Anima mortalis secundum Epicureos.

Sen. in Troade.
Hæc omnes petimus fata,nec amplius
Inratos superis qui teógit lacus,
Vsquam est.Vt calidis furnus ab ignibus
Vanescit per spatium breue sordidus:
Vt nubes grauidas,quas modò vidimus,
Arctoi Boreæ dissipat impetus:
Sic hic,quo regimur,spiritus effluet.
Post mortem nihil est,ipsaq; mors nihil.
Velocis spatij meta nouissima.
Spem ponant auidi,solliciti metum.
Quæris quæ iaceas post obitum loco?
Quo non nata iacent:
Tempus nos auidum deuorat,& chaos:
Mors indiuidua est noxia corpori,
Nec parcens animæ.

Lucret. lib. 1. de Nat. rerum.
Ennius æternis exponit versibus,edens
Quòd neq; pmaneát animæ, neq; corpora nostra.

Anima agilis est & inuisibilis.

Ouid. li. 8. Met.
Inq; leues abijt paulatim spiritus auras.

Virg. 6. Aenei.
Da iungere dextras,
Da genitor,teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans,largo fletu simul ora rigabat,
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus ventis,volucriq; simillima somno.

Silius Italicus lib. 13. bell. Pun.
His alacer colla amplexu materna petebat,
Vmbraq; ter frustra per inane petita fefellit.

Anima dei in contemplatione sita, toruos intuetur tyrannos à vera patria exules.

Boëtius metro 1. lib. 4
Quòd si terrarum placeat tibi
Noctem relictam visere,
Quos miserè toruos populi timent,
Cernet tyrannos exules.

Anima à terrenis sublenata obscuras ruinas vitat, deumq; finem ac principium suum cognoscit.

Boëtius metro. 10. lib. 3
Hoc quicquid placet,excitatq; mentes,
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor,quo regitur,vigetq; cœlum,
Vitat obscuras animæ ruinas.

Idē metr. 1. li. 4
Huc si te reducem referat via,
Quam nunc requiris immemor,
Hic dices,memini,patria est mihi:
Hinc ortus,hîc sistam gradum.

Anima

Animæ corporibus vnitæ in obscuro carcere, & multis passionibus deditæ sunt.

Virg. 6. Aen. Seminibus quantum nō noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra,
Hinc metuūt, cupiuntq;, dolēt, gaudētq;, nec auras
Aspiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.

Animæ bonæ ad loca ducuntur amœnißima.

Virg. 6. Aen. Hic locus est, partes vbi se via findit in ambas
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit.
Hac iter Elysium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Ibidem. Exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.
Luca. li. 3. bel. ci. Sedibus Elysijs, campoq; expulsa piorum,
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesq; nocentes,
Post bellum ciuile trahor.
Lucr. 2. de Nat. rerum. Et quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli stellantia templa receptant.
Mart. 11. Epigr. Accipient olim cùm te loca læta piorum,
Non erit in Stygia lætior vmbra domo.
Sil. Ital. libr. 2. bell. Pun. At vos sydereæ, quas nulla æquauerit ætas,
Ite decus terrarum animæ, venerabile vulgus
Elysium, & castas sedes decorate piorum.
Idem libro 10. bel. Puni. Hæc Libys atque tepens crepitantibus vndique flammis,
Aetheteas anima exultans euasit in auras.
Idem 13. bel. Pu. Tum seducta loco, & laxata lucida nocte
Claustra nitent, quæ secreta per liminis vmbram
Elysios ducunt campos: hic turba piorum,
Nec Stygio in regno, cœli nec posta sub axe,
Verùm vltra Oceanum.
Idem 15. lib. At queis seruatus seminis ortus
Cœli porta pa patet.
Stat. li. 10. Theb. Dant clara meanti
Astra locum.
Idem li. 5. Syl. Parce precor lachrymis, sæuo nec cōcute planctu
Pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbram:
Sic ego nec furias, nec deteriora videbo
Tartara, & Elysias fœlix admittar ad oras.
Alcim. li. 2. Afr. Nostra loquar, nulli vatum debebimus orsa,
Nec furtum, sed opus veniet, soloq; volamus
In cœlum cursu, propria rate pellimus vndas.

Animæ hominum post mortem in brutorum corpora ingrediuntur secundum Pythagoram, quod falsum est.

Oui. li. 15. Met. Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantq; receptæ.
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.
Ibidem. Inq; ferinas,
Possumus ire domos, pecudūq; in corpora condi,
Corpora quæ possunt animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè.
Tibul. 4. Eleg. Quin etiam mea tunc tumulus cùm texerit ossa,
Seu matura dies fato properat mihi mortem,
Longa manet seu vita, tamen mutata figura
Seu me finget equum rigidos percurrere campos,
Doctum seu tardi pecoris sim gloria taurus,
Siue ego per liquidum volucris vehar aera pennis,
In quēcumq; hominem me longa receperit ætas,
Inceptis de te subtexam carmina chartis.

Quos vbi per varios annos, per mille figuras, Claudian. 4. de rapto Proserp.
Egit letheo purgatos flumine, tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia vitæ.

DE ANIMO.

Animi cupiditates qui subegit rationi, is latius regnat quàm si totum mundum suo subijceret imperio.

Latius regnes auidum domando Hora. Od. 2. li. 2
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.

Animum vincens in iuuentute, innumera reportabit bona: si verò superatus fuerit, tunc è contrà erit.

Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat suo, Plaut. in Trin.
Vtrum id itáne esse mauelit, vt eum animus æquum censeat,
An ita potius, vt parentes eum esse, & cognati velint?
Si animus hominem perpulit, actum est: si animo seruiuit, non sibi.
Si ipse animum perpulit, dum venit, victor victorum cluet.
Tu si animum vicisti potius, quàm animus te, est quod gaudeas.

Animus æger, & male deprauatus appetitu, falsa pro veris videt.

An æger animus falsa pro veris videt? Senec. in Oed.
Rusticus, anormis, sapiens, crassaq; Minerua, Hora. Sa. 2. li. 2
Discite non inter lances, mensasq; nitentes,
Cùm stupet insanis acies fulgoribus, & quum
Acclinis falsis animus meliora recusat,
Verùm hic impransi mecum disquirite.

Animi corporisq; intimatio ægritudinis perpulchra.

Viuimus, vt nunquam sensu careamus amaro, Oui. li. 1. de Pō.
Vt grauior longa sit mea pœna mora.
Sic inconsumptum Tityi, semperq; renascens
Non perit, vt possit semper abire iecur.
Siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,
Siue pruinosæ noctis aguntur equi:
Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis,
Ignibus admotis vt noua cera solet.
Nec tamen exhibuit tantas facundia vires, Ibid. ad Rufin.
Vt mea sint dictis pectora sana tuis.
Vt multum demas nostro de pectore curæ,
Non minus exhausto, quod superabit, erit.
Nec cœlum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec aura: Idem lib. 3. de Tristib.
Hei mihi, perpetuum corpora languor habet.
Seu vitiant artus ægræ contagia mentis,
Siue mei causa est in regione mali.
Vt tetigi Pontum, vexant insomnia, vixq;
Ossa tegit macies, nec iuuat ora cibus.
Quiq; per Autumnum percussis frigore primo
Est color in folijs, quæ noua læsit hyems:
Is mea membra tenet, nec viribus alleuor vllis:
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Nec meliùs valeo, quàm corpore, mēte: sed ægra est
Vtraq; pars æquè, binaq; damna fero.

Idem 4. Trist. Nam neq; sunt vires, nec qui color esse solebat:
Vix habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem.
Corpore sed mens est ægro magis ægra, malisq;
In circumspectu stat sine fine sui.

Animus corpúsque, cœli temperie iuuatur.

Ouid. 2. de Pont. Temperie cœli corpusq; animusq; iuuatur.

Animus corporis vires roborat, & omnia vincit.

Ibid. Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit:
Ille etiam vires corpus habere facit.

Animus æquus ærumnæ condimentum est.

Plaut. in Rud. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.
Idem in Capt. In re mala animo si bono vtare, adiuuat.
Idem in Pseud. Bonus animus in re mala, dimidium est mali.

Animus impatiens verba monentis respuit.

Ouid. libr. 1. de Rem. amo. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atq; odio verba monentis habet.

Animus ambiguus ad vtramq; partem facillimè vertitur.

Teren. in And. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Animus metu cupiditate' ve pressus bonum sibi oblatum corrumpit.

Hora. 1. ep. lib. 1. Qui cupit aut metuit, iuuat illū sic domus & res,
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta sorde dolentes.

Animi anxietas multum nocet.

Oui. li. 1. de Pōt. Iam mihi deterior canis aspergitur ætas,
Iamq; meos vultus ruga senilis arat.
Iam vigor, & quasso languent in corpore vires,
Nec iuueni lusus, qui placuere, iuuant.
Nec me si subito videas, agnoscere possis,
Aetatis facta est tanta ruina meæ.
Confiteor facere hoc annos: sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuusq; labor.
Item 1. de Pon. Vnda locusq; nocent, & causa valentior istis,
Anxietas animi, quæ mihi semper adest.

Animi cruciatus, vulnus insanabile esse dicitur.

Oui. li. 1. de Pōt. Cura quoq; interdum nulla est medicabilis arte:
Aut si sit, longa est attenuanda mora.

Animi anxietas mora, & labore quandoque sanatur.

Seneca in Agam. Proinde quicquid est, da spatium & tempus tibi:
Quod ratio nequit, sæpe sanauit mora.

Animus qui non imperat, seruus est.

Mart. 2. Epigr. Reges & dominos habere debet,
Qui se non habet, atq; concupiscit
Quod reges dominiq; concupiscunt.

Animo obtemperasse exilis est voluptas.

Plaut. in Bacch. Paulisper, Lyde, est libido
Homini suo animo obsequi. Iam aderit tempus
cùm se etiam
Ipse oderit.

Animo obediendum in bonis.

Amat, sapit, rectè facit, animo quando obsequitur suo, *Plau. in Amph.*
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono.

Animo culpa detento nihil miserius.

Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius. *Plaut. in Most.*

DE ANIMALIBVS.

Ex Aristot.

Animal, primò mouet pedem dextrum, postea sinistrum, vt super eo sustentetur: & motus pedis sinistri est accidentalis. *Arist. in lib. de Cœlo & Mundo.*
Animalia non habitant ignem, & aërem, sed solùm aquam & terram: quia aqua & terra antè deuictæ sunt à materia corporum eorum, sed non ignis & aër. *Arist. li. 4. Met.*
Omne animal habens os, habet aliquem gustum. *Aristo. lib. 2. de Anima.*
Animalium omni ferè generi cum somno communitas est, vt natantium, vt volucrum, vt pedestrium. *De Somno & Vigil.*
Omnia animalia sanguinolenta habent cor. *Ibidem.*
Animalia multum coëuntia, citò senescunt: quia semen est nutrimenti superfluitas, & amplius desiccat emissum: & propter hoc mulus longioris est vitæ equa, & asino, ex quibus genitus est. *De Longitu. et breuitate vitæ.*
Animalibus corruptis, corrumpitur scientia, & sanitas, quæ in eis sunt. *Ibidem.*
Animalium, vitę sunt longissimę homo & elephas. *Ibidem.*
In animali quod pingue est, dulce est. *Ibidem.*
Animalis vita stat per calidum & humidum. *Ibidem.*
In animali cor primum fit: vnde est primò viuens, & vltimò moriens. *De Iuuentute & Senect.*
Animalia respirantia suffocantur in humido. *De morte et vi.*
Animalia omnia vtuntur concupiscentia, ira, & similibus: ratione autem, solus homo vtitur. *Arist. ad Ale.*
Omnia animalia generantia, habent oculos, præter talpam: si quis tamen corium super loca oculorū existens scindat, inueniet locum oculorum. *De Animal. lib.*
Omnia animalia mouent maxillam inferiorem, excepto crocodilo fluuiali: is enim vnus superiorem mouet. *Ibidem.*
Animal cornutum, caret dentibus in superiori mandibula. *De Animal. li. 2.*
Omnę animal cornutum est quadrupes. *Ibidem.*
Inter animalia solus homo est ambidexter. *Ibidem.*
Omne animal squamma tectum, parit oua: quod verò genere cartilagineo continetur, parit animal, excepta rana. *Ibidem.*
Animalia parum se mouentia, ventre pinguescunt. *De Animal. li. 3.*
Nullum animal habet os circa ventrem. *Ibidem.*
Omne animal carens pulmone, caret voce. *Lib. 4.*
Omnium animalium fœminæ gracilioris sunt vocis quàm masculi, exceptâ vacca. *Ibidem.*
Omne animal generans & pariens, habet omnes quinq; sensus, nisi sint ei læsa organa. *Ibidem.*
Singulis animalibus insunt voces propriæ ad initum, & coitum. *Ibidem.*
Natura statuit singulis animalibus tempora & ætates certas ad coitū præterquā homini: ipsi enim omnibus temporibus opportunus est coitus. *Ex li. 5. de Ani.*
Omne animal carens pedibus, caret testiculis. *Ibidem.*

Animal

Ex libr.6 Animalia omnia habent appetitum & delectationem ad coitum.

Ex lib.7 Animalia omnia nascuntur cum dentibus, excepto homine, qui incipit dentire septimo mense.

Ibid. Nullum animal in partu patitur tam vehementissimos dolores, sicut mulier.

Ibid. Omne animal prægnans, recusat coitum, exceptis muliere & equa.

Ex libr.8 Animalia habentia dentes serratos, bibunt lambendo: habentia verò continuos, bibunt sorbendo.

Ibidem. Animalia discedentia de locis frigidis, sunt pinguiora, quàm quæ discedunt de calidis.

Ibidem. Animal respirans in exiguo aëre clausum, moritur citò.

Ex lib.21 Animalibus sanguineis, alimentum vltimum est sanguis.

Ibidem. Animalia carne vescentia, habent duriora ossa, quàm non vescentia carne, & plus animal masculum, quàm fœmineum.

Ibidem. Animalia habentia corpus pilosum, carent cauda, vt patet in vrsis.

Ibidem. Omnia animalia continent cerebrum in parte priori capitis.

Inter animalia homo caput maximè pilosum habet.

Ex li.12.de ani. Animalia pulmone carentia, carent collo.

Ibidem. Animal magni cordis, naturaliter est pauidum: parui verò est audentius.

Ibidem. Animalibus, quę animal gignunt, cornua data sunt aut ad vim inferendam, aut depellendam.

Ibidem. Omne animal cornutum, caret dentibus in superiori mandibula.

Ex lib.13 Animalibus propter timorem accidit effusio ventris & vrinæ.

Ex lib.15 Animalium corpus est ex fœmina, anima verò ex mare.

Ex lib.17 Animalia magni corporis, vnum generant filium: parui autem multos.

Ibidem. Cibus animalium dulce esse debet, & valde digestum.

Ex lib.18 Animalia comedentia multos cibos, diuersa sunt in colore.

Animalium solus homo beatus est.

Eth.1.cap.9 Iure igitur nec bouem, nec equum, nec aliud animal vllum beatum dicimus. Nullum enim eorum est huius particeps actionis: ob eamq; causam ne puer quidē beatus est: quippè cùm nondum per ætatem ad has vitæ actiones sit aptus. Opus est enim vndiq; perfecta virtute, completaq; vita.

Animalium natura consideranda.

Mosonus. Ad hæc meritò natura quorundam animalium consideranda est, quę nos planè potest ad capessendos labores hortari.

Animalia phantasijs trahuntur.

Hierocles. Singula animalia vitam naturali suæ constitutioni idoneam viuunt: & per Iouem stirpes quoque omnes similiter, eo quidem modo, quo vita ipsis tribui potest.

Ex Poëtis.

Manil.li.1.Astr. Deniq; sic pecudes & multa animalia, terris
Cùm maneant ignara sui, legisq; per æuum:
Natura tamen ad mundum reuocante parentem,
Attollunt animos, cœlumq; ac sydera seruant:
Corporaq; ad lunæ nascentia cornua lustrant,
Venturasq; vident hyemes, reditura serena.

Paruula (nam exēplo est magni formica laboris) *Horat.li.1.Sa.1*
Ore trahit quodcunq; potest, atq; addit aceruo
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur antè
Quæsitis patiens.

Præterea regem, non sic Aegyptus, & ingens *Virg.4. Georg. de Ap.sic loqu.*
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant: rege incolumi, mens omnibus vna est:
Amisso, rupêre fidem, constructaq; mella
Diripuêre ipsæ, & crates soluêre fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantq; frequentes:
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per vulnera mortē:
His quidam signis, atq; hæc exempla sequuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixêre.

Animalia naturæ instinctu quoquo modo futura agnoscunt.

Carmina iam moriens canit exequialia Cygnus. *Ouid.4. Meta.*
Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis *7.epist. Heroid.*
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua *Mar.in Xenijs.*
Cantator Cygnus funeris ipse sui.
Imitatus Castora, qui se *Iuuen.Sat.12*
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.
Paruos non aquilis fas est educere fœtus *Claud.in præfa. in 3.Hon. Aug. consulat.*
Ante fidem solis iudiciumq; poli:
Nam pater excusso salijt cùm germine proles,
Ouaq; maternus rupit hiulca tepor:
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos,
Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios, & luce magistra
Naturam, vires, ingeniumq; probat.
Degener & refugo torsit qui lumina visus,
Vnguibus hunc sæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Sustinuitq; acie nobiliore diem.
Nutritur volucrumq; potens, & fulminis hæres,
Gesturus summo tela trisulca Ioui.

Animalia paucioribus indigent quàm homines.

At variæ crescunt pecudes, armenta feræq;: *Lucret.lib.5.de Natura rerum.*
Nec crepitacula eis opus est, nec cuiq; adhibēda est
Almæ nutricis blanda, & infracta loquela.
Nec varias quærunt vestes pro tempore cœli:
Deniq; non armis opus est, non mœnibus altis,
Queîs sua tutentur, quando omnibus omnia largè
Tellus ipsa parit, naturaq; Dædala rerum.

Animalia quæq; in hostes insurgunt.

Non solùm taurus ferit vncis cornibus hostem, *Propert. lib.2. Eleg.ad Cynth.*
Verùm etiam instanti læsa repugnat ouis.
Neq; hic lupis mos, neq; fuit leonibus *Horat.in Epod.*
Vnquam, nisi in dispar, feris.
Sed iam serpentum maior concordia, parcit *Iuuen.Sat.15*
Cognatis maculis similis fera. Quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit

Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam, sæuis inter se conuenit vrsis.

Animalia laudum munera cuncta suo depromunt domino.

Oui. in Philom. Cuncta suo domino depromūt munera laudum,
Sen semper sileant, siue sonare queant.

Animalia ad motum lunæ alterantur.

Manil. 2. Astr. Ad motum lunæ variant animalia corpus.

Animalia natura deuitant ea, quæ semel læserunt.

Oui. lib. 2. de Pon. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem visum longè fugit agna, lupumq;
Credit, & ipsa suam nescia vitat opem.
Idē lib. de Tri. Terretur minimo pennæ stridore columba,
Vnguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Non procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Hor. lib. 1. Epist. ad Quintium. Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;
Suspectos laqueos, & opertum miluius hamum.

ANNVS.

Vt à currēte flumine tantum habes, quantum hauris: ita ex annis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in res duraturas collocaris.

Annus superior semper melior.

Horatius. Superior annus semper anteponitur,
Laudator temporis acti
Se puero.

Annus producit, non ager.

Theophrast. 8. de Plantis. Annus producit segetem, non aruum. Ad incrementum autem alimentumq;, plurimum quidem cœli temperies, & in totum anni conditio iuuat. Etenim si imbres, serenitates, & hyemes accidāt opportunæ, cuncta fœlicius atq; vberius proueniunt, etiam in salsuginosis & parum pinguibus agris. Veruntamen non parui refert quæ sit regionum ratio.

Eurip. in Hecu. Non nouum ergo, si mala
Fauente cœlo terra fert segetem bonam:
Bona destituta quibus opus fuerat, malum
Fructum edit. At mortalium quisquis malus,
Nil posijt aliud esse quàm semper malus,
Frugi, vsq; frugi. Sors nec ingenium viri
Aduersa vitiat, sed probus semper manet.
Vtrum id parentum, an educantium magis?
Recte educari scilicet nonnullam habet
Doctrinam honesti.

Anno senior fio.

Aristophan. in Ranis. Faxis caueto: quippe quoties conspicor
Istiusmodi negonotum quippiam,
Discedo, crede, senior anno protinus.
Homerus. Illico mortales inter mala multa senescunt.

Annosam arborem transplantare.

In eos dicitur, qui serò & exacta iam ætate conantur dediscere, quibus diu iuuenes assueuerint: aut de ijs quæ frustrà molimur. Neque enim facilè arbor euellitur, quæ altè radices fixerit.

Annosa vulpes haud capitur laqueo.

Vulpes anus laqueis capi haud vllis potest. *Senarius prou.*

Differentia partium anni.

Vnaquæq; pars anni, differentias tres habet. Nam cùm singulæ in tres portiones subdiuidantur, videlicet primam, mediam & vltimam: media quidem portio syncerissimam sui tēperiem obtinet, prima verò & postrema temporibus sibi vicinis similiores fiunt. Nam veris prima pars magis humida, minusq; calida est: media verò calida & humida ex æquo: postrema calidior quàm humidior est. Item æstatis principium plus calet: finis siccus est quidem, sed non admodum frigidus: medium spatium, caloris & siccitatis æquilibrium seruat: vltima pars, vt dixi, siccior est quàm calidior. Cæterùm autumni siccius est initium, & non adeò frigidum: medium tēpus æqualem siccitati frigiditatem obtinet: vltimum plus frigoris, minus siccitatis habet. Eadē est ratio hyemis: ab initio plus frigoris, in fine humoris amplius continet, in medietate humidum frigido æquipollet.

Ante barbam doces senes.

Cùm imberbis natu maiorem docet. *Persius.*
Et rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda, tacendaq; calles.
Odi puerulos præcoci sapientia.
Præstantiorem quàm pro ætate mentem alit, linguamq;: audacia verò pernix inter aues aquila. *Pind. in Pyth. hymno. 5*

Ante victoriam triumphum canis.

Priusquam viceris, & facis, & canis de teipso encomium. *Plato in Lyside.*
Videbimur galli ignaui more, priusquam vicerimus, à sermone desilientes canere: siquidem hic mos animanti, cantu victorem se testari. *Plato in Theat.*
Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur. *Pind. in Isth.*

Antequam incipias consulto.

Antequam incipias, consulto: at vbi consulueris, maturè opus est facto. *Salustius.*
Et aiunt quidem maturè facienda quæ decreta sint: cæterùm lentè cunctanterq; deliberandum. *Aristot. mor. Eud. 5*

Ante tubam trepidas.

Cur ante tubam tremor occupat artus? *Vergilius.*
In eos qui prius animo consternantur, quàm appareant pericula.

Ante lentem augere ollam.

Ne ante lenticulam augens ollam, aut patinam, in seditionem nos mittas. *Orator apud Athenæum.*
Crates igitur cùm existimaret in ciuitatibus seditiones, at tyrannides potissimùm è delitijs ac luxu nasci, per iocum admonuit, Ne præ lenticula semper augens pannam, in seditionē nos conijcias: sed seipsum adhortetur quisq;, ne præ lente augens patinam, præterito nasturtio & olea, ad farcimen & pisceni desciscens, ex repletione corporis seditionem conciteτ. *Plutarchus.*

Ante pedes.

Isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est, *Terentius.*
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt,
Prospicere.

Quicq

Pind.hym.ult. Quicquid ante pedes est semper melius.
Lucianus. Et quod hæc communia, quodq; hæc passim obuia ignotes.
Philostratus. Quò vadis? sublimi vultu, cunctaq; despiciens quæ sunt ad pedes.

A ANTE P.

APPETITVS.

Tria appetimus.

Arist.li.2.cap.3.Ethic. Quod ex eo etiam perspici potest, quia cùm tria sint quæ sequimur, & tria quæ declinamus, honestum, vtile, iucundum: & tria quę superioribus contraria sint, turpe, inutile, molestum: cùm in ijs omnibus vir bonus rectè se gerit, & improbus præpostetè, tum vel maximè in voluptatibus.

Appetitus castigandi.

Arist.li.4.cap.ca.Ethic. Castigatione quadam adhibita contrahi debet id omne in nobis, quod terum turpium ac libidinosarum cupiditate rapitur, nimiumq; exultat ac luxuriat, cuiusmodi sunt appetitus.

Appetitus rationi obediant.

Cic.1.Off. Appetitus omnes contrahendi, sedandiq; sunt, excitandaq; est animaduersio & diligentia, vt ne quid temerè ac fortuitò, inconsideratè, negligenterq; agamus.

1.Off. Efficiendum est vt appetitus rationi obediant, eamq; neq; præcurrant, nec proptet pigritiã aut ignauiam deserant, sintq; tranquilli, atq; omni animi perturbatione careant, ex quo elucebit omnis constantia omnisq; moderatio.

Ad Q.fr.Ep.1 Moderari animo & orationi, cùm sis iratus, aut etiam tacere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ, tamen non est mediocris ingenij.

Pro Mar.Marc. Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem præclarum est. Hęc qui faciat, non ego eum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico.

Pro M.Calio. Si quis hoc robore animi, atq; hac indole virtutis ac continentiæ, vt respuat omnes voluptates, omnemq; vitæ suæ cursum in labore corporis atq; in animi contentione conficiat, quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectent: nihil in vita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum atq; ornatum puto.

Pro Syl. Regium est ita viuere, vt non modò homini, sed ne cupiditati quidem seruias: cõtemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere: populi vtilitati magis consulere, quàm voluntati: nemini cedere, multis obsistere.
Parad. penult. Refrenet primùm libidines.
Ad Q.fr.Ep.1 Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum magis est quàm difficile.
2.Tusc.ul. Quum præcipitur vt nobismetipsis imperemus, hoc præcipitur, vt ratio coërceat temeritatem.

1.De fin. Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modò singulos homines, sed vniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant Rempub. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Nec hæ sese foris solùm iactant, nec tantùm in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ inter se dissident atq; discordant.

Cic.1.Off. Duplex est animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu posita est, quæ hominem huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmve sit. Ita fit vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet.

Appetitus qui longius euagãtur, & tanquam exultantes, siue cupiendo, siue fugiendo, non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam: nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturæ: à quibus non modò animi perturbantur, sed etiam corpora.

A ANTE Q.

A Q V A.

Arist.li.3.Met. Aqua est materia omnium laquefactibilium.
Ibidem. Aqua est materia remota plumbi, cupri & ferri.
1.Meteor. Aquæ prius calidæ, velocius recipiunt frigiditatem.
De longitu. & breuit.uita. Aqua marina, calida est & humida.

Aqua frigida infantes olim abluebantur.

Cal.Rhodig.cap.16.lib.3 Apud gentes irroborauit mos, vel amne gelido infantes abluere, vel tenui amiculo conuestire: adiuuat autem pueros innatus calor aduersus frigoris vim. Ad cuncta enim quæ possint, initio statim insuescere optimum est.

Virgilius. Natos ad flumina primùm
Deferimus, sæuoq; gelu duramus, & vndis.

Aqua cœlestis præstantia: curq; eadem putrescat celerius.

Cal.lib.14.35 Harundines, quamuis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolescunt. Pisces in eadẽ aqua assidui, si non appluar, exanimantur.

Aristo.de Hist.animal.8 Piscium genus maxima ex parte annuis pluuijs viuit. Ita enim non modò plus cibi nanciscitur, sed omninò pluuio humore iuuatur, vt ea quę terra gignuntur. Nec enim tantum irrigatione proficiunt olera, quantum imbre.

Gal.li.de Bon.aqu. Aquas pluuias scio leuissimas esse, subtiles, putas ac bonas, & gustui predulces. Educit enim sol & rapit tenuissimum quodque ex aquis. Vernæ hyemalesq; censeri debent præstantissimæ.

Hippocr. Ex aquis leuissimæ sunt pluuiæ & dulcissimæ, atq; item clarissimæ ac tenuissimæ.

Paulus Aegineta humorem pluuium citò computrescere ait, quòd sit attenuatus nimium: potum etiam putredinem concinnare, pectus oblædere, vocem hebetare.

Cal.li.14.38.ca. Aqua vtilitas ignem præstat: nam multa animalia absq; ignis degunt vsu, sine aqua nullum. Nec plantæ ipsæ, nec herbæ florescunt citra aquæ humectationem.

Pindarus. Optima quidem aqua.
Hesiodus in Theogonia aquam statuebat rerum initium

initium, & elementis omnibus antiquiorem.

Seneca. Magnorum fluminum capita veneramur.

Horat. 1. Carm. Nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Hesiodus in Ergis, fluuium perennem pedibus non esse transeundum putauit, nisi prius effusis precibus

Aqua aquæ similis.

Plau. in Menech. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, vsquam similius, quàm hic tui est, tuq; huius.

In Milite. Nam è summo puteo similior nunquam potest aqua aquæ sumi.

In aqua hæret.

In aqua hærere, est secum loquendo parum constare.

Cic. 3 Offic. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, vt aiunt.

Cic. ad Q. fr. li. 2 Quod Idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret.

Quintilianus. Et laboratam congestamq; dierum ac noctium labore actionem, aqua deficit.

Aquam bibens nihil boni paries.

Demetr. Halic. Aquam bibens, probum & vtile paries nihil:

Horatius. Nulla placere diu, neq; viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Iuuenalis. Quòd si Vergilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes à crinibus hydri:
Surda nihil gemeret graue buccina.

Idem. Satur est cùm dicit Horatius, ohe.

Zenodot. Sanè magnus equus lepido sunt vina poëtæ.

Horatius. Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Martialis. Possum nil ego sobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.

Aquam è pumice postulas.

Aquam è pumice postulare, est frustrà ab alio petere id, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus: nihil enim pumice lapide siccius.

Aquam igni miscere.

Cic. Philip. 13 Prius vnda cum flamma redibit in gratiam, rursus prius vndam flammamq;, prius deniq; omnia, quàm aut cum Antonijs Respu. aut Antonij cum Republica redeant in gratiam.

Aquam inaniter consumis.

In eos quadrat qui frustrà suadent.

Aeschines contra Demosthenem, ostēdit primam aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus, ad pœnam constituendam, nisi primis sententijs reus fuisset absolutus.

Luci. in Rhet. Nam illius sanè in præsenna fluit aqua.

Plato in Theæteto ait quosdam ad pusillum aquæ docere posse, quæ gesta sint.

Ibidem. Vrget enim aqua fluens, quòd oratoris sit ad præscriptas clepsydras dicere.

Plinius iunior Faleoni. Et qui iubere posset tacere quencumque, huic silentium clepsydra indici.

Idem Arriano. Dixi horis penè quinque. Nam viginti clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor.

Cic. 2. Tuscul. Cras ergo ad clepsydram: sic enim dicimus.

3. De Orat. At Periclem non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed vt accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia.

Demades in Demosthenem iocabatur, quòd cæteri quidem ad aquam dicerent, Demosthenes ad aquam scriberet.

Aquam infundere cineri.

Aedibus in cinerem redactis non est infundenda aqua: vnde illud, Post bellum auxilium.

Aquam in mortario tundere.

Tanquam si quis aquam in mortarium infusam ferreo pistillo tundat. L. vel a. in Iudic.

In eos quadrat qui inaniter laborant.

Ignarus si humeros, vt aiunt, verberando decutias, tamen aqua manet aqua. Ibidem.

Versas scapulas aquam pinsens, aqua tamen æquè aqua manet. Suidas.

Aqua fauces strangulat.

Intemperans obnoxius est prouerbio, quo dicimus, Cum aqua fauces strangulet, quid iam opus est bibere? Arist. Moral.

Quum aqua præfocat, quid insuper sorbebimus? Galenus.

In eos quadrat, qui in absurdissima sententia pertinaciter manent.

Aquilæ columbam non gignunt.

Neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. Horatius.

Prolem probā haud pater progignet improbus.

Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus: Theognis.

Sed neq; ab ancilla filius ingenuus.

Aquila in nubibus.

De re magna quidem illa, sed quam non facilè assequaris.

Gaudeo istoc nomine,
Quòd aquila fiam in nubibus videlicet. Aristophan. in Equitib.

Verba sunt populi Atheniensis, promittentis sibi futurum, vt orbi vniuerso imperet.

Quippè aquila es, terræq; omnem dominaris in orbem. Ibidem.

Aquila in nubibus fies. In Auibus.

Aquilam cornix prouocat.

Cùm leuiusculus quidam homuncio maximis viris oblatrat, qui nec prodesse, nec obesse queat.

At nihil habet nec vtile, nec inutile. Menād. apud Eurip. in Iph.

Aquila non capit muscas.

Animus excelsus res humiles despicit. Effertur & adagium, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ.

Aquilam volare doces.

Sine valere vulgus, sine esse graculos, qui volatum aquilarum probent. Greg. ad Eud. Huic simile illud est: Delphinum natare doces, Delphinum cauda ligas, In cœlum iacularis, Cauda anguillam tenes, Lapidi loqueris, Surdo canis, Vento loqueris, Asinum tondes, Lupi alas quæris.

Aquilam testudo vincit.

Capta est profectò celer ab imbecillibus Laert. in vita Menedem.

Et aqu

Et aquila tempore in breui à teſtudine.
Cùm quis potentiorem arte vincit, & quod viribus non poteſt, id aſsiduitate conficit.

Aquilæ ſenecta.

Plin. li. 10. ca. 3 In ſenes magis dicebatur bibaces, quàm edaces. Nam aquila, neq; ſenio neq; ægritudine, ſed fame petit: intantum accreſcente roſtro, vt aperiri non poſsit.

Teren. in Heau. Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus.

A ANTE R.

Ara nec fides illi eſt.

De vehementer perfidis.

Ariſtophanes. Queis nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera.

Euripides. Spartæ incolæ, doloſa conſultamina.

Arabius tibicen.

In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nunquam deſiſtunt.

Menander. Arabiam ego herclè tibiam excitaui.

Iul. Pollux. Arabia tibia. Cap. de loquacibus.

Drachma canit, ſed quatuor compeſcitur.

Sophocles. Quicunq; gaudet continenter proloqui, Is ſe grauem eſſe, quotquot adſunt, non videt.

Aranearum telas texere.

In re friuola, nulliusq; frugis, infinitum & anxium laborem capere. Huic ſimilia ſunt, Arare littus, Penelopes telam texere, Harenam metiri, Vndas numerare, Laterem lauare, Aethiopem dealbare, Harenæ ſemina mandare, In ſaxis & aqua ſeminare, In aqua ſcribere, In harena ædificare, Ferrum natare docere, Cribro aquam haurire, Retibus ventos captare, Mortuum flagellare, In aëre piſcari, Venari in æquore.

Arator niſi incuruus præuaricatur.

Conuenit in negotium, quod abſq; ſudore magno peragi non poteſt.

Arcanum celat.

Hom. Odyſſ. 9 Huic pennis dicta carebant: hoc eſt, non longius euolabant. Thales admonebat ne quid amicis, quibus fidimus, committamus, quod ſi effutiant, pariat nobis infamiam.

DE ARCANIS.

Euripides. Nullus ea reſciſcat quæ conticeri decet.
Parua enim ſcintilla Idæ cacumen
Incenderit aliquis. Et ſi quid vel vni aliquando aperueris,
Id ciues audient omnes, quod celandum fuerat.

Menander. Qui commiſſum ſibi inſtar depoſiti ſermonem Euulgat, hic aut iniuſtus eſt, aut admodum incontinens.
Iniuſtus quidem, ſi lucri cauſa id faciat: ſin abſque lucro,
Incontinens: ex æquo autem vtriq; mali ſunt.

Sophocles. Nec mihi verbum arcanum efferas vllum.
Seram enim nullam habeo: vel vt facilius intelligas,
Nihil non ſecreti per linguam meam diffluit.
Ne ſcruteris omnia: multa ſunt quæ diuulgare malum eſt.

Socrates dicebat carbonem ignitum facilius in lingua contineri poſſe, quàm ſermonem arcanum.

Euripides, cùm ei graueolentia oris obijceretur à quodam: Multa enim, dixit, ſecreta in eo computruerunt.

Ariſtoteles interrogatus quidnam in vita eſſet difficillimum, dixit: Tacere quæ dicenda non ſunt.

Canam prudentibus, profani claudite fores. Pythagoras.

Sermonum depoſita fidelius, quàm pecuniarum cuſtodito. Oportet enim viros bonos in exiſtimatione eſſe, quòd mores & vitam vel iureiurando fideliores conſtantioresq; præſtent. Iſoc. ad Demo.

Quemadmodum onerati mero, non continent cibum: ita nec arcanum, redundante vino. Seneca.

Arcadicum germen.

De grandibus, ſed ignauis, dici ſolitum.

Quod læua in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuueni. Iuuenalis.

Arcades enim olim malè audiebant ob ſtuporem ingenij.

Archidamicum bellum.

De bello ſæuo crudeliq; dicebatur: epitheto ſumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui maximis copijs Atticam decem annis vexauerit.

Archilochia edicta.

Archilochia edicta contumelioſa vocat ac virulenta. Archilochus enim poëta ſocerum Lycambem, à quo fuerat repudiatus, buiuſque filiam adeò virulentis verſibus eſt inſectatus, vt vterq; ſe laqueo præſocauerit.

Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita ſunt iucunda, vt eum locum, in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus. Cic. ad Att. li. 2

Arcem ex cloaca facere.

Qui rem hominem've nihili, laudibus magnificis attollunt, dicuntur arcem ex cloaca facere.

Nunc venio ad illud extremum quod dixiſti, dum Plantij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è ſepulchro venerari pro deo. Cic. pro Cn. Pla.

Arctum annulum ne geſtato.

Arctum annulum ne geſtato, ſecundum Hieronymum, ne vixeris anxiè: ne te in ſeruitutem conijcias, aut in eiuſmodi vitæ inſtitutum, vnde te non queas extricare.

Arcus tenſus rumpitur.

Arcus, quemadmodum aiunt, quum intenditur, rumpi ſolet: contrà animus, quum remittitur. Plutarchus.

Refertur in epitaphio Theophraſti, qui tantiſper viguit, dum eſſet in labore: ſimulatq; remiſit ſtudium, interijt.

Frangi, vt ſtudij tenſum laxaueris arcum,
Veridici ſanè verba fuere mei.
Namque opere aſsiduo valuit Theophraſtus, & idem
Laxato ſtudio, membra ſolutus obit.

A remo ad tribunal.

Dici solitum, vbi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem: vt Iulius Secundus, qui ad stipem scalmum subigere solitus, à remulco non solùm ad tribunal, verùm etiam ad summum illud rerum humanarum culmen euectus est.

Areopagita taciturnior.

Areopagita taciturnior dicebatur, qui commissum arcanum optimè contineret.

Alciphron. Esto mihi nunc Areopagita taciturnior.

Areopagita.

De tristi seuetoq; dicebatur, aut de iudice vehementer incorrupto. Athenis summa erat Areopagitarum autoritas: hi erant iudices, qui de capitalibus causis pronuntiabant, tanta integritate, vt noctu atque in tenebris, non interdiu, neq; luci causas cognoscerent, quò non dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur, spectarent.

Arca Simonidis.

Simonides rogante quodam vt sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum inquiente, argentum autem non dante, Duas, respondit, arcas habeo, vnam gratiarum, alteram argenti. Et cùm necessitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio: alteram verò mihi solùm commodam.

Arcesilai dictum.

Arcesilaus dicebat, quemadmodum vbi pharmaca multa, multiq; medici sunt, ibidem & morbi abundant: sic etiam vbi plurimæ leges fuerint, ibi & iniustitia viget maximè.

Archidami dictum.

Archidamus Agesilai filius, cùm vidisset genus teli, tunc primùm ex Sicilia allatum, exclamauit: O Hercules, interijt viri virtus.

Argentanginam patitur.

De eo dici solet, qui pecunijs corruptus, ab officio distrahitur.

Argenteus puteus.

Ingens olim poculum, puteus argẽteus dicebatur.

Argentum accepi, imperium vendidi.

Demænetus in Afinaria. Qui accepit beneficium, perdidit libertatem. Argentum accepi, dote imperium vendidi. Nam pauper vxorem duxerat puchrè dotatam, sed in quam nihil haberet imperij.

Argiua calumnia.

De calumniosis admodum & delatoribus dicitur.

Arguta dicta.

Eudamidas cùm Xenocratem iam senem in Academia disputantem de virtute audisset, intellexissetq; illum esse sapientem ex numero eorum qui virtutem quærerent: Et quando, inquit, ea vsurus est, si adhuc quærit?

Cùm quidam apud Eudamidam Lacedæmoniorum trophæa, quæ ex rebus cum Persis præclarè gestis retulerant, hortaretur illos ad bellum contra Macedones suscipiendum: Ignorare mihi videris, inquit, isthuc idem esse, ac si quis deuictis mille ouibus, pugnaret cum quinquaginta lupis. Sentiens imbelles Persas non fuisse difficile vincere: sed aliud esse rem cum Macedonibus bellicosissimis habere.

Argiuo cuidam coram Eudamida dicenti Lacedæmonios peregrinationibus reddi deteriores, quòd interim degenerent à maiorum legibus: At vos, inquit, cùm ad Lacedæmonios veniris, non deteriores, sed meliores euaditis. Sic dictum retorsit in Argiuum.

Cùm ab Helide legatus se ad Theopompum missum esse diceret, vt Laconicam vitam inspiceret, rogatusq; fuisset, vtrum meliorem duceret vitam, aliorum ciuium, an suijpsius, respondit suam ipsius. Qui potest, inquit Theopõpus, ciuitas ista seruari, in qua cùm multi sint, vnus tantùm bonus est?

Cleomenes dicere solebat Homerum poetam esse ciuium Lacedæmoniorum, Hesiodum verò seruorum: quòd ille docuisset quomodo gerendum sit bellum, hic quomodo colendi agri. Nam ciues tantùm ad bellum instiruebantur, serui ad agriculturam.

Ephori cùm Leonidę ad Thermopylas proficiscenti dixissent illum paucos secum milites educere, Ad hoc negotiũ, inquit, ad quod proficiscimur, pauci sunt ducendi. Indicans satis multos duci ad moriendum in bello.

Sœbidas cùm essent Lacedæmonij in pugna Leuctrica decertaturi, cuidam dicenti, Hic dies declarabit virum bonum: Præclarus, inquit, dies qui possit virum bonum declarare incolumem: præsagiens in eo bello plurimos egregios viros fortiter occubituros.

Spartanus interrogatus, an tutum esset ad Spartam iter, Refert, inquit, qualis eò descẽdas. Nam leones illuc euntes plorant, nos lepores in vmbraculis venamur: significans ferocibus tutum non esse proficisci Spartam, nec mollibus ac delicatis, qui illic in tenebris lasciuire non possent.

Lacæna filio dicẽti se breuem habere gladium, nec ad pugnam satis aptum, Tu, inquit, adde gradum. Significans nihil obfuturam gladij breuitatem, si propius ad hostem accederet.

Socrates admonitus ab amico, vt hospites excepturus, tenuem apparatum faceret: Si boni, inquit, sunt, satis erit: sin minus, plus satis.

Cùm quidam Aristippo probro darent, quòd exquisitè splendideq; viueret, Id, inquit, si vitium esset, in celebritatibus deorum nequaquam fieret. Porrò cùm dij sint insensi vitijs, non placarentur, sed irritarentur ea magnificentia, si cum vitio esset coniuncta.

Aristippi ædes ingressus Polyenus sophista, cùm vidisset mulieres illic pulchrè ornatas, & magnificè structum conuiuium, cœpit reprehendere tantùm non conuiuij, sed mulierum luxum. Aristippus dissimulata obiurgatione, illum rogauit an diu manere vellet. Cùm ille non recusasset, Quid igitur, inquit, accusas? Videris non lautiorem mensam reprehendere, sed impendium.

Aristippus Platoni obiurganti quòd multos pisces emisset, respondit se illos emisse obolo: cumque Plato dixisset, Tanti & ipse emptu-rus

rus eram. Vides ô Plato igitur, inquit, me non esse obsoniorum auidum, sed te pecuniæ amantem.

Narrant Alexandrum Diogeni astantem quæsisse ab eo, num ipsum metueret. At ille, Quid es? boum an malum? Alexander respondit, bonum. Quis, inquit, timet bonum?

Quum quidam à Cæsare ad Pompeium transfugiens, diceret, se festinandi studio equum reliquisse, Cicero dixit, illum melius de equo quàm de se statuisse: sentiens longè rectius facturum fuisse, si & ipse mansisset apud Cæsarem.

Cæcilius Metellus quum exercitum vrbi cuidam vellet admouere, ac Centurio dixisset, Si decem tantùm hominum iacturam facere velis, capies locum: interrogauit eum, num ipse de numero eorum vnus esse vellet.

Philoxenus poëta interrogatus cur in tragœdijs induceret mulieres malas, cùm Sophocles eas bonas induceret, argutissimè respondit: Quoniam, inquit, ille tales inducit quales esse deberent, ego quales sunt.

Thales Milesius cùm inter mortem & vitam nihil interesse diceret, quòd vtraque res æquè secundum naturam esset, quidamque obstreperet dicens, Cur igitur non moreris? Quia, inquit, nihil interest.

Antisthenes cùm salsamenta per forum gestaret, quibusdam admirantibus quòd officio tam sordido fungeretur: Quid, inquit, admiramini? hæc mihi porto, non alijs.

Stilpon Megarensis habebat filiam parum secundæ famæ. Cuidam itaque dicenti, Dedecorat te filia: Nihilo magis, inquit, quàm ego illam decoro. Sentiens neminem alienis factis dehonestari, sed suis quemq; moribus æstimari.

Proclus Naucratites filium cùm haberet intemperantem, equis & canibus indulgentem, nec illum increparet, sed vnà cum illo potius iuuenaretur: amicis illum obiurgantibus, Ciòus, inquit, ille desinet cum fetubus colludens, quàm cum æqualibus.

Lampis negotiator interrogatus quomodo sibi parasset diuitias, Magnas, inquit, haud difficulter, exiguas verò cum labore. Sentiens initio paulatim corradi pecunias. Cæterùm parata iam ingenti sorte, facile est amplis lucris ditescere.

Cùm institutum fuisset latum, vt qui seditionem moueret, moreretur, qui sedaret, præmium ferret: quidam qui & mouerat & sedauerat, petit præmium. Secundus sophista intelligens illum prius mouisse, postea sedasse, Da prius, inquit, seditionis motæ pœnas, ac deinde si potes, accipe præmium rectè factorum.

Aristocratia.

Menander. Cæterùm duæ quædam mulieres Rempublicam perturbabant,
Semper conuersantes: Democratia alteri
Nomen est, alteri verò Aristocratia,
Quarum culpa iam frequenter deliquerunt, & debacchatæ sunt.

Aristocratia incommoda.

Thucyd. lib. 6 Ego verò primùm respondeo, popularis status nomine intelligi omnem ciuitatem, paucorum verò, partem ciuitatis: deinde custodes quidem pecuniarum optimos esse locupletes: ad consulendum autem præclarissimè, eos qui pollent intelligentia: cæteros verò (nempe vulgus) postquam audierint, res optimè iudicare: & hæc item siue per partes, siue vniuersim, æqualiter distribui in Democratia. At paucorum status, pericula quidem populo impartit, commodorum autem non modò plus, verùm etiam totum sibi vendicat, erepta ab alijs sua portione.

ARMA.

Arma legibus contraria.

Nihil est æquitati tam contrarium, atque infestum, quàm conuocati, armatiq; homines: nihil iuri tam inimicum, quàm vis. Pro Cæcina.

Nihil est exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quàm constituta & composita Republ. quicquam agi per vim. 3 De legib.

Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cùm ei qui expectare velit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. Pro Milone.

Arma animalibus data.

Arma quibusuis animalibus Deus donauit, naturam æream Phocylides.
Volucribus, leporibus velocitatem, & robur leonibus,
Tauris sponte nascentia cornua, apibus aculeos
Ingenitum dedit munimentum, rationem verò:
quæ omnium est optima, homini tribuit.

Arma nesciunt leges.

Iulius Cæsar Metello obsistenti ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri vetantes proferenti, Non idem, inquit, armorum ac legum tempus est. Quòd si hæc pati non potes, nunc hinc abscede, ac postquàm peractis fœderibus arma deposuerimus, tunc si videbitur, plebis patronum age.

Caius Marius mille Camerinos, qui se in bello aduersus Cimbros, strenuos viros præstiterant, honore Romanis æquauit, idq; præter omne ius. Ad eos verò qui factum hoc reprehendebant, respondit, se ab armorum strepitum legum vocem exaudire non potuisse.

Arma indiga viri.

Cuidam nuncianti Epaminondæ, Athenienses nouis armis instructum exercitum in Peloponnesum misisse, Quid igitur, inquit, an gemit Antigenidas, si Tellis nouas habet tibias? Antigenidas optimus erat tibicen, Tellis autem pessimus. Significabat Athenienses frustra nouis armis instructos, quum his nescirent vti.

Armata preces.

Pompeius composito Siciliæ tumultu, ac ciuitatibus quæ defecerant, placidè receptis, soli Mamertini postulabant audiri, recitantes leges quasdam ipsis

ipsis olim à Romanis concessas: Non desinetis, inquit, nobis accinctis gladijs recitare leges? Significans iure agere volentibus, non esse opus armis.

Armata timiditas.

In Eretrienses ita cauillari solet, vt diceret eos similes piscibus qui gladioli vocantur: quippè qui gladium quidem habent, cor autem non habent: notans illorum ignauiam, quòd armatis non adesset animus.

Armata virtus.

Antisthenes dicebat, ἀναφαίρετον ὅπλον ἡ ἀρετή, id est, Virtutem esse armaturam, quæ detrahi non possit. Nam ensis & clypeus excutiuntur: sapiens nunquam non armatus est, eoq; vinci non potest.

Armenta quæ pulchra.

Antipater. Certè vt greges & armenta vtcumque pinguia & læta, sine fœturis pulchra non sunt: sic neq; ciuitas & familia, idq; multo minus.

ARROGANTIA.

Cic. de leg. Agr. ad pop. orat. Rul. Ex copia, atque rerum omnium affluentia, primò arrogantia nata est.

1. Offic. Desorme est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Diuin. in Verr. Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atq; eloquentiæ multò molestissima.

De claris Orat. Est minimè inepti hominis, & eiusdem etiam faceti, cùm de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem qui eam sibi arrogant: vt apud Platonem Socrates effert in cœlum laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem.

Arrogantia Apophthegmata.

Demonax Cynico cuidam arroganter iactanti, pallium, peram & baculum, ac subinde vociferanti se Antisthenis, Cratetis, ac Diogenis sectatorem esse: Impudenter, inquit, mentiris, quum sis Hyperidæ discipulus. Allusit ad vocem ὑπερείδου, quod est per arrogantiam despicere.

Idem ad Agathoclem Peripateticum arroganter iactantem, se & solum & primum esse Dialecticorum: Si solus, inquit, es, qui primus esse potes: si primus, qui solus?

Archidamus Agesilai filius post conflictum apud Cheroneam acceptum, quum à Philippo rege Macedonum literas accepisset acerbius scriptas, sic rescripsit: Si metiaris vmbram tuam, haud quaquam reperies illam factam maiorem, quàm erat ante victoriam. Grauiter admonens, non esse prudentis ob fortunæ successum intumescere.

M. Drusus cùm L. Philippum consulem præcipitasset in carcerem, quòd se loquentem interpellasset, & Senatus ad eum misisset vt veniret in Curiam: Cur non potius, inquit, Senatus ad me venit in Hostiliam rostris propinquam? Tribunus Senatus authoritatem despexit, Senatus Tribuni verbis paruit.

Arrogantis nomen vsurpari mihi rectè videtur in illis qui se simulant esse ditiores & fortiores quàm sint: & ea se facturos promittunt, quæ præstare nequeunt, idq; facere videntur accipiendi quippiam & lucrandi gratia. Cæterùm ij qui risum moliuntur inter conuersantes, neq; suum ob quæstum, neque auditorum iacturam, aut vllum aliud damnum, quo pacto illi non vrbani potius & faceti, quàm arrogantes nominabuntur? *Xenophon.*

O mores! vsqueadeo'ne *Persius sa. 1*
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
Ad populum phaleras: ego te intus & in cute noui. *Saty. 4*
Citò ignominia fit superbi gloria. *Pub. Mim.*

Arrogantia non ferenda.

In eos qui intolerabili sunt arrogantia. vnde Homerus Odysseæ ο. in procos:
Horum visq;, animusq; ferox, contingit Olympum.

Mira de lente.

Rodolphus Agricola libr. 3. Dialectices, testatur apud Græcos prouerbio dici solere, egregia de lente, quoties res humilis & pusilla magnificè laudibus attollitur, quasi lentem minutum splendidis encomijs efferas.

Vltra peram sapere.

De ijs qui arroganter se plura scire quàm re vera sciant, dicitur: vel de ijs qui audacter nimium non quærenda quærunt.

Oportet philosophum paucis contentum ac frugalem esse, neq; quicquam vltra peram quærere. *Lucian. in Tim.*

Videberis, me videns, planè Martem videre.

De ijs qui pollicentur se strenuè opitulaturos, ac Martem quendam acturos.

Tollere cornua.

Cornua tollere, animo efferri significat.
Et addis cornua pauperi. *Hor. de Bacch.*
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit. *Ouid. de ebriet.*
Namq; in malos acerrimus, *Horat. in Epod.*
Parata tollo cornua.

Tollere cristas.

Quid apertius? & tamen illi *Iuuenalis.*
Surgebant cristæ.

Attollere supercilium.

Supercilia homini & pariter & alternè mobilia: & in his pars animi. Negamus, annuimus. hæc maximè indicant fastus. *Plinius.*

Contractis superciliis, & inflatis buccis. *Suidas.*
Sic ait, atq; supercilijs pater annuit atris. *Homerus.*
Id æmulatus Maro:
Sic ait, & nutu totum tremefecit Olympum.

Tuo te metire pede.

Metiri se quemq; suo modulo, ac pede verum est. *Horatius.*
Verùm dijudices dimetiarisq; propria vtrumque mensura. *Lucianus.*
Oportet iuxta suam quemq; conditionem vniuscuiusq; rei spectare modum. *Pindarus.*

Non

Aristophan. in Auibus. Non ipse te remetieris hinc loci
Aliò profectus.

Martialis. Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Dea excogitauit.

In eos, qui vt gestorum gloriam sibi vindicarent, Mineruam ipsis quodcunque dicerent, mittere iactitabant.

Aristoph. in Equitib. Excogitauit dea, meum sed furtum erat.

Laureolam in mustacijs quærere.

Cic. ad Attic. Bibulus cœpit laureolam in mustacijs quærere: hoc est, ex friuolis negotijs captare famam baud præclaram.

Epist. 5. ad Att. Bibulus, credo, voluit hac appellatione inani nobis esse par. In eodem enim Amano cœpit laureolam io mustaceo quærere.

Campana arrogantia.

Cic. pro Rullo. Itaq; illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum otium perduxerunt.

Cic. post Redit. in Senat. Capuæ'ne, inquit, te putabas, in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore.

Contra Rull. Si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit, si superbia nata ibi esse, ex Campanorum fastidio dicitur.

Titus Liuius lib. 1. Decad. 9. scribit Campanis ingenitam esse superbiam.

Gellius lib. 11. cap. 24. Næuianum epitaphium ait esse plenum Campanæ superbiæ.

Ne sutor vltra crepidam.

Quoties quispiam ita insolens & superbus est, vt de rebus ignotis iudicet, prouerbium hoc scitè in illum transferetur.

Fabius pictor apud Quintilianum, fœlices artes futuras ait, si soli artifices de ijs iudicarent.

Athenæus. Stratonicus citharœdus fabro secum de musica contendenti, Non sentis, inquit, te vltra malleum loqui?

Aristo. 1. Mor. Earum demum vnusquisque iudex est idoneus rerum, quarum eruditus est.

Idem 2. Natur. Cæcus disputat de coloribus.

Pennas nido maiores extendere.

Horat. in Epist. Me libertino natum patre, & in tenui re,
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

Summis vnguibus ingredi.

Aristopha. int. Summis ingredi pedũ vnguibus fastuosus dicitur.
Summis naobus mox residetis, animos addente coroona: id est, Efferimini, vobisq; placetis.

Cœlum territat.

In feroces & sæuos admodum, & arrogantes.
Virgil. in Aen. Et cœlum territat armis.
Synes. in Andronicum. Capite cœlum perrumpere conatur.

Vino vendibili suspensa hedera nihil opus.

Vera gloria non indiget alienis præconijs, aut arrogantia.

Plaut. in Pæn. Inuendibili merci oportet vltro emptorem adducere: proba merx facilè emptorem reperit.

Vbi largius æquo
Laudat, venales qui vult extrudere merces. *Horatius.*

Magis sibi placet, quàm Peleus in machera.

In eum qui præter modum re quapiam insolens est, ac tumet.

Hic rhodus, hic saltus.

De ijs qui sese de negooo quopiam iactant insolentius, cuius fides non extaret.
Sua narret Vlysses, *Ouidius.*
Quæ sine teste gerit.
Mecum isthic certa, simul isthic pascito tauros. *Theocrit.*

Cicadis pleni.

In glorinsos ac stultos. Anoquitus enim mos erat capillis aureas eicadas addere.
Prisca hæc sanè atque obsita canis, necnon repleta cicadis, *Aristoph. in Nebulis.*
Ac Cecide cum Buphonijs.

De pulmone reuellere.

Stultam & arrogantem opinionẽ animo eximere. *Persius.*
Dum veteres auias tibi de pulmone reuello.
Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet. *Alibi apud eundem.*

Arrogantia Gigantæa.

Vis consili expers, mole ruit sua.
Vim temperatam dij quoq; prouehunt *Hora. in Odis.*
In maius.
Omnia consilio, non arrogantia agenda.
Consilio sanè multo quàm robore præstat, *Homerus Ilia. 4.*
Hirsutam quicunq; parat succidere syluam.
Consilio rursum nauclerus in æquore nigro
Dirigit vndiuagam nauim raptantibus Austris.
Consilio auriga aurigam vincitq;, præitq;.

Cœlum digito attingere.

Prouerbiali hyperbole, arrogantes cœlum attingere dicuntur, qui supra mortalium conditionem dijs proximi esse videntur.
Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant.
Quòd si me Lyricis vatibus inseris, *Horat. in Odis.*
Sublimi feriam sydera vertice.
Huic tu quùm placeas, & vertice sydera tangas. *Ouidius.*
Agnum quando tuli, vobis in sydera abibo. *Theocrit.*

Altius Oromedonte.

Allegoria prouerbialis in eos qui se ijs præponunt, quibuscum nullo pacto sunt conferendi.
Sic mihi magnoperè faber est inuisus, in altum *Theocr. in Thalysia.*
Qui struit, adnitens superare iugum Oromedontis.

A R S.

Ars, quàm natura certior.

Sine doctrina si quid bene dicitur, adiuuante natura, tamen id quia fortuitò fit, semper esse paratum non potest. *Cic. de Clar. ora.*
Etsi ingenijs magnis præditi quidam, dicendi copiá sine ratiooe consequũtur, ars tamen est dux certior *4. De finib.*

certior quàm natura. Aliud eſt enim poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas, ratione & arte diſtinguere.

3. De Orat. Quæ bona ſunt, meliora fieri poſſunt arte: & quæ non optima, aliquo modo acui tamen & corrigi poſſunt.

Artes coniunctæ.

Pro Arch. poët. Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent commune quoddam vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur.

3. De Orat. Omnis ingenuarum & humanarum artium doctrina, vno quodam ſocietatis vinculo continetur.

2. De Orat. Cæteræ artes ſeſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ.

Ars omnis à naturali ſimplicitate recedit: ita dolo affinis eſt.

Quæ per ſe triſtia ſunt, ea decet arte exhilarare.

Prorſus contemnendum eſt imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abundè magnum præmium ſit ipſa conſcientia.

Quam quiſq; nouit artem, eam canat licet. Principum eſt ignominia, nō artis, ſi caret ſuis premijs.

Ex minimo veſtigio artifex cognoſcit artificem.

Citò nata, citò pereunt: diu elaborata, ſerūt ætatem.

Conſultum eſt vnumquemq; in ea ſe arte exercere, in qua valet plurimum.

Quæ natura deformia ſunt, plus habent & artis & voluptatis in tabula.

Illud potius artis eſt, quæ magna ſunt, ita tractare, vt auditorij quoque magna videantur, & contrà.

Nemo rectè de artificio poteſt iudicare niſi artifex.

Ex minimo artificio agnoſcitur artifex.

Artes bonæ vbiq; ſunt in pretio, nec poſſunt à fortuna eripi.

Plutar. in Mor. Vt frequenous conuenitur ad ſpectaculum, vbi nonnihil theatricæ ſtipis confertur: ita diſciplinę à pluribus coluntur, quæ præter voluptatem ac dignitatem, emolumentum etiam, & commoditatem adferunt.

Ars difficilis, & inutilis.

Stultè reges Aegyptiorum operam populi ac pecunias in ſubſtruendis pyramidibus conſumebant, quæ nihil habebant prëter ſtultam & odioſam oſtentationem, cùm idem in rebus vtilibus fieri potuerit: ita quidam elaborant in difficilimis, cæterùm infrugiferis, hoc ipſum præclarum exiſtimantes, quòd in laborioſo negotio verſantur.

Rhombus, & ſquatina, & rhaia, & paſtinaca, cùm tardiſsimi ſint piſcium, tamen ſæpe reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velociſsimum, ſolertia & ingenio capientes: ita quidam arte ſuperant longè potentiores opibus aut viribus.

Ars alit vbique.

Sextus Nero à Mathematicis audierat fore, vt aliquando deijceretur Imperio, eoq; iambicum Grçcum vſurpabat, Τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει, id eſt, Terra quæuis artem alit. Putabat ſe tantum in arte canendi profeciſſe, vt etiamſi expelleretur, in quauis regione, ob muſices peritiam, in pretio haberi poſſet.

Ars commīnij. Paulus Aemilius, deuicto Perſeo, cùm epulum exhiberet victoriale, dicebat eiuſdem eſſe artis, & aciem benè inſtruere, & conuiuium exhibere: illam vt hoſtibus ſit quàm maximè formidabilis, hoc vt amicis ſit iucundiſsimum.

Aiebat Socrates abſurdum eſſe, eos ad publicos magiſtratus admitti, qui nunquā dederunt operam diſciplinis, cùm nemo non deteſtaturus ſit eum qui clauo aſsideat, artis nauticæ ignarus: quumq; artes ſedentarias nemo profiteatur abſque dedecore, qui eas non didicerit. Ars gubern.

Artis exercitatio.

Nunquam tam occupatus Apelles fuit, vt diem prętermitteret in quo nihil pingeret, artem exercēs. Vnde ſubducens ſeſe à negotijs, dicere ſolet, Hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abijt in prouerbium.

Megabyzes rex quum in Apellis officina, cœpiſſet de arte pingendi loqui, Apelles non ferens regem de ijs iudicare quæ non didicerat, Quandiu, inquit, ſilebas, omnes te ob aurum, purpuram, ac diadema venerantes, magnum virum eſſe putabant: nunc pueri mei, qui colores terunt, ob inſcitiam te rident. De arte artifex.

Interrogatus Pyrrhus vter melior tibicen videretur, Python'ne an Chariſius, Polyſperches, inquit, dux egregius exercitus. Artem imbellem contempſit, illiq; præpoſuit artem militarem. Ars imbellis.

Adoleſcenti cuidam, luſum amatorium eleganter in balneis exhibenti, Diogenes, Quo melius, inquit, eo deterius. Damnans inhoneſtam artem, cuius quo quiſque eſt artifex melior, hoc vir eſt deterior. Ars inhoneſta.

Apud Archidamum quum quidam prædicaret citharœdum, eiuſq; in canendo facultatem admiraretur, Heus, inquit, vir optime, quid honoris ac præmij abs te ferent boni viri, quum tantoperè prædices citharœdum? Rectè taxauit præpoſtera hominum iudicia, qui pluris faciunt morionem quàm prudentem: artes quæ voluptati, quàm quæ Reip. proſint. Ars inutilis.

Ad eum qui ipſi cantorem commendaret, Apud nos, inquit, hic eſt bonus condimentorum artifex: perinde quaſi nihil referret, vtrum quis muſica, an obſonijs delectaret. Ars inutilis.

Demaratus cùm audiret cantorem pulchrè ſatis canentem, nihil aliud laudis illi tribuit, tantùm ait, Mihi videtur non malè nugari. Ars inutilis.

Eudamidas rogatus de cantore quodam, qui fœliciter cecinerat, qualis ipſi videretur, Magnus, inquit, in re parua delinitor. Contempſit operoſam artem, cuius nullus erat fructus præter inanem aurium oblectationem. Ars inutilis.

Lycurgus quicquid erat ſuperuacaneum, è ciuitate eijciendum curauit, adeò vt nec negotiator, nec ſophiſta, nec vates, nec lautitiarum artifex Spartam ingrederetur. Ars inutilis.

Diogenes Euclidis ſcholam, quòd arguta quidem, ſed ad rectè viuendum inutilia doceret, χολὴν, id eſt, bilem ac moleſtiam appellabat. Ars inutilis.

Cyrenæus quidam auriga cùm in Platonis Academiam veniſſet, atque illic rationes omnes procurrendi & flectendi currum oſtentaret, admirantibus cæteris, Plato dixit, virum eum, qui totum animum inutili ſtudio dediſſet, ad nullam rem grauem, ac frugiferam eſſe idoneum. Ars inutilis.

Artem

Artem quam quisque nouit, in hac se exerceat.

Senarius est ex Aristophane sumptus, quem citat M. Tullius 1. Tuscul. his verbis:

Sed hic quidem quamuis eruditus sit, sicut est, hęc magistro cōcedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur, Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.

Plato apud Aul. Gellium. Accedit illud Euripidis: Qua in re clarus quisq; est, ad eam properat, & diei partem illi plurimā impertit, in qua ipse se exuperet: contrà in qua stupidior ac nihili sit, inde effugit, eamq; cōtemnit.

Horatius. Nauem agere, ignarus nauis, timet: abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod medicorum est,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim.

Idē ad Vellū. Quam scit vterque, lubens censebo, exerceat artem.

Pindarus apud Plutarch. Equus in quadrigis, in aratro bos: apro cædem molienti inueniendus est canis laborum patiens.

Athenæus li. 8 Aliud est, inquit, Rex, sceptrum, aliud plectrum. De Ptolemæo cum Stratonico citharœdo disputante.

Ex Platone.

2. de Rep. Dia. SOCRAT. Prohibuimus ne coriarius opera simul aggrederetur agricolæ, vel textoris, vel architecti, & in sua duntaxat arte versari præcepimus, vt opus ipsius quàm optimè nobis cōficeretur: singulisq; alijs singula pro cuiusque ingenio tribuimus, vt quisque id vnum ad quod natura ducit, aggrediatur, omnemq; à cæteris agēs, & temporis opportunitate seruata, optimè illud efficiat.

3. de Rep. Dia. SOCR. Si quis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficiet, vt in nullo euadat egreg.

Ars intelligenda priusquam docenda.

Plato in Alcibiad. SOCRAT. Rectè verò se habet quod secundum artem fit.

Nónne scis, oportere eos qui aliquid docturi sunt, priusquam doceant, intelligere?

Ars quæ lucrum spectat.

Plato Dial. de Legibus 8 HOSP. Artes & studia quæ ad lucrum conducunt, libenósimè omnes complectūtur, cætera spernunt. Hæc igitur vna causa, ne ciues id aut aliud quicquam honestum, bonumq; officium curēt: sed insatiabili auri & argenti cupiditate, & honesta pariter & inhonesta artificia complectantur: & quoduis agāt, seu fas, siue nefas, id habeatur, vt pecunias cumulent, quibus subministrantibus veluti pecora ventri ac veneri seruiant.

Duas verò artes, aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest. Nemo enī satis potest arti quidem vni vacare, & alterius artis opifici præsidere.

Ex Ethic. Aristot.

2. Ethic. cap. 6 Omnis ars & sciētia ita deniq; præclarè suum munus exequitur & absoluit, si mediocritatem intueatur, ad eamq; sua opera omnia referat. Hinc solent de perfectis operibus prædicare, nec ijs detrahi quicquam, nec addi posse, quia nimium & parum omnem præstantiam laudemq; artis labefactat, conseruatq; mediocritas.

Lib 6. cap. 4 Ars est habitus cum ratione vera in faciendo positus. Ars autem omnis in ortu versatur, idq; spectat quemadmodum efficiatur quicque eorum, quæ & esse & non possunt, quorumq; principiū situm est in eo qui facit, non in eo quod efficitur. Non enim tractat ars ea quæ stant, vel eueniunt necessariò: nec in ijs quæ à natura ortum habent, versatur.

Ars & fortuna vicina.

Ibidem. Quodammodo in ijsdem rebus ars & fortuna versantur, vt placet Agathoni.

Fortuna chara est arti, ars quoq; fortunæ.

Artis & Prudentiæ comparatio.

Lib 6. cap 5 Artis virtus est aliqua propria, prudentiæ non est. Et qui in arte sponte sua aberrarit, præstantior est: in prudētia minus, quemadmodū etiam in virtutibus contingit.

Lib. 10. cap. 9 In omnibus artibus & scientijs ijdem artem ipsam tradunt, & eodem munere funguntur.

Artis laus.

Amphides. Non est vllum humani infortunij
Solamen dulcius in vita, quàm ars.
Dum enim animus disciplinæ vacat
Suæ, latenter prætermauigat, & obliuiscitur calamitates.

Hipparch. Res est multò omnium pretiosissima
Omnibus hominibus ad viuendum, ars.
Cætera enim & bellum, & mutationes
Fortunæ absumunt, ars autem conseruatur.

Hermodotus. Artem non auget oratio superflua,
Sed ipsa opera exornant artem.

Simylus. Neque natura sine arte sufficit
Cuiquam omninò quocunq; in studio:
Nec ars per se sine præsidio naturæ.
Quòd si ista duo similiter conueniant
Vnà, adhuc desiderantur sumptus,
Amor, exercitium, opportunitas, tempus,
Iudicium, quod dicta statim arripiat & intelligat.
Nam quocunq; istorum quispiam destituatur,
Non assequetur institutum sibi terminum.
Natura, voluntas, diligentia, ordo,
Sapientes faciunt, bonosq; viros: annorum verò
Numerus, nihil præter senectutem parit.

Menander. Paterna bona tempus interdum facit
Aliena, seruans interim corpora.

Vnum autem vitæ præsidium in artibus situm est.

Plato in Soph. Artium fermè omnium species duæ sunt. Quæ? Agricultura, & cuiuslibet mortalis corporis cura, & facultas omnium quæ circa compositum quodlibet fictúmve versatur, quæ communiter supellectilia dicuntur, & quæ hæc imitatur: vniuersa inquam facultas huiusmodi vno quodam communi nomine nuncupari debet.

Plutarch. Artium, vt apparet, alias à principio necessitas constituit, & hucusque cōseruat. Omnia docuit necessitas: quam enim rem necessariam non inueniret necessitas? Artem texendi, ædificandi, medicinam, agriculturam, & quęcunque circa agriculturam versantur, necessitas produxit. Alias verò voluptas quædam, quæ occupat artes vnguentariorum, opsonia parantium, & vniuersam ornatui

ornatui studentem,& illam quæ floridis coloribus lanas inficit. Nonnullæ verò sunt, quarum probabilem vel exquisitam rationem, aut puritatem amplectuntur homines, easque discunt ac excolunt, vt Arithmeticam, Geometriam, & Canoticā omnem, & Astrologiam, quas Plato ait, quamuis neglectas, vel inuitis nobis per propriam sibi gratiam augeri.

Artis vis.

Oui. li. 6. Met. Non illa loco, neq; origine gentis
Clara, sed arte fuit.
Ibidem. Lydias tamen illa per vrbes
Quæsierat studio nomen memorabile, quamuis
Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.
1. de Ponto. Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.
Oui. 2. de Ponto. Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.
Oui. 1. de Arte amandi. Disce bonas artes, moneo Romana iuuentus,
Non tantùm trepidos vt tueare reos.
Lib. 2. de Arte am. Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Ars, natura defectum in multis supplet.

Oui. 1. de Arte am. Arte citæ, veloq; rates, remoq; reguntur.
Arte leuis currus, arte regendus amor.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro,
Frænaq; magnanimi dente teruntur equi.
Oui. de Philom. Psittacus humanas depromit voce querelas,
Atq; suo domino χαῖρε, sonatq; vale.
Picca loquax varias modulatur gutture voces,
Scurriliter strepitu quicquid & audit, ait.
Persius in Prol. Quis expediuit psittaco suum χαῖρε,
Piccasq; docuit nostra verba conari?
Magister, artis ingeniiq; largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Statius in Syl. Psittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ solers imitator Psittace linguæ.

Artes vbique hominem comitantur.

Oui. 4. Trist. Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.
Sola nec insidias inter, nec militis ensem,
Nec mare, nec ventos, barbariemq; timet,
Lib. 2. de Pont. Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Lib. 3. de Arte am. Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,
Et studio mores conuenienter eunt.
Propert. Non datur ad musas currere lata via.

Artium vis & vsus.

Hor. lib. 1. epist. Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi depellere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator?
Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit,
Si modò culturæ patienter commodet aurem.
Hora. 4. Carm. Ode. 4. Doctrina sed vim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Petite hinc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

Artis vituperium.

Menander. Qui primus inuenit artem alituram mendicum,
Multos fecit miseros. Simplex enim fuerat,
Illum, qui sine molestia viuere non poterat, mori.
Quisquis deorum primus demonstrauit artem, Antiphon.
Is maximum inuenit hominibus malum.
Cùm quis enim inops est, per otium
Abiens periclitatur per vnum diem:
Ita vt vel insignis fiat, vel moriatur.
Nos verò pro pignore habentes artem
Viuendi, semper sperantes esurimus:
Et cùm liceret exiguo tempore inopes esse,
Per omnem vitam id agere instituimus.
Non admodum bene consenescunt artes, Menander.
Nisi dominum nanciscantur auarum.
Infœliciores sunt illi qui exercent artes. Euripides.
Etenim de imperitia palàm eos vituperare
Omnibus licere, non beata, sed misera res est.

Pulchrè tu quidem Critobule. Nam quæ vocantur mechanicæ, abiectæ omninò sunt, ac iure à plerisq; improbantur. Quippe quæ corpora exercentium atterant, tum assidere homines atque vmbratiles esse cogant: nonnullæ verò ex eis totos dies igni incubare compellant. Eneruatis deinde labore membris, necesse & animos debilitari, ac quodammodo ægrotare. Præterea huiuscemodi viri vix satis commodè, cùm amicis, tum Reipublicæ vacare possunt, videnturq; inepti & ad amicorum familiaritatē, & ad opem patriæ ferendam. Quin in aliquibus ciuitatibus, ciuium nemini fas est mechanicas artes exercere. Xenophon in Oeconom.

Arithmetica porrò, & aliæ nonnullæ huius persimiles, ab actione liberæ sunt, cognitionem verò tantùm exhibent. Ita certè dicendum. Quæ verò ad Architecturam & manuum ministerium pertinent, scientiam innatam actionibus sortiūtur: corporaq; ab illis effecta, quæ antè non erant, perficiunt. Patet. Ita cunctas scientias diuide: agentem vnam, alteram cognoscentem, solummodò nomina. Sint ergo scientiæ species duæ, cùm vna sit scientia tota. Plat. de Regno.

In manuarijs primùm artibus videamus num artium alia scientia magis, alia minus sit, oporteatq; aliam purissimam, aliam impurissimam arbitrari. Decet profectò. Præcipuas vtique à singulis discernendum. Quales, & quo pacto? Vt ecce si quis ab omnibus artibus segregaret numerandi, dimetiendiq; & ponderandi peritiam, vile quiddam, vt ita dicam, esset, quod vniuscuiusque restaret. Vile profectò. Residuū quippe imaginatione quadam ac sensuum experientia & exercitatione, coniecturisq; consequi liceret, quas plerique artes vocant, cura & labore vim suam omnem adeptas. Necessaria prorsus inducis. Plato in Phileb.

Ex Valer. Maximo.

Artium effectus quanti.

Sulpitij Galli maximum in omni artium genere recipiendo studium plurimum Reipubl. profuit. Nam L. Pauli, aduersus Persen pugnantis, legatus, milites ob lunæ defectum perterritos animauit, de cœli ratione & syderum natura peritissimè disputando: auocatumq; à pugna exercitum in aciem misit.

Spurinæ in consectandis deorum monitis efficacior scientia apparuit, quàm vrbs Romana voluit; prædixerat enim Cæsari vt proximos triginta

ginta dies quasi fatales caueret, quorum vltimus erat Idus Martij mensis. Cùm autem ambo simul conuenissent, Cæsar Spurinnæ dixit, Ecquid scis Idus Martias iam venisse? & is, Ecquid scis illas nondum præterijsse?

Pericles, cùm obscurato repentè sole, insolitis perfusi tenebris essent Athenienses, & sollicitudine agerentur, interitum sibi portendi credentes: quæ à præceptore Anaxagora de solis & lunæ cursu acceperat, ita corā populo disseruit, vt amplius nequaquam trepidarint ciues.

Praxiteles Venerem in marmore quasi spirantem ita pinxit, vt propter pulchritudinem à libidinoso quodam parum fuerit tuta. Equam tanta animi sagacitate pinxit, vt equus quidam hinnitum edere coactus fuerit: canemq;, cuius aspectu, canis alter à latratu abstinere non potuit.

Arte effici non omnia possunt.

Sæpenumerò virium suarum artem æmulam patitur natura, aliquando labore irritam dimittit: quod artificis summi Euphranoris senserunt manus. Nam cùm Neptuni imaginem, Iouis aliquāto augustiorem repræsentaturus excellentissimis coloribus complexus esset, nusquam quò tenderent eius conatus, assurgere potuerunt.

De Timante idem censeas, qui nobilis pictor, cùm immolatæ Iphigeniæ sacrificiū luctuosum, Vlyssem mœstum, clamantem Aiacem, lamentantē Menelaum circa aram statuisset, summi mœroris acerbitatem arte exprimi non posse confessus est.

Artis quisque suæ optimus & autor est, & disputator.

Q. Scæuola clarissimus legum vates & certissimus, quoties de iure consulebatur Prætorio, ad Furiū & Cassellium, huic scientiæ deditos, consultores reijciebat. Significans ab his negotium facilius posse explicari, qui quotidiano eius vsu callerēt. Sapientissimi enim artis suæ professores sunt hi, à quibus propria studia verecundè, & aliena callidè æstimantur.

Plato, aræ conductores formam eius petentes, ad Euclidem Geometram ire iussit, professioni eius cedens.

Mirificè & artifex ille, qui in opere suo moneri se à sutore de crepida passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.

A ANTE S.

Assiduitas & diligentia.

Sophocles. Amus quàm celerrimè. Non potest enim Iusta diligentia vnquam reprehendi.

Hesiodus. Si quis otiosus respexerit alterum
Locupletem, is festinabit vt aret, plantetq;,
Et rem domesticam ritè disponat. æmulatur enim vicinus vicinum
Ditescentem: est autem hæc æmulatio mortalibus vtilis.

Idem. Operando, viri pecuniosi fiunt & dites.
Atq; laborans multò magis amatur à dijs.
Non est autem dedecori laborare, sed otiari.
Quòd si labores, statim & otiosus aliquis æmulabitur te
Ditescentem: diuitias verò virtus & gloria sequuntur.
Verecundia inutilis virum egenum occupat, *Hesiodus.*
Verecundia, quæ multum viris obest, rursusq; prodest.
Verecundia facit infortunatos, animositas fortunatos.
Pecuniæ non raptæ, sed diuinitus datæ, plurimùm *Idem.*
præstant.
Virtus autem per labores incedit.
Boni viri subire labores *Euripides in Iphige.*
Audent, & nusquam vlla in re sunt timidi.
Labor enim (vt aiunt) bonæ famæ pater est.
Laboribus vendunt nobis omnia bona diui. *In Tauris.*
Necessum est vt laborent, qui volunt fœliciter agere.
Plures studio boni sunt, quàm natura. *Epicharmus*
Bona per labores augentur hominibus. *Critias.*
Labor improbus omnia vincit. *Virg. in Georg.*
Tibi dixi, ô fili, vt fortunam laboribus *Euripides.*
Indages. Honorari enim tuum patrem vides.
Nullus est, qui dum molli vitæ studet,
Gloriam adeptus sit: sed laborandum est.
Præstantes enim, & qui faciunt aliquid eximium,
Honoramus, ac viros in ciuitate nominare dignamur.
Nunc sum ignauus, quia præteritos labores frustra tuli. *Menander.*
Genitos oportet, quoad vixerint, laborare. *Hesiodus.*
Ignauia enim non alit frugalem vitam.
Nam si vel modicum modico coniunxeris, *Menander.*
Idque frequenter feceris, statim fiet hoc quoque magnum.
Omnia enim assiduitate conficiuntur negotia.
Gloriā assequutus sum non sine multis laboribus.
Solet laborantem Deus pariter adiuuare.
Bona per labores augentur hominibus. *Euripides.*
Voluptuosa autem vita, & mala timiditas,
Nec domui, nec victui quicquam prosunt.
Haud poteris fœlix absque labore degere,
Et iuuenem laborare nolle, turpis res est.
Pulchrum est etiam senem sapientiæ studere. *Aeschylus.*
Nulla res magna sine labore veniet. *Sophocles.*
Necessum est vt laborēt, qui volunt esse fortunati.
Omnia pulchra laborans consequitur.
Nihil non desiderium inquirentis inuenit.
Omnia possunt inueniri, si modò non laborem *Philemon.*
Fugerit aliquis, qui rebus indagandis adhæret.
Assiduitate quælibet assequi datur.
Quantum delector ob exhausta mihi præterita mala.
Nisi enim tum laborassem, in præsentia non gauderem
Nemo sibi laudem comparauit ex voluptatibus. *Euripides.*
Nullus enim focos celebris vir est.
Sed labores generositatem pariunt.
Laborantem pariter Deus adiuuat. *Alexis.*
Inueniuntur omnia quæsita,
Nisi prius desistas, laboremq; fugias.
Cùm enim homines quidam inuenerint
Partem aliquam in diuinis tanto spatio
Distantes, nempe syderum ortus, occasus, solstitia,
Defectum solis, quidnam ex rebus communibus
Et

Et familiaribus hominem fugere posset?

Theodect. Multum oportet. Illum laborare, qui gloriosam laudem consequuturus est.

Negligentia verò præsenti voluptate
Fruens, dolores afferre solet in posterum.

Euripides. Sine fortuna enim, vt in prouerbio est,
Labor relictus, haud amplius grauis est hominibus.

Sophocles. Nulla enim ratio præterito laboris habetur.
Labores cùm iam abiere, dulces sunt.

Agathon. Qui vias peculiares scrutantur, industrio sunt ingenio.

Philisc. Non licet, ô stulte, cum inertia
Otiosos eadem nancisci, quæ laborantes.

Xenophanes. Non ab initio statim dij cuncta mortalibus ostenderunt:
Sed illi progressu temporis inquirentes singula melius inueniunt.

Hipponactes. Nullum tibi tempus otiosum elabatur.

Apollodorus. Si tibi sat temporis ad negotia sumpseris,
Perficientur & domabuntur omnia.

Euripides. Quæ pulchra sunt, infinitis laboribus comparantur.
Nulla in re oportet
Rectè facientem omninò desperare.

Menander. Cóprehendi possunt industria & labore Omnia.
Omnia quæ inquiruntur,
Indigere cura dicunt sapientes.

Sophocles. Quod quæritur, comprehendi potest: effugit autem quod negligitur.

Epicharmus. Conuenientibus laboribus
Vendunt nobis omnia bona dij.
Tua enim patria laboribus proficit,
Quietæ verò ciuitates in obscuro sunt statu,
Et obscurè vident sibi metuentes.

Antiphanes. Omnia diligentiæ subijciuntur.

Smyrnæus. Ex numerosa gutta, vt aiunt, perpetuò stillante
Excauatur etiam lapis in scissuram.

Bucolicus. Bio. Non decet, amice, propter quoduis negotiũ adire fabrum,
Neque æs alienum in omni re conflare. Quin tute
Fabricato fistulam: fuerit enim tibi facile factu.

Epicharmus. Cæterùm diligens industria
Plus donat amicis, quàm bonum ingenium.

Euripides. Non enim Vlysses solus est disertus:
Necessitas docet, etsi quis tardus fuerit, esse sapientem.
Nulla res necessaria turpis est hominibus,
Sed iucundum est superstitem meminisse laborũ.

Aelianus. Solon Atheniensis, cùm eius nepos carmen quoddam Sapphûs cecinisset, delectatus est, iussitq; adolescentẽ vt eam se doceret. Interrogatus cur hoc desideraret, respondit, Vt postquam ipsam didicero, moriar.

Eusebius. Voluntarij labores necessarij sunt laboribus in posterum euenturis, quos facilius tolerabit ille, qui sponte sua præexercitatus in ipsis fuerit.

Aelianus. Demosthenes Demosthenis filius si postridie concionem ad populum habiturus esset, totam noctem vigilabat, ad meditandum quæ diceret. Itaque Pytheas illius sententias elychnia redolere dicebat.

Demosthenes. Natura comparatum est, vt præsentes absentiũ bonis fruantur, & ignauorum gnaui.

Thucydides. Diuturnum in operibus exercitium plus sibi confert, quàm pulchrè instructi sermonis breuis adhortatio.

Voluntarij labores inuoluntariorum patientiam leuiorem efficiunt. *Demosthenes.*

Labor continuus consuetudine fit seipso leuior.

Voluptates venari conuenit, quæ labores sequuntur, non illas quæ præcedunt.

Plures fiunt exercitatione boni, quàm naturâ. *Democritus.*

Perpetua cunctatio reddit actiones imperfectas.

Feruntur anum quandam cùm quotidie paruum vitulum sublatum gestaret, & nullum diem intermitteret, tandem adultum quoque bouem gestasse. *Phauorinus.*

Tassus Hermioneus, quidnam sapientibus esset præ cæteris, interrogatus: experientiam, dixit.

Xenophanes gloriam nullam diligebat, pro qua non laborasset.

Vt facilius & promptius labores illos sustineamus, quos virtutis & honestatis gratia subituri sumus, hæc animo secum reputare vtile fuerit: videlicet quàm multa tolerent aliqui propter malas cupiditates, vt qui amant luxuriosè. Et quantum sufferant alij lucrandi causa. Item quanta patiantur nonnulli, dum gloriam venãtur. Et quòd omnes isti sponte tolerent ærumnas omnes. An non igitur iniquum foret, illos quidem huiusmodi pro nulla re honesta sustinere, nos verò honestatis gratia, & declinandæ causa malitiæ (quæ planè pestis est vitæ nostræ) tum virtutis comparandæ (quæ nobis honorum omnium dux est) non quosuis labores promptè subire? Atqui verbis exprimi non potest quantò præstantius sit eniti, vt cupiditates propriæ castigentur, quàm laborare ad vxore potiendum aliena: item frugalitatem exercere, quàm in comparandis pecunijs laboriosum esse. *Musonius.*

Cùm labor omnibus hominibus necessarius sit, tum his qui præstantius aliquid, tum illis qui vilius quidpiam desiderant, absurdissimum est, eos, qui præstantioribus operam dant, & magna præmia sperant, non multò in laboribus promptiores esse. *Idem.*

Circunforanei mirabilium authores, perquàm difficilia negotia sustinent, & de vita sua periclitantur, alij quidem saltantes supra gladios præcipitati, alij supra funem ambulantes in sublimi, alij per aërem volãtes, in quibus si contingat error, mortis periculum est, omnia tamen mercedis exiguæ causa ista faciunt: nos verò nihil sustinebimus laborum pro vniuersa simul fœlicitate? Nullus enim alius finis est bonitatis, quàm bene beateq; in posterum viuere.

Adhæc meritò natura quorundam animantium consideráda est, quæ nos planè potest ad capessendos labores hortari. Coturnices enim & galli cùm neque virtutis, vt homo, nec honesti iustiq; notitiam habeant, neq; laboris quicquam hisce comparandis insumant, pugnando tamen inuicem, & mutilari sustinent, & mortem potius obeunt, quàm superari se permittant. At quantò magis cõuenit patientes ac tolerátes esse, quum honestas ob causas ærumnis & laboribus fatigamur, vel ad opem ferẽdam amicis, vel iuuandam ciuitatem, vel pro vxoribus, & liberis pugnandum?

Cæterùm

Cæterùm vt boni, iusti, temperatiq; sint, quæ res omnium est maxima & præcipua, nullis mortalium citra laborem datur.

Qui laborem recusat, seipsum condemnat, tanquã bonis omnibus indignum: quicquid enim est vbique boni, labore comparatur.

Xenophon in lib. de Venatione. Venationis studio dediti, magnam ex eo vtilitatẽ capiunt. Nam bonam valetudinem corporibus parant, senescuntq; minus. Labor huius ad bellum instituit. Primò quidem, si vias difficiles sub armis ambulant, labores ferunt, quibus feras capere consueuerunt. Humi iacentes quiescunt, ad imperatoris edictum præsto sunt, inuadunt hostes more ferarum, hostem fugientem persequuntur, nã feras ipsi hoc modo insequi solent.

Musonius. Virtus est scientia non contemplatiua solùm, sed etiam actiua, sicut & medicina & musica. Quemadmodum medicum oportet non solùm artis suæ contemplationem percepisse, sed in actionibus exercitatum esse: sic vir bonus futurus, non præcepta virtutis solùm ediscat, sed in ijs se exerceat. Non enim temperans est, qui tantùm nouit à voluptatibus vinci non decere, nec vllum repugnandi exercitiũ habet: nec iustus, qui æquum diligẽdum esse quidem scit, sed in cupiditatibus fugiendis nequaquam se exercet.

Quamobrem necessarium est omninò ad doctrinam præceptorum vnicuiq; virtuti conuenientium, vsum & exercitationem accedere, si quam modò vtilitatẽ afore nobis ex ipsa doctrina expectamus. Atque tantò magis exercitari conuenit futurum philosophum, quàm medicinæ aut similis alicuius artis studiosum, quantò maior, absolutuque difficilior est philosophia quouis alio studio. Siquidem ad alias artes ipsarum cupidi accedunt, animis non prius corruptis, neque contraria didicerunt his antea quæ deinde discẽda sunt. Quoniam igitur modo cõuenit ipsis exerceri? Quoniam homo non anima solùm, neq; corpore solo constat, sed compositum quiddam exiliit ex vtrisque, necesse fuerit exercentem se vtriusq; curam habere, magis quidem præstantioris partis, hoc est animæ: alteram tamen non negligere, si modò nullam partem sui imperfectam habere velit.

Exercitiorum aliud rectè per solam animam efficitur, aliud animæ simul & corporis commune censendum. Communis etenim vtrisque fit exercitatio, si nos assuefaciamus ad rigorem, calorem, sitim, famem, victus tenuitatem, cubilis duritiam, abstinentiam rerum suauium, & molestarum tolerantiam: quoniam per hæc & huiusmodi tum corpus robnratur, ita vt non facilè sorin secus afficiatur, sed firmum, & ad quoduis opus vtile sit: tum anima sic exercitata confirmatur, scilicet difficilia sustinens ad fortitudinem, abstinens verò suauibus ad temperantiam.

Ad animæ exercitium, pertinet primùm faciles sibi & in promptu parare demonstrationes, quibus efficitur, quòd illa bona, quæ speciem tantùm boni præ se ferunt, non sint bona: & mala, quæ pro malis opinione multorum habentur, non sint mala: quæ autẽ reuera sunt bona, cognoscere, atq; ad discernendum à non veris assuefieri: deinde operam dare, neq; existimata vlla mala refugere, nec vlla pro bonis habita persequi, & à veris malis omni modo declinare, vera autem bona omni studio sequi.

Quandoquidem omnes qui philosophiæ sumus initiati, audiuimus & consensimus, quòd neque labor, neque mors, neque paupertas, vllo pacto mala sint, nec aliud quicquam alienum à malitia: & rursus bona nõ sint diuitiæ, vita, voluptas, aut quicquam quod non coniungatur cum virtute: sed quamuis ita sentiamus, propter corruptionem tamẽ statim à puero nobis innatam, & malam inde consuetudinem, accedente quidem labore, aliquid mali nobis contingere putamus: voluptate autem se offerente, aliquid boni putamus nobis dari: & mortem quidem ceu calamitatem extremam horremus: contrà vitam velut maximum bonorum amplectimur. Item argentum impendentes, tãquam accepto damno dolemus: recipientes verò, tanquam adiuti gaudemus. Quando igitur hæc ita se habent, oportet exercentem se conari, vt vincat seipsum adeò ne voluptati applaudat, neque laborem auersetur: & vitæ non nimis cupidus sit, nec mortem metuat, & pecunias accipere non maioris faciat, quàm expendere.

Plutarchus in opere de Animi tranquillitate. Cæterùm qui ita censent, ad vitam per tranquillitatem agendam non multa agere oportere, nec priuatim, nec publicè, hi primò magno nobis parabilem animi tranquillitatem faciunt, vtpote inertia segnitieq; venalem, & tãquam ægrotum sic vnumquemque hortantur versu illo tragico: Mane misselle tuis in lectis immotus.

Siquidem cùm noxium est medicamẽtum corpori sepulta illa segnities, tum nihilo melior animæ medicus est ægritudinis & turbulentiæ torpor & mollitia, socordiaq; amicorum necessariorũ, patriæq; desertrix.

Ibidem. Itaque ne Epicurus quidem ille voluptatis assertor, author est ijs qui aut ambitiosi natura, aut sunt auidi gloriæ, vt se otio dedant, sed vt ad gerendam Rempub. natura duce accedant: quippè homines ad agendum natos, haudquaquam æquo animo inturbidoq; laturos, se ea re orbatos esse, quam imprimis concupierint. Quanquam ille ineptus, qui ad Rempub. asciscat eos, qui sibi ab ea temperare nequeant, & non ens potius qui gerendę Reipub. facultatem habeant. Neque verò multitudine paucitateq; negotiorũ securitatem animi anxietatemq; metiri conuenit. Honesta enim omittere non minus quàm turpia agere molestum est & turbulentum.

Protagoras asserebat, nec artẽ sine exercitio quicquam esse, nec exercitium sine arte.

Apollonius. Non esse natũ, nihil est: natũ autem esse, labor est.

Dionysius. Sciendum quòd homo non facilè vllum sibi dogma comparauit, nisi quotidie eadem dicat, & audiat, & simul ad vitam accommodet.

Epictetus. Nicias tam erat assiduus, vt famulus sæpe rogaret an lauisset, an pransus esset.

Archimedem incumbẽtem abaco, & figuras quasdam ducentem, famuli per vim abstractum vngebant: ille verò figuras in corpore vncto ducebat.

Lampis nauclerus interrogatus quomodo nactus esset diuitias: Magnas quidem, inquit, non difficulter:

cultat:exiguas verò,laboriosè.

Democritus. Omnes labores otio iucundiores sunt, quando illa coosequuntur homines,quorum gratia laborant, aut consequuturos se sciunt. Frustratiouis verò,cùm spei oon respondet euentus,vnum est remedium, si omnia reliqua similiter ærumoosa sint & laboriosa.

Aeschylus cùm certamen io Isthmo constitutum videret, & quodam percusso spectatores exclamassent,dixit: Viden' qualis sit exercitatio? Qui ictus est,tacet:spectantes verò clamant.

Demosthenes ioterrogatus quo pacto sibi oratoriam facultatem cōparasset,Plus olei,quàm vini, inquit,mihi consumptum est.

Demades togatus quo præceptore fuisset vsus,Tribunali, respondit, Atheniēsium:insiouans quòd in ipso negotio experiētia quauis institutione sophistarum melior sit.

Diogenes dicebat Medeam sapientem, non veneficam fuisse.Acceptis enim mollibus & effœminatis hominum corporibus, confirmasse ipsa gymnasijs ac exercitijs, & robusta ingētiaq; reddidisse: hinc famam emanasse,quòd coquendo carnes in iuuentutem restituerit.

Serinus. Sybarita quidā cùm peregrinatus in Lacedæmonem venisset,moribus eorum perspectis , & patientia,qua statim à pueris educantur,oihil ipsos mirum dixit præstare,quòd facilè mortē obeant in bello,ne ita viuere cogantur.

Plato in Theæt. Corporum habitus quiete ac otio corrumpitur, gymnasijs & motibus magna parte cōseruatur. Iidem animæ habitus institutione ac meditatiooe, qui motus quidam secundum disciplinas sunt,seruatur,euaditq; melior: otio autem quod ab omni meditatione disciplinaq; vacatio est, oeque discit quicquam , & si quæ didicerit,obliuiscitur.

Cephisidorus dicebat neminem opes à se conquisitas abligurisse,sed ab alijs acceptas.

Pythagoras familiares suos hortabatur vt optimū viuendi genus sibi deligerent:quamuis enim laboriosissimum esset, consuetudine tameo iucundum fore.

Plato in Phæd. Otio vtique abundamus , ac etiam mihi videntur, velut in æstu super caput oostrum cicadæ canētes,& inuicem disputantes nos contueri.

Sæpius audiui te dicentem quòd in eisdem bonus vnusquisque nostrum sit , in quibus sapiens est: contrà malus,vbi rudis & imperitus.

DE ASPERITATE.

In asperum & inexorabilem competit illud Telemachi ad matrem apud Homerum Odysseæ ♃.

At tibi perpetuò cor saxo durius omni est.

Diomedes ι. Iliados in Achillem , qui dona & legatos Agamemnonis reiecerat,dixit:

Quin magis ipsius hūc animo , ingenioq; sinamus,
Siue venire velit,siue hîc remanere.

Ferreus,aheneus.

Virgil. Non mihi si linguæ centum sint,oraq; centum,
Ferrea vox.

Hom. Iliad. 2 Noo mihi si sint ora decem , totidem quoque linguæ,
Vox infracta,animusq; mihi simul æreus adsit.

Hic murus aheneus esto. *Hora. epist. 1*

Ferrea nimirum tibi mens in pectore clausa est. *Home. Iliad. 10*

Neque enim mihi scilicet ipsi
Ferreus est animus sub pectore,sed miserescens. *Odyss. 4*

Ferrea verò ignis venit in præcordia virtus. *Iliad. ♃*

Non ego,cùm scribo,si forte quid aptius exit, *Persius Sat 1*
Quando hæc rara auis est, si quid tamē aptius exit,
Laudari metuam, neq; enim mihi cornea fibra est.

Scytharum oratio.

Apud Græcos in prouerbiū cessit,vt quicquid asperum & sæuum esset, id Scythicū appellaretur.

Reliqua quidem Scytharum otano. Sentit in calce literarum fuisse quiddam minus dictum,reliqua nihil præ se ferre humanitatis. *Lucianus in Dialo. meretri.*

Itaque Scytharum , sicun vocant , responsum hoc tibi sit , Ego insanio & sapio , & odi mortalium genus. *Aelianus in Epistolis.*

Asperior Leberide.

De vehementer asperis. Nam leberis est exuuium illud vel serpentum , vel piscium exuentium senectam: quod asperrimum esse constat ob summam suauitatem.

Totus echinus asper.

Echinus piscis est vndique spinis obseptus, vt nusquam impunè possis attingere.Est & hominum huiusmodi genus,cum quibus nulla ratione possis agere citra litem.

Ex scabro in leuem nuoquam vertetur echious. *Aristophanes in Pace.*

Durus alloquijs.

De immobili & inflexibili alloquio. Ductum à cera quæ tractando mollescit.

Echino asperior.

Cortice deposito mollis echinus erit. *Martialis.*

Animal pusillum echinus , spinas tamen acutas & loogas habet. *Arist. de Generat. animal. 5*

Etiam quercus bacchatur.

Etiam quercus mæoas est facta. De ijs qui vix deliniuntur.

Difficilis vir & asper.

Forsan & innocuum culpet vir sæuus & acer. *Homerus. Iliad. λ*
Ipse probè nosti seniot,quòd vt est serus ille,
Culparit facilè inoocuum,culpaq; vacantem.

Hector, quando libet culpa culpare vacantem. *Iliad. ρ*

At tibi non vnquam placanda in pectore mens est. *Odyss. ω*

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes: *Ouid. lib. 2. de Arte.*
Asperitas odium,sæuaq; bella mouet.
Odimus accipitrem,quia viuit semper in armis,
Et pauidum solitos in pecus ire lupos.
At caret insidijs hominum,quia mitis hirūdo est,
Quasq; colat turres, chaonis ales habet.

Assensio simulata.

Cicero Fabiæ Dolabellæ diceoti,se triginta anoos habere,Verum est, inquit: nam hoc iam viginti annis audio. Volebat illa iunior videri,quā erat. Itaque simulata assensione illam elusit Cicero, significans esse quinquagenariam.

Assuescere malis.

Plato, adolescentem quòd lusisset aleam , grauiter increp

increpuit: qui cùm dixisset, Sic obiurgas ob rem paruã? At parum non est, inquit, assuescere. Tale quiddã subindicat Demea Terentianus in Adelphis: Mitto rem, consuetudinem ipsorum.

Assuescendum optimis.

Puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrem ex interuallo rediisset, eumq; vidisset effusius ridẽtem, admiratus dixit, Se tale nihil vnquam apud Platonem vidisse. Tanta res est iam inde à teneris virtuti assuescere.

Assuetudo mitigat.

Alcibiadi demiranti quòd Xantippem supra modum rixosam domi pateretur, Ego, inquit, iam pridem his sic assueui, vt non magis offendar, quàm si rotæ, quæ aquam educit è puteo, stridorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis, assuetis nequaquam.

Assuetudo malorum.

Qui malis assueuit, ac permulta tulit, commodius fert, si quod inciderit infortunium.

Homer. Odyss. 5 Iam tuli & antè mali multum, multumq; laborum
Fluctibus & bellis: age, & hoc accesserit illis.

Homer. Odyss. 8 Iam minimè plagas tolerare rudis, neq; iactus.

Ouid. 3. de Pont. Hoc quoq; Naso feres: etenim maiora tulisti:
Iam tibi sentiri sarcina nulla potest.
Ductus ab armento taurus detrectat aratrum,
Subtrahit & duro colla nouella iugo.
Nos, quibus assueuit fatum crudeliter vti,
Ad mala iampridem non sumus vlla rudes.

Idē 3. de Trist. Quæq; fugax rerum, securaq; in otia natus,
Mollis, & impatiens antè laboris eram.
Vltima nunc patior, nec me mare portubus orbũ
Perdere, diuersæ nec potuêre viæ.
Suffecitq; malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires, vixq; ferenda tulit.

Idem lib. 3. de Trist. Pone metum, valeo, corpusq; quod antè laborum
Impatiens nobis inualidumq; fuit,
Sufficit, atq; ipso vexatum induruit vsu.
An magis infirmo non vacat esse mihi?

Lib. 2. de Arte. Nihil assuetudine maius.

Ibidem. Quod malè fers, assuesce: bene multa vetustas
Lenit.

Senec. in Thyest. Iam tempus illi fecit ærumnas leues.

Val. Flac. lib. 5 Argonaut. Alciden Stheleno ipse satus, tamen aspera regum
Perpetimur iuga, nec melior parere recuso.

Senec. in Octa. Parcite lachrymis, verbis festo
Lætoq; die.
Non hoc primum
Pectora vulnus mea senserunt:
Grauiora tuli.

Propert. lib. 2 Eleg. Ac veluti primo Taurus detrectat aratra,
Pôst venit assueto mollis ad arua iugo.

Claudianus li. 1. in Ruffinum. Iam nulli flebile damnum,
Sed cursus solemnis erat, campusq; furori
Expositus, sensumq; mali detraxerat vsus.

Assueta difficulter relinquuntur.

Sic tibi Penelope frugi est: quæ si semel vno
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
Vt canis à corio nunquam absterrebitur vdo.

DE ASTVTIA.

Astuti quandoq; decipiuntur.

Plau. i Captiuis Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet cùm etiã cauet.
Etiam cùm cauisse ratus est, sæpe is cantor captus est.

Fallacia alia, aliam trudit. Teren. in Andr.

Astutum fallere difficile est.
Simulata remoue: non facile est tibi
Decipere Vlyssem. Sen. in Troade.

A ANTE T.

DE ATTENTIONE.

Ausculta & perpende.

IMò aliud quiddam, tu mente recondito, dicam. Homer. Iliad. 1
Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. Plau. in Milite.
Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem. Horat. in epist.
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Persius Sat. 5

Arrectis auribus.

Arrige aures Pamphile. Teren. in Andr.
Arrectisq; auribus astant. Vergil.
Ab origine dicere prima Propert. lib. 3
Incipe, suspensis auribus ista bibam.

Mens peregrina.

Mentem peregrinam habere dicuntur, qui ad id quod agitur, parum attenti sunt.

Est intus, haud est intus idem, si sapis. Aristophanes.
Quinam intus & non intus? optime, senex.
Nam mens foris abest, colligens epyllia,
Non intus: ipse at intus est, tragœdiam
Scribens supinus.
Vsq; ad loquentem inhias, at ipsa mens tua Idem.
Præsens, peregrè est.
Præsens, absens vt fies. Terent.
Absens absentem, auditq; videtq;, Verg. 4. Aenei.
Stolidi quum audierint, surdis sunt adsimiles. Heraclitus Ephesius.

Consulendum, & consilijs parendum.

Ipse agè rex bene consulito, & pareto vicissim. Hom. Iliad. 2

Vt lumen, ita nec oratio vlli prodest, nisi volentibus accipere. Ex Plutarchi Moralibus.

Vt œconomicis & amici prosunt & inimici, quemadmodum dixit Xenophon: sic vigilans auditor & cordatus, non solùm bene dictis, verùm etiã erratis aliorum fit eruditior.

Vt ad sacrum epulum, sic ad auditionem oportet placidum ac beneuolum accedere, vt benedicta probes candidè: aut si parum rectè dicat, tacitus notes, quamobrem errauerit, & animi conatum certè probes.

Vt multa belli inania, iuxta prouerbium: ita & auditionis, puta supercilium, acclamatio, strepitus, & id genus alia.

Quemadmodum in ijs, quæ ad tibiam canuntur, multa fallunt auditorem errata: ita in oratione phalerata, multa ineptè dicta fallunt auditorem ob phaleras & fucos orationis.

Qui coronas nectunt, bellissima quęrunt, non vtilissima: Apes etiam amarissimo thimo insidunt, atque inde mellificium colligũt. Sic oportet auditorem non flosculos orationis, voluptatis causa sectari, sed vim sententiarum & vtilitatem.

Non hoc animo ad audiendum accedere decet, quo ad spectaculum, puta vt tãtùm delectemur, sed vt meliores efficiamur.

Non conuenit vt in tonstrina surgẽs ad speculum,

contempleris teipsum num rectè sis curatus: ab oratione discedens, non expendas num melior sis factus, aut deterior ex auditione.

Non sic ad audiēdum est accedendum, vt velis inungi & oblini fucis, quò nitidior fias, sed gratiā habeas, si velut alueare acri fumo, sic ipse mordaci sermone purgeris animo, qui cæcutientiæ & lippitudinis est plenus.

Qui bibūt, vbi iam desierint sitire, tum poculi sculpturam contemplantur: sic in oratione primùm animaduertendum, quàm salutare sit quod dicitur: deinde si vacat, quid sit elegans aut nitidū, considerare licet.

Qui statim orationis ornatum requirit, perinde facit, ac si quis nolit antidotum bibere, nisi sit adductum vas ex Atticæ Veneris figulina: nec in hyeme vestem induere, nisi quæ lanam habeat ouium Atticarum.

Vt qui ad conuiuium accessit, vtitur appositis, nec aliud requirit: ita discentem tacitè audire oportet, donec qui dicit, perorarit: tum, si lubeat, vtilē aliquam quæstionem proponere.

Vt amantes candidè interpretantur vitia quædam: ita debent & auditores dicentium.

Bonus conuiua non existimat hoc tantùm suarum esse partiū, vt suauiter accipiatur cura sumptuq; alieno, sed debet commodum vicissum exhibere conuiuam: sic auditor non tantùm audit otiosus dicente solicito, sed vultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet dicentem.

Vt in ludo sphæræ alterius est commodè mittere, alterius scitè excipere: sic in audiendo conuenit virumq; suo fungi officio, tum eum qui disserit, tum eum qui auscultat.

Frustra ciuitatis clauduntur portæ, si vna relinquatur aperta, per quam hostes irrumpant: ita non satis est in cæteris temperatum esse, si auditus pateat perniciosis sermonibus.

Vt qui comœdos audiunt, non ob hoc audiūt, vt ipsi comœdi fiant, sed vt voluptatem capiant: ita nunc permulti præceptorē audiunt, non vt imitatione meliores fiant, sed vt delectentur.

ATTENTIO.

Ex Poëtis.

Attenti auditores vt sint, exhortatio accōmodata.

Virg.li.5.Aene. Accipite hæc animis, lætasq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi nō donatus abibit.
10. Aeneid. Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta.
12. Aeneid. Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Idē in Aetna. Tu modò subtiles animo duce percipe curas,
Occultamq; fidem manifestus astrue rebus.
Mille sub exiguo ponam tibi tempore veras
Res, oculiq; docent, certas rea credere cogunt.
Ouid.1. Fastorū. Disce metu posito, vates operose dierum,
Quod petis, & voces percipe mente meas.
Plau.i Captiuis Nunc hoc animaduertite, vt ea quæ sentio, pariter
Terent. in Eun. sciatis.
Sil.Italic.li.16 Date operā, & cum silentio animaduertite.
Mente fauete pari, atq; aures aduertite vestras.
Hūc ades ô quicumq; meis aduertere cœptis
Aurem, oculosq; potes, veras & percipe voces.
Manilius lib 3. Astronom. Non ad iuratos reges, Troiamq; cadentem
Impendas animum, nec dulcia carmina quæras:
Ornari res ipsa negat, contenta doceri.
Salutem primùm, iam à principio propitiam *Plautus in Menæchmis.*
Mihi atq; vobis, spectatores, nuntio.
Adporto vobis Plautum lingua, non manu:
Quæso vt benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentū accipite, atq; animum aduortite.
Quàm potero, in verba conferam paucissima.

Zeno, ijs quæ rectè dicerentur, negabat esse relinquendum locum, velut præclaris artificibus ad spectandum. Contrà auditores dicebat adeò esse debere attentos ad ea quæ differuntur, vt non vacet dare signum approbationis. Dum enim applauditur & acclamatur, perit aliquis audiendi fructus.

Cleanthes Assius disserens adolescēti cuidam, quē videbat parum attentum, rogauit, sentirétne. Illo affirmante se sentire, Cur igitur, inquit, non ego sentio te sentire? Solent enim qui intelligunt, oculis ac gestu, interdum & verbis significare se, quæ dicuntur, intelligere.

A ANTE V.

DE AVARITIA.

DVÆ sunt res, quæ maximè hominea ad maleficium impellunt, luxuries & auaritia. *Cicero 2. ad Herenn.*

Corrupti sunt, deprauatiq; mores admiratione diuitiarum. *2. Offi.*

Nihil est tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. *2. Act. in Verrem.*

Nullū est officium tam sanctū atq; solemne, quod non auaritia cōminuere, atq; violare soleat. *Pro Quint.*

Nemo tam firmum habuit præsidium, quod auaritia non infregerit atq; debilitauerit. *In Vatin.*

Auaritia est opinio vehemens de pecunia. *4. Tuscul.*

Illi morbo qui permanat in venas, & inhęret in visceribus, nec inueteratus euelli potest, nomē est auaritia. *4. Tuscul.*

Magno malo est hominibus auaritia, idcircò quòd homines magnis & multis incommodis conflictantur, propter immēsam pecuniæ cupiditatē. *2. ad Heren.*

In quibusdam neq; pecuniæ modus est, neq; cupiditatum, quos nulla præda vnquā improbè parta minuit, sed auget potius atq; inflammat. *1. de Finib.*

Nunquā expletur nec satiatur cupiditatis sitis: neq; solùm ea qui habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. *Paradox. 2*

Auaritia insatiabilis, immēsa & incredibilia potest. Ita enim hominum mentes obstrictas tenet, vt eas nullo tempore respirare permittat. *In Vatin.*

Nullum est vitium tetrius quàm auaritia, præsertim in principibus & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæstui Rempub. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. *2. Offic.*

Quid fœdius auaritia? *2. de Legib.*

Auaritia senilis vituperāda est maximè. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, eò plus viatici quærere? *Cato Maior.*

Qui suos casus aliter ferunt, atq; vt alijs authores fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè pleriq;, qui auari auaros reprehendunt. *Cic. 3. Tuscul.*

M. Crassus, qui ditissimus est habitus, negabat vllam satis magnam pecuniā esse ei, qui in Repub. princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. *1. Offic.*

Cui

Cicero. Cui tanta possessio est, vt ad liberaliter vtendum facilè contentus sit, qui nihil quærit, nihil appetit, nihil optat amplius, hic demum diues appellandus est.

Cicero Virtute qui præditi sunt, soli sunt diuites.

Salust. Fortunæ bonorum vti initium, sic finis est.

Terent. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

Nemo extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudijs.

Auaritia mores & ingenium non mutat.

Nihil istorum auaritia & inexplebilitate liberat: mores enim, ingeniumq; non immutat: sicuti neque temperantium frugique hominum mores à paupertate mutantur, si ex diuitibus pauperes fiant.

Auaritia non pecunia tantùm est.

Cum Aristippus à Dionysio pecunia donatus esset, Plato libris, atq; ob id à quodā carperetur, quasi ad rem attentior esset quàm Plato: Quid refert, inquit? mihi pecunijs opus erat, Platoni libris. sentiens neutrum accusandum.

Diogenes dicere solebat, cupiditatem esse malorum omnium arcem μητρόπολιν: non procul abludens à sententia Salomonis, qui dixit, cupiditatem, radicem omnium malorum.

Crasso dicente, Stoicorum esse dogma, virum bonum esse diuitem, Vide, inquit Cicero, ne magis hoc sentiant, sapientis esse omnia. Tectè notans Crassi auaritiam, cui nihil esset satis.

Semiramis monumento suo inscripserat, Quisquis rex pecunijs eguerit, aperto monumento, quantum voluerit, capiat. Darius sepulchrum aperiens nihil inuenit, præter scriptum hoc, Ni vir malus esses, & pecuniæ inexplebilis, haudquaquam mortuorum loculos moueres.

Auaritia principum.

Cùm rusticus libertatem à Cæsare petens, repulsus fuisset, dixit, Vulpes pilos mutat, non mores: exprobrans illi naturæ rapacitatem, quasi mercede data concessurus fuisset, quod gratuitò negabat.

Quidam è Vespasiani ministris cùm pro quodam, quem fratrem simulabat, proposito præmio intercedere vellet, id sentiens Cæsar, petitorem ad se vocauit, pecuniamq; exegit. Cumq; minister interpellare vellet, Cęsar respondit, Alium tibi fratrem quære: hic quem tuum putas, meus est.

Bion Borysthenites in diuitem quendam sordidum ita loquutus est, Hic facultates suas nō possidet, sed ipsum possident facultates.

Idem dicebat diuites impuros, ita facultatum suarum curam habere, quasi essent propriæ: rursus ex ijsdem nihil capere vtilitatis, quasi essent alienæ.

M. Crassus & Q. Hortensius, cùm admodum locupletem L. Minutium Basilium, falsi testimonij accusasset, & ad scelus confirmandum duos testes inquireret, quos & tabulis hæredes insereret, ambo pecuniæ cupidi, facinoris alieni munus non repudiarunt.

Q. Cassius in Hispania Silium & Calphurnium occidendi sui gratia deprehensos, quinquagies sestertiûm ab illo, ab hoc sexagies pactus dimisit. Certum est alterum si tantum daretur, iugulum quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum.

L. Septimuleius, cùm Gracchi familiaris fuisset, caput eius abscindere, & per vrbem, pilo fixum, ferre sustinuit, quòd Opimius consul auro id se repensurum dixerat.

Ptolemæus Cypriorum rex, cùm ob suas opes se periturum videret, omnique pecunia imposita manibus in altum processisset, vt classe perforata suo arbitrio periret, & vt hostes præda carerent, non sustinuit mergere aurum, sed futurum suæ necis præmium domum reuexit. Titulo is rex insulæ, animo pecuniæ miserabile mancipium fuit.

Auaritiæ crimen ijs semper attribuimus, qui nimio pecuniarum studio tenentur. Arist. Eth. lib. 4. cap. 1

Auaritia largitur parum illa quidem, sed accipiendo, nisi in paruis, vltra modum progreditur. Ibidem.

Prodigus auaro melior est, quòd hic prodest omnibus, ille nemini, ne sibi quidem. Ibidem.

Auaritiæ malum insanabile est. Nam senectus omnisque imbecillitas auaros efficit. Eademque magis tributa est à natura hominibus, quàm prodigalitas, quòd multò plures studio pecuniæ trahantur, quàm parati sint ad largiendum. Latè etiam patet, eiusq; genera sunt plura. Multi enim modi auaritiæ videntur esse. Ibidem.

Auarorum quidam aiunt se ob id sua conseruare, vt ne aliquando aliquid turpe facere cogantur. Alij metu, ab alieno manus abstinent: quòd difficile sit, eius res ab alijs non detrahi, qui ab alijs eripiat. Ibidem.

Sunt alij in accipiendo nimij, qui passim & quiduis accipiunt: quales sunt ij qui in sordidis artibus versantur, vt lenones & fœneratores, qui exigua dant vt maiora ferant.

Qui magna, à quibus, & quæ nefas est accipere, eripiunt, quales sunt tyranni, qui ciuitates oppugnant, fana diripiunt, ij non auari, sed scelesti potius sunt habendi. Attamen aleatores & raptores & latrones auari putandi sunt, quòd in turpi quæstu sint occupati.

Iure liberalitati auaritia opposita est, quod maius est malum quàm prodigalitas, sæpiusq; ea peccatur, quàm illa effusione.

Vndecumq; ô Socrates, lucri cupidus quærendum censet. Plato in Hipp.

Aquila auium rapacissima, non opperit morbo neque senio, sed fame: ita auarus, quò magis accedit ætas, hoc magis cruciatur habendi studio, & minus potest vti partis.

Polypus, stupidum alioquin animal, in captandis conchis incredibili vtitur solertia: ita quidam ad solum quæstum suum sapiunt, alibi pecudes meræ.

Alutarium piscem semper sequitur Sargus, qui illo cœnum fodiente excitatum deuorat pabulum: ita sunt qui se misceant alienis negotijs, vt eis laborantibus fructus ipsi præripiant.

In argento viuo omnia natant, excepto auro: nam hoc vnum ad se trahit. Ita nihil insidet animo auari, præter lucrum: disciplinę verò, literæ, probitas in summo fluitant, nec descendunt in pectus.

Sicuti terra, quæ auri aut argenti venas habet, in cæteris ferè sterilis esse consueuit: ita qui congerendo student auro, eiusq; metalla iam conceperunt in animo, nullam bonæ rei frugem producere consueuerunt.

Ex Poëtis.

Auaritia scelerum mater.

Claudianus 2. lib. At primùm scelerum matrem, quæ semper habēdo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis auaritiam.

Petronius Arbiter in Saty. Orbem iam totum victor Romanus habebat,
Qua mare, qua terræ, qua sydus currit vtrumq;,
Nec satiatus erat: grauidis freta pulsa carinis
Iam peragrabantur, si quis sinus abditus vltrà,
Si qua foret tellus, quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat: fatisq; in tristia bella paratis
Quærebantur opes: non vulgo nota placebant
Gaudia, non vsu plebeia trita voluptas.

Ibidem. Nec minor in campo furor est, emptiq; Quirites
Ad prædam, strepitumq; lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum.
Est fauor in pretio senibus quoq;: libera virtus
Exciderat, sparsisq; opibus conuersa potestas,
Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebat.

Lucanus lib. 3. bell. Ciuil. Vsque adeò solus ferrum, mortemq; timere
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo
Amissæ leges: sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes.

Idem li. 7. bell. Ciuil. Impulit amentes, auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios, super atq; cadauera patrum,
Et cæcos calcare duces.

Propert. Eleg. 4. lib. 3 Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es:
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

Idē li. 3. Eleg. 13 At nunc desertis cessant sacraria lucis:
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura:
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Tibull. Eleg. 10. lib. 1 Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus, ac verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt,
Faginus adstabat cùm scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumq; petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

Auaritia homines ad omnia pericula impellit.

Hora. li. Sat. 1 Cùm te neque feruidus æstus
Dimoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.

Idē epist. 1. li. 1 Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Manilius li. 4. Astronom. Vt veniant gemmæ, totus transibitur orbis,
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.

Annua sollicito consumunt vota coloni,
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura,
Quæremus lucrum nauis, mortemq; sequemur
In prædas, pudeat tanto bona velle caduca.

Idē li. 5. Astron. Nil est audere relictum.
Quæstus naufragio petitur, corpusq; profundo
Immissum pariter, quàm præda exquiritur ipsa:
Nam semper tanti merces est parua laboris.
Censibus æquantur conchæ, rapidumq; notari
Vix quisquā est locuples: oneratur terra profundo.
Tali sorte suas artes per littora tractat,
Aut emit externos pretio, mutatq; labores
Institor æquoreæ varia sub imagine mercis.

Auarus assiduè eget.

Hor. 1. epist. Semper auarus eget, certum voto pete finem.
Idem Od. 16. lib. 3 Multa petentibus
Desunt multa.
Ausonius. Quis diues? qui nil cupit. Quis pauper? auarus.
Claudianus. Semper inops quicunq; cupit.
Hor. li. 2. Od. 2 Crescit indulgens, sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Auarus insanus est: maior pars hominum eo vitio laboratur.

Hor. Sat. 3. li. 2 Si quis emat citharas, emptas comportet in vnū,
Nec citharæ studio, nec musæ deditus vlli:
Si scalpra, & formas non sutor: nautica vela
Aduersus mercaturis: delirus & amens
Vndiq; dicatur meritò. Quid discrepat istis,
Qui nummos aurumq; recondit, nescius vti
Compositis, metuensq; velut contingere sacrum?
Nimirum insanus paucis videatur, eò quòd
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Auarus periurus fit exigua re.

Iuuen. Sat. 14 Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramq; pedemq;.

Auarus seruus est.

Hor. epist. 16. li. 1 Quò melior seruo, quò liberior sit auarus,
In triuijs fixum cùm se demittit ob assem,
Non video. Nam qui cupiet, metuet quoq; porrò.
Qui metuens viuet, liber mihi non erit vnquam.
Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat, & obruitur re.

Auari, Deum pœnām ve paruifaciunt.

Iuuen. Sat. 13 Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur.
Hic putat esse deos, & peiecat: atq; ita secum
Decernat, quodcunq; volet de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina sistro,
Dummodò vel cęcus teneā, quos abnego, nūmos.

Auari insanabiles sunt.

Horat. Od. 24. lib. 3 Scilicet improbæ
Crescunt diuitiæ: tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei.
Idem. At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis vndiq; saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris

Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Nescis quid valeat oummus, quem præbeat vsum?
Panis ematur, olus, vini sextarius, adde
Quis humana sibi doleat natura negaós.

Lucanus lib. 7. bel. ciuil.
Inuenêre quidem spoliato plurima mundo,
Bellorum in sumptus congestæ pondera massæ,
Sed oon impleuit, cupientes omnia, mentes.
Quicquid fodit Hibet, quicquid Tagus extulit auri,
Quodq; legit diues summis Arimaspus arenis,
Vt rapiant.

Seneca in Herc. Oetæo.
Cupit hic gazis implere famem:
Nec tamen omnis plaga geminiferi
Sufficit Istri, nec tota sitim
Lydia vincit, nec quæ Zephyro
Subdita tellus, stupet aurato
Fulmine clarum radiare Tagum:
Nec si totus seruiat Hebrus,
Ruraq; diues cingat Hydaspes,
Intraq; suos currere fines
Spectet toto flumine Gangem.
Auidis, auidis natura parum est.

Boëtius Mo- ra. 2. lib. 2.
Si quantas rapidis flatibus incitus
Pootus versat arenas,
Aut quos stelliferis edita noctibus
Cœlo sydera fulgent,
Tantas fundat opes, oec retrahat manum
Pleno copia cornu,
Humanum miseras haud ideò genus
Cessat flere querelas.
Quamuis vota libens excipiat deus
Mulò prodigus auri,
Et claris auidos ornet honoribus,
Nil iam parta videntur:
Sed quæsita vorans sæua rapacitas,
Alios pandit hiatus.
Quæ iam præcipitem fræna cupidinem
Certo fine retineant?
Largis cùm poous muneribus fluens
Sitis ardescit habeodi.
Nunquam diues agit, qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

Idem Metr. 3. lib. 3
Quamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes,
Oneretq; baccis colla rubri littoris,
Ruraq; centeno scindat opima boue,
Nec cura mordax deserit superstitem:
Defunctumq; leues non comitantur opes.

Claudianus in Ruffinum.
Plenus sæuioæ, lucriq; cupidine feruens,
Non Tartesiacis illum satiaret arenis
Tempestas preoosi Tagi, non stagna rubeotis
Aurea Pactoli: totumq; exhauserit Hermum,
Ardebit maiore siti.
Illecebris capitur, nimiumq; elatus auato
Pascitur intuitu.

Deinde.
Crescebat scelerata sitis: prædæq; recentis
Incestus flagrabat amor, oullusq; petendi
Cogendive pudor: crebris periuria nectit
Blandinjs, sociat perituro fœdere dextras.
Si semel è tanós poscenti quisq; negasset,
Effera prætumido quaoebat corda furore.

Auari odiosi omnibus, etiam propinquis.

Hor. 1. Sat. lib. 1.
Non vxor saluum te vult, noo filius: omnes
Vicini oderuot, noti, pueri, atq; puellæ.
Miraris, cùm tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet, quem non merearis, amorem?

Plautus in Trinummo.
PHILTO. De magnis diuitijs si quid
Demas, plus fit, an minus? LY. Minus pater. sed ciui
Immunifico scis quid cantari solet: quod habes, ne habeas,
Et illud, quod nunc non habes, habeas: malum quandoquidem
Nec sibi bene esse potes pati, oec alteri.

Iuuenal. Sat. 12 imprecatur vt auarus a nullo ametur.
Viuat Pacuuius, quæso, vel Nestora totum:
Possideat, quantū rapuit Nero: montibus aurum
Exæquet: nec amet quenquam, nec ametur ab vllo.

Auari timent assiduè.

Hor. Sat. 1. lib. 1
An vigilare metu exanimem, noctesq; diesq;
Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent, fugientes, hoc iuuat? horum
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

Auaro diuitiæ nihil prosunt, cùm eis vti nesciant.

Ouid.
Quid mihi fortunæ tantum? quid regoa sine vsu?
Quid iuuat possedi diues auarus opes?
Sic aret medijs taciô vulgator in vndis,
Pomaq; quæ nullo tempore tangat, habet.

Auari excusatio, formica exemplo.

Hor. Sat. 1. li. 1
Ille grauem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautæq;, per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt: cùm sibi sint congesta cibaria, sicut
Paruula (oam exemplo est) magni formica laboris
Ore trahit quodcumq; potest, atq; addit aceruo,
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri:
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur antè
Quæsitis paoens.

Auarorum opes, luxu profundunt hæredes.

Claud. de bello Gild.
Quodcunque profunda
Traxit auaritia, luxu peiore refundit.

Auarorum reprehensio.

Horat. li. 3. Ode 24
Intactis opulenóot
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clauos: oon animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

Idem li. 1. Sat. 1
Quid iuuat immensum te argenti poodus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quòd si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulchri constructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus, quàm meus.

Iuuen. Sat. 12
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis optet
Argento præferre caput, rebusq; salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed cæci vioo propter patrimonia viuunt.

Idem Sat. 14
Sed quò diuitias hæc per tormeota coactas?
Cùm furor haud dubius, cū sit manifesta phreoesis,

Vt locuples moriaris, egenti viuere fato?
Persius Sat. 6 Vende animam lucro, mercare, atq; excute solers
Omne latus mundi, ne sit præstantior alter
Cappadocas rigida pingues pauisse catasta.
Rem duplica, feci. Iam triplex, iam mihi quarto,
Iam decies redit in rugam. Depinge vbi sistam,
Inuentus Chrysippe tui finitor aceruі.
Martialis 8 li. Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est.
Hor. Oda. 2. li. 2. Nullus argento color est auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Salusti, nisi temperato
Splendeat vsu.
Iuuenal. Crescit amor nummi, quãtum ipsa pecunia crescit.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles.
Solius temporis honesta auaritia est.
Vbi quis pecuniam habet, necesse est, vt aut se ipsum, aut pecuniam vilem habeat.
Diuitiarum cupido ibi est, vbi & luxus vsusque.
Horat. Imperat aut seruit collecta pecunia cuique.
Propert. Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Ouid. 2. Fast. Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tẽpore creuit amor, qui nunc est summus habẽdi:
Vix vltra quò iam progrediatur, habet.
Creuerunt & opes, & opum furiosa libido,
Et cùm possideant plurima, plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certãt:
At ipsæ vitijs sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper vbiq; iacet.
Hor. li. 3. Carm. Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumq; fames.
Iuuena. Sat. 14. Inde ferè scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm sæua cupido
Indomiti census. Nam diues qui fieri vult,
Et citò vult fieri, sed quæ reuerentia legum?
Quis metus aut pudor est vnquam properantis auari?
Ibidem. Lucri bonus est odor ex re
Qualibet: illa tuo sententia semper in ore
Versetur, dijs atq; ipso Ioue digna poëtæ:
Vnde habeas, quærit nemo, sed oportet habere.
Corn. Gal. Quid mihi diuitiæ, quarum si dempseris vsum,
Quamuis largus opum, semper egenus ero?
Imò etiam pœna est, partis incumbere rebus,
Quas cùm possideas, est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas
Captat, & oppositis abstinet ora cibis.
Virg. 3. Aenei. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?
Propert. lib. 3 Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas:
Nudus ad infernas stulte vehere domos.
Lucret. lib. 5 Ergo hominum genus incassum frustraq; laborat
Semper, & in curis consumit inanibus æuum.
Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi
Finis, & omninò quoad crescat vera voluptas.
Manil. 4. Astronom. Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurq; metu, cæcaq; cupidine rerum?
Aeternisq; senes curis dum quærimus, æuum
Perdimus, & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus semper, nec viuimus vnquam.
Pauperiorq; bonis quisq; est, qui plura requirit:
Nec quod habet, numerat: tantùm quod non habet, optat.
Cumq; sui paruos vsus natura reposcat,
Materiam struimus magnæ per vota ruinæ,
Luxuriam lucris emimus, luxuq; rapinas,
Et summum cẽsus pretium est effundere censum.
Auarus ipse miseriæ causa est suæ. *Pub. in Mimis.*
Auarus, nisi cùm moritur, nil rectè facit.
Auaro quid mali optes, ni vt viuat diu?
In nullum auarus bonus, in se pessimus.
Inopiæ parua desunt, auaritiæ omnia.
Luxuriæ desunt multa, auaritiæ omnia.
Tã deest auaro quod habet, quàm quod nõ habet.
Ite rates curuæ, & lethi quoq; texite causas: *Propert. lib. 3. Eleg. 7*
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas:
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas cui sua terra parum est?
Ventorum est quodcunq; paras, haud vlla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.
Natura insidians portum substrauit auaris:
Vt tibi succedat, vix semel esse potest.

DE AVDACIA.

Fit sæpenumero, vt qui fragili quærit illidere dẽtẽ, infringat solido. *Ex Apophth. Erasm.*

Periculosa est audacia, si vires non suppetant spiritibus.

Expensio periculi reuocat hominem ab audacia.

Assiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur.

Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum.

ATH. HOSP. Duo sunt quę victoriam pariunt: aduersus hostes quidem, audacia: aduersus amicos verò, turpis infamiæ timor. *Plato 1. De leg. Dial.*

SOCRAT. Quamobrem sic vos Gorgias assuefecit, vt intrepidè & alto animo interrogantibus respondeatis, quemadmodum scientes decet: quippe & ipse concedebat Græcorum cuiq; rogare quicquid vellet.

Audacia periculosa.

Archidamus filium conspiciens cum Atheniensibus iuueniliter ac temerè congredientem, Aut viribus, inquit, adde, aut animis adime. Docens periculosam esse audaciam, si vires non suppetant spiritibus.

Pirata quidam cùm agros Lacedæmoniorum popularetur, captusq; interrogaretur cur id esset ausus, Quoniã, inquit, deerat mihi commeatus ad milites alendos, ad eos veni qui habebãt, nec sponte dabant, vi erepturus. Ad id Cleomenes, Compendiosa hominis malitia.

Iulius Cæsar, facinora quæ periculo obnoxia sunt, & magna, gerenda esse dicebat, at de ijs non cõsultandum, quòd ad hæc perficienda plurimum habeat momenti celeritas. Expensio verò periculi reuocat hominem ab audacia.

Audacia ex periculo.

Iulius Cæsar cùm videret milites suos expectatione hostiũ perterritos, pro cõcione dixit: Scitote paucissi-

paucissimis his diebus regem adfuturum cũ decem legionibus peditum, & equitum triginta, cum elephantis. Ita terrorem excussit militum non minuendo, sed augendo timoris materiam.

Neque terræ motus timet, neque fluctus.

De audacissimo, qui non ex habitu virtutis, sed immanitate quadam naturæ, nihil omninò formidat.

Aristo.3. Ator. Fuerit quispiam insanus, ac doloris sensu vacans, si nihil metuat neque terræ concussiones, neque fluctus.

Fortes fortuna adiuuat.

Cic. Tuscul.2 Fortes enim non modò fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multomagis ratio.

Ouid.2.Fast. Audentes forsq; deusq; iuuat.
Audaces adiuuat ipsa Venus.

Liuius belli Macedonum lib.4 Fortes fortunam adiuuare aiebant.

Alter Hercules.

Aristo. Moral. Eudem.7 Amicus cupresse, sicut prouerbio dicitur, alter Hercules, alter hic.

Theocr. in post. Pastor. Viribus Alcidæ hunc certare & robore dicunt.
Me quoque Pollucem matet præcellere dixit.

Non abijcit animum.

Hom. de Vlysse. Ac neque sic, licet afflictus, obliuia cepit
Nauigij.

Ne quid moueare verborum strepitu.

Turpe est sæuis verbis deterreri, antequam experiaris.

Hom. Iliad.9 Quin rigido ferro magis obuius ito, nec vnquam
Te sæuis dictis deterreat ille, minisq;.

In discrimine apparet qui vir.

Home. Iliad.9 Illic qui vir iners, qui strenuus, ipsa docet res.

Non cedendum malis.

Ex eodem libro. Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, sed ipsum
Aut ventrem, aut pectus feriat vibrata sagitta.

Improbitas muscæ.

Home. Iliad.9 Atq; illi muscæ vim intra præcordia misit:
Quæ quamuis de pelle viri sit sæpe repulsa,
Assultat morsura tamen.

Audacia laus.

Tyrtæus. Non memorandus mihi vir, nec in vllo pretio habendus videtur,
Seu virtutis pedum, seu gratia luctæ:
Quamuis Cyclopum habeat magnitudinem & robur,
Et currendo vincat Thracium Aquilonem:
Et forma sit vel ipso Tithono elegantior,
Atque locupletior, quàm aut Midas, aut Cinyras reges:
Neque si Tantalidem Pelopem regno vincat,
Et linguam Adrasti suauissimam habeat:
Neq; si gloriam omnem, præter bellicosam fortitudinem.
Non enim vir bonus existit in bello,
Si non sustineat cædem videre cruentam,
Et propius hostes stare cupiat.
Hæc virtus est, hoc optimum inter homines præmium,
Et maximè decorat virum iuuenem, à quo geritur.

Euripides. Non est aliud præstantius quàm superare hasta.
Audendum est: labor enim tempestiuus multam
Parit fœlicitatem hominibus circa finem.
Virum enim iuuenem semper audere oportet.
Nam nullus ignauus in celebrem virum euadit:
Sed labores pariunt celebritatem.

Tyrtæus. Commune hoc bonum est ciuitati, & toti populo,
Si quis vir progressus inter puguantes in prima acie maneat
Constanter: turpis autem fugæ prorsus obliuiscatur,
Vitam & animum patientem periculo obijciens,
Et adstantem sibi virum ad mortem obeundam animet.
Hic sane bonus vir existit in bello:
Statim verò hostium in fugam conijcit phalanges
Asperas, suaq; opera prælij fluctus regit.
Ipse autem in prima acie prostratus vitam amittit,
Ciuitatem & populos, & patrem honestans,
Multis per pectus & scutũ rotundum vulneribus,
Et per thoracem ab anteriore parte sauciatus.
Hunc simul lugent senes atque iuuenes,
Et graui desiderio vniuersa ciuitas ipsius funus prosequitur.
Huius sepulchrum, & liberi inter homines præclari sunt,
Itemq; nepotes, ac genus omne posterum.
Haudquaquam eius bona gloria, neque nomen interit.
Sed quamuis sub terra conditus, manet immortalis ille,
Quem fortiter se gerentem, manentemq;, & pugnantem
Pro patria & liberis vehemens Mars peremerit.
Quòd si effugerit fortem mortis longum inferentis soporem,
Et victoria potitus splendidam pugnæ gloriam auferat,
Omnes ipsum ex æquo colunt iuuenesq; senesq;,
Et multis affectus iucundis ad orcum abit.
Senescens autem inter ciues præcellit, nec ipsum quisquam
Lædere volet, reuerentia aut iustitia motus.
Item omnes in sedibus, iuuenes simul & æquales,
Et loco cedunt, quiq; maiores natu sunt.
Huius igitur virtutis ad summum peruenire, nunc aliquis
Nitatur animo, non remittens bellum.

Euripides. In arduis rebus crescit hominum gloria.
Me verò an non Laborare decet? Quis autem hominum citra laborem clarus est?
Quis timidus res maximas appetijt?
Audeto semper, etsi quid durum dij largiantur.
Pauci enim strenui multis ignauis præstant.
Non enim pietatem sequuntur mortaliũ fortunæ:
Sed audacia & manuum præstantia
Omnia capiuntur, & acquiruntur.
Maxima quæq; efficit hominibus
Audacia, ita vt vincant. Nam neque tyrannides
Absq; labore augeri possunt, neque domus.

Idem in Andr. Multis enim iuuenibus vel senex animosus fuerit
Præstantior. quid enim conducit timido vegetum

tum habere corpus?
Ponus est strenuè se defendere. mori enim cum laude
Malim, quàm viuere cum ignominia.
Idem. Quisquis existens iuuenis Martem odit,
Coma solùm & caro est: rem verò nusquā habet.
Vides'ne quàm suauis sit vita, quæ mensa fruitur bene instructa?
Et quanta sit fœlicitas externæ fortunæ?
At nihil inest gloriæ, neque generositas,
Nisi quid audeant cum periculo aggredi.
Labores enim pariunt generositatem.
Metus autem & cunctatio ignobiles sunt per Græciam,
Nihil aliud semper quærentes quàm vt vitam producant.
Hom. Iliad. Nam color ignaui mutatur aliàs aliter,
Nec animus ei potest cohiberi vt in præcordijs quietè maneat,
Verùm in genua residet, & in vtrosque pedes subsidit.
Cor autem ei vehementer in pectore palpitat
Mortem expectanti, & dentium stridor editur
Boni autem & fortis neq; mutatur color, nec admodum extimescit.
Democritus. Audacia principium actionis est: fortuna verò, dominatur fini.
Euenus. Sapientiæ iunctam habere audaciam plurimùm conducit:
Seorsim verò audacia nocet, & calamitatem infert.
Antiphanes. Quandoquidem necessitas incumbit moriendi,
Gratis mori damnum est euidens.
Callinus. Quandiu torpetis? Quando strenuum habebitis animum,
O iuuenes? an non veremini vicinos
Ob tantam ignauiam? In pace autem vobis videmini
Sedere. interim verò bellum totam regionem infestat.
Quin omni metu abiecto fortiter vos gerite,
Et aliquis moriens vltimo iaculum emittat.
Honor enim & ornamentum conciliatur viro pugnanti
Pro patria & liberis, & tenera vxore
Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandocūq;
Parcæ destinauerint. Sed age, quispiam tectā pergat
Extenso in altum gladio, & sub scuto forte pectus
Foueat, cùm primùm incipit committi pugna.
Nullo pacto enim mortem effugere fatale est
Virum, neq; si progenitores ei fuerint immortales.
Sæpe quis elapsus è pugna, sonituq; telorum
Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
Atq; hic sanè nec amicus est populo, neq; gratus:
Illum verò tum magnus quisq;, tum paruus deflet, si quid passus fuerit.
Vniuersus enim populus virum fortem desiderat
Defunctum, viuentem verò instar semidei colit:
Nam intuentur ipsum coram veluti turrim,
Quippè solus multorum æquat facinora.
Menander. Nullum est vitæ maius quàm audacia viaticum.
Mosibion ex Themistocle. Etenim in napis paruo
Ferro magnus amputatur piceæ ramus,
Et exiguæ copiæ infinitum exercitum superant.
Pindarus. Magnum periculum non admittit virum imbellem.

Vna aquila sexcentas fugat aues, *Sosiphan.*
Et hominum timidorum multitudinem vir generosè educatus.
Solet enim bellum viros iuuenes capere. *Sophocles.*
Sed Mauors amat Semper optima quæq; de bonorum exercitu. *Aeschylus.*
Turbæ enim audaces habent
Inter cogitandum quidem imaginationes arduas:
In agendo autem, si commodam occasionem obseruant,
Inopinatam artem reperiunt.
Plus timeas vituperium, quàm periculum. Malis enim timendus est finis vitæ, bonis autem vitæ ignominia. Imprimis quidem operam des vt tutus viuas: quòd si quando tibi contingat periclitari, quære quomodo salutem tibi parias, cuadasq; bellum cū honesta laude, non autem cum infamia. Mors enim omninò vi fatorum incumbit: honestè verò mori bonis tantummodò proprium à natura tributum est. Inueniemus enim gloriæ studiosos & magnanimos viros, non solùm ob huiusmodi facinora laudari velle, sed vitæ loco gloriosam mortem eligere, atque magis de gloria quàm vita sollicitos esse: omnia deniq; facere, vt immortalem sui memoriam posteritati relinquant. *Isocr. ad Dem.*

Audacia reprimenda.

Ille monet, ne fræna animo permitte calenti:
Da spatium, tenuemq; moram: mala cuncta ministrat *Stat. lib. 10. Theb.*
Impetus, hoc oro muous concede parenti.
Adde moram sceleri, & metire quod audes. *Idem lib. 11*
Inquit: in audaces non est audacia tuta. *Ouid. lib. 11. Met.*
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. *Virg. 6. Aenei.*
Audendum est, fortes adiuuat ipse Deus. *Tibullus.*
Audentes fortuna iuuat. *Virg. 10. Aen.*
Fors iuuat audentes, prisci sententia vatis. *Claudianus.*
Audentes Deus ipse iuuat. *Ouid. 11. Metam.*
Fortes fortuna adiuuat. *Teren. in Phor.*
Stetimus tamen, & Deus adfuit ausis, *Valer. Flac. lib.*
Qui idem iterum aderit credo Deus. *Argonaut.*

DE AVDITV.

Non audire, vel quod audis non intelligere, vtrumq; iuxta existimo.
In his linguis quas non intelligimus, surdi prosectò sumus. *Cic. 5. Tuscul.*
Verba neminem mouent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. *3. De Orat.*

Auditui visus semper est præferendus.

Segnius irritant animos demissa per aurem, *Hor. in Ar. poë.*
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.
Nec tenuent patulæ commissa fideliter aures. *Idem.*
Non laudandus est qui plus credit quæ audit, quàm quæ *Plaut. in Truc.*
Videt: non placet cùm illi plus laudant quæ audiunt,
Quàm quæ vident. Pluris est oculatus testis quàm auriti
Decem. qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciunt.

AVLA.

AVLA.

In aula sublimi fraudes & scelera maximè regnant.

Eurip. in Hippo. Fraudes sublimi regnant in aula.
Idem in Thes. Vt nemo doceat fraudis, & sceleris viam,
Regnum docebit.
Lucan. li. 8. belli Ciuil. Exeat aula
Qui volet esse pius. Virtus, & summa potestas
Non coeunt.

DE AVRO.

Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio.

Auro loquente, tario quæuis irrita est:
Suadere si quidem nouit, & loquens nihil.

Quod index auro, id aurum homini.

Ex Chilone. In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbens specimen: in auto verò proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur.
Antiphanes. Opes vt index, hominis ingenium arguunt.
Arist. in The. Hinc virum specta, à linea facto initio. neque mihi, quod dicitur, aurum, sed ipsum admouens, indicem considera.

Aurum igni probatum.

Aurum igni probatum, dicitur is cuius fides aduersis rebus explorata est.
Pind. in Pyth. Experienti verò aurum in indice relucet, & mens recta.
Theogn. Omnibus in rebus me comperies velut aurum
Purum, dulce rubens, indice quum atteritur.
Idem alibi. Venit vbi ad cotem, & cõfertur in indice plumbo
Purum aurum quum sit, totum erit egregium.
Pind. in Nem. Aurum coctum omnem nitorem ostendit.

Aurum habet suppactum solum.

Deprædiuite, cui tanta inest auri vis, vt pedibus calcet.
Plaut. in Bac. Sed diues'ne est isthic Theotimus?
Etiam rogas? qui soccis habeat auro suppactum solum.

Aureus in Olympia stato.

De honore amplissimo.
Lucia. in Pseu. Aureus (vt aiunt) in Olympia stato.
Virgilius. Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
Plato in Phæd. Polliceor me statuam auream ubi æqualem Delphis collocaturum.

Et paulo pòst.

Inter statuarum Cypselidarum monimenta, in Olympia fabrefactus stato.
Persius. Præcipui sunto, sitq; illis aurea barba.

Aureos montes polliceri.

Teren. in Phor. Is senem per epistolam pellexit, modò non montes auri pollicens.
Aristophanes. Menses & octo desedit in auri montibus.
Salustius. Maria montesq; polliceri cœpit.
Persius. Magnos promittere montes.

Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur. *Apuleius.*
Vt cùm montes auri pollicitus fueris, ne scorteum nummum de thesauris tuis proferas. *D. Hiero. in Ruffinum.*

Aureo piscari hamo.

Aureo piscantur hamo, qui mediocris commodi gratia periculum adeunt, vt maximarum rerum faciant iacturam.
Quòd frequenter certis consumptis incertorum causa, quæ se capturos sperabant, nun ceperunt, quæ verò habebant, abiecerunt. *Demetr. apud Athenæum.*
Aurum quidem homines Lydio lapidi affricantes, quod præstantius est, cognoscunt: hominem verò probum nemo potest secum animo perpendens discernere. Talis nimirum olim deorum voluntate constitutio nostra facta est. *Herodotus.*
Aurum & argentum, nihil quàm puluis sunt, & qui reperiuntur lapilli in calculosa crepidine maris. *Naumachius.*
Brennus Gallorum rex vastans Asiam, in Ephesum peruenit, ibiq; castra metatus est. Interea plebeia quędam virgo Demonice nomine, barbaro cuidam se prodituram Ephesum promisit, si torques & monilia pro mercede darentur. Quæ cùm maximam in abdito auri copiam accepisset, obruta fuit præ auri in se coniecti multitudine. *Clitophon.*
Tarpeia virgo annulis & armillis Sabinorum capta, cùm hostes in Capitolium perduxisset, Titus Tatiùs eam scutis obrui præcepit.
Chilo Lacedæmonius dicebat, quod Lydius lapis est auro, id aurum esse homini. Lapis enim aurum, aurum etiam hominis ingenium prodit.
Physicus quidam interrogauit Diogenem, cur aurum palleret, Quoniam, inquit, plurimos habet sibi insidiantes. Pallent autem, qui metuunt. *Auri amor.*
Quum arcem Philippus Macedo capere destinasset, idq; impossibile esse intellexisset: percontatus est, num vsq; adeò difficile esset, vt nec asinus auro onustus posset accedere: significans nihil esse tam munitum, quod auro non expugnetur. *Auro nihil inexpugnabile.*
Quum audisset Dionysius quendam è ciuibus suis aurum habere domi inclusum, id ad se deferri iussit. Sed postquam is auri paululum suffuratus in aliam vrbem commigrasset, ibique mercatus esset agrum, illi reuocato totum aurum restituit Dionysius, vt qui iam diuitijs vti cœpisset, desijssetq; rem vtilem inutilem reddere. *Auro beneuti.*
Samnites à Manio Curio deuicti, magnam auri vim illi offerentes, repudiati sunt: dixitq; rapula ollis fictilibus coquens, nihil opus est auro, talem cœnanti cœnam: sibiq; potius esse, aurum possidentibus imperare, quàm aurum habere.
Alexander Seuerus in templis auri, argentiq; nihil in templis posuit, subinde repetens illud Persiatium:
Dicite pontifices in sacris quid facit aurum?
Philippus Macedonum rex, quòd plura dando perfecisset, quàm bellando, iactatum est in illum, non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam.
Fabricius Cineæ Epirotarum legato, magnam auri vim dono offerenti, recusauit accipere, dicens se malle aurum habentibus imperare, quàm aurum habere.

DE AVTORITATE.

Autoritas diuinitus.

Home. Odyss. x Est proclive deis, amplus quos claudit Olympus,
Reddere vel despectum hominem, aut adiungere hooorem.

Autoritas Augusti. Quum Cæsar Augustus iuuenes nobiles ac dignitate claros inter se tumultuantes vellet compescere, nec auscultarent illi, sed tumultuari pergerent, Audite, inquit, iuuenes senem, quem iuuenem senes audierunt. Hac sola voce illos coercuit.

Autoritas Aristidis. Themistocles cùm in concione dixisset, se consilium reperisse, quod summoperè pertineret ad dignitatem Atheniensium, sed id eius esse generis, vt proferri non expediret: populus censuit vt vni Aristidi indicaret: si is probaret, probaturos omnes.

Autoritas Periclis. Pericles quum à populo vocaretur frequenter, non auscultauit, dicens: ἀνάγκαστος εἰμι. Sentiens se non esse cogendum in ordinem, nec pro quolibet è media plebe habendum.

Cato Vticensis in forum veniens, conspicatus Castoris templum armatis occupatũ, omnesq; fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumq; Metellum vnà cum Cæsare, O timidum, inquit, hominem, qui aduersus vnum tantam armauit multitudinem.

Quum Seuerus imperator milites audisset Augustum appellare filium, quòd pater pedibus æger bellum moraretur, iussit se deferri ad tribunal, simulq; adesse omnes tribunos, centuriones & duces, atque etiam cohortes, quibus autoribus hoc acciderat. Hic quum in omnes eius facti autores iussisset animaduerti, omnesq; prostrati rogarent veniam, Seuerus manu contingens caput, Tandem, inquit, sentitis caput imperare, non pedes.

Autoritas personæ. M. Scaurus accusatus quòd pecuniam à Mithridate ad prodendam Remp. accepisset, dixit: Iniquum est, Quirites, quum inter alios vixerim, apud alios me rationẽ vitæ reddere. Sed quæro, Varius Sucronensis ait Scaurum patriam prodidisse, Scaurus huic culpæ se affinem esse negat, vtri creditis? Nominato & accusatore & reo, populus accusationem repulit.

Autor.

Ex Seneca. Apes è varijs varios colligunt succos, sed eos suo spiritu mutant ac digerunt, alioqui non facturæ mel: sic euoluendi sunt autores omnes, sed quod legeris, in tuos vsus transformandum.

Ibidem. Qui imitatur autores, dabit operam, vt similis illis sit, quemadmodum filius similis est patri, non quemadmodum imago picta.

Plut. in Moral. Quemadmodum medici pharmacum, ad vnicum morbum repertum, ad omnes similes ac finitimos accommodant: ita conuenit autorum dicta ad varios vsus accommodare.

Idem. Non sic est parẽdum poëtis aut philosophis, quemadmodum pueri obtemperant pædagogis, sed quemadmodum Cato, qui puer quidem pædagogo iubenti parebat, sed rogabat quam ob causam id iuberet: ita fides habenda autoribus, si causam idoneam reddiderint.

Non quemadmodum omnia religiosè metuimus, ac reueremur in sacris, ita oportet in autoribus omnia venerari, sed audacter adhibito iudicio probare quædam, quædam improbare. *Idem.*

Qui omnia student exprimere, multa praua imitantur imprudentes, quemadmodum Aristotelis balbutiem, & Platonis incuruos humeros familiares exprimebant. *Idem.*

Quemadmodum Vlysses auribus cera obturatis, Syrenum periculum prænauigauit: ita nos, si quid inciderit blandè fœdum in autoribus, prætervehi oportebit. *Idem.*

Ex quo vno freta cuncta fluunt, & flumina cuncta, *Homer. Iliad. φ*
Et cuncti manant fontesq;, lacusq; profundi.

AVTVMNVS.

Autumnus morbosus.

Sæpe sub Autumno, cùm formosissimus annus, *Ouid. libr. 2. de Arte amand.*
Plenaq; purpureo subrubet vua mero,
Cùm modò frigoribus premimur, modò soluimur æstu,
Aere non certo corpora languor habet.

Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis. *Oui. 2. Metam.*

Fœcundos Autumne lacus de vitibus imples. *Incertis autoris.*
Autumno dat hyems mistum vicina teporem.
Vitibus Autumnus turgentes detrahit vuas.
Vinifero Autũno summa est ôbi Bacche potestas.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Labra per Autumnum musto spumantia feruent.
Mox Autumnali redolet vindemia fœtu.
Bacche, tuo tempus fluit Autumnale liquore.
Temperies Autumne fluit tua nectare dulci.
Vite coronatas Autumnus degrauat vlmos.
Dat musto grauidas Autumnus pomifer vuas.

DE AVXILIO.

Auxilium citò inferendum.

Ad opem breuis hora ferenda est. *Oui. 4. Metam.*

Brachia da lassæ potius prendenda natanti, *2. De Ponto.*
Nec pigeat mentò supposuisse manum.

Auxilij diuini imploratio disertissima.

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis, *Vergil. 2. Aen.*
Aspice nos, hoc tantùm: & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma.

Ad te confugio, & supplex tua numina posco. *Vergil. 1. Aen.*

Quod te per superos, & conscia numina veri, *Vergil. 2. Aen.*
Per, si qua est quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.

Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo *Oui. epi. 3. Hero.*
Brachia.

Quò magis, ô pauci, rebus succurrite læsis, *Idem 1. de Tri.*
Et date naufragio littora tuta meo.

Auxiliarius ordo.

Dico autem vniuersam Rempu. in tres ordines diuisam esse: & vnum quidem esse bonorum ordinem, publica negotia gubernantium: alterum ex viris robustis constare: tertium ex illis, qui res necessarias explent, ac suppeditant. Nomino autem primum quidem ordinem, consiliarium: *Hippod. Pytha.*

secund

secundum, auxiliarem: tertium, mechanicum. Et priores duos proprios esse dicimus vitā liberam degentium: tertium verò, victum labore quærentium. Ac consiliarium quidem optimum esse: mechanicum, deteriorem: auxiliarem, medium. Item consiliarium imperare oportet: mechanicum, parēre: auxiliarē verò, vtrumq;. Consiliarius enim quid agendum sit, consilijs præfinit. At auxiliaris, dum propugnat, totam mechanicam multitudinem regit: quatenus autem ei præscribuntur consilia, tegitur.

Antilim. Auxiliorum in morbis genera quatuor sunt. Primum facienda, quę vtilitatē in ægrotantis actione sitam habent. Alterum sumenda, quæ pro cibo aut potu capiuntur. Tertium euacuanda, quę aliquid educendo, è corpore iuuant. Postremum genus auxiliorum forinsecus accedentia reperiunt.



B ANTE E.

BEATVS.

Cic. de Nato Deorum. Eatus esse sine virtute nemo potest.

1. Tuscul. Tunc erimus beati, quum corporibus relictis cupiditatum & ęmulationum erimus expertes.

4. Tuscul. Is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut minus lætabile ad efferendum videri potest.

5. Tuscul. Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo.

5. Tuscul. Beati sunt, quos nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines cruciant, nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt voluptatibus.

5. Tuscul. Vir temperans, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate vl'a, sine libidine, is est beatus.

In Parad. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se vno sua ponit omnia. Cui autem spes omnis & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilq; quod exploratum habeat, permansurum sibi, ne vnum quidem diem.

5. Tuscul. Nisi stabili & fixo & permanente bono beatus esse nemo potest: nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, quæ in vita beata consistunt. Nam qui timebit ne quid ex his deperdat, beatus esse non poterit.

5. Tuscul. Qui beatus est, non intelligo quid requirat vt sit beatior. Si est enim quiddam quod desit, ne beatus quidem est.

De finib. Beatus esse in maximarum rerum timore nemo potest. Nemo igitur esse beatus potest: neque enim in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata duci solet. Nec appellatur omninò vita beata, nisi confecta atq; absoluta. Nec enim potest aliàs quisquam beatus esse, aliàs miser. Qui enim existimabit posse se miserū esse, beatus non erit. Nam quum semel est suscepta beata vita, tam permanet, quàm ipsa illa effectrix beatę vitæ sapientia, nec expectat vltimum tempus ætatis: quod Crœso scribit Herodotus præceptum esse à Solone.

Est verè fortunatus ille, cuius ex salute non minor penè ad omnes quàm ad illum, cui peruentura sit, lætitia peruenerit. *5. Pro M. Marc.*

Omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumulatum est: idq; virtutis est proprium. *5. Tuscul.*

Beatitudo in actione est, quæ propter se expetenda venit.

Siue ergo vna, siue plures habendæ sunt perfecti & beati viri actiones: profectò quæ has complebunt & absoluent, eæ propriè & verè dici possunt hominis voluptates. *Aristot. lib. 10. Ethic. cap. 5*

In beatitudine rerum humanarum finem vltimumq; ponimus. *Cap. 6. eiusd. li.*

Perspicuum est in actionibus ijs, quæ propter se, non propter aliud sunt petendæ, beatam vitam esse numerandam. Nihil enim beata vita desiderat, nihil requirit, nullo eget, sed seipsa contenta est. Sunt autem propter se expetendæ, ex quibus sola actio petitur. ex quo sunt genere virtuti consentaneæ actiones. *Ibidem.*

Omnia, verè vt dicam, excepta beata vita, propter aliud expetimus. Est enim ea finis & extremum omnium. *Ibidem.*

Beatitudinem nemo mancipijs, ijsq; qui voluptatibus perfruuntur, tribuit. Non enim in his vitæ degendæ rationibus, sed in virtute consentaneis actionibus officijsq; beata vita cernitur. *Ibidem.*

Beatitudo actio est virtuti congruens, in parte optima sita, notitiamq; in se rerum honestarum ac diuinarum continet, seu diuina quædam res est, seu in nobis ea nihil est diuinius. *Cap. 7. lib. 10*

Omnium actionum nulla est beatitudinis actione præstantior, nulla melior. *Ibidem.*

Beatitudo etiam ipsa propter se sola videtur expeti, quippe ex qua præter contemplationem nihil consequatur, & ab ijs rebus, quæ geruntur, præter actionē plus minus've prætetea assumamus. *Ibidem.*

Beata vita ciuilis scientiæ propria est, atque ab hac longè diuersa quam quærimus, quamq; ab illa differre constat. *Ibidem.*

Quocirca & quod satis est, & otium, & vacuitas defatigationis, cæteraq; omnia quæ beato viro tribuuntur, actione animi continentur. Hanc igitur, si perfectæ & absolutæ vitæ vsura accesserit, completam beatam vitam hominis licet dicere. Nihil enim in beata vita non perfectum potest existere.

Hæc vndique completa & absoluta beatitudo in actione cognitionis & contemplationis est. Ita Dei præstans beatitudine actio, in cognitione & contemplatione consistit. Hominum etiam beata vita est, quatenus in ea elucet quoddam eius actionis exemplar. At ex cæteris animantium generibus nullum beatitudinem consequitur, quod cognitionis & contemplationis expers sit. *Cap. 8*

Quàm latè patet contemplatio, tam etiam beatitudo: & quà maior in aliquibus est cognitio & cōtemplatio, eò ampliorem beatitudinem consequuntur. Ita est in contemplatione beatitudo. *Ca. 8. li. 10. Eth.*

Beatus sine bonis externis esse nemo potest: id- *Ibidem.*

Beata

circò multis & magnis beato fore opus putandum est.

Beata vita illius futura est, qui virtutem colit. Et sapiens maximè beatus futurus est.

Cap. 8. lib. 1 Sed tamen bonis externis indiget beatitudo. Vix enim potest, aut ne vix quidem, res magnas & dignitatis plenas gerere is, cui nullæ opes, nullæ suppetant copiæ.

Ibidem. Quicquid id est quod seipso contentum sit, statuimus eiusmodi, quod solũ, seiunctũ, secretumq; à cæteris, vitam expetendam efficit, & nihil requirentem: qualem beatam vitam esse ducimus.

Ibidem. Beatitudo quiddam perfectum est, omnibusq; suis partibus absolutum, seipsa contenta, rerum omnium agendarum extremum.

Ibid. Beatitudo est actio animi rationi consentanea, aut certè à ratione non aliena.

Ibid. Beatitudo in actione virtutis, animi cura & cogitatione posita est, non in fortunæ temeritate. Beatus secundis rebus optimè perfruitur.

Ibidem. Vt in Olympicis ludis, non robustissimus, aut formosissimus corona datur, sed qui in certamen descendunt: sic beati fiunt ij, qui quæ in vita honesta ac bona sunt, non perspiciunt, sed faciunt. Non in otio beatitudo est, sed in actione.

Ibidem. Est quiddam optimum, honestissimum & iucundissimum beatitudo: iucundæ enim sunt virtutis actiones. Nam vir bonus non est habendus, qui honestis actionibus non lætetur.

Ibidem. Beatitudinem efficiunt quasi instrumentis quibusdam, vel amicorum opera, vel pecunia, vel ciuis dignitas, nobilitas, liberi & forma. Neque enim beatus esse potest omninò deformis, aut vitam in solitudine degens, aut liberis orbatus, aut is cui liberi sint improbissimi, vel amici boni è vita excesserint.

Cap. 9. lib. 10 Beatitudo à dijs est, si quid mutuò hominibus à dijs datum est: quòd hæc melior sit & præstantior rebus humanis. Et licet deorum munere non concessa sit, sitq; virtutis, artis, & exercitationis, tamen in rebus maximè diuinis ducenda est. Virtutis enim merces & finis, optimum quiddam est, diuinum & beatum.

Potest comparari disciplina aliqua & diligentia, ab ijs omnibus, quorum animus à virtute non abhorret: Non fortuita beatitudo est. Magnum siquidem scelus est, rem omnium maximam & præstantissimam fortunæ adscribere.

Beatus nequaquam puer est iudicandus, quippè cùm nondum per ætatem ad has vitæ actiones sit aptus. opus est enim vndiq; perfecta virtute.

Cap. 10. lib. 1. Eth. Beatus in vita esse potest, nec expectandum est extremum ætatis tempus, vt Solon existimauit. Fœlices enim agunt omnes, mortui verò non agunt.

Ibidem. Ex fortunæ varietate, viui non desinunt fœlices esse: nec enim fortunam consectatur beatitudo, nec chamæleonti similis est beatus. Per omne tempus ætatis homo beatus futurus est. Semper enim ea geret & cogitabit omnia, quæ virtuti congruunt: & quemcunq; casum fortuna inuexerit, hunc decorè & aptè feret.

Ibidem. Beatus, miser esse nullo modo potest. Non enim varius & mutabilis est: nec ex beatitudinis possessione facilè quis deijci detrudiq; potest.

Beatitudinem nemo ornat laudibus, vt iustitiam: sed quod multò melior sit, diuino honore afficit. Est enim beatitudo, omni laude superior. Cap. 12. lib. 1

Ciuili scientia verè instructus, maximam beatitudini dat operam: quoniam hoc vult, hoc spectat, vt ciues bonos efficiat, & obedientes legibus. Cap. 13. lib. 1

Vt valetudo, ea quæ bene constituunt corpus, sic beatitudinem efficit sapientia. Cap. 12. lib. 6

Beatus non desiderat immoderatas opes, nec eculeo torquetur, maximisq; opprimitur calamitatibus: est enim in beata vita certus quidam modus & terminus. Et si beatus sine externis esse nemo potest, idcircò multa & magna expetit. Non enim in nimia rerum affluentia satietas posita est, vel officium: possuntq; gerere res magnas & dignitatis plenas, qui diuitijs vndiq; non affluunt. Cap. 13. lib. 7

Beata vita minus quàm humana desiderat fortunæ bona in officijs tuendis.

CLINIA. Fœlicitatem inquam, hoc est, rerum consecutionem ad votum, quam summum bonum homines appellant. SOCRAT. Si quis diuitias, & bona, quæ diximus, omnia nactus, nequaquam vtatur, nunquid erit ipsa bonorum possessione beatus? CLIN. Minimè, ô Socrates. SOCRAT. Oportet itaque illum, qui beatus futurus est, non solùm bona huiusmodi possidere, sed vti. Nihil enim sola possessio iuuat. CLI. Vera loqueris. SOCRAT. Num possessio vsusq; bonorum, ô Clinia, ad beatè viuendum sufficit? CLIN. Mihi quidem videtur. SOCRAT. Vtrum ista dicis, si modò quis rectè vtatur, an etiam si non rectè? CLIN. Si rectè. SOCRAT. Probè loqueris, postquã beati esse affectamus omnes. Beati autem efficimur ex eo quòd rebus vtimur, & rectè vtimur: rectitudinem verò vsus, & consecutionis prosperitatem scientia præbet. Cæteris omnibus prætermissis omni studio niti quisque debet, vt quàm sapientissimus fiat. non'ne? CLIN. Certè. SOCRAT. Existimare igitur debet quisque hoc potius expetendum à parentibus, quàm multarum pecuniarum hæreditatem: à tutoribus prætereà, & amicis, tum alijs, tum vel maximè ab illis, qui in amore ardentiores esse prædicant, siue hospites sint, seu ciues. Neq; turpe est, neque abhorrendum, ô Clinia, consequendæ sapientiæ gratia, seruire cuilibet, & honestis obsequijs vnicuiq; morem gerere. Idem'ne & tu sentis? CLIN Idem omninò. Probè enim loqui videris, si modò, inquam, doceri sapientia potest, neque fortè hominibus aduenit. SOCR. O amice Crito, an ignoras in quouis studio viles & nullius pretij homines permultos esse, probos verò paucos, eosque maximo in pretio habendos esse? Plato in Euthy.

Beatum ab omni parte nihil est.

Nihil est ab omni
Parte beatum. Horat. in Od.
Fœlix per omnia nullus est mortalium.
Nihil vsquàm est hominũ, carpere quod nequeas. Clearchus apud Athenæum.
Num quæpiam intercedit his cognatio,
Vitæ ac dolori? Menander.
Seculum voluendis diebus, nunc huc, nunc illuc se flectit. Cęterùm dij extra telorum iactum sunt. Pind. in Isthm.

Aiunt

In Pythijs. Aiunt sanè sic viro stabilem florere fœlicitatem, si hæc & hæc ferat, id est, si ferat tum prospera, tum aduersa.

Pind. Hymno 5. Laborum autem exors nullus est, nec erit.

Hymno 3. Ad vnum boonum duo simul mala partiuntur mortalibus immortales.

Beatus non est qui se esse nesciat.

Seneca libro epistolarum 16. Non est beatus qui se esse nesciat, hoc est, noo faόs est adesse fœlicitatem, nisi eam intellexeris.

Vergilius. O fortunatos nimium, bona si sua ooriot,
Agricolas,

Martialis. Quod sis, esse velis.

Epictetus. Si bene vis audire discito bene loqui: & cùm bene loqui didiceris, rectè facere cooator: hoc enim modo bonam famã acquires. Examina teipsum, vtrum ditescere malis, an beari. Quòd si diuitias velis, rem bonam esse scias, nec omoinò in te sitam. Si verò beari, id & bonum est, & penes te. Opes eoim fortuna ad tempus cõmodato dat. Beatitudo autem à nostra voluntate procedit.

Plutarchus. Beatam esse ciuitatem asseruit Plato, in qua istæ voces meum & tuum minimè proferri audiebantur, eò quòd communibus, quoad fieri potest, rebus, quæ quidem alicuius æstimationis sunt, vti ciues debeant. Sed multò magis huiusmodi vox è connubio eximenda est.

Ex Poëtis.

Beatitudo hac in vita non est, nec esse potest ante obitum.

Oui. li. 3. Meta. Scilicet vlóma semper
Expectanda dies bomini est, diciq; beatus
Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Ausonius. Dico tuoc vitam beatam, cùm peracta fata sunt.

Ad beatitudinem omnes vocantur, vbi consummata est requies.

Boët. Metro. 10. libr. 3 Huc omnes paritet vetuite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terreas habitans libido mentes.
Hic vobis requies erit laborum:
Hic portus placida manens quiete.
Hoc vnum miseris patens asylum.

Beatus solus bonus & sapiens.

Horat. li. 1. Epi. ad Quinctium. Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor oe cui de te plus, quàm tibi credas,
Ne've putes alium sapieote bonoq; beatum.

Beatus aduersa æquanimiter fert.

Terentius Phor. Beatus es, nî vnum desit, animus, qui modestè istæc ferat.

Multa possidens beatus non est, sed potius virtute praditus.

Hora. Od. 9. li. 4 Non possidentem multa, vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagitium timet:
Noo ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

Beati cœlesti visione illustrati, æterna terrenaq; cernunt.

Non illic auro positi, nec thure sepulti *Lucan. lib. 9*
Perueniunt. Illic postquam se lumine vero
Impleuit, stellasq; vagas miratur, & astra
Fixa polis: vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies, risitq; sui ludibria trunci.

Beatorum gaudia immensa, eorumq; loca amœnissima.

Ast aliam tentare nefas, & tendere cootrà. *Val. Flac. lib. 2. Argonaut. de duabus portis gemmeis.*
Rara & sponte patet, si quando pectore ductor
Vulnera nota gerens, galeis præfixa, rotisq;.
Cui domus aut studium mortales pellere curas,
Culta fides, longeq; metus, atq; ignota cupido,
Seu venit in vittis, castaq; in veste sacerdos.
Quos omnes leuis plantis, & lampada quassans
Progenies Atlantis agit. lucet via latè
Igne Dei, donec syluas, & amœna piorum
Deueniunt, camposq;, vbi sol, totumq; per annum
Durat aprica dies, thrasiq;, choriq; virorum,
Carminaq;, & quorum populis iam oulla cupido.
Hîc choreæ, cantusq; vigent, passimq; vagantes *Tibul. eleg. 3. li. 1 de Campo. Elys. amœnitate.*
Dulce sonant teoui gutture carmen aues.
Fert casiam non culta seges, rotosq; per agros
Floret odoratis terra benigna rosis.
Amissum ne crede diem, sunt altera nobis *Claud. lib. 2. de raptu Proserp.*
Sydera, sunt orbes alij: lumenq; videbis
Purius: Elysiosq; magis mirabere campos,
Cultoresq; pios. Illic pretiosior ætas:
Aurea prngenies habitat, semperq; tenemus
Quod superi meruere semel: nec mollia desunt
Prata obi. Zepbyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quns nec tua protulit Aetna.
Est etiam lucis arbor prædiues opacis
Fulgentes viridi ramos curuata metallo.

B E L L V M.

Suscipiẽda bella sunt, vt in pace sine iniuria viuatur. *Cic. 1. Offic.*

Non solùm aduentus belli, sed metus ipse affert calamitatem. Nam cùm hostium copiæ non loogè absuot, etiamsi irruptio facta oulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigaoo conquiescit. *Pro lege Manil.*

Incerti sunt exitus pugnarum, Marsq; est communis qui sæpe spoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto. *Pro Milone.*

Incertus est exitus & anceps fortuna belli. *Pro M. Marc.*

Inceru suot exitus belli, Marsq; communis. *Philipp. 10*

Incertus est belli exitus. *Philipp. 13*

Omnium bellorum exitus incerti suot. *Cic. Torq. fam. 6*

Omnis belli Mars est communis, & semper incerti exitus præliorum sunt. *Cic. Torq. 6*

Armorum exitus semper incerti & timendi. *Cic. Att. lib. 9*

Rei militaris virtus præstat cæteris virtutibus: omnia nostra studia, & hæc forensis laus & industria latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis: & simulatq; increbuit suspicio tumultus, artes illico oostræ cõocescunt. Omnia deniq; quæ sunt in imperio, in statu ciuitatis, ab ijs defendi, & firmari putantur, qui militari virtute antecelluot. *Pro Muræna.*

Multò plus adfert dignitatis res militaris, quàm iuris ciuilis gloria. Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille vt eò quò intendit, *Pro Muræna.*

maturè cum exercitu perueniat. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui consultores, ille ne vrbes aut castra capiantur. Ille tenet & scit vt hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis.

Bellicis rebus præferuntur consilium & prudentia.

1. Offic. Minuenda est horum opinio, qui arbitrantur res bellicas maiores esse, quàm vrbanas. Quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomē quàm Solonis illustrius, citeturq; Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur cōsilio Solonis ei quo primùm constituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati.

1. Offic. Non minorem vtilitatem adferunt qui Reip. præsunt, quàm qui bellum gerunt. Itaq; eorum consilio sæpe, aut suscepta, aut confecta bella sunt. Quare expetenda magis est decernendi ratio, quàm decernēdi fortitudo: temerè enim in acie versari, & manus cum hoste confligere, immane quiddam est, & belluarum simile.

Pro Cæcin. Considerati hominis est iure decertare, armis non contendere.

1. Offic. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

1. Offic. Honestum efficitur animi, non corporis viribus.

1. Offic. Parui sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

Cato maior. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum, res magnæ geruntur, sed consilio & autoritate & sententia.

Cato maior. Maximæ Respub. per adolescentulos labefactatæ, à senibus sustentatæ & restitutæ sunt. Cùm enim ad gubernacula Reipu. temerarij atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.

Cato maior. Dux ille Græciæ nunquam optat, vt Aiacis similes decem babeat, sed vt Nestoris: quod si acciderit, non dubitat quin Troia breui sit peritura.

Pro Muræna. Temeritas cum sapientia non commiscetur.

Ex Apophth. Eras.

Qui bellum susceperunt, oportet per omnia seruire belli necessitatibus.

In bello aut vincendum, aut fortiter occumbendū.

Metus mortis in bello ignominiosus est.

In bello plus babet momenti, quales ducas milites, quàm quàm multos.

Nullum negotium periculosius quàm bellum.

Pro patria pugnātem occumbere, pulcherrimū est.

Cibo vinoq; graues, ad prælium minimè sunt apti.

In bello non liberū est, quæ cuiq; videntur, dicere.

Non est optandum bellum, sed nec in bello, nec in pace, libertatem tueri licet, nisi mortis timorem abieceris.

Error in bello, mors est.

In bello sunt celanda principum consilia.

In bello non refert, quàm multi sint duces, sed quàm bello gerendo accommodi.

Maiore Reipu. discrimine pacta violantur in bellis, sed illic quoque violantur ab his, qui domi consueuerunt fallere.

Pax bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi.

Sola animi bona non sunt bellorum violentiæ obnoxia.

Ad victoriam plurimum habet momenti, si imperator strenuus præsens regat exercitum.

Non est turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare locum, quàm conferere manus.

Iustitiæ leges non possunt tueri, qui ditionis amplianda gloriæ've causa bellum inferunt alienis ciuitatibus.

Affectus priuati frequenter & ciuitates & regna bellis committunt, ac pessundant.

Bellum non nisi iustè est suscipiendum.

Tota belli fortuna à ducis virtute prudentiaque pendet.

Archidamus, in bello Peloponnesiaco, socijs rogantibus, quanta pecunia futura esset satis, ac postulantibus, vt tributorum certum modum præscriberet, Bellum, inquit, non quærit definita. Significans eos qui bellū susceperunt, oportere per omnia seruire belli necessitatibus, quarum nullus est certus modus. *Incerta belli.*

Quidam Lacon in acie quum strictum iam ensem in hostem esset infixurus, signūmque datum esset, receptui canens, non infixit. Roganti verò cuidam, cur hostem, cùm posset, non interfecisset Quoniam, inquit, melius est parère imperatori, quàm hostem occidere. *Belli disciplina*

Teres quidam Sitalci pater dicere solebat, quoties esset in otio, nec militia exerceretur, se nihilo meliorem esse equisonibus. *Belli amor.*

Antigonus senior cuidam porrigenti librum de iustitia conscriptum, Desipis, inquit, qui cùm me videas alienas vrbes armis vexantem, tamen apud me de iustitia disseris. *Bellū iniustum.*

Haud annuntias bellum.

Prouerbio dicunt, haud bellum annuntias. *Iulia. ad Basil.*

Haud sanè bellum annuntias. *Plato in Phæd.*

Initium belli.

Et quemadmodum ait Thucydides, hinc iam bellum oritur. *Lucia. in Pseud.*

Machinas post bellum adferre.

Vestrę machinę post bellum, vt prouerbio dicitur, adductæ sunt. *Brut. ad Lycos.*

Ad istum modum oportet ad bellum accedere. *Plato.*

Viris curæ sunt bella futura. *Homer. Iliad. 2*

Arma viri bellumq; gerant, queis bella gerenda. *Vergilius.*

Post bellum auxilium.

Post bellum suppetiæ. *Diog. Suidas.*

Machinæ vestræ post bellum, vt est in prouerbio, allatæ sunt. *Brutus in epi. ad Lycios.*

Tarditas in bello perinde est, ac si nihil omninò factum sit, quod frustra factum est. *Idē ad Myrens.*

Quid quòd medicina mortuorum sera est? Quid quòd nemo aquas infundit in cineres? *Fabius.*

Bello parta.

Bello parta dicimus, quæ quis immodicè insumit. *Plutarchus.*

Impleri apud alios cibis sumptuosis, fruiq; velut ex hostili regione raptis, amplitèr sese cibo onerantes.

Proculcantes agrum, diripientes domum, pro spolijs vendentes facultates. *Athenæus li. 4*

Bellicum canere. Receptui canere.

Bellicum canere, aoimare est atque exhortari.

Ci. Philipp. 7 Bellicum me cecinisse dicunt.

Receptui canere, finire significat.

Ci. Philipp. 12 Quis enim reuocante & receptui canente Senatu properet dimicare?

Ryme lib. 12 Quare antequam in has ætatis veniat insidias, receptui canet, & in portū integra naue perueniet.

Bellum omnium pater.

Luc. de ratione conscrib. histor. Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophoontes nobis erant omnes: adeò vt verum esse videretur illud quod dicitur, Bellum rerū omnium pater: si quidem tam multos scriptores vnico produxit ictu.

Dulce bellum inexpertis.

Vege. li. 3 ca. 14 Ne confidas satis, si tyro prælium cupit: inexpertis enim dulcis est pugna.

Pindarus. Dulce bellum inexpertis: ast expertus quispiam horret, si accesserit cordi supra modum.

Euripides. Solet ferè bellū nō per omnia fœliciter succedere.
Sed fortium gaudet casu iuuenum:
Odit autem timidos, quod ciuitati quidem calamitosum
Existit, at ipsis defunctis gloriosum.

Aratus in Phæ. Aeneum olim seculum viros habuit perniciosos,
Aereum qui primi fabricauere gladium
Viatorium, & primi boues comederunt aratores.

Homerus. Inhumanus, impius, & ferus est ille,
Qui bellum cupit in populo detestabile.
Occiduntur viri, consumitur igne ciuitas:
Alij liberos abducūt, & profundè cinctas mulieres.

Tyrtæus. Sed Herculis inuicti progenies estis.
Quare bono sitis animo: Iuppiter nondum ceruicem habet obliquam.
Nec virorū multitudinē expauescatis, aut timeatis.
Quin aliquis rectà in prima acie scutum protēdat,
Vitam suam odio prosequens, mortis verò nigras
Sortes præ Solis radijs amans.
Scitis enim quā noxia sint opera lachrymosi Martis,
Et bene nostis ingenium difficilis belli.
Nam tum inter fugientes, tum persequētes fuistis,
O iuuenes, ad saturitatem vtrumq; experti.
Illorum sanè, qui vnà manentes ausi fuerint
Ad pugnam cominus conserendam, & in prima acie pugnantes accedere,
Pauciores moriuntur, & populum seruant à tergo.
Timidorum autem virorum perijt omnis virtus.
Nullus vnquam satis enumerauerit singula
Mala quæ viro obueniunt, qui turpiter se gesserit:
Malum est enim posterius inter scapulas sauciare
Virum fugientem in hostili prælio.
Est turpe cadauer in puluere prostratum,
Posterius in dorso ictu hastæ transfixum.
Sed age, aliquis bene progressus maneat, ambobus pedibus
Innixus telluri firmiter, & labra dētibus mordens,
Et femora, tibiasq; inferius, & pectus, humerosq;
Obtecta sint ampli capacitate scuti.
Dextera verò manu robustam quatiat hastam,
Ac diram in vertice cristam agitet.
Et strenua edens facinora belligerare discat,
Nec extra teli iactum consistat gereos scutum:
Sed propius quis accedens prolixa hasta cominus,
Aut gladio feriens hostilem virum capiat.
Et pedem pedi apponens, & scutum scuto committens,
Et cristam cristæ, galeamq; galeæ,
Et pectus pectori conferens, hostem impugnet,
Vel gladij capulum, vel oblongam hastam apprehendens.
Vos autem, ô leuis armaturæ milites, sub scuto alius aliunde
Pauidi, magnis impetite lapidibus hostes,
Et iacula polita in ipsos emittite,
Astantes iuxta milites munitos armis.

Quàm temerarij & repentini sunt belli casus, antea nouistis quàm inireris bellum. Solet enim eius mora diuturnior vt plurimum fortunam sequi. Et alia, quę nunc prospicere non licet. Bellum enim minimè certis pactis aut legibus agitur, sed ipsum per se multa machinatur pro re nata: vbi, qui id leniter & facilè fert, constantior est: iracundus autem, nihilo minus peccat. *Thucydid. 1.*

Bellum honestum turpi paci est præferendum. *Demosthenes.*

Antisthenes Socraticus, cùm quidam dixisset pauperes interire in bello, Imò plures, dixit, tum fiunt.

Archidamus Agesilai filius, cùm vidisset genus teli primum ex Sicilia allatum, exclamauit: O Hercules, perijt viri virtus.

Virorum prudētium est, si non lacessantur iniuria, quiescere: bonorum autem, si iniuria afficiantur, pacem bello mutare: ac si bene cesserit, iterum pro bello pacem inire: & neque belli successu efferri, neq; pacis tranquillitate captos, iniuriam pati eos decet. Nam tum ille qui voluptatis causa cunctatur, ilico priuari potest oblectatione tranquillitatis, cuius gratia cunctatur & quiescit: tum qui in bello prosperitate abundat, nō cogitat se incerta temeritate efferri. Multa enim malè cōsultata, eò quòd hostes incōsultiores fuerint, fœliciter euenerunt: & plura quæ rectè instituta videbantur, turpiter in contrarium euentum relapsa sunt. Nullus enim cogitat, quàm difficile sit idem factis præstare, quod inter deliberandum promittit. Nam consultamus securi, in opere autem cum timore deficimus. *Thucydides*

Quam plerique hominum pacem vocant, nihil aliud præter nomen existere, reipsa verò omnibus ciuitatibus aduersus omnes bellum irreconciliabile perpetuò natura insitum esse. Et ferè, si animaduerteris, ita affectum fuisse Cretensium legislatorem deprehendes, vt bellum respiciens leges omnes tum publicas tū priuatas cōdiderit, & hoc modo institutas tradiderit obseruandas, quasi aliarum rerū nulla planè foret vtilitas, neq; opum, neque studiorum, nisi quis bello superior euaderet. Omnia enim bona illorum, qui victi sunt, victoribus accedere. *Plato.*

Scitis victoriam in bello nec multitudine, neque fortitudine pararis: sed viri deorum auxilio freti fortioribus animis hostes inuaserint, vt plurimum ab aduersarijs non sustinentur. *Xenoph. li. 3. de Cyri disciplina.*

SOCRAT. Videtur, ô Menexene, apud plurimas gentes præclarum esse in bello occumbere. Etenim qui sic è vita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. *Plato in Menexene.*

Domi manendum est, & in libertate. *Menander.*

Milioa verò non fert vllam opulenoam,
Sed vitam quæ in diem viuitur, ac temerariam,
Quam experimur minimè salutarem esse.
Facilè impetitur conuitijs, vt appatet,
Mihus habitus, & hominis peregrini.
Elegans miles haud vllus effici potest.

Apollod. Statim factus es miles pro homine libero.

Philemon. O miles, noo homo, qui pascens
Quemadmodum victimæ, vt cum tempus fuerit, immoleris.

Antiphanes. Quis non merceoarius est mortis ô charissima,
Qui gratia viuendi accedit moriturus?

Isocrates. Robur prudennæ iunctum conducit: sine ipsa plus lædit possidentes. Idem corpora quidem exercentium se ornat, animi verò studia obteoebrat.

Ineuitabilis timor pœnæ, causa est desperationis: qui eium interitum suum præuidit, pericula vltrò sequitur.

Archidamus Lacedæmoniorum rex, cùm vidisset filium suum nimis temerè contra Athenienses pugnantem: Aut vires, inquit, obi sunt augendę, aut minuenda audacia.

Plutar. hui. Quænam ubi tanta fœlicitas videtur, vt eius gratia naturam existimes hominibus nouercam, brutis verò parentem esse? An proptet magnitudinem, celeritatem, visusq; aciem ita esse censes? At hominū propria vis in animi ratione consistit, qua & elephantus per syluas pedicis capit, frenat equos, subiugat boues aratris, volucria deijcit arundinibus, & in profuodo submersa reobus extrahit. Hæc eius vis est, quæ multò vberius se profert, cùm ambitus terræ, cœli magnitudines, & stellarum circulos persequēdo ooo fatigatur.

Eusebius. Animi præsentiam in rebus arduis cum raoone coniunctam laudato: impetum verò sine ratione, audaciam vocato, & oderis.

Homines viribus tantùm, robori & velocitatí aogendis student, & quo pacto hæc habentes ex ipsis solis clari fiāt: animum verò, per quem existunt, negligunt: ignorantes se illa solùm excolere, quæ cum bruos cōmunia habent, & quidem imbecilliora quàm multa ex bruos: diuinissimā verò sui partem, & secundum quam dijs aliquomodo similes reddi possent, neglectui habere.

Ex Poëtis.

Bellum ex cupiditate ortum habet.

Lucanus lib. 1. Bell. ciuil. Hinc vsura vorax, auidumq; in fœnore tempus,
Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Tibul. Eleg. 10. libr. 1 Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus? & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia oata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt,
Faginus astabat cùm cyphus ante dapes.
Non arces, noo vallus erat: somnumq; petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

Belli amor maximè auctus.

Virg. 1. Georg. Quippe vbi fas versū, atq; nefas, tot bella per orbē,
Tam multæ scelerum facies: non vllus aratro
Dignus honos: squalent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Ticinæ ruptis ioter se legibus vrbes
Arma ferunt. sæuit toto Mars impius orbe:
Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendeos
Fertur equis auriga, oeq; audit currus habenas.

Fert animus causas tantarum expromere rerum, *Lucan. lib. 1*
Immensumq; aperitur opus, quid in arua furentem
Impulerit populum, quid pacem excusserit orbi.
Inuida fatorum series, summisq; oegatum
Stare diu, nimioq; graues sub poodere lapsus.
Tu causa malorum *Idem.*
Facta tribus dominis cōmunis Roma, nec vnquā
In turbam missi feralia fœdera regoi.

Belli ciuilis reprehensio.

Quò, quò scelesti ruitis? aut cur dextris *Horat. li. Epod.*
Aptantur enses conditi?
Parum'ne campis, atq; Neptuno super
Fusum est Lanni sanguinis?
Neq; hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, nisi in dispar, feris.
Furor'ne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit,
Mentesq; perculsæ stupent.

Quis furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri *Lucan. lib. 1*
Gentibus inuisis Latium præbere cruorem?
Cumq; superba foret Babyloo spolianda trophæis
Ausonijs, vmbraq; erraret Crassus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.
Heu, quantum terræ potuit, pelagiq; parari
Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ.

Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur *Idem lib. 2*
Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica saxa madent: nulli sua profuit ætas,
Non senis extremum piguit feruentibus annis
Præcipitasse diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed satis est iam posse mori.

Quis furor, est attam bellis accersere mortem? *Tibul. Eleg. 10. lib. 1*
Imminet, & tacito clàm venit illa pede.
Quàm potius laudandus is est, quem prole parata
Occupat in parua pigra senecta casa.
Ipse suas sectatur oues: at filius agnos,
Et calidam fesso comparat vxor aquam.

Belli euentus varius.

Hic magnus sedet Aeneas, secumq; volutat *Virg. li. 10. Aen.*
Euentus belli varios.
Sexta resurgebant orientis cornua lunæ, *Ouid. 9. Meta.*
Et pendebat adhuc belli fortuna, diuq;
Inter vtrumq; volat dubijs victoria pennis.
Mars dubius, nec certa Venus, victiq; resurgunt: *Ouid. 3. de Arte amandi.*
Quosq; neges vnquam posse iacere, cadunt.
Nunc belli mala *Senec. in Theb.*
Propone, dubias Martis incerti vices.
Licet omne tecum regis robur trahas,
Licet arma longè miles, ac latè explicet,
Fortuna belli semper ancipiti io loco est.
Et incerti fallax fiducia Martis. *Silius Italic.*
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. *Virg. li. 11. Aen.*
Vrbibus obsessis clausæ munimina portæ *Ouid. eleg. 4. li.*
Profuot, in media pace quid arma times?

Hic, vbi barbarus hostis *Ouid. de Pont.*
Vt fera plus valeant legibus arma, facit.

DE BENEFICIO.

Beneficij accepti meminisse, dati obliuisci decet.
Ingratitudo erga benemeritum, morte plectenda.
Beneficij memoria breuissima, at iniuriæ solet esse tenacissima.
Benefacta benefactis addenda sunt: ne, si desinamus benefacere, obsolescat priorum benefactorum memoria.

Beneficium impiorum.

Philipp. 2 Nullum est aliud impiorum beneficium, nisi vt commemorare possint ijs se vitam dedisse quibus non ademerint.

Beneficium conferre.

Cic. antequam iret in exil. Liberale officium est ferere beneficium, vt metere possis fructum. Fidei conducit in loco debitum retribuere. Illic enim animi voluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur.

Idem. Si quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimq; dantur, ea solent ijs esse fructuosa, à quibus sunt profecta.

Vt malignus est, qui fontem scatentem obtegat, aut radiantem solem prohibeat, aut lumen recuset de suo lumine accendere, aut viam monstrare grauetur: ita vehementer est inhumanus, qui prodesse nolit citra vllum suum incommodum.

Beneficium compensare difficilius est, quàm iniuriam vlcisci.

Cic. in oratione ad Quirit. post reditum. Etenim iniuriæ vlciscendæ facilior ratio est quàm beneficij remunerandi, propterea quòd superiorem esse contra improbos minus est negotij, quàm bonis exæquari. Tum etiam nec tam necessarium quidem est, male meritis, quàm optimè meritis, referre quod debeas. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipu. communiq; vtilitate deponi, vel vetustate sedari. Bene meritos quin colas, nec exorari fas est, neq; est excusatio difficultatis, neq; æquum est tempore & die memoriam beneficij definire.

Beneficij accepti decet meminisse.

Dicebat Chilo beneficij dati debere obliuisci, accepti verò meminisse. vnde Ausonius,
Tu bene si quid agas, non meminisse decet.

Beneficium meritum.

Quibusdam benignitatem illius prædicantibus, qui Diogeni quiddam donasset, Quin & me, inquir, laudatis qui accipere merui? Plus est enim meruisse quàm dedisse. iuxta illud Pub. Mimi,
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Beneficentia.

Philippus quum multis à Philone Thebano beneficijs fuisset affectus, nihilq; muneris vellet accipere Philo, Nec me, inquit Philippus, beneficētia superatum hac laude spolies, qui hactenus à nemine victus fuerim beneficijs.

Idem Hipparcho Euboico defuncto, dolore cùm afficeretur, quidamq; illum solaretur, dicens Hipparchum tēpestiuè decessisse, iam natu grandem: Sibi quidem tempestiuè decessit, inquit Philipppus, sed mihi præproperè. Mors enim illum præripuit, priusquam à me beneficium acceperit nostra dignum amicitia.

Aristoteles percontanti quid citò senesceret, Gratia, inquit: sentiens iniuriæ memoriam esse tenacissimam, beneficij breuissimam.

Beneficentia conciliat amicos.

Flauius Vespasianus, quum admoneretur ab amicis vt caueret à Metio Pomposiano, quòd de hoc rumor increbuerat, fore vt aliquando regnaret: non metuit, sed & consulem eum fecit. Id admirantibus amicis, Erit, inquit, memor tanti beneficij.

Beneficentia vltronea sit.

Quodam tempore, reuersus è foro Socrates, inter amicos dixit, Emissem pallium, si nūmos habuissem: eos egestatis admonens. Mox inter amicos ambitus erat, à quo Socrates acciperet. Et tamen post eam vocem quisquis properauit, serò dedit.

Quod bene fit bonis, Haud perit. *Plautus.*

Nec aurum nec argentum, nec quicquam eorum quæ accipiuntur, beneficium est, sed eius qui tribuit, animus.

Benefacta benefactis cumulanda.

Aliquando gratius est, quod facili, quàm quod plena manu datur.

Quicquid sine detrimento commodari potest, id tribuatur etiam ignoto.

Serò beneficium dedit, qui roganti dedit.

Eodem animo debetur beneficium quo datur.

Reddit beneficium, qui libenter debet.

Nemo libenter debet reddere quod non accepit, sed extorsit. *Cicero.*

Meminisse debet is, in quem collatum est beneficium, non commemorare qui contulit.

Odiosum hominum genus officia exprobrātium.

Beneficium nec in iuuenem, nec in senem, conferendum est: in hunc, quia perit antequam gratiæ referendæ detur opportunitas: in illum, quia non meminit.

Improbus est, qui beneficium *Plautus.*
Scit sumere, & nescit reddere.

Ingratus, qui beneficium accepisse se negat quod accepit: ingratus, inquam, qui dissimulat: rursum ingratus, qui non reddit: at omnium ingratissimus, qui oblitus est.

Ita sunt omnes isti nostri ciues, *Plautus.*
Si quid benefacias, leuior pluma gratia est:
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Creditori præter sortem extra ordinem numeramus: beneficiorum autem vsum esse gratuitum iudicamus, & illa crescunt mora, tantoq; plus soluendum est, quanto tardius. *Seneca.*

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. *Ouidius.*
Immunifico cantari solet, quod habes, nec habeas.

Regem armis, quàm munificentia vinci, minus flagitiosum. *Salustius.*

Ex Poëtis.

Beneficium in bonos collatum, haud parum prodest.

Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida est bonis. *Plaut. in Capti.*

Si quid bonis boni fit, esse idem & graue, & gratum solet. *Idem in Persa.*

Bonis quod bene fit, haud perit. *Idem in Rud.*

Beneficium qui accipit, nec reddit, improbus est.

Plaut.in Perſ. Improbus eſt homo,
Qui beneficium ſcir ſumere,& reddere neſcit.

Beneficij recordatio perpetua ſit.

Plaut. in Capt. At ſcire tum memento, quando hic quod voles, babebis.
Nam ferè maxima pars morem bunc homines habent, quod ſibi volunt.
Dum id impetrant, boni ſunt:ſed hi vbi iam penes ſeſe habent,
Ex bonis peſsimi,& fraudulentiſsimi ſunt.

Beneficia alteri impenſa commemoranda non ſunt.

Teren.in And. Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo:
Er id gratum fuiſſe aduerſum te,habeo gratiam.
Sed hoc mihi moleſtum. Nam iſthæc commemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.
Quæ mihi præſtiteris,memini,ſemperq; tenebo.
Mart.li.5.Epig. Cur igitur taceo?Poſthume,tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat,Dixerat ipſe mihi.
Non bellè quædam faciunr duo:ſufficit vous
Huic operi.ſi vis vt loquar,ipſe tace.
Crede mihi,quamuis ingeotia Poſthume dones,
Autoris pereunt garrulitate ſui.
Auſonius. Tu bene ſic facias,non meminiſſe ſat eſt.

Beneficium cùm opus eſt, à quouis eſt ſumendum.

Abs quouis bomine,cùm opus eſt,beneficium accipere gaudeas.
Verùm enimuerò id demum iuuat,ſi quem ęquum eſt benefacere,is facit.
Seneca. Vt poſt malam etiam ſegetem ſerendum, vt poſt naufragium tentatur maria, vt fœneratorem à foro tioo fugat coactor: ita beneficium denuò collocandum, etiamſi ſemel incideris in hominem ingratum.
Plau. in Milite glorioſo. Nam in mala vxore, atq; inimico ſi quid ſumatur, ſumptus eſt.
In bono boſpite atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur:
Et quod in diuinis rebus ſumas, ſumptus ſapieoti lucro eſt.
Auſonius. Gratia quæ tarda eſt,ingrata eſt: grana namq;
Cum fieri properat,gratia grata magis.
Plaut.in Trin. Nullum beneficium
Eſſe duco id, quod cui facias,non placet.
Malo ſi beoefacias,id beneficium interiti
Bono ſi malefacias, ætatem expetit.
Idem in Pan. Malo benefacere,tantumdem eſt periculum,
Quantum bono malefacere.
Idem in Rud. Quod benefit bonis, haud perit.
Ab alio expectes,alteri quod feceris.
Pub.Mim. Bis eſt gratum,quod opus eſt,vltrò ſi offeras.
Idem. Beneficium accipere,libertatem vendere eſt.
Beneficium dando accipit,qui digno dedit.
Beneficium ſæpe dare,docere eſt reddere.
Beneficium dignis vbi das,omnes obligas.
Pub.Mim. Beneficium dare qui neſcit,iniuſtè petit.
Idem Beneficia plura recipit,qui ſcir reddere.
Vergil.4.Aen. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.
Martialis. Dedecus eſt ſemper ſumere,nihilq; dare.
Pub.Mimus. Beneficium ſe dediſſe qui dicit,petit.

Beneficium citò conferendum.

Bis dat, qui cito dat. Seneca.
Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit. Idem.
Si beoe quid facias,facias cito:nam cito factum Auſonius.
Grarum erit.ingratum gratia tarda facit.
Odi equidem amicis ſerus ſuccurrere. Hector apud Eurip.in Rheſo.
Bis eſt gratum,quod opus eſt,vltrò ſi offeras.
Beneficium ioopi bis dat,qui dat celeriter. Mimus.
Garus ambuſta & infuſa medetur malis.ſed ſi interim non oominesGarum:ita quædam beneficia beneficia non ſunr, ſi commemores. Plinius.

Benefacta malefactis non ſubuertenda.

Vini liquorem perdidiſti infuſa aqua. Polyphe. apud Ariſtum trag.
Tu verò nobis ex terra ſubulca vocabulum mercatus,perdidiſti vinum infuſa aqua. Vlpian. apud Athenæum.
Bacchus vt è flammis puer exilijſſet, in vodis Meleager.
Tinxerunt oymphæ ſordidum adhuc cinere.
Hinc iunctus nymphis eſt Bacchus gratus. at ignē
Ardentem capies,hunc niſi miſcueris.
Benefactis peoſanda ſunr delicta.
Alijs beoefactis hocce depellunt probrum. Cic.ad Att.li.14.

Benedicentia.

Nullus damnum iniuſtè paſſus, vlla in re conuitijs agat: benedicentia enim multò diuinior eſt, quàm maledicentia. Charondas.

Bene mori optimum bonum.

Atimnestus interrogatus quod maximum homini bonum eſſet: Bene mori, reſpondit.

Bene loquere, bene audies.

Si bene vis audire, diſcito beoe loqui:& cùm beoe loqui didiceris, rectè facere cooator. hoc enim modo bonam famam acquires. Epictetus.

Bene viuere.

Bene & ſumptuosè viuere differunt.Alterum enim ex temperantia,frugalitate, diſciplina,honeſtate, & animi moderatione naſcitur. Alterum verò ex intemperantia, luxu, ac ordinis omnis atq; decori neglectu naſcitur. Deniq; hoc vituperium, illud vera laus conſequitur. Itaq; ſi rectè viuere volueris,noli laudem ex ſumptuoſitate quærere. Epictetus.

Bene natis turpe eſt malè viuere.

Natis boneſtè,turpe viuere turpiter. Sopho.in Elect.

Beneficia quis dederit videndum, & qua de cauſa.

Par eſt eum qui beneficium accepit, reddere, atq; polliceri, ſi modò poſsit ſe gratiam eſſe relaturum. Nam ſi minus poſsit, ne is quidem, qui dedit, repoſcat. Ergo ſi poſsis, reddendum eſt beneficium. Atque etiam quis beneficium dederit,& qua de cauſa,imprimis eſt ponderandū. Ariſt.Eth.li.8. cap.13.
Beneficium exiſtimandum eſt ex eius animo & voluntate qui contulit. Ibidem.
Vt pyramis, quam Rhodope meretrix conſtruxerat pecunia corporis quæſtu collecta, maiori miraculo fuit, quàm cæteræ regum pyramides: ita vehementius miramur, ſi quid rectè faciunt, à quibus tale nihil expectabatur. Ariſtot.
Quoniam qui beneficium contulit,tanto fuit præſidio,quanta in accipiente ſecuta eſt vtilitas:tantum Ibidem.

tum etiam reddendum est, quantum acceperit, aut plus etiam eo, quoniam hoc multò est præclarius.

Cap.4 li.9.Eth. Benefici vehementius eos diligere videntur, in quos beneficia contulerunt, quàm ij qui acceperunt, eos qui dederunt.

Ibidem. Vt in commodato perijsse expetunt debitores, eos quorum æs contraxerunt, salus autem debitorũ curæ est creditoribus: sic ij qui bene meriti sunt, eos saluos volunt, in quos liberales fuerũt, quòd gratiam beneficiumq; sint accepturi: illis curæ non est remuneratio.

Ibidem. Sunt plerique immemores beneficij, propensiores & ad accipiendum, quàm ad bene merendũ.

Ibidem. Qui bene meriti sunt, eos diligunt & charos habent, apud quos beneficia collocaruot, etiamsi in præsens nihil ex ijs emolumenti percipiant, nec sint in posterum accepturi.

Ibidem. Beneficium qui contulit, pulchrum honestumq; id sentit, atq; etiam id, in quo ipsum inest, delectat. At qui accepit, nihil rei preclarę in eo, qui dedit, esse existimat præter fructum & emolumentum.

Ibidem. Benefactorum recordatio iucundissima est, at vtilirarum, ooo ferè, aut minus certè.

Ibidem. Quemadmodum liberi chariores sunt matribus, quòd partus sit difficilior, & quod suos esse sciãt certius: sic beneficis proprium illud videtur. Accipere enim beneficiũ, nullius est negotij: dare autem, arduum est ac difficile.

Cic.1.Offi. Si erunt merita, vt ooo ineunda, sed referenda sit gratia, maior cura est adhibenda. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium.

Ibidem. Si ea quæ vtenda accepimus, maiore mensura reddimus: quid beneficio prouocati facere debemus? an nõ imitari agros fertiles, qui multò plus adferunt, quàm acceperunt?

Ibidem. Si in eos, quos speramus nobis profuturos, nõ dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt?

Ibidem. Beneficia animo dantis metienda sunt, in primisq; considerandum quo quisq; studio, beneuolentiaq; fecerit. Multi enim faciunt multa temeritate quadam, sine iudicio vel modo in omnes, vel repentino quodam impetu animi incitati, quæ beneficia æquè magna noo sunt habenda, atque ea quæ iudicio; considerate, constanterq; delata sunt.

DE BENEVOLENTIA.

Plato Dionys. epist. 4 Memento igitur necessariam esse ad res agendas hominum beneuolentiam: austeritas verò, solitudinem amicorum parit.

Charonda. Beneuolentia in principes veluti parẽtes nos affectos esse decet, obedientes, ac venerantes ipsos. Qui aliter senserit, mali cõsilij pœnam dabit dæmonibus, qui indigetes & patroni ciuitatis sunt. Nam etiam principes, patrotu & domini sunt ciuitatis.

Plutarchus. Mansuetudine potius & beneficentia, quàm timore elicienda est beneuolentia.

Discerne fraudulentos adulatores ab ijs qui per beneuolentiam te colunt: ne mali bonis præferantur.

Beneuolentia virtute paranda.

Philippus Alexandrũ filium obiurgabat, quòd largitionibus beneuolentiã Macedonum sibi conciliaret. Quæ te, malum (inquit) ratio in istam spẽ induxit, vt eos tibi putes fore fideles quos pecunia corruperis? an id agis vt Macedones te oon regem suum, sed creditorem putent?

Cic.1.Offi. De beneuolentia, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. Sed beneuolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius, & constantia iudicemus.

Beneuolentia intempestiua nihil à simultate differt.

Hippolyt. Phædra. Par odio importuna beneuolentia.

Cùm nocet amicus, nihil ab hoste discrepat.

Horat. in epist. Nil moror officium quod me grauat.

Idem. Sedulitas autem, quem stultè diligit, vrget.

Senec. lib.2. de Benefic. Sæpe nihil interest inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit atque instruit. Quid autem turpius, quàm quod euenit frequentissimè, vt nihil intersit inter odium & beneuolentiam?

Beneuoli qui dicantur.

Arist.li.8. cap. 2. Ethic. Qui amicos volunt abundare bonis, eos beneuolos appellant. Beneuolentiam enim aiunt in ijs, qui vic issim idem faciunt, & accipiuor, amicitiam esse.

Amici beneuolentia inter se apertè colligati esse debent.

Arist.li.9.Eth. cap.5 Beneuolentia quanquam videtur, tamen non est idem quod amicitia. Nam beneuolentia etiam cum ijs coniuncti sumus, quos ignoramus, eademq; occulta est: amicitia non est.

Ibidem. Beneuolentia amor non est, quòd nec sit desiderij, nec cupiditatis particeps, quæ amorem consequuntur. Præterea amor consuetudine suscipitur, beneuolentia citò.

Ibidem. Amicitiæ principium & fons est beneuolentia, vt amatoriæ lenitatis est voluptas, quæ ex sensu oculorum capitur. Etenim nemo quenquam insanè amat, nisi antè forma capiatur. Sic inter nullos amicitia esse potest, nisi antè coniuncti sint beneuolentia.

Ibidem. Omninò virtus & probitas beneuolentiam contrahit, si qua significatio honestatis, fortitudinis, aut alicuius eiusdem generis eluceat.

BENIGNITAS.

Aiebat Diogenes, manus non esse porrigendas amicis, digitis complicatis: Innuẽs oon satis esse, si comes nos prębeamus amicis, sed comitati co mitem adiungendam benignitatem.

Si quando pecuoijs egebat Diogeoes, eas ab amicis accipiebat: at suggillãtibus eum, quòd præter philosophi dignitatem peteret, quòd esset mendicotum: Imo, inquit, non peto, sed repeto. Repetimus enim mutuum, aut depositum. Amicus autem egenti amico dans non donat, sed reddit quod debebat. Qui enim egenti amico pecuniã non suggerit, rem alienam detinet.

Benignitas in hostes. Antiochus cùm Hierosolymam obsideret, Iudæis ad maximum illud festum celebrandum septem dies petentibus, non solùm concessit, verumetiam tauros auratis cornibus adornatos, magnamq; aromatum vim, ad portas vsque vrbis, cum solẽni pompa deduci iussit, traditaq; sacerdotibus hostia, ipse in castra rediit. Regis benignitatem Iudæi admirati, festo peracto, se in illius fidem dederunt.

Benignitas in quosuis. Vespasianus filius, super cœnam aliquando recordatus, quòd eo die nemini quicquam præstitisset, memorandam illam meritoq; laudatam vocem edidit, Amici diem perdidi.

Aristoteles increpanti quòd homini malo dedisset eleemosynã, Non mores, inquit, sed hominem commiseratus sum. Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus: debetur enim hoc officium, si non meritis illius qui iuuatur, at certè naturæ.

Arcesilaus quum inuiseret Ctesibium ægrotãtem, sensissetq; hominem egere, clàm crumenam pecunijs plenam subiecit ceruicali: quam vt reperit Ctesibius, ait: Arcesilai hic ludus.

Epaminondas egenti subuenire cupiens, egenti mandauit, vt à quodam ex amicis ipsius talentũ peteret: peijt & accepit. Amico percontanti cur id iussisset, Quoniã, inquit, ille quum vir sit probus, inopia premitur: tu verò diues es, multa de publico depeculatus.

Descriptum habebat, quid cui præstitisset: qui nihil aut minimum petissent, eos appellabat, dicens: Quid est cur nihil petis? An me tibi vis fieri debitorem? pete, ne priuatus de me queraris.

Arcesilaus quum Apellem Chium ægrum inuisens etiã egere sensisset, postridie reuisit illum, decẽ drachmas secum afferens: ceruicali furtim subiecit pecuniam. Hanc cùm anicula ministrãs reperisset, & Apelli narrasset, Dispeream, inquit, nisi hoc Arcesilai furtum est.

Benigni oculi quid indicent.

Nicostratus de nuptijs. Benigni oculi summam animi pulchritudinem comitantur: & contingit vt qui non excandescit, irascitur, aut bile mouetur, faciem splendidam sereonamq; habeat.

Benignitas in rege.

Diotogenes Pythagoricus. Benignus futurus est quiuis rex, in vniuersum quidem, si iustus, æquus, facilisq; ad ignoscendum sit. Est namq; iustitia, communio in vnum colligens: & solus hic animi habitus proximis se accommodat.

B ANTE I.

BIBACITAS.

QVidam Lacon quum audisset quosdã è cœna cogi ad bibendum, Num, inquit, cogũtur etiam ad edendum? Notauit eos, qui cùm non esuriant, ad escas compelluntur.

Aristippus, iactanti cuidam, quòd multum biberet, nec inebriaretur, Quid, inquit, magni narras, quum idem faciat mulus?

Bibit & fugit.

Post Mutinensem fugam, percontãtibus quid ageret Antonius, quidam è familiaribus eius respõdisse fertur, Id quod canis in Nilo: bibit, & fugit.

Parthi quò plus biberint, plus sitiunt.

Ranarum more.

De homine natura bibaci. Nam ranis afflatim est aquæ.

Qui absq; cibo viuunt, ranarum more bibentes. *Athenæus in Syracusanos.*
O puero, ranæ vita est optabilis, vt quæ
Non metuat, potans, effundere: copia namq; *Theocritus in Ergatines.*
Larga subest illi.

Nec elephantus ebiberet.

De poculo prægrandi, quum elephantus proboscide immensam aquarum vim hauriat.

Duas choas capientem, vt hunc ne elephas quidẽ Ebibere possit. *Athenæus lib.*

Calicum remiges.

Calicũ remiges dicti sunt, qui assiduè perpotarent, vinum pro remo ducentes.

Si qui vina trahunt in remigio tibi, Bacche,
Potandi nautæ, remigium calicum. *Athenæus lib.*

B ANTE O.

DE BONITATE.

Bona appetunt omnia, seq; & sua diligunt.

SEipsos omnes natura diligunt. *Cicero.*

Omnis natura est diligens sui. *1 de Finib.*

Omnis natura est conseruatrix sui. *4. de Finib.*

Omne animal simulatq; est ortum, applicatur ad se diligendum, estque ipse conseruando occupatum. *5. de Finib. 4. de Finib.*

Omne animal ipsum sibi commendatum est, vt se & saluum in suo genere, incolumeq; esse velit. *4. de Finib.*

Omne animal seipsum diligit: ac simul vt ortũ est, ita agit, se vt conseruet. *4. de Finib.*

Omne animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. *2. de Finib.*

Omnis natura vult esse conseruatrix sui, & vt salua sit, & in genere conseruetur suo. *4. de Finib.*

Principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ ei nocitura videntur, omniaq; quæ sint ad viuendum necessaria inquirat, & paret, vt pastum ac latibula. *1 Offic.*

Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela, aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. *Pro Milone.*

Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, vt omnẽ semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent. *Pro Milone.*

Natura, omnes ea quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntq; contraria. *4. Tuscul.*

Vt bona, natura appetimus, sic à malis natura declinamus. *4. Tuscul.*

Appetuntur ea quæ secundum naturam sunt, declinanturq; contraria: & omne animal appetit quædam, & fugit à quibusdam. *3. de Nat. Deorũ*

Omnes

Omnes malunt ſibi eſſe rectè, quàm alteri.

In Vatinium. Nemo eſt tam demens, tamq; parum de ſe cogitans, qui alienam vitam magis quàm ſuam diligat.

3. Offic. Sibi vt quiſque malit quod ad vitæ vſum pertinet, quàm alteri acquirere, conceſſum eſt non repugnante natura.

3. Offic. Noſtræ vtilitates nobis omittendæ non ſunt, alijsq; tradendæ.

Philipp. 12. Qui multorum cuſtodem ſe profitetur, eum ſapientes ſui primùm capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere.

Pro Deiotaro. Nemo ferè eſt, qui ſui periculi iudex, non ſibi ſe æquiorem, quàm reo præbeat.

Cic. Dolabellæ lib. 9. epiſt. fam. Tibi potius quàm cuiuis ſis amicus.

Bonum.

Parad. 1 Quod rectum & honeſtum, & cum virtute eſt, id ſolum opinor bonum.

5. Tuſcul. Tria ſunt genera bonorum: maxima, animi: ſecunda, corporis: tertia, externa.

2. de Orat. Alia ſunt in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, diuitiæ, cæteraq; quę fortuna dat, aut extrinſecus, aut corpori, non habēt in ſe veram laudem, quæ deberi vni ſolùm virtuti putatur, ſed tantùm quòd ipſa virtus in earum rerum vſu ac moderatione maximè cernitur.

Cic. Attico lib. 10 Nihil bonum, niſi quod honeſtum: nihil malum, niſi quod turpe.

5. Tuſcul. Quicquid eſt quod bonum ſit, id expetendum eſt: quod autem expetendum, id certè approbandū: quòd verò approbari, id gratum acceptumq; habendum.

Parad. 1 Non ſunt dicenda bona illa, quibus abundantem licet eſſe miſerrimum.

5. Tuſcul. Bona non ſunt, quę quis habeat, & miſerrimus eſſe poſſit.

4. Tuſcul. Nec bonum eſt illud, quod aut cupias ardēter, aut adeptus te efferas inſolenter.

5. Tuſcul. Diuitias, quia quiuis, quamuis indignus, habere poteſt, in bonis non numero.

1. Parad. Neq; pecunię, neq; tecta magnifica, neq; opes, neque imperia, neque eæ quibus maximè aſtricti ſunt, voluptates, in bonis rebus aut expetendis numerandæ ſunt, quippè homines ijs rebus affluentes, ea deſiderant maximè, quibus abundant.

Vir Bonus.

3. Offic. Vir bonus eſt, qui prodeſt quibus poteſt, nocet autem nemini.

3. Offic. Vir bonus non modò facere, ſed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare.

4. Tuſcul. Homo frugi omnia rectè facit.

3. Offic. Fas nec eſt, nec vnquam fuit quicquam niſi pulcherrimum facere eum, qui eſſet optimus.

De Vniuerſ. Vir bonus nihil cuiquam, quod in ſe träsferat, detrahet. Itaque in virum bonum non cadit mentiri, emolumenti ſui cauſa criminari, præripere, fallere.

3. Offic. Non eſt res vlla tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & ſplendorem & nomen amittas.

De Vniuerſ. Probus inuidet nemini.

Cic. ad Q. fratrē Vt quiſq; eſt vir optimus, ita difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur.

3. de Finib. Omnes boni, beati.

1. Tuſcul. Nec bono quicquam mali euenire poteſt, nec viuo, nec mortuo, nec vnquam eius res à dijs immortalibus negligentur.

5. Tuſcul. Qui omnibus bonis inſtructi ſunt & ornati, tum ſapientes, tum viri boni dicuntur.

Pro Milone. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, impij ſæpè paruo.

Pro Plancio. Sancti viri, & religionem colentes, ſunt qui meritum dijs immortalibus, gratiam iuſtis honoribus & meritis & memori mente perſoluunt.

1. de Legib. Omnes viri boni æquitatē & ius ipſum amant. Nec eſt viri boni errare, & diligere quod per ſe non diligendum & colendum.

1. Offic. Nemo eſt omninò negligendus, in quo aliqua virtutis ſignificatio appareat.

Bonorum & malorum præmium.

Plato in Axio. SOCRAT. Quibuſcumq; in vita melior aſpirauerit dæmon, ij ſedes incolunt piorum, vbi omnes boræ ſcatent omnigena fructuū vbertate, fontes puris labuntur aquis, varijs prata omnimoda floribus vernant, conuentus ſunt philoſophorum, theatra poëtarum, exultātium coronæ, muſiciq; conuentus. Ad hæc inſtructa diligenter conuiuia, & ipſa ſeſe ſuppeditans affluentia victus. Non enim frigus illis, non æſtus eſt grauis, ſed temperatus aer funditur, mollibus ſolis radijs illuſtratus. Hic etiam initiatis eſt dignatio quædā, & religioſa ihidem quoq; peragunt ſacra. Aſt illi, quibus per ſcelera vita fuerit peracta, per tartarum à Furijs ad Erebum chaosq; rapiūtur, vbi impiorum eſt locus, inexplebileſq; Danai filiarum vrnæ, vbi Tantali ſitis, præcordia Tityi, Siſiphi inexplicitum ſaxum, cuius finis ab alio incipit ruſus labore. Ibi circumlabentibus eos feris, indeſinenter lampadibus aduſti, & omnium pœnarum afflictu cruciatu, tormentis laniantur immenſis.

Plato in Menone. A bonis bona perdiſces. Quòd ſi malis adhæſeris, quam habes mentem, proculdubio perdes.

Mulieres quoque, ô Meno, bonos viros diuinos nuncupant. Et Laconici quoties bonum quendam virum commendare volunt, Diuinus hic vir, aiunt.

Plato in Min. Curandum imprimis eſt, vt bonos ac malos homines dignoſcamus. Deus quippè nimium indignatur, quoties quiſpiam illius ſimilem improbat, aut probat diſsimilem. Dei verò ſimilis eſt vir bonus. Immò ſacranſsimum omnium eſt vir bonus, prophanſsimum contrà vir malus.

Plato in Euthyd. Bonorum vſus & poſſeſsio ad beatè viuēdum ſufficit, ſi modò quis rectè vtatur.

Plato in Gorg. Certè, vt ego dico, ô Pole: aſſero enim honeſtum, bonumq; virum & mulierem eſſe fœlicem: iniuſtum verò & turpem eſſe miſerum.

In Menexeno. Reſpub. hominum educatio eſt: bona quidem bonorum, contrariorum verò cōtraria. Quicumq; ſapiens aut bonus habetur, dominatur & imperat.

Dial. 3. de Leg. Oportere dicimus ciuitatem, quę pro humanis viribus ſalua fœlixq; futura ſit, rectè honores diſtribuere. Recta autem diſtributio eſt, vt prima

& max

& maximè honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis temperantia sit: secundo dignitatis gradu corporis bona ponantur, tertio externa possessio & pecuniæ.

Dia. 4. de Leg. Bonum virum decet sacrificare dijs, & interesse diuinis: nempè illos prosequi orationibus, muneribus, alioq; cultu diuino, pulcherrimum, optimum, commodissimum ad vitam beatam: idq; præ cæteris est decorum. Malo contrà contingunt omnia. Impurus enim mali est animus, boni autem purus: ab impuro autem capere munera, neq; bonum virum, neque Deum decet.

Plato in Epino. Dubitandum non est, quin bonus vir sapiens sit dicendus.

Bonum.

In Phileb. SOCRAT. Paucula quædam prius asseueremus. PRO. Quænam? SOCRAT. Ipsius boni conditionem videlicet, perfectum esse an imperfectū necesse sit. PRO. Omnium, ô Socrates, perfectissimum. SOCRAT. Quid verò, sufficiénsne bonum ipsum est? PRO. Quidni? Et in hoc ipsum ab omnibus quæ sunt, differre necesse est, cunctisq; præstare. SOCRAT. Hoc quoque de illo maximè, vt arbitror, necessarium est asserere, quòd omne cognoscens idipsum venatur & appetit, apprehendere cupiens, atque ipsum in se, & alia circa ipsum possidere, cæterorumq; nihil curat, præterquàm quæ vnà cum bonis perficiuntur.

Ibidem. SOCRAT. Hoc quoque: & tunc & in præsentia nónne confitendum erit? PRO. Quale? SOCR. Ipsius boni naturã hoc præcipuè ab alijs discrepare. PRO. Quonam? SOCRAT. Cuicumque hoc adest ex viuentibus semper & omninò & vndique, id nullo alio indiget, perfectamq; sufficientiam continet. Itane? PRO. Ita prorsus.

Ibidem. SOCRAT. Si bonum ipsum vna idea complecti non licet, saltem vna cum tribus, pulchritudine, commensuratione, veritate comprehendentes, dicamus id vniuersum, velut vnum, causam eorũ quæ in mixtione sunt, esse, & propter hoc, vt puta quòd bonum sit, mixtionem fieri bonã.

In Euthy. SOCRAT. Volemur, ô Clinia, bonorum omnium maximum postposuisse. Quid hoc? inquit ille. Fœlicitatẽ inquam, quam omnes etiam imperitissimi homines summum bonum vocant.

Ibidem. SOCRAT. Bonum nihil aliud esse quàm scientiã quandam ego & Clinias consensimus.

In Gorg. SOCRAT. An est ex omnibus aliquid, quod non aut bonum sit, aut malum, aut horum medium, neque bonum scilicet, neque malum? PO. Nihil omninò. SOCRAT. Nónne bonum quidem dicis sapientiam, sanitatem, diuitias, aliaq; generis eiusdem: mala verò horum contraria? PO. Equidem. SOCRA. Quæ verò neq; bona sunt, neque mala, talia quædam dicis, quæ quandoq; boni, quandoq; mali participia sunt, quandoq; neutri: veluti sedere, ire, currere, nauigare. Rursus veluti lapides, ligna, cæteraq; similia. Nónne talia quædam esse dicis, quæ neque bona appelles, neq; mala? PO. Talia certè.

Ibidem. SOCRAT. Bonorum gratia agẽda esse omnia ego & Polus consensimus: an meministi? Et nobis similiter videtur hic esse finis omnium actionũ, ipsum scilicet bonum, eiusq; gratia cętera omnia facienda, non autem ipsum gratia reliquorum? An tertius in hanc sententiam nobis accedis? CAL. Equidem.

6. Dia. de Rep. SOCRAT. Illud quod veritatem illis, quæ intelliguntur, præbet, & intelligendi vim ad intelligẽdum porrigit, boni ideam esse dicito, scientiæ & veritatis, quæ per intellectum percipitur, causam. Cùm verò adeò pulchra hæc duo sunt, cognitio scilicet & veritas, si bonũ ipsum aliud est quàm ista, & pulchrius æstimatis, rectè putatis. Et quẽadmodum lumen ac visum solis speciem quandam habere existimare decet, solem verò ipsum esse, nequaquam: ita veritatem & cognitionem, boni ipsius speciem habere quidem aliquã, esse verò ipsum, minimè. Augustior enim est ipsius boni maiestas.

Ibidem. SOCRAT. Ita dicas bonum ijs quæ cognoscũtur, dare, non modò vt cognoscantur, sed esse insuper & essentiam elargiri, cùm ipsum essentia nõ sit, sed supra essentiam, dignitate ipsam & potentia superans.

7. Dia. de Rep. SOCRAT. Arbitror in ordine ipso intelligibili, boni ipsius ideam supremam existere, vixq; videri: si autem visa fuerit, asserẽdum eam omnibus omnium rectorum atq; bonorum causam esse, cùm ipsa in loco visibili lumen creauerit, & luminis authorẽ: in ipso verò intelligibili regnet ipsa, veritatemq; & mentem protulerit. Quam nosse necesse sit omnem, quicumq; sana mente quicquam vel priuatum vel publicè est acturus.

Ibidem. SOCRAT. Præsens oratio nobis innuit, primùm vim quæ est in animo cuiuscumq;, deinde instrumentum quo rem discere quisque potest, perinde ac si oculũ impossibile esset aliter quàm vnà cũ toto corpore ad clarũ obiectũ, ex obscuro côuertere: ita tota mente à generatione vsq; ad id, quod ens dicitur, circumagere oportere, vt quod clarissimũ est, possit speculando transcẽdere: hoc autem ipsum bonum dicimus.

In Tim. TIM. Omne bonum pulchrum, pulchrum verò sine mensura & moderatione esse non potest.

Bene viuere.

In Charm. CRIT. O improbe, iamdudum me clam circulo quodam reflectis, retrahisq; ad id, vt beatum viuere non sit secundum vniuersas scientias viuere, imò secundum vnam quandam boni malive scientiam.

In Tim. TIM. Cùm animæ corporibus necessitate quadam insertæ fuerint, & corporibus earum accesserit aliquid, vicissimq; abscesserit, primùm vtiq; necessariò sensum vnum omnibus intimum & naturæ coniunctum illic à violentis passionibus excitari, deinde voluptate & dolore mixtum amorem, post hęc metum & iram, & quæcunque vel ista sequuntur, vel ab istis vt contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iustè victuros: iniustè verò, qui ab ijs fuerint superati. Atque illum, qui rectè curriculum viuendi à natura datũ confecerit, ad illud astrum, cui accommodatus fuerit, reuersum beatam vitam acturum: contrà verò egentem, cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tum quidem finem peccãdi faciet, quatenus deprauatur, eatenus in bru

brutorum naturam suis moribus similem mutari: nec prius à mutationibus, laboribusq; cessare, quàm illam sibi insitam eiusdem ipsius similisq; naturæ conuersioné securus ipse, eiq; subijciens turbulentos affectus, postea ex igni, aqua, aere, & terra contractos, ratione sedauerit, & ad primum optimumq; sui habitum iam redierit.

8. De Leg. Dial. ATH. HOSP. Fœliciter viuentibus hoc necessariò inesse imprimis oportet, vt nec ipsi alijs, nec alij ipsis iniuriam inferant.

Boni vel mali vt simus, in nostra situm est potestate.

Aristot. lib. 3. Ethic. cap. 5 Virtus ipsa, itemq; vitium, in nostra sunt potestate. Quas enim res in nobis situm est vt agamus, eas etiã in nobis sitũ est vt ne agamus: & si id quod honestum est, vt ne faciamus, in nostra est potestate, necesse est quod turpe est, esse id in nobis vt geramus. Quod si est, certè vt probi improbi-ve simus, est id in nobis.

Boni officium est opitulari.

Ethic. 9. cap. 9 Si amici est beneficia dare potius, quàm accipere: & si est boni viri, ac virtutis, benignè facere: pulchrius autem & præstantius amicis quàm alienis subuenire: certè bonus vir, quibus det beneficia, requirat necesse est.

Bonus solus honore dignus.

Cap. 3. lib. 4. Eth. Bonorum externorũ maximũ est gloria. Gloria enim magni viri se esse dignissimos, idque pro dignitate arbitrantur. Semper enim quò quisque melior, eò maiore dignus est gloria, & optimo cuiq; maxima debetur gloria.

Bonorum duo genera.

Cap. 6 li. 1. Eth. Ergo hoc quidem apparet duo esse bonorum genera, alia propter se, alia propter illa. Bona per se sunt, quæ sola & seiuncta à cæteris sequimur, vt sapere, vt videre, vt sunt nonnullæ voluptates.

Ca. 7. lib. 1. Eth. Bonorum prçstantia, accessione eius quod additur ad aliquid, existit.

Cap. 8. lib. 1. Ethic. Cùm ergo bonum in tria genera sit diuisũ, sintq; alia bona fortunæ, alia corporis, alia animi: animi bona verissimè & maximè bona nominamus.

Cap. 4. lib. 9. Ethic. Vt enim lætamur ijs bonis quæ recordamur, sic ijs erigimur quæ expectamus: habẽt enim hæc oblectationem.

Ibidem. Quoniam bonus ijsdem rebus semper mouetur & offenditur, & non alijs aliàs, fit vt doleat, gaudeatq; rebus suis vnà secũ maximè. Is enim est, quem nullius omninò rei posset pœnitere.

Cap. 8. lib. 9 Bonus sibi charus esse debet. nam & præclaris actionibns sibi proderit, & cæteros iuuabit.

Boni viri quæ debent, eadem efficiunt.

Animi bona.

Dionysius Milesius sophista, in Heliodorum ab Adriano Cæsare valde adamatum, torsit hoc dictum: Cæsar potest honoré ac pecunias largiri, Rhetorem facere non potest.

Bona fortunæ.

Nobilitatem atque hoc genus alia fortunç decora, dicebat Diogenes nihil aliud esse, quàm velamẽta malitiæ. Diuites enim cùm alijs nihilo sint meliores, tamen peccant licentius: iuxta illud Flacci de diuite,

Et quicquid volet, hoc veluti virtute peractum,
Sperauit magnæ laudi fore.

Bona fama.

Olympia Alexandri mater cùm audisset adolescentem quendam aulicum duxisse vxorem, eleganti quidem forma, sed famæ parum secundæ: Ille, inquit, non sapit, qui vxorem oculis, non etiã auribus duxerit. Forma enim oculis cernitur, fama auribus deprehenditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, solã spectantes dotem.

Bona præcipua.

Ilium profectus Achillis statuã coronans, O te fœlicẽ, inquit, Achilles, cui vino talis amicus, mortuo talis contigerit præco. De Patroclo loquens & Homero. Alexander.

Pythagoras tria præcipuè dicebat à dijs optanda in hac vita: Bonam valetudinem, formam, ac diuitias: quòd homo cætera præstare sibi posset.

Boni similes dijs.

Bonos viros esse aiebat Diogenes, deorum simulachra. Deorum enim, quum optimi sint natura, proprium est benefacere omnibus, nocere nemini.

Boniŝ vtendum, malis abutendum.

Philippus Macedo Alexandro filio suadebat, vt omnes, qui in Repub. autoritate pollerent, & bonos & malos, sibi conciliaret amicos, ac bonis quidem vteretur, malis verò abuteretur.

Bonorum paucitas.

Vopiscus in diuo Aurelio refert, scurram quendam dicere solitum, in vno annulo bonos omnes principes sculpi posse. Sentiens multos esse, sed perpaucos bonos.

Antisthenes dicebat esse satius cum paucis bonis pugnare aduersus omnes malos, quàm cũ multis malis aduersus paucos bonos: vel quòd in bello non tam multitudo quàm militum virtus prodest, vel quia præstat esse de numero bonorum, qui vbique pauci sunt, quàm de grege malorum, quorum vbique plena sunt omnia.

Bonum nactus ne mutes.

Philippus Macedo dicebat Athenienses sibi magnoperè beatos videri, qui quotannis decẽ belli duces inuenirent, quum ipse multis annis vnũ duntaxat Parmenionem. Significans inutile esse Reipub. subinde mutare duces, sed satius esse, quem idonem nactus sis, eundem conseruare.

Bona fortuna: Boni genij.

Sermo est bene ominantis in re quapiam aggredienda: vt illud Persianum, Hoc bene sit.

Non per Iouem, verùm boni genij merum. Aristophanes in Equitibus.

Ne merum vnquam bibere detur, præmium genij boni. In Vespis.

Ac boni libato genij nomine. Ibidem.

Nam boni genij licet nunc rapere nobis nomine. In Pace.

Boni Dei metaniptron deuorare. Antiphanes in Lampade.

Da

Horatius. Da Lunæ properè nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris.

Euripides. Bona separare non licet malis, sed est
Mixtura quædam.

Plinius lib. 27. Sententiarum, ait nihil esse tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum.

Bonus dux, bonum reddit comitem.

Plut. in Lycur. Vt populus dicto sit audiens, hoc discit à principe.

Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt.

Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.
Conuiua amico amicus vltro etiam venit.

Hom. 2. Iliad. Illi vocalis Menelaus venerat vltro.

Eupolides. Vltro adeunt hominis timidi conuiuia fortes.

Plato in Symposio. Boni ad bonorum conuiuia vltro veniunt.

Athenæus. Bonus ad bonos viros conuiuaturus veni.

Bonæ leges ex malis moribus ortæ sunt.

Macr. lib. 3 Vetus verbum Est, ex malis moribus, bonæ leges procreantur.

Arist. Rheto. 2 Vsu probatum est, leges egregias, honesta exépla, apud bonos ex delictis aliorum gigni.

Solon rogatus cur legem in parricidas non tulisset, respondit quòd non sperasset futurum parricidam.

Bonus vir fingit fortunam.

Plutarchus. Viro bono fortuna suppeditat bona.
Nobis animus est deus.

Plautus in Trinummo. Sapiens ipse sibi fingit fortunam.

Liuius de Porcio Catone. In hoc viro tanta vis animi ingeniíq; fuit, vt quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur.

Pacatus in Panegyrico. Sua cuiq; prudentia deus.
Omnis fortuna in sensu sapientis habitat.

Fulgentius. Cic. 5. Parad. Cui quidem etiam, quæ vim habet maximam, fortuna ipsa cedit. suis cuique moribus fortuna fingitur.

Boni viri lachrymabiles.

At quisquis probus, is multum lachrymabilis est vir.

Ouidius. Quibus possint illachrymasse feræ.

Horatius de Plutone illachrymabili,
Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris.

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Omnia bonos viros decent.
Bonos probosq; cuncta perdecent viros.

Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.

Tiberius Cæsar admonitus ab amicis, vt prouincialibus augeret vectigalia, respondit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.

Alexander cùm audisset, longè plus vectigalium à ciuitatibus auferri posse, dixit, Et olitorem odi, qui radicitus herbas excidat.

Bonorum virorum hic est morbus.

At iste sanè morbus est probi viri.

Suidas. Mihi opprobrasti probrum honestum scilicet.

Bona spes ostensa.

Sic fato fœlix à dextris aduolat ales. *Hom. Odyss. o*

Bonus semper gaudet.

Vt fonti non deest humor, semper ex eo scatens: sic bono viro semper adest gaudium, etiam si res externæ mutentur. *Plut. in Moral.*

Qui sepem, aut aggerem construunt, quæuis congerunt, lignum, saxum, aut columnam à sepulchro delapsam: at qui regiam ædificat, nihil temerè componit: sic vir bonus nullam vitæ partem negligit incompositam. *Ibidem.*

Bona aliena.

Quemadmodum adulteri alienas vxores adamãt, suas contemnunt: sic quidam aliorum bonis magis delectantur, sua eleuant, aut etiam negligunt. *Idem.*

Vt quidam alienas picturas, statuas, poëmata diligẽter aspiciunt, ac singula excutiunt per otium, sua neglectui habent: sic multi aliorum bona magis admirantur, sua oderunt. *Idem.*

Fortuna bona.

Vt qui per febrim aut epialũ horrent, atq; æstuant, grauius afficiuntur ijs, qui eadem foris patiuntur: sic fortunæ res, quod foris adueniãt, minus discruciant, quàm ea quæ sunt animi. *Idem.*

Bonum celandum.

Animalia quædam circa cubilia confundunt vestigia, ne queant inueniri: sic nobis celandum bonum nostrum, quò tutius sit. *Seneca.*

Boni ex fortuna non fiunt.

Non continuò melior gubernator, cui pulchrius aut maius sit nauigium: ita non est melior vir, cui fortuna splendidior. *Idem.*

Vt histrio non est fœlicior, quòd in scenis adornatus, rex aut deus videatur: sic nec homo fortunæ bonis: quandoquidem suis bonis æstimatus, nihil est. *Idem.*

Bona animi.

Ex congiario epulo, aut visceratione, tanto minus redit ad singulos, quanto in plures distribuitur: non idem accidit in bonis animi, quæ tota ad singulos perueniunt, nec communicatione minuuntur. *Idem.*

Fortuna bonum expectatum non placet.

Canis quicquid excepit, protinus deuorat, & semper ad spem futuri hiat. Ita quod expectantibus fortuna proiecit, id sine vlla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti. *Idem.*

Bonus qui sibi videtur inter improbos, stultus.

Qui sibi comparatione deteriorũ bonus videtur, perinde est ac si quis claudos respiciẽs, suam miretur velocitatem. *Seneca.*

Alibi expenditur diligẽter, non quid habeat quisque, sed quid habeat suum. Itidem hominẽ suis proprijs bonis oportet æstimare. *Seneca.*

Bonorum consuetudo.

Vt minuta quædam animalia, cùm mordent, non sentiun *Seneca.*

ſentiuntur, tumor indicat morſum, & in ipſo tumore nullũ vulnus apparet: ita bonorũ conſuetudinẽ prodeſſe non deprehendis, ſed profuiſſe.

Boni imitandi.

Idem. Vt Zeuſis picturus Iunonem, Agrigentinis omnibus virginibus inſpectis, quinq; pręcipuas elegit, ex quibus, quod eſſet in vnaquaq; præcipuum, imitaretur: ita è plurimis optimi nobis ad exẽplum vitæ, aut dicendi proponendi ſunt, nec in his tamen reddenda ſunt omnia, ſed optima.

Bono magno, malum proximum.

In Bœotia ad Trophoniũ deum iuxta flumen Orchomenon, duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem adfert: ita ferè magni alicui bono magni mali periculũ eſt vicinum.

Boni verè.

Sicuti terra, quæ venas aquarum occultat, nebulã quandam exhalat ante ſolis ortum, longius intuentibus: ita qui verè boni ſunt, & eruditi, etiãſi non oſtentent, tamen ſemper aliquid ex ſe produnt, vnde qui obſeruet, deprehendere poſsit ſubeſſe vim boni.

Adianton herbam etiamſi perfundas aqua, aut immergas, tamen ſiccæ ſimilis eſt: ita in virum bonum non hęret contumelia, aut infamia, etiamſi quis infamare conetur.

Bona mens.

Vt nepentes herba, addita poculis, omnem conuiuij triſtitiam diſcutit: ita bona mens inſita nobis, omnem vitæ ſolicitudinem abolet.

Vt Deus quo nihil eſt melius, minimè apparet: ita quod eſt in homine optimum, nempe mens bona, maximè latet.

Bonum eſt duabus niti ancheris.

Pindarus hymno.6 Bonæ ſunt in hyberna nocte duæ anchoræ, ad laxandum è celeri naui.

Bonitas.

Menander. Nullus bonorum malum facinus committit.
Idem. Quàm iucunda res eſt bonitas prudentiæ iuncta!
Theognis. O Cyrne, vir quidem bonus animũ ſemper habet conſtantem:
Et animoſus eſt tũ in malis, tũ in bonis cõſtitutus.
Quũ verò deus homini malo victũ & opes largitus (eſt,
Inſipiens victum non retinere poteſt.
Sophocles. Nullus bonorum malè viuendo bonam de ſe famam dehoneſtare vult.
Menander. Tu quidem admones omnia, quæ tui officij ſunt admonuiſſe,
Me verò ad faciendũ quod decet, non oratio tua,
Crede mihi planè, ſed proprij mores perſuadent.
Vir bonus multis in locis ſalutaris eſt.
Res bonas facere, hominis eſt officium ingenui.
Diphilus. O quàm fœlix res eſt prudẽtia bonis cõiuncta moribus.
Menander. Illis qui boni cenſentur, certum eſt viaticum
In omni tempore, & quauis inclinatione fortunæ.
Hominũ bonorũ aliquã curam ſuſcepit etiã Deus,
Et in rebus perplexis vir bonus vtilis eſt.
Antiphanes. Iuſti mores peculium ſunt pretioſiſsimum.
Poſidippus. Propter artem quidem familiares mihi comparaui
Multos: propter mores verò plurimos amicos.
Pyrrhus. Mos bonus ſtabilior eſt lege.

Illum enim nullus vnquam peruertere
Poſſet orator: at legem ſurſum ac deorſum
Verbis turbatam ſæpius corrumpit.
Viros bonos ſequitur prudentia, & verecundia, *Theognis.*
Quorum nunc inter multos exiguus eſt numerus.
Beata res eſt bonitas, per Mineruam, *Menander.*
Vbiq;, & mirum vitæ viaticum.
Ego enim cum illo homine modicam diei partem allocutus,
In beneuolentiam eius nunc perueni. Ipſa perſuadet oratio.
Sic enim fortè quiſpiam, præſertim ſapientum, mihi dixerit:
Cur igitur aliquos loquentes non proſequimur odio?
More dicentis non ſermones perſuadent.
Probitas & moderatio vtilis eſt in calamitatibus. *Idem.*
Boni paucis legibus indigent: non enim res ponuntur ad leges, ſed contrà, leges ſecundum res ipſas feruntur. *Theophraſtus.*
Probum eſſe, res eſt multis pecunijs vtilior. *Demoſthenes.*
Bonum aut eſſe oportet, aut ſimulare. *Demosthenes.*

Lycurgus legiſlator dixit dignitatẽ quidem iſtam, qua mouemur ad facilius mutuò dandum aliquid, in opibus hominum ſitam eſſe: illam verò, quæ nos ad facilius fidem habendam inducit, in moribus.

Ariſtippus interrogatus quid eſſet admirandum in vita: Vir probus, reſpondit, & moderatus: quoniam etſi inter multos improbos agat, non tamen peruertitur.

Quibus bene compoſiti ſunt mores, illis etiam tota vita bene conſtituta eſt. *Ibidem.*

Veſtis quidem corporis inconcinnitatem, beneuolentia verò peccatum obtegit.

Themiſtocles prędium vendens, pręconem diuulgare iuſsit, quòd vitium quoq; bonum habeat.

Probitatem morum habere debes, quæ plus fidei mereatur, quàm iuſiurandum. *Solon.*

Ariſtoteles rogatus à quodã improbo, aliquid pecuniæ ei dedit: propter quod reprehẽſus à quodam, vt qui homini nequam dediſſet, Non homini, inquit, ſed humanitati dedi.

Bonus exiſtimandus eſt, qui perfectiſsimam actionem iuxta mentem ſeparabilem cõſeruat, & participationem intelligibilis pulchritudinis ſuſcipit, ac eſſentiæ, potentiæq; Dei particeps eſt. *Iamblichus.*

Demoſthenes cùm aliquando concionaretur, & Phocionem accedẽtem vidiſſet, dixit, O orationis meæ malleus & bipennis aduenit. Adeò non tantũ ſermones, quàm mores pſuadere poſſunt.

Scipio Polybij præceptum ſeruans, conabatur non prius è foro redire quàm aliquẽ ſibi familiarem & amicum effeciſſet.

Bias dicebat: Boni ſunt faciles deceptu.

Phocion cùm ei centum talenta Alexander dono miſiſſet, adſerẽtes interrogauit, quamobrem ex tanto Athenienſium numero ſibi ſoli ea mitteret. Illi reſponderũt, Quoniam ſolum ipſum exiſtimaret honeſtum egregiumq; virum. Quin igitur, dixit, me talem tum videri, tum eſſe ſinat.

Prayſij vicinos, ſi fame premantur, alunt. Thyni naufragos humaniter ſuſcipientes in amicitiam recipiunt. Hoſpites qui ſponte venerunt, valde colunt: qui inuiti, puniunt.

Bona fortuna proferenda, mala celanda, rebus præsentibus rectè vtendum.

Pindarus. Alienis aperire noli,
Quidnam laboris nos exerceat.
Hoc te admonitum volo. Bonarum quidem rerũ
Sortem & iucundarum, coràm oportet
In populo declarare:
At si qua diuinitus grauior contigerit
Hominibus fortuna,
Eam abscondere conuenit.

Sophocles. Ne multis euulges præsentem fortunam:
Nam si taceatur, lugeri potest amplius.

Euripides. Palàm enim sortem suam testari
Apud oẽs, imperiti hominis est: celare verò, sapiẽtis.
Dolorificũ est quidem in turpe damnum aliquod incidere.
At si fiat, comprimendum est scitè
Abscondendo, nec omnibus enuntiandum.
Huiusmodi enim gaudiũ hostibus, & risum mouẽt.
Sapientes sua celant mala.

Socrates. Idem est in gymnico certamine victum contumeliæ actionem aduersario intentare: & in vita victum à fortuna, eam accusare, quasi violantem leges, quarum conditione in viuendi certamen descendenmus.

Plato lib. 10. de Rep. Lex vtiq; dictat, optimum esse in aduersis, quàm maximè fieri potest, quietem agere, neque conqueri: quòd incertum sit, bonúmne id sit, an malum, quod accidit, tum quòd nihil dolor ad sequentia conferat, neq; vlla humanarum rerum magni pendenda sit, eiq; quod subitò præsidio esse potest, dolor impedimento sit.

Ex Poëtis.

Bonus est, qui leges, & patrum statuta seruat.

Horat lib. 1 epi. ad Quintium. Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraq; seruat.

Terẽ. in Hecyra. Namq; eo pacto maximè apud te meo erit ingenio fides,
Cùm illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.

Bonus ætatem ampliat.

Martial. lib 10 Epigram. Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est
Viuere bis, vita posse priore frui.

Bonus studet esse, quod ab alijs audit.

Hora. li. 1. epist. ad Quintium. Tu rectè viuis, si curas esse quod audis,
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.

Bonus in Deo spem ponit, nec pro ipso tormenta horret.

Horat. ibidem. Vir bonus & sapiens audebit dicere: Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre, patiq;
Indignũ coges? adimam bona, nempe pecus, rem,
Lectos, argentum: tollas licet: in manicis, &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simulatq; volam, me soluet, opinor.
Hoc sentit, moriar. mors vltima linea rerum est.

Bonus est, qui maximis in diuitijs positus non peccat.

Tanta tibi est recti reuerentia, Cæsar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat: sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Crœsos viceris, esse Numam.

Hora. li. 1. epist. ad Quintium. Oderunt peccare boni virtutis amore.

Bonus malos non timeat.

Sulcius acer *Hora. li. 1. ser.*
Ambulat, & Caprius, rauci malè, cumq; libellis,
Magnus vterq; timor latronibus: at bene si quis
Et viuat puris manibus, contemnat vtrumq;.
Bene merẽti, bene profuerit: malè merẽti, par erit.

Boni quæ expetant.

Boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, honorem, *Plau. in Trin.*
Gloriam & gratiam: hoc probis pretium est.

Boni rari sunt.

Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit vnum *Virg. de viro bono.*
Millibus è multis hominum consultus Apollo.
Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot *Iuuen. Sat. 13*
Thebarum portæ, vel diuitis hostia Nili.

Boni malis parent sæpissimè.

Sontibus parent boni.
Ius est in armis, opprimit leges timor.

Bono viro quæ conueniant.

Iudex ipse sui, totum se explorat ad vnguem. *Virg. in viro bono.*
Quid proceres, vaniq; ferat quid opinio vulgi,
Securus, mundi instar habẽs, teres atq; rotundus,
Externæ ne quid labis per leuia sidat.
Ille dies quàm longus erit sub sidere Cancri,
Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat:
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis
Partibus vt coëat, nil vt delirer amussis:
Sit solidum quodcumq; subest, nec inania subtus
Iudicet admotus digitus pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum, *Ibidem.*
Omnia quàm longi reputauerit acta diei,
Quò prætergressus, quid gestũ in tẽpore, quid nõ.
Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid volui quod nolle bonũ foret? vtile honesto
Cur malus antetuli? num dicto, aut deniq; vultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quàm
Disciplina trahit? sic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à vespere cuncta reuoluens,
Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.

B O N V M.

Boni fons est Deus.

Quid enim tenere vel bonum aut verum queant, *Paulinus ad Ausonium.*
Qui non tenent summæ caput,
Veri boniq; fomitem & fontem Deum?
Quænã summa boni? mens, quæ sibi conscia recti.
Tum deniq; homines nostra intelligimus bona, *Plau. in Capt.*
Quum, quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

Bona prius tolluntur, quàm mala.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris: *Oui. Ele. 6. lib. 1*
Implentur numeris deteriora suis.

Meliora facienda potius quàm precanda.

Dij meliora velint: quanquam non ista precanda, *Oui. 7 Metam.*
Sed facienda mihi.

Bona non sunt procrastinanda.

At si tardus eris, errabis: transiet ætas *Tibull. lib. 1. Eleg. 4*
Quàm cito, non segnis stat, remeatq; dies.
Quàm cito purpureos deperdit terra colores,

Quàm

Quàm cito formosas populus alba comas.
Vidi iam iuuenem, premeret cùm serior ætas,
Mœrentem stultos præteriisse dies.
Noo bene distuleris, videas quod posse negari,
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Expectant curæq; catenatiq; labores:
Gaodia non remanent, sed fugitiua volant.
Hæc vtraq; manu, complexuq; assere toto:
Sæpe fluunt, imò sic quoq; lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, viuam.
Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Bona vera quæ sint, pauci cognoscere possunt.

Iuuenal. Sat. 10 Omnibus in terris, quæ sint à Gadibus vsq;
Auroram & Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona, atq; illis multum diuersa, remota
Erroris oebula. Quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? Quid tam dextro pede cócipis, vt te
Conatus noo pœniteat, votiq; peracti?

Ad bonum peragendum exhortatio.

Hor. lib. 1. epist. ad Bullatium. Tu quamcunq; Deus tibi fortunauerit horam,
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum,
Vt quocumq; loco fueris, vixisse libenter
Te dicas.

Seneca in Hyppo. Aetate fruere, mobili cursu fugit.
Optimos vitæ dies
Effluere prohibe.
Dum licet, vtere.
Tempus sed tacitum subruit, horaq;
Semper præterita deterior subit.

Martial. 4. Epi. Si sapis, vtaris totis Coline diebus,
Extremumq; tibi semper adesse putes.

Plaut. in Trinũ. Nequicquam illud verbum est: bene vult, nisi qui bene facit.

Plaut. in Capt. Quid suauius est, quàm bene rem gerere bono publico?

Plaut. in Trinũ. Quid exprobras bene quod fecisti? tibi fecisti, non mihi.

Bonum qui speculari vult, omnium terrenarũ cupiditatum expers sit.

Boëtius Metro. 12. lib. 3 Vos hæc fabula respicit,
Quicumq; in superum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quicquid præcipuum trahit,
Perdit, dum videt inferos.

Horat. 2. Serm. Quẽ neq; pauperies, neq; mors, oeq; vícula terrẽt:
Responsare cupidinibus, cootemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atq; rotundus,
Externi ne quid valeat per leue morari,
In quem manca ruit semper fortuna.

Iuuen. Sat. 8 Esto boous miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambiguæ si quando citabere testis,
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, vt sis
Falsus, & admoto dictet periuria tauro,
Summum crede nefas, animum præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere causas.

Hor. li. 3. Carm. Iustum & tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neq; Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Idẽ li. 4. Carm. Non possidentem multa, vocaueris
Rectè beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramq; callet pauperiem pati,
Peiusq; letho flagitium timet.
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

Iuuenal. Sat. 9 Viuendum est rectè, tum propter plurima, tum his
Præcipuè causis, vt linguas mancipiorum
Cootemnas: nam lingua mali pars pessima serui.

Horat. Ode. 22. lib. 1 Integer vitæ, scelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Plaut. in Aulul. Fortiter malũ qui patitur, idem pòst patitur bonũ.

Plaut. in Capt. Proximũ quod sit bono, quodq; à malo lõgissimè, Id volo.

Nulli est homini perpetuum bonum.

Terẽ. in Heaut. Quid reliqui est, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?
Pareotes, patriam incolumem, amicos, geous, cognatos, diuitias.
Atq; hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona: illi qui noo vtitur rectè, mala.

Iuuen. Sat. 8 Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi,
Iustitiæq; tenax, factis, dictisq; mereris.

Seneca Trag. 5 Sola perpetuò manent
Subiecta nulli, mentis atq; animi bona.

B ANTE R.
BREVILOQVENTIA.

Isæus sophista Pythonis proditoris accusationẽ tribus dictis absoluit. Coarguam Pythonem, inquit, proditionis, oraculo à deo reddito, populo qui vincit, Philippo qui dimisit.

Epictetus Philosophiæ summam duobus verbis comprehendere solitus est, Sustine, & abstine: quorum prius admonet, vt aduersa æquo animo tolleret: posterius, vt à voluptatibus temperet. Ita enim fiet, vt nec aduersis deijciamur, nec prosperis corrumpamur.

Plato Antisthenem qui differẽdo fuerat prolixior, sic admonuit, Ignoras modum esse orationis, non qui dicit, sed qui audit.

Phocion Atheniensis in concione sedens, admonitus à quodam est, Videris cogitabũdus ô Phocion: Rectè, inquit, cõiectas: cogito enim si quid queam detrahere his quæ dicturus sum apud Athenienses.

Archidamus Agesilai filius cùm irrupisset in Arcadiam, audissetq; Eleos hostibus auxilium tulisse, scripsit illis, Archidamus Eleis, quies bona. Nihil poterat breuius suaderi, quod illis cõmodũ esset.

Grata breuitas.

Adiuncta est paruis gratia rebus.

Tribus verbis.

D. Hieronym. Tribus, vt aiunt, verbis, rem istã grandẽ dissoluisti.

Pindarus in Nemeis, hymno 11. Tria verba sufficient.
Cic. pro Cluent. Accusabat autem Scamandrum verbis tribus: venenum esse deprehensum.

Pauciloquus, sed eruditus.

Homer. 3. Iliad. de Menelao. Non is multa quidem, verùm argutissima, quippe Pauciloquus.

Laconismus.

Laconissare nō est hoc quod arbitraris, paucas syllabas scribere, sed de rebus plurimis paucas.

Charillus, roganti cur Lycurgus tam paucas leges prodidisset, Quoniam, inquit, pauciloquis nō est opus multis legibus. Notans Athenienses, quorum loquacitati nullæ sufficiebant leges.

Pindarus Isthmiorum hymno 5. Argiuorum more dicetur paucissimis.
Sophocles in Vlysse furente. Argiua paucis multa fert oratio,
Mox persuadebis cordato, si bene dicas.

Athenæus. *Breuitas in dicendo.*

Hesiodus. Linguæ thesaurus est optimus inter homines
Parcæ, & plurimum gratiæ meretur, si fuerit moderata.
Eupolis. Relinquam ambages in dicendo.
Euripides. O pueri, istud sapientis est viri, paucis
Plurima posse verba bene complecti.
Sophocles. Orationi breui multum inest sapientiæ.
Menander. Impudentes sermones hoc solo iuuantur,
Philonides. Si fiant breues, & opportunè proferantur.
De omnibus cōtēdis, licet ne vnū quidē intelligas.
Literas oportet discere, ac insuper prudentem esse.
Non si quis multa dixerit, admiratione dignus erit:
Sed potius qui pauca pronuntiauit, si fuerint vtilia.
Pythagoras. Ne multis verbis pauca comprehendas, sed paucis multa.

Lycurgus interroganti quamobrem Lacedæmonij breuiloquium vsurparent: Quoniam silentio finitimum est, respondit.

Epictetus. In omni negotio nihil adeò prospicere debes, quā vt tutum securumq; sit, quod agis. Est autē tutius tacere, quàm loqui. Cæterū ijs dicendis, quę mēte & ratione carent, supersedebis. Absit quoque nimietas in dicēdo, & propriorum facinorū aut periculorū cōmemoratio. Non enim similiter, vt tibi mentionē de tuis periculis facere, sic & alijs, quæ tibi contigerunt, audire iucundum est.

Plat. 1. de Legi. Vrbem nostrā omnes Græci existimāt, elegantię & copiæ sermonis studiosam esse: Lacedæmonē verò breuitati, & Cretā sensuum fœcūditati potius, quàm verborum multitudini studere.

Ex Poëtis.


Horat. de Arte poëtica. Quicquid percipies, esto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.
Teréti. Andr. Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis.
Ausonius in Paulino. Est etenim comis breuitas: sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert, cùm multa loquaces
Ambiguis fererent verbis: contra omnia solum
Est, respondebat, vel non: ô certa loquendi
Regula. Nam breuius nihil est, nec plenius istis,
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant.
Ibidem. Nemo silens placuit, multi breuitate loquendi.

Breuitas nimia obscuritatem parit.

Horat. de Arte poëtica. Decipimur specie recti: breuis esse laboro,
Obscurus fio. Sectantem leuia, neruí
Deficiunt, animiq;, professus grandia: turget.

Sat breue, cui nihil deest.

Nō sunt lōga, quibus nihil est quod demere posis.



C ANTE A.

CALVMNIA.



Menander. NON est contemnenda calumnia, etiamsi prorsus fuerit
Falsa. Aliqui enim ipsam extollere norunt,
Propter quos huiusmodi cauere conuenit.

Cleanthes. Nihil ferè tam est malignum, quàm calumnia.
Hæc enim vbi clàm aliquē à se persuasum decepit,
Odiū excitat aduersus eū, qui nihil est cōmeritus.
Euripides. Domine, vehemēs est malū inter homines calūnia.
Sæpe autem aliquis eloquentia superatus,
Licet iusta dixerit, posthabetur tamen eloquenti.
Menander. Nihil est grauius quàm calumnia:
Nam quod alteri inest peccatum,
Illum met qui calumniam patitur, vt pore proprium crimen suscipere necessarium est.
Suspiciones maiorem pariunt calumniam, quàm ipsa facta.
Quisquis est qui calumnijs statim fidem babet:
Aut moribus improbis præditus est,
Aut ingenium prorsus habet puerile.

Isocrates. Caue tibi à calumnijs, etsi falsæ sint. Pleriq; enim veritatem ignorant, respiciunt autem opinionem.

Demosthenes. Calumnia aliquantisper quidem audientium opinionem confirmat: progressu verò temporis nihil ipsa imbecillius est.

Thucydides. Non decet calumnias neq; alijs narrare, neque audiendo suscipere.

Plutarchus. Hippias grauissimam rem calumniam esse dixit, quia nulla pœna lege sancita sit calumniatoribus, vt furibus, quamuis amicitiam, quæ optima est possessio, furentur. Quamobrem licet contumelia malefica sit, iustior tamen est, quàm calumnia: quæ quia latet, nocentior est.

Rhegimus. Multi hactenus plus mali per calumnias, quàm per hostes acceperunt. Et multis iam iniuria maior facta est propter aurium infirmitatem, quàm inimicorum insidias.

Dion. Faciemus autem initium ab eo, quod imprimis vtile est familiæ: id autem est increpatio calumniæ. Est enim calumnia malum, idque insidiosissimum.

Pelopidas cùm fortis quidam miles per calumniā apud ipsum deferretur, vt qui ei cōuiciatus esset: Equidem, dixit, facta eius respicio, verba autem non audiui.

Philostrat. Calumnia res est grauissima, in qua duo sunt qui iniuriā faciūt, Vnus, qui afficitur (calumniator enim iniuriā facit, non præsentē accusans) & qui iniustum esse absentem persuadetur, antequàm verè rem cognoscat. Qui autem abest, iniuriam patitur, tum à calumniatore, tum ab illo qui ipsum aures calumnianti præbens, pro malo reputat.

Sycophanta.

Aristophan. in Pluto. Conuitium prouerbiale fuit in calumniatores.
Vultu vt seuero ingressus est, ô dij boni,
Hic sycophanta.

Tragicus Theocrines.

De calumniatore impuro dici solitum.

Albo rete aliena captant bona.

Plau. in Persa. Ne isti saxim vsquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnár bona. Per rete, calumnias parasitorum intelligit.

Aeschines. Noo inest remediū aduersus sycophātæ morsum.

Falsum probrum.

Falsum probrum non peruenit vltra aures.

Hoc municeps aut vicinus nunciauit.

Cic. pro Roscio Amerino. Soletis, quū huiuscemodi aliquid auditis, iudices, cononuò dicere, Necesse est aliquem municipē aut vicinum dixisse.

Crater litium.

Aristophanes. Crater malorum, sector litiom. Calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Thearidas quum gladium cote acueret, rogatus à quopiam num esset acutus, Acuoor, inquit, calumnia: grauiter innuens rerum omnium nocentissimam esse calumniam.

DE CANTV.

Cantus laborem mollit atq; fallit.

Ouid. li. 4. Trist. Hoc est cur cantet vinctus quoq; compede fossor,
Indocili numero cùm graue mollit opus.
Cantet & innitens limosæ pronus arenæ,
Aduerso tardam qui vehit amne ratem:
Quiq; refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsa brachia versat aqua.
Fessus vt incubuit baculo, saxoq; resedit
Pastor, arundineo carmine mulcet oues.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillæ, decipiturq; labor.
Fertur & abducta Lyrneside tristis Achilles
Aemonia curas attenuasse lyra.
Cùm traheret syluas Orpheus, & dura canendo
Saxa, bis amissa coniuge mœstus erat.
3. de Arte amā. Si vox est, canta: si mollia brachia, salta:
Et quacunq; potes dote placere, place.
Hor. lib. 1. Sat. 3 Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniussi nunquam desistant.

Carendo magis, quàm fruendo, quid quaq; res valeat, cognoscimus.

Cic. Ver. sum. 9 Grauitas morbi facit vt medicinæ egeamus, eaq; nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, quū valebamus.

Ad Quirites post reditum. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates, quid habeant voluptatis, carendo magis intelligimus quàm fruendo.

Ibidem. Quid dulcius hominū generi à natura datum est, quàm sui cuiq; liberi? Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea chariores. Tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti.

Ibidem. Nihil cuiquam fuit vnquam iucundius, quàm mihi meus frater. Non tam id sentiebā, cùm fruebar, quàm tunc, cùm carebam, & posteaquā vos me illi, & mihi eum reddidistis.

Ibidem. Reliquę meæ fortunę recuperatę plus mihi nūc voluptatis adferūt, quàm tunc incolumi adferebāt.

Quemadmodum bona valetudo iucūdior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerūt: sic ea omnia desiderata magis, quàm assiduè percepta delectant. *Ibidem.*

DE CARMINIBVS.

Carminum vtilitas quæ sit.

Scribimus indocti, doctiq; poëmata passim. *Hora. li. 2. epist. ad Augustum.*
Hic error tamen, & leuis hæc insania quantas
Virtutes habeat, sic collige.
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurē,
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis & inuidiæ corrector, & iræ.
Rectè facta refert, orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur, & ægrum.
Castis cum pueris, ignara puella mariti
Disceret vnde preces, vates ni musa dedisset?
Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit.
Cœlestes implorat aquas docta prece blandus.
Auertit morbos, metuenda pericula pellit.
Imperat & pacem, & locupletem frugibus annum.
Carmine dij superi placantur, carmine manes.
Tum verò ardentes flammati pectoris æstus *Olympius Nemesianus Ecl. 2*
Carminibus, dulciq; parant releuare querela.
Cantet, amat quod quisq;, leuant & carmina curas. *Ecloga 4*

Carmina homines beant, ac mori vetant.

Dignum laude virum musa vetat mori. *Hor. Oda 6. li. 4*
Cœlo musa beat.
Vixere fortes ante Agamemnona *Idē Oda 9. li. 4*
Multi, sed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotiq, longa
Nocte, carent quia vate sacro.
Carmine fit viuax virtus, expersq; sepulchri, *Ouid. 4. lib. de Trist. lib.*
Notitiam seræ posteritatis habet.
Scindentur vestes, gemmæ frangentur, & aurum. *Idem li. 1. Eleg.*
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
Quem referent musæ, viuet, dum robora tellus, *Tibul. Eleg. 4. lib. 1.*
Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Carminum vis.

Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus? *Oui. 2. Fastorū.*
Carmine currentes ille tenebat aquas.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes,
Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.
Protinus in medias ornatus desilit vndas,
Spargitur impulsa cærula puppis aqua.
Inde (fide maius) tergo delphina recuruo
Se memorant oneri supposuisse nouo.
Ille sedens, citharamq; tenens, pretiumq; vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.
Altera turbatum plectro moderata profundum *Silius Italicus lib. 11. belli Punici.*
Et tenuit Phocas, & in omni Prothea forma
Traxit, & æquoreo portauit Ariona dorso.
Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem, *Propert. lib. 3*
Spontè sua in muri membra coisse ferunt.
Threicius quondam vates fide creditur canora. *Var. de Orpheo.*
Mouisse sensus acrium ferarum,
Atq; amnes tenuisse vagos,
Et surda cantu concitasse saxa.
Suauisonosq; modos testudinis arbores secutæ
Vmbram feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iustitiam docuit, cœtu quoq; congregauit vno,

Moresq; agrestes expoliuit Orpheus.
Horat. de Arte poetica. Syluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosq; leones:
Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quò vellet. Fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra prophanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno.
Sic honor & nomen diuinis vatibus, atq;
Carminibus venit: post hos insignis Homerus.

Carminibus ab ineunte ætate Ouidius deditus est.

Oui. 4. de Trist. At mihi iam puero cœlestia sacra placebant,
Inq; suum furtim Musa trahebat opus.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,
Et quod tentabam scribere, versus erat.

Carmina tranquillitatem mentis, nec non scribentis otium exigunt.

Oui. de Sapph. Nec mihi, dispositis iungam quæ carmina neruis,
Proueniunt, vacuæ carmina mentis opus.
1. de Tristibus. Carmina proueniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis, & otia quærunt:
Me mare, me venti, me fera iactat hyems.
Hora. li. 2. epist. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbem.

Carmina debitum honorem non habent.

Ouid. 2. de Arte amand. Quid tibi præcipiã teneros quoq; mittere versus?
Hei mihi, non multum carmen honoris habet.
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur.
Dummodo sit diues, barbarus ille placet.
Ipse licet venias musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Calphurnius Eclog. 4. Leuibus quem sæpe cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterna,
Dicentem, Corydon non te semel ista notaui:
Frange puer calamos, & inaneis desere musas,
Et potius glandes, rubicundaq; collige corna.
Duc ad mulctra greges, & lac venale per vrbem
Non tacitus porta. quid enim tibi fistula reddet
Quo tutêre famam? certè mea carmina nemo
Præter ab his scopulis ventosa remurmurat Echo.
Horatius Ode 32. ad Lyram suam. O decus Phœbi, & dapibus supremi
Grata testudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunq; salue
Rite vocanti.
Tibull. lib. 2. Heu, malè nunc artes miseras hæc secula tractant:
Iam tener assueuit munera velle puer.
Pieridas pueri, doctos & amate poetas,
Aurea nec superent munera Pieridas.
Carmine purpurea est nisi coma, carmina ni sint,
Ex humero Pelopis non nituisset ebur.
Nam neque pyramidum sumptus ad sydera ducti,
Nec Iouis Elei cœlum imitata domus:
Nec mausolei diues fortuna sepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat.
Aut illis flammæ, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet, ingenio stat sine morte decus.
Ouid. 3. Tristiũ. Singula quid referam? nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis, ingenijq; bonis.
Viuet Mæonides, Tenedos dum stabit, & Ida Ouid. I. amorũ. Eleg. 15
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.
Viuet & Ascræus, dum mustis vua tumebit,
Dum cadet incurua falce resecta Ceres.
Battiades toto semper cantabitur orbe:
Quamuis ingenio non valet, arte valet.
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno.
Cum Sole & Luna semper Aratus erit.
Dum fallax seruus, durus pater, improba lena
Viuet, dum meretrix blanda, Menander erit.
Ennius arte carens, animosiq; Accius oris
Casurum nullo tempore nomen habent.
Varronem, primamq; ratem quæ nesciet ætas?
Aureaq; Ausonio terra petita duci?
Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cùm dabit vna dies.
Tityrus, & segetes, Aeneiaq; arma legentur,
Roma triumphantis dum caput orbis erit.
Donec erunt ignes, arcusq; Cupidinis arma,
Discentur numeri culte Tibulle tui.
Gallus & Hesperijs, & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
Ergo cùm silices, cùm deus patientis aratri
Depereant æuo, carmina morte carent.
Cedant carminibus reges, regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.
Vilia miretur vulgus, mihi flauus Apollo
Pocula Castalia plena ministret aqua.
Sustineamq; coma metuentem frigora myrtum:
Atq; ita sollicito multus amante legar.
Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tum situs ex merito quemq; tuetur honor.

DE CASTITATE.

Castitas vxoris, dos magna apud Getas.

Dos est magna, parentum Horat. Oda 24. lib. 3
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas.

Castitatis seruandæ consuetudo.

Sæpe pater dixit, generum mihi filia debes. Ouid. 1. Metam.
Sæpe pater dixit, debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tedas exosa iugales,
Pulchra verecundo suffundens ora rubore,
Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua, genitor charissime, dixit,
Virginitate frui, dedit hoc pater antè Dianæ.
Antè, ait, moriar, quàm sit tibi copia nostri. Lib 3. Metam.
Pro somno lachrymis oculi franguntur obortis. Epist. 8. Herm.
Quaq; licet, fugio, sicut ab hoste viro.
MEG. Grauent catenæ corpus, & longa fame Seneca in Hercule furen. 2.
Mors protrahatur lenta, non vincet fidem
Vis nulla nostram. moriar Alcide tua.
PERSA. Tua isthæc potestas est, pater. veruntamen Plau. in Persa.
Quanquam res nostræ sunt, pater, pauperculæ,
Modicæ, & modestæ, melius tamen ita viuere.
Nam vbi ad paupertatem accessit infamia,
Grauior paupertas fit, fides sublestior.
PINAC. Non quo dedisti nuptum abire nolumus. Idem in Sticho

Castitas Deo grata.

Vos quoq; abesse procul iubeo: discedat ab aris, Tibull. li. 2. El.
Cui dedit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis.
Hac casti maneant in religione nepotes. Virg. 3. Aen.

Castitati adeo studebant Romani, vt virgines Vestales viuas tumularent, ob virginitatem violatam.

Iuuenal. Sat. 4 Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Ouid. li. 6. Fast. Nullaq; dicetur vittas temerasse sacerdos
Hoc duce, nec viua defodietur humo.
Sic incesta perit: quia quam violauit, in illa
Conditur: & Tellus, Vestaq; numen idem est.

Charondas. Vxorem castam oportet esse, nec impium stuprum ab alijs viris admittere, ac reuereri iracundiam dæmonum, ædibus eijcientium homines, & inimicitias mouentium.

Naumachius. Pulchrum sanè est corpus habere castum, indomitamq; manere
Virginem, & puris cogitationibus perpetuò gaudere:
Nec onus laboriosa circa ilia ferentem,
Neq; trementem suspiriosas Lucinæ parturigines:
Sed permanere quasi Reginam inter imbecillas mulieres,
Splendidum animæ oculum ad illam vitam emittendo,
In qua gloriosæ & veræ sunt nuptiæ, vbi commixta
Diuinis verbis lumine plenas meditationes parit.
Quòd si & alienam desideres vitam,
De ista quoque præsciens obi dicam, quomodo conficienda sit
Nauigatio, vt aiunt, secunda animo læto.

Cùm adolescens instituisset, vt hospitium nancisceretur apud viduam, tres habentem forma decente virgines, accito hospitijs designandis præfecto Antigonus, Non expelles, inquit, filium meum ex loci angustia? Non prodidit adolescentis affectum, qui sciebat illum captare quod amaret, sed excusauit ædium angustiam.

Cyrus abstinebat à conspectu Pantheæ: & Araspo dicenti, mulierem esse insigni forma, dignam regis oculis, Ob isthuc ipsum, inquit, magis est ab illa abstinendum. Etenim si nunc tuo obtemperans consilio illam adiero cùm vacat, fortassis illa mihi persuasura est, vt ad ipsam frequenter commeem, etiam quum non vacabit, eiq; assideam neglectis serijs negocijs.

Hieron Epicharmo poetæ comico, quòd præsente ipsius vxore dixisset quiddam inhonestum, mulctam dixit. Epicharmus erat iuxta regionis naturam plurimi ioci. At rex tantum indicauit esse tribuendum reuerentiæ coniugio, vt crimen existimaret, audiente vxore iocari lasciuius.

Thrasea, cùm Sophoclem conspexisset sequi puerum forma illius captum, Oportet, inquit, ô Sophocles, hominem non manus tantùm apud se continere, verùm & oculos.

CASVS.

Sen. in Troad. Aequior casum tulit & procellas,
Mille qui ponto pariter carinas
Obrui videt.

Martial. lib. O quantum est subitis casibus ingenium.

Seneca. Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit

Ouid. 4. Trist. Hectora quis nosset, fœlix si Troia fuisset?

Castigatio Laconum.

Si quis in peccato fuisset deprehensus, is cogebatur aram quandam, quæ erat in vrbe, circumire, ac vituperationem interim in ipsum compositam canere. quod nihil aliud erat, quàm seipsum sua voce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur ad honesta. Virgis aut flagris cædi, seruile est.

DE CAVSIS.

Causa propagationis rerum omnium est calor humiditate temperatus.

Quippe vbi temperiē sumpsere humorq;, calorq;, Oui. 1. Metam.
Concipiunt, & ab ijs oriuntur cuncta duobus.
Cumq; sit ignis aquæ pugnans, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.

Causas omnium quærere vanum est.

Sed frustra certis disponere singula causis Verg. in Aet.
Tentamus.

Puro clarum lumine Phœbum Boet. Metr. 2. lib. 5
Melliflui canit oris Homerus,
Qui tamen intima viscera terræ
Non valet, aut Pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce.

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas. Verg. 2. Georg.

Causas rerum omnium, vt diuinarum, inquirere fas non est.

Nam quæ mortali spes est, quæ amentia maior Verg. in Aetn.
In Iouis errantem regno perquirere velle?

Emissi laqueis quid agant, quæ carmina dicant, Oui 3. Fast.
Quaq; trahant superis sedibus arte Iouem,
Scire nefas homini est, nobis concessa canentur.

Causas terrenarum rerum hominis est inquirere.

Sed prior hęc hominū cura est cognoscere terram, Verg. in Aetn.
Et quæ nunc miranda tulit natura, notare:
Hæc nobis magna affinis cœlestibus astris.

Tantū opus ante pedes transire, & perdere segnes, Ibidem.
Torquemur miseri in paruis.

Leues cruciant animos & corpora causæ. Ibidem.

Nobis concessa canentur, Oui. 3. Fast.
Quæq; pio dici vatis ab ore licet.

Causa eiusdem quandoq; diuersi sunt effectus.

Discite sanari per quem didicistis amare: Oui. 1. de Rem. amoris.
Vna manus vobis vulnus opemq; feret.
Terra salubres herbas, eademq; nocentes
Nutrit: & vrticæ proxima sæpe rosa est.
Vulnus Achilleo, quæ quondam fecerat hosti
Vulneris auxilium, Pelias hasta tulit.

Nulla dies adeò est Australibus humida nimbis, Idem 4. de Pōt.
Non intermissis vt fluat imber aquis:
Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo
Mista ferè duris vtilis herba rubis.

Causa iusta virtutem promouet, iniusta deprimit.

Frangit & attollit vires in milite causa: Propertius.
Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.

Causa fœlicitatis.

Principium etenim, & causa, & amussis humanæ fœlicitatis est diuinorum, præstantissimorumq; cognitio.

DE CAVTIONE.

Cautio aduersus omnia: stultum est enim dicere, non putaram.

Scipio, quum in amicorum agris haberet exercitum, nihilominus tamen & vallum iaceret, & fossam foderet accuratè, eidam dicenti, Quid metuimus? Respondit, pessimam esse ducis vocem, haudquaquam putaram. Significans in tranquillissimis rebus interdum existere periculum, quod nullus expectasset. Itaq; aduersus inopinatos casus suis copijs prospexit, ne si quid accidisset, dicere cogeretur, non putaram.

Audace quodam milite vulnus suum ostendente, Et me, inquit Timotheus, puduit, quòd quom in Samo dux vester essem, catapultæ telū prope me ceciderat. Significans hoc vulnus non illi fuisse factum in prælio cominus pugnanti, sed procul. At bono duci adeò cauendum, vt ne propè quidem iaculum vllum possit accidere.

Persæus quum cuidam noto daret pecuniam, cautionem fecit in foro apud mensarium. Hanc diligentiam quum amicus admiraretur, diceretq;, Adeo'ne legaliter Persæe? Scilicet, inquit, vt amanter recipiam, nec legaliter reposcam. Fit enim sæpe, vt qui cum amico bona fide sine testibus ac syngraphis aguot, pòst cogantur cum eo legibus agere.

Cautio sui.

Chilo Lacedæmonius dicere solebat, φυλάττου σεαυτόν, id est, caue teipsum: vt admoneat quemq; debere sibi suspectum esse. Nemo enim magis est hostis alicui, quàm sibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionem aliasq; cupiditates adhibet in consilium.

C ANTE AE.

CÆCITAS.

Cæcitatis humanæ detestatio.

Lucr. libr. 2. de Nat. rerum. O Miseras hominum mentes, & pectora cæca. Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis Degitur hoc æui quodcunq; est!

Ouid. 6. Meta. Prò superi, quantum mortalia pectora cæcæ Noctis habent!

DE CÆLO.

Cælum peregrinas non patitur passiones.

Ouid. 1. Meta. Hæc super imposuit liquidum & grauitate carētem Aethera, nec quicquam terrenæ fæcis habentem.

Cælestia signa.

Virg. de sig. cal. Primus adest aries, Taurusq; insignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum.
Tum Leo terribilis Nemees, atq; innuba Virgo:
Libra subit, caudáq; animal quod dirigit ictum,
Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus:
Fusor aquæ simul, & fulgenti lumine Pisces.

Cælestia signa.

Manil. 2. Astr. Aurato princeps Aries in vellere fulgens
Respicit admirans auersum surgere Taurum,
Submisso vultu Geminos & fronte vocantem:
Quos sequitur Cancer, Cancrū Leo, Virgo Leonē.
Aequato tum Libra die cum tempore noctis,
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro.
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem missurus iamq; sagittam.
Tum venit augusto Capricornus sydere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius vrnam,
Piscibus assuetas auidè subeuntibus vndas,
Quos Aries tangit claudentes vltima signa.

Cælum beatorum est sedes.

Non regio foret vlla suis animalibus orba: Ouid. lib. 1. Met.
Astra tenent cæleste solum, formæq; deorum.
Est via sublimis cælo manifesta sereno: Ibidem.
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta tonantis,
Regalemq; domum: dextra læuaq; deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuersa locis: à fronte potentes
Cælicolæ, clariq, suos posuere penates.
Hic locus est, quem si verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia cæli.

Cælum arduâ acquiritur via.

Ipse quoq, æthereas meritis inuectus es arces, Oui. 5 Trist.
Quò non exiguo facta labore via est.
Non est ad astra mollis è terris via. Sen. in Her. fur.
Tendite in astra viri, mea primum regia mundo Valer Fl. [illegible] 2 Argonaut.
Iapeti post bella truces Phlegræq; labores,
Imposuit durum vobis iter, & graue cæli
Instituit: sic ecce meus, sic orbe peracto
Liber, & expertos terras remeauit Apollo.
Virtus recludens immeritis mori Hor. Od. 2. li. 3
Cælum, negata tentat iter via:
Cœtusq; vulgares, & vdam
Spernit humum fugiente penna.
Pulchrum eminere est inter illustres viros, Sen. in Octau.
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere, tempus atq; iræ dare,
Orbi quietam seculo pacem suo.
Hæc summa virtus: petitur hac cælum via.
Sic ille patriæ primus augustus parens
Complexus astra est, colitur & templis Deus.
Sed locum virtus habet inter astra. Idem in Herc. Oeteo.
Nulla cælum reparabile gaza. Va. Fl. li. 6. Ar.
Audendo bella expedias: pigra extulit astris Sil. Ital. 19. lib. belli Punici.
Haud vnquam sese virtus.

Cælestia cognoscentes, terrena negligunt.

Illa fuit, quæ diuitias, quæ despicit aurum, Manil. li. 1. Ast.
Imperia & fasces, mollemq; per otia luxum,
Et blandis aduersa sonis, dulcemq; per aures
Affectum, & modico noscenda ad fata labore.

Cælum non est graue nec leue.

Cælū est ingenerabile, incorruptibile, inaugmentabile & immutabile. Arist. in libro de Cal. & mun.

Extra cælum nullum corpus est.

Extra cælum non est tempus, nec locus, nec vacuum: sed ibi sunt entia vitam optimam ducentia, quam toto æterno perficiunt inuariabilia & impassibilia.

Cæleste corpus, est primum corporum & simplicium & compositorum, cùm sit ingenerabile, & incorruptibile, & secundum partem, & secundum totum.

Cælum

Cælum absq; labore & fatiganone mouetur.
Cælum est rotundæ figuræ.
Cælum continet in seipso infinitum tempus.
Cæli dextrum est oriens, sinistrum verò occidens.
Cæli motus est continuus, æternus & vniformis.
Cælum non habet motum naturalem alium à voluntario.
Cæli extremum dicitur sursum: medium verò dicitur deorsum.

C ANTE E.

Cedendum multitudini.

[Homerus Ody. 8] Acceßer mox ipse sibi crudelia fata,
Si multis pugnare velit.
[Proci ibidem paulo superius.] Cum pluribus ardua res est
Depugnare viris inter conuiuia solos.

Ne Hercules quidem aduersus duos.

Verum est illud, & iam olim prouerbio celebratum, arduum esse aduersum duo, eaq; contraria pugnare, quemadmodum in morbis alijsque compluribus.

[Idem in Phæd.] At verò contra duos ne Hercules dicitur suffecisse.
[Catullus.] Noli pugnare duobus.
[Homer. in Od. σ] Difficile ac durum est, vnum compescere multos.
[Ibidem.] Haud stetit Aeneas, alioqui strenuus armis,
Conspexit simulatq; duos consistere iunctos.

Socrates cum duobus sophistis contumeliosis disputans, fugit. Quod cùm illi probro obijceret Dionysodorus, respondit: Non immerito fugio. Nam cùm alterutri sim impar, cur non fugiam ambos? Equidem Hercule multo sum imbecillior, qui tamen pugnare pariter non valuit, & aduersum hydram sophisticam, cui propter sapientiam pro vno sermonis capite multa repullulabant. Et aduersus Cancrum sophistam è mari profectum, & nuper aduectum. A quo cùm Hercules angeretur, nepotis sui Iolai auxilium implorauit.

Extra publicam viam ne deflectas.
Plurium calculus vincit, dum in consilio ceditur multitudini.
[Lanius.] Pars maior meliorem vicit.
Vnus quidem vir nullus est
[Euripides.] Nam solitariæ manus inualida pugna est.
[Idem.] Vir vnus haud videt omnia.

DE CELERITATE.

[Pub. Mim.] Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.
[Ouid. li. 3. Trist.] Quilibet ignaui præcipitata premunt.

Celeritas conficiendi.

Quum Pharnacem primo congressu vicisset Iulius Cæsar, amicis scripsit, Veni, vidi, vici. summam rei gestæ celeritatem indicans.

Celeritas inepta.

Pictori parum perito de celeritate glorianti, & ostensa tabula dicenti, Hanc modò pinxi. Etiam si tacuisses, inquit Apelles, res ipsa loquitur quòd eam ex tempore subito pinxeris.

Celeritas in malis optima.

[Sopho. in Ant.] Vrgentibus malis celeritas optima est.

Censura veniam coruis dat, sed columbas vexat.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas. [Iuuenalis.]

Non tam ouum ouo simile, quàm illud Anacharsidis de Solone apophthegma, Leges aranearum telis similes sunt: quòd si in illas quid leuius aut imbecillum incurrerit, hæret: sin maius aliquid, dissecat ac fugit.

Quia non rete accipitri tenditur, neq; miluio, [Teren. in Phor.]
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Trinsimum est apud eruditos censoriam virgam appellari iudicandi autoritatem. Inde D. Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos: Nemo potest Christi palmam sibi assumere: nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare.

Censor Bibulus.

L. Cotta censore, qui vini auidissimus habebatur, quum Cicero consulatum petens sitisset, bibisset; septus vndiq; amicis, Rectè, inquit Cicero, timetis, ne censorem habeam infensum quòd aquam bibo. Simulauit Cicero se credere, ob id circumstare frequentes amicos, ne censor videret illum aquam bibentem.

Certamen argentarium.

Gnatæna meretrix, quum in conuiuio duo adolescentes pro ipsa inter se pugnarent, victum ita consolata est, Bono animo es puer: non enim est certamen coronarium, sed argenteum. Sentiens in alijs certaminibus victorem ferre coronam, hic victori numerandam pecuniam: vt melior sit conditio victi, quàm victoris.

Certamen verè regium.

Taxiles rex Indiæ, occurrens Alexandro, sic illum affatus est, Prouoco te, inquit, non ad pugnam neq; ad bellum, sed ad aliud certaminis genus: si inferior es, à nobis accipe beneficium: sin superior, nobis benefacito. Cui Alexander, Atqui, inquit, ob hoc ipsum inter nos certandum est, vter benefaciendo superet alterum. Et humanissimè complexus illum, non solùm non spoliauit ditione, sed auxit etiam.

Certamen non accipit excusationes.

Verum aiunt, certamen nō admittere causationes. [Plato de Leg. 8]
Certamen non expectat occasionem. [Alibi.]
Necessitas ante rationem est, maximè in bello, [Q. Cur. lib. 9]
quod rarò permittit tempora legere.

Certandum non est cum Rege.

Stratonicus, Polyidæ glorianti quòd ipsius discipulus Philopas canendo vicisset Timotheum, Miror, inquit, si ignoras quòd discipulus tuus condit decreta, Timotheus autem leges: iocum captans ex ambiguo vocis. nomos enim Græcis & legem sonat, & modulos cantionis. Itaq; periculosum est certare cum rege.

Certamen octo latronum.

Tradit Aristoteles octo latrones socios de spolijs inter se decertasse, & quatuor eorum interfectos esse. Deinde cæteri quatuor rursum inter se contenderunt, duoq; tantùm remanserunt, tandem vnus superstes solus euasit.

DE

C ANTE I.

DE CIBO.

Cibus vires debilitatas roborat.

Valer. Fl. li. 2. Argonaut. HÆc vbi dicta dedit, Cereris tum munere fessas
Restituunt vires, & parco corpora Baccho.

Ciborum varietas tam corpori quàm animo nocet.

Hora. Sa. 2. li. 2. Nam variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. At simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna desurgit dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitijs, animum quoq; prægrauat vnà,
Affigit atq; humo diuinæ particulam auræ.

Ciborum parcus, ad omne opus promptus est.

Ibidem. Alter vbi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.

Cibo opus est duraturo in labore.

Homer. Iliad. 9 Nam quis ad occasum vsq, valebit solis ab ortu
Impastus iugi durans confligere pugna?
Pectore enim quamuis sit prompto ad belligerandum,
Sensim membra grauant tamen, ac sitis atra, famesq;
Corripiunt, genuaq; labant tendentis in hostem.
Rursus erit quicunq, satur, vinoq; ciboq;,
Is demum potuit confligere perdius hosti.
Huic animus viget vsque ferox, neque membra laborant
Huic prius, ac victor bello submouerit omnes.

Cibum in matellam ne immittas. id est,

Ne sermonem vrbanum immittas in animum hominis improbi. Nam si in vas insyncerum miserimus, in eodum vertitur: vnde illud,

Syncerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit.

Cibum è flamma petere.

Terentius in Eunucho, parasitum ait esse eiusmodi, vt vel è flamma cibum petat, & cibi causa quiduis patiatur & agat.

Catul. in Epigr. Bononiensis Rufa Rufulum fallit,
Vxor Meneni, sæpe quam in sepulchretis
Vidistis ipso carpere è rogo cœnam,
Cùm deuolutum ex igne, prosequens panem
A semitaso tonderetur vstore.

Polemon sophista occurrens sophistæ cuidam, intestina, mænides pisces, & alia quædam vilia obsonia portanti: O vir egregie, inquit, non potest Darij & Xerxis animum rectè actione exprimere, qui talibus vtitur cibis.

Cibus deorum.

Muss. in lib. de Elementis. Vt dijs sufficiunt exhalationes à terris & aquis elatæ, sic nos cibum purissimum & leuissimum eligemus: sic futurum est vt anima nostra pura & sicca euadat, qualis videlicet optima sapientissimaq; in omnibus habetur.

Muss. de victu. Maius studium coquis quàm agricolis impenditur. Aliqui tota prædia in conuiuiorum apparatu consumunt. An non hoc miserrimum est? præsertim cùm nihil vtilitatis corpori accedat, ex tam sumptuosa dapium structura. Omninò enim contraria ratione, qui cōmunissimis cibis vtuntur, robustissimi sunt. Itaque seruos dominis, agrestes vrbanis, pauperes ditioribus validiores cernimus, tardius fatigari operando, rarius ægrotare, facilius ferre frigus æstum, vigilias, & quicquid eiusmodi est.

Etsi ex æquo, tum pretiosus, tum vulgaris victus corporis robur augerent, vulgaris tamen præferendus esset, quòd magis sobrius sit, magisq; bonum virum deceat. *Ibidem.*

Cibi scopus est, sanitatem ac vires constituere: horum enim tantùm causa cibus assumēdus, quem sumptuosum esse nulla necessitas est. *Ibidem.*

Cibum qui ingerit, vt ordine, modo, mensura, puritateq; decenter obseruatis, plurimum à reliquis differat, omni cura & studio eniti debet. *Ibidem.*

Vt plantæ aluntur perdurationis, haud voluptatis causa, non secus hominibus, vitæ sustentandæ remedium, cibus est concessus. Quare edendum vt viuamus, non vt voluptuemur.

Socrates dicebat maximam hominum partem viuere vt edant, se autem edere, vt viuat.

Cibum incolumitans, nō deliciarum gratia à Deo hominibus fuisse largitum, hinc perspici licet: Alimentum in concoctione nullo suauitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat, ac vires reficit. Oporteret enim, si delectationis causa cibum dedisset omniparens, longiori illo tempore voluptatem sentiri, non breuissimo tantùm inter deglutiendum: sed momentanea est deglutiendorum suauitas.

DE CIRCVNSTANTIA.

Sæpe tempore fit, vt quod plerumq; turpe haberi solet, inueniatur non esse turpe. *Cic. 3. Offi.*

Tempore commutatur officium, vt non semper sit idem. *1. Offic.*

Temporibus quibusdam, aut officijs debitis, aut rerum necessitatibus sæpe euenit, vt & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ. Itaq; earum sic tenetur à sapiente delectus, aut vt reijciendis voluptatibus maiores alias consequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. *1. de Finib.*

Debemus in omni re considerare, quid aptum sit & consentaneum tempori & personæ, tum quid in dictis factisq; deceat. Quòd si poëta fugit vt maximum vitium, qui peccat etiam, cùm probam orationem affingit improbo, stulto've sapientis: si deniq; pictor ille vidit, cùm immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio quid deceat, quærit, quid faciendum oratori putemus? *Cic. de Orat. ad Brutum.*

In omnibus quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est. *3. de Inuent.*

Habenda est ratio hominum, rei & temporis. *1. de Oratore.*

Turpe est, valdeq; vitiosum, in re seuera, conuiuio dignum *1. Offic.*

dignum aut delicatú aliquem inferre sermonem.

1. Offic. Tanta vis est loci & temporis, vt si quis cùm causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur inscitia temporis.

1. Offic. Pericles cùm haberet collegam in prætura Sophoclem poëtam, hiq; de communi officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles, O puerum pulchrum, Pericle: respondit, At enim prætorem, Sophocle, decet non solùm manus, sed etiam oculos abstinentes habere.

Pro M. Cælio. Alia fori vis est, alia triclinij, alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum, comessatorumq; conspectus: lux deniq; longè alia est solis & lychnorum.

1. Offic. Nec ijsdem de rebus, nec in omni tempore, nec similiter omnes delectantur.

Orat. ad Brut. Non omnis fortuna, non omnis bonos, non omnis autoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem verborum genere tractandus est, & sententiarum: semperq; in omni parte orationis, vt vitæ, quid deceat, est considerandum: quod & in re de qua agitur, positum est, & in personis eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt.

Pro Corn. Balb. Inconstantis non puto, sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium ex Reipub. tempestate moderari.

Cic. Lent. fam. 1 Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in vna sententia perpetua permansio.

Cic. ad Mar. fam. 4 Tempori cedere (id est, necessitati parêre) semper sapientis babitum est.

Cic. Att. 12 Temporibus parêre omnes politici præcipiunt.

2. Offic. Est non modò liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum.

Cic. Bru. fam. 11 Epistolæ offendunt non loco redditæ.

Cic. ad Q. frat. Multa quæ rectè commiti seruis fidelibus possunt, tamen sermonis & vituperationis vitandæ causa committenda non sunt.

Cæcin. Cic. fam. 6 Plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribuntur.

2. de Orat. Qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis vel commodi rationem non habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur.

2. de Orat. Ea facillimè luduntur, quæ neq; magno odio, nec misericordia maxima digna sunt.

2. de Orat. Parcendum est maximè charitati hominum, nec temerè in eos dicas qui diliguntur.

2. de Orat. Facilè multitudo à tristitia & sæpe acerbitate, commodè ac breuiter & acutè & hilari dicto deducitur.

2. de Orat. Orator tristitiam ac seueritatem mitigat ac relaxat, odiosasq; res sæpe, quas argumentis dilui non facile est, ioco, risuq; dissoluit.

1. Offic. Talis est ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione constanti, sic in vita sint omnia, apta inter se, & conuenientia.

1. Offic. Sic viuendum est in vita, ne forte quid discrepet: vel multò etiam magis, quò maior & melior actionum, quàm sonorum concentus est.

Vt in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic nos si acres ac diligentes esse volumus, animaduersoresq; vitiorum, magna sæpe intelligemus ex paruis. *1. Offic.*

Maior hominum pars eò deferri solet, quò à natura ipsa deducitur. In quibus videndum est, non modò, quid quisque loquatur, sed etiam quid quisq; sentiat, atq; etiam qua de causa quisque sentiat. *1. Offic.*

Vt pictores, & qui signa fabricantur, & veri etiam poëtæ, suum quisq; opus à vulgo cõsiderari vult, vt si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda, & imitanda & corrigenda sunt. *1. Offic.*

DE CIVITATE.

Ciuitas in seditione non potest esse beata. *1. de Finib.*

Proprium est ciuitatis atque vrbis, vt sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusq; custodia. *2. Offic.*

Millies perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse viuere. Præsidium charitate & beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis. *2. Philipp.*

Illa non est ciuitas, cùm leges in ea nihil valent, cùm iudicia iacent, cùm mos occidit patrius. *Parad. 4*

In hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, quæ largitione interposita, virtutis & dignitatis obliuisci solet. *De peti. consul.*

Quamobrem ne te prius ad ciuilia conferas, quàm sis gubernandi peritus. *Plat. in Alcib.*

SOCRAT. Nec mœnibus, nec nauibus, nec triremibusq;, atque naualibus, ô Alcibiades, nec multitudine, nec amplitudine, sine virtute ciuitas ad fœlicitatem indiget. ALCIB. Non profectò. SOCRAT. Si rectè ciuitatem gubernaturus es, virtute imbuendi sunt ciues. *Plato in Alc.*

An putas ciuitatem vllam amplius stare posse, ac se non subuerti, in qua iudicia publica nullam vim habeant? *Plat. in Crit.*

ADIM. Custodes legum & ciuitatis si non sint, sed appareant, vides'ne vt omnem ciuitatem simul perdant? rursusq; custodes ipsi bene eam custodiendi, beatamq; reddendi soli opportunitatem habent? Quamobrem si veros ciuitatis custodes quærimus, minimè eos eligere debemus, qui noceant ciuitati. *Plat. in dialog. 4. de Iusto.*

SOCRA. Habemus'ne vllum perniciosius ciuitati malum, quàm quod eam diuidit, & ex vna plures facit? vel melius quicquam eo, quod ipsam vincit simul & vnam efficit? Ponamus item legem hanc custodibus, vt neq; dissipent agros, neque igne ædes absumant. *Plat. in 5. dialo. de Iusto.*

Nisi philosophi ciuitatibus dominentur, vel hi qui nunc reges, potentesq; dicuntur, legitimè sufficienterq; philosophentur, in idemq; ciuilis potentia, & philosophia concurrant, neque (quod nunc fit) à diuersis duo hæc tractentur ingenijs, non erit ciuitati, vel hominum generi requies vlla malorum: neq; prius hæc Resp. quam verbis exposuimus, orietur pro viribus, & lumen solis aspiciet.

SOCRAT. Ciuitas profectò, in qua ciues ad expetendos magistratus minimè ambitiosi sunt, optimè *Plat. in 7. dial. de Iusto.*

optimè & procul à seditionibus permanet: contrà verò, quæ aliter affectos habet ciues.

Plat. in 5 Quando in ciuitate diuitiæ ac diuites bonorantur, virtus, probiq; viri despiciuntur.

Plat. 3. dial. de Legibus. ATH. HOSP. Neque poterit in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitijs pręstet aut quia velox, aut formosus, aut robustus sit, si virtute careat: sed neq; etiam si virtutem aliam habeat quandam, temperantiam verò non habeat. At verò iustitia sine temperantia, originem habere nullam potest.

Oportere itaque diximus ciuitatem, quæ pro humanis viribus salua, fœlixq; futura sit, rectè bonores distribuere. Recta autem distributio est, vt prima & maximè honoranda censeantur animi bona, si adiuncta illis temperantia sit.

Plat. 4. dialog. de Legibus. ATHE. HOSP. Cùm mercibus & pecunijs cauponando ciuitas repleatur, dolosi animi instabiles & infidos mores parit, vnde parum & ipsa ad seipsam, & ad gentes alias fidem, & amicitiam colit.

Ibidem. Meritum illi ciuitati paratum video in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præsunt: salutem verò illi, vbi ex seruientibus magistratibus dominatur: cuncta certè bona, quæ dij ciuitatibus præbent, huic affore cerno.

Plat. in episto. Dion. 7 ad propinquos. Ciuitas nulla legum vllarum potentia quiescere poterit, si cuncta ad superfluos sumptus eroganda ciues existiment: cæterisq; posthabitis omnibus, conuiuijs duntaxat & venereis oblectamentis obnixè putent operam impendendam.

Ibidem. Ciuitas nusquam, neq; homo fœlix est futurus, nisi cum prudentia & iustitia vixerit: siue per se illas possideat, siue sub sanctorum moribus principum rite educetur, atque erudietur.

2. de Leg. dial. ATHEN. HOSP. Ciuitatem & liberam semper, & prudentem, & sibi ipsi amicam esse oportet.

3. de Leg. dialo. ATHE. HOSP. Nihil ciuitati melius, quàm videlicet vt ciues inuicem, seq; cognoscant. Vbi enim non lux inter ciues est in eorum moribus, sed tenebræ, ibi nec honores pro dignitate, neq; magistratus rectè dabuntur, neq; suum ius cuique tribui poterit.

Ibidem. ATHE. HOSP. Nihil est, si vnum vni conferas, in quo maius studium in omnibus ciuitatibus ponere quisque debeat, quàm in hoc, vt nec ipse adulterinus esse vnquam videatur, simplex semper ac verus: nec alius ipsum talis fraudet.

Ibidem. ATHE. HOSP. Prima ciuitas est Respubl. legesq; optimæ, vbi quammaximè per vniuersam ciuitatem priscum illud prouerbium locum habet, quo fertur, verè amicorum omnia esse communia.

6. de Leg. dial. ATH. HOSP. Quemadmodum erga parentes se gerit filius, qui quamuis illis aduersaturus quandoque sit, in ipsa tamen pueritiæ indigentia, genitores diligit, ac vicissim diligitur, & ad suos semper refugiens, in his solis præsidium reperit: ita quoque nouam arbitror ciuitatem erga curatores eius Gnosios, & Gnosios erga ciuitatem nouam affici.

Ibidem. Quemadmodum nauis in medio pelago die nocteq; custodibus indiget: ita quoque ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu posita, varijs subiecta seditionibus, ac semper captiuitatis periculo proxima, perpetua eget custodia.

ATH. HOSP. Ciuitas bonorum malorum've hominum ignara, & externæ consuetudinis expers, nunquam satis humana atq; perfecta esse potest, nec leges seruare moribus & consuetudine solùm, nisi etiam notitia legum prudentior fiat. *12. de Leg. dial.*

CIVIS.

ATH. HOSP. Ita conscriptus legibus, & Rep. constituta, non est præstantis virtute ciuis perfecta laus, qua dicitur eum bonum esse ciuem, qui legibus quàm optimè ministrauit, & quàm maximè paruit: sed perfectior illa est, eum esse talem, qui legumlatoris, leges ferentis, & laudantis vituperantisq; scriptis omninò per totam vitam paruit. *7. de Leg. dial.*

SOCRA. Neque muneribus corrumpi ipsos ciues permittendum est, neque auaros esse. *3. de Rep. dial.*

SOCR. Si vitam inueneris eorum qui magistratibus præfuturi sunt, ipsis magistratibus meliorē, tunc primùm tibi optimè instituta ciuitas eluceat. In ea siquidem sola verè diuites dominabuntur. Non auri dico, sed eius oportet virum beatum, diuitem esse, vitæ probę atq; prudentis. Sin autem inopes, bonisq; proprijs vacui ad publica aduentauerint, bona illinc rapere cupientes, ciuitas illa fœlix esse non poterit. Nam vbi de principatu contenditur, cùm proprium hoc sit & intestinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit. *7. de Rep. dial.*

ATH. HOSP. Decens est, eos ciues laudibus exornare, qui cesserunt è vita, corporis vel animi viribus, res arduas præclarasq; gesserint, & legibus libenter paruerint. *7. dial. de Leg.*

HERMOCR. Sermonem igitur aggredi forti animo decet, ac Phœbo musisq; vocatis antiquos ciues, excellentes viros summis laudibus illustrare. *Plat. in Critia*

Qui periculum non timet, proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnius Rempub. defendit, is vir verè, & ciuis putandus est. *Cic. pro Milone.*

Ciuis est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes saluos, incolumesq; desiderat. *In Vatinium.*

Ciuem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque summissum & abiectum, neque sese efferentem: tum in Republ. ea velle, quæ tranquilla & honesta sint. *1. Offic.*

Ab omnibus huiusmodi ciuis laudandus ac diligendus est, qui non solùm Reipu. ciuem improbum remouet, verùm etiam seipsum eiusmodi fore profitetur, ac præstat, vt sibi non modò communi voluntate virtutis atq; officij, sed etiam vt quadam magis necessaria ratione rectè sit, honesteq; viuendum. *5. Act. in Ver.*

Nihil viro bono & quieto, & bono ciui magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs. *Ad At. 9. li. ep.*

Ciuis non est habendus, qui ciuile bellum concupiscit. *Philipp. 13*

Ingratus est, iniustusq; ciuis, qui armorum periculo liberatus, animum tamen retinet armatum. *Pro Marc.*

Ciuem ab hoste non natura ac loco, sed animo, factis've distinguimus. *Parad. 4*

Hi & audaces & mali & perniciosi ciues putantur, qui incitant populi animos ad seditionem, aut *Pro Sest.*

qui larg

qui largitione cæcant mentes imperitorum, aut qui fortes & claros viros & bene de Rep. meritos in aliquam vocant inuidiam. Qui verò sceleratorum impetus & conatus repressetunt, qui autoritate, qui fide, qui magnitudine animi, consilijs audacium restiteruot, ij boni ciues sempet habiti sunt.

Ciuium charitas.

Alphonsus Aragonum tex interrogatus quos è ciuibus haberet charissimos, Qui magis, inquit, pro me metuunt quàm me. Sennens illos esse ex animo amicos, qui principem magis amant quàm timent.

Euripides. Vir enim qui pecuniæ fuerit inops,
Manuq; potens agere, oon cononebit se:
Sed possidentium opes rapere solet.

Idem in Bacch. Vir potens qui fuetit audax, & dicendi peritus,
Malus fit, & sine mente ciuis.

Vbi quis malus in ciuitate ex animi sentētia viuit,
In causa est vt meliorum quoq; animi ægrescant,
Exemplum habentes malorum potestatem.
Qui ciuitates obtinent, ac authoritatem,
Aemulis suis quàm infensissimi sunt.

Idem in Orest. Si quis blandiloquus, sed malo præditus animo,
Persuaserit vulgò, magnum est ciuitati malum.
Illi verò qui prudenter bona sempet consulunt,
Etsi noo in præseoōa, in posterũ tamen vtiles sunt.

Idem in Iна. Tua verò authoritas, licet malè dixerit,
Persuadebit. Oratio enim an ab hominibus proficiscatur obscuris,
An à præclaris, non parum tefert:
Potentium enim plurima habetur ratio in ciuitate.

Menander. Oportet illum, qui ciuibus præesse vult,
Orationis facultatem non inuidiosam,
Sed bono affectu temperatam habere.
C·nuenit sanè peregrinum prorsus accommodare se ciuitati.
Sed neq; ciuem probo, qui pertinacia sua
Ciuibus molestus sit, propter imperitiam suam.

Sophocles. Multis indiget pulchris, egregijsq; dotibus, qui honoratur egregiè:
Paruũ autem certamen nõ magna sequitur gloria.

Euripides. Fortunatum hominem bene sapere decet.
Qui Martijs in pugnis, & in consilijs præcellunt,
Nõ esse debēt ingeniosi in leuibus argutisq; rebus,
Sed cõsultare de bonis magnis ciuitati necessarijs.

Sophoc. Antig. Fieri haud potest, cuiuspiam vt pernoueris
Animum atq; mentem, siue sensum, ni prius
Imperia nactus gesserit ciuilia.
Mihi enim quisquis ciuitatem gubernans quālibet
Non optima consilia aggreditur,
Sed linguam metu aliquo inclusam habet,
Pessimus esse & nunc videtur, & semper visus est.
Et si quis maiorem vllum præ patria sua
Amicum existimat, istum ego nullius precij iudico.
Ego enim, testor Iouem qui semper omnia videt,
Minimè tacuerim incommodum videns
Ciuibus accedere loco salutis.

Xenophon de factis & dictis Socratis lib. 4. Hominibus autem vtrum licet, quo quisq; voluerit modo, vti? Noo, ait: sed apud hos etiam quicumque sciat quę legibus conneaotur, quibus oporteat mutuo versari, ille profectò legibus erit obtemperaus.

Thucydides. Scientes quòd iusta quidem, humana ratione per æqualem necessitatem iudicantur: possibilia verò potentes faciunt, & infirmi concedunt.

Oportet prudentes magistratus, non propter officium, sed virtutis causa admirationem sui parere: vt etiam immutata fortuna eisdem laudibus digni censeantur. *Aristoteles.*

Quemadmodum faces in portu sublatæ, magna flamma in paucis cremijs excitata, nauibus per mare errabundis multum auxilij ferunt: sic & vir egregius in ciuitate periclitante paucis rebus cootentus, magnis beneficijs ciues afficit. *Epictetus.*

Viro ciuili administratio Reipubl. ex anteactæ vitæ gloria pulcherrimum funus conciliat. Studium enim honestatis, Simonide teste, omnium postremò terram subit. Nam noo solùm ambitio & gloriæ studium expers est senectutis, iuxta Thucydidem, sed magis, quod populare & ciuile est, quale formicis pòst etiam & apibus ad finem vsque vitæ perdurat. Nemo oempè vt, postquam declinare cœpit ætas, domi desideat enmedens. *Plutarchus.*

Plurimę seditiones in ciuitaobus ambitionis culpa oriuntur: de honoribus eoim non quilibet, sed potentissimi quiq; contendunt. *Aristoteles.*

Te verò narrauerunt permolestè ferre, quòd à publicis ciuitatis occupationibus te liberare non valeas. Quòd igitur dulcissimum vitæ genus sit res suas agere, præsertim si quis ita secum instituerit, vt tu, omnibus ferè indubitatum est. Verùm hoc etiam tibi reputandum est, nullum nostrum sibi soli natum esse: sed ortus nostri partem sibi patriam veodicare, partem pareotes, partem amicos. *Plato ad Arch.*

Zaleucus Locrensium legislator, leges aiebat araoearum telis similes esse. Nam si musca aut culex incideti, reonetur: si verò vespa aut apes, disrupta tela auolant: ita se res habet in legibus.

Educari oportet in ciuitate nec vt leonem, neq; vt culicem: hic enim conculcatur, aduersus illum autem occasio quæritur. *Metrodorus.*

Antisthenes interrogatus quomodo ad Rēpu. esset accedendum, respondit, Vt ad ignem, neq; nimis propè, ne vraris: neque longius, ne frigeas.

Chrysippus rogatus cur non administraret Remp. dixit, Quia si quis malè rexerit, dijs displicebit: sin bene, ciuibus.

Dico itaque tibi, has duas interrogationes esse, respondeboq; ad vtrasq;. Assero equidem tā rhethores quàm tyrannos minimam in ciuitaobus obtinere potētiam: quemadmodum paulò antè dicebam. Nihil enim, vt ita dixerim, facere ex ijs quæ volunt, facere tamen quod sibi opinanobus optimum videatur. Noo oe hæc magna potentia? Certè, vt ait Polus. *Plato in Gorgia*

Ciuis qui vicerit iram, longè melior existimandus est illo, qui propter iram delinquit. *Charondas.*

Plato fœlicem & beatam esse ciuitatem inquit, in qua istæ voces, meum & non meum, minimè proferri audiãtur, eo quòd communibus, quoad fieri potest, rebus, quæ quidem alicuius æstimationis sunt, vti ciues debeant. Sed multo magis huiusmodi vox è connubio eximenda est. *Plutarc. in Nuptialibus præceptis.*

Nobilis, animosus, placidus, & ciuilis iuuenis, considerat domum vitamque perfectam consistere non aliter posse, quàm cum vxore & liberis: secus enim mutila foret, quemadmodum ciuitas

non illa modò quæ mulieribus solis, sed etiam quæ viris solis constat, imperfecta est. Certè vt greges & armenta vtcumque pinguia & læta sine fœturis pulchra non sunt: sic neque ciuitas & familia, idq́; multò minus.

Antipater. Non alia ratione seruari ciuitates possunt, nisi optimi quiq; ciues & generosorũ filij, prioribus tanquam arboris pulchræ folijs marcessentibus, & defluentibus, vxores tempestiuè ducerent, & liberos ceu generosa quędam germina patrię successores relinquerent, vt ipsam florere semper, & in vigore perpetuo durare efficerẽt, nunquã hostibus oppugnatu facilẽ fieri ꝓ viribus sua molientes.

Diotogenes. Quemadmodum Deus ad mundũ, ita se rex ad ciuitatẽ habet: & vt ciuitas ad mundum, ita rex ad Deum. Ciuitas enim ex multis diuersisq́; concinnata, mundi structurã & harmoniã imitatur: rex autem imperiũ gerens nulli obnoxiũ, & lex viua existens, Dei figuram repręsentat inter homines.

Antiphanes. Socrates interrogatus quomodo quis sine molestia vitã ageret, negauit vllo modo id fieri posse. Non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conuersanti, sine molestijs degere.

Euripides. Desine: tum enim saluæ sunt ciuitates,
Cùm leges, vt decet, obseruantur.

Demosthenes. Qui pro ciuitate aliquid agit, ciuitatis ingenium imitari decet.

Euripides. Stultorum equidem opus hominum esse iudico, si vel patres filijs, vel non sapientibus aliqui ciuibus tradunt potestatem.

Euripides. Anchora vnica nequaquã ita nauim seruat, vt tres demissæ: & vnus princeps vrbi, periculosus est: adiungi verò & alium, non malum est ciuitati.

Sophocles. Nunquam sanè tuta & secura esse potest ciuitas,
In qua ius & modestia omnis
Pedibus calcantur, & loquax aliquis accipiens
Malignos manibus stimulos regit vrbem.

Sophocles. Haud scio quid ad hæc dicendum sit.
Nam cùm boni ab ignobilibus superantur,
Quænam ciuitas id ferre posset?

Euripides. Tria sunt ciuium genera. Quidam diuites sunt,
Inutilesq́;, & plura semper appetunt.
Alij verò nihil possidentes, inopesq́; victus,
Miseri, nimium tribuentes inuidiæ,
Malos aculeos in ditiores emittunt
Lingua, improbis ehari ducibus.
Cæterùm è tribus, quod medium genus est, vrbem seruat,
Modum illũ custodiens, quẽ ciuitas approbauerit.

Sophocles. Vbi custodes à pueris vincuntur,
Non est sapientium virorum ciuitas.
Ciuitas malè affecta in malis excogitãdis callida est.

Euripides. Nunquam leges in ciuitate bene se habebunt, vbi metus abest:
Aut exercitus cum moderatione persistet,
Qui nullũ timoris aut reuerentiæ obstaculũ habet.

Soph. in Aiac. Vbi iniuriari, & quæuis pro libidine facere licet,
Illam ciuitatem existimandum est tandem
Ex bono statu recedẽtem in profundum ruituram.

Euripides. In hoc enim multæ ciuitates laborant,
Cùm qui bonus & strenuus vir est,
Nihilo plus quàm deteriores, accipit.
Intestinum hominibus oboriri solet
Bellum inter ciues, si ciuitas dissenserit.

Aristophan. in Ranis. Ciuium quos quidem scimus ingenuos, modestos,
Iustos, honestos, ac probos viros esse,
In palæstraq́; & choris enutritos, & musica,
Illos expellimus: fabris autem & peregrinis, & Pyrrhijs, & seruis
Malis, atq; malo genere natis, ad omnia vtimur,
Qui postremi aduenerunt, quibus ciuitas antehac
Ne pro piaculis quidem temerè & facilè vsa esset.
At nunc saltem ô stolidi, moribus immutatis,
Vtimini denuo bonis viris: nam etsi quid prosperè egeritis
Hoc pacto, non absurdum erit: neque si quid erratum fuerit.
Ab arbore enim digna, Etsi quid patiamini, sapientibus pati videbimini.

Menander. Si iniuriarum authorem vlcisceretur
Vnusquisq; nostrum, & vnà propugnaret
Aequè ac si propria sibi esset facta
Iniuria, & ciues vehementi studio mutuam iungerent operam:
Non amplius nobis calamitas inciperet
Improborum hominum: sed obseruati,
Et meritam pœnam luentes,
Vel admodum essent rari, vel prorsus desinerent.

Democritus. Concordię merito cũ alias magna facinora, tũ à ciuitatibus bella cõfici possunt: secus haudquaquã.

Polydamus. Negotia publica ciuitatis omniũ existimare oportet maxima, vt fœliciter augeãtur, neq; præter æquũ contẽdere, neq; potentiã sibi cõparare priuatam præter publicum bonum. Ciuitas enim prosperè agens, fœlicitas est maxima. In hac insunt omnia: hac salua, cuncta seruantur: hac pereunte, nihil non pessum it.

Vbi potentes pro tenuioris fortunæ hominibus sumptum facere sustinẽt, eisq́; ministrare & gratificari, ibi misericordiæ locus est, nullus ciuium deseritur: mutua societas, defensio, & concordia nascuntur, atque alia bona tot tantaq́;, vt nemo verbis exprimere posit.

Socrates. Conuenit vt homines digni communem fructum percipiant ex ciuilis cœtus prosperitate.

Xenophon. Quoniam necesse est principẽ à subditis odio haberi. Quòd si diuites & potentes in ciuitate præualuerint, breuissimũ tempus populi imperium durabit. Quapropter bonos quidem ignominijs afficiunt, pecunijs exuunt, expellunt & occidunt: malos autem promouent.

Demosthenes. Permulta profectò sunt, inquiebam, ciuitatibus excogitata ad custodiã atq; salutem, vt valla, mœnia, fossæ, & alia huius generis, quæ quidem omnia manibus cõficiuntur, & sumptus postulant ingentes. Inest autem vnum quodpiam commune munimẽtum cordatorum hominum animis à natura, quod cùm cæteris omnibus bonum est ac salutare, tum plebi maximè contra tyrannos.

Demosthenes. Etenim quũ ciues in binos ordines diuiduntur: alteri quidem nolunt cuiquã per vim imperare, aut præesse alijs, sed in libertate & legibus ex æquo Rẽp. administrare: alteri cõtrà ciues regere desiderant, nec vlli parere, tyrãnidis & potẽtię cupidi.

Thucydides. Equidem existimo æquè bonum ciuem esse, & illum qui partem aliquam corporis, & qui possessionis aliquid pro ciuitate amittere non dubitat. Talis enim præcipuè ciuitatis negotia per seipsum instaurari vellet.

Thucyd.li.6 Ego verò primùm respondeo, popularis status nomine intelligi omnem ciuitatem, paucorum verò, partem ciuitatis: deinde custodes quidem pecuniarum optimos esse locupletes: ad consulendum autem præclarissimè, eos qui pollent intelligentia: cæteros verò (nempe vulgus) postquam audierit res, optimè iudicare: & hæc item, siue per partes, siue vniuersum, æqualiter distribui in democratia. At paucorum status, pericula quidem populo impartit: commodorum autem non modò plus, verumetiam totum sibi vendicat, excepta ab alijs sua portione.

Demosthenes. Non mihi videtur boni ciuis esse, huiusmodi Reip. administrationes inuenire, ex quibus ego statim primus vestrum futurus sim, vos autem aliorum vltimi. Quin communi opera bonorum ciuium administrationibus promoueri ciuitatem conuenit, & ab vnoquoque semper quod optimum est factu, nõ quod facillimum, dici. Ad hoc enim vel ipsa natura progredietur: ad istud verò rationibus edoctum bonum ciuem adduci oportet, vt vnusquisque sciat, quòd ignauia quotidiana, vt in vita priuata, sic in ciuitatibus, non principiò, sed post summam præcipuamque negotiorum partem occurrat.

Quemadmodum singuli suos habent parentes, sic etiam vniuersæ ciuitatis cũctos, communes ceu parentes esse iudicandum est: eosq; decere, non solùm ex ijs quæ ciuitas largitur, auferre quippiam: verùm etiam si nihil eorum adsit, aliunde prospicere, vt nulla in re ciues penuria laborantes negligantur.

Thucydides. Tyranno, aut ciuitati principatum gerenti, nihil absurdum est, modò sit vtile: neq; familiarem vllum, nisi fidelem existimant: oportere autem singulorum amicitias aut inimicitias pro ratione temporis eligere.

Xenophon. Censeo homines prudentiæ studiosos, & qui se idoneos fore putãt ad erudiendũ ciues de rebus vtilibus, minimè violentos esse futuros, eò quòd cognoscant violentiã comites habere inimicitiã atq; periculũ: persuasione autem & citra periculũ & cum beneuolentia idem effici. Nam qui per vim coacti sunt, ceu magna re priuati, odio prosequuntur illos, qui coëgerunt: qui verò suadela inducti sunt, ceu cum gratia inuitati, amant.

Solon illam ciuitatem optimè habitari dixit, in qua viros bonos honoribus affici: contrà autem, improbos pœnis, mos fuerit.

Pythagoras dixit, primùm luxuriam ciuitates ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremò exitium.

Idem ciuitatum optimam esse dixit, quæ viros bonos habet.

Solon rogatus, quomodo ciuitas in optimo statu degeret, dixit: Si ciues quidem magistratui obediant, magistratus autem legibus.

Idem. Optimus mihi eius ciuitatis videtur status, & democratiam in ea seruari maximè, in qua iniuriatum authorem ad ius trahunt, accusant & puniunt etiam illi, qui iniuriam non passi sunt.

Demosthenes leges, ciuitatis animam esse dixit. Vt enim exanime corpus procumbit, similiter ciuitas, si leges absint, non consistit.

Eusebius. In ciuitate studiosa fœlicitatis nunquam opes anteponi debent virtuti: ne hanc ob causam omnibus diuitiarum desiderio captis, contemptus & neglectio virtutis innascatur animis in Republ.

Ciuitatis decus custoditur & conseruatur, cùm magistratui reuerentia & honores debiti integriq; manent.

Lycurgus, cuidã percontanti, cur Sparta non mœnibus cingeretur, ostendit ciues armatos: Hi, inquit, sunt Spartanę ciuitatis muri: significãs Resp. nullo munimẽto tutiores esse, q̃ virtute ciuium.

Hoc idem quũ alius quæsiuisset, respõdit ciuitatem nõ saxis lignisue, vallis ac mœnibus, sed incolentiũ virtute muniri oportere: quos si iungat cõcordia, nullus porest esse murus inexpugnabilior.

Idem, percontantibus cur prohibuisset vrbẽ cingi muris, Quoniam, inquit, non caret mœnibus ciuitas, quæ non lateribus, sed viris cincta est. Indicans mœnia magis arguere ciuium ignauiam, quàm fortitudinem.

Cùm alius illi cuiusdam ciuitatis muros tutos admodum ostendisset, rogauit num pulchri viderentur: respondit Lycurgus, Pulchri per Iouem, sed mulierum causa, non virorum extructi sunt. sentiens non alijs mœnibus muniendam esse ciuitatem, quàm ciuibus strenuis.

Dicente quodam apud Theopompum ideò seruari Remp. Spartanam, quòd reges sciret imperare: Imo, inquit, potius quòd ciues sciant parere. Multũ enim habet momenti principis integritas: sed multo plus ciuiũ recta institutio & obsequiũ. *Ciuium obsequ. Resp. seruatur.*

Panthoidas legatus, in Asiam missus, ostendentibus murum probè munitum, Per Deos, inquit, bellum conclaue mulierum.

Ciuilis scientiæ nõ est iuuenis idoneus auditor: est enim expers officiorum, quæ vita desiderat. Iam verò cùm libidini animi pareat, frustrà & inutiliter audiet: quandoquidem finis huic propositus non in cognitione, sed in actione consistit. De omni enim re verè iudicabit is, qui vsu rerum valet: omninò verò, q omni doctrina eruditus est. Quæ enim quisque nouit, de ijs verè iudicat, qui vsu rerum valet, eorumq; æquus est æstimator. *Arist. li. 1. ca. 3. Ethicorum.*

Ciuilem scientiam non esse idem quod sapientiam hinc etiam perspici potest, quòd si eam sapiẽtiam statuant, quæ suis cuiusq; emolumentis vtilitatibusq; seruiat, multæ sunt futuræ sapientiæ. *Arist. li. 6. ca. 7*

Sunt autẽ & ciuilis scientia & prudẽtia idem animi habitus: ijsdem autem non est eadem vis atq; natura. Eius quidem quę in publicis rebus versatur, vna pars est, quæ quasi architectonice prudentia est, legum ferendarum ratio dicitur: altera, quæ priuatim in rebus singulis versatur, commune ciuilis scientiæ nomen obtinet, cuius omne opus est in agendo & consulendo. *Arist. li. 6. ca. 8*

Ciuitates in concordia tum esse dicuntur, cùm de commodis & vtilitatibus vnum idemq; sentiunt & sequũtur, quodq; publicè placuerit, exequuntur. Ergo in gerendis rebus ijs quę graues ac magnæ sunt, quæq; adesse possunt vel vtrisq;, vel omnibus, concordia consistit: velut ciuitates concordes sunt, cùm placet omnibus magistratus deligendos esse. *Arist. li. 9 ca. 6*

Ciuium inter ipsos amicitia, concordia videtur, vt etiam celebratur. Est enim in commodis & vtilitatibus, ijsq; omnibus quæ ad vitæ vsum pertinent.

nent. qualis bonis inter bonos concordia est.

Ciuitas non ciuitas.

Hæmon Creontem tendentem ad tyrannidem ita rangit;
Quæ vnius hominis, illa non est ciuitas:
Non enim ibi Resp. est, vbi vnius arbitratu geruntur omnia.
Itaq; cùm Creon respondisset, ciuitatem censeri illius, qui illi imperat, subijcit Hæmon:
Rectè, vnus vt deserto in agro regem agas.
Regnum enim est imperare liberis, neque quicquam absq; ciuium consensu teorare.

Ciuilitas morum, Ex Ouidio.

Mundiçæ placeant, fuscentur corpora campo:
Sit bene conueniens & sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes,
Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Quid si præcipiam, ne fuscet inertia dentes,
Oraq; suscepta manè lauentur aqua?
Nec malè deformet rigidos tonsura capillos.
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus.
Nec malè odorato sit tristis anhelitus oris,
Nec lædat nares virq; paterq; gregis.
Sint modici risus, paruæq; vtrinq; lacunæ,
Et summos dentes ima labella tegant.
Nec sita perpetuo contendant ilia risu,
Sed leue nescio quid, fœmineumq; sonet.
Est & in incessu pars non temnenda decoris:
Allicit ignotos, illa fugatq; viros.
Carpe cibos digitis: est certus gestus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu.
Ne've domi præsume dapes, sed desine citra
Quàm cupias, paulò quàm potes esse minus.
Nec coram mistas cetuæ sumpsisse medullas,
Nec coram dentes perfricuisse probem.
Ista dabunt faciem, sed erunt deformia visu,
Multaq; dum fiunt turpia, facta placent.
Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi:
Officium præstent mensq; pedesq; suum.
Iurgia præcipuè vino stimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Euritioo stultè data vina bibendo.
Aptior est dulci mensa merumq; ioco.
Parua mouere pudet, talorum dicere iactus,
Vt sciat, & vires tessera missa tuas.
Sed minimus labor est, sapienter iactibus vti:
Maius opus mores composuisse suos.
Tunc sumus incauti, studioq; operimur in ipso,
Nudaq; per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum, lucriq; cupido,
Iurgiaq; & rixæ, sollicitusq; dolor.
Carmina dicuntur, resonat clamoribus æther:
Inuocat iratos & sibi quisq; deos.
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.
Candida pax homines, trux decet ira feras.
Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ,
Lumina Gorgonio sæuius angue micant.
Odimus immodicos (experto credite) fastus:
Sæpe tacens odij fœmina vultus habet.
Spectantem specta, ridenti mollia ride:
Innuet, acceptas tu quoque redde notas.
Rara tamen menda facies caret: occule mendas,
Quodq; potes, vitium corporis abde tui.
Liberos homines per vrbem modico magis par est gradu *Plaut. in Pæn.*
Ire: seruile esse duco festinantem currere.
Risu inepto res ineptior nulla est.
Nihil est profectò stultius *Plaut. in Trin.*
Neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neque argutum magis,
Neq; confidentiloquius, neq; periurius, quàm vrbani assidui
Ciues, quos scurras vocant.
Reipub. causa qui id non facit magis *Idem in Persa.*
Quàm sui quæstus, animus haud induci potest, eum
Esse ciuem, & fidelem, & bonum, sed legirupum quidem, ni det in publicum.

C ANTE L.
DE CLEMENTIA ET HVMANITATE.

Homines nulla re propius ad deos accedunt, quàm salutem hominibus dando. *Cic. pro Lig.*
Nihil est tam regium, tā liberale, tamq; munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis homines. *1. de Orat.*
Nihil est tam deforme, quàm ad summum imperium, acerbitatem naturæ adiungere. *Epis. ad Q. f.*
Rectè præcipere videntur, qui monent vt quantò superiores simus, tantò nos geramus summissius. *1. Offic.*
Qui plus propter virtutem, nobilitatemq; possunt, eo minus quantum possint, debent ostendere. *Pro Quintio.*
In bonis fortunæ summa laus est, non extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, non se prætulisse alijs propter fortunæ abundantiam, vt opes & copiæ, non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem ac materiam dedisse. *2. de Orat.*
Nihil est laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia, quæ ita probanda est, vt adhibeatur Reip. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. *1. Offic.*
In rebus prosperis & ad voluptatē nostram fluentibus, superbiam magnoperè, fastidium, arrogantiamq; fugiamus. Nam vt aduersas, sic secundas res immoderatè ferre, lenitatis est, præclaraq; est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademq; frons. *1. Offic.*
Omnibus est odio crudelitas, & amori pietas & clementia. *Cic. Cæs. famil.*
Est hominum naturæ maximè inimica crudelitas. *3. Offic.*
Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. *Pro Rab. Posth.*
Adrianus Cæsar imperator creatus, adeò contempsit inimicos, vt vni quem habuerat capitalem, forte obuio, dixerit, Euasisti. Principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse vlcisci.
Demonax dicebat nequaquā hominibus esse irascendum si delinquerent, sed corrigenda vitia, nimirum exemplo medicorum qui non indignantur ægrotis, sed morbo medentur. Nam hominis est peccare: Dei verò, aut hominis Deo proximi, emendare peccata.
Clemens victor apparuit T. Quintius, qui Philippo bello deuicto, in Isthmijs præconio iussit euulgari, se Græcos suę libertati, suoq; iuri permittere.

Quotquot autem Romani téporibus Annibalis capti, seruiebant apud Græcos, quum horum singulos Græci quingentis drachmis emissent, gratis Quintio donarūt: qui & ipsi Romę triumphantem Quintium sequuti sunt pileati, quod facere solent seruitute manumissi.

Clementia Age. Cùm fœliciter pugnatum esset apud Coryothum, & paucos Spartanorum desideratos, cæterùm è Corinthijs & Atheniensibus ingentem numerum interisse accepisset Agesilaus, grauiter ingemiscens, nec elatus ea victoria, vicem Græciæ deplorauit, loquiens, Heu Græciam, quæ tot viros perdidit, quot vniuersis barbaris debellandis satis esse poterant. Viro magnanimo victoria erat optabilis, sed charior erat sociorū incolumitas.

Agesip. clemen. Agesipolis Cleombroti filius, quum prædicantem quempiam ceu rem magnificam audisset, quòd Philippus Macedo intra dies paucos subuertisset Olynthum: Atqui per Deos, inquit, talem ciuitatem tam paruo spatio non erat extructurus. Significans regalius esse vrbes condere, quàm conditas demoliri.

Demarati cle. Cùm Persa quidam à rege defecisset, is suasu Demarati mutatus, quum ad suos reuertisset, tentaretq́; eum rex interficere: Turpe fuerit, ô rex, inquit Demaratus, si cùm hostis fuerit, non potueris ab eo pœnas sumere, nunc amicum factum velis occidere. Quo dicto regis indignationem temperauit.

Philippi. Quibusdam Philippo Macedoni consulentibus, vt cum Atheniensibus asperius ageret, respondit illos absurdè facere, qui homini cuncta ad gloriam agenti & patienti suaderent, vt gloriæ suæ theatrum abijceret.

Antigoni. Antigonus suadentibus amicis, vt Athenis captis, validis illam muniret præsidijs, vt totius Græciæ basis esset, nec deficeret: respondit, nullū esse regni propugnaculum firmius, quàm ciuiū beneuolentiā.

Augusti. Q... Alexādrini post vrbem vi captam extrema se ...os existimarent, Augustus suggestum co...dit, adiuncto sibi Ario Alexandrino, dixitq́; se ciuitati parcere, primùm propter ipsius magnitudinem ac pulchritudinem, dein propter Alexandrū vrbis conditorem, postremò in gratiam Arij ciuis. Raræ cuiusdā clementiæ fuit non diripere ciuitatē quæ pertinacissimè rebellarat.

Augusti. Idem, cùm Athenienses deliquissent, scripsit ex vrbe Aegina, Non vos latet, me vobis irasci: nō Aeginę sum hybernaturus. nec aliud scripsit, nec fecit, satis existimans illis esse minatum, si desisterent.

Augusti. L. Cinna nobilis adolescēs, & Pompei nepos, Augusto cùm pararet insidias, protinus Cinnam accersi ad colloquiū, & venienti cathedram apponi iussit. Hic commemoratis pluribus in illum beneficijs, rogauit cur in illum coniurasset: perturbatoq́; Cinnæ dixit, Vitam tibi do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidę: contendamos verū ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Ita Cinnam perpetuò habuit amicissimum, solusq́; illi fuit hęres.

Augusti. Idem exceptus à quodam perparca cœna, quum à ...uiuatore dimitteretur, hoc illi tantùm insu...uit, Nesciebam me tibi tam familiarem.

Augusti. Lex ... vt qui patrem occidisset, culeo insueretur: quæ pœna non sumebatur nisi de confesso. Ab huius pœnæ atrocitate vt reum liberaret Augustus, sic interrogauit, certè patrem non occidisti, ansam porrigens inficiandi. Tanta erat principis lenitas.

Artaxerxis. Artaxerxis in disciplina militari clementia visa est incredibilis. Nam ducibus qui deliquissent, pro eo quod solent flagris cædi corpora, iussit vt vestes illis ablatæ cæderentur, & pro auulso capite, tiara deposita velleretur.

Scipionis. Scipio maior dicere solebat, hosti non solùm esse dandam viam fugiendi sed etiam muniendam: docens moderandam esse victoriam, nec sæuiendum in eos qui ferre arma destitissent.

Bruti. M. Brutus, cùm inter coniuratos deliberaretur an vnà cum Cæsare occidēdus esset Antonius, dissuasit: dicens hoc negotium, quod pro iure & legibus susciperetur, oportere omni carere iniuria.

Alexā. Seueri. Ouinius senatur delicatissimus, rebellionem moliebatur, tyrannidem affectans. Quod cùm Alexander Seuerus rescisset, in palatium eum recepit, ornamentis imperialibus decorauit, & profectionis comitem adhibuit. Quumq́; imperator iter pedibus faceret, Ouinium delicijs assuetum ad laborem inuitauit. Tandem tædio laborum cùm imperium recusasset, mori paratum eum dimisit.

Porsenæ. Porsena demiratus egregium Scæuolæ animum, qui iratus dextram foculo imposuerat, dixit: Reuertere ad tuos Muti, eisq́; refer, te quum vitam meam peteres, à me vita donatum.

Pittaci. Pittaci filium cùm quidam faber ærarius occidisset, Cumani vinctum homicidam ad Pittacum miserunt, vt de eo sumeret supplicium. Ille verò hominem dimisit dicens, Malo ignoscere, quàm pœnitere. Sentiens esse vtilius condonare, quàm meminisse iniuriæ, & vlcisci.

Traiani. Traianus fratrem Domitianum insidias moliētem, non est vltus, sed his verbis admonuit: Quid opus te parricidio petere, quod me volente obuenturum est, imò quod iam habes imperij particeps.

Alphonsi. Alphonsus Aragonum rex, dicebat hostibus fugientibus pontem argenteum extruendum esse: vel existimans multo optabilius esse, hostes fugare quàm occidere, vel hostes pecunia sollicitandos, vt ab acie discedant.

Clementia vis, & laus summa.

Principio magni custos clementia mundi, *Claud. lib. 2*
Quæ Iouis incoluit zonam, quæ temperat æthram
Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu
Cælicolūm. Nam prima Chaos clementia soluit
Congeriem miserata rudem, vultuq́; sereno
Discussis tenebris in lucem secula fudit.
Hæc dea pro templis & thure calentibus aris *Claud. li. 2*
Te fruitur, posuitq́; suas hoc pectore sedes.

Clementiæ præcepta.

Hæc docet, vt pœnis hominum, vel sanguine pasci *Claud. ibidem.*
Turpe feramq́; putes, vt ferrum Marte cruentum
Sic cum pace premas, vt non infensus alendis
Materiam præstes odijs, vt sontibus vltro
Ignouisse velis, deponas ocyus iram,
Quā moueas. precibus nunquā implacabilis obstes,
Obuia prosternas, prostrataq́; more leonum
Despicias. Alacres ardent cùm sternere tauros,

Transiliunt prædas humiles. hac ipse magistra
Dat veniam victis, hac exhortante calores
Horrificos, & quæ nunquam nocitura timentur
Iurgia, contentus solo terrore coërcet,
Aetherei patris exemplo, qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru Cyclopum spicula defert
In scopulos, & monstra maris, nostriq; cruons
Parcus, in Oethæis exercet fulmina syluis.

Clementiæ germana est fides.

Claud. ibidem. Huic diuæ germana fides, eademq; sororis
Corde tuo delubra tenens sese omnibus actis
Inserit.
Hæc docuit nullo liniscere fuco,
Nunquam falsa loqui, nunquam promissa morari:
Inuisos odisse palàm, non virus in alto
Condere, non lætam speciem prætendere fraudi,
Sed certum, mentiq; parem componere vultum.
Occulto sæuire vetat, prodesse remittit.

Clementia commoda.

Hæc & amicitias longo pòst tempore firmat,
Mansuroq; adamante ligat, nec mobile mutat
Ingenium paruo strepitu, nec vincula noxæ
Dissolui patitur, nec fastidire priorem.
Allicitur veniente nouo, benefacta tenere,
Respuere offensas facilis, pariterq; minoris
Officij, magniq; memor, superare laborat.
Vtq; hostes armis, meritus sic vincit amicos.
Hæc fouet absentes, hæc longè sola remotis
Consulit, hæc nullis auidam rumoribus aurem
Pandit, vt ignauum nunquam læsura clientem
Insidiosa tuos alienent murmura sensus.
Non viuis annexus amor, meminisse sepultos
Desinit in prolem, transcurrit gratia patrum.

Clementia res melius succedunt quàm feritate.

Claud. in consulatum Manlij. Se iactent alij, studeant feritate timeri,
Addictoq; hominum cumulent æraria censu.
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Vtilior, nullas confessus murmure vires.
Acrior ac rapidus tacitas prætermeat ingens
Danubius ripas. Eadem clementia sæui
Gurgitis immensum deducit in ostia Gangem.
Torrentes immane fremant, lapsisq; minentur
Pontibus: inuoluant spumoso vertice syluas.
Pax maiora decet: peragit tranquilla potestas,
Quod violenta nequit, mandataq; fortius vrget
Imperiosa quies.

Teren. in Adel. Re ipsa reperi
Facilitate nihil esse homini melius, neq; clementia.

Senec. in Octa. Magnum timoris remedium clementia.

Clementia æquat nobis deos.

Sis pius in primis. Nam cùm vincamur in omni
Munere, sola deus æquat clementia nobis.

Teren. in And. Obsequium amicos, veritas odium parit.
Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus.

Oui. 2. de Arte. Frangas, si vires experiare tuas.
Obsequio tranantur aquæ, nec vincere possis
Flumina, si contrà, quàm rapit vnda, nates.
Obsequium tigresq; domat, timidosq; leones:
Rustica paulatim taurus aratra subit.

Aristot. li. 4. 5. Ethic. cap. Atq; is quidem, qui quibus de rebus, quibusq; hominibus decet, irascitur, quiq; id facit quemadmodum, quando, & quandiu decet, is laudibus afficitur, quẽ eundem clementem & mansuetum appellari licet. siquidem in laude clementia est. Vult clemens omni animi perturbatione vacare, non à perturbatione rapi aut distrahi. quinetiam vt ratio præscripserit, sic & ijs de causis, & tandiu vult succensere.

Neq; vlcisci cupit clemens, sed ignoscere.

C ANTE O.

COGNITIO SVI.

Nosce teipsum. *Apollo.*

Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuẽdam solùm esse dictum, verumetiam vt bona nostra norimus. *Cic. lib. 3. ad Q. f.*

Vbiq; confert, vt teipsum noris. *Non. Marc.*

Fama celebrata per orbem *Ouid. de Art.*
Littera, cognosci quæ sibi quemq; iubet.
E cæln descendit γνῶθι σεαυτόν.

Nondum possum meipsum iuxta Delphicam inscriptionem cognoscere. *Plato in Phæd.*

Thales rogatus, quid esset difficile? respondit, Seipsum nosse. quid facile? Alterum admonere.

Cuidam Delphicum oraculum consulenti, quonam itinere posset ad fœlicitatem peruenire, responsum est, Si teipsum cognoueris. *Macrobius.*

Præclarè, si mortalis es, mortalia fac cogites. *Antiphanes.*

Mortalia mortales decent. *Pindarus.*

Demonax interrogatus quando cœpisset philosophari, Postquam, inquit, cœpi nosse meipsum.

Multis modis dictum videtur perperam, *Menander.*
Cognosce teipsum: magis enim in rem fuerat hoc,
Cognosce cæteros.

SOCR. Seipsum ignorare, sapere, an desipere est? Desipere. Seipsum itaq; nosse, sapere est? Est, inquit. Hoc igitur, vt videtur, & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, prudentiam scilicet & iustitiam colere. *Pla. in Amat.*

SOCR. Sciemus'ne vnquam, qua arte meliores euadamus, quandiu nos ipsos ignoramus? ALCIB. Nunquam. SOCRAT. Vtrum facile quiddam sit seipsum cognoscere, ac ridiculus fuerit, qui templo Apollinis id inscripsit, an potius arduum quippiam, nec cuiusuis hominis est? ALCIBIAD. Mihi quidem ô Socrates, aliquando visum est facile, & cuiusuis esse, nonnunquam verò omnium difficillimum. SOCR. Sed siue facile hoc sit, ô Alcibiades, siue difficile, nobis sanè sic se habet, vt hoc intelligẽtes, etiam qua ratione curandi sumus, intelligamus: ignorantes verò, contrà. *In Alc. 1.*

SOCRA. Animam nosse iubet, qui præcipit, Nosce teipsum. *Ibidem.*

SOCR. Id animæ diuini simile est, in quod sanè quis intuens, & omne diuinum, Deum scilicet & sapientiam cernens ita seipsum agnoscet. ALC. Apparet. SOCR. Seipsum verò cognoscere, prudentiam esse concedimus. *Ibidem.*

PROT. Præclara quidẽ res moderato viro, omnia nosse. Altera verò, quod dicitur nauigatio, proximumq; videtur, seipsum minimè latere. *In Phileb.*

SOCR. Verumtamen si quammaximè id possibile sit, quid magis possibile est cognoscere, quæ nouit aliquis, & quæ non nouit? Hoc vtiq, esse diximus, *In Carm.*

ximus, seipsum cognoscere, temperatumq; esse.

TIM. Scitum profectò priscum id dictum, Agere sua, seq; ipsum cognoscere, solius prudentiæ est opus.

Cognoscunt sese pauci.

Persius Sat. 4 Vt nemo in sese tentat descendere, nemo
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Hor. Sat. 3 lib. 1 Meuius absentem Neuiũ cùm carperet, heus tu,
Quidam ait, ignoras te, an vt ignotum dare nobis
Verba putes? Egomet mî ignosco, Meuius inquit.
Stultus & improbus hic amor est, dignusq; notari.

Terẽt. in Heaut. Dij vestram fidem. Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent, quàm sua?
An eo fit, quia in re nostra, aut gaudio sumus præpediti nimio, aut ægritudine?

Persius Sat. 4 Ne te quæsiueris vltrà.

Hor. lib. 1. Sat. 3 Deniq; teipsum
Concute, num tibi quid vitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala: namq;
Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Persius Sat. 3 Disciteq; ô miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut victuri quidnam gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ, quàm mollis flexus, & vnde,
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet, patriæ charisq; propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in re,
Disce.

Idem 4. Sat. Respice quod non es, tollat sua munera cerdo:
Tecũ habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.

Seipsum ignorare, aliena scire turpe est.

Iuuen. Sat. 11 Illum ego iure
Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas
Omnibus in Libya sit montibus: hic tamen idem
Ignoret quantum ferrata distet ab arca
Sacculus. è cœlo descendit γνῶθι σεαυτὸν
Figendum, & memori tractandum pectore, siue
Coniugium quæras, vel sacri in parte Senatus
Esse velis. Nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Vlysses:
Ancipitem seu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, te consule, dic ubi quis sit,
Orator vehemens, an Curtius, an Matho. buccæ
Noscenda est mensura tuæ, spectandaq; rebus
In summis, minimisq; etiam cùm piscis emetur.

Philemon. Homo cùm sis, id fac semper intelligas, & memineris.

Menander. Nosces teipsum, si negotia inspexeris tua, & quid faciundum tibi.

Diphilus. Iucundius viues, si noueris quid homo sit.

Antiphon. Si mortalis es, vir optime, mortalia sapito.

Menander. Multis sanè modis dictum est nõ bene, Cognosce teipsum: foret enim vtilius si diceretur, Cognosce alios homines.

Athenæ. Cùm in Chæronea Philippus Athenienses vicisset, animum elatum ratione compescuit, ne quid per contumeliam & fastum committeret. Ideoq; sibi consuluit, vt quondie in aurora ab aliquo puerorum se hominem esse commoneretur.

Arist. Heraclitus adhuc iuuenis omnium erat sapientissimus: seipsum enim nihil nosse cognoscebat.

Socrates roganti cur nihil scriptum ederet, respõdit: Quia video chartã multò pretiosiorẽ, quàm scribenda forent.

Theocritus quærenti quare non scriberet, dixit: Quoniam, vt libet, non possum: vt verò possum, non libet.

Contemplare velut in speculu tuas actiones, vt honestas quidem magis ornes, turpes verò abscondas. *Bias.*

Alexander postquam ex diuturno morbo conualuit, nihilo se deterius affectum dixit: admonuit enim nos ægritudo, ne altum saperemus, vtpote mortales.

Potatio quidem vini, & ingestio carnium, validum corpus efficiunt ac robustum, sed animum imbecillum. Item assiduum pecuniæ studium, & conseruatio auget quidem opes: sed animi moderatio & temperantia, magnum sunt ad philosophiam viaticum. Itaq; non quiduis vnicuique conuenit, sed oportet sententiæ Apollineæ morigerum seipsum agnoscere: deinde vnum aliquod aptum ingenio suo studiũ sequi, non aliud aliàs vitæ genus æmulando distrahere naturam, eiq; vim facere. *Plutarchus.*

Nulla debes aliena præstantia gloriari. Equus quidã elatus si de seipso iactabũdus diceret, Quàm sum egregius: foret vtiq; tolerabile. At si tute dicas, Næ equum egregium possideo: nihil aliud quàm de bono equo superbis. Tuum autẽ quid est? Nempè solus opinionu m vsus, quem si secundum naturam habueris, tum gloriare: ita demũ enim de propria excellentia gloriaberis. *Epictetus.*

Oportet expectare bona, deosq; rogare vt ea nobis conferãt: omnia autem humana existimare. *Demosthenes.*

Equidem rerum euẽtus omnibus hominibus sunt obscuri, & momenta occasionum parua ad res maximas causæ existunt: ideò in secunda fortuna moderatos nos præstare, futurisq; prouidos oportet.

Nunc verò cùm homo quispiam ignoret bonos homines & malos, nónne sui ipsius etiam ignarus erit, bonúsne sit an malus? Annuit. Seipsum ignorare, sapere an desipere est? Desipere. Seipsum itaque nosse, sapere est? Est, inquit. Hoc igitur, vt videtur, & inscriptio quæ in Delphis est, præcipit, prudentiam scilicet & iustitiam colere. Apparet. Hac eadem & rectè cohibere scimus. Annuit. Qua ergo cohibere scimus, ea vtiq; iustitia est: qua verò & nos ipsos, & alios dignoscere possumus, prudentia. Videtur. Eadem igitur iustitia est atq; prudentia. *Plat. in Amat.*

Tũ Socrates: Dic mihi ô Euthydeme, fuistine vnquam apud Delphos? Et bis, inquit, meherclè. Considerasti itaq;, ait, in templo scriptam illam diuinam sententiam: Cognosce teipsum? Ita, inquit. Vtrũ, ait, nihili eam fecisti, an conatus fuisti teipsum qualisnam sis, considerare? Non, inquit, meherclè. Putabam enim bene hoc scire. *Xenophõ lib. 4 de dictis & factis Socratis.*

Est vtiq; summatim deprauatio quædam habitus alicuius cognomento dicta: improbitatis verò vniuersæ genus quoddam est contrà prorsus habens, quàm Delphica præcepta docẽt. Præceptũ hoc, inquis, ô Socrates, Nosce teipsum? Aio. Oppositum huic esset, si fortè præciperetur, Nullo modo teipsum nosce? Esset. *Plat. in Phileb.*

Neque me pudebit fateri aliquid aliud non rectè dixisse, *Plat. in Charm.*

dixisse, potius quàm consentire, vt qui seipsum ignorat, sit temperatus. Fermè namq; hoc ipsum temperantiam esse arbitror, seipsum cognoscere, illiq; assentior qui præceptum hoc templo Apollinis inscripsit. Atqui videtur hæc inscriptio, tãquam Dei quædam salutatio ad homines, quę temperatè nos viuere iubet.

Porphyrius. Qualenam fuit & à quo profectum sacrum illud Pythicum præceptũ, quod Deo supplices futuros cognoscere sese iubet? Neq; enim Deum vt par est culturum, neq; voti compotem fore eum qui ignorantia sui laboret, significare videtur.

Ibidem. Sed forte hæc Apollinis sententia accipienda fuerit, tanquam dicentis σωφρόνει, id est, temperans esto, vel σῶζε τὴν φρόνησιν id est, prudentiam serua. Ita verò nimirum ad animal prudentiæ capax de præcipua causa, qua prudentes efficiuntur, sermocinaretur, seruare seipsum admonens. Quòd si hic sensus sit, rursum cognoscere oportet, quæ sit essentia nostra. Cæterũ cũ homo paruus quidã mundus sit, nihil aliud significari aiunt, quàm philosophiæ incumbendum esse.

Quòd si philosophari liceat, studeamus cognitioni nostri ipsorum, & veram philosophiam assequemur ab agnitione nostri ad vniuersi speculationem ascendendo. Non enim tam philosophiæ causa, vt nos ipsos cognoscamus, Deus præcipit, quàm alicuius maioris gratia, propter quod ipsam quoq; philosophiam assumimus. Incumbimus enim philosophiæ propter sapientię desiderium, & sapientis speculationis amorem.

Porrò studium admonitionis cognoscẽdi seipsum ad veræ beatitudinis consequutionem pertinet, quę circa sapientiam consistit. Speculari igitur & cognoscere iubet Apollo vnumquemque suam verè essentiam, non vt philosophemur, sed vt sapientes effecti beatitudine fruamur. Siquidem sapientiæ proprium est, veræ essentiæ rerũ scientia: per sapientiam autem perfectæ beatitudinis possessio comparatur.

Idem lib. 4 Postquam in hæc loca descendimus, & externum hominem induimus, vnde fallimur, nos id existimantes esse quod sub oculos cadit, maximè conuenit hæc adhortatio ad propriæ facultatis cognitionem. Est autem omni ex parte ignoratio sui mala, siue quis intus suæ dignitatis amplitudinem diuinam in se partem neglectam humiliet, siue humilitatem natura sibi appositam ignorans ob extrinseca extollatur, nesciens omnem naturã mortalem ita se habere prorsus.

Vt puer accumulans multum per litus arenæ,
Vnde sibi fingit pe[illegible]ta, sed omnia statim
Confundit manibus ludens, pedibusq; repulsat.

Quiuis igitur qui per ignorantiam sui, quæ circa se sunt, exto[illegible]t, is plus attribuit naturę, à qua fabricatus est, quàm ipsamet requirat, vt pote ludicra eius facta tanquam magna & grauia demiratus. Ipsa verò natura in cunctis conuenientẽ dignitatis modum tenere videtur, neque cum hominibus supra modum res sui viliores extollentibus decipi.

Sentẽtia hęc, Nosce teipsum, ad omnem existimationem pertinet, quæ de præsenti aliqua facultate concipitur, modumq; cognosci præcipit vbique. Porrò seipsum nosse, mẽtis statum cognoscere est, cùm essentia nostra in mente existat. At si quis dicat, Vndequaq; teipsum nosce, & nos & nostra, & quæ nostrorum sunt, intelliguntur.

Huiusmodi quidem distinctione tam exacta vsus est Plato, qui operæpretiũ ratus est tum sese solum cognoscere ex[illegible] a cætera, & sine circumiacentibus: tum rursus vndequaque se cognoscere, vt & internus immortalis homo cognoscatur, & vmbratilis ille forinsecus non ignoretur: & quæ ad vtrumque pertinent, intelligantur. Ad interiorem enim pertinet perfectissima mens, in qua id existit, quod hominem appellamus, cuius vnusquisque nostrum vmbra duntaxat & imago est. Ad extremum verò simulachrum pertinent illa, quæ circa corpus sunt, ac possessiones, quorum etiam facultates scire debemus, & quatenus vtriusque cura sit habenda, ne pretium dignitatemq; partis immortalis, corruptibili ac terrenæ tribuentes, aliàs ridiculam ipsam faciamus, aliàs lachrymatione dignam, dum in hac stolidæ vitæ comœdo tragœdia detinetur: neque rursus mortalis partis vilitatem applicantes immortali, miserabiles simus, iniustique per omnia propter ignorantiam quæ debita cuiusq; dignitas existat.

Cognatio virtutis.

Antisthenes dicebat virum iustum pluris faciendũ esse quàm cognatum. Arctiora enim sunt vincula virtutis, quàm sanguinis. Et omnis bonus, bono proximus, cognatus est: propter animorũ similitudinem.

Cognati.

Qui reiectis cognatis, peregrinos asciscit amicos, perinde facit ac si quis amputato pede carneo, ligneum pedem addat.

Cogitatio.

Vt cochleæ lentè ingrediuntur, nec quicquam attingunt, aut vsquam sese mouent, nisi cornibus prætentarint: ita sapientem oportet esse cogitabundum, minimeq; præcipitem, & pedetentim aggredi, gustu quodam prius sumpto.

Coitus moderatus.

Lycurgus, quodam admirante, cur vetuisset sponsum cum sponsa simul dormire, sed statuisset vt vterque cum suis æqualibus maximam diei partem versaretur, cumq; his totas noctes quiescere, cum sponsa vero furtim ac verecundè congrederetur: Primũ, inquit, vt corporibus essent validi, si non vterentur congressu ad satietatem: dein, vt illis amor semper mutuus permaneret vigens ac recens: denique, vt fœtus ederent robustiores.

Color optimus.

Pythias Aristotelis philosophi filia interrogata, quis color esset pulcherrimus, respondit, Qui per verecundiam ingenuis oboritur.

Coluntur vites, non ingenia.

Haud vnquam vites vllem fructum proferũt, quæ non bene excultę sunt: nec vnquam pulchri fient equi, pullorum educatione neglecta. Nam alimenta quæ in tenera ætate vsurpantur, maximè *Hippodamus Pythagoreus.*

similia

ſimilia ſunt corpori à quo contingunmr, & cui accedunt. Verùm de vinbus quidem quo pacto putari & curari debeat, ſtudium eſt hominibus: ingeniorum verò cultus negligenter & temerè tractatur.

Colligere cupienti, eſt ei ſerendum.

Cic. [illegible] Eſt liberale officium, ſerere beneficium, vt metere poſsis fructum.

DE COMITATE.

Optimo iure laudibus extollitur Traiani illa vox, qui amicis incuſantibus quòd parum memor maieſtatis imperatoriæ, nimium eſſet omnibus expoſitus, reſpondit, Talem pręſtabo imperatorem priuatis, qualem optarem priuatus.

Telecrus fratri ſuo querenti, quòd ciues erga ſe nō perinde afficerentur atque erga illum, ſed inhumanius tractarent, quòd nondum ab illis eſſet Ephorus creatus: Tu, inquit, iniuriam ferre neſcis, ego ſcio. Significans ei, qui fauentibus ciuibus vti velit, ad multas iniurias eſſe conuiuendum.

Aeſchines cùm de numero diſcipulorum Socratis ambiret eſſe, & verecundè paupertatem ſuam excuſaret, ac moleſtè ferret quòd ſibi nihil eſſet quod daret præter ſeipſum: An non intelligis, inquit Socrates, quàm magnum munus mihi dederis, niſi fortè teipſum paruo æſtimas?

Commiſeratio in malis.

Quidam deciderat in puteū profundū. Eum quum vidiſſet quiſpiam, commiſerans hominem, dixit, Heus miſer, quomodo in puteū decidiſti? Tum ille, Quid refert quomodo inciderim? hoc potius agendum, quomodo hinc poſsim educi.

Commodandum non eſt ſemper ei qui commodarit.

Ariſt. cap. 2. Eth. lib. 9 Neque enim ſemper ei commodandum eſt viciſſim, qui commodarit. Nam & hic ſuam ob cauſam bono viro commodauit, & ille nihil emolumenti ſe ab improbo ſperauit eſſe capturum. Incidunt enim huiuſmodi tempora, cùm beneficium, quo prouocati ſumus, reddendum non eſt: vt ſi quis ſciens, in bonum virum beneficiū contulerit, & in hunc quem improbum eſſe exiſtimet, extabit remuneratio.

Commendandus qualis ſit videndum.

Horat. epiſt. 18 Qualem commendes, etiam atque etiam aſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri.
Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; iocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſsi.

COMMVNITAS.

Communia natura ſunt omnia.

Vir. lib. 2. Geor. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, &c.
Hor. Sat. 2. li. 2 Nam propriæ telluris herum natura neq; illum,
Nec me, nec quenquam ſtatuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris:
Poſtremum expellet certè viuacior hæres.

Communia erant omnia quondam.

Hoc quidem reor Sene. in Hippo.
Vixiſſe ritu, prima quos miſtos dies
Profudit: nulla his auri fuit
Cæca cupido, nullos in campo ſacer
Dimiſit agros arbiter populis lapis.
Nondum ſecabant credulæ pontum rates.

Commune quod eſt aliquorum, eos omne coniungit.

Et quoniam nati liberi vinculum quoddam videntur, idcircò qui liberis carent, facilius diſſnciantur. Nam liberi commune vtriuſque bonum eſt: & quod commune eſt aliquorum, omne eos coniungit & continet. Ariſt. li. 8. cap. 12. Ethic.

Lycurgus, quum ſtatuiſſet luxum & delicias inuadere, diuitiarumq; admirationem tollere, conuiuia publica inſtituit. Percontanti verò cur ea conſtituiſſet, ſic vt in ſingulis cōuiuijs pauci cum armis diſcumberent, Vt, inquit, expediti ſint ad parendum imperatis, & ſi quid tumultus inciderit, penes paucos ſit delictum, ſitq; inter omnes potus ac cibi æqua portio.

Lacones non ſolùm parentes ſuos reuerebantur, hiſq; dicto audiētes erant, ſed omnes ſeniores, tum de via cedentes, tum è ſedibus aſſurgentes. Nec tantùm in proprios, vt tùm in amicorum ac vicinorum liberos ac ſeruos atque etiam poſſeſsiones, perinde ius habebant atq; in ſua propria. Sic quantum valeret communitas intellexere, non adacta, ſed ex mutua beneuolentia proficiſcens.

Commodum magno emptum.

Vale charum lumen. De vetula quadam meretrice, quæ lucernam extinxit, ne rugæ à mœcho deprehenderentur.

Commodum interuerſum.

Alij ſementem faciunt, alij metunt.
Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὤναντο, id eſt, Alij laborarunt, alij perceperunt emolumentum.
Quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, id indignum eſſe dicere. Fabius apud Liuium lib. 10. ab vrbe cōdita.
Atque metunt ventrem in proprium ſudorem alienum. Heſiodus in Theogonia de fucis.
Antè tibi exhauſtos alij ne trade labores. Theognis.
Ego aptos occido, ſed alter fruitur pulpamento. Diocletianus.

Mazam pinſuit à me piſtam.

De his qui ſibi alienæ induſtriæ laudem vindicant, & magnam gloriam alieno labore partam verbis in ſe tranſmouent. Gnato Terent.

Cumq; ipſe pridem pinſuerim mazam in Pylo Ariſtophanes in Equitibus.
Laconicam, iſte accurrit aſtutiſsimè,
Raptamq; mox appoſuit, quam ego pinſui:
At ſubmouet nos.
Subrepta maza quam pinſueram. vbi quis alienis fruitur laboribus.

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores. Virgil.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis vellera fertis oues.
Sic vos non vobis fertis aratra boues.
Sic vos non vobis nidificatis aues.

Palmo

Palmam ferre.

Plut. 8. Symp. Nam palmæ lignum, si superimposito pondere grauiter premas, haud deflectitur deorsum, sed in contrariũ curuatur, perinde quasi resistens oneri vim facienti. Hoc ipsum accidit sanè & in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatem animi & molliciem cedunt illis, eos premendo deflectunt. At qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modò corporis robore, verumetiam animi prudentia prouehuntur.

Plinius lib. 16. cap. 42. Pondus sustinere validæ possunt abies, larix, etiam in transuersum positæ. Robur, olea incuruantur, ceduntq; ponderi: illæ renituntur: nec temerè rumpũtur, priusq; cariæ quàm viribus deficiunt. Et palma arborum valida, in diuersum curuatur.

Virgil. Tu ne cede malis: sed contrà audentior ito
Quàm tua te fortuna sinet.

Horat. Duris vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes, animumq; ferro.
Non hydra secto corpore firmior,
Vinci dolentem creuit in Herculem,
Monstrúmve summisere Colchi
Maius, Echioniæ've Thebæ.
Merses profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude victorem, geretq;
Prælia coniugibus loquenda.

Concessis abuti.

Diogenes aliquando Platoni occurrit caricas edẽs, eiq; offerẽs dixit, Licet esse participem. Cùm acceptas edisset, Participem, inquit, esse dixi, non deuorare. In eos torquetur, qui principis, præceptoris, aut parentum permissu abutuntur ad inconcessa.

DE CONCORDIA.

Pytho rhetor Byzantius quum esset supra modum obeso corpore, prodissetq; in concionem suasurus concordiam Byzantijs seditione ciuili tumultuantibus, statim populi risus obortus est ex ipso corporis habitu. At ille, Quid ridetis, ciues? Quum tale corpus habeã, vxorem habeo multo me obesiorem: & tamen concordes quoduis grabbatulum capit ambos, discordes ne tota quidem domus. Sic concordiam persuasit.

Antisthenes fratrum inter se concordiam dicebat quouis muro firmius munimentum.

Lacedæmonijs periclitantibus, ac de ciuitate mœnibus cingenda consultantibus, dixit, Scutum hæsit scuto, galeæ galea, atque viro vir. Sic mihi state Lacedæmonij, & muris cincti sumus.

Scilurus Scytha, octogiota filios habens, moriturus, singulis telorũ fasciculum porrexit, & rumpere iussit. Id quum non possent perficere, singula iacula exemit, & ita omnia facilè fregit. Filios sic admonens: Si concordes eritis, validi, inuictique manebitis: contrà si dissidijs distrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles.

Plut. in Moral. Vt in corpore ex humidi, frigidi, calidi, & sicci temperatura optima fit constitutio: sic ex fratrũ concordia maximè floret genus.

Idem. Vt singula hastilia facilè frangas, coniuncta non possis: ita dissidentes facilè superantur, concordes haud facilè.

Silius Italicus 9. lib. bel. Pu. Velle ac nolle ambobus idem, sociataq; læto
Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus.

Claudian. Sel. Este pares, & ob hoc concordes viuite: nam vos
Et decor, & cantus, & amor sociauit, & ætas.

Claud. Viuite concordes, & nostrum discite munus.

Concordia maritalis.

Ouid. lib. 8. Met. Sed pia Baucis anus, parilíq; ætate Philemon
Illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Consenuere casa, paupertatemq; ferendo
Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic, famulósve requiras.
Tota domus duo sunt: ijdem parentq;, iubentq;.

Pub. Mim. Discordia fit charior concordia:
Auxilia humilia, firma consensus facit.

Discordia.

Iuuen. Sat. 15. Inter finitimos vetus, atq; antiqua simultas,
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus.

Aristot. lib. 9. cap. 6 Ethic. Concordia ad amicitiam pertinere videtur. Itaque non est idem quod consensus: quandoquidem in ijs etiam, quorum alter alteri ignotus sit, hic inesse potest. Nec concordes aiunt eos esse, qui de quauis re idem sentiunt, vt eos qui de rebus cœlestibus: quippe cùm idem & vnum de ijs rebus sentire, non pertineat ad amicitiam.

Ibidem. Ciuitates in concordia tum esse dicuntur, cùm de commodis & vtilitatibus vnum idemq; sentiunt & sequũtur, quodq; publicè placuerit, exequuntur. Ergo in gerendis rebus ijs quæ graues ac magnæ sunt, quæq; adesse possunt vel vtrisq;, vel omnibus, concordia consistit.

Ibidem. Ciuitates cõcordes sunt, cùm placet omnibus magistratus esse deligendos: at verò cùm seipsum vterq; voluerit deligi, tum seditio nascitur. Non enim vnum idemq; intelligere duos, quale id cumq; sit, cõcordare est, sed idem de eadem re: vt cùm populus & optimates volunt optimos præesse Reipub. sic enim omnes quod volunt, consequuntur, ciuiumq; inter ipsos amicitia, concordia videtur. Est enim in cõmodis & vtilitatibus, ij sq; omnibus quæ ad vitæ vsum pertinent. qualis bonis inter bonos concordia est. Ij enim ijsdem de rebus vnum idemq;, & ipsi secum & cum alijs sentiunt, præsertim cùm eorum stent sententiæ, & voluptates non more Euripi refluant.

Ibidem. Improbi nisi ad breue & exiguum tempus concordes esse non possunt: sicut amici esse solent, cùm in emolumentis sua augendi cupiditate inflammari sint: ijs autem in rebus, quæ laborem sumptusq; desiderant, ab officio deficiant.

Concordia Paræmia.

Velut in cratere Philotesio,
Cùm significamus turbulẽta sedari, & inimicos in gratiam redigi. Crater autem Philotesius dicitur, quem in conuiuijs porrigunt, alijs alij, ceu amicitiæ symbolum ac pignus.

Ἀδελφίζειν dicuntur, qui verbis adoptiuis alicui blandiuntur.

Horat. in Epi. Frater, pater, adde.

Vt cuiq; eſt ætas, ita quemq; facetus adopta.

Alibi. Pater audiſti coràm, nec verbo parcius abſens.

Plautus. Dic verum patrem an matrem te reſalutem Pſeudole?

Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ.

Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.

Ouidius. Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

Et quæ non lædunt ſingula, multa nocent.

Hom. Odyſſ. γ de Neſtore & Vlyſſe. Haud vnquam neq; concio nos, neq; curia dictis
Audiuit pugnare, animo ſed ſemper eodem,
Et ſentire eadem, atq; eadem decernere vidit.

In idem conſpirare.

Plat. 4. de Leg. Cæterùm conſpirare, ac velut equitum iugum, ſingulos in idē, vt dici ſolet, coaleſcere, multo eget tempore, eſtq; perdifficile.

Mutua defenſio tutiſsima.

Hom. Iliad. ε Multo turba minor perijt, quòd in agmine ſemper
Mutuam operam ſibi ferre, malumq; arcere ſtudebant.

Homer. Iliad. ν Haſtas denſabant haſtis, vmbone frequenti
Vmbonem, clypeum clypeus fulcibat inhærens,
Inq; vicem galeæ galeas texere, virum vir.

Idem alibi. Sed illos
Defendit numerus, iunctæque vmbone phalanges.

Teren. in Phor. Tradunt operas mutuas.

Horat. de duobus fratribus. Frater erat Romæ, conſulti rhetor, vt alter
Alterius ſermone meros audiret honores,
Gracchus vt hic illi foret, hic vt Mutius illi.

Plaut. in Capt. Vna res,
Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearij.

DE CONFESSIONE.

Confeßio, peccati veniam impetrat.

Ouid. lib. 11. Metamorph. Mite Deûm numen Bacchus, peccaſſe fatentem
Reſtituit, factiq; fide data munera ſoluit.

10. Metam. Numen confeſsis aliquod patet.

Confeßionis impedimenta.

Teren. in Adel. Nunc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atq; huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil adferant,
Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non poteſt:
Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.
Hoccine ſeculum? ô ſcelera, ô genera ſacrilega.

Confeſſa peccata remittenda ſunt.

Hora. Sat. 3. lib. 1. Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum,
Poſtulat: ignoſcet verrucis illius: æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus.

Clau. in Epigr. ſeu ſuſceptionem. En adſum, & veniam confeſſus crimina poſco:
Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles:
Victrices furias matris placauit Oreſtes.
Reddidit Alcides Priamo quas ceperat arces:
Pelleum iuuenem regum flexêre ruinæ.
Darium famulis manibus doluiſſe peremptum
Fertur, & ingenti ſolatus fata ſepulchro,
Tradita captiuo ſpatioſior India Poro.
Conditor hic patriæ, ſic hoſtibus ille pepercit.
Hunc virtus tua digna ſequi.

DE CONFORTATIONE.

Quid dubitas, & tuta times? accede, rogaq;. *Oui. lib. 2. Triſt.*
Cæſare nil ingens mitius orbis habet.

Aude anime, tenta, perage mandatum tuum: *Seneca in Hip.*
Intrepida conſtent verba. qui timidè rogat,
Docet negare.

CONGRESSVS VIRI ET VXORIS.

Quodnam opus venereum decentius appellabimus, quàm mariti & vxoris congreſſum? *Muſonius.*

Congenitum eſt homini peccare.

Deſiderandum quidem eſt animam, quoad eius fieri poteſt, à vitijs eſſe puram: interim tamē cogitabis homini congenitum eſſe peccare. *Sopater.*

CONIECTVRA.

Perinde vt eſt opinio de cuiuſq; moribus, ita quid ab eo factum ſit & non factum, exiſtimari poteſt. *Cic. pro Cluēt.*

De futuris rebus etſi difficile eſt dicere, tamen interdum poſsis coniectura propius accedere, cùm res eſt eiuſmodi, cuius exitus poteſt præuideri. *Cic. Torquato. 6 famil.*

Artibus ipſis ſi in dicendo non vtimur, tamen apparet atq; extat vtrum ſimus earum rerū rudes, an didicerimus. *2. de Orat.*

Facilè in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros, bene conſulentes Reipub. contulerunt: quibuſcum ſi frequentes ſint, opinionem afferunt populo eorum fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum. *2. Offic.*

Nec verò recta coniectura eſſe poteſt, quoniam coniectura rectè colligitur & celeriter & ſine ratione. *Ariſt. 6. cap 9. Ethic.*

Coniectura Parœmiæ.

Vanæ coniecturæ.

In eos qui de euentu negotij ſolent augurari.

Aſt permulta auium verſatur in æthere turba, *Homer. Odyſſ. β*
Quarum non quæuis portendere idonea fatum.

Leonem ex vnguibus æſtimare.

Ex vnguibus æſtimare leonem, eſt ex vna quapiam coniectura vniuerſa perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere.

Non Alcæi more leonem ex vnguibus depingentes. *Plutarchus de Defectu oraculo.*

Animi imago re vera eſt oratio: proinde cognouimus te ex literis, non aliter quàm leonem, vt aiunt, ex vnguibus. *Baſilius magnus ad Maximum philoſophum.*

E fimbria de texto iudico.

Ex vno aliquo puſillo reliquorum facio coniecturam. Tranſlatum à negotiatoribus, qui inſpecta texti margine, de vniuerſo iudicant.

De guſtu cognoſco.

Ad eum guſtum tibi reliqua promitto. *Plinius.*

Et guſtum tibi dare volui. *Seneca.*

Aethiopem ex vultu iudico.

Præfert quiſq; aliquo ſigno, cuiuſmodi ſit moribus.

Aeth

Nigrore vultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore patriam suam præ se fert Aethiops.

Ex fructu arborem cognosco.

E fœtu arborem cognosco: è factis hominem iudico.

De facie nosse.

Leuiter cognitum habere, de facie nosse dicitur,

Cic. in Pisoně. Habet hoc ipsa virtus, quam tu ne de facie quidem nosti.

Ex fronte perspicere.

Cic. ad Antoniū. Non enim solùm ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, vt aiunt, meum erga te amorē perspicere potuisses.

Cic. ad Q. fratrē de petitione cō solatus. Cura, vt aditus ad te diurni atq; nocturni pateant, neque foribus solùm ædium tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi ianua. Quæ si significat voluntatem abditam esse ac retrusam, parui refert patere ostium.

Aristophanes in Equitibus. Nobis vt ipsis frontibus faciant palàm,
An nostra dicta ac facta læti comprobent.

Ex habitu bonum virum præ se fert.

Cic. in Verr. lib. 3 Is erat Apronius, qui vt ipse nnn solùm vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum turpitudinumq; omnium.

Homer Odyss. primo. Ex specie minimè improbus ipse
Esse videbatur.

Ex stipula cognoscere.

Odyss. ξ Attamen inspecta stipula te suspicor illud
Conijcere.

Arist. in Rhet. Etenim cùm senectam dixit culmum, senem meritò ostendit: nam vtriq; defloruerunt.

Aristophanes in Vespis. Verum è reliquijs robur horum colligi
Iuuenile oportet.

E culmo spicam conijcere.

Eustathius Odyss. ξ Ex culmo perspicitur spica demessa.

E cantu dignoscitur auis.

Qualis vir, talis oratio.
Vt è plumis auis, sic ex vitæ cultu ingeniū hominis.

Effœminatorum oratio effœminata.

Eiusdem. Inertibus viris iners oratio.
Vt quisq; est, ita loquitur.
Fatuus stulta loquitur.

Stellis signare.

Eustathius 3. Odyss. Hic Iouis altrices Helice, Cynosuraq; fulgent.
Dat Graijs Helice cursus maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit: sed candida tota,
Et liquido splendore Helice, nitet haud prius vlla,
Cùm sol Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat cœlo septem qua Cresia flammis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor;
Quippe breuis totam fido se cardine vertit,
Sidoniamq; ratem nunquam spectata fefellit.

Ouid 4. Trist. Magna minorq; feræ, quarum regis altera Graias
Altera Sidonias, vtraq; sicca rates.

Virg. 5. Aenei. Talia dicta dabat, clauumq; affixus, & hærens,
Nunquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat.

Idem alibi. Cuncta notat tacito labentia sydera cœlo.

Hom. Odyss. 5 Ille quidē nauim arte regens, clauo assidet hærens,
Nec sinit illapso torpescere lumina somno,
Pleiadas, seroq; reco ndentem ora Booten
Suspectans, Vrsamq; alio cognomine Plaustrum,
Quæ fixa vsq; loco se circumflectit eodem,
Et nunquam Oceani liquidis aspergitur vndis.

Cic. Attico. Totum hunc locum, quem in Aristocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, nosti illas ληκύθους, valde grauiter pertexuit.

Cic. ad Attic. 16 Quæ mihi florentia visa sunt tuo iudicio. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cic. ad Dolabel. Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum. Alter Aristarchus bos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus annquus iudicaturus sum.

Cic. 4. Academicarū quæst. Nec tamen ego is sum, qui nihil vnquam falsi approbem, qui nūquam assentiar, qui nihil opiner. Sed quærimus de sapiente. Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram, sed ad Helicen & clarissimos Septētriones, id est, rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas.

Vna hirundo non facit ver.

Arist. 1. Moral. Aristophanes in Auibus. Sophocles in Antigona. Ver enim nec vna hirundo facit, nec vnus dies.
Multa videtur habere opus hirundine.
Namq; vnius quæ sit viri, haud est ciuitas.

Ex vno omnia specta.

Virgil. Et crimine ab vno
Disce omnes.

Domi coniecturam facere.

Plau. in Cistell. Hanc ego de me coniecturam domi facio: hoc est, meo experimento comperio.

Seneca de Beneficijs lib. 5 Domi, quod aiunt, versura fit, & velut lusorium nomen statim transit.

Prima facie, prima fronte.

Celsus lib. 22. tit. de probat. Prima frōte æquius videtur, vt petitor probet quod intendit,

Papinia. lib. 12 Cessare condictio prima facie videtur.

Idem. Cùm prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipiat.

Cribro diuinare.

Lucianus in Pseudomante. Theocritus in Idyllio 3 Cribro, quod aiunt, vaticinans.
Cribro vancinans, verum mihi dixit Agrœo.

Omnibus vestigijs inquirere.

Cic. 4. Actione in Verrem. Ex istis etiam tu retibus effugere te posse confidis? Quum te nos non opinione dubia, sed tuis vestigijs persequamur, quæ tu in tabulis publicis ac recentia reliquisti.

Ibidem. Vt omnes mortales istius auaritiæ nō iam vestigia, sed ipsa cubilia videre posśint.

Actione 6 Illos ego accusatores puto fuisse, qui huiusmodi hominum furta odore, aut aliscubi leuiter presso vestigio persequebantur. Nam nos quidē quod facimus in Verre, quem in luto volutatū totius corporis vestigijs inuenimus.

Ibidem. Cluentij nummus iudici datus nullo vestigio reperitur.

In Pisonem. An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragesq; prouinciæ? quas quidem nos non vestigijs odorátes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.

Qui bene conjciet, hunc vatem perhibeto.

Cic. de Diuinat. Qui bene cõijciet, vatem hunc perhibeto optimũ.
Plutarchus. Bene coniectans, quẽ optimũ vatẽ appellauit prouerbiũ.
Theocritus. Nemo
Somnia coniectat melius, quàm mente magistra
Qui regitur.

Arist. Moral. 9 Prudenium & sapientum hominum celer est diuinatio, & borum tantùm.

Certum prospicio.

Homer. Odyss. 8 Nam neq; inexpertus iam diuinauero, verùm
Egregiè callens.
Quanquam non dixeris, tamen apparet ex pelle.
Rem acu tetigisti.
Scopum attigisti.
Lucianus 5 hic yamenoppa. Tuaq; coniectura haud procul abest à scopo.
Proximè iaculans ad scopum musarum.
Pindarus in Nemeis hymno 9 Spero quòd magna pollicitus scopum attingam.

DE CONIVGIO.

Coniugium par.

Pittacus Mytilenęus dicere solebat, Aequalem ducito: quum ipse domi haberet opulentiorem, ac proinde morosam & imperiosam.

Antisthenes adolescenti consulẽti cuiusmodi vxorem ducere expediret, Si formosam duxeris, inquit, habebis communẽ: sin deformem, habebis pœnã. Suadẽs itaq; media & stata forma ducẽdã.

Antisthenes sapienti vxorem ducendam esse censebat, etsi id permulti improbarent: sed non voluptatis, imò liberorũ gratia: debetur enim hoc naturæ & patriæ. Cum optima indole præditis congrediendũ est, vt ex bonis nascantur boni.

Coniugalis vita deligenda.

Hierocles in lib. de Nuptijs. Coniugalem vitam deligendam esse viro sapienti certissimum est: sine vxore autem, non nisi aliqua circunstantia aut casus ita suaserit. Quandoquidem igitur, vbicunq; licet, prudentem virum imitari oportet, prudenti autem nuptiæ ceu bonum proponuntur, nimirum & nobis conuenient, nisi quid impedimenti prohibeat.

Idem. Insuper & pulchram existimo esse coniugalem vitam. Nam quod aliud huiusmodi ornamentum domus esse potest, quale per mariti & vxoris cõsortiũ efficitur? Nõ sanè pretiosa ædificia, & sublimes muri, & fornices ornati lapidibus, quos pleriq; ob ignorantiã virtutis admirantur, neq; pictura, nec aliud quippiam ex illis quę vulgus stupet, ornamentum est domus.

Narratur illud Catonis dictũ, Si sine vxoribus mũdus esse posset, vita nostra non esset absq; dijs. Sentiens fœlicissimam vitam hominum fore, si datum esset à coniugio liberos viuere. Sed, vt idẽ ait, cum illis incommodè viuitur, & sine illis omninò non viuitur, vt meritò dici possit vxor malum necessarium.

Sed viri & mulieris coniugium, qui mutuò copulantur, & sacri sunt dijs nuptialibus, natalitijs, laribus, & inter se consentiunt, nihilq; non commune habent vsque ad corpora, imò animas ipsas, qui domui & famulis decenter præsunt, liberos alunt, & instituunt: deniq; eorum quæ ad vitam necessaria sunt, curam gerunt, neq; anxiè, neque negligenter, sed moderatam, & vt par est: tale, inquam, coniugium ædes exornat.

Coniugati sunt sibi inuicem manus, pedes & oculi.

Quemadmodum enim si quis vnam habens manum, alicunde & alteram adipiscatur: aut vnico pede vtens, etiam alterum aliunde acquirat: facilius multò aliquid apprehendere, aut quò libuerit, ire potest: ita qui vxorem duxit, facilius fruetur salubribus & vtilibus vitæ commoditatibus. Nam coniuges pro duobus oculis quaternos habent, & pro duabus manibus totidem alias, quibus vnà iunctis facilius agent opus. Proinde fessis alteris, reliquæ suum officiũ præstabunt. Coniugium igitur, quod vnius membri vice ex geminis coalescit, fœlicius omnia administrare in vita poterit. Quapropter qui vxoris introitum degrauare vitam, & difficilem ad agẽdum reddere existimauerit, haud aliter efficitur, quàm qui plures pedes assumere prohibuerit, vt simul tum itineris conficiendum fuerit, non attrahendi sint plures: aut qui plures habentem pedes accusauerit. *Antipater.*

Coniugum omnia communia.

Romanorum legumlator munera vicissim dare & capere coniuges vetuit, non quidem ne rei cuiusquam participes forent, verùm vt omnia cõmunia esse existimarent. *Plut. in praeceptis Nuptialibus.*

Est homo ad coniugiũ natus magis quàm ad ciuilẽ societatem: quo prior est domus magisq; necessaria, quàm ciuitas, & quo est animãtibus procreatio communior. Ac bestiæ quidem hoc vnũ spectant & sequuntur, homines autem non procreandi modò causa vnam in domum conueniunt, sed eorum etiam parandorum, quę ad vitæ vsum pertinent. *Arist. li. 8. Eth, cap. 12*

Coniugij vinculum sunt liberi: idcircò qui liberis carent, facilius dissociantur. Nam & liberi commune vtriusq; bonum est, & quod cõmune est aliquorũ, omne eos coniungit & continet. *Ibidem.*

Coniugium tranquillum.

Alphonsus Aragonum rex dicere solebat, Ita demum matrimonium tranquillum exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor verò cæca. Innuens fœmineũ genus obnoxium esse zelotypiæ, rursum maritis permolestam esse garrulitatem.

CONSCIENTIA.

Diphilus. Quisquis enim ipse non seipsum veretur,
Conscium sibi, quòd mala commiserit,
Quomodo apud nescientem pudefiet?
Imprimis autem reuerere teipsum.
Pythagoras. Qui aliquid sibi cõscius est, etiam si fuerit audacissimus,
Consciẽtia tamen facit ipsum timidissimũ.
Sophocles. Siquis in furto palàm deprehendatur,
Illum tacere necessum est, licet eloquentissimum.
Euripides. O miser Orestes, quid morbi te perdit?
OREST. Conscientia: sum enim mihi conscius de malis perpetratis.
Sophocles. Magna profectò res est, si quis de innocentia sua
Sibi conscius sit,
Antiphon Conscium esse sibi in vita sua
Nullius criminis, multum voluptatis parit.
Pythagoras. Vir iniquus plus mali patitur afflictus conscientia,

quàm ille qui in corpore castigatur, & flagris cæditur.

Isocrates. Nunquam sperare debes, si quid turpe feceris, te la titurum. Quamuis enim lateas alios, tute tamen tibi conscius eris.

Nihil celandum est protsus illorum, quæ quis possider, aut facit, aut facturus est. Siquidem circa res latentes necessariò multum timoris & metus contingit.

Bias. Bias interrogatus quænam res in vita metu careret, Buna conscientia, respondit.

Periander. Periander interrogatus quid esset libertas, Recta conscientia, dixit.

Socrates. Socrates rogatus quinam tranquillè viuerent: Illi, inquit, qui nullius absurditatis sibi coosc*ij* sunt.

Diogenes. Quis enim minimè timidus, animosus autē maximè fuerit, quàm ille, qui oullius mali sibi conscius est?

Plut. de Anima Non est omninò dicere, Viuus boc non patiat. Ne sit sanè. At est dicere, Viuus boc noo faciam: non mētiar, non versutia circunscribēdis hominibus vtar, noo interuertā, non insidiosè caprabo. Hoc etiim cū in nobis sit positum, maximum iam est adminiculū erigeotibus sese ad animi securitatē: quomodo vice versa, facinorosa conscientia, iostar vlceris in corpore pœnitentiā relinquit io anima lancioantem iugiter ac peruellentē. Nam cùm alias omnes tristitias tollere ratio solita sit, solam bæc eadem pœnitentiam facit sua sponte incitabilem præ pudore, quasiq; mordicus impetentem sese atq; excarnificantem. Quemadmodum porrò qui rigente febre perfrigescunt, aut æstuante exuruntur, acrius infestiusq; afficiūtur, quàm qui æstu rigoréve exterius hæc eadem patiuotur: sic obtusiores tristitias habēt fortuita & temeraria, vt pote aduētitias, Nemo mihi alius propter me inculpandus est. Quòd sceleribus perpetratis succlamari flebiliter solet, graue suapre natura vulnus, grauius etiam facit, atque altius adigit.

Val. Flac. lib. Stabilem quando optima facta
Dant animum, maiorq; pijs audacia cœptis.

Bias apud Ausonium. Semper cauere, boc dictum sapientissimum est,
Ne consc*ij* sint ipsi malefic*ij* sui.
Quænam summa boni? mens quæ sibi cōscia recti.

Iuuen. Sat 13 Nihil est miserius, quàm animus homiois cōscius.

Iuuen. Sat. 13 Has patitur pœnas peccandi sola voluntas:
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet, cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo.

Oui. lib. 2. Amo. Multa miser timeo, quia feci multa proteruè,
Exempliq; metu torqueor ipse mei.

Cic. 3 de Nat. Deorum. Conscientia graue poodus.
Nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

2. Tuscul. Conscientiam à dijs immortalibus accepimus, quę à nobis auelli non potest.

Pro Cluent. Si optimorum consiliorum atq; factorum testis in omni vita nobis conscientia fuerit, sine vllo metu summa cum bonestate viuemus.

Cic. Torquato. familia Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio est rerum incommodarum.

Marlo famil. 7 Vacare culpa maximum solatium est.

Bruto. Nihil est melius quàm memoria rectè factorum, & libertate contentum negligere humana.

Conscientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio, iucundissima est. *Cato maior.*

Magna est vis conscientiæ in vtramq; partē, vt neq; timeant, qui nibil commiserint, & pœnam semper aote oculos versari putent qui peccarint. *Pro Milone.*

Ego semper hac opiniooe tractus sui, vt eū qui nihil cōmiserit, sibi nullam pœnā timere existimarē. *In Vatinium.*

Chilo Lacedæmonius, vnus septem sapiētum, iam grandæuus dicebat se sibi nullius facti cōscium esse, cuius pœniteret, vno excepto, quòd quum esset ascitus arbiter vt inter duos amicos finiret cōtrouersiam, nec quicquam vellet aduersus leges facere, persuasit alteri amico vt ad alios deferret arbitriū. Hoc pacto & legē seruauit & amicū.

Conscientia bona aneus est bomini murus.

At pueri ludentes, rex eris, aiunt, *Hor. lib. 1. epist. ad Mecænatē.*
Si rectè facies. Hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Conscia mens recti famæ meodacia ridet. *Oui. 4. Fastorū.*
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Qui oon deliquit, decet *Plau. 1 Amph.*
Audacē esse, & cōfidēter pro se & proteruè loqui.

Conscia mens vt cuiq; sua est, ita concipit intra *Oui. 1. Fastorū.*
Pectora, pro facto spemq; metumq; suo.

Conscientia stimulus nocentem assidue rodit.

Estur vt occulta vitiata putredine nauis, *Oui. lib. 1. de Pōt.*
Aequoreos scopulos vt cauat voda salis:
Roditur vt scabra positum rubigioe ferrum,
Conditus vt tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
Fine quibus nullo conficiantur, habent.
Nec prius hi mentem stimuli, quàm vita relinquēt:
Quiq; dolet, citius quàm dolor ipse, cadet.

Exemplo quodcumq; malo committitur, ipsi *Iuuenal. Sat. 13*
Displicet autori: prima hæc est vltio, quòd se
Iudice nemo noceos absoluitur, improba quāuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.
Quid seotire putas omnes Caluine recenti
De scelere, & fidei violatæ crimine?
Nullane periuri capitis, fraudisq; oepbandæ *Ibidem.*
Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena
Protinus & oostro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio.

Cur tamen hos tu *Ibidem.*
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens babet attonitos? & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemeos, ac multo sæuior illis,
Quas & Sedinius grauis inuenit & Rhadamāthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Omnes in Cæsare manes: *Lucanus lib. 7. belli Ciuil.*
Hunc omnes gladij, quos aut Pharsalia vidit,
Aut vltrix visura dies stringente senatu,
Illa nocte premunt: bunc infera monstra flagellāt.
Heu quantum misero pœnæ mens conscia donat!

Quid pœna præsens, consciæ mentis pauor, *Seneca in Hip.*
Animusq; culpa plenus, & semet timens?
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.

At boc me facinus miserum macerat, *Plau. in Milit.*
Meumq; cor, corpusq; cruciat.

Vix sum apud me, ita animus commotus est metu. *Terēt. in Andr.*

Inuigilaot animo, scelerisq; parati *Statius lib. 3*
Supplicia exercent curæ. Tunc plurima versat

Pessimus

Pessimus in dubijs timor.

Plau. in Most. Nihil est miserius, quàm animus hominis cōscius.

Iuben. satyr. Conscientia mille testes.

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu.

Conscientia verberat animum.

Iuuenal. Et surdo verbere cædit.

CONSILIVM.

Consilium & prudentia, armis & rebus bellicis præferantur.

Cic. 1. Offic. Minuenda est horum opinio, qui arbitrantur res bellicas maiores esse quàm vrbanas: quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen quàm Solonis illustrius, citeturq; Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur cōsilio Solonis, ei quo primū cōstituit Areopagitas: nō minus præclarū hoc, quàm illud iudicādū est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati.

1. Offic. Non minorem vtilitatē adferunt qui Reipub. præsunt, quàm qui bellum gerunt: itaq; eorum consilio sæpe, aut suscepta, aut confecta bella sunt. Quare expetenda magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo: temerè enim in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam est, & belluarum simile.

Pro Cæcin. Considerati hominis est iure decertare, armis non contendere.

1. Offic. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

1. Offic. Parui sunt foris arma, nisi sit consilium domi.

Cato maior. Non viribus aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio & authoritate & sapientia.

Cato maior. Maximæ Respub. per adolescentulos labefactatæ, à senibus sustentatę & restitutæ sunt. Cùm enim ad gubernacula Reipub. temerarij atq; audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.

Cato maior. Dux ille gratiæ nunquā optat, vt Aiacis similes decem habeat, sed vt Nestoris: quod si acciderit, non dubitat quin Troia breui sit peritura.

Pro Muræna. Temeritas cum sapientia non commiscetur.

Consilium rem præcurrat.

De Orat. In rebus magnis, memoriaq; dignis, consilia primùm, deinde acta, postea euentus spectantur.

1. Offic. Bene præcipiunt qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit an iniquum.

1. Offic. Non debemus quicquam agere, cuius non possimus causam probabilem reddere.

1. Offic. Ad rem gerendam qui accedit, caueat, ne id modò consideret, quàm illa res honesta sit, sed etiam vt habeat efficiendi facultatem: in quo considerandum est illi, ne aut temerè desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotijs priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

1. Offic. Suum quisque noscat ingenium, acremq; se & vitiorum & bonorum suorum iudicem præbeat: ne scenici plus quàm nos videantur habere prudentiæ, néve histrio videat in scena, quod non videat sapiens in vita.

1. Offic. Non est incommodum ex alijs iudicare, vt si quid dedeceat in alijs, vitemus & ipsi: fit enim nescio quomodo, vt magis in alijs cernamus, quàm in nobismet ipsis, si quid delinquitur.

Vt pictores, & ij qui signa fabricantur, & veri etiam poetæ suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid reprehēsum sit à pluribus, id corrigatur, hique & secum & cum alijs quid in eo peccatum sit, exquirūt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda, & mutanda & corrigenda sunt. *1. Offic.*

Ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos debemus, vel etiam vsu peritos: & quid ijs de vnoquoq; officij genere placeat, exquirere. *1. Offic.*

Non est satis iudicare quid faciendum, non faciendúmve sit: sed stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum. *1. de Finib.*

Melius curantur ea, quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur. *1. de Inuent.*

Domus ea quæ ratione geritur, omnibus instructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè, & nullo consilio administratur. *1 de Inuent.*

Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus Imperator, omnibus partibus commodius requiritur, quàm is qui stultitia & temeritate alicuius administratur. *1. de Inuent*

Consilium quorundam sinistrum.

Hoc plerumq; facimus, vt consilia euentis ponderemus: & cui bene quid processerit, multum illum præuidisse: cui secus, nihil sensisse dicamus. *Pro C. Rabir. Posthumo.*

Nedum hominum humilium, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex euentu, non ex voluntate à plerisq; probari solent. *Ad Atticum epist. 10. lib. 9*

Ex Apophthegmatibus.

In consultationibus non solùm quid sit pulcherrimum spectandum est, sed quid fieri posit.

Inconsulta consilia nōnunquam fœliciter cedunt.

Consultius est se non committere periculo, quàm dare operā vt ingressus periculū temet expedias.

Non præcipitanda sunt consilia, sed moribus vtendum senilibus.

Non semper tutum est regibus optimum dare consilium.

Omnes ægrotis damus recta cōsilia: sibi verò pauci consulunt.

Ad bene consulendum non refert quàm sis vocalis, sed quàm opportuna suadeas.

In bello plus habet momenti prudentia solertiaq;, quàm vires consilij expertes.

SOC. Cæterū ô Demodoce, consiliū res sacra est. *Plato in Theag.*

SOCR. In omnibus, ô puer, vnicū principiū ijs qui bene consulere volunt, est intelligere quid illud sit de quo consultatur, vel omninò aberrare necesse. *In Phæd.*

Res sacra Consultor.

EVOD. Consultor res sacra. *Plato ad Perseam.*

Aequum est vt hospitale & sacrum, vt dicitur, consilium impertiam.

Res est profectò sacra consultatio.

Consilium improbi, in extremum incidit malum.

Inanium inania consilia.

Fatuus fatua loquitur.

Cursus haud est finis idem & consilij. *Sophocles.*

Consilium optimum.

Sentio, suadeboq; tibi quibus haud grauer vti *Hom. Odyss. 6*

Ipsa, mibi similis si quando occurreret vsus.
Coosilijs simul & facto vale.
Odyss. ß Is cuiusmodi erat seu pugna, consilióve.
Consilium in melius commutandum.
Iliad. ß Quis obi consilium submisit inutile tandem
Diuorum, sanamq; exemit pectore mentem?
Consilium ne adeas priusquam voceris.
Plutarch. Ridiculus est quidẽ, & prouerbio obnoxius. Menelaus si qoidẽ consultor factus est, non accersitus.
Neq; cæcũ ducẽ, neq; amentẽ cõsultorẽ adhibeas.
Consulendum & consilijs parendum.
Iliad. ß Ipse age rex bene consulito, & pareto vicissim.
Cic. 1. Offic. Triplex est consilij capiendi deliberaoo. Nam honestúmne factu sit, an turpe dubitant, id quod in deliberaoonem cadit. Tum aut inquirunt ad vitæ commoditatem, iucunditatẽ ac facultates rerum, quibus & se posśint iuuare & suos. Tertiũ dubitandi genus, cùm pugnare videtur cum honesto id quod videtur esse vtile.

Consultandũ non est de ijs, quæ fieri nõ possunt.

Cùm de libertate Græcorum quidam in medium adduxisset magnifica quidẽ, sed factu difficilia, Agis respõdit, Tua verba opus habẽt viribus. Nã in consultationibus non solùm spectandum est quid sit factu pulcherrimũ, sed quid fieri posśit.
Arist. lib. 3. cap. 3. Ethic. Consilium capitur de ijs, quæ in nostra potestate sunt vt eueniant.
In deliberaoonem cadunt non ea de quibus stultus aliquis vel insanus deliberet, sed de quibus solent ij qui sana mente sunt.
Ibidem. De rebus æternis nemo consultat, vt de mũdo, de diametri laterisq; dimensione: nec de ijs quidẽ quę motu continẽtur, quæ quidem semper eodẽ modo eueniunt, nec de ijs quæ casibus fortunæ subiecta sunt. At de ijs consilium capimus, quæ sunt in nostra potestate vt eueniant.
Ibidem. Nec verò de artibus ac scieotijs ijs quæ certæ sunt, & se ipsis conteotæ, vllum consilium capitur.
Ibidem. Quæ à oobis effici possunt, non autem semper eodem modo, ea demum cadunt in deliberaooné.
Ibidem. Sępius in cõsilium cadunt ea quę ab artibus, quàm quæ à scientijs proficiscuntur: quòd magis ea nobis in dubium veniant.
Coosilij capiẽdi deliberatio partim in ijs rebus cernitut quæ plerumq; eueniunt (incertum enim est quam in partem inclinare debent) partim in ijs quæ infinitæ incertæq; sunt.
Noo de finibus, sed de ijs quæ ad fines pertioent, consilium capimus.
Qui consilium capit, is inquirere, ac retexere eo ordine solet, quo Geometræ in tabula.

Consiliarius.

Scipionis gloriæ inuidentes, illum egregiorum facinorum histrionem esse dicebãt, Lælium verò collegam illius gestorum. Sentientes alium esse actorem fabulæ, alium autorem.

Consilium in bellis.

Lacones si quando stratagemate, id est, callido cõsilio superassent hostem, Marti bouem immolabant: sin aperto prælio, gallum. Hoc pacto consuefacientes belli duces, vt non solùm viribus, sed consilio aduersus hostem essent instructi.
Antoninus Pius nihil agere solitus est in bellicis negotijs, nec in ciuilibus, quin prius grauissimos multos consuleret, dicẽs: Aequius est vt ego tot talium amicorum consilium sequar, quàm vt tot talem amici meam vnius sequantur volũtatem. Multum ab ijs abhorrens, qui consulto pileo dicunt, Vos quidem sedulò cõsulitis, sed aliud mihi suadet pileum.

Consilium optimum.

Cato senior iuuenes hortabatur, vt qui virtute & æquitate ad dignitatem peruenissent, ne turpiter ad deteriora degenerarẽt: sin ambitu ac violenoa ad meliorem frugem se referrent, ita futurum, vt & illi gloriam augerent, & hi beoeficijs maculam abolerent.

Consilium præcipitatum.

Cùm rumor incerto autore de morte Alexandri obortus esset, moxq; rhetores prosilijssent, hortantes ne contarentur, sed illicò bellum susciperent, Phocion expectare iussit, dicens: Si hodie mortuus est, & cras & perendie mortuus erit. Oratorum præcipitem temeritatem coercens.

Consilium præsens.

Dicebat Augustus se Romanis eum Imperij successorem relicturum, qui nunquam eadem de re bis consultasset: de Tiberio senoens.

Consilium prudens.

Cineas vt Pyrrhum à bellandi studio reuocaret, sic illum allocutus est: Romani feruntur bellacissimi, sed ijs superaos, quid deın agemus Pyrrhe? Oınum agemus, inquit, mutuisq; sermonibus nos inuicem delectabimus. Tum Cineas, Ar quid vetat ô rex, quo minus otio isto & sermonibus perfruamur? Nunc citra negotium suppetit nobis ea facultas, quam per sanguinem, per molestias & per pericula sequimur, incerti an simus assequuturi.

Consilium tutum.

T. Quintius Achæos meditantes expedioonem aduersus insulam Zacynthiorum, monuit, vt cauerent, ne more testudinum caput extra Peloponnesum proferentes, venirent in periculum.

Vires consilio carentes perniciosa.

Vis consili expers, mole ruit sua: *Hor. Oda 4. lib. 3. Carm.*
Vim temperatam dij quoq; prouehunt
In maius: ijdem odêre vires
Omne oefas animo mouentes.
Testis mearum Centimanus gigas
Senteotiarum notus, & integræ
Tentatur Orion Dianæ,
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris terra dolet suis,
Mœretq; partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec perẽdit
Impositam celer ignis Aetnam:
Incooonentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiæ additus
Custos: amatorem trecentæ
Pyrithoum cohibent catenæ.
Sed quid Typhoeus & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,

Quid

Quid Rhœtus, euulsisq; truncis
Enceladus iaculator audax,
Contra sonantem Palladis ægida
Possent ruentes?

Consilium bonum, vel saluberrimum alteri impendere, & sibi non posse cōsulere flagitiū est.

Teré. in Heaut. Te'ne isthuc loqui?
Nónne flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse te auxiliarier?
Plau. in Epidi. Quid faciam? men' rogas? tu quidem
Antehac alijs solebas dare consilia mutua.
Teré. in Andr. Facilè omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis (damus.
Tu si hic sis, aliter sentias.

Consilium ex re capiendum est.

Oui. lib. 2. Am. Consilium nobis resq;, locusq; dabunt.

Consilio prius quàm armis sapientē experiri decet.

Teré. in Eunu. Omnia prius cōsilio experiri, quàm armis sapientem decet.

Consilium post facta inutile.

Oui. li. 2. de Pō. Cùm poteram recto transire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem saxa, monendus eram.
Nunc mihi naufragio quid prodest dicere facto
Qua mea debuerit currere cymba via?

Malum consilium consultori pessimum.

Claud. lib. 1. in Eutrop. Quàm bene dispositum terris, vt dignus iniqui
Fructus consilij, primis autoribus instet.
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hospite qui cæso monuit placare tonantem,
Inuentas primùm Busiridis imbuit aras:
Et cecidit sæui, quo dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor,
Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Sensit opus, docuitq; suum mugire iuuencum.

CONSOLATORIA.

Homerus in ω Sustineas, neq; nimis in animo tuo lugeas.
Nihil enim proficies, vtcūq; grauiter ob filiū dolés:
Nec excitabis eum prius, quàm & alia tibi calamitas accidat.
Non licet inani deflere mortuum ventre.
Perditurus est aliquis olim etiā chariorē sibi multò
Siue fratrem germanum, seu filium quoq;.
Verumtamen luctum doloremq; remittit:
Patientem namq; hominibus fata dedere animū.
Ibidem. Nam & Niobe pulchricoma memor cibi fuit,
Cui duodecim liberi in ædibus obierunt,
Sex filiæ, ac totidem filij pubescentes.
Simonides. De homine defuncto non cogitabimus,
Si quid sapiamus, amplius vno die.
Menander. Ferenda est fortuna humaniter, ô hospes.
Communes euentus ferre communiter oportet.
Euripides. Agnosce res humanas, neq; supra modum
Dole: non sola enim malè affligeris.
Hoc ei accidit, quod etiā tibi, & cōibus euenturū est.
Theognis. Sustineas anime in malis, quamuis intolerabilia passus.
Timidorū sanè cor magis est præceps, ac impatiēs.
Neq; vanis negotijs dolorem tibi augens,
Odio aut molestia afficiaris: neq; amicos tristitia,
Neque inimicos gaudio perfundas. Deorum enim dona fatalia sunt,
Quæ fatalis homo non facilè effugerit.
Ex animo lugeas omninò mediocriter, & aliquid iucundi
Dicas, nihilo secius memor defuncti.
Philem. Non lugeo te, charissime hospes: multa enim percepisti
Bona, nunc verò malorum tibi fortè Deus dedit.
Euphorion. Et tū quispiā moderatè defuncti nomine tristetur,
Et moderatè lugeat. Nā omninò à lachrymis alie- (num
Parcæ læserunt.
Homer. Odyss. δ Statim oboritur facies tristifici luctus.
Iliad. ω Sic enim constituerunt dij miseris hominibus,
Vt viuant mœsti: at ipsi extra omnem curam sunt.
Stesichorus. Lugere mortuos res est infinita, & inops consilij.
Euripides. Quin tu defunctos obijsse finis,
Et euitatos dolores colligis?
Quòd si liceret lugendo mederi malis,
Et mortuum lachrymis reuocare,
Aurum sanè vilius foret fletu.
Sophocles. Nunc autem, ô senex, fieri nequaquam potest,
Vt qui sepulchro conditus est, in lucem reducatur.
Nam & mihi pater, si quid lachrymæ proficerent,
In lucem redijsset.
Timocles. Audi amice, si quid tibi dicere videar.
Homo natura laboriosum est animal,
Et multum vita molestiæ adfert secum.
Inuenit igitur curarum solatia
Ista. Mens enim oblita suorum,
Et alienis demulsa malis,
Cum voluptate prudentior etiam euadit.
Nam tragœdos, si libet, primùm considera
Quàm vtiles sint omnibus. Pauper enim aliquis
Pauperiorem se cognoscens Telephum
Fuisse, facilius ita paupertatem fert.
Qui morbum aliquem furiosum patitur, Alcmænem contemplatur.
Lippiens alius, Isyphum cæcum videt.
Si fortè filia obijt, Niobe leuat dolorem.
Qui claudicat, Philoctetem inspicit.
Infortunatus quispiam senex Oeneum cognoscit.
Siquidem omnes suis maiores
Calamitates alijs accidisse considerans,
Sua ipsius infortunia minus luget.
Euripides. Casus veteres nō deplorādi sunt nouis lachrymis.
Philippides. Tempus te sanabit, qui communis est medicus.
Menander. Medicus omnium necessariorum malorum
Tempus est, quod tibi quoq; nunc medebitur.
Hom. Iliad. ω Fili mi, quàm diu luctu tristitiaq;
Cor tuum exedes?
Pythagoras. Parce tuæ vitæ, ne ipsam animi affectibus edas.
Diphilus. Tempus omni mœstitiæ medetur.
Philetas. Cū tēpus aderit, quod à Ioue, vt dolores cōcoquat,
Destinatum est, & solum luctus remedia continet.
Nam qui miserabili fletu satur fuerit,
Ille mœstas curas expectorat.
Antiphanes. Lugēdi sunt moderatè cōiuncti nobis olim amici.
Non enim mortui sunt, sed eandem viam,
Quam ingredi omnibus necessarium est,
Præuenerunt: nos etiam in posterum
In idem cum ipsis diuersorium veniemus,
Euripides. Communem vnà reliquam acturi vitam.
Desine tristari pro defunctis.
Nam cunctis hominibus hoc à dijs
Suffragij datum est, & mortis imposita necessitas.
Omnibus hominibus obeunda mors est.

Cùm igitur sit cõmunis, patimur etiam communia Omnes. Fati enim maior vis est, quàm vbi fatũ abest.

Archilochus. Aerumnis luctuosis ô Pericles, neq; ciuis aliquis, Neque ciuitas laborans & conquerens, epulis delectabitur.
Illos enim fluctus tumultuosi maris
Fregit. Nos autẽ tumidos præ doloribus habemus
Pulmones. Verùm dij maximis malis,
O amice, duram patientiam addiderunt
Remedium: quod aliàs alius habet. Nunc quidem ad nos
Versum est, & cruentum vlcus suspirijs gemimus.
Ast aliàs vicissim alios afficiet. Sed age statim
Patientes estote muliebri luctu depulso.

Polyanus. Propter morientes ne tristeris: est enim necessariũ: sed propter è vita turpiter discedentes.

Amasis ad quẽdam filio priuatum dixit: Si non tristatus es cum nondum esset, ne nunc quidem dolere debes, cùm non amplius est.

Dion ex Chorede. Res nostræ ita euenerunt, vt Deo visum est. Nihil autem eorum quæ fiunt, graue existimandũ, aut ægreferendum est, tanquam indignum. Si quidẽ cùm alij sapientes, tũ Homerus imprimis nos monet, hominibus nõ esse spernenda deorũ dona. Nã donavocat impropriè ipsa deorũ opera, vt quę omnia bona sint, & boni alicuius gratia fiãt.

Apollonius. Non oportet ea deflere, quibus priuati sumus: sed meminisse quòd optimam vitam cum amicis egerimus.

Res est forsan difficilis illos cõsolari, qui huiusmodi affectibus laborãt. Luctus enim neq; ratione, neq; lege sopiuntur. Verũ natura cuiusq; & amicitia erga defunctũ lugẽdi terminũ cõtinet. Animo tamẽ erigi oportet, ac tristinã, quoad fieri potest, minuere: atq; meminisse nõ solùm funeris defunctorũ, sed etiã virtutis quã reliquerũt. Non enim lachrymis digna passi sunt, sed magnis laudibus celebrãda facta ediderũt. Quòd si mortalẽ senectam non attigerunt, tamen syncerã planè, & æternam gloriam consequuti sunt, & per omnia fœlices euaserunt. Nam quotquot ipsorũ sine liberis decesserunt, Græciæ laudes veluti liberos immortales habebunt. Illis verò qui prolem reliquerunt, patriæ beneuolentia instar tutoris erit erga liberos. Ad hæc si mori & natum non esse sunt similia, immunes posthac erunt à morbis, dolore, alijsq; humanæ vitæ casibus. Sin etiam à morte sensus aliquis est, & numinis prouidentia, vt arbitramur, nimirum illi, qui deorũ honores ope sua promouerunt, maximam diuinitus beatitudinem assequentur.

Dionysius Halicarn. Illis qui resistunt, & non collabuntur, leuiora fiunt mala.

Socrates. Aleæ ludo similis est vita: & quicquid euenit, veluti quandam tesseram disponere oportet. Non enim denuò iacere licet, neque tesseram aliter ponere.

Xenophon. Non decet tãto luctu prosequi mortem, cùm scias quòd humanæ vitæ principium generatio, finis autem mors existimanda sit. Mortuus enim est, quod cuiuis, etiam si inuito, contingit. Bene autem mori hominis voluntarij, & vt cõuenit instituti opus est. Beatus igitur Gryllus est, & quicumq; non longissimam, sed virtuti coniunctam vitam elegit: etsi breue tempus ætatis Deus ei concesserit.

Consolandi sunt omnes congruo tempore.

Ouid. 4. de Pont. Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.
Et cùm longa dies sedauit vulnera mentis,
Intempestiuè qui monet illa, nouat.

3. de Ponto. Nec scelus admittis, si consoleris amicum.

Seruius Sulpitius Cic. fam. 4. Quid est quod tantoperè te commoueat tuus dolor intestinus? Cogita quemadmodum fortuna adhuc nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quę hominibus non minus quã liberi, chara esse debent: patriam, honestatẽ, dignitatem, honores omnes. Hoc vno incommodo addito quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet, atque omnia minoris æstimare?

Seruius Ciceroni. An illius vicem doles? quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos sæpe incidamus, hisce temporibus non pessime cum ijs esse actum, quibus sine dolore licitum est mortẽ cum vita commutare.

Quid fuit quod illam hoc tempore ad viuendum magnoperè inuitare posset? quæ res, quæ spes? quod animi solatiũ? Vt cum aliquo adolescente primario coniuncta ætatẽ ageret? licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generũ deligere, cuius fidei liberos tuos & te tutò committere possis? An vt ea liberos ex se pareret: quos cùm florentes videret, lætaretur, qui rẽ à parente traditam per se tenere possent: honores ordinatim in Republ. petituri essent: in amicorum negotijs libertate sua vterentur? Quid horum fuit, quod non prius quàm datum est, ademptum sit?

Seruius Ciceroni. Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interijt, aut occisus est, quorum vita breuior esse debet, cùm vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant? Visne tute Serui cohibere, & meminisse, hominẽ te esse natum? Crede mihi, cogitatione ea nõ mediocriter sum cõfirmatus.

Modò vno tempore tot viri clarissimi interierunt, de imperio præterea tanta diminutio facta est: omnes prouinciæ conquassatæ sunt: in vnius muliercula animula si iactura facta est, tantoperè commoueris? quæ si hoc tempore diem suum non obijsset, paucis pòst annis tamen ei mori ẽ-dum fuit, quoniam homo nata fuerat.

Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem auoca: atq; ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fuerat, vixisse. Quid est quod tu, aut illa cũ fortuna hoc nomine conqueri possitis?

Noli obliuisci te Ciceronem esse, & eum, qui alijs consueueris præcipere & dare consilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt: sed potius, quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone.

Nullus dolor est, quem non lõginquitas temporis minuat atq; molliat. Quòd si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit, pietasq; in omnes suos, hoc certè illa te facere nõvult. Da hoc illi mortuæ: da cæteris amicis ac familiaribus,

qui tuo dolore mœrent: da patriæ, vt si qua in re opus sit, opera & consilio tuo vti posit.

Quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis seruiendum sit: noli committere, vt quisquam te putet, non tam filiam, quàm Reip. tempora, & aliorum victoriam lugere.

Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè te ferre fortunam, magnamq́; ex ea re te laudem adipisci. Fac aliquando intelligamus, aduersam quoq; te æquè ferre posse, neque id maius quàm debeat, tibi onus videri: ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deesse.

CONSVETVDO.

Iuuen. Sat. 2. Dedit hæc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq́; conspecta liuorem ducit ab vua.

Ouid. 2. de Arte amandi. Nihil assuetudine maius.
Quod malè fers, assuesce: feres: bene multa vetustas
Lenit.

Verg. 2. Georg. Adeò à teneris consuescere multum est.

Pub. Mim. Grauissimum est imperium consuetudinis.

Hierocles. Consuetudines quoque reuera patriæ, & fortasis ipsis legibus vetustiores, nihil minus quàm leges obseruandæ sunt.

Eusebius. Consuetudo, lex est non scripta, optimi legislatoris inscriptum nomen habens, videlicet vtentium omnium comprobationem: fortasis autem & naturali iustitiæ proxima fuerit patriç cõsuetudo.

Plat. dial. 7. de Legibus. Ipsam verò decentem circa voluptates & dolores consuetudinem, per quam ab initio vsque ad extremũ vitę homines oderint quę odisse oportet, & ament quæ amanda sunt: si per seipsam seorsum ratione consideratam disciplinam vocaueris rectè, vt ego arbitror, appellabis.

Cic. in Lælio. Maxima est vis vetustatis & consuetudinis, non modò in hoc quod est animal sed in ijs etiam, quæ sunt in anima, consuetudo valet, cùm locis etiam ipsis montuosis delectemur & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus.

2. Tuscul. Consuetudinis magna est vis: pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.

2. Tuscul. Consuetudo laborum, perpesionem dolorum efficit faciliorem. Nam ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet.

3. Tuscul. Qui multa sunt sæpe perpesi, facilius ferunt quicquid accidit, obduruisseq́; sese contra fortunas arbitrantur. Vt ille apud Euripidem,
Si mihi nunc tristis primùm illuxisset dies,
Nec tam ærumnoso nauigassem salo:
Esse dolendi causa, vt iniecto eculei
Fræno, repentè tactu exagitantur nouo.
Sed iam subiectus miserijs obtorpui.

1. de Legib. Corruptela malæ consuetudinis, igniculi extinguuntur à natura dati, exoriunturq́; & confirmantur vitia contraria.

De leg. Agr. contra Rullum. Non ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis & seminis, quàm ex ijs rebus quæ ab ipsa natura loci, & à vitæ cõsuetudine suppeditantur.

Act. 5. in Verr. O consuetudo peccandi quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, cùm pœna abfuit, & licentia consecuta est.

Consuetudo peccandi, maleficij suscipiendi remouet dubitationem. *2. ad Heren.*

Quotusquisque reperitur qui impunitate & ignoratione omnium proposita, abstinere posit iniuria? *1. Offic.*

Omnes religione mouentur, & deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur. *Actio. in Ver. 6.*

Conseruatoribus idem quod parentibus debemus.

Non minus iucundi atq; illustres sunt hi dies, quibus conseruamur, quàm illi quibus nascimur: quòd salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio: & quòd sine sensu nascimur, cum voluptate conseruamur. *3. Inuect. in Cat.*

Consulatus maiestas.

Fabio iam sene filius illius consul factus est, qui cùm publicitus multis audientibus habuisset orationem, Fabius conscenso equo præcedebat. Quum autem iuuenis lictorem misisset, qui patrem iuberet equo descendere: Fabius ab equo desiliens, non habita ætatis ratione occurrit, ac filium complexus, Euge, inquit, fili sapis, qui intelligas, quibus imperes, & quàm magnum magistratum susceperis.

Consulatus breuis.

Caninius Reuilus vnico tantùm die consul fuit: is rostra quum ascendisset, & honorem inijt consulatus, & peierauit. In quem fertur illud, vigilantem habemus consulem, qui toto consulatu suo somnum non vidit.

Consul ridiculus.

Quum Cicero Murenam defendens, multa falsè diceret in paradoxa Stoicorum, ridentibus cęteris tandem Cato exhilaratus, proximis dixit. Dij boni, quàm ridiculum habemus consulem.

CONSTANTIA.

Constantia quibus instruat hominem.

Constantia, futile nequid *Claud. Paneg. 2.*
Infirmumq́; geras.

Constantiæ exempla celeberrima.

Mens immota manet, lachrymę voluuntur inanes. *Vergil. 4. Aen.*
Flamma Meleagrus ab illa *Ouid. li. 8. Met.*
Vritur, & cæcis torreri viscera sentit
Ignibus, ac magnos superat virtute dolores.
Nec tædia cœpti *Idem lib. 9*
Vlla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
Fortis, & infœlix, & plus quàm fœmina, virgo *Libr. 3. Metam.*
Ducitur ad tumulum, diroq́; fit hostia busto.
Vtere iamdudum generoso sanguine, dixit:
Mors tantùm vellem matrem mea fallere posset.
Nec piget, haud vnquam stultè elegisse videbor *Paris ad Hel.*
Permanet in voto mens mea firma suo.
Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros, *Lib. 5. Trist.*
More nec indomiti frena recusat equi.
Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.
Est animus tibi *Hor. Od. 9. li. 4*
Rerumq́; prudens, & secundis

Temporibus,dubijsq; rectus.
Luca.li.5.bel.ci. Intrepidus quęcumq; datis mihi numina mortē,
Accipiam.
Idem lib 9 Ille Deo plenus,tacita quem mente gerebat,
Effudit dignas adytis è pectore voces.
Quid quæri Labiene iubes?an liber in armis
Occubuisse velim potius,quàm regna videre?
An si vita nihil,sed longa?an differat ætas?
An noceat vis vlla bono? fortunaq; perdat
Opposita virtutē minas? laudandaq; velle
Sit satis,& nunquam successu crescat honestum?
Scimus & hoc nobis non altius inseret Hammon.
Sil. Ital. libr.2. belli Punici. At Pœni succensa ira,turbataq; luctu,
Et sæuis gens læta,ruunt,tormentaq; portant.
Non ignes, candensq; chalybs, nō verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnifices've manus,penitus've infusa medullis
Pestis,& in medio lucentes pectore flammæ,
Cassauere ferum visu, dictuq;:per artem
Sæuitiæ extenti,quantum tormenta iubebant,
Creuerunt artus,atq; omni sanguine rupto
Ossa liquefactis fumarunt feruida membris:
Mens intacta manet,superat,ridetq; dolores,
Spectanti similis,fessoq; labore ministros
Increpitat,dominiq; crucem clamore reposcit.
Stat.li.2.Sylu. Ast hic quem gemimus,fœlix:hominesq; deosq;,
Et dubios casus,& cæcæ lubrica vitæ,
Effugit immunis fati,non ille rogauit,
Non timuit metuit've mori.
Idem li.5. Syl. Nec tamen hîc mutata quies,probitas've secūdis
Intumuit:tenet idem animus,moresq; modesti
Fortuna crescente manent.

Fabij Maximi constantia.

Sil. Ital. lib.10. bell. Punici. Hos mulcens questus Fabius,deforme solebat
Cladibus irasci,vulgumq; arcebat ab ira.
Aduersis etenim frangi, non esse virorum,
Qui Martem inscribant genti non posse dolores
Condere,& ex pœna solatia poscere luctus.

Hannibalis constantia.

Sil.libr.3 An Romana iuga,& famulas Carthaginis arces
Perpetiar?stimulant manes,noctisq; per vmbras
Increpitans genitor:stant aræ atq; horrida facta
Ante oculos:breuitasq; vetat mutabilis horæ
Prolatare diem.Et qui sim,nesciat omnis
Gens hominū, lethiq; metu decora alta relinquā?
Quantum etenim distant à morte silentia vitæ?

Constantia Reguli.

Hora.Od.5.li.3 Fertur pudicæ coniugis osculum,
Paruosq; natos,vt capitis minor
A se remouisse, & virilem
Toruus humi posuisse vultum,
Donec labantes consilio patres
Firmaret autor nunquam aliàs dato,
Interq; mœrentes amicos
Egregius properaret exul.
Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet:non aliter tamen
Dimouit obstantes amicos,
Et populum reditus morantem,
Quàm si clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Reguli oratio.

Tum palmas simul attollens,ac lumina cælo: *Sil.libr.6*
Iustitiæ,tecúq; datur,qui cuncta gubernas,
Nec leuior mihi diua fides,Sarranaq; Iuno,
Quos reditus testes iurata mente vocaui,
Sit mihi fas me digna loqui,Latiosq; tueri
Voce focos. Ibo ad Tyrios non segnior,inquit,
Stante fide reditus,& saluo fœdere pœnæ.
Sic nobis rerum exitio desistite honorem
Tendere:tot bellis,totq; annis fregimus æuum.
Nunc etiam vinclis,& longo carcere torpent
Captiuo in senio vires. fuit ille, nec vnquam
Dum fuit,à duro cessauit munere Martis
Regulus:exangui spectatis corpore nomen.
At non Carthago fraudum domus,inscia quantum
E nobis restet. Iuuenes parat aspera ferro
Pectora captiuos nostra pensare senecta.
Ite dolos contra:gensq; astu fallere læta
Discat me capto,quantum tibi Roma supersit:
Nec verò placeat,nisi quæ de more parentum
Pax erit,exposcunt Libyci,nobisq; dedêre.
Hæc referenda pari libeat si pendere bellum
Fœdere, & ex æquo geminas conscribere leges.
Sed mihi sit Stygios ante intrauisse penates,
Talia quàm videam ferientes pacta Latinos.
Hæc fatus, Tyriæ sese iam reddidit iræ.

Sceuolæ constantia.

Dum peteret regem, decepta satellite dextra, *Mart.li.1.Epig.*
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis iussit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptæ fama est,& gloria dextræ.
Si non errasset,fecerat illa minus.

Scipionis constantia.

Tum iuuenis,quæcumq; datur sors durior æui, *Sil.libr.13*
Obnitemur, ait, culpa modò pectora cessent.

Camilli constantia.

Quantus,qualisq; fuisti, *Idem lib.7*
Cùm pulsus late & extorris Capitolia curru
Intrares exul,tibi corpora cæsa Camille
Damnata quot sunt dextra ? pacata fuissent
Nî consulta viro,mensq; impenetrabilis iræ:
Mutassentq; solum sceptris Aeneia regna.
Nullaq; nunc stares terrarum vertice Roma.

Coclitis constantia.

Tulit ille ruentem *Idem lib.5*
Tybridis in ripas regem,solusq; reuulso
Ponte, ferox ponte exclusit redeuntia regna.

Constans aduersa æquè ac prospera fert.

Sperat infestis,metuit secundis *Hora.Od.10.li.2*
Alteram sortem,bene præparatum
Pectus.

Constantem non blanda mouent verba.

Non vmbræ altorū nemorum,non mollia possunt *Verg.3.Georg.*
Prata mouere animum.

Xantippe de Socrate marito prædicare solebat, quòd semper illum vidisset eodem vultu domum reuertentem,quo exierat.

Agesilaus

Agesilaus cùm admoneretur, vt aliquid de vitæ rigore remitteret: nam ea erat fortunæ volubilitas, vt tempus ipsum exigeret aliam viuendi rationem: At ego, inquit, me consuefacio, vt quæcumque inciderit fortunæ mutatio, ne quæram ipse mutationem.

Agis vltimos cùm in carcere rogaretur ab Ephoro, num pœniteret eorum quæ gessisset, impauidè respódit, Se nulla tangi pœnitentia consilij cum prudentia honestoq; coniuncti, tametsi non ignoraret se mortem præmij loco relaturum: sciens virtutem maximum esse sui præmium, quicunq; sequatur euentus.

Alexander Seuerus negabat se passurum, vt ipsius dispositiones ab aulicis suis venderentur, quod aliorum principum liberti & eunuchi faciunt. Eoq; nunquam illum fefellit quod proposuerat.

Quum Titus Vespasianus intellexisset duos in ipsum coniurasse, illos in spectaculum duxit, atq; inter illos medius sedit: petitisq; gladijs, velut exploraturus aciem, vnum vni, & alterum alteri commisit. Illis autem perculsis, & animi præsentiam admirantibus: Videtis'ne, inquit, fato principatum dari, frustraq; tentari facinus, potiuodi spe vel amittendi metu?

Fuluius Flaccus cùm Capuam fallacibus Annibalis promissis Italiæ regnum nefaria defectione pacisci persuasam, armis occupasset, Senatum Capuanum impij decreti autorem, catenis onustum in duas custodias diuisit, Theanam & Calenam. Iis autem peractis, quorũ administrandorum celerior necessitas videbatur, singulos ad palum deligatos, literis à P. C. nequicquam Capuanis salutaribus acceptis, interfici iossit.

Q. Fabius Maximus infatigabilem patriæ constantiam præstitit, pecuniam pro captiuis Annibali numerauit fundo suo vendito: ea fraudatus à populo, tacuit. Dictator Minurium magistrum equitum à Senatu sibi æquari passus, et periclitanti subuenit: compluribus iniurijs lacessitus, in eodem animi habitu permãsit, nusquam sibi irasci Reipubl. permisit, tam constans in ciuium amore fuit. Nunquam à consilij salubritate, ne parui quidem certaminis discrimine, recessit: vbiq; ita ac spe superior fuit.

C. Piso, cùm Palicanus sediosissimus pestiferis blanditijs populi fauorem præripuisset, consularibus comitijs amplissimum ei imperium deferre cupiens, à tribunis pro rostris collocatus est: cùm autem hinc atque illinc eum ambissent, ac an Palicanum consulem creatum renuntiaturus esset, interrogaretur, primò respondit se non existimare tantis tenebris offusam esse Rempub. vt huc indignitatis veniretur. Deinde cùm perseueranter instarent, negauit se renuntiaturum, consulatumq; Palicano suffragijs concessum eripuit.

Metellus Numidicus cùm animaduerteret quò tenderent Saturnini tribunipl. funesti conatus: quantoq; malo Reipub. si non his occurreretur, erupturi essent, in exilium quàm in legem eius ire maluit.

Q. Scæuola cùm pro Mario stetisset, deuictisq; Marij partibus, & vrbe occupata cùm Senatum armatus coëgisset, summaq; cupiditate ferretur, vt C. Marius quàm celerrimè hostis iudicaretur, solus omnibus perterritis Syllam sic est alloquutus, Licet mihi agmina militum ostêtes, quibus curiam circunsedisti, mortemq; miniteris, nunquam tamen efficies, vt propter exiguum senilemq; sanguinem, Marium, à quo vrbs, & Italia conseruata est, hostem iudicem.

Sempronia cùm à Tribuno pleb. ad populum producta fuisset, instaretq; toruo vultu minas profundens amplissima potestas, & clamor imperitæ multitudinis obstreperet, totum forum acerrimo nitebatur studio, vt Equitio, cui gentis Semproniæ falsum ius quærebatur, tanquã filio Tiberij fratris osculum daret: illum tamen execrabili audacia ad vsurpandam alienam propinquitatem tendentem repulit.

Pontius Centurio pro Cæsaris partibus excubans, Scipionis præsidio interceptus, cùm vno modo ei salus daretur, si se futurum Cn. Pompeij militem affirmaret, respondit: Tibi quidem Scipio granas ago, sed mihi conditione ista vitæ vti non est opus.

O. Meuius Centurio Augusti, cùm Antoniano bello excellentes pugnas edidisset, improuisis hostium copijs circumuentus, & ad Antonium perductus, interrogatusq; quidnam de eo statui deberet, Iugulari me, inquit, iube: quia non salutis beneficio, nec mortis supplicio adduci possum, vt aut Cæsaris miles esse desinam, aut tuus esse incipiam. Ita quò constantius vitam contempsit, eò facilius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumitatem tribuit.

Blasius cùm patriam suam Salapiam præsidio Punico occupatam Romanis restituere cuperet, Dasiumq; in administratione Reipubl. acerrimè dissidentem secum haberet id tamen Dasio aperuit Annibalis amicitiæ vacanti, à quo apud hostem fuit accusatus. Cæterùm cùm res pro tribunali gereretur, & illi quæstioni omnium oculi essent intenti, Blasius voce summissa, monere Dasium cœpit, vt Romanorum potius quàm Carthaginensium partes fouet: et: inuitumq; Dasium mira constantia & Salapiam Marcello tradidit, etiam in conspectu Annibalis hostis.

Athenienses cùm rem aliter quàm suasisset Phocion, gessissent, adeò perseuerans constantiæ suę propugnator extitit, vt in concione lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse diceret: quo fœliciter gesserant, vtilius existimans: hoc verò sapientius. Plerumque enim temeritatem casus iuuat, vbi prauo consilio propios aspirat: & quò vehementius nocet, desperatius prodest.

Constantiæ præstantius aliquanto exemplum edidit, Socratis virilitatis robore decoratus animus. Cùm etiam vniuersa Atheniensium ciuitas iniquissimo errore, de capite decem Pretorum, qui apud Arginusas Lacedæmoniam classem deleuerant, tristem sententiam tulisset, indignum iudicans Socrates, tot & tam bene meritos inuidiæ impetu opprimi, temeritati multitudinis constantiam suam obiecit. Non concionis fragore, incitatissimis've minis compulsus est vt se publicæ dementiæ autorem ascriberet.

Ephilates Athenis accusare publice iussus, & inter cæteros Demostrati nomen deferre coactus est, cuius

cuius filius erat Demochares, excellentis formæ puer, Ephialtis amori valde inhærēs. Hic cùm ad patrem exorādum, aut vt parcius patris criminibus insisteret, venisset: nec venientem repellere, neq; supplicem genibus suis aduolutum intueri passus est. Sed operto capite flens & gemens, preces exprimere passus est. Nihiloq; minus syncera fide accusatum Demostratū damnauit. Sicq; prius quàm fontem opprimeret, seipsum vicit Ephialtes.

Syracusanus Dion, quibusdam monentibus, vt aduersus Heraclidem & Calippum quorum fidei, plurimum credebat, tanquam insidias ei necten tes, cautior esset, respondit: Se vita malle excedere, quàm in metu violentæ mortis amicos inimicosq; iuxtà ponere.

Alexander Macedonum rex, inclyta iam pugna & excellentissimis opibus Darij cōfusis, cùm Tarsi iaceret æger, & in aduersa eius valetudine instantis victoriæ spes fluctuaret, & medici salutem illius ad potionem quandam direxissent: à Parmenione literæ missæ superuenerunt admonentes vt rex medici insidias à Dario corrupti caueret. Quas cùm legisset, statim potionem bausit, ac tunc legendas Philippo tradidit.

Constantia in bonis.

Aristot. lib. 7. cap. 1. Ethic. Ac illuc quidem perspicuum est, continentiam & constantiam esse in bonis & laudabilibus: Impotentiam & mollitiem in malo & vitio: eundemq; continentem, & eum qui permaneat in suscepto consilio: & eundem impotentem, & eum qui desistat à sententia.

DE CONTINENTIA.

Sophocles. Turpe est honesto loco natis, turpiter viuere.
Quippe non decet animi generosi virum
Gaudijs non licitis delectarier.

Chares. Ventrem modis omnibus refrenare conaberis,
Quandoquidem solus beneficijs acceptis ingratus est,
Semperq; plura sibi iusto postulat.
Quicumq; verò modum imperare ventri nescit,
Hic plura mala malis coaceruat.

Sophocles. Inhonesta factu, ne dictu quidem honesta sunt.
Quicumq; philosophicis se dedunt laboribus,
Addiscunt per vitam compescere ventrem.
Videlicet frugalitas est magistra
Sapientium optimorumq; consiliorum.

Euripides. Nunquam fili potestatem nactus
Turpes amores popularium persequitor:
Quia ferrum, variasq, vindictas sibi parat,
Quisquis bonorum, etsi pauperum, dedecore liberos notauerit.

Pythagoras. Nihil egregium comparatur quod non continentiæ labor præcesserit.

Homines, quorum concinnus est, & compositus animi habitus, facilè cum diuersis ingenijs conuersans, imperare ac parere vicissim non imperitus, mores & studia sequuntur à voluptatibus abstinendi, imperandiq; cupiditatibus. Quod omninò euitandum est, vt quicquid infrene ac immoderatum voluptates non his iniecerint, omnibus modis exterminetur.

Phocion filius plura solito obsonia coëmerat: itaq; comminatus est si plura quàm secundum legem & naturam per incontinentiam ingurgitaret, ipsum pœnas luiturum.

Famis atq; sitis non obliuisci oportet:
Multum enim potest apud sobrietatis ac prudentiæ studiosos.

Simon. Continentiam tibi vt robur ingens opesq; parato.

Pythagoras admonebat ne sæpe homo ab homine: hoc ænigmate frequente venereorum vsu interdicens.

Apollon. Commendamus frugalitatem, non quòd tanti res viles ac minimè sumptuosas faciamus, sed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus.

Ne me facilè alios monere putaueris: ego enim maza vtens, alioq; consimili victu, ista vobis consulo.

Socrates. Diogenes panem album nactus, è pera cibarium eiecit, hunc versum proloquens: Hospes tyrannis è via decedito.

In festo quodam Athenis ostentandi causa, Alcibiades, multa dona Socrati transmisit. Admirata Xantippe magnificentiam, maritum vt acciperet rogauit. Ad quam ille: Imò detrectando munera cum ambitiosa viri ostentatione certabimus.

Aristippus. Moderatur voluptati non qui penitus abstinet, sed qui hoc modo vtitur, vt non abripiatur cum ipsa. Vt naui & equo moderatur, haud qui non vtitur, sed qui quò libuerit, ducit.

Pericles Sophocle puerum formosum ostendente: O Sophocles, dixit, oportet frugi imperatorem, non manus modò, sed oculos quoque continere secum.

Cùm aliqua voluptatis animum phantasia subierit, obseruandum est id quod in omnibus, ne statim abreptum te præcipitem des. Negotium te expectet, tuq; tecum aliquantulum immoratus, cogitationem tuam diligenter inspectam secundum præscripta tibi præcepta examinato. Veniat autem tibi in mentem vtrumque tempus, & hoc quo voluptati victus, postquam ei satisfeceris, nihil tibi reliqui quàm pœnitentiam, & tua aduersus te conuicia habebis: & illud, quo quum abstinueris, gaudebis, atq; temet laudabis. Quòd si tamen voluptati locum dare opportunum tibi videatur, fac ne in transuersum eius suauitate ac lenocinijs agaris: quin habenis semper fortiter vtere.

Demosthenes. Perpetuum hoc esse debet sapientis institutum, vt rationem, cupiditatum dominam constituat.

Socrates rogatus quonam à cæteris hominibus differret, respōdit: Alij quidem viuunt, vt edant: ego verò edo, vt viuam.

Epicurus. Gratia est habenda naturæ beatæ, quæ necessaria parabilia fecerit: difficilia autem paratu, non necessaria.

Prouerbium. Xenocrates si quando vini cadum releuisset, in vappam conuertebatur antequam consumeretur: sæpe & obsonia pridiana iam corrupta eiecit. hinc natum est diuerbium, Xenocratis caseolus, de rebus diu durantibus, quæ non facilè absumuntur.

Epicurus. Si quem volueris diuitem efficere, non est quod augeas opes sed minuas cupiditates.

Democritus. Sapit qui neque de rebus absentibus tristatur, neque

que præsentibus lætatur.

Pythagoras. Satius est mori, quàm per incontinentiam animum obnubilare.

Socrates continentiam à corporis illecebris temperantiam vocabat.

Chrysippus Solensis admodum paucis viuebat: Cleanthes etiam paucioribus.

Epicurus Gargettius exclamabat: Cui parum non satis est, nihil sufficere potest. Idem aiebat, cum quolibet se de fœlicitate certaturum, modò mazam & aquam haberet.

Xenophon li. 1. de dictis & factis Socrat. Socrates interrogatus quo pacto quis opulentus euaderet, respondit: Si cupiditatum fuerit inops.

Quòd si bonum ac honestū hominibus continentia est, consideremus vtrum introduxerit ad eam talia dicens: O viri, si bello nobis indicto eligere hominem velimus, per quā nostram salutem, ac aduersariorum conflictum consequuturi sumus: num illum eligimus, qui gulæ, veneri, vino, & somno seruit, qui laborem perferre non posit? At quo pacto cùm talis ille sit, aut nos saluos facere, aut hostes nostros vincere posit?

Epicurus. Turget mihi præ voluptate corpusculum. Aqua & pane vtor, sumptuosas voluptates expuo, non tam ipsarum causa, quàm sequentium ipsas incommodorum.

Idem. Tum egemus voluptate, cùm eam abesse dolemus. Cùm verò non ita afficimur in tranquillo compositoq; sensu constituti, nihil nobis voluptate opus est. Porrò non naturalis voluptas aliquid damni extrinsecus nobis accersit, sed quæ intra nos est vanæ opinionis appetitio: ea verò lædit.

Plato sępius siti laborās, è puteo hauriebat aquam, iterumque effundebat, vt ita cupiditatem castigaret.

Epicurus, cùm quæreretur qua quis arte ditesceret: Non si præsentibus adiecerit, respondit, sed vsum ac necesitatem sibi persuasam circunciderit.

Democritus. Dulcium quæ rarisima sunt, maximè delectant.

Si quis modum excesserit, iucundisima quæque, iucundisima fient.

Fortis est non tantùm hostium, sed & voluptatum victor.

Eusebius. Optimè constituti animi hoc argumentum est, non ad epulandum se natum existimare, neque in eo vitam reponere: sed viuendi tantùm gratia nobis alimenta dari iudicare.

Continentia & corporis bonum est, ad secundam valetudinem ipsum promouens: & in anima temperantiam parit, quæ quidem virtus trāquillam, serenam, & compositam animæ vitam adornet.

De victu frequenter solebat diligenti ac seria oratione disputare, vt de non paruo negotio, neque parui momenti. Sentiebat etenim continentiam circa cibum & potum, initium & tanquā fundamentum ad rectè sapiendū existere. Cùm igitur aliquādo alia dicēdi argumēta, in quibus plerūq; versabatur, omisisset, ita loqui incœpit: Omninò præferēdum esse vt vilis precij victum sumptuoso, ita parabilem exquisito, & homini familiarem, ei qui talis non esset, vt ferino. Familiaria autem nobis esse quæ terra fundit, siue frumentacei generis, siue alia ad rectè nutriendum idonea: item quæ ab animalibus non occidendis, sed aliter iuuantibus sumuntur. Rursus horum maximè apta, quibus in prōptu citra ignem vti liceat: hæc enim paratu facillima esse, vt plantarū fructus, quędā olera, lac, caseus, faui: nō reijcienda tamen quædam, quamuis ignem requirant, vt frumentacea & oleacea nōnulla: cuncta enim ista homini familiarisima esse. Ex carnibus autem alimentum, ferinum asserebat, & bestijs conuenientius. Hoc quoq; grauius esse dicebat cogitandi sapiendiq; impedimentum, impuros vapores parere, qui animam obnubilent: quamobrem ingenio tardiores fieri, qui huiusmodi victu affatim vtuntur: hominem verò decere, qui mortalium omnium dijs præcipuè cognatus sit, simillimo quoq; ipsis modo ali.

Quemadmodum Heraclito videtur: Vt terra arida, sic anima sapientisima. Sed istud sane miserum est, quod etiam brutis animalibus deteriores circa victum simus. Siquidem bestiæ, etiamsi vehementi cupidine aut flagello ad pabula ferantur, non tamen artificia improba pręter naturam excogitata in victu affectant: quin obuijs quibusq; contentæ, solam repletionem, nihil vlterius quærunt. At nos artes varias inuentaq; noua meditamur, quibus ciborum potuumq; voluptatem gulæ blandiendo edulcemus.

Vsq; adeò delicatum est & ingluuiei deditum nostrum sæculum, vt sicut musicæ & medicinalis artis, ita etiam culinariæ extent commentarij, qui gulam delicijs titillare docent, sanitati nocēt. Hinc fit, vt qui ferculis delicientur, longè minus salubri valetudine fruantur.

Sunt aliqui delicatuli picā expertis mulieribus non dissimiles: nam & ipsi veluti illæ familiarisimos cibos fastidiunt: ore ventriculi corrupto.

Vt ferrum inutile acie noua semper eget, similiter & illorum stomachi inter edendum acui nonnunquam postulant, siue mero, siue aceto, siue acerbo aliquo condimento.

Lacon quidam cùm conspexisset quendam pretiosam auiculam sibi appositam præ fastidio tenuere: at mihi, dixit, etiam vultur & hircus sapiunt.

Zeno Citiensis ne per morbum quidem cibo magis delicioso fruendum opinatus est. Igitur medico columbinum pullum consulente, ipse consilij impatiens non secus quàm Manē, si ægrotaret, curari se iusit. nimirum volebat non se mollius tractandum, quàm ægrum aliquem seruum. Si enim absq; sumptuosis alimentis recuperare sanitatem serui possunt, quid idem nobis futurum prohiberet? Indignum est virum bonum, vllo se seruo molliorem præstare.

Idem lautelas magno redemptas caueri consuluit, & ne parum quidem ipsis indulgere: loco enim semel dato cupiditati in immensum crescit, & hoc sibi habet peculiare ciborum atq; potuum luxuria, vt semel cœpta, magis magisq; augeatur.

Tali viuēdi modo corpus ac animā castigauit, quo quispiam vsus, nisi quid diuinum impediat, facillimè atq; securè degat, tātoq; sumptu nō careat.

Tam paucis vtebatur, vt nescio si quis tam modicū laboraret, qui non posset lucrari, quæ Socrati satis essent. Cibo tam parcè vtebatur vt iucundè comederet: atq; ad illum ita ibat paratus, vt pro obsonio sibi esset cupiditas comedendi. Potus verò *Xenophon 1. de dictis & factis Socratis.*

verò omnis erat ei gratus, quòd nunquam nisi sitiens biberet.

Continentia consulis.

Cic. ad Q. frat. Præclarum est summo cum imperio in prouincia fuisse, sic vt nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ, à summa integritate continentiaq; deduxerit.

Continentia Alcameni.

Cùm quidam Alcameni obijceret quòd parcè frugaliterq; viueret, cùm facultates amplas haberet: Decet enim, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine viuere.

Agesilai continentia. Quũ Megabates eximia forma adolescẽs, Agesilaũ adisset aliquãdo salutãdi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret, Agesilaus vultum auertit, osculum refugiens. Cæterùm quum erubuisset iuuenis, ratus se contẽptui fuisse, ac deinceps salutaret eũ eminus, respondit rex, Non est quod propius accedas. Nam ego mihi sic videor affectus, vt malim huiusmodi rebus superior esse, quàm aduersariorum vrbem fortibus viris instructissimam per vim capere. Præstantius enim duco, vt quis sibi ipsi seruet suam libertatem, quàm vt alijs libertatem adimat.

Agesilaus quum admoneretur, vt aliquid de vitæ rigore remitteret, causam addente quodam, eam vitæ volubilitatem euenturam, vt tempus aliam viuendi rationem exigeret: At ego, inquit, me consuefacio, vt quæcumq; inciderit fortunæ mutatio, ne quærã ipse mutationem. Mira animi continentia, qui nec in austeriore vita delicias requireret, nec inter delicias agens ab illis corrumpi posset.

Archidamus cuidam vinum suaue pollicenti, respondit: Quorsum opus? quandoquidem & plus absumetur, & quæ fortes decent viros, ea reddet inutiliora. Tam erat masculinus, & deliciarum contemptor in homine animus.

Quum apud Antipatridem cœnaret Alexander, isq; formosam psaltriam induxisset, Alexander aspectu motus in illam exarsit: mox rogauit Antipatridem, nunquid ipse amore mulieris teneretur: illo confitente, O scelestè, inquit, non tu protinus abduces è conuiuio mulierem? Quantum aberat animus à constuprãda aliena vxore, qui tantoperè sibi metuisset ab amica hospitis?

Anacharsis Scytha statuis & imaginibus suis inscribebat, Linguæ, ventri, pudendis temperandum. Quòd maximorum malorum causa sit lingua effrenis, & luxu nihil turpius, libido pecudem ex homine reddat.

Zeno Citieus & Cleanthes assidebant Chæremonidæ: quumq; sentiret affectum amoris, surrexit. Hoc admirante Cleanthe: Etiam, inquit, à bonis medicis audio, aduersus inflationes optimum esse remedium quietem. Subduxit se vir integerrimus imminenti periculo.

Alexander cùm inuitaretur vt Darij filias, quas captiuas tenebat, inuiseret (erãt enim puellæ admirabili forma) noluit ire, dicens sibi, non committendum, vt cùm viros vicisset, à mulieribus vinceretur.

Arist. lib. 7. cap. 2. Continens quoniam malas esse cupiditates intelligit, eas ratione ductus non sequitur.

Continens sic suum iudicium retinet ac rationem, vt ab ea nulla vi, nulloq; impetu possit deijci. Arist. ca. 9. li. 7.

Vt continens, sic temperans eiusmodi est, qui nihil quod rationi sit contrarium, faciat propter eas, quæ ad corpus pertinent voluptates. Sed hoc interest, quòd in illo insunt, in hoc nullæ sunt prauæ cupiditates: & quod hic eiusmodi est, qui nulla contra præscriptum rationis capiatur voluptate: capitur ille quidem, sed non rapitur.

Qui perturbatione aut cupiditate non abducitur à sententia, is continens dicitur: quandoquidem si ita res ferat, desistet facilè à sententia continens. Arist. li. 7. ca. 9

Atq; etiam ex eo continens & incontinens nominatur, quòd mentem vincat & teneat, vel non teneat: quoniam in ea omnis nostra vis sita est, ipsiq; ea sponte nostra videmur gessisse, maximè quæ ratione duce gessimus. Arist. E. 9. ca. 8

In quibus voluptatibus quæ ad tactum gustumque pertinent, ac doloribus & cupiditatibus consistit temperãtia & intemperantia, ijs potest quispiam ita esse affectus animo, vt ab ijs vincatur, quæ etiam plerìq; superant: potest etiam ea vincere, à quibus plerìq; vincantur. Horum qui in voluptatibus ita animo affecti sunt, ille impotens, hic continens nominatur. In doloribus hic mollis & delicatus, ille constans & patiens. Arist. li. 7. ca. 7

Est virtus placitis abstinuisse bonis. Ouid. epist. 16

DE INCONTINENTIA.

Quid ista laudas? omnis profectò ebrius Sophocles.
Ira facilè vincitur, & vacuus est mente.
Itaq; solet ei vsu venire, vt postquam linguam temere exonerauerit,
Vicissim illos etiam nolens audiat, quibus ipse volens maledixerat.
Quàm non ferendus est, qui vel ex temulentia, Ecionus.
Vel insania, sibi quidem innocuus
Sæpe, conuersationẽ autẽ damno mente laboret.
Vinum igni æqualem habet vim: vbi hominem Eratosthenes.
Subierit, quem conturbat, vt Libycum mare
Aquilo, vel Auster: itaq; prodit latentia
In mentes recessu, animumq; vniuersum concutit.
Merum copiosum parum cogit sapere. Menander.
Non ipsa potus copia, si quis consideret,
Debacchari cogit, sed potantis ingenium.
Quid illum viuere iuuat, qui vitam suam nescit? Philemon.
Vinum in causa est. Nullum enim bene potum, si quæras,
Innocentis, qui non à potu, tanquam seruus sit domitus.
Quicquid sine vinum coëgit, id amisi.
Malum vinum est, ô Nicophon.
Nimium vinum omne semper est malum.
Ebrius eram. Scilicet prætextus hic ad peccandum satis est.
Turpe est ebriosum virum apud sobrios esse.
Turpe est ebrium viris sobrijs conuersari.
Multo plures perdidit satias, quàm fames, Theognis.
Viros, qui plus sua sorte habere volunt.
Turpe item si sobrius cum ebrijs fuerit.
Vinum, si bibas multũ, noxium est: at si quis ipsum
Bibat prudenter, iam non malum sed bonum est.
Aes formæ speculum est, vinum mentis. Aeschylus.
Quisquis bibẽdo modũ superauerit, is nõ amplius Theognis.

Suæ

Suæ linguæ compos est,neq; mentis:
Verba effatur balba,quæ sobrijs dedecus fiunt.
Nullo enim quodlibet agendi pudore ducitur,
quandiu fuerit ebrius.
Qui prius sapiebat,tum stultus efficitur:hæc tu
Animaduertes,vinũ ne supra modũ ingurgitaueris.
Sed prius surge quàm inebrieris,ne te sibi subijciat
Venter, tanquam mediastinum improbum quotidianis laboribus inseruientem.
Tam stolidi quàm sapientis,vinum
Immoderatè potum,leuissimum reddit animum.
Igne aurum argentumq; viri periti
Dignoscunt:at vino humanus animus arguitur.
Licet admodum sapiens:vitium omne detegitur,
Ita vt verecundia prudentes quoq; afficiantur.
Doleo caput Onomacrite:vim mihi facit
Vinum, animúq; non sum amplius compos
Mei:ædes rotantur.Quin age surgens
Experiar,an & pedes vinum inuaserit,
Et animũ intra pectus: sed metuo ne quid temerè
Committam inebriatus,vnde mihi magnum probrum pariam.

Homerus. Vinum, quamuis sapientissimum cantare,
Molliter ridere,& tripudiare impulit.
Hæc etiam protulit verba,quæ satius tacita fuissent.

Menander. Molestum est, si quis præ vino nimis loquatur,
Ea quæ nescit, callere simulans.

Euripides. Nunc vinum me mente priuauit,& fateor tibi
Iniurium me fuisse,sed inscium & inuitum.
Non ita res est,vt tu nunc ais:ebrius sui pater, peccaui:proinde mihi veniam dare debes. Qui enim Pamphile, quidpiam per vim aduersus imbecilliorem egerit, is non peccare simpliciter, sed iniuriari videtur.

Panyasides. Agedum hospes,quin bibis: hoc etiam virtutis est,
Si quis in virorum conuiuio plurimos calices exiccauerit
Rectè,sciteq;,aliumq; simul prouocauerit.
Ta inter epulas fortis vir esse potest, q̃ qui in bello
Pugnas sequitur luctuosas, in quibus pauci
Animosi sunt,ac Martem impetuosum excipiunt.
Huic ego illum æquali laude cõtulerim, qui epulis
Assidens gaudet,aliumq; pariter cœtum incitat.
Non enim viuere illum mortalẽ iudico, neq; agere
Vitam hominum ærumnosorum,quicumq; à vino
Animum abstinens,potionẽ aliam stultus hauserit.
Etenim vini non minor quàm ignis est mortalibus
vtilitas
Bona,malorũ amuletum,omnis cantilenæ comes.
Inest vino sacra pars Thaliæ & Aglaiæ gratiarum;
Insunt saltatio,& optatus amor,
Sed etiam venatio,tristisq; maleuolentia.
Quapropter decet te inter pocula læto animo merum acceptantem
Potare,non cibo malè affectum instar vulturis
Sedere pleno ventre,oblitum gaudia.
Pythagoras ebrietatem,insaniæ meditationem vocitabat.
Anacharsis primum quidem poculum sanitatis esse dixit, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, vltimum insaniæ.
Fruitiones & voluptates, quæ non per ianuas ingrediuntur,ex Antisthenis sententia,opus habẽt aut sectione, aut helleborismo, aut fame macerari,vt malas pœnas luat illa ingurgitatio, quam breuissimæ voluptatis gratia admisimus.

Libero.patri ferulam & obliuionem consecrant, insinuantes non in memoriam reuocanda esse, quæ inter pocula sint admissa, sed puerilem commonitionem eis sufficere. *Plutar. in li. de Ædulat. aff.*

Huc & istud facit: Odi memorem compotorem. Et Euripides absurdarum rerum obliuionem sapientem esse dixit.

Gubernator ebriosus, & quiuis cuicũq; rei præfectus, omnia subuertit,siue nauigiũ,siue currũ,siue exercitũ, siue quancũq; rem fidei suæ cõmissam.

Manifestum est,non modò senem bis puerum fieri, sed inebriatum quoque. *Plato.*

Pro sanitate vota cœlitibus homines offerũt, insciј penes seipsam esse:contraria autẽ ei per luxuriam facientes, suis libidinibus ipsam perditum eunt. *Democritus.*

Ruditatem, vt ait Heraclitus, cùm aliàs celasse non est facile,tum in vino multo maximè. Testatur & Plato animi mores in vino apparere. *Plutarchus.*

Sophocles vitio vertebat Aeschylo, quòd ebrius scriberet. Nam etsi bene scribit, inquiebat, nesciens tamen id facit.

Pythagoras consultus,quinam vinosus ebrietatem desereret,respondit:Si quæ per temulentiam facit,frequens animo voluat.

Anacharsis, quo quis modo temulentiam fugeret, interrogatus:Si qualia ebrij faciũt,inspiciat,dixit.

Qui ventris voluptates sequun ur,edendo, potando, Veneris illecebris tempus fallentes, breue omninò delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt ac bibunt. Cætera verò ac tristitiæ multæ sequuntur. Semper etenim earundem rerum desiderio torquentur:&cùm quę appetunt,nacti fuerint,voluptas confestim transit,cũ in se boni nihil,quàm momentaneã titillationem habeat: itaq; mox rursus iisdẽ indigent. *Democritus.*

Quisquis suum corpus curat, non seipsum colit. Qui verò pecunias, neq; seipsum, neque sua,sed remotiora suis curat.

Turpissima res est proculdubiò voracitas & liguritio. *Muso.de Victu*

Equidem paucissimos noui,qui deliberarent de vitijs huiuscemodi fugiendis: plurimos autem, qui tales epulas absentes requirunt, præsentibus abstinere nequeunt.Quin adeò intemperantes eis, cùm inciderint, vtũtur, vt valetudini non parum officiant. Voracitas autẽ nihil aliud fuerit quàm incontinentia in victu,qua impulsi homines dulce præferunt vtili. Liguritio etiam immoderatio est circa vsum obsoniorum.

Modi excessus omni in re vitiosus,maximè naturã suã prodit,liguritores & beluones ex hominibus in sues aut canes,quod ad ingluuiẽ,transformãs, omnis honestatis in gestibus, visu,esuq; oblitos. Tantam ipsis insaniam cupediarum amor gignit.

Quid turpius quàm ita se præstare circa victum, vt bruti potius animalis, quàm prudentis hominis imago sit? Hoc igitur cùm turpissimum sit,nimirum eius contrarium pulcherrimum erit, ordinatè, modesteq; cibo frui, & hoc omnium primum temperantiæ specimen edere. Cùm enim temperantia difficilis habeatur, multi studij ac exercitationis egens maximè circa victũ id contingit. Quia cùm innumeræ sint voluptates,peccandi incitamenta, quæ per vim morem sibi geri

cogunt præter omnem vtilitatem, ea quæ ad victum attinet luxuria difficillima, periculosissimaq; videtur. Quippe cæteræ voluptates rarius incidunt, nonnullis etiam integros menses annosq; carere possumus: quæ verò in alimentis consistit, eam experiri quotidie necessitas cogit, & plerumque bis in die, cùm aliter vitam souere non sit. Quò sæpius igitur edendi suauitaté vsurpamus, eò plus inde periculorũ nobis imminet.

Quoties cibum sumimus, multis peccandi modis occasio datur, Nam & qui nimiũ edit, peccat: & qui festinantius, nihilo minus: & qui obsonio vltra decorum se inquinat: & qui suauiora salubrioribus anteponit: & qui sodalibus nõ æquam partem relinquit. Item qui non suo tempore comedit, is quoq; peccat, cùm alijs anteuertendis relictis ad epulas se conuerterit. Studendum est igitur temperanti futuro, vt se ab omnibus purum & integrum exhibeat.

Se tunim aliquis ab omnibus ijs voluptatibus præstiterit, si multo exercitio consuescat alimentis vti ad alendi, non delectandi corpus, finem: non vt leuem ac lubricam reddat gulam, sed corpus vt roboret. Gula enim condita est, vt ciborum meatus esset, non voluptatis instrumentum.

Venter in animali eadem gratia, qua radix in omnibus plantis, factus est. Etenim vt plantam radix alit, forinsecus nutrimentum attrahens: sic venter animal nutrit cibis & potionibus in ipsum deriuatis. Rursus vt plantæ aluntur perdurationis non voluptatis causa: non secus hominibus, vitæ sustentandæ remedium, victus est concessus. Quamobrem edendum vt viuamus, non vt voluptuemur. Iuxta Socratis sententiam, qui se edere dicebat, vt viueret: non viuere, vt ederet.

Enimuerò quisquis probitatis studiosus fuerit, haudquaquam vulgo hominum similis erit viuendo vt edat, sicut illi præ cunctis ciborum illecebras captantes.

Deus hominũ conditor cùm cibum atq; potũ pro incolumitate nõ pro delicijs largitus sit, hinc intelligi licet: quippe alimẽtum dũ maximè munere suo fungitur in cõcoctione digestioneq;, nullo suauitatis lenocinio nos afficit, sed nutrit duntaxat & vires reficit, quãuis multò longius tempus interim eat, quàm dum edimus. Oportuisset autem si Deus delectationis gratia cibum nobis machinatus esset, longiori illo tempore voluptatem sentiri, non breuissimo tantùm inter degluttiendũ. Sed licet tam momẽtanea sit ista gluttientium suauitas, infinita tamẽ obsonia excogitauit.

Maius studium coquis quàm agricolis impenditur. Aliqui tota prædia in conuiuiorum apparatu consumunt. An non hoc miserrimum est? præsertim cùm nihil vtilitatis corpori accedat ex tam sumptuosa dapium structura: qui enim communissimis cibis vtuntur, robustissimi sunt. Itaq; seruos dominis, agrestes vrbanis, pauperes diuitibus validiores, vt plurimum videas laboribus aptiores, tardius fatigando operari, rarius ægrotare, facilius ferre frigus, æstum, vigilias, & quicquid eiusmodi est.

Etiamsi tum pretiosus, tum vulgaris victus corporis robur augerent, nihilominus vulgarem præferre conueniret, vt qui magis sobrius sit, magisq; bonum virum deceat. Nam scopus diætæ constituendus est in sanitate ac viribus: horum enim solùm causa cibus assumendus, quem sumptuosum esse nõ est necesse. Is autem qui cibum ingerit, vt ordine, modo, mensura, puritateq; decenter & absque festinatione obseruans plurimùm à reliquis differat, omni cura & studio eniti debet.

DE CONTAGIONE.

Contagia vitanda multa: nam mala inferunt.

Si quid amas, nec vis, facias contagia vites: *Ouid. li. 2. de remed. amor.*
Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.
Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi:
Multaq; corporibus transitione nocent.
In loca nonnunquam siccis arentia glebis
De propè currenti flumine manat aqua.
Dedit hanc contagio labem, *Iuuen. Sat. 2*
Et dabit in plures. Sicut grex totus in agro
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.
Nec mala vicini pecoris contagia lædent. *Virg. Eclo. 1*
Quis non è timidis agri contagia vitat, *Ouid. 3 de Pon.*
Vicinum metuens ne trahat inde malum?

Contagia malorum non bonus nocent.

Non recipit mens pura malum, neq; lenibus hæret
Inspersæ fibris maculæ. si Vascone saltu
Quisquis agit purus sceleris vitam inter iniquos,
Nulla ab inhumano morum contagia ducit
Hospite.

Ne gustaris quibus nigra est cauda.

Ne commercium habeas cum ijs qui sunt nigris ac infamibus moribus. *Plut. de Lib. ed.*

Ne mendacem sermonem protuleris. mendaciũ enim in extremis partibus nigrescit. *Tryphon.*

A bonis bona disce. *Theognis.*

Oscitante vno, deinde oscitat & alter.

Hæc vbi audiuit Critias, neq; vidisset hæsitantem, quemadmodũ ij qui ex aduerso vident oscitantes, eodem affectu corripiuntur, itidem & ille mihi visus est mea dubitatione cogi, vt & ipse à dubitatione corriperetur. *Socr. apud Pla. in Charmide.*

Videris mihi simillimus esse isti latæ torpedini marinæ. Nam hæc quoq; semper eum qui accedit ac tangit, torpidum reddit. Et tu videris mihi quoque tale quiddam fecisse vt torpeam. *Plat. in Men.*

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Mores bonos conuictus inficit improbus. *Menander.*

Conuictum atq; cõmercia Deo digna sectare: memor illius versiculi sanctificati per Apostolum: Bonos corrumpunt mores congressus mali. *Tert. ad vxor.*

Malus ipse fies, si malis conuixeris. *Arist. 9. Mora.*

Sumuntur à conuersantibus mores. Et vt quædam in contactis corpore vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cœtus fortem virum emollit. Auaritia in proximos virus suum transtulit. Eadem è diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secum habent, mitigent: nec tam valetudini profuit vtilis regio, & salubrius cœlum, quàm animis parum firmis, in turba meliorum versari. *Sen. li. 3. de Ira.*

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. *Plut. de Lib. educandis.*

Claudo vel vni si propinquus manseris, *Pind. in Antiope.*

Disces

Disces & ipse claudicare protinus,

Stobeus. Ea est rerum humanarum infœlicitas, vt facilius transiliant vitia quàm bona.

Paul. in Nem. hymn. 7. Si vir viro eget, quid dicemus vicinum esse vicino, animo constanti amicum?

Hesiodus. Vicini incincti, cincti venere propinqui.

Alexan. Aphr. Et balbutire discit, quisquis assiduè cû balbo viuit.

Plutarchus. Imprudentes etiam vitia eorum imitamur, quibuscum viuimus. Vt familiares Platonis, gibbum eius imitabantur: Aristotelis amici, balbutiem eius exprimebant: Alexandri Macedonum regis domestici ceruicis inflexum, & vocis in dicendo asperitatem effingebant.

Plato de Leg. 2. Verum probabile, an potius necessarium hoc esse, quòd cùm quis cum prauis hominum moribus conflictatur, non odit, sed gaudet magis approbans, quanquam veluti per iocum reprehendit, somnians suam ipsius malitiam, tunc profectò necesse est, vt similis euadat gaudens vtrisqueque gaudeat.

CONTENTVS NEMO EO QVOD HABET.

Cic. Torq. finan. 2. Suæ quemque fortunæ pœnitet.

Idem. Suam quisq; conditionem miserrimam putat.

Paradoxo. 6. Eum intelligimus diuitem, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè cõtentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius.

Paradoxo. vlt. Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; diuitiæ.

Horat. Sat. 1. Quî fit Mecœnas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit illa
Contentus viuat: laudet diuersa sequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauem iactantibus austris,
Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ
Momento, aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris legumq; peritus,
Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem est,
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe.
Ille grauem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautæq; per omne

Ibidem. Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt: cùm sibi sint congesta cibaria, sicut
Paruula (nam exemplo est magni formica laboris)
Ore trahit quodcumq; potest, atq; addit aceruo,
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur antè
Quæsitis patiens: cùm te neq; feruidus æstus
Dimoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.
Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quòd si comminuas, vilem redigatur ad assem.
At ni id fit, quid habet pulchri cõstructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum,
Non tuus hoc capiet venter, plus quàm meus: vt si
Reticulum panis, venales inter, onusto
Fortè vehas humero, nihilo plus accipias quàm
Qui nihil portarit.

Tu Latius uide primam Hor. Sat.

Hora. Od. 1. li. 3 Districtus ensis cui semper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborarunt saporem:
Non auium, citharæq; cantus
Somnum reducent. somnus agrestium
Lenis virorum non humiles domos
Fastidit, vmbrosamq; ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.
Desiderantem quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare:
Nec sæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi:
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundusq; mendax: arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sydera, nunc hyemes iniquas.
Contracta pisces æquora sentiunt
Iactis in altum molibus. hnc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominusq; terræ
Fastidiosus: sed timor & minæ
Scandunt eodem, quò dominus, neq;
Decedit ærata triremi: &
Post equitem sedet atra cura.
Quòd si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sydere clarior
Delinit vsus: nec Falernæ
Vitis, Achæmeninmq; costum:
Cur inuidendis postibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operosiores?

Fide & ingenio praeditus, nihil amplius optat, suaq; sorte contentus est.

Hor. Od. 18. lib. 2 Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima recisas
Africa: neque Attali
Ignotus hæres regiam occupaui:
Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientes.
At fides, & ingeni
Benigna vena est: pauperemq; diues
Me petit. nihil supra
Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die:
Nouæq; pergunt interire Lunæ.
Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus, & sepulchri
Immemor, struis domos:
Marisq; Baijs obstrepentis vrges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid, quòd vsq; proximos
Reuellis agri terminos, & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens Deos
Et vxor, & vir, sordidosq; natos.
Nulla certior tamen

Rapacis Orci fine destinata
Aula diuitem manet
Herum: quid vltra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regumq; pueris: nec satelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coërcet. hic leuare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atq; non vocatus audit.

CONTENTIO PROBANDA.

Cice. pro Cælio. Contentio tandiu sapiens est, quandiu aut proficit aliquid, aut si non proficit non obest.

Pub. Mimus. Nimium altercando veritas amittitur.

Contentionis filum tunc erat: cùm vterq; peruicax est, neuterq; concedit alteri.

Hieron. in epist. Inde etiam funiculum contentiosum ducere.

CONTEMPTVS ET VILITAS.

Contemnentis inimicum.

Homer. Iliad. 1. de Diomede.
Hand curo magis, ac si fœmina, siue quis infans
Me iaculo peteret: siquidem viri inertis & ipsa
Irrita tela volant.

Contemptus & vilitatis prouerbia.

Contemnentis dicterium.

Homer. Iliad. 4
At missum non transijt ad vitalia telum,
Sed summa in cute baltheus arcuit, impositoq;
Laminex squammæ, quas huic faber addidit ære.

Tineas pascere.

Horat. in epist.
Tineas pascunt, quæ contempta situ pereunt.
Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.

Homo tressis.

Persius Sat. 5
Heu steriles veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit. hic Dama est, non tressis agazo.
Et centum Græcos curto centusse licetur.

Ne crepitu quidem digiti dignum.

Athen. li. 12. de Sarda. epitaph. Et mortuus declarat in monumenti statua digitis, quàm deridiculæ sint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignæ.

Concha dignus. Vilissimum enim quodq; concha dicitur apud Græcos.

Ne ligula quidem dignus.

Martial. lib. 11
Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila resecta suis.
Mox vetus & tenui maior cordyla lacerto,
Sed quæ cum rutæ frondibus oua tegat.
Mentiar vt venias, pisces, conchylia, sumen,
Et cortis saturas atq; paludis aues.

Semper me tales insequantur hostes.

Pind. in Pyth. Me bella semper insequantur talia.

Seneca. Est hominum genus, quod periculosius sit demeruisse, quàm offendisse: & quos magis expediat inimicos habere, quàm amicos.

Quibusdam displicuisse laudabile est.

Sunt cum quibus amicitia copulatum esse dedecori sit, simultate dissidere pulchrum.

Incus maxima non metuit strepitus.

Extat apud Græcos distichon integrũ huiusmodi: Strepitum ac tumultũ maxima incus haud timet, Constans nec animus quamlibet violentiam.

Excelsus animus non commouetur minis, aut fortunæ sæuientis procellis.

Aquila non capiat muscas.

Summi viri negligunt minutula quæpiam.

Animus excelsus res humiles despicit.

Elephantus non capit murem.

Cœnum barbaricum.

Ac re vera barbarico quodã cœno demersum animi oculum, paulatim trahit, subuehitq; sursum. Plato li. de Rep. 7

Cassa glande non emam.

Promittens iudicium, quærit pretium, alter licitatur nummos trecentos. Grippus respondet, tricas. LAB. Quadringẽtos. GRIP. Tramas putidas. LAB. Quingentos. GRIP. Cassam glandem. LAB. Sexcentos. GRIP. Curculiunculos minutos fabulare. Plaut. in Rud.

Fungus putidus.

Terræ odium ambulat. Iam nihil sapit, nihil sentit: tanti est, quanti fungus putidus. Plau. in Bacch.

Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Ibidem.

Nummo addicere.

Apud Iurisconsultos prouerbiale est, nummo addicere, pro eo quod est, minimo vendere.

Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit. Vlpia. li. Pand. 19 tit. Locati.

Si quis & conduxit, & rogauit precario vti possideret, si quidem nũmo vno conduxit, nulla dubitatio est, quin & precarium solum teneat. Idem li. 5 tit. de re iudicata.

Bello ciuili supra alias donationes amplissima prædia nummo addixit. Suet. in Iul. Cæ.

Nunquam eris hoc nummo diuitior. Plau. in Pseud.

Nummus plumbeus.

Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. Plaut. in Trin.

Cui homini hodie nummus non est plumbeus. Idem in Cas.

Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos nũmos. Idem in Most.

Non magis quàm canem.

Valuistin' vsque? Expectatus aduenio? SOS. Haud vidi magis. Expectatum eum salutat haud quisquam magis quàm canem. Plau. in Amph.

Nihil est, aut nihil cura est.

Nihili quidem hi sunt, cæteris curæ est nihil. Rmthou apud Cic. li. 6. epist. 2

Nauci non facio.

Non habeo deniq; nauci Marsum augurem. Cic. de Diuin.

Pili non facio.

Non faciunt pili cohortem. Catullus.

Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Cic. ad frat.

Ne pilo quidem honoratior.

Ne pilo iniucundior.

Vnde dignus pilo dicitur, homo nihili.

Flocci non facio, aut flocci facio.

Huius non facio. vnde Terentius in Adelph. Huius quicquam non faciam.

Vitiosa nuce non emam.

Vitam tuam vitiosa nuce non emam. Plau. in Milit.

Non emerim nec vnica quidem nuce. Aristoph. in Pa.

Non ego istud verbum emptitem titiuilitio. Plautus.

Ne ter

Ne teruncium quidem insumpsit.

Cic. ad Attic. Atq; etiam spero, toto anno imperij nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fore.

Plaut. in Capt. Neq; ridiculos iam terunci faciunt.

Frusto panis.

Cato ad M. Cal. Frusto panis conduci potest, vel vti taceat, vel vti loquatur.

Nec vno dignus.

Homerus Ilia. 2. Vnus homo medicus multis æquādus honore est.

Plat. de Leg. 5 Nam hic quidem pro vno, ille pro pluribus alijs æstimandus est.

Ne vmbram quidem nouit.

Cic. ad Att. lib. 8 O hominem amētem & miserum, qui ne vmbram quidem τ͂ καλῶ viderit.

Menander. Beatus ille est, qui vel amici dūtaxat vmbrā nouerit.

Ne allij quidem caput.

Aristophan. in Vespis. In sordidum & impendiò parcum.
Nemo vel allij caput addit coctis.

Prouerbialis hyperbole, Ne allij quidē caput dedit.

Ne terra quidem inuit.

Vergilius. Hospitio prohibemur arenæ?
Bella cient, primaq; vetant consistere terra.

Ne guttam quidem.

Aristophanes. At tu mihi da pacis vnam guttulam.
Idem in Vesp. Ne paspalam quidem somni.
Plaut. in Pseud. Cui neque parata gutta consilij, neq; adeò argenti.

Nam hęc plus habent veneris ad animi res translata: vt guttam, aut micam, aut pilum bonę mentis non habet.

Ne ramenta quidem. Ne festuca quidem.

Plaut. in Rud. Nunquā hercle hinc hodie ramēta fies fortunatior.
Aristophan. 1. Nihil hic cùm reliquerit, mouent ne festucā quidē.
In Vesp. Noctu haud videt somni ne paspalam quidem.

Nihil sacri es.

Sermo est prouerbialiter contemnentis. Siquidem Græci quicquid præclarum videri vellent, id sacrum appellabant.

Theoc. in Idyl. Hœdum igitur, si vis, age iam deponito, quanquam nil sacri est.

Nihil sanum.

Summam morum corruptionem, & nullum honesti respectum his verbis Græci significant, οὐδὲν ὑγιὲς, id est, nihil sanum.

Aristoph. in Pl. Scitatum an expediret, vt in contrarium
Verso instituto pristinisq; moribus,
Iniquus esset, subdolus, sani nihil
Ratus ista vitæ commodis conducere.

Eurip. in Andr. Heus omnium mortalium inuisissimi,
Spartam incolentes, fraudulenti consili,
Mendaciorum principes, & opifices
Tecti malorum, tortiles, sani nihil.

Aristophan. de Feminis. Vini bibaces, proditores, garrulas,
Nihilq; sanum, maximum viris malum.

Cic. ad Attic. Quid quæris? οὐδὲν ὑγιὲς. id est, nihil sinceri.

Quatuor obolis haud æstimo.

Suidas. Tuam maledicentiam existimato quatuor non esse obolorum.

Trica: Apinæ.

Per tricas & Apinas, res futiles ac nugatorias intelligimus.

Quæcumque lusi iuuenis, & puer quondam *Martialis.*
Apinasq; nostras,
Sunt Apinæ tricæq; , & si quid vilius istis. *Idem.*
Tricatur scilicet, vt homo talis. id est, nugas agit. *Cic. ad Att. lib. 15*

Medium ostendere digitum.

Et digitum porrigito medium. *Mart. lib. 2*
Infami digito & lustralibus antè saliuis. *Persius.*

CONTRACTVS.

Contractus ab indigentia profectus est. Cùm enim alter alterius nihil desiderat, contractus inter eos nullus solet interuenire. Quemadmodum cùm aliquis vini penuria laborat, quo alter abundat, eo dato exportatur triticum: ita ad parilitatem sunt reuocanda omnia. *Arist. li. 5 Eth. cap. 5*

Futuri contractus munus ipse quasi fideiussoris loco est nobis, etiam tū cùm nihil opus est contractu: quòd si sit opus, præstò sit futurus: ei enim qui illum portat, necesse est eius accipiendi potestas detur.

Itaque debent rerum omnium certa esse pretia. sic enim contractus futuri sunt sempiterni: qui quandiu futuri sunt, tandiu futura est hominum inter ipsos societas & communio.

Neque sublato contractu, consistere societas vllo modo potest: neque contractui loci aliquid relinquitur, æquitate sublata: neq; æquitate, sine apta quadam rerum inter se mensura & compositione.

Contractum certa voluntate fieri decet: sic enim iustè fiet. *Theophrastus.*

Contraria quæ.

Quæ plurimum differunt, contraria dicuntur. Ita fit vt magis etiam inter se contraria sint, quæ plus distant. *Aristot. 2. Eth. cap. 8*

Quapropter ea magis contraria dicimus, ad quæ maior est accessio: ob eamq; causam magis est intemperantia, quæ exuperanda est, contraria temperantiæ.

Contrariorum facultas & scientia eadem esse videtur. habitus autem contrariorum contrarius non esse videtur: vt à valetudine non efficiuntur contraria, sed solùm salubria.

Contrariorum si alterum multis modis dicatur, multi etiam modi sunt alterius. Si quod enim etiam modis iniustum, varijs modis dicatur, varijs iustum est & dicetur iustitia & iniustitia.

Contraria nō experunt cōtraria, nisi temerè & casu. *Arist. Eth. li. 8. cap. 8*

Verum est illud & iam olim prouerbio celebratū, arduum esse aduersum duo, eaq; cōtraria pugnare, queādmodum in morbis, alijsq; cōpluribus. *Pla. de Leg. li. 11*

Contra stimulum calcitrare.

Namq; inscitia est, si aduersum stimulum calces. *Terent. in Phor.*
Si stimulos pugnis cædis, plus dolet. *Plaut. in Truc.*
Potius sacra illi fecerim, quàm calcibus *Eurip. in Bacch.*
Stimulos ferire coner, iracundia
Citus in Deum, mortalis ipse quum siem.

Contrahere vela.

Contrahere vela esse scito, seipsum reprimere.
Et idem *Horatius.*
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Contra torrentem niti.

Laudatur à Iuuenale Crispi prudentia, quòd Domitiani violentiæ concesserit.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem.

Ouidius. Stultus ab obliquo qui cùm discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.

D. Gregorius ad Eudoxiũ Rhet. Non esse cogendum fluminis impetum, docet etiam prouerbium.

DE CONVITIO.

Conuicium indignis si dicitur, maledictum: si verò dignis, benedictum esse dicitur.

Plaut. in Curg. Indignis si malè dicitur, maledictum id esse dico:
Verùm si dignis dicitur, benedictum est meo quidem iudicio.

Conuitium factum in fortem.

Plut. in Moral. Iaculum si in solidum aliquid inciderit, nonnunquam in mittentem retorquetur: ita conuitium in fortem & constantem virum tortum, recidit in conuitium facientem.

Conuitia contempta.

Fabius Maximus cùm Annibalem mora frangere optaret, illumq; assiduè sequeretur, & à nonnullis ludibrio pædagogus Annibalis diceretur, apud amicos dicere solebat, Qui dicteria conuitiaq; metuit, timidior mihi videtur ijs qui fugiunt hostes. nihil enim leuius est dictis: quæ qui formidat, quo pacto hostium sustinebit impetum?

Conuitiator vtilis.

Aiebat Philippus Macedo se ijs qui in Repu. administranda primores essent, plurimam habere gratiam, quòd suis conuitijs efficerent, vt ipse tum oratione, tum moribus euaderet melior: Dum conor, inquit, illos dictis ac factis mendacij conuincere.

Scipelianus eos qui conuitijs agerent, existimantes se hoc pacto declarare animi magnitudinem, aniculas appellare solebat, non tantùm ebrias, sed & rabidas.

Conuitium in laudem retortum.

Metello nepoti obijcienti, quòd Cicero testimonio suo plures occidisset, quàm patrocinio seruasset: Plus enim, inquit, mihi fidei est quàm eloquentiæ. Si quidem in teste spectatur fides, in patrono valet eloquentia.

Conuitium retortum.

Libo quum Seruilio Galbæ dixisset, Quando tandem Galba exibis de triclinio tuo? respondit alter, Quum tu de cubiculo alieno. Libo Galbam notauit, quòd iudices corrumperet: Galba vicissim illum notauit adulterij.

Musonius. Socrates publica conuitia ab Aristophane, non modò non ægrè tulit, sed obuium etiam interrogauit, num se rursus ad similem rem aliam opus haberet. Quàm facilè priuata conuitia sustinuit ille, qui ne publicis quidem in frequenti theatro iactatis commoueri potuit.

CONVIVIVM.

Cic. de Senect. Bene maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.

Conuiua vltroneus.

Gnathæna meretrix adolescenti, qui sua sponte venerat ad conuiuium, præbibit his verbis, Cape, inquit, superbe. Quum ille commotior dixisset, Qui superbis? Imò, inquit illa, quis te superbior, qui nec vocatus venias?

Conuiuia pudica.

Sertorius admonebat suos ne quid in conuiuio præter decorum vel fieret, vel diceretur, præsertim à iurgijs & obscœnitate temperate. Nec ipse quicquam tale sustinebat vel audire vel videre.

Conuiuiorum ministri.

Cura ne conuiuiorum ministri maioris sint pretij, quàm quibus ministratur. Dedecet enim paucis toris, quibus accũbitur, multas animas inseruire. *Epictetus.*

CORPVS.

Corpus ad breue tempus.

Vt qui se meminerunt inquilinos esse, & in conducto habitare, & modestius se gerunt, & minus grauatim exeunt: ita qui intelligunt domicilium corporis ad breue tempus à natura cõmodatum esse, & viuunt tẽperantius, & libentius moriũtur. *Seneca.*

Corpus quomodo vitiatur.

Vt fertum crebris immersionibus consumitur: ita corpus crebris permutationibus vitiatur: hoc est si nunc immodicis laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat ac molliatur.

Corpus non est semper euacuandum.

Vt scelestæ mulieres abortum prouocant, vt rursus impleantur ac voluptuentur: ita quidam hoc ipsum corpus euacuant pharmacis & clysteribus, vt denuò liceat ingurgitare.

Corpus hominis vmbra.

Plotinus philosophus Platonicus, Amelio pictori roganti, vt corporis formam pateretur effingi, non passus est, inquiens, Quid? num satis est nos hanc imaginem circunferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus posteris ostentandam? Iudicauit cum Pythagora corpus esse thecam mentis, vtcumque eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eum, qui nihil aliud videt quàm corpus.

Corpora coniugum communia.

Reuera enim vndequaq; commiscetur coniugalis amor, cùm non solùm opes, & liberos omnibus charissimos, & animam, sed etiam corpora soli coniuges communia habent. *Antipater de Nuptijs.*

Corporis flos tempore aboletur.

Non de pulchritudine corporis certatura senectus iuuentuti introducta est, nec vt formæ vtriusque tanquam à mercatoribus quibusdam aut amatoribus examinentur: ne tamen hæc manifesta omittere videar, te volo admonitum, quòd iuuentus quidem pulchritudine quadam & vigore splendet, sed flos ille corporis tempore aboletur. *Homerus.*

Corporis

Corporis ornatus qualis.

Plutarchus. Quod ad corporis ornatum attinet, illum probo qui albus, simplex, & minimè superfluus fuerit, vestes translucidas, varias, discolores, & à bombyce cõtextas corpori non induat. Sic enim nimium ornatum, luxuriam & comptum effugiet, nec improbo zelo alios afficiet. Aurum verò & smaragdum omninò non vsurpet. Nam & nimio constat, & superbiam præ popularibus arguit.

Corporis sanitas non negligenda.

Pythagoras. Non etiam negligenda fuerit sanitas corporis:
Sed modus in potu, cibo & exercitijs
Habeatur. Modum voco, quantum nihil molestiæ nbi sit exhibiturum.
Assuescas autem victu puro, nec delicato vti.

Corporis vinculum.

Epictetus. Vinculum quidẽ corporis soluit tum natura morte, tum malitia pecunijs: animi autem vinculum virtus per disciplinam, magnanimitatem & studium.

Corpus corruptibile.

Hipparchus Pythagoreus ex lib. de Animi tranquillitate. Homines qui breuissimum vitæ tempus habent, si totius mundi æuo comparetur, optimam in vita veluti peregrinationem transigent, si vixerint in tranquillitate. Hoc autem assequentur, si imprimis diligenter scientiam & cognitionem sui habuerint: sæpe quòd mortales sint, ex carne constent, corpus offensu facile & corruptibile gerãt, deniq; grauissima quæq; ad vltimum vsque spiritum expectare cogantur. Primùm enim lugenda sunt quæ circa corpus eueniunt, morbi costales, pulmonarij, phrenitides, podagræ, stillicidia vrinæ, tormina, veterni, comitiales putredines, & alia infinita.

Corpus quo pacto instituendum.

Perictyone Pythagorica ex lib. de Mulieris concinnitate. Corpus ad naturæ moderationem instituendum est circa victum, vestes, balnea, vnctiones, capillorum dispositionẽ, & omnia quæ ornatus gratia ex auro gemmisve comparantur.

DE CORRECTIONE.

Corrigere opus laboriosius est, quàm scribere.

Ouid. 1. de Põt. Cùm relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,
Me quoq;, qui feci, iudice digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic quàm scribere maior,
Mensq; pati durum sustinet ægra nihil.

Idem lib. 3. de Ponto. Scribentem iuuat ipse fauor, minuitq; laborem,
Cumq; suo crescens pectore feruet opus.
Corrigere at res tantò magis ardua, quantò
Magnus Aristarcho maior Homerus erat.

Correctio.

In fabulis est Danaidas puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, vt pertusis vasis deferant aquam in dolium pertusum. Bion dicebat grauius fore supplicium, si integris vasis ac non pertusis idem facerent: tum enim irent onustiores.
Quum Hesiodus primas tribueret ei qui per se sapiat, secundas qui rectè monenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronuntiabat:

Optimus ille quidem, qui paret rectà monenti:
Sed probus ille quoque est, qui nouerit omnia per se.
Pauson pictor receperat à quodam equum pingẽdum speciẽ volutantis sese, & pinxit currentem. Indignante eo qui conduxerat, Pauson ridens, Inuerte, inquit, tabulam: eo facto nõ currere, sed volutari videbitur. Ita quædam errata, quæ videntur maxima, nullo negotio corriguntur, si quis commodè interpretetur.

Correctio dicti,

Dictum obscœnius & bonis viris reticendum notandum est hoc versu ex Iliad. ξ.
Sermonem, quem nemo vir vnquam promat abore,
Qui modò cognorit cordata & sana profari.
Lapsus vbi quid feci, aut officij quid omissum est? *Homer.*
Non prius in dulcem declinat lumina somnum, *Virgil.*
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quò prætergressus? quid gestum in tempore? quid non?
Cur isti facto decus absuit? aut ratio illi?

CORRVPTELA E MVNERIBVS.

Pecunia vincere speciosum non est. *Ex Apophtheg. Erasmi.*
Qui Rempub. administrant, tamen à capiendis muneribus non temperant, nec boni sunt viri, nec tales habendi.
Insyncerus fauor est, qui donis emitur: quæ si minuas, ingens murmur: si tollas, seditio oritur.
Cùm Alexander Phocioni talenta centum dono misisset, isque à legatis percontatus esset, quorsum id ageret; Quoniam, dixere, te virum bonũ & honestum existimat. Ergo sinat, inquit, me & talem esse, & haberi. Significans homines muneribus corruptos, nihil integritatis & probitatis retinere.
Eriphyle maritum Amphiaraũ, aureo monili corrupta, in manus Adrasti coniecit; primoq; die quo ad Thebas pugnatum est, vnà cum curru & equis terræ hiatu est absorptus. Mater etiam Eriphyle à filio Alcmæone ob perfidiã est cæsa.
Tarpeia Sabinorum armillis capta, alijsq; aureis gemmatisq; monilibus, arcem Capitolinam patris sui custodiæ commissam, prodidit hostibus: sed singulari deorũ beneficio, proditionis pœnas dedit, & scutis Sabinorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui prius Saturnius dicebatur.

C ANTE R.

CREDVLITAS.

Credendum cito non est.

Nec cito credideris: quãtũ cito credere lædat, *Ouid. lib. 3. de Arte.*
Exemplum vobis non leue Procris erit.

Creditu difficilia initio sunt omnia.

Sed neque tam facilis res vlla est, quin ea primùm *Lucret. lib. 3. de Nat. rerum.*
Difficilis magis ad credendum constet: itemq;
Nil adeò magnum, neq; tam mirabile quicquam,
Quod non paulatim minuant mirarier omnes.

Credibilia credenti nihil nocet.

Oui. lib. 2. Eleg.
At vos quid quisq; loquatur,
Credite: credenti nulla procella nocet.
Idem lib. 3. de Tristib.
Vix equidem credar: sed cùm sint præmia falsi
Nulla, ratam testis debet habere fidem.

Credendum potius est conscientiæ quàm alterius encomio.

Hor. lib. 1. epist. ad Quintium.
Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi credas,
Néve putes alium sapiente bonoq; beatum.

Credula mulier est.

Cicer. pro Lucillo.
Mulier ad credendum facilis est, præsertim in calamitaobus.

CRVDELITAS.

Ouid. epist. 7. Heroid.
Te lapis & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te sæuæ progenuere feræ.

Contra exultantem exilio suo.

Lib. 3 de Trist.
Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo
Qui falsum lento torruit igne bouem:
Quiq; bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.
Lucanus lib. 2. bel. Ciuil.
Quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? cùm victima tristes
Inferias Marius, forsan nolentibus vmbris,
Pendit inexpleto non fanda piacula busto:
Cùm laceros artus, æquataq; vulnera membris
Vidimus, & toto quamuis in corpore cæso,
Nil animæ lethale datum, moremq; nefandæ
Dirum sæuitiæ pereuntis, parcere morti,
Auulsæ cecidere manus, exectaq; lingua
Palpitat, & muto vacuum ferit aera motu.
Hic aures, alius spiramina naris aduncæ
Amputat, ille cauis euoluit sedibus orbes,
Vltimaq; effodit spectatis lumina membris.
Vix erat vlla fides, tam sæui criminis vnum
Tot pœnas cœpisse caput. sic mole ruinæ
Fracta sub ingenti miscentur pondere membra.
Nec magis informes veniunt ad littora trunci,
Qui medio periere freto.
Claudianus lib. 2. in Ruffinum.
Quis prodere tanta relatu
Funera? quis cædes posset deflere nefandas?
Quid tale immanes vnquam gessisse feruntur,
Vel Sciuis Isthmiaca pinu, vel rupe profunda
Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?
O mites Diomedis equi, Busiridis aræ
Clementes. Iam Cinna pius: iam Spartace leuis
Ruffino collatus eris.

De Tullia Seruij Tullij filia crudelitate, quæ per patris cadauer carpentum ire coegit, sic scribit Ouid. lib. 2. Fastorum.

Filia carpento patrios initura penates,
Ibat per medias alta feroxq; vias.
Corpus vt aspexit, lachrymis auriga profusis
Restitit, hunc tali corripit illa sono:
Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?
Duc, inquam, inuitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti est: dictus sceleratus ab illa
Vicus, & æterna res ea pressa nota est.

Senec. in Oed.
Dedit infandi
Sceleris pœnas cum Tarquinio
Tullia coniux, quæ per cæsi
Membra parentis egit sæuos
Impia currus, lacerosq; seni
Violenta rogos nata negauit.
Silius Italicus lib. 13. bell. Punici.
Cùm subito aspectu turbatus Scipio, poscit
Quæ pœnæ causa, & qui sint in crimine manes.
Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,
Et stetit adductis super ora trementia frenis
Tullia, non vllos satis exhaustura labores,
Ardenti Phlegetonte natat, fornacibus atris
Fons rapidus furit, atque vstas sub gurgite cautes
Egerit, & scopulis pulsat flagrantibus ora.
Ouid. lib. 3. Elegiarum de Eriphyle a filio cæsa.
Ex quibus exierat, traiecit viscera ferro
Filius, & pœnæ causa monile fuit.
Silius li. 6. bel. Pun. de Pœnorum crudel. in Regulum.
Præfixo paribus ligno mucronibus omnes
Armantur laterum crates, densusq; per artem
Texitur erecti, stantisq; ex ordine ferri
Infœlix stimulus, somnusq; hac fraude negatus:
Quoscumq; inflexus producto tempore tortor
Inclinauit iners, fodiunt ad viscera corpus.
Lucanus lib. 2. de Sylla crudelitate.
Sylla quoq; immensis accessit cladibus vltor:
Ille, quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Excessit medicina modum, nimiumq; secuta est,
Qua morbi duxere manus, periere nocentes.
Sed cùm iam soli possent superesse nocentes,
Tunc data libertas odijs, resolutaq; legum
Frenis ira ruit: non vni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisque nefas, semel omnia victor
Iusserat, infandum domini per viscera ferrum.
Exegit famulus, nati madu ere paterno
Sanguine: certatum est, cui ceruix cæsa parentis
Cederet, in fratrum cecinerunt præmia fratres.
Busta repleta fuga, permixtaq; viua sepultis
Corpora, nec populum latebræ cœpere ferarum.
Hic laqueo fauces, elisaq; guttura fregit:
Hic se præcipiti iaculatus pondere, dura
Desiluit percussus humo, mortesq; cruento
Victori rapuere suas, hic robora busti
Extruit ipse sui, nec dum omnia sanguine fuso,
Desilit in flammas, & dum licet, occupat ignes.
Colla ducum pilo trepidam gestata per vrbem,
Et medio congesta foro, cognoscitur illic
Quicquid vbiq; iacet scelerum: non Thracia tantùm
Vidit Bistonij stabulis pendere tyranni.
Postibus Antæi Libyæ, nec Græcia mœrens
Tot laceros artus Pisæa fleuit in aula.

Crudelitatis reprehensio pulchra.

Ouid. lib. 5 de Tristib.
Quæ tibi res animos in me facit improbe? cúrve
Casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem, placidúmve iacenti
Nostra? quibus possunt illachrymare feræ?
Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas,
Imposito calcas, quòd mea facta, pede.
7. Metamorph.
Dij te summoueant, ó nostri infamia secli,
Orbe suo, tellusq; tibi, pontusq; negetur.
Martial. lib. 9. Epigram.
Deponas animos truces monemus.
Multis terribilis caueto multos.
Auson. in sent. Periandri.
Herodis crudelitas.
Quum Herodianæ crudelitatis rumor ad Augustũ peruenisset, quòd in Syria pueros omnes qui bimatum non excessissent, iussisset interfici, & in

in his etiam perijsse filium, Præstat, inquit, Herodis esse porcum quàm filium. Iudæi enim mira religione abstinebant ab esu suillæ carnis.

Fimbriæ crudelitas. C. Fimbria procurarat vt Scæuola in funere C. Marij iugularetur: quem vt cognouit ex vulnere recreatum, apud populum deferre instituit. Rogantibus quid optimo innocentissimoq; viro esset obiecturus, Obijciam, inquit, quòd parcius corpore telum receperit: quasi hoc esset crimen non perisse.

Iulius Maximinus cùm proditione militum, vnà cũ paruulo filio fuisset interfectus: cõclamatum est à militibus, Ex pessimo genere ne catulum quidem esse relinquendum.

Crudelitatis Prouerbia.

Manliana Imperia.

Liuius Decadis 1. lib. 8 T. Manlius cõsul cum Latinis bellum gerens, cùm edixisset, ne quis extra ordinem pugnaret, illius filius à Genucio prouocatus cõflixit, & prouocatorem hasta confodit. Deinde vbi comitante turma, ac velut ouante, spolijs ornatus ad patrem tẽderet, ille filium quòd extra ordinem pugnasset, ad palum deligari, deinde virgis cædi, postremò securi feriri iussit. Itaque in tantum iuuentutis odium venit, vt cùm victor Romam reuerteretur, nemo iuuenum obuiam ierit.

Valer. li. 2. cap. de Arte milit. Posthumius Tiburtus, filium fortissimum adolescentem, quòd fœliciter quidem, sed iniussu suo pugnasset, securi percuti iussit.

Cic. 2. de Fin. Vide ne ista sint Manliana iussa, aut maiora etiam, si imperes quod facere non possim.

Opera Sylosontis ampla regio.

Strabo lib. Geographiæ 14. Per Sylosontem regio facta est amplior.

Syloson mortuo Polycrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cùm acerbius exerceret imperium, incola deserta est ab incolis, & prouerbio dici cœptum.

Spatiosa regio est Sylosontis gratia.

Phalaridis imperium.

Cic. ad Atticũ lib. 7 Nam istum quidem, cuius φαλαρισμὸν times, omnia tetertimè facturum puto.

Idẽ in Pisonem. Quoniam Phalarim grammaticum habemus, id est, qui perperam scripta etiam capite punit.

Omnis herus seruo monosyllabus.

Potentibus breuissimo tantùm vocabulo est opus ναὶ, ἢ οὔ. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Budoro more.

Lemnia manu.

Non magis parcemus, quàm lupis.

Aristophanes in Ambus. Quid enim his magis parcemus quàm lupis?

Val. Max. lib. 9. cap. 2 Crudelitatis horridus habitus, truculenta species, violenti spiritus, vox terribilis minis & cruentis imperijs referta, cui silentium donare, incremẽtum est adijcere.

Crudelitas L. Syllæ. L. Sylla, quem neq; laudare, neq; vituperare quisquam satis posset dignè, quia dum quærit victorias, Scipionem: dum fruitur illis, se Annibalem præstat: totam crudeliter vrbem, omnesq; Italiæ partes, ciuilis sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariæ partis, obtruncari iussit, fidem suam sequutas: quarum luctuosos gemitus trepidæ ciuitatis aures receperunt, immanuta ferro corpora Tyberis impatiens tanti oneris aquis cruentitatis vexit.

Quinq; millia Prænestinorum, cùm abiectis armis corpora humi strauissent, interficienda, protinusq; per agros dispergenda curauit.

Quatuor millia & septingentos diræ proscriptionis edicto iugulatos, in tabulas publicas retulit, ne videlicet tam præclaræ rei memoria dilueretur: nec in eos sæuire contentus, qui armis à se dissenserant, etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem, proscriptorum numero adiecit.

Aduersus mulieres gladios quoq; distrinxit, quasi parum cædibus virorum satiatus.

Id quoque inexplebilis crudelitatis indicium erat, abscissa miserorum capita modò non vultum, ac spiritum retinentia, in conspectum suum afferri voluit, vt oculis illa, quòd oculis nefas esset, manderet.

M. Marium prætorẽ non prius vita priuauit, quàm oculos infœlicis erueret, & singulas corporis partes confringeret.

Mortuorum vmbris nequaquã pepercit: nam C. Marij, cuius etsi postea hostis, prius tamen quæstor fuerat, erutos cineres in Anienis alueum sparsit.

C. Marij crudelitas.

C. Marius nimia persequendi inimicos cupiditate iram suam nefariè distrinxit, C. Cæsaris consularis & Censorij nobilissimum corpus ignobili sæuitia trucidando. Idem caput M. Antonij abscissum suis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquandiu tenuit, clarissimiq; & ciuis & oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus. Et P. Annium qui id attulerat, in sinum suum cædis recentis vestigijs aspersum recepit. *Val. lib. 9. cap. 2*

Munatij Flacci.

Munatius Flaccus Põpeiani nominis acrior, quàm probabilior defensor, cùm à Cæsare in Hispania obsideretur apud Attinguenses, efferatam crudelitatem suam truculento vesaniæ genere exercuit: omnes enim oppidi ciues, quos studiosiores Cæsaris senserat, iugulatos, muris præcipitauit. Fœminas quoque ciuitatis, vt coniugum cædes cernerent, & maternis gremijs superpositos liberos trucidauit. Infantes alios in conspectu parentum humo infigi, alios pilis excipi iussit. *Ibidem.*

Carthaginiensium crudelitas in Regulum.

Carthaginienses Regulum palpebris resectis, dolio, in quo vndique præacuti stimuli eminebant, inclusum, vigilantia pariter, & continuo tractu doloris necauerunt.

Eadem crudelitate Romanos in potestatem suam redactos, nauibus substrauerunt, vt earum carinis, ac pondere elisi, inusitata ratione moros barbaram feritatem satiarent.

Hannibalis.

Hannibal, sæuitia potius quàm arte militari constans, in flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit. Idem captiuos Romanos oneribus & itinere fessos, iam prima pedum parte succisa relinquebat. Quos verò in castra perduxerat, paria Romanorum iungens ferro decernere cogebat, neque ante sanguine explebatur, quàm ad vnum victorem omnes redegisset.

Mithridatis.

Mithridates epistola vna octoginta millia Romanorum in Asia, per vrbes negotiandi gratia dispersa interemit: tantæq; prouinciæ hospitales deos, iniusto, sed non inulto cruore respersit. Nam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem spiritum suum tandem succumbere coëgit.

Numulisins Thraciç regina Diogiridis filia, etsi minus admirabili crudelitate, propter gentis feritatem, tamen sæuitiæ rabie impulsa fuisse creditur, vt nec viuos homines medios secare, neque parentes liberorum corporibus vesci, illi oesas fuerit.

Ptolemæi regis Ægypti & Cleopatra.

Ptolemæus inter præcipua crudelitatis indicia refereodus, filium suum nomine Memphitem, ex Cleopatra & sorore & vxore susceptum, liberalis formæ, optimæq; spei puerum in conspectu suo occidi iussit. Pedes eius, & caput, & manus in cistam chlamyde opertos pro munere natalitio matri misit. Tandem cùm animaduerteret quanto suo odio patriæ teneretur, timori remedium scelere petens, quoq; tutius regnaret, gymnasium iuuentute frequens armis & igni circúdedit, omnesq; qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necauit.

Ochi dicti Darij.

Ochus, qui postea Darius est dictus, Persis iureiurando obstrictus ne quem ex coniuratione necaret, quæ septem magos cum oppresserat, mortis crudelitatem excogitauit. Septum enim altis parietibus locum cinere compleuit, suppositoq; tigno prominente, benigno cibo, & potione exceptos in eo collocabat: è quo somno sopiti, in illam insidiosam coogeriem decidebant.

Ochi Artaxerxis.

Ochos Artaxerxes sororem, atq; eandem socrum viuam capite defodit, & patruum cum centum filijs ac nepotibus, nulla iniuria lacessitus, sed quòd in ijs maximam apud Persas probitatis & fortitudinis laudem coosistere videbat.

Atheniensium.

Eodem æmulationis genere instincti Athenienses, Aeginensibus pollices absciderunt: vt classe potentes, in certamen maritimum secum descendere non possent.

Hetruscorum.

Hetrusci, virorum corpora cadaueribus aduersa aduersis alligata, atque constricta, ita vt singulæ membrorum partes singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur, amari vitæ ac mortis tortores.

Barbarorum.

Barbari mactatarum pecudum intestinis, & visceribus homines inserebant, ita vt capitibus tantummodò eminerent, & quò diutius pœnam sufferrent, cibo & potione infœlicem spiritum prorogabant, donec intus putrefacti laniarentur ab animalibus, quæ tabidis in corporibus nasci solent.

C ANTE V.

DE CVLPA.

Culpa conscius dum reprehenditur, pallet, stupet ac tacet.

HEv quàm difficile est crimen non prodere vultu. *Ovid. 2. Metam.*

Furor'ne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Meotesq; perculsæ stupent.
Ense velut stricto, quoties Lucilius ardens *Iuven. Sat. 1*
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est.
Criminibus tacita sudant præcordia culpa,
Inde iræ & lachrymæ.
Effare, dubitas? cur genas mutat color? *Seneca in Oedipo.*
Quid verba quæris? veritas odit moras.
Quisquis in culpa fuit, *Ibidem.*
Dimissus, omne odit quod dubium putat.

Culpa nemo caret.

Mulier fecit, mirandum ne id est? Censen' te posse *Teren. in Hecyr.*
Vllam reperire mulierem, quæ careat culpa?
An quia non delinquunt viri?

Culpa vacans audenter loquitur.

Mulier es, audacter iuras. ALC. Quæ non deliqui, decet *Plaut. in Amphitryone.*
Audacé esse: confidenter pro se, & proterué loqui.
Decet innocentem seruum, atq; innoxium *Idem in Capt.*
Confidentem esse, suum apud herum potissimú.
Quid tristes querimoniæ, *Horat. Oda 24. lib. 3*
Si non supplicio culpa reciditur?

Culpa sua ignorans quid puniatur.

Etenim erroris & imprudentiæ causa in eo vindicatur, qui sua culpa nescierit, vt in violentos duplex pœna cóstituta est: propterea quòd principium in eis situm sit. Est enim in eis situm, vt ne vino obruantur: quod quidem causa est imprudentiæ. Quin etiam eos puniunt, qui aliquid ignorant eorum, quæ legibus continentur, quæ ipsa & cognosci debent, nec sunt difficilia.

DE CVLTV.

Augustus Cęsar cùm pro concione multos videret palliatos, indignabundus, En inquit, Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Adeò studebat priscos renouare mores, vt habitum doluerit immutatum.

Cultus animi. Socrates iuuenes adhortabatur, vt se subinde ad speculum intuerentur, quò si essent egregia corporis forma, cauerent ne quid ea indignum committerent: sin minus, quod corpori deesset, id ingenij cultu, morumq; honestate pensarent.

Cultus animi. Xenophontem in angiportu quodam Socrates habuit obuium: quumq; videret adolescentem rara indole, porrecto baculo vetuit ne praeteriret. Vbi cōstitisset, rogauit vbi fierent, venderētur q; variae merces, quibus vulgo vterentur homines: ad quod promptè respondit Xenophon: percontatus autem, vbi homines fierent boni, & adolescens se nescire respondisset: Me igitur sequere, inquit, vt hoc discas. Absurdū enim est scire vbi parare queas honestam vestem, aut poculum, & ignorare vnde tibi comparare pôssis animi cultum.

Cultus animi. Conspicatus Diogenes adolescentulum philosophiae dantem operam, Euge, inquit, corporeae formae amatores ad animi pulchritudinem vocas. Sentiēs illum hoc agentem, vt animum virtutibus, & honestis disciplinis exornaret, hoc consequuturum, vt longè meliores amicos sit habiturus. Nihil enim sapientia pulchrius, nihil virtute amabilius.

Cultus Augusti. Alexander Seuerus gemmas omnes quas reperit in palatio vendidit, & aurum in aerarium contulit, dicens viris gemmas vsui non esse, matronas autem regias contentas esse debere vno reticulo & baccato monili, & corona in qua sacrificarent, & vnico pallio auro asperso, & cyclade quae plus sex vnciis auri non haberet. Hic cultus hodie vix sufficit negotiatorum vxoribus.

Cultus Deorū. Xenophon dicebat tum maximè colendos esse deos, quum homini res sunt secundae, vt quum incideret necessitas, confidenter illos imploremus, vt pote beneuolos iam & amicos. Rectè Xenophon: sed vulgus hominum contrà facit: in foelicitate profunda est deorum obliuio: quū vrget calamitas, tū demum ad illos confugimus.

Valer. Maxim. lib.1.cap.1 Maiores, solemnes ceremonias, pontificum scientia, bene gerendarum rerum autoritate, augurum obseruatione, Apollinis praedictione explicari voluerunt.

Diuinis rebus opera datur, cùm aliquid commendatur precatione, exposcitur voto, soluitur gratulatione, inquiritur extis, cùm solemni ritu peragitur sacrificio.

Tantum antiquis studium non solùm obseruādae, sed etiam amplificandae religionis fuit, vt à florentissimis & opulentissimis ciuitatibus, decem principum filij Hetruriae populis, percipiēdae sacrorum disciplinae gratia traderentur. Cereri sacerdotem à Velia, Chalcitanam petiere, ne deae vetustis ritibus perita deesset antistes.

Templum Cereris Gracchano interitu Romae cū fuisset pollutum, vt Cererem placarent, quindecim viros ad eam propitiādam miserunt Aetnā, vnde sacra eius orta fuisse credebant.

Matri deûm saepe imperatores nostri, compotes victoriarum, suscepta vota Pessinūtem profecti, soluerunt.

De Metello.

Metellus pontifex maximus Posthumium consulem, eundemq; flaminem Martialem Africam ad bellum gerendum petentem, vrbe egredi passus non est, religioniq; summum imperium cessit.

De Tib. Graccho.

Laudabile duodecim fasciū religiosum obsequiū: laudabilior quatuor & viginti eadem in re obedientia, à Tib. Graccho ad augures literis missis, quibus significabat se, cùm libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse vitio tabernaculum aptum. Eaq; re ad Senatum relata C. Figulus è Gallia Scipio Nasica, è Corsica Romam redierunt, & se consulatu abdicauerunt.

Consimili ratione P. Caelius, M. Cornelius, M. Cethegus & C. Claudius, propter exta parum diligēter admota aris deorum, varijs temporibus, bellisq; diuersis flaminio abire coacti sunt.

Sulpitio inter sacrificandū cum è capite apex fuisset prolapsus, eidem sacerdotium ablatum est.

Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam praebuit occentus soricis auditus.

Pub. Licinius pontifex maximus, virginem Vestalem, in ignis custodia noctu parum sedulam flagris admonendam esse censuit.

Virginis Aemiliae discipulam, extincto igne ab omni reprehensione tutam Vestae numen praestitit: quam cùm adoraret, & carbasum foculo imposuisset, subito ignis emicuit.

Cùm Marcellus quintum consulatum gerens, templum Honori & Virtuti cōsecrare vellet, à collegio pontificum impeditus est, negante vnam cellam duobus dijs rectè dicari posse: futurum enim, si quid prodigij accidisset in ea, ne dignosceretur vtri rem diuinam fieri oporteret.

L. Furius Bibaculus praetor, à patre collegij saliorū magistro iussus, sex lictoribus praecedentibus arma ancilia tulit: Omnia namque post religionē ponenda semper antiquitas duxit, nec dubitarunt sacris imperia seruire. *De L. Furio Bibaculo.*

Vrbe à Gallis capta, cùm flamen Quirinalis, virginesq; Vestales sacra ferrēt, easq; pontem Sublicium transgressas, L. Aluanius plaustro vxorem & liberos vehens, aspexisset: propior publicae religioni, quàm priuatae charitati, suis vt plaustro descenderent, imperauit, atq; in eo virgines & sacra, Caerete oppidum prouexit. Ita agreste illud & sordidū plaustrum cuiuslibet triumphalis currus vel aequauit gloriam, vel antecessit.

Caius Fabius, Gallis Capitolium obsidentibus, ne statutum Fabiae gētis sacrificium interrumperetur, manibus humerisq; sacra gerens per medias hostium stationes, in Quirinalem collem peruenit, vbi omnibus solemni more peractis, in Capitolium perinde ac victor rediit. *De C. Fabio.*

P. Cornelius, & Bebius Pamphilus, in agro L. Petilij, duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera corpus filij Numae, in altera libri reconditi erant, Latini septem de iure pontificum, totidemq; Graeci de disciplina sapientiae, Latinos maxima diligentia asseruandos curauerunt: Graecos verò, quòd aliqua ex parte religionem soluerent, igne facto in populi conspectu cremauerunt. Noluerunt enim quicquam in hac ciuitate asseruari *De P. Cornelio & Bebio Pamphilo.*

asseruari, quo animi hominum à deorum cultu auocarentur.

Tarquinius rex M. Tullium Duumuirum, quòd librum secreta sacrorum ciuilium continentem, custodiæ suæ commissum, Petronio Sabino describendum corruptus dedisset, culeo insutum in mare abijci iussit.

M. Atilius Regulus ad miserabilem captiui fortunam deductus, ac Romam de captiuis permutandis missus, in contrarium dato consilio, Carthaginem petijt ob fidem superis datam & hosti.

Senatus Romanus post Cannensem cladem decreuit, ne matronę vltra trigesimum diem luctus suos extenderent, vt ab his sacra Cereris possent peragi. Itaq; matres, filiæ, coniugesq; & sorores, nuper interfectorum lachrymis abstersis, depositisq; doloris insignibus, cãdidam induere vestem, & aris thura dare coactæ sunt.

DE CVPIDITATE.

Cupiditatis sedes iecur.

Claud. de 4. Honorij cõsulatu. At sibi cuncta petens, nil collatura Cupido
In iecur, & tractus imos compulsa recessit.
Quæ velut immanes reserat dum bellua victus,
Expleri, pasciq; nequit: nunc verbere curas
Torquet auaritiæ, stimulis nunc flagrat amorem,
Nunc gaudet, nunc mœsta dolet, sanataq; rursus
Exoritur, cæsaq; redit pollentius Hydra.

Cupiditas opum, malorum omnium causa est.

Virg. 3. Aenei. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?
Oui. lib. 13. Met. Consilium sapiens, sceleris nisi præmia, magnas
Adiecisset opes, animi irritamen auari.
Hor. Ode 2. lib. 2. Carm. Nullus argento color est auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat vsu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.
Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri solio Phraaten
Dissidens plebi, numero beatorum
Eximit virtus: populumq; falsis
Dedocet vti
Vocibus: regnum, & diadema tutum
Deferens vni, propriamq; laurum,
Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Cupiditas opum fugienda.

Horat. Ode 10. lib. 2. Carm. Rectius viues Licini, neque altum
Semper vrgendo, neq; dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntq; summos
Fulmina montes.
Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene præparatum
Pectus: informes hyemes reducit
Iuppiter: idem
Summouet. Non, si malè nunc, & olim
Sic erit.
Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare. sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.
Non enim gazæ, neq; consularis Ode eod. lib.
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leues somnos timor, aut Cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?
Scandit æratas vitiosa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
Lætus in præsens animus, quod vltra est,
Oderit curare, & amara lento
Temperet risu. Nihil est ab omni
Parte beatum.
Concidit auguris Hor. lib. 3. Ode 16
Argiui domus, ob lucrum
Demersa excidio. Et diffidit vrbium
Portas vir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus. munera nauium
Sæuos illaqueant duces.
Inde ferè scelerum causæ, nec plura venena Iuuen. 14. Saty.
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm sæua cupido
Indomiti census. Nam diues qui fieri vult,
Et cito vult fieri: sed quæ reuerentia legum,
Quis metus aut pudor est vnquam properantis auari?
Rupêre fœdus impius lucri furor, Seneca in Hipp.
Et ira præceps.
Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam. Plaut. in Capt.
Nunc aurum & purpura curis Lucret. lib. 5. de Nat. rerum.
Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.
Deniq; auarities & honorum sæua cupido, Lucret. lib. 3. de Nat. rerum.
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines
Iuris, & interdum socios, scelerumq; ministros
Noctes atq; dies niti præstante labore
Ad summas emergere opes.
Prodigere in bellum facilis præmissa feroces Silius Italicus li. 13. bell. Pun.

Augebant animos argenti pondera & auari.

Cupiditas habendi maximè creuit.

Vir. de Aetna. Subter
Scrutamur rimas,euertimus omne profundum.
Quæritur argenti semen nunc aurea vena.
Boëtius metro. 3. lib. 2. Sed sæuior ignibus Aetnæ
Feruens amor ardet habendi.
Ouid. 1. Fastorũ Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nunc est summus habendi:
Vix vltra quò iam progrediatur,habet.
Pluris opes nunc sunt,quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper,dum noua Roma fuit.
At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summo vertice Roma deos,
Creuerunt & opes,& opum furiosa libido:
Et cùm possideant plurima,plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certãt,
Atq; ipsæ vitijs sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quò plus sunt potæ,plus sitiuntur aquæ.
Idem lib. 2. Ele. Venator sequitur fugientia,capta relinquit
Semper,& inuentis vlteriora petit.
Martial. lib. 12. Epigrammo. Habet Aphricanus millies,& tamen captat:
Fortuna multis nimis dat,satis nulli.
Iuuen. Sat. 14 Interea pleno cùm turget sacculus ære,
Crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat,qui non habet.ergo paratur
Altera villa tibi,cùm rus non sufficit vnum:
Et proferre libet fines,maiorq; videtur,
Et melior vicina seges,mercaris & hanc,&
Arbusta,& densa montem qui canet oliua.

Cupiditate habendi cæcati homines, vtilia nociuáve non cernunt.

Ouid. 11. Met. de Mida voto, vt quicquid tãgeret, in aurum mutaretur. Huic Deus optanti gratum, sed inutile fecit
Muneris arbitrium:gaudent altore recepto.
Ille male vsurus donis,ait:Effice quicquid
Corpore contigero,fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis,nociturąq; munera soluit
Liber,& indoluit quòd non meliora petisset.
Lætus abit,gaudetq; malo Berecynthius heros,
Pollicitiq; fidem tangendo singula tentat.
Tum verò siue illa sua Cerealia dextra
Munera contigerat,Cerealia dona rigebant:
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes admoto dente rigebant.
Miscuerat puris autorem muneris vndis,
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali diuesq; miserq;
Effugere optat opes,& quæ modò vouerat,odit.
Copia nulla famem releuat,sitis arida guttur
Vrit,& inuiso meritus torquetur ab auro.
Lucretius 4. li. de Nat. rerũ. Nam faciunt homines plerumq; cupidine cæci,
Et tribuunt ea,quæ non sunt sibi commoda verè.
Iuuen. Sat. 10. de cupiditate Alexandri. Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.
Aestuat infœlix angusto limite mundi,
Vt Giaræ clausus scopulis,paruaq; Seripho.
Quum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit.

Cupiditas regnandi malum exitum habet.

Maphaeus Vegius lib. 13. Aen. Quantos humana negotia motus
Alternasq; vices miscent?quo turbine fertur
Vita hominũ?O fragilis damnosa superbia sceptri,
O furor,ô nimium dominandi cæca libido,
Mortales quò cæca vehis?quò gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecum insidias? quot mortes? quanta malorum
Magnorum tormenta getis?quot tela?quot enses
Ante oculos si cernis, habes?Heu dulce venenum
Et mundi lethalis honos.Heu tristia regni
Munera,quæ haud paruo constent: & grandia rerum
Pondera,quæ nũquam placidam promittere pacẽ
Nec requiem conferre queant.Heu sortis acerbæ
Et miseræ regale decus:magnoq; timori
Suppositos regum casus,paciq; negatos.
At quisquis trepidus pauet vel optat, *Boëtius Metro 4. lib. 1*
Quòd non sit stabilis,suiq; iuris,
Adiecit clypeum,locoq; motus,
Nectit,qua valeat trahi, catenam.

Cupidorum castigatio.

Tanti tibi non sit opaci *Iuuen. Sat. 3*
Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurũ,
Vt summo careas,ponendaq; præmia sumas
Tristis,& à magno semper timearis amico.

Cupiditas,cùm sit muliebris, tenera,& mollis animæ affectus,mulierem repræsentat. Animositas autem, impetu & feruore plena, & rationi aut menti sæpius obediens & sequens,iuuenem refert. *Euripides.*

Cupiditas aliquid seriò assequendi, si frustratio sequatur,tristitiam inducit. *Homerus.*

Non paupertas molestiam facit, sed animi cupiditas.Neq; diuitiæ à metu liberant,sed ratio. Si tibi igitur rationem comparaueris, neq; diuitiarũ cupiditatem,neq; paupertatem accusabis. *Epictetus.*

Loco semel dato cupiditati, in immensum crescit, & hoc sibi peculiare habet,vt semel cœpta magis magisq; augeatur. *Musonius in lib. de Elemẽtis*

Tribus ex causis virtus promouetur, cupiditate, metu & pudore. *Hippodamus Pythagoricus.*

Socrates interrogatus quo pacto quis opulentus euaderet, Si cupiditatum fuerit inops. *Xenophõ. 1. de dictis & factis Socratis.*

Equidem hanc sententiam iam olim approbaui, *Euripides.*
Quòd vir iustus natus sit in proximi commodum:
Contrà cuius animus inclinatus est in lucrum,
Et amicis inutilis est,& difficilis in commercijs.
Non vt animo meo gratificere,profers *Serapio.*
Tam blanda verba,sed tui causa lucri.
Auaritia mortalibus est maximum malum. *Menander.*
Nam qui suis aliena quoq; volunt adijcere,
Hi sæpius victi sua spe frustrantur,
Adduntq; alienis,quæ prius erant propria.
An non stultissima res est turpilucrium? *Diphilus.*
Nam dum quærit animus occasiones arripiendi quidpiam,hallucinatur ad alia.
Accipere si non esset,nullus foret malus.
Istud est auaritia,cùm neglecta consideratione
Iusti,quauis in re lucro seruieris.
Dicis,sed quicquid dicis,accipiendi causa dicis. *Menander.*
Quisquis ambitiosum & auarum ingenium habet, *Euripides.*
Nihil ille iustum sapit,neq; cupit,
Difficilisq; est amicus,& toti ciuitati.
O qui pulchre splendentẽ lampada versas flãmeam *Theodect.*
Sol,omnibus mortalibus sydus optatum,

Vidistin' vnquam alium hi adeò magnum
Suæ causæ periculum & ineuitabile iudicium incidisse?
Hic enim ecce verbis accusat me
Mulier, agitq; causam apud maritum.
Superant autem me ijdem, qui & incusant.
Aristophanes. Vos qui accipitis stipendia publica,
Singuli priuatim incumbitis suo quisq; lucro.
Vtilitas verò Reipub. ceu Sisyphi lapis versatur.
Hesiodus. Pecuniæ non raptæ, sed datæ diuinitus, multò sunt potiores.
Idem. Dimidium ignorant stulti magis vtile toto:
Maluaq; quos vsus, quos bastula regia præbet.
Turpia lucra fuge, hæc nam sunt æqualia damnis.
Manus manum fricat.
Epicharmus. Vt paucis dicam, quantumuis sapientem animum hominis, lucrum vi superat.
Bacchylides. Victa est etiam sapientia lucro.
Pindarus. Bonum est donum, sed rapina mala, mortisque causa.
Hesiodus. Si quis sponte quantumuis magnum donauerit,
Donato gaudet munere, animoq; suo delectatur:
At si quis ipsemet impudentia fretus acceperit,
Hoc etsi paruum, charam mentem contristat.
Euripides. Ingenita quidem est malitia cunctis mortalium.
Is verò qui accepta mercede maxima
Malus fuerit, venia quidem indignus est:
Sed cùm magnam mercedē audaciæ magnæ ferat,
Facilius sustinebit reprehensionē incusantiū ipsum.
Sophocles. Nullus est quem non vincant pecuniæ.
Nisi fortè quispiā, quem ego quisnā sit, baud video.
Subornans magum huiusmodi, veteratorem,
Dolosum, erronem, & qui in lucro
Solummodò cernit, arte verò cæcus est.
Menander. Quicumq; manum auro supponit, ille quamuis inficietur,
Mala consilia molitur.
Nullus continuò iustè viuens ditatus est.
Iustus enim paulatim sibi colligit parsimonia.
At ille insidiatus alicui dudum opes asseruanti, occupat omnia continuò.
Antiphon. Lucra malè quæsita, voluptates quidem pariunt
Breues: longam verò deinde tristitiam.
Euripides. Ite nunc ô mali homines, parate vobis honorem per vim,
Et contrahite diuitias vndecumq; venantes, per fas simul atq; nefas. Deinde messem ipsarum infœlicem metite.
Menander. Difficile fuerit inuenisse pauperi cognatum.
Nullus enim fatetur ad se pertinere
Illum, auxilio qui egeat aliquo,
Nimirum statim aliquid à se postulandum metuēs.
Sophocles. Auarum est omne genus barbarorum.
Euripides. Improbi lucrum iustitiæ præferunt.
Eusebius. Auaritia opes conquirēdi sufficientem terminum nescit inuenire.
Auaritiam quotidie confluentes diuitiæ non sistūt: vt neq; struem ardentem iniecta materia. Quin accedentes semper opes ad maiorum cupiditatē animū magis accendunt. Sola verò mens si præsens fuerit, huic quoq; vitio mederi potest.
Irrationabilem auaritiā citius cōsument abiectę res partæ, quàm crescētes quotidie immensæ opes.
Præsentibus ritè vti, viri est prouidi: prorsus autē id facere non velle, est rebus necessarijs indigere.

Plures homines diuitijs præter rationē addicti, malunt, dum pro diuitibus habeātur, stulti & rudes existimari, quàm suo loco sumptus facientes cōmodi nominari.
Da aliquid, & aliquid accipito. *Prodicus.*
Ego quidem ô rex, vt pote homo, cùm sæpe iam vi derim res multas atq; magnas à minoribus euer sas esse, non permitto te ætati tuæ in omnibus indulgere, gnarus quàm malum sit multa concupiscere. *Herodotus.*
Ille diues existimādus est, qui se satis possidere sibi persuasit. Eum verò qui partis semper adijcere properat, acquirēdiq; saturitate nulla capitur, etsi Mida fuerit opulētior, pauperem ac lrum appello, quo scilicet omninò non minus est pauper in animo. *Eusebius.*
Diuitiæ malis acquisitæ facinoribus, opprobrium eò habent insignius. *Democritus.*
Bion sophista auaritiam esse dicebat omnis improbitatis metropolim.
Homines auari labore, parcitate, ærumnisq; & auctione præsentium gaudent, quo scilicet auari possunt gaudio. Auferentes verò aliquid de rebus suis, & in vsum cōuertentes, tā dolent quàm si de corpore suo ipsis adimeretur. *Antiphon.*
Malum est animum ita instituere, vt plus cōquirere & possidere velit præsentibus. *Herodotus.*
Auarus nemo bonus, neq; rex, neq; liber esse pōt. *Antisthenes.*
Diuitem qui sapientiæ sibi opinionem induit, admonens quid frustra laborat?
Pecuniarū cupiditas nisi terminetur aliqua satietate, lōgè deterior est extrema paupertate. Maiores ēm cupiditates, indigētias quoq; maiores faciūt.
Improba lucra damnum virtutis inferunt.
Diogenes auaros hydropicis comparabat: illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua, amplius desiderare: idq; vtrosq; in sui perniciē. Affectiones enim ipsis eò magis intenduntur, quò largius desiderata consequuntur.
Socrates interrogatus quinā essent auari, respōdit, Qui turpia lucra venatur, & necessarios amicorum negligunt.
Quæsitum vbiq; lucrum, inexplebile. *Pittacus.*
Quæstus turpis, grauis est thesaurus. *Periander.*
Cùm Pyrrhus sibi somniaret Siciliam, deinde Carthaginem & amplam terram, Gygon Ceneas ad ipsum dixit: Quid verò deinde fiet? respōdit Pyrrhus, viuemus postea. Tū Gygō: Quid igitur nos prohibet, quin statim ab hoc tēpore in præsentia viuamus, antequā multas vrbes perdiderimus?
Hominis auari vita silicernio, hoc est, funebri conuiuio similis est. Cùm enim habeat omnia cætera, exhilaraturum non habet.
Semiramis constructo sibi monumento, inscripsit: Quicumq; rex pecunia indiguerit, aperto sepulchro, quantum opus est, capiat. Darius autē cùm aperuisset, pecunias quidē nō inuenit, sed in huiusmodi scripta incidit: Nisi vir malus esses, & pecuniarum inexplebili desiderio flagrares, haud sanè mortuorum loculos commouisses.
Timon ille cognomine Misanthropos, id est, hominum osor, elementa malorum esse dixit insatiabilitatem & ambitionem. *Isocrates.*
Sedimentum est, vini quidem fæx, auari autem illiberalitas. *Idem.*

Neq;

Demosthenes. Neq; mortui colloquium, neque auari beneficium quærendum est.

Spes mali lucri, initium est iacturæ.

Diogenes. Auari vita sua tanquam gladio vtuntur, omnia facientes secundum aniam.

Plato ad quempiam accumulãdæ pecuniæ semper incumbentem: O improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati.

Diogenes Cynicus cùm vidisset quendam opulentas anus amare simulãtem, dixit, Hac ratione nõ oculum, sed dentem amisit.

Simonides interrogatus cur in extrema senectute auarus esset, Quoniam, respondit, malim defunctus opes inimicis relinquere, quàm viuus amicis egere. His ille verbis plurimorum amicitiæ inconstantiam damnauit.

Diogenes magna & multa simul accipientes, insigniter mendicos appellabat.

Apol. ad Eupl. Animus qui non reputat secum quid corpori sufficere possit, non potest seipsum rebus suis contentum præstare.

Aristoxenus. Nimia pecuniarum collectio pro liberis, vt multi loquuntur, prætextus est auaritiæ, proprium ingenium arguens.

Quorum corpus indiget, ea facilè omnibus obueniunt citra laborem ac ęrumnã: quibus verò cõparandis labore ac ærumna opus est, ea non corpus, sed peruersitas opinionis desiderat.

De concupiscentia hæc dicebat Aristoxenus in Apophthegmatibus, Affectionem hanc variam esse, laboriosam, & multiformem maximè: cupiditatum autem alias accessorias & ascititias esse, alias verò connatas. At ipsam cupiditatem definiebat esse impetum quendam animæ & motũ, & appetitionem repletionis, aut inanitionis, vel sensilis alicuius præsentiæ, absentiæ've, vel ipsius sensus priuationis.

Deprauatæ & malæ cupiditatis tria genera præcipua faciebat Aristoxenus indecorum, immoderatum, intẽpestiuum. Aut enim per se statim indecentem esse cupiditatem, odiosam & illiberalem: aut non quidem simpliciter culpãdam, sed vehementiorem diuturnioremq; iusto esse: aut quo tempore & ad quæ non conuenit.

Plato. legum.5 Paupertas habenda est, non possessionis decremẽtum, sed augmentum insatiabilitatis.

Democritus. Cupiditas plurimum amittit præsentia, sicut olim Aesopicus ille canis.

Clitophon. Brennus Gallorum rex vastans Asiam in Ephesum peruenit: ad quem plebeia quędam virgo nomine Demonice, prodituram se ipsi Ephesum promisit, si torques & monilia pro mercede darentur. Ad hãc Brennus subditos duxit, & quicquid haberent auri, in gremium auaræ conijcerent imperauit. Qui cùm imperium exequerentur, Demonice præ auri in se coniecti multitudine viuens est obruta.

Summa est iniustitia iustum sibi videri illum qui non est.

Plato lib. 2. de Repub. An hoc ignoras, quòd auarum & ambitiosum esse, dedecus & nominatur, & est re ipsa?

Idem lib. 1 Quoniam igitur cõuenimus iustitiam virtutem ac sapientiam esse, iniustitiã verò malitiam & inscitiã: Sic esto, inquiebam, & ita nobis statuatur.

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis est: rapina verò, impudens.

Si quis publicum aliquid furetur, siue magnum, siue paruum, eadem pœna cõstituatur. Nam & qui exiguum aliquid furatur, eodem quidem studio, potentia verò minori furatus est.

Arist. Ethi. lib. 3. cap. 11 Cupiditatum aliæ communes sunt, aliæ propriæ & adscititiæ, vt cibi cupiditas naturalis est.

Cupiditas huius vel illius cibi non naturalis.

Ibidem. At hunc vel illum cibum, non iam, nec eosdem omnes desiderant. Itaq; hoc iam nostrũ est, quanquam habeat quiddam simile natura.

Ibidem. In cupiditatibus naturalibus pauci peccant, idque vno modo: in proprijs multi, & multis modis. Nam edere quæcumq; adsunt, & potare dum compleare, id est extra modum copia in eo prodire quod secundum naturã est. Expletio enim eius quod deest, eius est cupiditatis quę à natura proficiscitur: at verò in priuatis voluptatibus cõplures peccãt, quòd ijs gaudeãt quibus non decet, vel plus quàm ratio postulet, aut quemadmodum pleriq;, vel non quemadmodum decet, vel quemadmodum dedecet.

Minus est turpis animi quàm cupiditatum continentia.

Arist. lib. 7. cap. 6. Ethic. Ira rationi quodãmodo paret, sed non artè eam audit, & ad suppliciũ vltionemq; se cõuertit: more seruorũ, qui pręproperè munia obeũt, qui antequàm ea quæ præscribuntur audiant, abeunt, & ita officio desunt. At verò cupiditas si ratio vel sensus modò moneat hoc vel illud esse suaue, inflammata rapitur ad perfruendas voluptates. Ita quodammodo sequitur rationem ira, cupiditas non item. Est igitur turpior cupiditas.

Ibidem. Impotens animi quodammodo à ratione vincitur: ille autem non à ratione, sed à cupiditate.

Ibidem. Iam ei potius ignoscendũ est qui cupiditates sequitur naturales, quoniã ijs etiam omnibus quæ ex eo genere cõmunes sunt: & quia communes. At iracundia & acerbitas à natura nobis potius tributa est, quàm cupiditates eæ quæ semper immẽsæ sunt & immoderatæ, & minus necessariæ.

Ibidem. Cupiditatum alię sunt humanę & naturales & suo genere & accessione: aliæ belluarum propriæ: quædam ex oblæso principio, morbisq; gignũtur, quarum imprimis duntaxat sunt temperantia & intemperantia.

Arist. lib. 9. cap. 3. Ethicorum. Cùm ratio illud fugiendũ monet, cupiditas contrà ad se rapit (potest enim omnes animi partes cõmouere) fit, vt à ratione quodãmodo & opinione distrahatur animus: nõ quòd sit per se cõtraria opinio, sed quòd solùm fortuitò. Nõ enim rectæ rationi cõtraria opinio est, sed cupiditas.

Plut. in Moral. Vt pueriles querimoniæ facilè conquiescunt: ita leues cupiditates subducta materia facilè sedãtur.

Idem. Vt velis vtendum pro nauis magnitudine: ita cupiditates pro facultate sunt moderandæ.

C V R A.

Oui. 1. de Pont.
Cura quoq; interdum nulla medicabilis arte:
Aut si sit, longa est attenuanda mora.

Persius Saty. 1
O curas hominum, ô quantum est in rebus inane?

Statius lib. 3. Thebaidos.
Inuigilant animo, sceleris parati
Supplicium exercent curæ.

Seneca in Medea. Nulla vis flammæ, tumidiq; venti
Tanta, nec teli metuenda torti,
Quanta cùm coniux viduata tedis
Ardet, & odit.
Hor. Oda 16. li. 2 Non enim gazæ, neq; consularis
Submouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.
Idē lib 3. Oda 1 Timor & minæ
Scandunt eodem, quò dominus: neq;
Decedit ærata triremi: &
Post equitem sedet atra cura.
Oda 16. lib. 3 Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumq; fames.
Tibull. Eleg. 3 lib. 3 Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri,
Aruaq; si findant pinguia mille boues?
Quid've domus prodest Phrygijs innixa columnis,
Tenare sine tuis, sine Charisie tuis?
Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,
Aurataq; trabes, marmoreumq; solum?
Quid've in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctaq; Sydonio murice lana iuuat?
Et quæ præterea populus miratur in illis,
Inuida quæ falso plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominū, curæ've leuantur:
Nam fortuna sua tempora lege gerit.
Claud. lib. 2. in Ruffinum. At procul exanguis Ruffinum perculit horror:
Infectæ pallore genæ: stetit ore gelato
Incertus peteret ne fugam, veniam've subactus
Posceret, an tantos sese transferret in hostes.
Quid nunc diuitiæ? quid fului vasta metalli
Congeries? quid purpureis effulta columnis
Atria? prolatæ've iuuant ad sydera moles?
Addit iter, numeratq; dies, spatioq; viarum
Metitur vitam, torquetur peste futura:
Nec recipit somnos, & sæpe cubilibus amens
Excutitur, pœnamq; luit formidine pœnæ.
Ouid. 3. Met. Attenuant vigiles corpus miserabile curæ.
Ouid. 2. de Remed. Me duce damnosas homines compescite curas.
Lentescunt tempore curæ.
2. de Arte.
3 Fastorum. Sollicitæ mentes speq; metuq; pauent.

Curæ fugiendæ.

Hor. Carm. Oda 11. lib. 2 ad Hyrpinum. Quid bellicosus Cantaber, & Scythes
Hyrpine Quinti cogitet, Adria
Diuisus obiecto, remittas
Quærere: nec trepides in vsum
Poscentis æui pauca. fugit retrò
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente lasciuos amores
Canicie, facilemq; somnum.
Non semper idem floribus est honos
Vernis: neq; vno luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem
Consilijs animum fatigas?
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes sic temerè, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaq; nardo,
Potamus vncti? dissipat Euhyus
Curas edaceis.
Hor. li. 3. Carm. Oda 8. ad Mecænatem. Mitte ciuiles super vrbe curas.
Occidit Daci Cotisonis agmen:
Medus infestus sibi luctuosis
Dissidet armis.
Negligens, ne qua populus laboret:
Parce priuatus nimium cauere, &
Dona præsentis cape lætus horæ, ac
Linque seuera.
Nūc decet aut viridi nitidū caput impedire myrto, *Hor. lib. 1. Oda 4 ad Sestium.*
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.
Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agna, siue malit hœdo.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperū tabernas,
Regumq; turres. ô beate Sesti,
Vitæ summa breuis spē nos vetat inchoare longā.
Iam te premet nox, fabulæq;, manes,
Et domus exilis Plutonia: quò simul mearis,
Nec regna vini sortiere talis:
Nec tenerum Lycidā mirabere, quo calet iuuentus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.
Albus vt obscuro detergit nubila cœlo *Hor. lib. 1. Oda 7. ad Numatium Plancum.*
Sæpe Notus, neq; parturit imbreis
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæq; labores
Molli Plance mero: seu te fulgentia signis
Castra tenent.
O fortes, peioraq; passi
Mecum sæpe viri, nunc vino pellite curas.
Vides vt alta stet niue candidum *Hor. Oda 9 lib. 1. ad Thaliarch.*
Soracte, nec iam sustineant onus
Syluæ laborantes, geluq;
Flumina constiterint acuto.
Permitte diuis cætera: qui simul
Strauere ventos æquore feruido
Deprælianteis: nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid sit futurum cras, fuge quærere: &
Quem sors dierum cumq; dabit, lucro
Appone: nec dulceis amores
Sperne puer: neq; tu choreas,
Donec virenti canities abest
Morosa. nunc & campus, & areæ,
Lenesq; sub noctem susurri,
Composita repetantur hora.

Studiosus curis caret.

Musis amicus, tristitiam, & metus *Hor. lib. 1. Oda 26. ad Lamiam*
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis: quis sub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ.
Qui musas amat impareis, *Hor. lib 3. Oda 19*
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet supra
Rixarum metuens, tangere gratia
Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuuat: cur Berecynthiæ
Cessant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parcentes ego dexteras
Odi: sparge rosas: audiat inuidus
Dementem strepitum Lycus,
Et vicina seni non habilis Lyco.

Cor ne edito.

At ne sollicitudinibus vitam reddas breuiorem. *Bizarius apud Athenæum.*
Animum tamen mordens meum, sic inquam. *Aristophan. in Nebulis.*
Et rodo mentem, sumq; animi ambiguus.
Solus at ille quidem vacuis errabat in agris, *Theognis.*
Cor adedens curis, hominum vestigia vitans. *Hom. Iliad. ζ*

Odyss. a Hic soles, noctesq; duas consedimus, vsq;
Rodentes animum curis simul atq; labore.
Iliad. a Tu intus præcordia rodes.

Cura esse quod audis.

Horat. Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum:
Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi, credas.

Currentem incitare.

Cic. ad Cassiū. Vt Cæsarem in Italia viderem, sic enim arbitrabamur, eumq; honestissimis viris conseruatis, ad pacem currentem, vt aiunt, incitarem.

Cic. ad Q. fratrem lib. 3 Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris. Sed me hercule currentem nunc quidem.

Ad Atticum. Quod me hortaris, vt eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem.

In Oratore. Facilius est, currentem (quod aiunt) incitare, quàm commouere langnentem.

Plin. ad Corn. Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat, vt currentem quoque instigem.

Lucianus ad Nigrinum. Bono es animo, quandoquidem iuxta Homericum illud, hortaris eum qui ipse sua sponte properet.

Hom. Iliad. 3 Quid me sponte mea properātem maxime Atrida
Extimulas?
Odyss. ω Iandudum promptam, ac cupientem, his Pallada dictis
Excitat.

Currenti calcar addere.

Terēt. in And. Age, si hic non insanit satis, sua sponte instiga.

Plinius iunior ad Pompeium Saturninum. Flagitabas vt tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cùm ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria currenti.

Ouidius. Non opus admisso subdere calcar equo.

Curru vtere, de asinis nihil laborans.

Id est, suarum quisq; rerum curam agat, hisq; fruatur, alienarum negligens.

Currus boues trahit.

De re quæ præposterè agitur.

Lucianus in Terpsione. Nunc id euenit quod vulgo dici solet: Plaustrum sæpenumero bouem ipsum aufert.

Curia.

Faustus. Larga quidem magnos promittit curia montes,
Irrita sed rapidis verba feruntur aquis.
Quàm bene conueniens sortita est curia nomen!
A grauibus curis curia dicta venit.

CVRIOSITAS.

Plut. in Moral. Gallina sæpenumero pabulo apposito in angulo scalpens ac verrens scobem, è stercore ordei granum vnum depromere mauult: sic curiosi prætermissis aut interruptis sermonibus innoxijs, si quid malum in cuiusquam familia occultum est, id prouertunt in medium.

Vt taxatur in Comœdijs Cleon, quòd alibi manus haberet, alibi mentem: ita multis in locis est curiosi hominis animus, nec vna habitat in domo.

Vt Sicyæ, quod est in corpore pessimum, id attrahunt: sic curiosorum aures quod est in hominū vita vitiosissimum, id libentissimè audiunt.

Ciuitates portas habēt quasdam nefastas, per quas educuntur nocentes ad supplicium capitis, eijciuntur purgamenta, nihil autem infertur sacrū aut purum: sic aures curiosorum non transeunt nisi homicidia, adulteria.

Vt nemo ferret, si quis medicus vel Aesculapius vltrò accedens ad alienum morbum, percontaretur, num haberet fistulā in ano, aut num mulier haberet cancrū in pudendis, cū hæc curiositas sit salutifera, quòd inuocatus accederet: multo magis eijciēdus curiosus, qui aliena mala nō curat, sed retegit tantùm, idq; non accersitus.

Portitoribus indignamur, quòd aliena scrutantur vasa, cùm id lex eis permittat, & ni faciāt, damnū facturi sint: multo magis succensendum ijs, qui suis omissis negotijs aliena perscrutantur.

Vt coci optant pecorum prouentū, piscatores piscium: sic curiosus malorum, nouarum rerum commotionem, vt habeat, quod venetur.

Vt fele prætercurrēte, tollunt è medio obsonia: ita apparente curioso vertunt institutum sermonem, donec abierit, vt minus iam norit rerum quàm cæteri.

Vt quidam insana libidine, neglectis formosissimis mulieribus, quæ prostant, ad inclusam & sumptuosam penetrant, etiam deformem: sic curiosus contemptis præclaris spectaculis ac fabulis tam multis alienas scrutatur epistolas, alienas domos, non absque periculo nonnunquam.

Vt Simonides gratiarum scrinium semper inane repperit, mercedis semper plenum: ita si curiosus post aliquod tempus suam aperiat penum, inutilibus & insuauibus rebus plenam inueniet.

Quidam è poetis eligunt deterrima, vt ex Homero acephalos & tragicos syllogismos, & ab Archilocho obscœnè dicta in mulieres: sic curiosus pessima & insuauissima è cuiusque vita decerpit.

Vt Philippus ex deterrimis hominibus conditam ciuitatem πονηρόπολιν appellauit: sic curiosus malis vndique congestis thesaurum quendam inamabilem & inamœnum sibi in memoria construit.

Vt quidam neglectis pulchris picturis, prodigiosas ac monstrosas mirantur imagines: sic curiosi magis alienis malis delectantur quàm honestis.

Vt venatores non sinūt canes quiduis olfacere, aut mordere, sed integros eos seruant feræ: sic decet aures & oculos non sinere quouis vagari, sed rebus necessarijs reseruare.

Quemadmodum aquilæ & leones cùm ambulāt, introrsum vertunt vngues ne conterātur, ac seruant in prædam illorum aciem: sic animi vigorē non cōuenit alienis rebus noscendis absumere, sed seruare ad vsum necessariorum.

Vt turpe est ingredi domum alienam, aut introspicere: ita turpius est scrutari, quid alij suæ domi faciant.

Vt admonuit Socrates cauendum ab ijs edulijs, quæ allicerent ad edendum etiam non esurientes, & à potu qui ad bibēdum inuitaret etiā non sitiētes: sic fugienda sunt spectacula, sermonesq; qui pelliciūt sui desiderio eos ad quos nihil attinent.

Vt vlcus cruentat seipsum, dum scalpitur: ita curiositas

riositas & sua mala studet cognoscere, & dolorem accersit cognoscendi libido siue pruritus.

Ex omni genere curiositas hominum signa collegit instantis intempestatis: at multo magis conueniebat hac vti diligeotia in consultationibus, vt obseruatis experimentis conijciant, quid malorum ex vnoquoq; perperam instituto consequatur.

Plau. in Sticho. Sed curiosi sunt hic quàm plures mali,
Alienas res qui curant studio maximo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua.

Teren. in And. More hominum euenit, vt quid sim nactus mali,
Prius rescires tu, quàm ego illud, quod tibi euenit homini.

Plau. in Sticho. Nam curiosus nemo est, qui non sit maleuolus.

Dicere solebat Socrates, Quæ supra nns, nihil ad nos. Quod respondetur admirantibus, quòd de moribus semper, de astris nunquam disputaret.

Adrianus Cæs. Cuidam vxor sua per literas exprobrarat, quòd lauacris ac voluptatibus detétus ad se redire nollet. Id per frumentarins resciuerat imperator. Itaq; commeatum petenri, exprobrauit lauacra & voluptates. Tum ille, Num & tibi ô Cæsar scripsit vxor mea quod mihi? Notans curiositatem principe indignam.

Aegyptius quidam baiulus, cuidam sciscitanti quid portaret, & quidnam velis opertum gestaret, Ideo, inquit, obuelatum est, ne scires, tu verò cur curiosè vestigas, quod occultatum est?

Arcesilaus dicebat nihil referre vtrum pedes an oculos inferamus in ædes alienas, videlicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium.

Crates Thebanus Cynicus vulgò dictus est ostiorum apertor, quòd in omnes domos irrumperet, & si quid displicuisset, reprehenderet.

Canes venatici.

Cic. Act. in Verrem 6 Apponit de suis canibus quẽdam, qui dicat se Diodorũ Melitensem rei capitalis reum velle facere.

Qui simul aliquantò pòst in oppidum quoddam veoerat, immittebantur illi continuo Cybaritici canes, qui inuestigabãt ac perscrutabãtur omnia.

Cic. ad Attic. lib. 4. epist. Nihil dulcius quàm scire prorsus omnia.

Athenæus li. 13 Non aliud mage inane puta quàm plurima scire.

Nodum in scirpo quæris.

Ennius. Quæris & in scirpo, soliti quod dicere, nodum.



D ANTE A.

DE DAMNATIS.

Damnati multi, electi pauci.

Vir. li. 6. Aene. Avci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Damnati quietem optant, sed Dei lex vetat.

Horat. Epodon. Oda 1 Optat quietem Pelopis iosidi pater
Egens benignè Tantalus semper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti.
Optat supremo collocare Sisyphus
In monte saxum, sed vetant leges Iouis.

Damnatorum pœna diuersa, atq; perpetua.

Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuasq;
Aeacus in pœnas ingeniosus erit.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,
Horaq; erit tantis vltima nulla malis.
Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.

DAMNVM.

Damni & lucri nomina vnde profecta.

Profecta sunt damni & lucri nnmina à contractu voluntario. Nam vendendo, emendo, alijsq; omnibus quæ lege concessa sunt, excolẽdis & tractandis, si maiores opes adipiscare, quàm tuæ sint, is demum questus ac fructus dicitur: sin minores quàm essent initio, damnum. At verò si neque maiores neque minores sunt, constantq; suæ cuique opes, tum se sua quisque habere confirmat, vt nec damnum acceperit, nec quicquam profecerit. Quare in damni lucriq; medio ac moderatione ius positum est. *Arist. lib. 5. Ethic. cap. 4.*

Damnum potius est turpi lucro.

Multo magis damnum, quàm turpe lucrum elige. Quippe illud semel duotaxat molestum, hoc perpetuò futurum est. *Chilon.*

Damnum sibi inferentium prouerbia.

Suo iumento sibi malum accersit. Vnde Plautus in Amphitryone: Ipse homo sibi à me malam rem accersit iouecoto suo.

Suo se hic gladio iugulat.

Hoc vnum affert vitij senecta, attentiores ad rem sumus quàm oportet. *Teren. in Adel.*

Postremò non meum illud verbum facio, quod tu Mitio bene & sapienter dixti dudum. Vitium cõmune omnium est, quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus. *Ibidem.*

Mitio constrictus & adactus vt agrum, quem rogabatur, daret: Tum Demea suo, inquit, hunc iugulo gladio.

Atq; hũc telo suo sibi, malitia sua, à foribus pellere. *Plau. in Amph.*

Aut tuo, quemadmodũ dicitur, gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est. *Cic. pro Cæcin.*

Remigiumq; dedi, quò me fugitiuus abires: *Ouid. in epist.*
Heu patior telis vulnera facta meis.

In tuum ipse mucronem incurras necesse est. *Cic.*

Hic est defensionis tuæ mucro, in cũ incurrat oratio tua, necesse est.

Sentiebat Annibal suis se artibus peti. *Liuius 2. bell. Punic.*

Quæ tela à nobis, vt fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. *Lucianus in piscator.*

Plutarchus tradit, Brasidam ducem educto è corpore telo, confodisse eum qui miserat.

Incidit in foueam quam fecit.

Lacum fodit & aperuit eum, & incidit in foueam quam fecit. *In odis Dauidicis.*

Suo ipsius laqueo captus est.

In ipso laqueo quem absconderant, comprehensus est pes eorum. *Ibidem.*

Hanc technam in teipsum struxisti.

Itaq; commentũ in tuum ipsius exitium reperisti. *Lucianus.*

Tur

Tardus ipse sibi malum cacat.

Inutiles quicumque liberos sent,
Quid aliud hunc, quàm si creare dixeris
Ipsi dolores, atq; risum maleuolis.

Ipse sibi mali fontem peperit.

Aeschylus. Nunc mali fons est repertus, vt videtur omnibus.

Damnandi prouerbia.

Horatius. Notare vngui.
Transuerso calamo signum apponere.
Fabius. Censoria virgula notare. vt apud Fabium Instit. 1. Qua quidem ita seuerè sunt vsi veteres Grammatici, vt non versus modò censoria quadam virgula notare.
Spongia delere.
Lima detrahere
Creta notare. Carbone notare. Vnde Horatius in Sermonibus:
Sani, an creta, an carbone notandi.
Persius. Quæq; sequenda forent, & quæ vitanda vicissim
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
Hora. in Od. Cressa neu careat pulchra dies nota.
Lu. Dec. 1. li. 4 Posthumius nulla tristi nota est insignitus.
Calculo mordere, lædere suffragio. vnde Aristoph.
Spectant id vnum vt mordeant suffragio.

Θ. Præfigere.

Persius. Et potis es vitio nigrum præfigere theta.
Ausonius. Misselle doctor, ut tibi sit obscœno,
Tuumq; omen theta sectilis signet.

Tristis litera.

Cic. pro Mil. Quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, cùm videret nos fateri, neq; quæri vnquam iussisset, nec vos hanc tam salutarem literam in iudicando, quàm illam tristem dedissetis.

Dantem obliuisci, accipientem meminisse officij decet.

Mart. libr. 5 in Posth. Quæ mihi præstiteris, memini, semperq; tenebo.
Cur igitur taceo? Posthume, tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, Dixerat ipse mihi.
Non bellè quædam faciunt duo, sufficit vnus
Huic operi: si vis vt loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamuis ingentia Posthume dones,
Autoris pereunt garrulitate sui.
Pub. Mimus. Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

D ANTE E.

Debere pecuniam aliud est, aliud gratiam.

Cic. ad Quirit. post Red. IN officio persoluendo dissimilis ratio debitæ pecuniæ est, propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddit, non habet gratiam: & qui reddit, habet: & qui habet, dissoluit.
Pro Planc. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.
Cic. 2. Offic. Commodè dixit, quicumque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse: & qui reddiderit, non habere. Gratiam autem, & qui retulerit, habere: & qui habeat, retulisse.

Debere & mentiri.

Persæ dicere solebant duo esse peccata, quorum prius sit esse debitorem, alterum mentiri: quòd obærati plerumq; mentiuntur, dum pollicentur in diem, nec præstant quod pollicentur.

DE DECEPTIONE.

Deceptus semel veretur non verenda.

Nunc certum est, nulli posthęc quicquam credere. *Plaut. in Capt.*
Satis sum deceptus semel.
Proxima subsequitur quid agas audire volentas: *Ouid. 2. de Pōt.*
Et modò quicquid agas, sit tibi cura mei.
Nec dubito quin sit, sed me timor ipse malorum
Sæpe superuacuos cogit habere metus.
Da veniam quæso, nimioq; ignosce timori:
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.
Membra reformidāt mollem quoq; saucia tactum, *Ibidem.*
Vanaq; sollicitus incitat vmbra merum.
Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Decipi te potius sinas quàm alios fallas.

Quoties necesse est fallere, aut falli à suis, *Senec. in Theb.*
Patiare potius ipse, quàm facias scelus.

DECORVM.

Ex Apoph. Er. Stratonicus citharœdus natione Atheniensis Ptolemæo rege contentiosius de musica disserente: Aliud est, inquit, ô rex sceptrum, aliud plectrum. Significans non esse regium de musica cum musico disputare.

Pylades histrio Augusti temporibus celebris, quum Herculem furentem saltaret, & incessum minus seruaret histrioni conuenientem, deposita persona, ridentes increpuit, dicens: Stulti, furentem salto. Significans id quod indecorum videbatur, maximè decorum esse.

Pædaretus, conspecto quodam qui natura mollis, tamen ob humanitatem laudabatur à ciuibus, dixit. Nec viros qui mulierum similes sint, oportere laudare, nec mulieres quæ virorum, nisi si qua mulierem vrgeat necessitas. Seorsum aliud decere bonum virum, aliud bonam mulierem. Non enim eadem laus decora principi est, quæ plebeio: non eadem magistratui, quæ priuato.

Cleomenes Sophista quodam de fortitudine multa disserente, risit. At Sophistæ dicenti, Quid rides, Cleomenes, audiens de fortitudine disserentem præsertim cum sis rex? Quoniam, inquit, ô amice, si hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nunc facio: sin aquila, magno silentio auscultarem. Significans ineptū esse quendam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vnquam, nec aliud posset quàm in morem hirundinis garrire.

Cùm Socrati Lysias orationem, quam in eius defensionem composuerat, recitasset, Præclara, inquit, & elegans oratio est, Socrati verò parum decota. Rursus Lysiæ percontanti, cur si bonam iudicaret, putaret sibi non conuenire: Non'ne, inquit, fieri potest vt amictus & calceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui non conueniat?

Diogenes cùm fœminam vidisset dijs procumbentem, ita curuato corpore, vt à tergo quædam pudenda apparerent, adijt illam, dicens, Non vereris mulier ne stante post tergum tuum Deo (nam illius omnia plena sunt) parum decenter te geras?

Arist.2.Eth.c.9 Sed qui paulum aliquid decorum egreditur, non est in vitio. Qui autem longius euagatur, is quoniam minimè latere potest, non caret reprehensione.

Arist.4.Eth.c.2 Magnitudo omnibus in rebus paresnon facit sumptus. Neque enim idem sumptus trierarcho dignus est, & præfecto spectaculorum: in omnibusq; rebus vt decorum conseruetur, & personę & temporis & rerum ipsarum habenda ratio est.

Cic.1.Offic. Vt pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, monet approbationem eorum quibuscum viuitur ordine & constantia moderatione omnium dictorum atq; factorum.

1.Offic. Callicratides Lacedæmoniorum dux Peloponnesiaco bello, cum ei consulerent vt classem ab Argiuis remoueret, nec cum Atheniensibus dimicaret, respondit Lacedęmonios classe illa amissa, aliam parare posse: se verò fugere sine suo dedecore non posse.

DECRETVM.

Murus aheneus.

Murus aheneus apud Horatium in epistolis vsurpatur pro certo & immutabili animi decreto.
Hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Domesticus testis.

Paul.Pand.li.2. tit. de testibus. Testes quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit.

Cod.tit.Qd.li.4 Etiam iure ciuili domestici testimonij fides improbatur.

Lucian.in Ione Euge, domo adductus testis, vt dici solet.

Tragœdo Cic.li.3.de Ora. Tertium verò illud, clamare contra quàm deceat & quàm posit, hominis est, vt tu Catule de quodam clamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligentis.

Ibidem. Quos tum vt pueri refutare domesticis testibus, patre & C.Aculeone propinquo nostro, & L.Cicerone patruo solebamus.

Cic.fa.2. ad Cassium. Mea verò officia ei non defuisse tu es testis, quoniam domesticus testis, vt opinor, accidit Phania.

Cic.pro L.Flac. Neque in toto Aemonensium testimonio, siue hic confictum est, vt apparet, siue missum domo est, vt dicitur, commouebor.

Terent. Ego hanc domi coniecturam facio.

Nullus dies omninò malus.

Hesiodus. Omni ex parte dies malus haud obuenerit vnquam.

DE CVRRV DELAPSVS.

De curru delapsus dicitur, qui oblitus propositi aliò se transfert: aut qui in sententia labascit.

Animus à curru decidens. *Arist.3.in Rh.*

Dedecus publicum.

Noxa ingens vrbiq; tuæ, populoq;, patriq;, *Hom.Il. Pandarum obiurgat Lib.3*
Hosti gaudia, sed probrumq; dolorq; tibi ipsi.

DEDISCERE.

Antisthenes rogatus quæ disciplina imprimis esset necessaria, Mala, inquit, dediscere. Id enim non modò primum est, verumetiam difficillimum.

Idem rogatus à quodam, quid sibi faciendum suaderet, vt probus vir & honestus euaderet: Si mala, inquit, quæ tibi absunt, ab ijs qui nouerunt, didiceris esse fugienda. Sensit virtutis caput esse, carere vitijs. Id non à quolibet discendum, sed ab his duntaxat, qui norunt, quæ sint vera mala, quæ vera bona.

Themistocles apud Græcos fuisse fertur incredibili quadam magnitudine consilij atque ingenij: ad quem doctus quidam, atque imprimis eruditus accessisse dicitur, eiq; artem memoriæ, quæ tum primum proferebatur pollicitus est se traditurum. Cùm ille quæsijsset, quidnam illa ars efficere posset, dixit doctor, vt omnia meminisset. Et ei Themistocles respondit, Gratius sibi illum esse facturum, si se obliuisci quæ vellet, quàm si meminisse docuisset.

Non sum ego tanto ingenio, quanto Themistocles fuit, vt obliuionis artem quàm memoriæ malim. *Cic.2. de Orat.*

Themistocli cùm Simonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur: Obliuionis, inquit, mallem. Nam memini eorum quæ nolo, obliuisci non possum quæ volo. *4. de Fin. 4. &c.*

DEFORMITAS.

M. Tullius quum Vocotium forte obuium haberet cum filiabus tribus insigniter deformibus, tacite ad amicos dixit,
Phœbo haud sinente hic seminauit liberos.

Sentiens illum inuito Apolline liberos procreasse, quum Apollo pulcher à poëtis fingatur, siue quòd oriente sole fœtus existimentur concipi fœliciores.

Deformis ingeniosus.

In Galbam oratorem eloquẽtia clarum, sed gibbo deformem, ita lusit M.Lelius, vt diceret ingenium Galbæ malè habitare. Corpus enim animi domicilium est.

De facie nosse.

De facie nosse, est leuiter cognitum eum habere: non qui cum sis familiariter versatus.

Habet hoc ipsa virtus, quam tu ne de facie quidem nosti. *Cic.in Pison.*

De fæce haurire.

De fæce haurire est sordida quædam ac plebeia, timisq; humilia persequi.

De fera comedisti.

Dicebatur olim oscitanti. Venustius erit si transferatur ad supinos, oscitabundos & negligentes.

De

De filo pendet.

De filo pendere dicitur, res periculosa. Vnde Perſ. de Dionyſ.tyranno,ſat.3.

Et magis auratis pendens laquearibus enſis
Purpureas ſubter ceruices terruit.
Macro. Satur.1 Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.
Syneſ. in epiſt. Aiunt vitam de tenui pendere filo.
Lucian. quidem de Lapi. Aug. verba dictiſsimo. Nihil moror fœlicitatem de ſuoiculis pendentem.

DEGENERATIO.

Archidamus Ageſilai filius Periandro,arte medendi celebri & imprimis laudato, ſed carmina ſcribenti infœlicia, dixit: Quid tibi accidit Periander, vt pro eleganti medico malus poëta vocari concupiſcas? Notauit hominum mores, qui res honeſtas aggreſsi degenerant ad ſordidiora:quũ conſulium ſit vnumquemq; in ea arte ſe exercere, in qua valet plurimum.

Traianus Cæſar dicere ſolitus eſt,principes omnes multum abeſſe à Neronis quinquennio. Nam Domitius Nero primis annis quinq; ſumma cum laude geſsit imperium, priuſquam ad Caligulæ auunculi crudelitatem appelleret animum.

Menedemus Eretrięſis dicebat plurimos nauigare Athenas ſtudiorum gratia, qui primùm eſſent ſapientes,deinde fierent philoſophi.Deniq; progreſſu temporis euadere Idiotas. Vnde Plutarchus,Multum profecit qui dicit ſe nihil ſcire. Et infœliciter proficit, qui ſemper vergit in deterius.

DEGENERES.

Nicoſtratus Argiuus dux, quum ab Archidamo ſollicitaretur,tum ingenti promiſſa pecunia,tum cuiuſcumq; vellet Lacænæ coniugio, vt Cromnum traderet,reſpondit, Archidamum non ducere genus ab Hercule, quòd Hercules obiens orbem ſoleat improbos afficere ſupplicio: ipſe contrà,ex probis faceret improbos.Lacedæmonij verò hoc nomine potiſsimùm gloriabantur, quòd originem ab Hercule ducerent.

Degenerantium in peius prouerbia.
Mandrabuli more res ſuccedit.

Lucian. de Mer. cede conductis. Tu tamen vtcumque gaudes, tibiq; ipſi imponis, ſemperq; credis meliora futura, quæ ſequentur: atqui id contrà quàm ſperaras euenit, planeque iuxta prouerbium, Ad morem Mandrabuli tibi negotium procedit,dum in ſingulos dies fit minus ac deterius,atq; in tergum retrocedit.

Aristeph. in epi. Iuxta prouerbium, Ad morem Mandrabuli res ſuccedunt.

Seipſum vincere.

Si quis ipſe ſeipſum vincat, omnium victoriarum tum prima,tum optima eſt.Rurſum ipſum ſeipſo inferiorem eſſe, & omnium turpiſsimum eſt,& grauiſsimum.Vincit enim ſeipſum,qui proficit in melius:at ſeipſo inferiorem euadere,eſt deteriorem reddi.

Ennius. *O domus antiqua,quàm diſpari domino dominaris.*

Cic. Philip.2 O tecta ipſa miſera, quàm diſpari domino, quam quomodo iſte dominus? ſed tamen quàm à diſpari tenebantur.

Ab equis ad aſinos.

Vbi quis à ſtudijs honeſtioribus ad parum honeſta deflectit: vnde Procopius ſophiſta in epiſtola quapiam, Iuxta prouerbium, Ab equis ad aſinos tranſiuimus.

Heroum filij noxa.

A viris egregijs, perinde quaſi fato quodam id accidat,improbos proficiſci filios. Demoſthenes.

Vnum forſan inter plurimos Eurip. in Herc.
Inueneris,qui patre non ſit nequior.
Aequat rara patrem ſoboles,ſed plurimi ab illis Hom.Odyſſ.
Degenerant,pauci ſuperant probitate parentem.

Haud canit paternas cantiones.

Pol Aeſchine,baud paternum iſtuc dediſti. Terent. in Ad.
At non conſenuit patrijs in filius armis. Hom. Iliad.

Quis parentem laudabit niſi infœlices filij?

Quis patrem laudet,niſi proles laudis inanis?
Sed te cenſeri laude tuorum Iuuen. Sat.8
Pontice noluerim,ſic vt nihil ipſe futuræ
Laudis agas.miſerum eſt alienæ incumbere famæ.
Quis patrem laudet niſi proles indiga laudis? Plut. in Arat.

De ijs,qui à parentibus claris degenerauerunt.

Scipio ſuperioris Africani filius,in tanta domeſtica gloria ortus à paruulo Antiochi regis præſidio capi ſuſtinuit, cùm ei voluntaria morte occumbere ſatius fuerit, quàm inter duo fulgentiſsima patris & patrui cognomina, manus vinciendas hoſti tradere, quem mox L. Scipio in triumphum ducturus erat. Scipio ignobilis Afric. filius.

Idem præturam ambiens, candidam togam adeò turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit,vt niſi Cicerei patris ſcriba adiutus honorem à populo impetraturus non videretur. Præturam adeptam ſic polluere viſus eſt, vt propinqui è manu eius annulum, in quo caput Africani ſculptum erat,detraxerint. Sic tantæ tenebræ ex tam ſtupendo fulmine ſubortæ ſunt.

Q. Fabij Max. Allobrogici, imperatoris clariſsimi filius, tam perditam luxuria vitam egit, vt ei Q.Pompeius prætor vrbanus,paternis bonis interdixerit: neque in tanta ciuitate, qui illud decretũ reprehenderet,inuentus eſt:grauiter enim ferebant pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debuerat,flagitijs diſijci. Filius Fab. Ma.

Clodius Pulcher cùm diu multumq; fauore plebis potitus fuiſſet, & militare decus muliebri imperio ſubditũ habuiſſet, filium habuit qui & eneruem & frigidam iuuentam egit: perdito etiam amore vulgatiſsimæ meretricis infamis fuit,mortisq; erubeſcendo genere conſumptus eſt,abdomine auidè deuorato. Filius Cl. Pulc.

Hortenſius Corbio.

Q. Hortenſij autoritate & eloquentia clariſsimi, nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorem vitam & obſcœniorem exegit,ad vltimumq; lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quàm aui pro ſalute ciuium in foro excubuerat.

Ciceronis & oratoris clarissimi & philosophi præstantissimi filius binos congios haurite solitus, noctu cum Antonio patris interfectore certabat. per temulentiam M. Agrippæ scyphum impegit.

DE DELITIIS.

Delitijs ad astra non itur.

Sen. in Herc. fu. Non est ad astra mollis è terris via.
Ouid. li. vlt. de Trist. eleg. 3 Ipse quoq; æthereas meritis inuectus es arces,
Quò non exiguo facta labore via est.

Delitiosorum reprehensio.

Iuuen. Sat. 13 Te nunc delitias extra communia censes,
Ponendum: quia tu gallinæ filius albæ.
Non viles pulli nati infœlicibus ouis.

Apophthegmata de delitijs.

Lycurgus vnguenta eiecit è Repub. tanquam olei corruptelam ac perniciem. Nam oleum odoribus vitiatum, nullum habet vsum.

Socrates in conuiuio videns adolescentem auidius vescentem obsonio, ac subinde panem in ius immergentem, dixit, O conuiuæ quis vestrum pane vtitur pro obsonio, & obsonio pro pane? Hinc iuuenis erubuit, cœpitq; moderatius obsonio vesci.

Diogenes conspiciens delicatum quendam à seruo calceari, Nondum, inquit, sat beatus es, nisi tē etiam abstergat: id erit, si mancus fueris. Sentiens non minus absurdum esse, in calceatu abuti opera famuli, si quis hoc præstare valeat, quàm adhibere famulum abstergendo podici.

Idem cùm videret mulierem in lectica, Caueam inquit non conuenire feræ: notans tam efferum ac noxium animal ferrea cauea coercendum.

Idem inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuersum percontabantur, vt fit, quò iret, & vnde veniret, respondit, A viris ad fœminas: notans Atheniensium delitijs mores effœminatos, cùm Lacedæmonij durè instituerentur.

Xerxes iratus Babylonijs, quòd à se defecissent, cùm illos in potestatem redegisset, interdixit ne ferrent arma, sed psalterijs tibijsq; canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac sinuosis tunicis vterentur, vt voluptatibus euirati non molirentur denuò defectionem.

Antisthenes, quodam prædicante delitias, dixit, Hostium filijs contingat in delitijs viuere: vt rem pestilentem detestans, quod pleriq; pro summo bono amplectuntur.

Delitiæ emolliunt. Quum Persæ, quòd regionem haberent montuosam & asperam, cuperent eam campestri ac molliore commutare, non passus est Cyrus, dicens, Quemadmodū plantas ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens se velle duros & laboribus aptos homines. Nam mollis ac fertilis regio molles & ignauos gignit homines.

Delitiæ indignæ principe. Alexander Darij regiam ingressus, cùm vidisset sublime cubiculum & in eo stratum, mensas, cęteraq; omnia mirifico ornatu instructa, Hoccine, inquit, est imperare? Sentiens non esse regium huiusmodi delitijs indulgere.

Quodam tempore prandebat oleas Diogenes, mox inductam placentam abiecit: accinens illud,

Procul à tyrannis temet hospes auferas.

Se tyrannum appellans delitiarum contemptorem, quas procul abigi volebat.

Aegrotanti Pompeio medicus præscripserat vt turdis vesceretur. Cumq; hi quibus datum erat negotium, negarent inueniri (non enim erat tempus quo genus hoc auium capi solet) admonuit aliquis apud Lucullum inueniri posse, qui turdos toto anno soleat alere. Quid, inquit Pompeius, nisi delitijs deditus esset Lucullus, nequaquam viueret Pompeius? Contemptoq; medico, cibis parabilibus vsus est. O verè masculum animum, qui ne vitam quidem delitijs acceptam ferre sustinuit. *Delitiarum contemptus.*

Rogatus Agesilaus, quid fructus Lycurgi leges Spartæ attulissent, respondit, Voluptatum contemptum. Indicans nulla ex re magis Reip. corruptelam nasci, quàm ex delitijs. *Delitiæ Reip. perniciosa.*

De lana caprina.

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi *Hor. in epist. ad Lolium, de mensis in amicitia qui boni de causa litē cum amico suscipiunt*
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.
Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat magis armatus.

De lapide emptus.

M. Tullius vilissimos homunculos, de lapide emptos appellat: à lapide quodam editiore qui Romæ fuit, vnde præcones in auctionibus res venales nuntiabant.

O stulte, nescis nunc venire te. Atqui in eo adstas lapide, vbi præco prædicat. *Plaut. in Bacc.*

De me cùm omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, à quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, præterq; duos de lapide emptos. *Cic. in Pison.*

De lautitijs.

Qualia purpurei comedunt obsonia reges. *Home. Odyss. v*

Delius natator.

Olim dicebatur admodum natandi peritus. Vnde Socrates cùm ab Euripide librum Heracliti vidisset oblatum, dixit: Quæ quidem intellexi, prçclara: arbitror autem & ea quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, vt ne quis in eo præfocetur.

Delphinum cauda ligas.

In eos, qui quippiam incassum conātur: aut in eos, qui ea via quiddam aggrediuntur, qua nequaquam superari possint. Delphinus enim cauda est lubrica, nec ea teneri potest.

Delphinum natare doces.

In eos qui quempiam in ea re monent, in qua ipse exercitatissimus est. Delphinus enim in natando pernicissimi impetus est, quin & naues transilit, seq; contento spiritu, teli in morem eiaculatur. *Aelianus li. 12*

Delphinum syluis appingit fluctibus aprum.

In eum qui multa non suo loco, neq; tempestiuiter describit *Hor. in art. poë.*

describit. perinde quasi pictor piscem in syluis, aprum in vndis pingat.

DE MANV IN MANVM.

Simul & da & accipe. Torquetur in eum qui non collocat munus, nisi iam de mutuo certus: vt Leno Terentianus, Ego spem pretio non emo.

Arist. Moral. Nicom. 8 Altera quidē omninò sordida, & cauponaria compensatio de manu in manum, altera magis ingenua ad tempus.

Pindarus. Phœnix enim fio ilico.
Quippe altera manu do, & accipio altera.

Cic. epist. fam. 7 Totum denique hominem tibi trado, de manu, vt aiunt, in manum tuam istam & victoria & fide præstantem.

Terentius. Hanc in manum dat.

Horatius. Vt tibi se laudare ac tradere coner.

Idem. Hunc hominem velles si tradere.

Dementis fœlicitas.

Asinus apud Cumanos.

Demost. Olynt. oratione prima. Fœlicitas enim & rerum successus qui contigerit immerenti, stultis vesaniæ causam præbere solet.

Aeschylus. Graue pondus amens, rebus vtens prosperis.

Demissis auriculis.

Qui deiecto sunt animo, auriculas super humeros habere dicuntur.

Pla. li. 10. de Rep. Auriculas super humeros habentes: hoc est, animis deiectis & ægris.

Flaccus. Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus,
Quum grauius dorso subijt onus.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem.

Vbi quis moderatur data opera vires suas ad aliorum mediocritatem.

Hom. Odyss. 6 Hæc ita lora regens, pedes vt comes iret Vlysses,
Tum comitum quoque turba, modo, rationeq́; certa,
Instigat scutica.

Demorsos sapere vngues.

Caput scabere, vngues arrodere, gestus sunt hominis cogitabundi. vnde Horat. lib. 1. Sat. 10.
Sed ille,
Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum,
Detereret sibi multa, recideret omne quod vltra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.
Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus.

Persius. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Idem alibi. Crudum Chæstratus vnguem
Arrodens ait hoc.

Demulcere caput.

Allegoria est prouerbij vice recepta, pro blandiri.

Fabius lib. 11 In hac cunctatione sunt quædam non indecentes, vt appellant Scenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos.

Chr. Sy. in Heau. Non possum pati quin tibi caput demulceam: accede huc Syre,
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac libens.

Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput. *Hier. ad Aug.*

Hic vbi me videt, subblanditur, palpatur, caput scabit. *Lucil. apud No.*

Democratia.

Cæterùm duæ quædam mulieres Rempublicam perturbabant, *Heniochus.*
Semper conuersantes: Democratia alteri
Nomen est, alteri verò Aristocratia:
Quarum culpa iam frequenter deliquerunt, & debacchatæ sunt.

Primum regnum insertum esse oportet, secundò Aristocratiā. Aristocratia enim multo magis inserenda est, eò quòd plures sint principes, qui se inuicem æmulari solent, & imperium sæpius ab vno in alium transfertur. Democratia quoque omninò necessaria est. Ciuem enim qui totius Reip. pars est, nonnihil ex ea honoris aut præmij accipere decet. *Hyppod. Pytha.*

Dentale non inest illi.

Dici solitum est de quopiam, ad rem aliquam parum vtili.

Dentem dente rodere.

Dentem dente rodit, qui carpit eum, qui neq; lædi queat, neque sentiat, aut qui pari mordacitate mordet.

Quid dentem dente iuuabit *Martia. li. 13. in obtrectatorem.*
Rodere? carne opus est, si satur esse velis.

Dente Theonino rodi.

Sumptum à Theone poëta quodam rabiosæ loquacitatis.

Nec posthac metues, vbiq; dictum: *Ausonius.*
Hic est ille Theon poëta falsus,
Bonorum mala carminum Lauerna.
Dente Theonino qui circumroditur. *Hora. in epist. ad Iul. Flor.*
Hic delectatur iambis,
Ille Bionæis sermonibus.

De plaustro loqui.

De ijs qui palam ac liberè conuiciantur.

Non me ludes, nec mihi facies quod trygodæmones isti, qui de plaustro loquuntur. *Aristop. in Neb.*

Vt nulli deorum parcit, verùm è plaustro liberè loquitur, corripiens simul insontem, pariterque nocentem. *Lucian. in Ioue Tragœd.*

Hei mihi, tu nihil loqueris è plaustrario. *Aristoph. in Eq.*

Et solida plaustra conuitijs onusta inter se effutiebant. *Lucia. in Eun.*

Apposita mensa est, ac dein circuntulit rerum bonarum plaustra. *Alexis apud Athen. li. 9*

De pulmone reuellere.

Stultam est & arrogantem opinionem animo eximere.

Dum veteres auias tibi de pulmone reuello. *Persius.*

Grande aliquid, quòd pulmo animæ prælargus anhelet. *Idem alibi.*

De pusillis magna prooemia.

Prouerbium erat apud Græcos, Τί μικρῶν πέρι μεγάλα προοιμιάζῃ; id est, Quid de minutis rebus magna texis prooemia?

Athenis

Athenis interdicebat præco in concione dicturis, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, id est, absq; procemijs & affectibus.

Terentius. Etiam procemium incœptat.

Horatius. Quorsum hæc iam putida tendunt?

Ael. Spart. in vero Aelio. Et quoniam nimis pauca dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse quàm fabula, de ipso iam loquar.

Cleomenes Cleombroti filius, cùm quispiam vteretur oratione plus satis prolixa, dixit, Quid mihi de paruis magna facis procemia? Nam quanta res fuerit, tanta sit & oratio.

Deprauatio nominis.

Stratonicus quū doceret in ciuitate per quàm exigua, iocatus est mutatione literæ, Non est πόλις, sed μόλις, id est, non est ciuitas, sed vix. Seouens vix digoam oomine ciuitatis.

Deprauatum.

Catullus, oratori cuidam malo credenti se io epilogo mouisse misericordiam, & rogant, num videretur mouisse, Maxime quidem, inquit: Neminem enim tam durum esse puto, cui non oratio tua miseranda visa sit.

DEPRECANTIS PAROEMIÆ.

Despuere malum.

In vulgi moribus manet, vt si quid execrandum audiant, despuant velut abominantes.

Plautus. Et illic isti qui sputatur morbus venit, cui respondetur: Ain' verbero mihi eum morbum esse, qui me opus sit insputarier? hic rursus alter, ne verere, multos illic morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit.

Idē in Amph. Te obsecro hercle vt quæ loquutus despuas.

Vates secum auferat omen.

In eos qui dira minitantur, & acerba prænuntiant.

Theocr. in Buc. Telemus at vates, mihi qui canit omnia dira,
Dira domum referat, quò nātis illa reseruet.

Virgil. Quod dij prius omen io ipsum
Coouertant.

Idem. Dij capiti ipsius, generiq; reseruent,

Hom. Iliad. 8 Simile illi Platooico, in tuum ipsius caput.

In capras syluestres.

Nam Myrtilius asseuerabat, velut ad capras syluestres nos relegās quærentes, Hegesandrum Delphum in commentarijs suis, eius dictionis meminisse.

Huic simile est,

Ouidius. Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

3. de Arte. Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris.

3. Faster. Eueniat nostris hostibus ille color.

2. Elegiarum. Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.
Hostibus eueniat vita seuera meis.

3. Eleg. Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Virg. 3. Georg. Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum.

Propertius. Hostibus eueniat lenta puella meis.

Hor. in. Od. Hostium vxores, pueriq; cæcos
Sentiant motus orientis Austri.

Terent. in Heaut. de sene seipsum excruciante:
Obsecro te isthuc inimicis fiet.

Vtinam sic sint qui mihi male volunt. Idem in Eun.

Ac Thales ridens, si quid mali rursus in Prienem. Plu. in Conuiu.

Extat & Adagium apud Græcos:
Si quid mali, in Pyrrham. recidat, subaudiendum.

Procul auribus nuntius veniat.

Procul absit nuntius aure. Ouidius.

Ista velim mibi sint procul auribus. Hom. Iliad. 6

Is mihi iuxtà inuisus vt atri limina Ditis. Hom. Odyss. 9

Dulcis cubitus.

Deprecantis & abominantis est sermo, cùm aliud dicimus aliud sentientes.

Num Phædre fugerat te, quod dulcis cubitus à loogo illo, qui in Nilo est, cubito dictus esset Plat. in Phæd.
Quin etiam præter cubitum illud fugit te, quòd qui rerum ciuilium sunt peritissimi, conscribendarum orationum, ac posteris relinqu endarum sunt cupidissimi.

Extat prouerbium apud Græcos, Γλυκὺς ἀγκών, id est, Dulcis cubitus. Ancon erat autem Nili pars, in qua nauigantes plurimum desudabant & periclitabantur.

O aureum amiculum: ô meis delitiosis moribus gratus cubitus. Pla. Comment.

Et spissi littoris Ancon. Oui. vb. Meta.

Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon? Val. Argon. 4

Terra mihi prius dehiscat.

Aberit oon longè, quin hoc à me decerni velit: neque sit cooteotus Galba, Scæuola, Cassio, Antooio.

Tellus ipsa mihi tuuc ampla dehiscat. Hom. Iliad. 4

Iamq; iuxta id quod vulgo dici soler, optabam vt mihi terra dehisceret. Luc. in Lapith.

Neq; perplexus erat, neq; coosternebatur animo, neque optabat, vt sibi terra dehisceret, neq; beatos dicebat illos, qui iam olim fuissent defuncti. Arist. in Theon.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, Virg. 4. Aen.
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

DEPREHENSIO.

In deprehensos prouerbia.

Folio ficulno anguillam tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus arctiore nodo tenetur, quàm possit elabi.

Medius teneris.

Nunc medius teneris. De eo qui sic tenetur, vt se extricare se nulla ratione possit. Translatum à palæstritis, qui si quem medium tenuerint, facilè vincuot. Aristoph. in Ra.

At nunc medius tenere. Aeas. ad Bat.

Eodem pertinet illud apud Terentium: Sublimem medium arriperem.

Laqueus murem cepit.

De rectè meritoq; deprehensis, & malo dignis: quasi dicas, lupus in foueam incidit, aut aper in casses.

Extat apud Græcos prouerbium, Εἰς πάγας λύκος. Zenodotus.
In laqueos lupus. Cùm improbus quispiam tandem

tandem in extremum adducitur discrimen.

In easdem ansas veniſti.

Plato in Phad. Quantum ad istam rem pertinet, amice, in easdem ansas veniſti. id eſt, nihilominus teneris, nec potes effugere quin dicas.

Ariſtides. Itaq; Callicli erat in easdem ansas recidendum.

Lucia. in Hermotimo. Nam arbitratus effugiſſe te, in eandem naſſam incidiſti.

Laqueus laqueum cepit.

Vbi malus malum deprehendit.

Hinc illæ lachrymæ.

De re diſſimulata, quæ verè tandem depreheditur.

Cic. pro M. Cæl. Hinc illæ lacbrymæ: nimirum & hæc cauſa eſt horum omnium ſcelerum atq; criminum.

Vbi cognitum eſt quod erat occultum.

Vbi res magno ſtudio celebrata, fuerit aliquo pacto deprehenſa.

Hom. Odyſſ. π Siue illis deus hoc aliquis deprodidit index,
Siue ipſi videre.

Culleo dignus.

Cic. pro Ro. Am. Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cùm intelligerent nihil eſſe tam ſanctum quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas excogitauerunt, vt quos natura in officio retinere non potuiſſet, magnitudine pœnæ à maleficio arcerentur: inſui voluerunt in culleum viuos, atq; ita in flumen deijci.

DERISIO.

Omnia praclara dicis.

Soc. apud Plat. in Euthyd. Eſto ô Euthydeme. Nam, vt dici ſolet, omnia præclara ſanè dicis.

Theocritus. Sic eſt, dixiſti pulchrè.

Naſo ſuſpendere.

Pli. li. 11. cap. 37 Et altior homini tantùm, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus.

Hor. in Serm. Naſo ſuſpendis adunco.

Idem alibi. Balatro ſuſpendens omnia naſo.

Perſ. de Horat. Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Idem alibi. Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna.

Martialis. Non cuicumq; datum eſt habere naſum.

Idem. Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

Idem. Naſutus ſis vſq; licet, ſis deniq; naſus.

Perſius. Rides ait, & nimis vncis
Naribus indulges.

Cæſ. ad Cic. fa. 15 Quoſq; vbi ridiculo, aut ſcommatico dicterio læſeris, velint ruſticè gladio, viciſſim naſo ſuſpédere.

Extat & aliud apud Græcos prouerbium:
Ἀφ' ὑψηλοῦ μου καταγελᾷς. id eſt,
E ſublimi me derides.

Ἐπισμαλίζειν.

Digito oſtendere. vnde Iuuenalis:
Mandaret laqueum, mediumq; oſtéderet vnguem.

Ariſtophanes. An non vides, vt geſtiat falcis faber,
Medioq; monſtret vngue lancearium?

Poſtica ſanna.

Perſius. Poſticæ occurrite ſannæ.
O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit,
Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

In eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prædicat.

Quadrabit, vbi quis præſens, videns, audiens, tamen deluditur.

Chryſalus ſeruus in Bacchidibus Plauti ſenem irridens, quem argento defraudabat: O ſtulte, inquit, neſcis nunc vænire te. Atqui in eo adſtas lapide, vbi præco prædicat.

Loripedem rectus derideat.

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. *Iuuenalis.*

Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere.

Quis enim tulerit Gracchos de ſeditione querẽtes?
Si fur diſpliceat Verri, ſi homicida Miloni?

Leon Byzantius, cui cùm maledicus quiſpiam opprobraſſet vitium oculorum ipſe gibbo deformatus: Humanum, inquit, in me conuicium iecisti, cùm ipſe Nemeſim in dorſo portes.

DESERERE VADIMONIVM.

Turpe erat olim & damnoſum vadimonium deſerere.

Itaq; ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu, quem in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, ex his copijs quæ à nobis quotidie comparantur, magnoperè contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, agreſti luxuria, ex ruſticis médiculis, ex decoctoribus, ex his qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerunt. *Cicer. inuect. in Catil. 2*

Horatianus ille garrulus, qui vadato reſpondere debebat, dubitat vtrum mallet Horatium deſerere, an vadimonium.

Deſerere ordinem.

Ducta allegoria ab ijs qui ſtant in acie. Nam pœna capitalis in eum conſtituta erat, qui locum ab imperatore datum deſeruiſſet.

Vnde Plato lib. de Leg. iubet, qui excubias deſeruiſſet, in foro palàm deſcribi, infamiæ, notæq; cauſa, tanquam is quod in ipſo erat, Rempubl. omnem prodiderit loco relicto.

Deſerere nocturnam docent cuſtodiam. *Ariſt. in Veſpis*

Neceſſum eſt itaq;, vt aſsiduè apud illum conſpiciaris, neq; deſis vnquam quin diluculo ſurgas, teq; in famulitio conſpiciendum exhibeas, neq; deſeras ordinem. *Lucian. in li. de Mercede ſerui.*

Magis infames ſiunt ij qui ordinem deſerunt, & clypeos abijciunt. *Iſocr. in orat. de Pace.*

Cicero in epiſtolis ad Atticum, de præſidio decedere dixit. in Finibus bonorum, deſerere præſidium. in Catone, de ſtatione decedere.

Ceſſando cœnæ quiſquis immuni deeſt,
Hic quidem in acie facilè deſeret locum. *Eubulus Comicus ex Archil. apud Athen.*

Quod illi dies eſſet dictus ob deſertum ordinem. *Aeſch. in Apo.*

Deſerta cauſa.

Tranſlatum à iudicijs, vbi nonnũquam altera pars cedens tradit cauſam aduerſario. Itaque deſerta cauſa vincere, eſt nullo repugnante vincere.

Itaque quid aliud videbimur feciſſe, quàm deſerta cauſa viciſſe? *Luc. in Ioue Tr.*

Totq; ciuitates, nullo defendente, abs te capi. *Idem in Toxar.*

Deſerta cauſa, nullo defendente accuſantes. *Socr. in Apolo. apud Platonẽ.*

Conſtat autem omnis ętatis hominibus reſtitutionem *Paul. Pãd. li. 4. tit. de Mino. ca. eiſi ſine dolo.*

nem eremodicij præstari debere, si doceant se ex iuxta causa abfuisse.

Idem libr. 4. tit. iudicatum solui cap. quam quærebatur. Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reum non defenderet, postea ex eremodicio sententiam esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur.

In Cod. li. 3. tit. de iudicijs cap. properandum. Sin autem reus absuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiam absente reo eremodicium contrahatur.

Desertum obtueri.

Desertum obtueri dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis.

DESIDIA.

Ouid. 1. Eleg. sine amore. Qui non vult fieri desidiosus, amet.
Amor odit inertes.
1. de Art. am. Fortius ille potest, multo qui pugnat amore
Ouid. libr. 1. de Remed. amor. Quæritur Aegisthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.
Pugnabant alij tardis apud Ilium armis,
Quò tulerat vires Græcia tota suas.
Siue operam bellis velit dare, nulla gerebat,
Siue foro, vacuum litibus Argos erat.
Quod potuit, fecit: ne nil ageretur, amauit.
Sic venit ille puer, sic puer ille manet.

DESPERATIO.

Non est in literis desperandum. Ex Cic.

Cic. 1. de Orat. Quibus natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, vt his quę habeant, modicè & scienter vtantur, vt ne dedeceat.

3 de Orator. Nihil est quod quisquam magnitudinem artium, ex eo quòd senes discunt, pertimescat. Namq; aut senes ad eas accesserunt, aut vsq; ad senectutem in studijs detinentur, aut sunt tardissimi.

3. de Orator. Literæ discuntur facilè, si & tantum sumas quantum opus sit, & habeas qui docere fideliter possit, & scias etiam ipse discere: ita vt facilis vsus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria, studiumq; permaneat.

1. de Orator. Non est interdictum, aut à rerum natura, aut à lege aliqua, atq; more, vt singulis hominibus ne amplius quàm singulas artes nosse liceat.

3. de Orator. Interest magni eius, qui discere vult, vtrum vnum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit omnia posse penes vnum consistere, ipse quoq; ad omnium nitetur facultatem: si is desperabit in paucis se exercebit, ipsis enim contentus erit.

3. de Orator. Natura nulla est, quę non habeat in suo genere res complures, dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur.

De Oratore. Multi sunt, qui desperatione debilitati, experiri id nolunt, quod se assequi posse diffidunt: sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas & magnoperè expetendas concipiunt. Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum quem potent. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertijsq; consistere. Non enim in poëtis, Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia cæterorum studia restinxit: nec solùm ab optimis studijs excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt, qui aut Ialysi non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari, nec simulacro Iouis Olympij, aut Doryphori statua deterriti reliqui, minus experti sunt quid efficere, aut quò progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusq; genere laus, vt cùm summa miremur, inferiora tamen probemus. In oratoribus verò Græcis quidem, admirabile est quantum inter omnes vnus excellat. Attamen cùm esset Demosthenes, multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerunt, nec postea defecerunt. Quare non est cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. Nam neque illud ipsum quod est optimum, desperandum est: & in præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima.

Non dubium est quin multi, cùm ita nati essent vt quædam contra naturam depravata haberent, restituerentur & corrigerentur à natura, cùm se ipsa reuocasset aut arte, aut medicina: aut quorum lingua sic inhærerent, vt eloqui non possent, hæ scalpello resectæ liberarentur. Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt: vt Demosthenem scribit Phalereus cùm edicere nequiret, exercitatione fecisse vt planissimè diceret. *2. de Diuin.*

In Demosthene tantum studium fuisse, tantusq; labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ, industria, diligentiaq; superaret: cumq; ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literã non posset dicere: perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. Deinde cùm spiritus eius esset angustior, tantũ continẽda anima in dicendo est consequutus, vt vna continuatione verborum binæ ei contentiones vocis, & remissiones continerentur. Quinetiam, vt memoriæ proditum est, coniectis in os calculis, summa voce, versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat: neque is consistens loco, sed inambulans, atq; ascensu ingrediens arduo. *1. de Oratore.*

Nihil est quod longinquitas temporis efficere non possit. *1. de Diuin.*

Quærendi defatigatio turpis est, cùm id quod quæritur, sit pulcherrimum. *2. de Finib.*

Non est consentaneum vllam honestã rem, actionem've, vt sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est, quæ necesse est vt cum aliqua cura, res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, fortitudo ignauiam. *Lalius.*

Sine studio & ardore quodam amoris, in vita nihil quicquam fit egregium. *1. de Orat.*

Diligentia in omnibus rebus plurimum valet: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur: qua vna virtute omnes reliquæ virtutes continentur. *2. de Orat.*

Parum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, dilig *3. ad Heren.*

diligentia comprohetur.

2. de Orat. Quæ bona sunt, fieri meliora possunt doctrina: & quæ non optima, acui tamen aliquo modo & corrigi possunt.

3 ad Heren. In omni disciplina, infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis.

Cic. Treb. fa. 7. epist. Nulla ars literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi potest.

2. de Orator. Studia nihil prosunt perueniendi aliquò, nisi illud, quod eò quò intendas, ferat, deducatq;, cognoueris.

Non est in aduersis desperandum.

Oui. 2. de Pont. Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.

Sen. in Medea. Qui nil potest sperare, desperet nihil.

Desperatio audaces homines reddit.

Oui. 2. de Pont. Qui rapitur fatis, quid præter fata requirit?
Porrigit ad spinas, duraq; saxa manus.
Antipatrem metuens pennis trepidantibus ales,
Audet in humanos fessa venire sinus.
Nec se vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infestos territa cerua canes.

Desperare salutem, nonnunquam solatio est.

Oui. 3. de Pont. Proximus huic gradus est, bene desperare salutem,
Seq; semel vera scisse perisse fide.

Desperationis causa.

Xenoph. Ineuitabilis timor pœnæ causa est desperationis. Qui enim interitum suum præuidit, pericula vltrò sequitur.

Catullus. Vna salus victis nullam sperare salutem.

DE STATV DEMIGRARE.

De gradu deiici, depelli à proposito.

Cic. ad At. ep. 4 Occupationum mearum de statu demigro. Disrumpantur ij qui me aliquid posse doluerunt: multa mihi dant solatia. nec tamen ego de meo statu demigro: quæq; vita maximè est ad naturam, ad eam me refero.

Destitutus omni auxilio.

Homer. Iliad. φ Et clypeo simul, & galea nudatus, & hasta.

Destitutus ventis remos adhibe.

Hermol. in epi. Et destitutus ventis, ad remos (vt aiunt) te confer.

DESPERATIONIS PROVERBIA.

Actum est.

Eur. in Hip. cor. Eheu peracta res, hera occidit palàm.

Terent. in Eun. Actum est, ilicet, peristi.

Plautus. Nisi quid rei præsidium apparas, acta hæc res est.

Nullus sum.

Eurip. in Tro. Timidi, atq; inertes sunt nihil videlicet.

Idem in Iphig. Nihil eras, sed perditum fortuna consternauerat.

Athenæus li. 10 Vos quippe nihil, vt dicitur prouerbio.

Sopho. in Aiac. E medio me abducite,
Qui non magis sum, quàm ille qui iam nullus est.

Pinus in morem.

Vbi quis funditus, radicitusq; perit, ita vt restitui non possit.
Nam pinus dum abscinditur, nunquam pullulat.

Perierunt bona.

Periere honesta, Mindarus sublatus est. Xenophon lib. 1

Ad restim res rediit.

Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissimè. Teren. in Phor.

Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam? Iuuenalis.

Eodem pertinet illud, Suspendio deligenda arbor. vnde Euripides in Alcestide:
Heus ista cæde digna sunt,
Vel potius, vt laqueo gulam
Præfocet aliquis pendulo.

Mea præda illa est: proin tu te in laqueum ducas. Plaut. in Curc.

Ad porcellum da mihi mutuo treis drachmas.

Dicebatur ab eo qui mori decreuisset, & qui porcum immolabat. Aristo. in Pace.

Qui porcum emam, mihi mutua nunc tres drachmas,
Initiandus sum prius, ac mortem oppetam.

A quinque scopulis desilire in fluctus.

De ijs qui nimium doloris impatientes, minantur se in quoduis malum potius præcipitaturos, quàm vt perpetiantur.

Præceps aerij specula de montis in vndas
Deferar. extremum hoc munus morientis habeto. Virg. in Aegl.

Tenuis spes.

Spes ista tenuis quæpiam est qua nitimur. Aristop. in Eq.

Spes frigida quidem. Eurip. in Iphig.

Inani & tenui spe te consolaris. Cic. pro Ros. Co.

Plato de legib. 3. tenuem salutem simili figura dixit.

Adeò laborant spes, vt ab hostibus petantur suppetiæ. Athen. li. 13. ex Callimacho.

DETRACTORES.

Detractores bonum quemque corrumpere student.

Id isti vituperant factum, atq; in eo disputant, Teren. in And. prologo.
Contaminari non decere fabulas:
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant.
Dehinc vt quiescant, porrò moneo: & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Nihil est Antipho, Teren. in Phor.
Quin malè narrando possit deprauarier.
Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est.

Detractores fugiendi summoperè.

Absentem qui rodit amicum, Hor. Sat. 4. lib. 1
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamq; dicacis:
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Vt penitus notum si tentet crimina serues, Idem li. 1. epist. ad Lollium.
Tuterisq; tuo fidentem præsidio, qui
Dente Theonino quum circumroditur. ecquid
Ad te pòst paulò ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet:
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Detractores muribus similes sunt, quòd alienum cibum, id est, famam, assiduè rodant.

Quasi mures semper edimus alienum cibum; Plaut. in Capt.

Vbi res prolatæ ſunt: quum rus homines eunt,
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.

Detractorum admonitio lepidiſsima, vt à ſua deſiſtant detractione.

Hor. Epodon li. Ode 6 — Caue, caue. namq; in malos aſperrimus
Parata tollo cornua:
Qualis Lycambe ſpretus infido gener,
Aut acer hoſtis Bubalo.
An ſi quis atro deote me petiuerit,
Inultus vt flebo puer?

Mart. li. 6. Epig. — Audes præterea, quos nullus nouerit, in me
Scribere verſiculos, miſeras & perdere chartas,
Ar ſi quid noſtræ tibi bilis inuſſerit ardor,
Viuet, & hærebit, totoq; legetur in orbe.
Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.
Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem naſum viui tentaueris vrſi.
Sit placidus licet, & lambat digitosq;, manusq;:
Si dolor & bilis, ſi iuſta coëgerit ira,
Vrſus erit: vacua dentes in pelle fatiges,
Et tacitus quæras, quam poſsis rodere carnem.

Teren. in Eun. — Nullum eſt iam dictum, quod non dictū ſit prius.
Quare æquum eſt vos cognoſcere, atq; ignoſcere.

DE DEO.

Ex Demoſthene.

Ex epiſtol. 1 — Omnis ſerij dicti & facti principium à dijs immortalibus maximè ducendum eſſe cenſeo.

Ex orat. ad Phi. epiſtolam. — Tantò plures occaſiones ad deorum beneuolentiam conciliandam habemus, quanto magis pia iuſtioraq; facta exoptamus.

Ex ora. de Falſa lega. — Omnibus vno conſenſu author eſt, vt ij acerbè puniantur, qui hoſtibus aliquid indulſerunt, Iupiter, Dione & reliqui dij.

Contra Neæră. — Eos qui petulanter & flagitioſè leges inſtitutaq; veſtra deſpiciunt, quiq; impudenter impij erga deos fuerunt, duas ob cauſas graui ſupplicio afficiendi ſunt, & vt ij ſcelerum ſuorum pœnas luāt, & alij curent, caueantq; ne quicquam in deos & Rempub peccent.

Ex ora. ad Lep. — Bona quidem expectare, & à dijs vt dent, precibus expoſcere oportet, ſed omnia humana exiſtimare.

Pro Cteſiph. — Omnium rerum exitus, vt deus voluerit, conſequitur: conſilium autem ipſum conſultoris mentem declarat.

Contra Androtionē & Timoc. — Equidem arbitror eum oportere qui ſit templum ingreſſurus & vaſa ſacra & caniſtra tractaturus, & rerum ad deos ſpectantium curationi præfuturus, non certorum dierum ſpatio pure viuere modò, ſed per totam vitam.

Olynth. 3 — Propterea quòd res quidem Græcas fideliter, deorum verò religionem & ſacra piè tractabant, quæq; ad ſe pertinebāt, ex æquo adminiſtrabant, magnam meritò adepti ſunt fœlicitatem.

Ex orat. Amat. — Oportet eum qui maximis laudibus dignus ſit, non dijs chariſsimum videri, ſed hominibus, partim quidem propter ſe, partim verò propter fortunam admirationi eſſe.

~~Ex libris Apoph. Def. Eraſ. Rot.~~

~~Arbitrio numinis res hominum ſurſum deorſumq;~~ ~~geruntur, voluuntur & reuoluuntur.~~

Qui facinus arduum concipit animo, prius à dijs optare debet animum facinori parem.

Deorum, cùm ſint optimi natura, proprium eſt benefacere omnibus, nocere nemini.

Deus vnicus totius mundi monarcha, malis genijs ac impijs hominibus nonnunquam abutitur ad vtilitatem eccleſiæ.

Deus omnium ſapientiſsimus, ſermonis eſt parciſsimi.

[redacted]

A dijs optanda potius mens bona, quàm ea quæ nihil conferunt ad hominis fœlicitatem.

Abſq; prouidentia dei nihil geritur in rebus mortalium, magisq; fidendum diuino fauori, quàm humanis conſilijs aut viribus.

Euentus rei in manu dei eſt, & huic debetur gratia, ſi quid fœliciter ceſſerit: ſed interim vult noſtram operam accedere.

Hominis eſt peccare: at dei, aut hominis deo proximi, emendare peccata.

[redacted]

Dij qui quos volunt, poſſunt lædere, nec à quoquam lædi viciſsim, non nocent niſi improbis: homines hominibus ex æquo metuendi ſunt. Proinde qui ſuperbè minantur alijs, aut dij ſibi videntur, aut non cogitant id quod minantur alijs, in ipſos poſſe recidere.

Numen magis delectatur frugalitate, quàm opimis victimis.

[redacted]

~~Deus optimè nouit, quid nobis bonū ſit, quid non.~~

Vt hominum membra nulla contentione, mente ipſa ac voluntate mouentur: ſic numine deorum omnia finguntur, mouentur atq; mutantur. — Cic. 3. de Nat. de.

Si quod optimum, maximumq; eſt, id volumus adipiſci, virtuti opera danda eſt, ſine qua nullam rem expetendam conſequi poſſumus. — Cic. in Lælio.

Omnium rerum magnarum à dijs immortalibus principia ducuntur. — In Vatin.

A dijs immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. — 2. de Legibus.

Nemo magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. — 2. de Nat. deo.

Quum ipſa natura magnam homini facultatem dederit, tamen eſſe deus putatur, vt & ipſum quod eſt hominum proprium, non partum per nos, ſed diuinitus ad nos delatum videatur. — 1. de Orat.

Commoda quibus vtimur, lucem qua fruimur, ſpiritum quem ducimus, à deo nobis dari & impartiri videmus. — Pro Roſc. Am.

Sit hoc à principio perſuaſum hominibus, dominos eſſe omnium rerum ac moderatores deos, eaq; quæ gerantur, eorum geri ditione atque numine, eoſque optimè de genere hominum mereri: & qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri, piorumque & impiorum habere rationem. — 2. de Legibus.

Deorum prouidentia mundus adminiſtratur, ijdemq; conſulunt rebus humanis, neque ſolùm vniuerſis — 1. de Diuin.

vniuersis, verumetiam singulis.

3. de Finibus. Mundus regitur numine deorum, estque quasi communis vrbs & ciuitas hominum.

In Som. Sci. Nihil est illi principi deo, qui omnem hunc mundum regit (quod quidem in terris fiat) acceptius, quàm consilia, cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur.

1. Tusculana. Illud modò videto, vt deum noris, etsi ignores locum & faciem: sic animum tuum tibi notum esse oportet, etiamsi ignores locum & formam.

De Resp. Aru. Quis est tam vecors, qui cùm suspexerit in cælum, deos esse non sentiat? & ea, quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerũ ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet?

2. de Nat. deo. In mundo deus est aliquis, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum, qui mutationes temporum, rerum vicissitudines, ordinesq; conseruat, terras & maria contemplans, hominum commoda, vitasq; tuetur.

In Som. Scip. Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi non potest, nisi mens soluta & libera & segregata ab omni concretione mortis, omnia sentiens & mouens, ipsaq; prædita motu sempiterno.

1. de Nat. deo. Ea est dei vita, qua nihil beatius, nihil omninò bonis affluentius cogitari potest. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur, sua sapientia & virtute gaudet, habet exploratum fore se semper tum in maximis, tum in æternis voluptatibus.

2. de Nat. deo. Mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulatè.

Pro lege Man. Homini timidè de potestate deorum, & pauca dicenda sunt.

2. de Legibus. Pietas grata est deo: sumptus est remouendus. Quid enim est cur paupertatem, deorum aditu arceamus, præsertim cùm ipsi deo nihil minus gratum futurum sit, quàm non omnibus patere ad se placandum, & colendum viam Numæ Pompilij?

Pro Plancio. Nulla est erga deos pietas, nisi honesta de numine deorum ac mente opinio.

2. de Legibus. Color albus præcipuè decorus deo est.

1. de Legibus. Nullum est animal, præter hominem, quod habeat aliquam notitiam dei.

1. de Legibus. De hominibus nulla gens est, neq; tam immansueta, neque tam ferrea, quæ non, etiam si ignoret qualem deum habere deceat, tamen habendum sciat.

1. Tusculan. Firmissimum afferri videtur, cur deos esse credamus, quòd nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio.

Cato maior. Dij immortales sparserunt animos in corpora humana, vt essent qui terras tuerentur, quiq; cælestem ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque constantia.

De Vniuersit. Deus animal vnum spectabile, hominem, in quo omnia animalia contineret, effecit.

3. Offic. Nobis persuasum esse debet, si omnes deos, hominesq; celare possimus, nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

2. de Legib. Thales, qui sapientissimus inter septem fuit, dicebat homines existimare oportere deos omnia cernere, deorumq; omnia esse plena, & fore omnes castiores, veluti quo in fanis esset maximè religiosus.

1. de Nat. deor. Quum à Simonide quæsiuisset tyrannus Hiero, quid aut quale esset deus, deliberandi sibi vnum diem postulauit. Quum idem ex eo postridie quæreret, biduum petijt. Cùm sæpius duplicaret numerum dierum, admiratusq; Hiero requireret cur ita faceret: Quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.

3. de Nat. deo. Diagoras cùm Samothraciam venisset, Atheos ille qui dicitur, atq; ei quidam amicus, Tu qui deos putas humana negligere, non'ne animaduertis ex tot tabulis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint, in portumq; salui venerint? Ita fit, inquit: illi enim nunquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in mariq; perierunt.

2. de Nat. In omnibus situm est, & quasi insculptum, esse deos.

Quid potest esse tam apertum, tamq; perspicuum, quum cælum conspicimus, cælestiaq; contemplati sumus, quàm esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur?

2. de Nat. deo. Dij semper fuerunt, nati nunquam sunt, æterni sunt futuri.

1. Tuscul. Deum agnoscimus ex operibus eius.

3. de Na. deo. Nihil est quod deus efficere non possit, & quidem sine labore vllo.

3. de Nat. Obscurum deo nihil potest esse.

2. de Diuin. Ignorare deus non potest, qua quisq; mente sit.

Post red. in Se. Immortalia parentibus, omnia dijs immortalibus debemus.

De Resp. Aru. Dijs immortalibus nos primùm natura conciliat.

1. Offic. Prima officia dijs immortalibus debentur.

2. de Legib. Donis impij ne placare audeant deos, Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus deus, cùm vir nemo bonus ab improbo se donari velit.

De deo Apophthegmata.

Deus imitãdus Dicebat Socrates, deos omnium optimos ac fœlicissimos, ad quorum similitudinem quò quisque propius accederet, hoc & meliorem esse & beatiorem. Si corrigas vnius vocis numerum, nihil dici potest Christianius.

Vota qualia dijs off. renda. A dijs nihil petendum, nisi bona simpliciter, quum vulgus petat bene dotatam vxorem, opes, honores, regnũ, longam vitam, quasi numini præscribentes, quid faciendum sit. At deus optimè nouit, quid nobis vel bonum vel malum sit.

Deus omniscius Rogatus Thales Milesius, num lateret deos homo iustè agens, respondit, Ne cogitans quidem: significans deo nihil omninò esse occultum. At vulgus putat quæ corde voluunt homines, latere deum.

Deus insepultus Alexandri mater Olympias quum audisset filij cadauer insepultum fuisse abiectum, inter lamenta dixit: O fili, tu qui studebas cæli particeps esse, huc toto impetu properans, ne ijs quidem potiri valuisti, quæ sunt mortalium omnium cõmunia, terra ac sepultura. Alexander viuus ambiebat diuinos honores: defuncto nec vltimus ille contigit honos, quem quiuis homo persoluit homini, quamlibet humili.

Dei cõsilia arc. Quum Pompeio res infœliciter cederent, & ad

Cæsarem inclinaret victoria, Cato dicebat in rebus diuinis multum esse caliginis, quòd Pompeio præter ius agenti, successerit omnia prospera, causam Reip. tuenti nihil succederet.

Deo debetur gratia. Pytho Atheniensis ob res fœliciter gestas ipsum admirantibus ac prædicantibus quòd Cotyn regem interemisset, Dijs, inquit, habēda est gratia, quibus autoribus hoc facinus præclarè gestum est. Nam ipse nihil aliud quàm manum & operam meam commodaui. Euentus rei in manu dei est, & huic debetur gratia, si quid fœliciter cesserit.

Armati dij. Venerem Lacones armatam colunt, quin omnes etiam deos deasq́; hac figura fingūt, vt lanceam teneant, hac imagine significantes omnes esse bellica virtute præditos. Nihil enim turpius ignauia ducebant, nihil bellica virtute pulchrius: taliq́; specie proponebant deos suos, quales cupiebant esse ciues. At verò Græci deos otiosos & quietos fingebant, & in numero recumbentium constituebant.

Dij miseri. Cinesias videns Alexandrum Magnum à pharmaco quod sumpserat, vehemēter turbatum, Quid, inquit, nobis faciendum est, quum vos dij talia patiamini? Quum Alexander ægrè sustulisset oculos, Quales, inquit, dij sumus, metuo ne dijs inuisi.

Dij duo, Vis et Suasio. Quum apud Andrum argentum peteret Themistocles, Duos, inquit, ad vos adduco deos, Vim ac Suasionem: significans, si minus impetraret suadendo, se vi erepturum. At illi responderunt apud se quoque duas magnas esse deas, Inopiam & Impossibilitatem, per quas non dare liceret quæ peterentur.

Deorum cultus. Dicebat Xenophon tum maximè colendos esse deos, quum homini res sunt secundæ, vt quum incideret necessitas, confidenter illos imploremus, vt pote beneuolos iam & amicos. Rectè Xenophon, sed vulgus hominum contrà facit: in fœlicitate profunda est deorum obliuio: quum vrget calamitas, tum demū ad illos confugimus.

Deum esse, deum facere.

Cic. de Orat. 2. Prouerbialis hyperbole de singulari laude dignis. In quo tu mihi deus esse videris: id est, summus ac singularis.

Terent. in Ad. Deum te facio: id est, summis laudibus effero.

Aristo. 7. Mor. Hanc virtutem heroicam, velut homine maiorem, ei diuinitati proximam vocant.

Hom. Iliad. ω Nec iam hominis sanè mortalis filius ille
Esse videbatur, sed diuo semine natus.

Socr. apud Pla. in Menone. Et Lacones quones laudant aliquē virum bonum,
Diuinus, inquiunt, vir hic.

Inde illa apud Homerum solemnia sunt, θεῷ ἴκελος καὶ θεοειδής, id est, Deo similis & diuina specie.

Deum fallere volenti multa noscenda.

Multa scienda, deo quibus ipsi imponere possis.

Pindar. in Pyth. hym. 3. de. Apo. Mendacijs non vtitur: fallit autem illum non deus, non homo, nec factis neq; consilijs.

Deum sequere.

Plutarchus in libello de audiendo, refert adagium quod inter sapientū oracula celebratur, ἕπου θεῷ, id est, sequere deum: quasi dicat, obtempera rationi. Quasi cuiq; debeat esse oraculum, quicquid in pectore dictauerit ratio.

Vergil. An cuiq; deus sua dira cupido?

Menander. Inest enim suus cuiq; animus, deus.
Nam noster animus numen est.

Aeschyl. Pal. fragm. Homer. 1. Iliad. Qui dijs paruerit, proni huius vota acceptant.

Idem. Quin & diuūm aliquis ductor fuit.

Plat. in Crit. Sine igitur ô Crito, & hoc pacto agamus, quandoquidem hac nos ducit deus.

Cic. 3. de Finib. Quæcumq; sunt vetera præcepta sapientum, qui iubent tempori parere, & sequi deum, & se noscere, & nihil nimis.

Ci. pro M. Mar. Verùm animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc qui faciat, non modò ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum deo iudico.

Deus ex improuiso apparens.

De ijs dicitur, quibus in rebus arduis præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat, negotijque difficultatem expediat. Sumptum à Tragœdis, qui machinis quibusdam deum quendam ostendebant è sublimi, qui fabulæ finem imponeret.

Cic. 1. de Na. de. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis, vt tragici poëtæ, cùm explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum: cuius profectò operam non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis.

Plat. in Crat. Nisi fortè, quemadmodum tragœdiarum scriptores, sicubi hæserint, ad machinas confugiunt, deos sustollentes.

Plutarchus. Quemadmodum in tragœdia machinam tollens apud ciues, responsa velut à Pythio reddita & oracula componebat apparabatq́;.

Aristo. Meta. Nam Anaxagoras mente perinde, quasi deo quopiam tragico, qui repentè solet extendi, vtitur ad condendum mundum. Etenim cùm hæret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit.

Vnde in Græcorum tragœdijs illud penè solemne est, πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, id est, plures formæ deorum.

Lucian. in Philopsend. Ac iuxta prouerbium, arbitrabar hunc perinde mihi quasi deum quempiam repentè apparentem, ac fortuna fuisse adductum.

Idem de Mercede conductis. Nam hi peculiariter ad huiusmodi tragœdiam pertinent: aut alium deum quempiam derepentè exortum, atq; in antennis considentem.

Euripid. in Iphig. Equidem deus tibi maximus apparui.

Lucia. in Siliis. Assistens iuxta tragœdorum prouerbium.

Plin. lib. 25. Quippe etiam in repertis, aliàs inuenit casus, aliàs, vt verè dixerim, deus.

Idem 29. Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in vita deus.

Athenæus lib. de vēditoribus piscium, qui vos ostensos subducunt. Et venditos mox eximunt aspectui,
Venduntq́;, tanquam è machina, titu deûm.

Nullius indigens deus.

Admonet parœmia, nullum esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum verò esse deum vndequaq; perfectum.

Deus

Deus Ollaris.

In hominem humilem dicebatur, & contemptæ sortis.

Aristophan. in Nebulis. Quando arbitrabar te quoq; ollarem deum.

Zenodotus in Collectaneis. Corchorus inter olera.

Nihil sacri.

Deus vlciscetur.

Cùm in nobis facultatem depellendi non esse dicimus, sed optare, vt superi puniant aliquando.

Homer. Odyss. 8 Ast equidem immortales implorauero diuos, Si fors Iuppiter ipse vices aliquando reponat.

Deus vltro subijcit bona.

Quoties res citra nostram operam fœliciter cadūt, quasi deo quopiam procurante.

Cratinus in Plutis. Vltro dona istis ipse suppeditat deus.

Deus vnus & plures amici.

Εἷς θεὸς ἢ πολλοὶ φίλοι. Vnus deus & plures amici. Admonet adagium quamplurimos esse parandos amicos, quòd hi secūdum deum plurimùm possint opitulari.

Deus vndecunq; iuuat, si modò propitius.

Homer. Odyss. 7 Si libeat, seruare procul quoq; numina possunt.

Dij beati adsint.

Fœlices adsint superi. Σὺν γὰ θεοὶ μάκαρες. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggredienda. Quin & testamentum condituri, præfabantur ominis causa, τῦτο καλῶς ἔςω, id est, Hoc bene sit.

Varro de re Rustic. 1. *Dij facientes adiuuant.*

Homer. Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum, Partim aliquis diuûm tibi suggeret.

Cic. ad Attic. epist. 9 Omnia vobis imparatos agenda: sed tamen Partim ipse inuenies, partim sors suggeret ipsa.

Dij bona laboribus vendunt.

Horat. Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Sophocles in Electra. Citra laborem nihil bene est.

Menander Quæcumq; votis expetuntur, prædicant Egere curis, qui valent prudentia.

Antiphanes. Domat atq, subigit cuncta diligentia.

Seneca lib. de Ira Atq; nihil est tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio.

Dij laneos habent pedes.

Prouerbium indicat deos ad scelerum vltionem leotè quidem procedere, sed tamen aliquando de malefactis pœnam sumere vel inopinatò.

Horat. Car. 3. ode. 2 Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo.

Dij omnia possunt.

Homer. At cœlestes omnia possunt.

Pindar. in Pythijs, hymno 2 Deus autem pro sua libidine omnem exitum perficit.

Dijs hominibusq; plaudentibus.

Cic. ad Q. fratr. Vatinium, à quo palàm oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, dijs hominibusq; plaudentibus.

Epist. 1 Neq; solùm dixi, sed etiam sic facio, dijs hominibusq; approbantibus.

Ad Q. fratrem Nisi noster Pompeius dijs, hominibusq; iouitis negotium inuerterit.

Homer. Numina nescia mortis, Mortalesq; homines.

Dij tibi dent tuam mentem.

Martialis. Dij mentem tibi dent Phileni.

Horat. Quid facias illis? iubeas miserum esse libenter, Quatenus id facit.

A Deo quid optandum.

Cùm intra regiam Dionysij sacrum perageretur, præcoq, vt per multa tempora inconcussum duraret imperium, precaretur: Non'ne tu desines (inquit Dionysius) abominãda nobis imprecari? Sentiens potius à dijs optandam bonam mētem, quàm humana, quæ nihil ad fœlicitatem conferunt.

Deos esse. Plutar. lib. in Moralib. Si fieri potest, lippitudinē auferimus ab oculis: sin id non licet, non tamen eruimus oculum: ita si superstitio tolli prorsus non potest, non tamen credendum protinus, nullos esse deos.

Idem. Vt principem simul & metuimus, & amamus, vt infestum malis, bonis placidum: sic & deum.

Idem. Quemadmodū à piscibus Hircanis, nec boni quippiam expectatur, nec mali: sic Epicurei, nec turbari nos volunt deorum metu, nec delectari beneuolentia.

Plutarchus. Tyrannum mutato solo licet effugere: qui deum timet, non est quò fugiat: quandoquidem nusquam non est deus.

Idem. Cum nauta videt imminere tempestatem, primùm quidem deos inuocat, vt incolumi liceat in portum appellere, mox contrahit vela, atq; omnia nihilo socius parat, quibus est opus: ità nos debemus auxilio diuino fidere, sed sic, vt nostram quoq; industriam adhibeamus.

Idem. Arator ab Hesiodo iubetur dijs sacrificare, deinde aggredi: & miles primùm inuocat opem diuinā, deinde armatur.

Qui diuos metu colunt alicuius mali, perinde faciunt vt ij qui tyrannos venerantur, ne noceant, quos oderunt animo.

Dijs habenda gratia. Sicut mensarij non grauatim reddunt deposita pignora, vt quæ in hoc ipsum acceperint, vt restituant: sic nos quod à dijs accepimus.

Dei vindicta. Vt amnes quidam repentè se condunt sub terram, nihilominus eò perferuntur, quò tendunt: ita dei iræ licet occultæ, tamen in extremas calamitates auferunt aliquando nocentes.

Vt medici quibusdam morbis occurrūt priusquàm appareant: ita deus quædam punit, ne fiant.

Deus nō à quouis prædicādus. Sicut Alexander vetuit, ne quis se pingeret præter vnum Apellē, aut ne quis se fingeret ære præter Lysippū, aut gemma sculperet præter Pyrgotelem, summos videlicet artifices: ita non conuenit deum à quouis prædicari, aut virtutē à quouis laudari.

Dei mors. Quemadmodum panace herba, vna contra morbos omneis habet remedium: ita Christi mors vna aduersus omneis cupiditates noxias efficax est.

Ex Platone.

In Theæ. SOCRAT. Si deo gratum est, permultum quidē & breui

& breui proficies: ſin contrà, minimè.

In Alci. SOCR. In dijs eſt, vt arbitror, quæ precamur, tribuere, vel contrà.

In Eutiph. SOCR. Deo dilectum opus ſanctum, ac vir deo dilectus ſanctus: opus autem inimicum deo profanũ, & vir deo inimicus profanus dicitur. Sanctum verò & profanum non eadem ſunt, ſed omninò contraria.

Ibidem. SOCR. Dic ergo, quæ'nam dijs ex muneribus noſtris vtilitas. Nam quæ ipſi dent, nemo eſt qui ignoret. Nihil enim nobis eſt bonũ, quin illi prębeant: quæ verò à nobis accipimus, qui illis conferunt? An tantò ipſis in hac mercatura præſtamus, vt cùm nos omnia ab illis bona ſuſcipiamus, ipſi nihil à nobis boni reportent?

In Parme. SOCR. Si apud deum ſuprema ipſa dominatio eſt, atq; ipſa ſuprema ſcientia, nunquam aut dominatio ipſa nobis dominabitur, aut ipſa ſcientia nos, vel aliud noſtrorum quicquã cognoſcet: ſed & nos ſimiliter dijs minimè imperabimus imperio noſtro, neq; diuinum quicquam ſcientia noſtra percipiemus. Et illi item eadem ratione nec noſtri erunt domini, neq; res humanas, cùm dij ſint, animaduertent. At non'ne valdè admirabilis, inquit, hic ſermo videbitur, ſi quis deum cognitione priuauerit?

In Phile. SOCR. Reuerentia mihi ſemper erga deorum nomina eſt, non humana quædam, ſed maximum quemq; timorem exuperans.

Ibidem. SOCR. Dij, vt diximus, ſic nobis inueſtigare, diſcere, & mutuum docere dederunt.

Ibidem. PROT. An abſurdum eos deos gaudere, vel contrà triſtari? SOCR. Abſurdum omninò: indecẽs enim vtrumq; eſt.

Ibidem. PROT. Fertur de venereis voluptatibus quæ ingentiſsimæ omnium æſtimantur, quòd peierantibus illis, dij prorſus ignoſcunt: quaſi pueri quidam ſint nullius intelligentiæ compotes.

In Theet. SOCRAT. Nullus deus maleuolus eſt hominibus.

In Sophiſt. HOSP. Animalia cuncta mortalia, plantasq;, quæcumq; terra ex ſeminibus, radicibus've naſcuntur, & quæcumq; inanimata in terra conſiſtunt, ſiue liquefieri poſsint, ſiue non poſsint, nũquid alio quodam opifice fabricata quàm deo, facta eſſe, cùm priùs non fuiſſent, dicimus? An multorum doctrinam ſermonesq; ſectabimur? THE. Quorum? HOSP. Dicentium, iſta natura ipſa gigni à cauſa quadã fortuita, ſiue mente hæc agente: vel cum ratione.

In Ciuil. HOSP. Vniuerſum hoc aliâs deus ipſe regit, agitat, atq; rotat: aliâs verò dimittit, cùm mundi circuitus competentia ſibi curricula temporis expleuerunt. Mundus verò vltrò ac libero tum motu contrà reflectitur. Nam & viuit, & ſapientiam ab eo, qui ab initio conſtruxit illum, eſt ſortitus.

Ibidem. HOSP. Idem eſſe ſemper, & ſecundum eadẽm, & eodem ſe modo habere, ſolis omnium diuiniſſimis cõuenit: corporis autem natura huius ordinis non eſt compos.

Ibidem. HOSP. Sanè totius circuitus princeps curatorq; primùm deus extitit, vt nunc per varias mundi plagas ſingulæ ipſius partes à dijs principibus diſtributæ ſunt. Animalium quoq; genera gregatim diſtincta dæmones quidam tanquam diuini paſtores ſortiti ſunt, quorum quiſq; ad munus ſuum obeundum ſufficiens cùm eſſet, ſinguli ſingulis, ſic, vt ille voluit, præficiebãtur, quibus præerat ipſe. Quamobrẽ nihil erat agreſte, omnisq; rapacitas & vorago procul aberat: aberat bellũ penitus atq; ſeditio: cætera inſuper quæ conditionem illorum temporum ſequebantur, innumerabilia ſunt. Quod verò de victus facilitate, & libertate vitæ fertur, ob id eſt dictum quòd deus eos paſcebat, ipſe illorum paſtor & cuſtos: quemadmodum homines nunc, quorum natura diuinior, brutorum paſtores ſunt. Deo itaque cuſtodiente, ciuitatum conſtitutiones nullę erãt, neq; marium fœminarumq; ad filios procreandos coniugia.

HOSP. Deus ille quondam huius ordinis author, cernens mundum tacito in diſcrimine poſitum, miſeretur, ac ne tumultu adeò turbulento fluctuet diſſoluaturq;, & in locum diſsimilitudinis infinitum mergatur, iterum adſtat & præſidet, reſumptisq; protinus gubernaculis, ægrotantia omnia diſſolutaq; antiqua ſui agitatione conuertit, ornat, & corrigit, mortisq; ſeruat illum & ſenectutis ignarum. *Ibidem.*

HOSP. Quòd dum quæreretur rex ciuilisq; vir, ex præſenti circuitu generationeque paſtorem ex contraria conuerſione adduximus, & pro mortali gregis humani paſtore deum commemorauimus, longius tranſgreſsi ſumus: quòd verò ciuitatis vniuerſæ principem illum oſtendimus, quo autem modo princeps eſſet non declarauimus, verum quidem diximus, non tamen ad integrum perſpicueq; deſcripſimus. *Ibidem.*

HOSP. Reor equidem, ô Socrates, paſtoris illius diuini figuram maiorem eſſe, quàm vt regi competat. *Ibidem.*

SOCRAT. Neceſsitati neque dij quidem ipſi pugnant. *In Protag.*

SOCRAT. An non Anaxagoræ credis rerum omnium naturam mente quadam & anima exornari ſimul & contineri? *In Cratyl.*

SOCRAT. Per Iouem nos quidem ſi mentem haberemus Hermogenes, præcipuum rectitudinis modum arbitraremur, fateri nihil nos de dijs cognoſcere, neq; de ipſis, inquam, neq; de ipſorũ nominibus, quibus ipſi ſe vocant. *Ibidem.*

DIOTI. Non'ne deos omnes, pulchros ac beatos affirmas? Nunquid auderes deorum quempiam non pulchrum beatum've dicere? non per Iouẽ. Beatos autem non'ne illos vocas, qui bona, pulchraq; poſsident? illos duntaxat. *In Conuiuio.*

DIOT. Omnis natura dæmonum inter mortales, deos've eſt media. Quam vim habet? Interpretatur, inquit, & traijcit humana ad deos, diuina ad homines: horum quidem preces & ſacrificia, illorum præcepta ſacrosq; ſolemnes, inſtitutiones & ordinem. In vtroq; medio conſtituta totum complet, vt vniuerſum ſecum ipſo tali vinculo connectatur. Per hanc vaticinium omne procedit, ſacerdotumq; diligentia circa ſacrificia, expiationesq; & incantationes, & diuinationem omnem atq; magicam. Deus quidem homini non miſcetur, ſed per id medium commercium omne atque colloquium inter deos hominesq; conficitur, & vigilãtibus nobis, & dormien

mentibus. Quicumq; harum rerum peritus est, fœlix vir ac sapiens nuncupatur: qui verò alias artes, & facultates, quæ manibus explentur, callet, mercenarij nominantur.

Ibidem. SOCR. Nullus deorum philosophatur, aut sapiens fieri cupit. est enim. Nec alius quivis sapiēs philosophatur.

In epist. SOCR. Deum mentiri non est credendum: neq; enim id fas est deo.

Ibidem. Videtur, ô viri Athenienses, re vera solus deus sapiens esse: atq; in hoc oraculo id sibi velle, humanam scilicet sapientiam, parui, imò nihili pendendam esse. Quòd verò Socratem nominat sapientem, ob id facere, quo nomine meo tanquā exemplo quodam vtens: quasi sic dicat, Is ô viri, sapientißimus est, qui quemadmodum Socrates, nouit re vera sapiētiam suam esse nihili pendendam.

2. Dial. de Rep. ADIMAN. Deos neq; latere, neq; cogere poßibile est.

SOCR. Et bonorum quidem solus deus causa dicendus est: malorum autem quamlibet aliam præter deum causam quærere decet.

Ibidem. SOCR. Non indigum pulchritudinis & virtutis esse deum dicimus.

Ibidem. SOCR. Simplex omninò deus, & verax dictus ac factis, neq; mutatur ipse, neq; alios decipit, neq; per visiones, neq; per sermones, neq; per signa, neque nobis dormientibus, neque vigilantibus.

In Tim. TIM. Cùm verò & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius author causarum omniū optimus: dubium non est quin sempiternum sit sequutus exemplum. Sic igitur generatus, ad id est effectus, quòd ratione & sapientia sola comprehendi potest, & immutabile permanet. Ex quo efficitur, vt necesse sit hunc mundum alicuius simulachrum esse.

Tim. Quocirca sicut ratio nobis hæc probabilis persuadet, dicendum est hunc mundum animal esse, idq; intelligens, re vera diuina prouidentia constitutum.

Ibidem. TIM. Valens deus omnium, quæ intelligi possunt, pulcherrimo, & vndiq; absoluto mundum huoc simillimum reddere, animal vnum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia cuncta naturæ suæ conuenientia intra suum limitem continens.

Ibidem. TIM. Cùm hoc à se factum sempiternorum deorū pulchrum simulacbrum moueri & viuere pater ille, qui genuit, animaduerteret, delectatus est opere, & hac ductus lætitia, opus suum multò etiā magis primo illi exemplari simile reddere cogitauit. Itaque quemadmodum illud sempiternū animal est, ita vniuersum hoc pro viribus tale facere statuit. Illius quidem animalis æterna natura est: quod genito operi congruere omninò nō potest. Idcirco imaginem æui nobilem effingere decreuit, ac dum cœlum exornaret, facit æternitatis in vnitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem, quam nos tempus vocamus.

Ibidem. TIM. Aeterna substantia cùm eadem semper & immobilis perseueret, neque senior seipsa fit vnquam, neque iunior, neque fuit hactenus, neq; erit in posterum, neq; recipit eorum quicquam, quibus res corporeæ mobilesq; ex ipsa generationis conditione subijciuntur.

Ibidem. TIM. Deus multa in vnum colligere, rursusq; vnū in multa producere sufficiens est. scit enim simul ac potest. Homo autem nullus, qui alterutrum valeat, aut est nunc, aut vnquam erit.

Ibidem. TIM. Quemadmodū ab initio diximus, cùm hæc ordine carerēt, singulis deus, & ad sese, & ad alia inuicē eatenus modum rationemq; proportionis indidit, quatenus suscipere singula poterant. Tūc profectò nihil erat ordinis, nisi fortè aliquo casu particeps, nec quicquā tunc aqua, vel ignis, vel aliud aliquid eorum, quæ modò apud nos nominantur, iure vocandū erat. Verùm hæc primùm omnia exornauit: deinde ex ijs hoc vniuersum cōstituit, animal vnum, animalia omnia in se mortalia & immortalia continens. Et diuinorum quidem ipse est author, mortalium verò generationem natis suis tradidit absoluendam. Illi igitur suum imitati parentem, principiumq; animæ immortale suscipientes, animam ipsam mortali corpore clauserunt, totumq; corpus animæ quasi vehiculum subdidere, atq; in eo aliam animæ speciem mortalem fabricauerunt, quæ grauibus necessarijsq; perturbationibus afficeretur. Quarum prima foret voluptas esca maxima mali: dolor, deinde fuga impedimētumq; bonorum: audacia præterea metusq; consultores amentes: accederet & implacabilis iracūdia: spes etiam blanda conciliatrixq;, cum irrationali sensu, amoreq; omnium inuasore. Illi ergo hæc miscentes necessariò mortale genus composuerunt.

4. de Leg. Dia. ATHEN. HOSP. Deum omnia & fortunam, opportunitatemq;, simul cum deo cuncta humana gubernare. Minus tamen concedēdum, tertium superiora, artem videlicet sequi.

Ibidem. ATHEN. HOSP. Deus, ô viri, sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem, & media rerum omnium continens rectà peragit, secundum naturā circumiens. Hunc semper iudicium comitatur, eos qui à diuina lege desciuerunt, puniens.

7. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Deum omni beato studio dignum, homioē verò, sicut etiam suprà diximus, dei ludo esse fictum, atq; id verè ipsius optimum esse.

10. de Leg. Dia. ATHEN. HOSP. Caueamus ne deum mortalibus opificibus viliorem putemus. Isti sanè quantò periores sunt, tantò artevna in proprijs ipsorum operibus, & parua simul, & magna exquisitius absolutiusq; perficiunt: deinde verò qui sapientißimus est, & curare potest, ac vult: magnis quidem prouidebit solùm, parua autem, quæ facilius gubernari possunt, propter pigritiam & ignauiam negliget?

Ibidem. ATHEN. HOSP. Huic adolescēti persuadeamus, eum qui ton prouidet, ad virtutem salutemq; totius omnia ordinare, cuius pars quæq; pro viribus quod sibi conuenit, agit, & patitur, atq; his singulis præpositi principes sunt, qui minimarū etiam actionum paßionumq; per singulas & extremas vniuersi particulas distributione ad vltimum vsq; peracta, curam habent.

Ibidem. ATHEN. HOSP. Rex ille noster actiones hominum

num omnes animatas esse perspexit, multamq; ipsas inter se virtutem, multam etiam prauitatem habere: quod've factum est animam & corpus, perditionem nõ pati, neq; tamen æternum esse, qua lege dij sunt: nam si alterutrum bonum perderetur, omnis cessaret animalium generatio: præterea quod ipsius animæ bonum est iuuare, quod malum, contrà nocere. Hæc inquam omnia quoniam perspexit, idcirco excogitauit, vbi pars quæque locata, maximè, optimè, facillimeq; virtuti victoriam: vitio verò ne vincat, impedimentum in vniuerso præbere posit. Admuenit igitur id vniuersum hoc, quale factũ quodlibet qualem sedem habitationemq; & qualia loca sortiri debeat. Causas verò huius vel illius generandi, voluntatibus nostris permisit. Vbicunque enim quis cupiat, qualisq; animus sit, ibi fermè semper habitat, & talis fit vt plurimum.

Ibidem. ATH. HOSP. Qui hoc sanxerunt, firmius quàm cætera omnia stabilierunt, vt cauendum omninò sit. Nunquam enim ab illo negligeris, nec si ita paruus sis, vt in terræ profundũ ingrediaris, nec si adeo sublimis fias, vt pennis elatus in cœlum voles: sed conuenientia supplicia dabis, siue hìc manens, siue ad inferos profectus, siue ad remotiorẽ aliquem inaccessibilemq; locum translatus.

Ibidem. ATHEN. HOSP. Non'ne custodum omnium maximi, & in maximis rebus dij omnes? CLIN. Ita prorsus.

[illegible] de Leg. Dia. ATHEN. HOSP. Aequum profectò est nomina deorum non facilè inquinare, nec ea huc atq; illuc deuoluere: sed omnia quæ ad deos pertinent, purè casteq; seruare.

In Epino. ATH. HOSP. Quem deum putem, vobis dicam, etiamsi absurdus videbor, & rursus modo alio non absurdus. Nam ipsum bonorum omnium authorem, cur non etiam maximi boni, prudẽtiæ dico, causam arbitrabimur? Quem verò deũ laudibus, ô Megille & Clinia, effero? Cœlum fermè, quod par est, sicut dæmones alij, simul omnes cæteriq; dij faciunt, nos quoq; honoribus colere, ac præcipuè adorare.

Ibidem. ATH. HOSP. Deus qui diuinam sortem perfectè posidet, à doloribus voluptatibusq; liber, sapiẽtia, cognitioneq; penitus fruitur.

Ibidem. ATH. HOSP. Nefas est deos negligere, quum fœlix omnium illorum doctrina omnibus recta ratione patuerit.

Epist. 3 Procul à molestia & voluptate diuinitas.

Plato in Alcib. 1. lib. 5 SOCR. Vnum solum est Alcibiades, quo à te differo. ALCIB. Quid? SOCR. Curator meus melior est, & sapientior quàm tuus Pericles. ALCI. Quis hic ô Socrates. SOCRAT. Deus, ô Alcibiades.

In Alcib. 2. lib. 6 SOCR. Neque eiusmodi est dei natura, vt ducatur muneribus, quemadmodũ improbus fœnerator. Sed nos nimiũ delitamus, si quãdo nos Lacedæmonijs propter munera acceptiores deo esse ducimus. Etenim graue esset, si deus ad donaria & sacrificia nostra respiceret potius, quàm ad animum, vtrum iustus sanctusq; sit. Deus autẽ vt pote à muneribus incorruptus, spernit hæc omnia: vnde perspicuum est, & apud deum & apud homines sanæ mentis, iustitiam & prudẽtiam præcipuè honorari. Prudẽtes autem iustiq; sunt, qui sciunt quæ erga deum, & homines agere, atq; dicere deceat.

Plato in Minoe lib. 7 MINOS. Etenim primò cauendum est, ne quid in deum, aut verbo aut opere aliquando peccemus, deinde ne quid aduersus diuinos homines. Deus nimium indignatur, quoties quispiam illius similem improbat, aut probat dissimilem. Dei verò similis est vir bonus.

Plato in Euyphro. lib. 8 Quod dijs amicum est, sanctum est: quod non amicum verò, prophanum. Equidem sanctum quod dij omnes amant, esse faterer: prophanum contrà, quod omnes oderint.

Ibidem. Eam iusti partem ô Socrates sanctam & piam esse reor, quæ circa deorum curam versatur: quæ verò ad hominum curam pertinet, reliquam esse iustitiæ partem.

Plato in Theæteto lib. 13 Naturam mortalem, regionemq; inferiorem necessariò circumeunt. quare conandum est, vt hinc illuc quàm celerrimè fugiamus. Fuga autẽ est, vt deo similes pro viribus efficiamur. Deo similes efficit cum prudentia, iustitia simul & sanctitas.

Deus nusquam & nullo modo iniustus, sed quàm iustissimus, totam videlicet iustitiæ potestatem complexus, nihilque illi similius quàm iustissimus homo.

Plato in Sophi. lib. 15 SOCR. Inquit Homerus, cùm deos alios, tum maximè hospitalem deum inter homines, qui iusti pudoris participes sunt, versari.

In Cratylo li. 23 SOCR. Videntur vtique mihi Græcorum prisci, deos solos putasse eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur: solem, lunam, terram, stellas, cœlum. Cùm ergo hæc omnia perpetuo in cursu esse conspicerent, ab hac natura θεῖν, id est currendi, θεοὺς, id est deos nominasse videntur.

In Apologia Platon. SOCR. Respondebo vtique vobis, ô viri Athenienses: diligo vos equidem, atque amo: deo tamen parere malo, quàm vobis.

In Timæo. TIM. Quum omnes, qui mentis quoquo modo compotes sunt, in operis cuiuslibet principio inuocare deum soleant: quantò nos æquius est de vniuerso, siue genitum siue ingenitum disputaturos, nisi fortè desipimus, diuinam opem inuocare? Opificem quidem, & patrem mundi inuenire difficile: & cùm iam inueneris, prædicare: eloqui vulgò impossibile est.

De Legib. Dia. Lib. 34 ATH. HOSP. Deum'ne, an aliquem hominum ô Hospites, condendarum legum causam existimans? CLINIA. Deum, ô Hospes: deum inquã, vt decet asserere.

Dial. 3. de Leg. Septimum principatum ad sortem aliquam producamus, eum dei gratia & fœlicitate quadam obtingere asserentes, & iustissimum esse ducamus, vt is, quem sors delegerit, imperet: ille verò quem repulerit, pareat.

Dial. 4. de Leg. Deus profectò nobis rerum omnium maximè sit mensura, multoq; magis, quàm quiuis, vt ferunt, homo. Bonum virum decet sacrificare dijs & interesse diuinis: nempe illos prosequi orationibus, muneribus alioq; cultu diuino, pulcherrimum, optimum, commodissimum ad vitã beatam: idq; præ cæteris est decorum. Malo autem

cõtrà

contrà contingunt omnia. Impurus enim mali est animus, boni autem purus. Ab impuro autem capere munera,neque bonum virum, neq; deum decet.

Plato.de Leg. Non erit forsan difficile demonstrare deos non minus minimarum rerum quàm maximarũ curam habere: cùm præsertim paulò antè dictum fuerit eos omni virtute refertos, prouidentiam omnium sibi propriam vendicare.

Idem 9.de Leg. ATHEN. HOSP. Nemo dijs inuocatis, mendacium dicat, aut decipiat: aut adulterare verbo, vel re quicquam audeat, nisi deo velit odio esse. cui quidem primùm odio est, qui falsò iurans, deos paruipendit: deinde qui coram maioribus se mentitur.

Idem ad Dionis propinquos epist.8 Moderata quidem seruitus est,quæ deo exhibetur: immoderata,quæ hominibus.Deus quidem hominibus temperatis, lex est: intemperatis verò voluptas.

Omnibus in rebus & dicendis & cogitandis,principium semper à dijs est sumendum.

Hactenus Plato.

Bion aiebat maximè ridiculos esse astronomos,qui cùm non videant pisces iuxta se natantes in littoribus, illos qui in cœlo sint, videre se dicant.

Pindarus naturæ speculationibus vacantes imperfectum sapientiæ fructum capere dicebat.

Thalem philosophum dum cœlum contemplaretur in fossam illapsum, ancilla eius iure id pati dixit, qui cùm iuxta pedes posita ignoraret, cœlestia intueretur.

Cùm astrologus quidam in foro stellas in tabella quadam depictas monstraret atq; diceret,En obi hic stellas errantes,audiès Diogenes: Ne mẽtiaris,inquit,bone vir:stellæ enim non errãt,sed illi,ostensis qui assidebant.

Ariston dicebat eorum quę philosophi scrutantur, quædam ad nos pertinere, alia nihil, alia supra nos esse. Nam disciplinam morum ad nos spectare, dialecticam nihil ad nos attinere, cùm emendationi vitæ nihil conferat. Physicam verò supra nos esse:cognosci enim non posse,& nihil vtilitatis afferre.

Non quęrendum esse,dicebat Eusebius,an dij sint. sed protinus credendum. Nam quæstione proposita etiam ille, qui impijssimam opinionem defendit, nempe deos non esse, superare conatur.

Mercurius ad Tatium. Deum cogitare animo difficile est:eloqui impossibile. Res enim incorporea non potest corpore significari:& quod æternum est, cum temporaneo ægrè coniungitur.Hoc enim præterit, illud semper existit. Item hoc per imaginationem adumbratur: illud reuera est. Imbecillius autem à fortiore, & inferius à præstātiore tantum distat, quantum à diuino mortale. At medium inter ista interuallum, pulchritudinis spectaculum obscurat.Etenim oculis corpora vsurpari queũt, &visibilia,per linguam enuntiari. Quod autem incorporeum,inconspicuum, & fine omni figura est, neque materia constat,à sensibus nostris percipi non potest. Intelligo,ò Tati,rem ineffabilem deum esse.

Xenophon ex epistola ad Aeschinem. Hermogenes me conueniens tum alia quædam mihi narrauit, tum de te interrogatus an aliquã philosophiæ curam haberes, eandem dixit cum Socrate. Cæterùm ego eoã mecũ cùm Athenis agerem,propter studiũ te admiratus sum.Quemadmodum nunc igitur in admirationem tui tractus:sum ita & nũc præ quouis alio philosophiæ studioso animi tui constantiam demiror. Maximum enim,vt mihi videtur,argumentum virtutis tuæ est, quòd illius viri cõsuetudine gaudeas, si modò mortalis vocãda est Socratis vita. Quòd autem res diuinæ supra nos sint, cuiuis constat: & quòd virtutis ipsarum excellentiam venerari sufficiat.Quinam verò dij sint,nec inueniri facilè potest, nec inquiri fas est. Quippe seruorum etiam non interest, scire naturam aut facta dominorum suorum, vt quibus nihil conueniat, quàm inseruire. Nam quãdo audiuit quisquam, ô Aeschines,Socratem de rebus cœlestibus disserentem,aut ad figuras emendandæ vitæ gratia discendas hortantem? Musicam enim scimus ipsum intellexisse non vltra iudicium aurium: Quin semper aliquid honestũ dicere pergebat, & quid fortitudo esset,aliaq; virtutes,explicare. Vocabat autem hæc bona humana: cætera verò aut homines assequi non posse, aut fabulis esse proxima dicebat,qualia superciliosi sophistę commemorāt. Sed neque verbis solùm hęc docebat,faciendi autem ignarus erat.Desinant igitur qui rationibus,vt sibi videntur,probabilibus Socratem arguentes improbant,cùm ei viuo sapientiæ testimonium deus exhibuerit: occisores verò eius,pœnitudinis suę purgationem non inuenerint. Illi verò egregij viri Aegyptij & admirabilis Pythagoricæ sapientiæ amore capti sunt, quorum superuacuum & inconstans circa Socratem studium tyrannidis amor redarguit, & Sicula ventris immoderatiò mensa frugalitati victus anteposita.

Non enim de rerum omnium natura, vt quamplurimi alij,disputabat: nec quemadmodum, qui à sophistis mundus vocatur,se habeat, ille cõsiderabat:imò verò illos qui in huiuscemodi cõtẽplandis vacant,stolidos esse monstrabat. Xenophon de dictis & factis Socr.lib.1

Omnes illum respiciunt causas discernentem Hesiodus in Theogonia.
Recto iure.Ipse verò cautè differens,
Statim licet magnam controuersiam prudenter diremit.
Hancenim ob causam cordati reges sunt, quoniã hominibus
Offensis,ius suum in iudicio restituunt, & malefacta auertunt,
Facilè verbis alloquentes lenibus.
Per ciuitatem igitur ingredientem regem, veluti deum placant,
Placida reuerentia: ille verò inter congregatos excellit.

Soli deo chari sunt,qui iniurias oderunt. Democritus.
Omnia deo factu facilia sunt,& nihil impossibile. Linus.
Omnes qui vrbem ac regionem inhabitant, persuasos esse oportet, existimareq; deos esse: quòd manifestum sit ex cœli & totius mundi constitutione, rerumq; in ipsis dispositione pulcherrima & ordine. Haud enim fortuita aut humana huiusmodi opera putare conuenit. Deinde colendi honorandiq; dij sunt,vt bonorum omniũ nobis Deos esse vnde colligitur Zaleucus in proœmio legum.

nobis autores, quæ aliqua ratione fiunt. Singulos igitur habere, & comparare animã quemq; suam oportet, vt ab omnibus malis pura sit. Nã ab improbo homine non honoratur deus, neque sumptibus colitur, neque tragœdijs capitur, instar hominis mali, sed virtute, ac instituto bonorum operum & iustorum. Quocirca opus est vnumquemq; pro virili bonum esse tum factis, tũ volũtate, qui modò futurus sit deo charus: & non metuere pecuniarũ iacturam, magis quàm honestatis & iustitiæ.

Deorum numina non falluntur.

Solon in Elegia Demosthen. Et non Iustitiæ formidant numen, & Iram,
Consilijs superûm quæ dea semper adest.
Hæc oculis cernit vigilantibus omnia facta:
Nemo putet falli numina posse deûm.
Et quamuis pœnas differt aliquando, tacetq;,
Mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit & tandem pœnas: non regna, nec vrbes
Effugiunt clades, quas meruere graues.

Deos qui contemnit.

Antiphanes. Nam qui quod fieri in patrem conuenit, non facit,
Hic omnes deos contemptui habet.

Deo simile quid sit facere.

Pythagoras interrogatus quid deo simile facerent homines, respondit, Cùm veritatem exercent homines. Cæterùm magi deorum maximum, quẽ Oromagdem ipsi vocant, corpore quidem asserunt esse luci similem, anima verò veritati.

Deus bonorum curam suscipit.

Menander. Hominum bonorum aliquam curam suscipit etiam deus.
Et in rebus perplexis vir bonus vtilis est.

Deus eminentia castigat.

Herodotus. Solet enim deus eminẽtia quæuis castigare. Ideoq; magnus quoq; exercitus ab exiguo sternitur, cũ deus inuidens aut metum ipsis iniecerit, aut tonitrua, vnde condignam se perditionẽ incidunt. Non sinit enim deus alium præter se altũ sapere.

Plato. Moderata seruitus est, quæ dijs obnoxia fuerit: immoderata, quæ hominibus. Deus verò sobrijs hominibus lex est.

Sophocles. Quòd autem ista sine prudentia fieri nequeant, apparet: & quòd prudentia mundi deus sit, manifestum est.

Deus multis inutilibus largitur opes.

Theognis. Deus multis inutilibus largitur opes bonas, quæ nec ipsis vtilitatem vllam, nec amicis ferent.

Euryphamus Pythagoreus. Vita hominis perfecta, inferior quidem est deo, quòd nõ per se sit perfecta: brutis autem animalibus præstat, vtpote virtutis & fœlicitatis particeps. Nam neq; deus vlla causa extrinseca indiget, vt qui natura bonus existens, & natura fœlix, perfectus sit.

Deus rex naturæ.

Ecphantus Pythagoreus. Oportet regem sapientem esse. Sic enim venerandus erit, ac æmulator summi dei: qui natura primus est rex & princeps: ille verò creatione & imitatione. Deus quidem in omnibus & in vniuerso: ille in terra solùm. Deus omnia semper gu bernat, & viuit, ipsius in se possidens sapientiam: ille verò per aliquod tempus scientiam habet.

Idem. Hanc ob causam præcipuè deus existimatur primus esse parens deorum ac hominum, quoniã omnibus subiectis sibi benignum se præbet, nec vnquam cessat gubernatione sua neglecta.

Deus solus veritas.

Mercurius ad Tatium. Quare omnium rerum in mundo opificium ei soli concreditum est, vt qui imperet omnibus, & faciat omnia. Hunc ego colo, & veritatem eius adoro, ipsumq; opificem agnosco post primum illum & vnum. Quam tu igitur primam esse veritatem ais ô pater? Vnum & solum illum, qui nõ est ex materia, qui corpore non continetur, sine colore, sine figura, mutationi & alterationi nulli obnoxium, semper existentem.

Ex Poëtis.

Nec curare deum credis mortalia quenquam? *Ex Vir. Ecl. 8*
Ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena. *Eclog. 3*
Ille colit terras: illi mea carmina curæ.
Deum namq; ire per omnes *4. Georg.*
Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemq; sibi tenues nascentem arcescere vitas.
Principio cœlum ac terras, camposq; liquentes, *6. Aeneid.*
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq, infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:
Inde hominum pecudumq; genus, vitæq, volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.
Solis scire modũ, & quanto minor orbita lunę est,
Cur illi breuior, cur isti peruolet orbis.
Scire vices etiam signorum, & tradita iura,
Nubila cur cœlo terræ denunciet imbres.
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni.
Tempora cur variant anni, primaq; iuuenta
Ver præit æstatem, cur æstas ipsa senescit,
Autumnoq; obrepit hyems, & in orbe cucurrit.
Axem scire Helices, & tristem nosse Cometem,
Lucifer vnde micet, quaq; Hesperus, vnde Bootes,
Saturni cur stella tenax, cur Martia pugnax,
Quo rapiant nautæ, quo sidere lintea tendant:
Scire vias maris, & cœli prædiscere cursus,
Quò volet Orion, quò Syrius incubet index,
Et quæcumq; iacent toto miracula mundo,
Non digesta pari, nec aceruo condita rerum,
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula, diuini est animi, ac iucunda voluptas.
Imprimis venerare deos, atq; annua magnæ *Vir. lib. 1. Geor.*
Sacra refer Cereri.
Ponuntq; ferocia Pœni *1. Aeneid.*
Corda, volente deo.
Rex Iuppiter omnibus idem. *10. Aeneid.*
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos. *6. Aeneid.*
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo: *Eclog. 4*
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Deo casta placent.

Casta placent superis: pura cum veste venite, *1. Aeneid.*

Et

Et manibus puris sumite fontis aquam.
Hac casti maneant in religione nepotes.
12. Aeneid. Tum pater omnipotẽs, rerũ cui summa potestas
Insit.
O pater, ô hominum, diuumq́; æterna potestas.
4. Aeneid. Ipse deûm sibi me claro demittit Olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet.

Ex Ouidio.

Deus omnia ex chao fecit.

1. Metamorph. Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaq́; moles,.
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaq́; eodẽ
Non bene iunctarum discordia semina rerum.
Hanc deus & melior litem natura diremit.
Nam cœlo terras, & terris abscidit vndas:
Et liquidum spisso secreuit ab aëre cœlum.
Quæ postquam euoluit, cæcoq́; exemit aceruo,
Dissociata locis concordi pace ligauit.
1. Fastorum. Me chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant:
Aspice quàm longi temporis acta canam.
Lucidus hic aër, & quæ tria corpora restant,
Ignis, aqua & tellus, vnus aceruus erant.
Vt simul hæc rerum secessit lite suarum,
Inq́; nouas abijt massa soluta domos,
Altum flamma petit, propior locus aëra cepit,
Sederunt medio terra fretumq́; loco.
4. de Ponto. Et tamen hæc tangent aliquando Cæsaris aures:
Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.
Tu certè scis hæc superis ascite, videsq́;
Cæsar, & est oculis subdita terra tuis.
1. de Trist. Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,
A culpa facinus scitis abesse mea.
1. de Ponto. Nescit enim Cæsar (quamuis deus omnia norit)
Vltimus hic qua sit conditione locus.
13. Metamorph. Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.
8. Metamorph. Immensa est, finemq́; potentia cœli
Non habet: & quicquid superi voluere, peractũ est.
4. Metamorph. Pars omnia veros
Posse deos memorant.
2. de Arte. Facile est omnia posse deo.
4. de Trist. Nil ita sublime est, supraq́; pericula tendit,
Non sit vt inferius, suppositumq́; deo.
15. Metamorph. Cognouit numina castus
Euinctus vitta crines albente sacerdos.
En deus est, deus est, animis linguisq́; fauete,
Quisquis adest, dixit.
3. de Arte. Expedit esse deos, & vt expedit esse putemus.
Dentur in antiquos thura, merumq́; focos.
1. de Trist. Non precor vt redeam, quamuis maiora petitis
Credibile est magnos sæpe dedisse deos.
2. Fastorum. Dij pia facta vident: astris Delphina recepit
Iuppiter, & stellas iussit habere nouem.
Ouid. 3. de Pont. Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt,
Nec semper læsos & sine fine premunt.
Lib. 3. de Trist. Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.
Nunc vbi detonuit, strepituq́; exterruit orbem,
Purum discussis aëra reddit aquis.
Iure igitur rectorq́; deûm, genitorq́; vocatur:
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Ouid. 1. de Arte. Flectitur iratus voce rogante deus.
2. de Trist. Sed solet interdum fieri placabile numen.
Nube solet pulsa candidus ire deus.

Nec secura quies illos, similisq́; sopori *1. de Arte.*
Detinet: innocui viuite, numen adest.
Reddite depositum, pietas sua fœdera seruet,
Fraus absit, vacuas cædis habete manus.

Deus malorum punitor acerrimus.

Occidit vna domus, sed non domus vna perire *1. Metamorph.*
Digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erynnis.
In facinus iurasse putes, dent ocyus omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.
Nil adeò validum est (adamas licet alliget illud) *4. de Trist.*
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.

Dei gloria augeri non potest.

Non tui carminibus maior fit gloria, nec quo, *2. de Trist.*
Vt maior fiat, crescere possit, habet.
Est deus in nobis, agitante calescimus illo: *6. Fast.*
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Deum qui videt, fœlix est.

Fœlices illi, qui non simulacra, sed ipsos, *2. de Ponto.*
Quiq́; deûm coram corpora vera vident.

Deus gaudet fide.

Non boue mactato cœlestia numina gaudent, *Acōtius Ouid.*
Sed quæ præstanda est, & sine teste fide.

Deus gaudet voluntate.

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas: *3. de Ponto.*
Hac ego contentos auguror esse deos.
Hæc facit vt pauper veniat quoq; gratus ad aras,
Et placeat cæso non minus agna boue.
Nec quæ de parua pauper dijs libat acerra
Thura, minus grandi quàm data lance valent.
Quamuis est igitur meritis indebita nostris, *Ouidius.*
Magna tamen spes est in bonitate dei.

Deo impij displicent.

Pone deos, & quæ tangendo sacra prophanas, *Dido Ouidiana*
Non bene cœlestes impia dextra colit.

Ex Iuuenale.

Deus nos magis diligit, quàm ipsi nos.

Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt dij. *Iuuen. Sat. 10*
Charior est illis homo, quàm sibi.
Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis, *Ibidem.*
Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq́; sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt dij.
Charior est illis homo, quàm sibi. Nos animorum
Impulsu, & cæca, magnaq́; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumq́; vxoris. At illis
Notum qui pueri, qualisq́; futura sit vxor.

Orandum à deo quid.

Orandum est vt sit mens sana in corpore sano. *Iuuen. Sat. 10*
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscumq; labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat, sæuosq́; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Mortales à dei cultu abhorrentes.

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadibus vsq; *Sat. 10*
Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt

Vera bona,atq; illis multum diuersa,remota
Erroris nebula.quid enim ratione timemus,
Aut cupimus?

Sat.13 Rari quippe boni,numero vix sunt totidem,quot
Thebarum portæ,vel diuitis ostia Nili.
Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices & lucis, & anni,
Atq; ideò intrepidi quæcumq; altaria tangunt.
Est alius metuens,ne crimen pœna sequatur:
Hic putat esse deos,& peierat,atq; ita secum,
Decernat quodcumq; volet de corpore nostro
Isis,& irato feriat mea lumina sistro,
Dummodovel cęcus teneā,quod deoego,nūmos.
Vt sit magna,tameo certè lenta ita deorum est.

Ex Persio.

Persius Sat.3 Magne pater diuûm sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis,cùm dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta veneno,
Virtutem videant intabescantq; relicta.
An'ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci?
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureus subter ceruices terruit?

Dij quibus rebus colendi sint.

Sat.2 Dicite pontifices,in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc,quod Veneri donatę à virgine puppę?
Quin damus id superis,de magna quod dare lāce
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius,fasq; animi,sanctosq; recessus
Mentis,& incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo,vt admoueam templis,& farre litabo.

Ex Lucano.

Lib.9.bel.Ciui. Estq; dei sedes nisi terra,& pontus,& aër,
Est cœlum,&virtus,superos quid quærimus vltra?
Iuppiter est quodcumq; vides,quocūq; moueris.

Lib.6.bel. Ciu. Nequeunt animam tibi reddere fata
Consumpto iam iure semel.

Deus principio caret.

Lucanus bell. Ciuil.8 Si numina nasci
Credimus?haud quenquam fas est cœpisse deorū.

Dei voluntate omnia fiunt.

Lib.9 Hæremus cuncti superis,temploq; tacente
Nil agimus,nisi sponte dei.

Deus per effectus cognoscitur.

Lib.3 Ignarum mortale genus per fulmina tantùm
Sciret adhuc cœlo solum regnare tonantem.

Deum offendens non impunè feret.

Lib.3 Quis enim læsos impunè putaret
Esse deos?seruat multos fortuna nocentes.
Et tantùm miseris irasci numina possunt.

Lib.3 Si cœlicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarent astra Gigantes,
Non tamen auderet pietas humana vel armis,
Vel votis prodesse Ioui:sortisq; deorum
Ignarum mortalę genus.

Ex Horatio.

Oda 12.lib.1 Qui res hominum ac deorum,
Qui mare & terras,varijsq; mundum
Temperat horis.

Qui terram inertem,qui mare temperat Oda 4.lib.3
Ventosum, & vrbes,regnaq; tristia,
Diuosq;,mortalesq; turbas,
Imperio regit vnus æquo.

Sed satis est òrare Iouem,qui donàt & aufert. Hor.1. epist. ad Lollium.
Det vitam,det opes,ęquum mì animū ipse parabo.

Deus terras prudenter ab aquis disiunxit.

Nequicquam deus abscidit Hor.Oda3 lib.1
Prudens Oceano dissociabili
Terras,si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt vada.

Vndę nil maius generatur ipso, Oda 12.lib.1
Neć viget quicquam simile,aut secundum.

Valet ima summis Oda 34.lib.1
Mutare,& insignem attenuat deus,
Obscura promens.

Scimus vt impios Oda 3.lib 3
Titanas,immanemq; turbam
Fulmine sustulerit caduco.

Quanto quisq; sibi plura negauerit, Oda 16.lib.3
A dijs plura feret.

Ex Martiale.

Et dominum mundi flectere vota solent. Martial.lib. 8. Epigramm.
Omnia cùm tibi sint dono concessa deorum,
Si quod habes,non vis,ergo quid accipies? Lib.12.Epigr.
Qui fingit sacros auro vel marmore vultus, Lib.8
Non facit ille deos:qui rogat,ille facit.

Ex Tibullo.

Luce sacra requiescat humus,requiescat arator, Lib.2.Eleg.1
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Omnia sint operata deo:non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Vos quoq; abesse procul iubeo:discedat ab aris, Lib.2.epist.
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis:pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Ex Seneca.

O magna parens natura deûm, Seneca in Hippolyto.
Tuq; igniferi rector Olympi,
Qui sparsa cito sydera mundo,
Cursusq; vagos rapis astrorum,
Celeriq; polos cardine versas,
Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare vias ætheris alti?
Vt nunc canæ frigora brumæ,
Nudent syluas,
Nunc arbustis redeant vmbræ,
Nunc æstiui colla Leonis
Cererem magno feruore coquant,
Vires suas temperat annus?

Res deus nostras celeri citatas In Thyeste.
Turbine versat.

Prouidit ille maximus mundi parens, In Hyppolito.
Cùm tam rapaces cerneret fati minas,
Vt damna semper sobole repararet noua.

Dominare tumidus,spiritus altos gere. In Hercule furente.
Sequitur superbos vltor à tergo deus.

Cœlestis ira quos premit,miseros facit In Hercule Oetæo.
Humana nullos.

Pars ille est superis,cui pariter dies Ibidem.
Et fortuna fuit.

Votum secundet, qui potest, nostrum deus, Troade
Rebusq;

Rebusq; lassis adsit.

Ex Plauto.

In Rudente. Qui gentes omnes, mariaq; & terras mouet,
Eius sum ciuis ciuitate cœlitum.
In Capt. Est profectò deus, qui quæ nos gerimus, auditq; & videt.
In Amphitr. Ita quoq; comparatum est in ætate hominum,
Ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.

Deus iudex iustissimus.

In Rudente. Quotidie ille scit, quis hîc quærat malum,
Quis hic litem adipisci postulat periurio,
Mali res falsas qui impetrant apud iudicem.
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.
Maiore mulcta mulctat, qui litem adferunt:
Bonos in alijs tabulis exscriptos habet.
Dijs magnas merito gratias habeo, atq; ago,
Quando euenêre hæc frater nobis prosperè.

Ex Homero.

3. Iliad. Iuppiter omnipotens, rerumq; æterna potestas,
Cuncta tuo qui regna pater sub numine torques.
20. Iliad. Deus æquus vtrumq;
Respicit.
4. Iliad. Contemni numen Olympi
Haud impunè sinunt superi, scelera impia quanquã
Distulerint: culpas hominum grauiora morantur
Supplicia.
24. Iliad. Dignus honos superûm.
Ibidem. Ibo equidem: neq; enim contemnere fas est
Iussa Iouis.
Ibidem. Nam vereor mandata Iouis.

Ex Boëtio.

Metro 5. lib. 1 O stelliferi conditor orbis,
Qui perpetuo nexus solio
Rapido cœlum turbine versas,
Legemq; pati sydera cogis:
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stringis lucem breuiore mora.
Tu cùm feruida venerit æstas,
Agiles noctis diuidis horas.
Tua vis varium temperat annum:
Vt quas Boreæ spiritus aufert,
Reuehat mitis Zephyrus frondes:
Quæq; Arcturus semina vidit,
Sirius altas vrat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquis propriæ stationis opus.
Omnia certo fine gubernas.
Metro. 6. lib. 4 Sedet interea conditor altus,
Rerumq; regens flectit habenas,
Rex & dominus, fons & origo,
Lex, & sapiens arbiter æqui,
Et quæ motu concitat ire,
Sistit retrahens, ac vaga firmat.
Nam nisi rectos reuocans itus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quæ nunc stabilis continet ordo,
Dissepta suo fonte fatiscant.
Metro. 9. lib. 3 O qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum cœliq; sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisq; manens das cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus, verùm insita summi
Forma boni, liuore carens.
Quòd mundus stabili fide *Metro. 8. lib. 2*
Concordes variat vices,
Quòd pugnantia semina
Fœdus perpetuum tenent,
Quòd Phœbus roseum diem
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit Hesperus,
Phœbe noctibus imperet:
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coërceat,
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos.
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagus regens,
Et cœlo imperitans amor.
Hic est cunctis communis amor. *Lib. 4. Metro. 6*
Repetuntq; boni fine teneri,
Qui non aliter durare queant,
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ, quæ dedit esse.
Haud sic magni conditor orbis. *Metro. 2. lib. 5*
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole resistunt.
Non nox atris nubibus obstat.
Quæ sint, quæ fuerint, veniantq;,
Vno mentis cernis in ictu.
Quem quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere solem.
Omne hominum genus in terris *Metro. 6. lib. 3*
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est,
Vnus qui cuncta ministrat.
Ille dedit Phœbo radios,
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam in terris
Dedit, & sydera cœlo.
Signat tempora proprijs *Metro. 6. lib. 1*
Aptans officijs deus.
Nec quas ipse coërcuit,
Misceri patitur vices.
Hic si frena remiserit, *Metro 8. lib. 2*
Quicquid nunc amat, inuicem
Bellum continuò gerit:
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant,
Certant soluere machinam.
Tu requies tranquilla pijs, te cernere finis, *Metro 9. lib 3*
Principium, vector, dux, semita, terminus idem.
Hanc quisquis poterit notare lucem, *Metro 10. lib. 3*
Candidos Phœbi radios negabit.
Fœlix qui potuit boni *Metro. 12. lib. 3*
Fontem visere lucidum.
Deus ipse canatur, *Calphurnius Eclog. 4*
Qui populos, vrbesq; gerit, pacemq; togatam.
Iustitiæ, rectiq; dator, qui cuncta gubernas. *Silius Italicus lib. 6. belli Pun.*

Ex Statio.

Cuncta hæc superum demissa suprema *Lib. 5. Theb.*
Mente fluunt.
Vidit qui cuncta suorum, *Lib. 5. Syluar.*
Nouit, & inspectis ambit latus omne ministris:
Nec mirum, videt ille ortus obitusq;, quid Arctos,
Quid Boreas hybernus agat, ferriq;, togæq;,

Consilia, atq; ipsam mentem probat.
1. Achilleidos. Ne pete Dardaniam frustra Theti mergere classem.
Fata vetant, ratus ordo deûm, miscere cruentas
Europæq;, Asiæq; manus, consultaq; bella
Iuppiter, & tristes edixit cædibus annos.
Lib. 12. Thebai. Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma dei, mentes habitare, & pectora gaudet.
5. Thebaid. Niger omnibus aris
Ignis, & in nullis spirat deus integer extis.
3. Thebaid. Deus ecce furenobus obstat.
Sili. Ital. Lib. 4. belli Pun. Heu primæ scelerum causæ mortalibus ægris,
Naturam nescire deûm.

Ex Olympio Nemesiano.

Eclog. 4 Cerua marem sequitur, taurum formosa iuuenca,
Et venerem sensere lupæ, sensere leænæ,
Et genus aereum volucres, & squammea turba,
Et montes syluæq; suos babet arbor amores.

Ex Lucretio.

2. de Natura rerum. Deniq; cœlesti sumus omnes semine oriundi.
Lib. 5. de Nat. rerum. Tenuis enim natura deûm, longeq; remota
Sensibus à nostris, animi vix mente videtur.
Petronius Arbiter in Fragm. Quicquid in orbe vides, paret mihi: florida tellus
Cùm volo, spissatis arescit languida succis:
Cùm volo, fundit aquas scopulis, atq; horrida saxa
Niliades iaculantur aquas. Mihi pontus inertes
Submitiot fluctus, zephyriq; recenda ponunt
Ante meos sua flabra pedes. mihi flumina parent,
Hyrcanæq; tigres iussi & seruire dracones.

Ex Claudiano.

Lib. 1 in Ruff. Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cùm dispositi quæsissem fœdera mundi,
Præscriptosq; maris fines, anniq; meatus,
Et lucis noctisq; vices: tunc omnia rebar,
Consilio firmata dei, qui lege moueri
Sydera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno iusserit igne
Compleri, solemq; suo, porrexerit vndis
Littora, tellurem medio librauerit axe.
De 4. Honorij consulatu. Nonne vides operum qui se pulcberrimus ipse
Mundus amore ligat, nec vi connexa per æuum
Conspirant elementa sibi? qui limite Phœbus
Contentus medio, contentus littore pontus:
Et qui perpetuo terras ambitq; , vehitq;,
Nec premat incumbens oneri, nec cesserit aër?
Lib. 2. in Ruff. Signa quidem ô socie, diuns attollere contra
Nec fas est, nec posse reor.
De Rapt. Proserp. lib. 3 Nec enim liuescere fas est,
Vel nocuisse deos.

Ex Manilio.

Lib. 1. Astron. Ac mihi tam præsens ratio non vlla videtur,
Qua pateat mundum diuino numine verti,
Atq; ipsum esse deum, nec sorte coisse magistra,
Vt voluit credi, qui primus mœnia mundi
Seminibus struxit minimis, inq; illa resoluit
Aequis, & maria, & terras & sydera cœli,
Aetheraq; , immensos fabricantem finibus orbes,
Soluentemq; alios, constare & cuncta reuerti
In sua principia, & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis, cæcoq; creatum fœdere mundum?
Si sors ista dedit nobis, sors ipsa gubernet.
At cur dispositos vicibus consurgere signa,
Et velut imperio præscriptos reddere cursus
Cernimus, ac nullis properanobus vlla relinqui?
Cur eadem æstiuas exornant sydera noctes
Semper, & hybernas eadem, certamq; figuram,
Quisque dies reddit mundo, certamq; relinquit?
Lib. 1. Astron. Deus est, qui non mutatur in æuo.
Nunquam transuersas solem decurrere ad Arctos
Nec mutare vias, & in ortum vertere cursus,
Auroramq; nouis nascentem ostendere terris:
Nec lunam certos excedere luminis orbes:
Sed seruare modum, quo crescat, quo've recedat,
Nec cadere in terram pendentia sydera cœlo.
2. Astronom. Hoc opus immensi constructũ corpore mundi,
Membraq; naturæ diuersa condita forma
Aeris atq; ignis, terræ, pelagiq; iacentis,
Vis animæ diuina regit, sacroq; meatu
Conspirat deus, & tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas dispensat fœdera partes,
Altera & alterius vires faciatq; , feratq;,
Summaq; per varias maneant cognata figuras.
Lib. 1. Astron. Namq; canam tacita naturæ mente potentem,
Infusumq; deum cœlo, terrisq;, fretoq;,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem,
Totumq; alterno consensu viuere mundum,
Et rationis agi motu, cùm spiritus vnus
Per cunctas habitet partes, atq; irriget orbem,
Omnia peruolitans, corpusq; animale figuret.
Quòd nisi cognatis membris contexta maneret
Machina, & imposito pareret tota magistro,
Ac tantum mundi regeret prudentia sensum,
Non esset statio terris, non ambitus astris,
Hæreretq; vagus mundus, standoq; rigeret,
Nec sua dispositos seruarent sydera cursus.
Noxq; alterna diem fugeret, rursumq; fugaret.
Non imbres alerent terras, non æthera vento,
Non pontus grauidas nubes, nec flumina pôtum,
Nec pelagus fontes, nec staret summa per omnes
Pars semper partes æquo digesta parente,
Vt neq; deficerent vndæ, nec sydera nobis,
Nec cœlum iusto maius've minus've volaret.
Mors alit, non mutat opus: sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominumq; sequũtur.
Hic igitur deus & ratio, quæ cuncta gubernat,
Ducit ab æthereis terrena animalia signis:
Quæ quanquam longo cogit submota recessu,
Sentiri tamen vt vitamq; ac fata ministrent
Gentibus, ac proprios per singula corpora mores.
Nec minus est quærenda fides, sic temperat arua
Cœlum, sic varias fruges redditq;, rapitq;,
Sic pontum mouet, & terris immittit & aufert.

CHRISTI *descriptio.*

Paulinus Ausonio. Hic veritatis lumen est, vitæ via,
Vis, mens, manus, virtus patris,
Sol æquitatis, fons bonorum, flos dei,
Natus deo, mundi sator.
Mortalitatis vita, nostræ & mors necis,
Magister hic virtutum.
Deusq; nobis, atq; pro nobis homo,
Nos induendo se exuit,
Aeterna iungens homines inter & deum

Vtcum

Vtcumq; se commercia.
Hic ergo nostris, vt suum præcordijs
Vibrauerat cœlo iubar,
Absterget ægrum corporis pigri situm,
Habitumq; mentis innouat.
Exhaurit omne quod iuuabat antea
Castæ voluptatis vice,
Totaq; nostra iure sibi domini vindicat,
Et corda, & ora, & tempora,
Se cogitare, intelligi, credi, legi
Se vult timeri & diligi.
Aestus inanes quos mouet vitæ labor,
Præsentis æui tramite,
Abhorret futuræ cum deo vitæ fides.
Qui quas videmur spernere,
Non vt prophanas abijcit aut viles opes,
Sed vt magis charas monet
Cœlicolis reponi creditas Christo deo,
Qui plura promisit datis,
Contempta præsens vel mage deposita sibi
Multo vt rependat fœnore,
Sine fraude gustus aucta creditoribus
Bonus æra reddit debitor,
Multaq; spretam largior pecuniam
Restituet vsura deus,
Huic vacantem, vel studentem & deditum,
In hoc repoonentem omnia,
Ne quæso segnem, ocve peruersum putes,
Nec criminoeris impium.
Pietas abesse Christiano qui potest?
Namq; argumentum mutuum est
Pietatis esse Christianum, & impij
Noo esse Christo subditum.

Claudianus. Proles vera dei, cunctisq; antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisq; repertor:
Antè tuæ, matrisq; parens: quem misit ab astris
Aequæuus genitor, verbiq; in semina fusum
Virgineos habitare sinus, & corporis arcti
Iussit inire vias, patuaq; in sede morari,
Quem sedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidisti, quicquid muodo nascente crearas.
Ipse opifex, opus ipse sui, dignatus iniquas
Aetatis seotire vices, & corporis huius
Dissimiles perferre modos, homioemq; subire,
Vt possis moostrare deum, oe lubricus error,
Et decepta diu varij solertia muodi,
Pectora tam multis finerent mortalia secla
Autorem nescire suum.

Ex. Tito Calphurnio Eclo. 2 Vos ô præcipuè nemorum gaudete coloni
Vos populi gaudete mei, licet omne vagetur
Securo custode pecus, nocturnaq; pastor
Claudere fraxinea nolit præsepia crate,
Non tamen insidias prædator ouilibus vllas
Adferet, aut laxis abiget inuenta capistris.
Aurea secura cum pace renascitur ætas.
Et redit ad terras tandem squallore situq;
Alma Themis posito, iuueoemq; beata sequuntur
Secula, maternis causam qui lusit io vlnis.
Dum populos deus ipse reget, dabit impia victas
Post tergum Bellona manus, spoliataq; telis,
In sua vesanos torquebit viscera motus,
Et modò quæ toto ciuilia distulit orbe,
Secum bella geret: nullos iam Roma Philippos
Deflebit, nullos ducet captiua triumphos,
Omnia Tartareo subigentur carcere bella,
Immergentq; caput tenebris, lucem q; timebunt.
Candida Pax aderit, nec solùm candida vultu,
Qualis sæpe fuit, quæ libera Marte professo,
Quę domito procul hoste, tamē grassantibus armis
Publica diffudit tacito discordia ferro.
Omne procul vitium simulatæ cædere pacis
Iussit, & insanos demeotia condidit enses.
Nulla cateoati feralis pompa senatus
Carnificum lassabit opus, nec carcere pleno
Infœlix raros numerabit curia patres.
Pleoa quies aderit, quæ stricti nescia ferri,
Altera Saturni reuocet Latialia regna,
Altera regna Numæ, qui primus ouantia cæde
Agmina Romuleis, & adhuc ardeotia castris
Pacis opus docuit, iussitq; silentibus armis
Inter sacra tubas, noo inter bella sonare.
Nec iam adumbrati faciem mercatus honoris,
Nec vacuos tacitus fasces, & inane tribunal
Accipiet consul: sed legibus omne reductis
Ius aderit, moremq; fori, vultumq; priorem
Reddet, & afflictum melior deus auferet æuum.
Exultet, quæcumq; ootum gens ima tacentem,
Erectumq; colit Boream, quæcumq; vel ortu,
Vel pater occasu, medio've sub æthere feruit.
Illius vt primùm senseruot numina terræ, *Idem Eclog. 4*
Cœpit & vberior, succis fallentibus olim
Luxuriare seges: tandem leguminа plenis
Vix resonant siliquis, nec præsocata malignum
Messis habet lolium, nec inertibus albet auenis.
Iam neq; damnatos metuit iactare ligones
Fossor, & inueoto (si sors dedit) vtitur auro.
Nec timet, vt ouper, dum iugera versat arator,
Ne souet offenso contraria vomere massa,
Iamq; palàm presso magis ac magis instat aratro.
Veridicis igitur purgauit pectora dictis: *Lucretius lib. 6 de Nat. rerum.*
Et finem statuit cupidinis atq; timoris,
Exposuitq; booū summum, quò tendimus omnes.
Quid foret, atq; viam monstrauit limite paruo,
Qua possemus ad id recto contendere cursu,
Quid've mali foret in rebus mortalibus, atq;
Quod flueret naturali iure, atq; veniret,
Seu casu, seu vi, quod sic natura parasset:
Et quibus à portis occurri cuiq; dece ret,
Et geous humanum frustra plerumq; probauit
Voluere curarum tristes in pectore fluctus.
Christe potens rerum, redeuntis conditor æui, *Claudianus de Christo seruatore.*
Vox summi, sensusq; dei, quem fundit ab alta
Mente pater, tantiq; dedit consortia regni,
Impia tu nostræ domuisti crimina vitæ,
Passus corporea muodum vestire figura,
Affariq; palam populos, hominemq; fateri.
Quin & supplicij nomen oexusq; subisti, *Ibidem.*
Vt nos subriperes letho, mortemq; fugares
Morte tua.

Christi miracula.

Angelus alloquitur Mariam, quo præscia verbo *Claudianus.*
Cooncipiat, salua virginitate deum.
Dant tibi Chaldæi præouotia munera reges,
Myrrham homo, rex aurum, suscipe thura deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Christus,
Quo primum facto se probar esse deum.
Quinq; expleot panes, pisces duo, millia quinq;,
Et deus ex paruo plus superesse iubet.
Editus ex vtero cæcus noua lumina sensit,

Et stupet ignotum se metuisse diem.
Lazarus è tumulo, Christo inclamante, resurgit,
Et duræ mortis lex resoluta perit.
Nutātem quatit vnda Petrum, cui Christus in alto
Et dextra gressus firmat, & ore fidem.
Exanguis Christi contingit fœmina vestem:
Stat cruor in venis, fit medicina fides.
Iussus post multos graditur paralyticus annos
(Mirandum) lecti portitor ipse sui.
Orpheus. Vnus perfectus deus est qui cuncta creauit:
Cuncta fouens, atq; ipse ferens super omnia sese:
Qui capitur mente & tantùm, qui mente videtur:
Qui nullumq; malum mortalibus inuehit vsquā:
Quem præter non est alius. Tu cuncta videto
Hic ipsum in terris melius quò cernere possis.
Hic etenim video ipsius vestigia: fortem
Hincq; manum video: verùm ipsum cernere, quis sit
Nequaquam valeo, nam nubibus insidet altis.
Nemo illum nisi Chaldæo de sanguine quidam
Progenitus vidit: quem cœlorum aurea sedes
Sublimisq; tenet: cuius se dextera tendit
Oceani ad fluctus: quem de radicibus imis
Concussiq; tremunt montes: nec pondere quāuis
Immenso sint, ferre queunt: qui culmina cœli
Alta colens, terris nunquam tamen ille sit absens.
Ipse est principium, mediū quoq;, & exitus idem:
Priscorum nos hæc docuerunt omnia voces,
Quæ binis tabulis deus olim tradidit illis.
Cùm spiritus vnus
Per cunctas habitet partes atq; irriget orbem,
Omnia peruolitans, corpusq; animale figuret:
Quòd nisi cognatis membris contexta maneret
Machina, & im posito pareret tota magistro,
Ac totum regeret mundi prudentia sensum:
Non esset statio terris: non ambitus astris:
Hæreretq; vagus mundus, standoq; rigeret,
Nec sua dispositos seruarent sydera cursus,
Noxq; alterna diem fugeret, rursumq; fugaret.
Non imbres alerent terras, non æthera venti:
Non Pōtus grauidas nubes, nec flumina Pontum.
Nec Pelagus fontes, nec staret summa per omnes
Pars, sed per partes æquo digesta parente,
Vt neq; deficerent vndæ, nec sydera nobis,
Nec cœlum iusto maius've minus've volaret.
Motus alit, non mutat opus: sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominumq; sequūtur.
Sic igitur ratio, deus & qui cuncta gubernat.
Idem. Ipse est æternus semper, semperq; est totus vbiq;
Terrai fundus.
Iuppiter est summus vertex, atq; infima planta.
Iuppiter est quodcumq; vides, quocūq; moueris.
Chrysippus. Quàm falsò accusant superos, stultiq; queruntur
Mortales: etenim nostrorum causa malorum
Ipsi nos sumus, & sua quemq; vecordia lædit.

DE DELIBERATIONE.

Ex Demosthene.

Ex 10. Proem. Deliberandum est quidem lentè: quod autem decretum fuerit, maturè ac celeriter faciendum.

Ex Orat. 1. in Philipp. Non qui celeriter & extemplo cōsilium dant, quæ in rem sunt maximè, consulunt.

Ex 1. Proem. Ego censeo eum oportere, qui de rebus ad ciuitatem pertinentibus dare consilium instituit, potius vt consideret quę decreta fuerūt, vtilia fore, quàm vt extemporales orationes gratiā habeāt.

Oportet eos qui magnis de rebus consultāt, nullā vlla de causa cogitationem prætermittere. *De Ordinat. ciuitatis.*

Cū res malè se habent, de quibus oportet deliberare, difficiles esse necesse est de eis etiam consultationes. *Ex 47 Proem.*

Nō arbitror eius qui vobis cōsiliū det, esse munus vllū, præterquā dicere quæ maximè sunt ex vsu. *Ex Orat. de rebus Chersonesi.*

Facere ipso dicere & decernere posterius ordine cū sit, potestate prius & præstantius est. *Olynth. 1*

Neq; coquo cultri vllus est vsus profectò qui non secat, neque volenti per eum negotia & mala omnibus suboriri, venditurus hæc calumniator, nulla in re commodus est. *Contra Aristog.*

Rectè deliberandi principium hoc est, vt ne deliberetur, priusquam ea, de quibus decernere oportet, audita fuerint: nam neq; tempus, neq; ratio eadem confirmandi eadem quæ videntur, & quid ante omnia conducere videatur. *Ex 19. Proem.*

Qui pro ciuitate aliquid facit, illum oportet ciuitatis mores imitari. *Contra Andro.*

Par est eos æquis animis audire velle, qui consiliū dare volunt. *Olynth. 1*

Optima suadere quàm difficile est? *Ex 9. Proem.*

Precari facile est omnia, quæ quis vult in vnum & eundem locum breui tempore collecta: eligere autē quum de rebus quid consultandum propositum fuerit, non peræquè facilè, sed oportet optima pro iucundis, si vtraq; non liceat, accipere. *Olynth. 3*

Democratiæ quum multa alia habeant & honesta & iusta, quæ hominem prudentem sibi vendicare decet, tum loquendi libertatem veritate fultam, quæ retineri non potest quin vera crimina obiectet. *Ex Orat. funeb.*

Oportet Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostræ ciuitati cupit, primùm vestras aures sanare: corruptæ enim sunt, adeò falsa & multa & quæuis potius quàm optima audire cōsueuistis. *De Ordinatione ciuitatis.*

Tumultuando sanè, celeriterq; stomachando, multis vtilibus consilijs priuari potestis: sed si modestè, taciteq; audire volueritis, vt omnia præclarè se habeant, efficietis: & si quis delirare videatur, contemnetis. *Ex 5. Proem.*

Cùm deliberare natura ipsa difficile sit ac graue, vos ipsū adhuc multò grauius reddidistis, Athenienses: nam reliqui omnes homines ante rem rerumq; euentum deliberatione vti consueuerunt: at vos post res tum demum deliberatis. *Ex Ora. de Pace.*

Non minus impiè fecerunt qui consilium dederūt, quàm qui manibus suis facinus admiserunt. *Ex Orat. de falsa Legat.*

Qui semē præbuit, is est natorum malorū author. *Ex Orat. de Corona.*

Rectè deliberata, & summo studio laboreq; parta & probata, sæpe quia præfecti aliter vtantur, corrumpuntur. *Ex 1. epist.*

Eum qui alios accusaturus est, omnesq; iudicaturus, omni vitio carere oportet. *Ex 1. Orat. contra Aristogit.*

Non decet acerbè inquirere, quid alij gesserint, nisi ipsi antè officium nostrum fecerimus. *Olynth. 1*

Cauere conabor ne in ea ipse incidam, in quibus alios reprehendo. *Ex 11. Proem.*

Non est æquum neq; conueniens, vt eius qui offensus est, metus illi qui omnes suæ contumeliæ habenas laxauit, particulam ad salutem præbeat, sed eum, per quem nō steterit quominus crudelissima quæq; perpetrarentur, punire decet. *Contra Midi.*

Eum

In or. de falſ. legat. Eum probum & incorruptum ſe præſtare debete iudicabant, qui ad Remp. accederet: imo verò illi largitatem vſq; adeò inimicam & inunlem eſſe ciuitati exiſtimabant, vt in nulla actione, neque bomioe fieri timebant.

Contra Calip. Si dederitis vos in hanc conſuetudinem, vt oratoribus & autoritatem habentibus potius credatis quàm impotentioribus, ea conſuetudo in vos ipſos reduodabit.

Ex orat. Proo. Si noſtis Athenienſes, quid optimum ſit ſactu de rebus præſentibus, peccatum eſt, eas ad deliberandum proponere: quæ enim ipſi, antequam ſententias audiueritis, vtilia eſſe iudicatis, quid opus eſt iſtis audiendis fruſtrà cruciari?

Ex 12. Proem. Accuſare profectò ad eos, qui res geſtas arguunt & damnant, pertinet: ſed coofilij dandi ratio de rebus præſentibus & futuris propoſitum eſt.

Ex 15. Proem. Oportet eum ſummæ vtilitatis, tum gloriæ veſtræ cauſa, dare operam vt ſimul & quæ vtilia, quæq; iuſta ſunt, deliberare videamini.

D ANTE I.

DIALECTICA.

Dialectica & Rhetorica differentia.

Cic. de Finib. ZEno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compreſsius.

Orat. ad Brut. Zeno ille, à quo diſciplina illa Stoicorũ ducta eſt, mano demonſtrare ſolebat quid inter rhetoricam & dialecticam intereſſet. Nam cùm digitos compreſſerat, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Cùm autem deduxerat, & manum dilatauerat, eloquentiam eſſe dicebat. hocq; vno (ait Ariſtoteles) differunt, quòd hæc ratio dicendi, latior ſit: illa loquẽdi, contractior.

Apophthegma. De Chryſippo dictum eſt, ſi dij velleot vti dialectica, non alia vſuros quàm Chryſippea.

Ariſto Chius dicere ſolebat, dialecticorum argutias ſimiles eſſe telis aranearum, quòd plorimum haberent artificij, minimum verò vtilitatis. Nam is cum cęteris Cynicis putabat logicem ac phyſicem à philoſophia ſubmouendam, ſolam ethicem diligeotet exercendam.

Idem dialecticorum ſubtilitates dicebat eſſe ſimiles luto viarum, ad nihil vtili, niſi quòd ingredieotes impellit ad lapſum.

Ex Iamb. epiſt. ad Sexippum. Reuera deus quiſpiam fuit qui bominibus dialecticam monſtrauit, & cœlitus demiſit: ſiue vt nonnulli dicunt, doctus Mercurius, qui manibus dialecticæ ſymbolum geſtat, nempe dracones ſe mumò inſpicientes: ſiue vt vlli cootendunt qui ſemper io philoſophię ſtudio primas tenuerunt, Calliope maxima natu muſarum, conſtantem orationis firmitatem, qoæ redargui nuo poteſt, blanda grauitate excellentem mortalibus exhibuit.

Idem. Delphicus deus ad dialecticam inueſtigationem oracula audientes excitat, cuius opera quicquid ambiguom & æquiuocum eſt, dijudicatur.

Idem in epiſt. ad Sopatrum. Omnes bomines diſputatione vtuntur, inſitam hanc facultatem à pueris habeotes, & aliquatenus omnes, alij magis, alij minus eius participes ſunt. Quamobrem deorum munus haudquaquam negligendum eſt: ſed meditatione, experientia & arte confirmandum.

In artium inuentionibus prima ipſarum priocipia conſtituit. Antequam res aggrediaris, quomodo adminiſtrandæ ſiot, ratiocinatur. Item admirabiles in philoſophia ſcientias, exercitamentum atque methodum exhibet. Imò, quod maius eſt, nulla philoſophiæ pars abſque dialectica ratione comparatur. Enimuerò & cùm naturale quodpiam dogma inquirimus, rationes ad eius confirmationem adhibemus: & omnia quæ conſiderantur de dijs, dialectica ratione aſtruoorur. Deniq; nihil dici audiri've poteſt, hac methodo dimiſſa.

Abſurdum quidem eſſet cætera omnia ratione iodicare, ipſam verò abſolutiſsimam rationis conſiderationem relinquere. Et cùm ratione animalibus alijs antecellamus, eximium iſtud humanæ naturæ bonum poſsidentes, temerè & obiter excolere ipſam: & adhærẽtem ei diſqoiſitionem, qua homo relictis omnibus digniſsimam & pretioſiſsimam ſcientiam conſtitoit, (vt teſtatur inſcriptio illa Delphica) velut improbandam reijcere.

Arceſilaus philoſophus dialecticos aiebat ſimiles eſſe ludeotibus alea, qui oon ſine delectatione decipiuntur.

Zeno dialecticorum artes iuſtis menſuris comparabat, qoæ ooo triticum, nec aliud quidpiam alicuius pretij, ſed paleas & ſtercora metiuntur.

DICENDI DOCTRINA.

Patet non vna tantùm in re, ſed vbique, dicendi copiam ex æquo omnibus datam, rem eſſe magni momenti. *Herodotus.*

Eſt item ſi quidquam aliud, & hoc maximè regium, dicendi facultate minimè ſuperari, & haud ſecus oratione colloquentes, quàm armis hoſtes vincere. Nam ſi in hac re inualidi reges fuerint, neceſſe erit vt quàm ſæpiſsimè ſeducantur, & falſa pro veris admittant: quod imprudentiæ extremæq; indicium eſt ignorantiæ. At neſcio an philophia quidquam maius mortalibus largiri ſoleat, quàm vt ne oratione ſuperentur, falſaq; à veris diſcernaot, hæc affirment, illa redarguant. Rheτores certè, ſi quando in certamen diſputandi cum philoſophis deſcenderint, videre eſt quomodo impingant, & contraria ſibi dicere cogantur. *Muſonius.*

Dicendi tempora duo tibi præſcribe, vt vel de rebus iodubiè tibi perſpectis, vel neceſſarijs tibi verba facias. In iſtis enim ſolis oratio præſtat ſilentio, in alijs verò tacendum potius quàm loquendum. *Iſocrates.*

Difficile eſt in dicendo omnibus ſatisfacere.

Magnum opus eſt atque munus, ſuſcipere ac profiteri, ſeſe omnibus ſilentibus vnum maximis de rebus magno in conuentu hominum audiendum. Adeſt enim ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente quàm recta videat. Ita quicquid eſt in quo offenditur, id etiam illa quæ laudanda ſuot, obruit: & quoties dicimus, toties de nobis iudicatur. Nec quicquam eſt tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memorię ſtabile, quàm id in quo deliqueris. *1. de Nat. deo.*

coouitium in quemuis absque delectu: sed quorum refert, quibusq; de rebus, idq, suo tempore & loco, non sine astantium vtilitate alloquendo.

Inimicus qui vera loquitur, cuiuis amicitiæ simulatori ad gratiam loquenti, præferendus est longè.

Euenus. Linguę liberæ, vt tempori, opportuoa occasio, maiorem gratiam conciliat.

Neq; gladius retusus, oeq; eloquendi libertas iofructuosa sit.

Vt minimè solem è mundo, ita neque dicendi fiduciam à tecta institutióne tollere conuenit.

Sicut pallium sordidum noo obstat corpori, quominus sanum & quadratum sit: ita paupertas nihil oraóonis liberam fiduciam prohibet.

Mercurius. Cognitum vióum ô maxime rex, desiderium reprehensio parit rerum, quas prius igootabat.

Dicta optima.

Plut. in Mora. Malus consiliarius omnia deprauat assidens: sic inuidia nulla magis damnat, qoàm quæ sunt opómè dicta.

Idem. Facile est demoliri, quod ali us extruxit: at difficilimum, idem aut melius aliquid extruere. Ita aliorum orationem reprehendere in procliui est: at eodem modo melius've dicere, noo est perinde facile.

DE DIE.

Nulla dies mærore vacat in hac vita.

Sene. in Troa. Nulla dies.
Mœrore caret, sed noua fletus
Caosa ministrat.

Dies latus post ærumnas accidit.

Tibul. eleg. 4. li. 1 Venit post multos vna serena dies
Ouid. 2. Trist. Sed solet interdum fieri placabile numen.
Nube solet pulsa candidus ire dies.

Dies sereni plures quàm nebulosi.

5. Tristium. Si oumeres anno soles & nubila toto,
Inuenies nitidum sæpius isse diem.

Dies perfido nocendi aditum præstat.

Seneca in Oedip. Aditum oocendi perfido præstat dies.

DE DIFFICVLTATE.

Difficiles qui sint.

Arist. li. 4. ca. 6. In consuetudine vitæ, sermonumq; ac factorum communione, comes & affabiles videotur ij qui ad voluptatem laudant omnia, nec vlla in re aduersantur, quòd putent se ijs, quibúscum viuunt, nullo loco molestiæ esse oportere. Qui verò sunt his multum dispares, & in omni re aduersantur, nec de cuiusquam offensione ac molestia laborant, ij difficiles ac factiosi vocantur.

Libr. 3. cap. 1 Difficile est interdum, quid cui præpooendum sit, quidq; pro quo perferéodum, iudicare. Difficilius etiam est stare in eo quod sit iudicatum.

Demosthenes interrogatus, quid omnium esset difficilimum, respondit, Omnibus placere.

DIFFICVLTATIS PAROEMIÆ.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere.

Principibus placuisse viris non vltima laus est, *Horat. in epist.*
Non cuiuis homini conóngit adire Corinthum.
Adire mensam, haud hominis est coiuslibet. *Terentius.*
Noo à modestis nauigatur huc viris. *Sophocles.*

Nemo malus hoc sciet.

Quantum enim booum sit, quod nunc præcipitur. omnibus rebus publicis, si modò paruerint, ordinem & apparatum adducens, nullus vnquam iners & malus cognoscet, vt veteri prouerbio dicitur, sed peritus, & moribus æquis præditus. *Plato de Leg. 5*

Non sus quiuis hoc norit. *Idem in Lach.*

Cum principe non pugnandum.

Arduates homini mortali vincere oumen. *Homer. Odyss. 2*

Difficilia quæ pulchra.

Nam quod ait prouerbium, difficilia esse quæ pulchra sunt, videor mihi intelligere. *Pla. in Hip. ma.*

Vetus prouerbium est, difficilia esse quæ sunt egregia. *In Cratylo.*

Difficile bonum est. *Pittac. cum se Imp. abdicasset*

Difficilia quæ honesta. *Solon.*

Fortasis enim verum est, ô Socrates, quod dici solet, difficilia esse quæ pulchra sunt. *Pla. 4. de Rep.*

Omnes vno ore canunt, honestam quidem rem esse temperantiam ac iustitiam, sed difficilem tamen ac laboriosam. *Ibidem.*

Omninò vióum facile est contingere cuiuis. *Hesiodus.*
Est via ad id breuis, & vicina in sede moratur.
Contrà virtutem sudoribus vndiq; diui
Præsepsere, & longus ad hanc, perq; ardua callis,
Asper & est primùm: sed vbi alta cacumina victor
Conógeris, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Et ars & virtus circa id versatur, quod est difficilius. *Aristo. 2. Mor. Nicomach.*

Facile est ciuitatem commouere, etiam malis. Cæterùm in locum pristinum ilico reponere, difficile sanè est, ni deus principibus gubernator contingat. *Pinda. in Pyth. hymno 3*

Ire per extentum funem.

Ille per extentum funem mihi posse videtur *Horatius.*
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit.

Clauam extorquere Herculi.

Qui sibi vendicare conatur quod alius iam potenóor occupauit, clauam Herculi extorquere dicitur.

Maro, cùm Zoili quidam illi vióo darent, quòd non paucos Homeri versus pro suis vsurpasset, respondit: Magnificum quidem facinus est, vel Ioui fulmen eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis.

Non omnibus contingit.

Haud cuiuis manifesta videntur numina diuûm. *Homer. Odyss. n*

Ægrè, sed tamen contigit.

In eos qui ægrè quidem, sed tamen assequuntur, quod optant.

Peruenietis adhuc, qoanquam mala plurima passi. *Homer. Odyss. λ*

Ægrè

Aegrè quidem, sed facimus tamen.

Iliad. 2. Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Centum plaustri trabes.

Hesiodus in Opera & die. Centum autem lignis plaustrum cōpingitur vnum.
Idem. Nam dictu est procliue, daro plaustrumq; bouesq;:
At procliue negare, sed eo tauris labor instat.
Cogitat ast animo diues compingere plaustrum
Stultus, & haud nouit, cētum id compactile lignis.

Capere prouinciam. Tradere prouinciam.

Teren. in Heau. Videlicet ille Cliniæ seruus, tardiusculus est. Idcirco huic nostro tradita est prouincia.
In Phormione. O Geta, prouinciam cepisti duram.
Plaut. in Cistel. Abi rus, abi directus in tuam prouinciam.

Capere ciuitatem.

Plato in Sophista, prouerbio dici solere ait, Capere ciuitatem, qui rem difficilem esset assequutus. huius autem verba hæc sunt:
Confidere oportet Theætete, fore vt qui vel paululum aliquid potuerit, semper vltra progrediatur. Quid enim facturus sit in alijs, qui in his animū despondent? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam compulsus: haud vnquam ille talis, vrbem (quod dici solet) ceperit.
In eodem dialogo non dissimilem huic allegoriam addncit, Difficile omnes laqueos effugere.
Et aliud, Non vna tantùm manu capiendum: de re lubrica, captuq; difficili. huius verba hæc sunt: Vides igitur verè dici, bestiam hanc esse variam, neq; (quod dici solet) vnica manu capiendam.

Difficilis vir.

Homerus. Forsan & innocuum culpet vir sæuus & acer.
Iliad. λ. Ipse probè nosti senior, quòd vt est serus ille,
Culparit facilè innocuum, culpaq; vacantem.

DE DIFFIDENTIA.

Cuidam Alcibiadi dicenti, Non fidis patriæ de te iudicaturæ? Ego sanè, inquit, ne matri quidem: vererer enim, ne insciens pro albo calculo nigrum immitteret.
Populus Romanus, Carbone pollicente quippiam, & addente iusiurandum cum execratione, populus vicissim iurauit se illi non credere. Probis viris & iniuratis habenda fides, leuibus ne iuratis quidem.
Menander. Suadet loquentis vita, non oratio.

Diffidentia Adagia.

Obseruanda maximè munera, à quibus, quo animo mittantur.
Soph. in Aiace. Quin verum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona, dona quæ veniant tibi
Ab hoste, verùm inauspicata ac noxia.
Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, vtriq; suum donum erat exitio.
Atq; ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,
Quæ studij specie fata necemq; ferunt.
Eurip. in Med. Lædit, iuuat nil improbi munus viri.
Virgi. Aenei. 4. Ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.

Ab hoste dicta ne vnquam amica duxeris.
Diffisus hosti, nil feres vnquam mali.
Donare pauper diuiti velim nihil, Plutarchus.
Ne stultus habeat, scilicet, si muneris
Titulo atq; specie dona videar poscere.

Ne fidei credendum.

Istud ne Pitho qnidem ipsi persuaserit.
Hoc ne Harpocrates quidem ipse, aut Angerona continere nequeat.
Iste ne fidei quidem ipsi fidem habeat.
Hic miserior est, quàm vt ei vel ipsa inuidere possit inuideotia.

Cælo ac terra loqui.

Qui diffidunt hominum præsidijs, exclamare solent, ô cælum, ô terra.
Terræ loquens cæloq; philosophatus es, Athen. lib. 5
Sed hisce nulla est cura sermonis tui.

Fiducia plerique falluntur.

Fiso res perijt, diffiso salua remansit. Theognis.
Sobrius esto, & memineris diffidere. Epicharmus.
Paucis è multis fidus adest animus. Theognis.

Simul & da & accipe.

Vbi res est cum homine parum certa fide, cui non sit tutum quicquam credere, nisi statim receperis quod fueris stipulatus. Iuxta illud Terentiani lenonis: Ego spem pretio non emo.
Altera quidē omninò sordida & cauponaria compensatio de manu in manum: altera magis ingenua ad tempus. Arist. Nicom. 8
Phœnix enim fio ilico. Interpres Pind.
Quippe altera manu do, & accipio altera.

Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris.

Præterea autem spatio temporis & consuetudine opus est. Siquidem iuxta prouerbium fieri non potest, vt nos mutuò pernoscamus, antequam salis, quem dicunt, modium pariter absumpserimus. Ibidem.
Quapropter in prouerbium abijt, Salis modius. Eudemior. 7
Non est amicus absq; temporis mora. Ibidem.
Haud nosse ingenium've viri licet, aut muliebre, Theognis.
Vt neciumenti, ni experiare prius.
Alienos enim, qnemadmodum ait Theophrastus, non oportet amantem iudicare, sed amare, postea quam iudicaris. Siquidem vbi natura ipsa dux est ad beneuolentiam præcedens iudicium, neque expectans illum vulgò celebratum Salis modium, quippe quæ amicitiæ seminarium insеuerit, ibi non oportet & exquisitos esse delictorum expensores. Plutarchus.
Mora temporis probum arguit tantùm virum, Soph. in Oed.
At improbum vel vnico agnoscas die.
Nota morum & index tempus est mortalibus.
Quamobrem Epicharmion illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere. Cic. de pet. Consul.
Prudente diffidentia
Haud alia res vtilior est mortalibus. Eurip. in Helen.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem.

Haud etenim persuaseris vnquam. Aristophanes.
Nec si etiam persuaseris istud.

Ne

Ne Mercurio quidem crederem.

Oculata manus.

Lena in Asin. Plauti. Semper oculatæ sunt nostrę manus, credunt quod vident.

Sannio Teren. Nunquam ego adeò astutus fui, quin quicquid possem, mallem auferre
In præsentia potius.

Chærea in Eun. Fac nunc promissa vt appareant.

Leno in Pseud. Eme cæca die herclè oleum, id vendito oculata.

Plaut. in Truc. *Pluris est oculatus testis vnus quàm auriti decem.*

Fabulantur poëtæ duas esse apud inferos somniorum portas, alteram eburneam, per quam falsa veniant ad superos somnia: alteram corneam, per quam vera.

Virg. 6. Aenei. Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris,
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cælum hac mittunt insomnia manes.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes.

Macrob. in conu. Saturna. Vnde putas arrogantissimum manasse prouerbium illud, quod iactatur, totidem nobis hostes esse, quot seruos? non habemus illos hostes, sed facimus. Admonet adagium, ne quid fidamus illis, ne've ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt.

Plat. Nihil integrum neq; sanum habet animus seruilis: Nam nihil oportet credere ijs, hominem qui sapiat. iuxta illud,
Dimidio mentis depriuat Iuppiter illos,
Seruilis quoscumq; viros sors ceperit vnquam.

Hostium munera non munera.

Soph. in Aiac. Quin verum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona, dona quæ veniant tibi
Ab hoste, verùm inauspicata ac noxia.
Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, vtriq; suum donum erat exitio.
Atq; ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,
Quæ studij specie fata necemq; ferunt.

Eurip. in Med. Lædit, iuuat nil improbi munus viri.

Virgil. 4. Aen. Ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in vsus.

Senar. prouerb. Ab hoste dicta ne vnquam amica duxeris.
Diffisus hosti, nil feres vnquam mali.
Donare pauper diuiti velim nihil,
Ne stultius habear, scilicet, si muneris
Titulo atq; specie dona videar poscere.

Plaut. in Asin. *Homo homini lupus.*

Hoc monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atq; à lupo caueamus.

Etiam si Cato dicat.

Tantam Catonis apud populum fuisse fidem & authoritatem scribit Plutarchus, vt de rebus incredibilibus prouerbio diceretur. Istud incredibile est, etiamsi dicat Cato.

Et orator quidam cùm hyperbolicos diceret vni testi non esse credendum, adiecit ne Catoni quidem.

Cic. ad Att. li. 2. Quid Cato ille noster, qui mihi vnus est pro centum milibus.

Tuam ipsius terram calca.

Quin propriam calcans terram, querceta teneto. *Theocritus.*
Cùm iubebimus cuipiam, vt suo loco se contineat, neq; se recipiat in nostra.

DE DIGNITATE.

Dignitas ex domo quærenda.

Est etiam magnifici & honorati viri, domum ædificare, cuius modus & dignitas ad diuitias accommodanda est (quæritur enim ex domo dignitas quædam) & in eas res potius pecunias profundere, quarum memoriam diuturnam sit relicturus. *Arist. Eth. li. 4. cap. 2*

Dignitas in externis bonis ponitur atque numeratur: quorum maximum ponimus id, quod & dijs tribuimus, & quod maximè expetūt omnes ij qui sunt in magistratu, & quod rerum gestarum, vel præclarissimarum quasi mercedem omnes desiderant, qualis gloria est. Est enim honorum externorum maximum, gloria. *Cap. 3. eiusd. li.*

Alexander Seuerus cursore nunquam vtebatur, nisi seruo suo, dicens ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere: cocos item, piscatores, fullones, & balneatores non habuit, nisi seruos suos, nolens quenquam ingenuum sordidis ministerijs dehonestare.

Dignitas industria parta.

Agathocles figulo patre natus, cùm Sicilia potitus esset, rexq; declaratus, solitus est in mensa fictilia pocula iuxta aurea ponere, eaq; iuuenibus ostendens dicere, Quum antea talia fecerim, commonstratis fictilibus, nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio, commonstrans aurea. Non puduit pristinæ fortunæ, sed gloriosius existimauit regnum virtute partum, quàm si hæreditate obuenisset. Nam regem nasci, nihil magni est: at regno dignum se præstitisse, maximum est.

Dignitas in plures diffusa vilescit.

Liuiæ vxori pro quodam Gallo petenti ciuitatem, Augustus negauit, immunitatem obtulit, dicens se facilius passurum fisco suo detrahi, quàm honorem ciuitatis vulgari: nimirum Reip. dignitatem anteferens priuato commodo.

Dignitas regia examinatur.

Examinatur & probatur regia dignitas, non secus quàm auiū princeps aquila, aduersis soli oculis. *Pythagoras.*

DIGNITATIS PAROEMIÆ.

Canis digna sede.

Sumitur prouerbium à veterum more, qui (vt ait Diogenianus) canibus generosis tantum honoris exhibuerunt, vt defunctis etiam monumenta statuerint. Citatur porrò cum nouus honos cuipiam immerenti obtigit.

Digna canis pabulo.

Quadrat in hominem non vsquequaque reijciendum, atque inutilem. Perinde valet ac si dicas, Dignus est operarius mercede sua.

Dignus

Dignum obelisco.

Summis enim viris columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingentes colossi: sic enim principes stolidi olim fingi gaudebant.

Dignus quauis re.

Plat. in Sophi. Alijs videntur nulla re digni, alijs rursus quantauis. Similiter Terent. Homioem quantiuis pretij.

Dignus Argiuo clypeo.

De generoso ac maiorem in modum venerando. Apud Argiuos enim pueri incorrupti clypeos gestabant, & pompas agebant.

Dignum propter quod vadimonium deseratur.

Maximi momenti rem, quantouis dispendio expetendam, dignam esse dicimus cuius gratia vadimonium deseratur.

Plin. 2. in præfatione Na. hist. Inscriptiones sunt, propter quas vadimonium deseri possit.

Sen. de Benef. 4 Vadimonium promittimus, tamen deseritur.

Horatius. Et casu iam respondere vadato
Debebat.

Digna Cedro.

Horat. in Arte. Speramus carmina fingi
Posse linenda Cedro.

Persius. Et Cedro digna locutus.

Eôdem pertinet illud:

Idem. Nec scombros metuentia carmina, nec thus.

Martialis. Ne nigram citò raptus in culinam,
Cordylas madida tegas papyro.

Dignus qui cum in tenebris mices.

Qui certissima esset fide, eum dignum dicebant qui cum in tenebris micaretur.

Cic. Offic. 3 Hoc nomine est turpe, dubitare philosophos, quæ oe rustici quidem dubitant: à quibus natum est, id quod tritum est vetustate prouerbium. Cùm enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant, dignum esse dicunt qui cum in teoebris mices.

Cic. 2. de Finib. Cur iustitia laudatur, an verum est illud vetustate prouerbinm tritum, dignus qui cum in tenebris mices?

Extat & aliud: Dignus hic est, cui credas etiam iniurato.

Sapientum octauus.

Horatius. Hæc mihi Stertinius sapientum octauns.

Ausonius. Sapiensq; supra Græciæ septem viros
Octauus accessit sopbos.

Columen familiæ.

Virgilius. In te omnis domus inclinata recumbit.

Eurip. in Iph. Domus columnæ, liberi sunt masculi.

Iuuenalis. Miserum est alienæ incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta colnmnis.

Pind. in Ol. Qui Hectorem subuertit, inexpugnabilem, immobilem columnam.

Vtramque paginam facit.

Plin. hist. 2. lib. ca. 7. de Fortuna Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtramq; paginam facit.

Antiquior Codro.

De priscis & ob antiquitatem admirandis.

Pro dignitate cuiusque.

Cùm vnicuiq; partes tribuuntur pro decoro personæ, & pro dignitate.

Egregia egregius subit arma, ac deteriori *Homer. Il. id. ξ*
Deteriora dedit.

Myrteam coronam ambit.

Qui magistratum ambiret, Myrteam coronam cupere dicebatur.

Roscius alter.

Itaq; hoc est iam diu consecutus, vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. *Cic. 1. de Orat.*

Soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena, gestum spectante Roscio. *2. de Orat.*

Et in scena Roscium esse intelligat. *In Bruto.*

Primas tenere.

Cic. ad Q. Fratr. libr. 3. inquit: Illud verò à pueto adamaui, primas vsque tenere, aliosq; excellere laude.

Aurea barba dignus.

Præcipui sunto, atq; illis aurea barba. *Pers. Sat. 2*

Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. *Virgilius.*

Aureus, (vt aiunt) in Olympia stato. *Luc. in Pseud.*

Polliceor me statuam auream tibi æqnalem Delphis collocaturum. *Plat. in Phæd.*

Et coronabunt te in Olympia. *Philostratus.*

Dignitatem non locus viro, sed vir loco dat.

Adhuc puer Agesilaus, cùm in solemni ludo à negotij præfecto in loco parum honorifico collocatus fuisset, paruit quidem, licet rex designatus, ac dixit, Bene sanè habet, ostendam enim oon locum viris, sed viros loco côciliare dignitatem.

DE DILIGENTIA.

Diligentia Adagia.

Ad amussim.

Translatum à fabris lapidarijs, aut lignarijs, qui funiculo regulari operis æqualitatem explorant.

Ad hæc omnia scripta antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensabat, aut vitia rimabatur, vt indicium factum esse ad amussim diceres. *Gel. li. 1. cap. 4*

Scit rendere versum *Persius.*
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno.

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis *Virg. de viro bono.*
Partibus vt coëant, ne quid deliret amussis.

Expolijt multa arte superq; induxit amussim. *Homer. Odyss. 5.*

Materiam veluti naualem exæquat amussis, *Iliad.*
Ducta fabri docti digitis, qui calleat artem.

Thynni more.

Thynni more vident, qui limis aut altero oculo obliquè inspiciunt.

Oculum sinistrum admoliens Thyoni modo. *Aeschylus apud Athenæum li. 7*

Funiculum ad lapidem.

Futiculum lapidi admouent, qui curam omnem adhibent ne quid geratur in Repub. indecorum.

Translatum ab architectis, qui non credunt oculis, sed ad perpeodiculum explotant æqualitatem.

Ad

Ad vnguem.

Translatum à marmorarijs, qui superloducto vngui, commissuras explorant marmorum.

Horatius. Fonteius ad voguem
Factus homo.
Idem in Arte. Carmen reprehendite, quod non
Multa dies & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.
Virg. 2. Geor. Nec secius omnis in vnguem
Arborihus posiris secto via limite quadret.
Persius. Vt per leue seueros
Effundat iunctura vngues.

Macr. 1. Satur. Nec quisquam alius tam fuölis posseresse iudicij, qui Romani anni sic ad vnguem, emendatum ordinem non probaret.

Porrò ad vnguem exploras omnia, quę congruuot ijs, qui cum spinis disputant.

Factum transactum.

Apud iuris prudeotes solemne hoc est, quoties seotiunt nihil esse prætermissum, quod ad oegotij tractaoonem pertinet.

Cic. 3. inuect. in Catilinam. Atq; illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est.

Pleno gradu.

Qui magno studio aliquid instituerunt, pleno gradu dicuntur ingressi.

Trebo. Ciceroni. Nam illum paratum vt video, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quò in dies loogius discendo exercendoq; se procedat.

Caput scabere, vngues arrodere, pluteum cadere.

Si foret hoc nostrum fato delapsus io æuum,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod vltra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.
Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus.
Persius. Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vogues.
Idem. Crudum Chærestratus voguem
Arrodeos ait hoc.

In quadrum redigere.

In ordinem aptamq; structuram cóciunare. Sumptum est adagium ab ijs qui arbores aut lapides Mathemaócis gnomonibus exæquant, vt vndequaque congruant inter se: proinde quod cooueuit, quadrare dicitur: quadrata enim figura ex omni parte sui similis est.

In nocte consilium.

Admonet adagium non esse præcipitandum consilium, nec statim ad primos animi impetus quippiam agendum.

Soph. apud Plutarchum in lib. de Garrulitate. Cursus enim haud est finis idem & consili. Siquidem in cursu vincit, qui celerrimus est: io consultando cunctatio tutior est, periculosa celeritas.

Vltro citroq;.

Cic. de Repub. Multisq; verbis vltro citroq; habitis, ille oobis consumptus est dies.

Cicer. in Offic. Beneficijs vltro & citro datis acceptisq;.

Sen. de Benef. Beneficium & gratiæ relatio vltro citroq; ire debent.

Ruminare negotium.

Negotium ruminat, qui suo cum animo versat, eóam atque etiam expendens. Sumpta metaphora ab animanóbus, quæ cibum in os reuocatum denuò mandunt, & demum in alterum veotrem traijciunt.

Vix causa cognita est, vbi ruminauerant. *Arist. in Vespis*

Fixis oculis intueri.

Sumptum adagium est ab amantibus, qui stupentibus, nec vsquam dimotis oculis inspiciuot id quo delectantur. *Diogenianus*

Grauis enim auditor ac molestus, qui ad singula stuper, & defixis est oculis, vt dicitur. *Plutarchus in Cōmen. de aud.*

Vt totam causam quàm maximè intentis (vt aiuot) oculis acerrimè contemplemini.

Γοργὸν βλέπειν.

Id est, acribus oculis obtueri. Sumptum à fabula Persei & Gorgûs.

Gorgooeis oculis, quales & Martis atrocis. *Homer. Iliad 9. de Hectore.*

In occipitio oculos gerit.

De versutis & circunspectis, quos neutiquam procliue sit fallere. Quod genus hominum Persius Ianos appellat.

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. *Persius.*
Quæ in occipioo quoq; habet oculos. *Plaut. in Aul.*

Vnum ad vnum.

Quum exactius siogula singulis componuntur. *Theocr. in Past.*
Tu verò mihi pascito boues
Vnum ad voum.

Oportet omnem, vnum ad vnum, ad hoc festinare: hoc est, pro se quemq;. *Plato de Legib.*

Incudi reddere.

Eleganter Horatius, incudi reddere dixit, pro eo quod est refingere ac mutare, & corrigere.

Et malè tornatos incudi reddere versus.

Ruris fons.

De nimium laboriosis, & perpetuo operi assideobus.

Conuenier item & de negooo laborioso, cuique nunquam exhausti satis est.

Olet lucernam.

De re meditata, multoq; studio elucubrata: quòd studiosi ad lucernam vigilantes soleant elaborare, si quid accuraóus velint excudere.

Iactatum olim in Demosthenem, illius enthymemata lucernam olere, quòd omnia de scripto diceret ac domi præmeditatus. Vode plus olei quàm vini consumpsisse dicitur. Vnde Iuuen.

Hæc ego non credam Venusina digna lucerna.

Non vna manu capere.

De re captu difficili dicitur. Nam huiusmodi solemus vtramq; admouere manum.

Vides igitur verè dici, bestiam hanc esse variam, neq; (quod dici solet) vnica manu capiendam. *Plato in Soph.*

Metiri digitis.

Qui rem accuratius expendit, digitis metiri dicitur.

Poëtam non audio in nugis, in vitæ societate audiam ciuem digitis peccata dimetieotem sua? Si *Cic. Parad.*

sunt visa breuiora? leuiora quî possunt videri, quum quicquid peccetur, perturbatione peccetur rationis, atq; ordinis?

Homini diligenti semper aliquid superest.

Chrysost. homi. in Ioan. 19 Qui enim verè diligens est in negotio, nunquam sibi satisfacit, semperq; videt aliquid, quod operi cœpto adijciat, cùm ignauis quicquid egerint, nimium videatur.

Arator nisi incuruus præuaricatur.

Plin. li. 18. ca. 19 Pręcipit aratorem aruum primum rectis sulcis proscindere debere, mox & obliquis subigere: quod vix fieri potest, nisi toto corpore labori incũbat.

Somnus absit ab oculis.

Aristo. in Neb. Oculis abesto leniens animum sopor.

Vbi quis rem aggreditur, quæ summam diligentiam curamq; desideret.

Neque quantum luscinia dormiunt.

In eos conuenit, qui somni parcissimi sunt. Luscinię etenim minimum dormiunt, vel propter Ithyn extinctum, vel ob timiditatem. Itaq; vernis mensibus, per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriunt.

Succisiua opera.

Cic. 2. de Orat. Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ succisiuis operis (vt aiunt) iste à puero summo studio, summis doctoribus.

Philipp. 2 Et tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis succisiuis, vt meæ vigiliæ, meæq; literæ, & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid adferrent.

2. de Legibus. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior, vt si qui dies ad rusticandum dati sunt, ad eorum numerum accommodentur quæ scribimus.

Plin. in præfat. Hist. mundi. Et occupati officijs, succisiuis temporibus ista curamus.

Grues lapidem deglutientes.

De ijs dici solitum, qui summa prouidentia gerunt negotium.

Venêre gruum terdena fermè millia
Arist. in Auib. Libycis ab oris, deuoratis maximis
Saxis.

Arripe negotij curam.

Hom. Iliad. 2. de Aetnea aurigã admonente. Quin age, nunc scuticamq; manu, depictaq; lora
Corripe.

Mihi cura erit hoc negotium.

Odyss. α Quin tacitus procede, viæ huius ego fuero dux.

Ex perpendiculo.

Sumpta metaphora à perpendiculo fabrorum, quo explorant æqualitatem soli, vel parietis rectitudinem.

Cic. act. 3. in Ver. Tu Verres hîc quod moliare, nihil habes, nisi fortè vis ad perpendiculum columnas exigere.

Transuersum vnguem.

Acade. quæst. 2. Ab hac regula mihi non licet transuersum, vt aiunt, vnguem discedere.

Ibidem. Quibus concessis digitum progredi non possunt.

Ad Att. Mihi certissimum est, ab honestissima sententia digitum nunquam.

Ad eund. lib. 13 Curandum est, atq; hoc in omni vita sua quemq; à nostra conscientia transuersum vnguem non oportere discedere.

Vrge igitur transuersum vnguẽ, quòd aiunt, à stylo. In epist. fam.

Si tu herclè ex isthoc loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Plaut. in. Aulularia.

Pedem adhuc è villa egressi non sumus, ita magnos & assiduos habebamus imbres. Cic. ad Att. li. 13

Non quæro ex ijs illa initia mathematicorum, quibus non concessis digitũ progredi non possunt. Acad. quæ. li. 4

Noctesq; diesq;.

Nocturna versate manu, versate diurna. Hor. in Arte.
Cumq; cubile petit, cumq; aureus exoritur sol. Hesiodus.

Ex Demosthene.

Præclarum quidem est etiam per fortunam inter illustrissimos admirationi esse, sed multò pręstantius est, industria sua quicquid gloriosum ac illustre sit, adeptum esse: illa enim sceleratis etiam interdum sese obijcit, huius autem societas & communicatio nemini adest, nisi qui generoso animo atque forti excellat. Ex ora. Amat.

Par est quibus in rebus quisq; se exercet, ac in quæ incumbit, in ijs vt plus valeat. Ex ora. 2. in Ph.

Recta prudensq; rerum gerendarum in adolescente inquisitio, & animi boni, & vegetæ mentis commune signum est. Ex ora. Amat.

Quantò naturam habes præclariorem, tantò maiores dignitates expectes, citiusq; tui periculum facere velis, censeo. Ibidem.

Haud par est vt quũ quis nihil agat, vel amicis quidem mandet, sua causa aliquid vt faciant, nedum dijs immortalibus. Olynth. 2

Quando fortuna cessat, & hostes iuuat, reliquarum rerum satagite: sin minus, prouidete, ne vos vnà & magistratus singulos accusetis, & res vestræ pessum eant. Nam fieri nequit, vt hæ absque magno malo consistant. Ex 3. Proœm.

Non mirandum est illum ipsum qui militat, laborem non detrectat, & rebus gerendis omnibus adest, neq; vllam occasionem, neq; tẽporis momentum rei bene gerendæ prætermittit, vobis cunctantibus, decernentibus, & sententias rogantibus superiorem esse. Olynth. 2

Nihil est cautis hominibus & circũspectis adeò formidabile, quin diligẽtia pręcaueri possit: neq; vllũ malũ est, quin incautis & pigris euenire queat. Ex 25. Proœm.

Si quis existimat Alexãdrum eo fortunatum, quòd ad eum, quẽ optabat, exitum perduceret omnia, illud cogitet, quòd agendo & laborando & audendo, non desidendo, fœlix fortunatusq; sit. Ex 2. epist.

INDILIGENTIA.

Indiligentiæ prouerbia. Princeps indiligens.

Vt indiligens pædagogus puerum, sic princeps indiligens populum corrumpit.

At corrumpit oues pastor malus.

Malus ianitor.

Sumptum à dicto Thericionis cuiusdam, qui cùm videret Philippi copias, Isthmicas angustias occupasse, sic dixit, Malos ianitores vos ô Corinthij Peloponnesus habet. Homer. Odyss.

A limine salutare.

Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantùm, & à limine salutanda. Senec. epist. 40

Primor

Primoribus labijs deguſtare.

Ductum ab ijs, qui cibum aut potum tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachū tranſmittentes.

Cicer. pro Cælio. Equidem multos & vidi & audiui in hac ciuitate, noo modò qui primoribus labijs deguſtaſſent genus hoc vitæ.

1. de Nat. deo. Is quum dixit fore ſempiternum, hunc cenſes primis, vt dicitur, labijs deguſtaſſe phyſiologiam?

Symm. lib. 11. Sed hoc tranſeo, de quo neminem, qui literas vel primis, vt aiunt, labijs deguſtarit, dubitaturum puto.

Procop. Soph. ep. Rurſum in hanc ſtomachabar, ſi cùm tantam tem ſummo, vt aiunt, digito deguſtaodam præbuiſſet, deinde voluptate ſpoliaret.

Lucia. in Apol. Ac ſummis labijs philoſophum agens.

Seneca. Non à ſummis labris iſta venerunt, habent hæ voces fundamentum.

Extremis digitis attingere.

Baſilius in epi. Noui & ipſe, tametſi ſummo digito mel dulciſsimum veſtratis eccleſiæ guſtauimus anno ſuperiore.

Lucia. in Dem. Neq; ſummis, vt aiunt, digiōs attigerat.

Euripides. Haud filiam cooonget Agamemnon tuam,
Non vel manu primore.

Summis naribus olfacere.

Somma nare olfacete, eſt leui experimento, & coniectura qualicumq; depreheodere.

In tranſcurſu.

Plut. de Lib. ed. Sed hæc quidem ex tranſcurſu diſcere, veluti deguſtandi cauſa.

Quinnlianus pro eo dixit, in tranſitu.

Molli brachio.

Cùm indiligentem operam ſignificamus.

Cic. ad Att. li. 2. Quòd me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes.

Lib. 4. Conſules, qui illud leui brachio egiſſeor, rem ad Senatum detulerunt.

Compreſsis manibus.

In oooſos dicitur, & ſua fata nihil ageodo deplorantes.

Liui. li. 7. ab Vrbe cond. Quur veteranus dux fortiſsimus bello, compreſsis, quod aiunt, manibus ſedeas.

Pulmo prius veniſſet.

Dij immortales, ſoccos iuſsi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, prius veniſſet, quàm tu aduenisti mihi.

DE DILECTIONE.

Ariſt. Eth. li. 8. cap. 2 Non diligenda videotur omnia, ſed ea duntaxat, in quibus ioeſt cauſa diligendi: in quibus ſunt bona, iucunda, & volia.

Ibidem. Quod cuiq; booum eſt, non id quiſque diligit, ſed quod eſſe videtur.

Quod enim perfectè, abſoluteq; bonum eſt, per ſe omne amabile.

Eth. li. 8. cap. 2. Multi propter bonitatis vtilitatiſq; opinionem, etiam eos quos nuoquam viderunt, quodammodo diligunt.

Lib. 8. cap. 8 Pleriq; videotur diligi malle, quàm diligere, propter ambitionem. Itaque amici muló aſſentatores reperiuntur. Eſt enim amicus nimius aſſentator omois, aut certè ſe eum vult videri, qui diligere quàm diligi malit. Hoc autem ipſum diligi haud procul abeſt ab hooore, cuius cupiditate multi inflammantur.

Diligendi alios priocipium natum eſt à principio diligendi ſui. Ea enim, quæ amicioam conciliant amicis inter ipſos, quibuſq; amicitiæ fines & termini conſtituti ſuot, ab ijs profecta videntur, quę ſibi quemque conciliaot. *Lib. 9. cap. 4*

Se ſuoſq; maximè vnuſquiſque diligit.

Seipſos omnes natura diligunt. *Cic. 3 de Finib.*

Omnis natura eſt diligens ſui. *4. de Finib.*

Omnis natura eſt cooſeruatrix ſui. *5. de Finib.*

Omne animal ſimul atque ortum eſt, applicatur ad ſe diligendum, eſtq; ipſe cooſeruādo occupatus. *4. de Finib.*

Omne animal ipſum ſibi commendatum eſt, vt ſe & ſaluum in ſuo genere, incolumeq; eſſe velit. *4. de Finib.*

Omne animal ſeipſum diligit: ac ſimul vt ortum eſt, ita agit, vt ſe conſeruet. *4. de Finib.*

Omne animal ſimul vt ortum eſt, & ſeipſum, & omnes partes ſuas diligit. *2. de Finib.*

Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, & vt ſalua ſit, & in genere conſeruetur ſuo. *4. de Finib.*

Principio generi animantium omni eſt à natura tributum, vt ſe, vitam, corpuſq; tueatur, declinetq; ea quæ ei nocitura videntur, omniaq; quæ ſint ad viueodum neceſſaria, inquirat, & paret, vt paſtum ac latibula.

Eſt non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus: ad quam non docti, ſed facti, non inſtituó, ſed imbuti ſumus; vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis hooeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. *Pro Milone.*

Hoc & ratio doctis, & neceſsitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, vt omnem ſemper vim, quacumq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent. *Pro Milone.*

Natura, omoes ea quæ bona videntur, ſequuntur, fugiuntq; contraria. *4. Tuſcul.*

Vt bona, natura appeómus, ſic à malis natura declinamus. *4. Tuſcul.*

Appetuntur ea quæ ſecundum naturam ſunt, declinanturq; contraria, & omoe animal appeót quædam, & fugit à quibuſdam. *3. de Nat. deo.*

DE DISCIPLINA.

Omnes diſcendi ſtudio tenentur.

Tantus eſt innatus in nobis cognitionis amor & ſcientiæ, vt oemo dubitare poſsit, quio ad eas res hominum natura nullo emolumeoro inuitata rapiatur. Videmus've vt pueri, ne verberibus quidem à contemplandis rebus, perquirendiſq; deterreantur, aut pulſi requirant, & aliquid ſe ſcire gaudeant, vt alijs oarrare geſtiant? Quid verò, qui ingenuis ſtudijs atq; artibus ita delectantur, vt nec valetudinis, nec rei familiaris habeant rationem: omniaq; perpeti ipſa cognitione & ſcieotia captos, & cum maximis curis, & cum laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant voluptatem? *Cic. 5. de Finib.*

Eſt inſita quædam, vel pooius innata cupiditas ſcientię: natiq; ſumus ad congregatiooem, ad ſocieta- *4 de Finib.*

tem, ad communitatemq; generis bumani.

1. Offic. Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus: labi autem & errare, neſcire & decipi, & malum & turpe ducimus.

1. Offic. Cum ſumus neceſſarijs negotijs, curisq; vacui, tum auemus aliquid videre, audire, diſcere: cognitionemq; rerum, aut occultarum, aut admirabilium ad bene beateq; viuendum neceſſariam ducimus.

5. de Finibus. Fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cum voluptate legimus. Quid? volumus nomina eorum qui quid geſſeruot, nota nobis eſſe, pareotes, patriam, multa præterea oon neceſſaria. Quid? bomines infinita fortuna nulla ſpe rerum gerendarum, opifices denique delectantur historia: maximeq; eos videre poſſumus res geſtas audire & legere velle, qui à ſpe gerendi abſunt, confecti ſeoectute.

5. de Finib. In ipſis rebus quæ diſcuntur & cogooſcuntur, inuitamenta inſunt, quibus ad diſcendum cognoſcendumq; mouemur.

De Opt. ge. or. Nemo eſt orator, qui ſe Demoſthenis ſimilem eſſe oolit.

3. Tuſcul. Optimus & grauiſsimus quiſq; confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda.

4. de Finib. Omnia ſcire cuiuſmodi ſint, cupere, curioſum eſt: duci verò maiorum rerum cõtemplatione, ſummorum virorum eſt putandum.

Ex Platone.

In Thea. SOCR. Noo eſt diuinius aliquid, de quo quis conſulere queat quàm de inſtitutione ſui atq; ſuorũ.

In Phædr. SOCRAT. Neceſſarium foret ſeipſum committere homini infido, moroſo, inuido, moleſto, pernicioſo ad rerum poſſeſsionẽ, pernicioſo ad corporis habitum, longè verò ad aoimi diſciplinam pernicioſiſsimo, qua nihil apud deos & homines re vera, aut eſt, aut erit voquam venerabilius.

2. Dial. de Rep. SOCR. Quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærere, difficillimeq; eradicari conſueuerunt. Quorum fortè gratia, danda eſt omnino opera, vt hæ fabellæ, quas primas audient, optimè inſtitutæ ad virtutem ſint.

3. Dial. de Rep. SOCRA. Illi inquirendi ſunt artifices, qui naturali quadam induſtria poſsint tanquam per veſtigia exprimere pulchri ipſius decoriq; naturã, vt tanquam in loco ſalubri habitantes iuniores vndiq; adiuuentur: quandoquidem à pulchris, boneſtisq; operibus, ſiue ad oculos, ſiue ad aures eorum honeſti aliquid peruenit, veluti ſuauis aura quædam à locis ſalubribus afferens ſanitatem: quæ quidem ſtatim afflare à primis annis incipiens, ſenſim animos hominum in ſimilitudinem, amicitiam & concordiam, honeſtæ orationi rationiq; conciliat.

Ibidem. SOCR. Ob banc igitur cauſam, ô Glauco, ex ipſa principali ſecundum muſicam nutritione, rhythmus, & harmonia interiora animi penetrant, pulſantq; vehementiſsimè animum, decoram quandam figuram ferentia: per quam decorus & pulcher efficitur, quiſquis rectè in muſica eruditur: contrà verò, ſi contrà quis fuerit educatus.

4. de Rep. Dia. SOCR. Educatio eruditioq; bona ſeruata, ingenia quoq; bona efficit: rurſusq; bona ingenia educationem huiuſmodi conſecuta, meliora etiam quàm priùs euadunt, quemadmodum tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in cæteris animalibus.

SOCR. Ergo vt à principio diximus, ſtatim à primis annis pueri boneſtis in iocis aſſuefacieodi ſunt. Nam ſi iocis minus decentibus aſſueſcant, nunquam legitimi, probiq; viri euadere poterũt. Ibidem.

SOCR. Si ipſa natura philoſophi conuenientem nanciſcitur diſciplinam neceſſe eſt eam ſemper proficiendo ad omnem peruenire virtutem. Sata autem ſi fuerit, genitaq; peruersè, atq; ita nutrita ad contraria omnia rurſus delabitur, niſi fortè deorum aliquis eam adiuuerit. 6 de Rep. Dia.

SOCR. Iuuenes ac pueros puerilem diſciplinam philoſophiamq; tractare corporumq;, quatenus adoleſcant firmeoturq; ad pbiloſopbiæ miniſterium, curam agere: procedente verò ętate, in qua anima iam perficitur, exercitationes augere. Cùm autem vires ex vetuſtate defecerint, tunc à ciuilibus militaribusq; liberi tanquam emeriti & immunes ad votum viuant, nulloq; certo officio ſint aſtricti, quicumq; fœliciter victuri ſunt, & poſt migrationem animæ, ſortem ſuſcepturi anteactæ vitæ conuenientem. Ibidem.

SOCR. Illa quæ ad arithmeticam & geometriam omnemq; doctrinam eam pertinent, quæ dialecticam antecedere debet, pueris tradenda ſunt, atq; is docendi modus accipiendus eſt, quo minimè coacti ad diſcendum eſſe videantur. GLAVC. Cur iſtud? SOCR. Quoniam non decet liberum homioem cum ſeruitute diſciplinam aliquam diſcere. Quippe ingentes labores corporis vi ſuſcepti nihilo deterius corpus efficiunt. Nulla verò animæ violentia diſciplina eſt ſtabilis. GLAVCO. Vera loqueris. SOCR. Ergo noo tanquam coactos pueros in diſciplinis, ſed quaſi ludentes enutrias, vt & magis ad quod quiſq; natura ſit aptus, poſsis agnoſcere. 7 de Rep. Dia.

SOCR. Indulgentia ipſius nimia & ſine vlla obſeruatione negligentia eorum, quæ nos dicebamus rem ipſam honeſtantes, quando ciuitatem conſtituebamus: quod videlicet niſi fortè quis excellenti ſit ingenio præditus, nunqnam vir præclarus euadet, niſi à prima pueritia ſtatim honeſtis ſeſe exerceat ludis, & eiuſcemodi omnia frequenter exerceat, tanquam quæ alto animo hæc peſſundat omnia: ea inquam negligentia nihil penſi habet, ex quibus ſtudijs aliquis ſe ad ciuilia conferat, ſed honorat, ſi quis duntaxat ametur à vulgo. 8. de Rep. Dia.

TIM. Nemo ſponte malus, ſed propter prauum quendam corporis habitum, rudemq; educationem, malus omnis ſit malus. In Tim.

TIM. Conandum pro viribus, educationis, ſtudiorum, doctrinarum diligentia improbitatem reijcere, aſſequi probitatem. Ibidem.

ATH. HOS. Bene erudiò viri probi euadent: probi autem facti, tum cætera bene agẽt, tum etiam hoſtes pugnando vincent. Diſciplina vtique victoriam præſtat, victoria nonnunquam negligentiam, & ruditatem gignit. 2. de Leg. Dial.

ATHEN. HOSP. Sed nos de verbo quidem non contendamus: hoc autem paulò ante aſſertum Ibidem.

inter

inter nos conueniat, quòd qui rectam nacti sunt disciplinam omnes, fermè probi euadunt: qui contrà, improbi. Quare nulla in re disciplina negligenda est, quę præclarissimarum rerum prima præstantibus hominibus adest. Et si quis in re aliqua excidit, potestq; corrigi, seipsum emendet, idq; per totam vitam pro viribus faciat.

3. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Præstans & iuniorum & seniorum disciplina est, non verborum increpatio, sed vt quæ increpando quis diceret, & monendo, eadem ipse in omni vita facere videatur.

Ibidem. ATH. HOS. Naturę & educationis prauitas ita corrumpit, vt nisi quis segreget sanorum integrorumq; morum ac corporum genus in singulis contagione interimant.

7. de Leg. Dial. ATH. HOS. Hoc tanquam elementum ad vtriusq; tam corporis quàm animi infantium cultum accipiamus, perpetuam die nocteq; nutritionem agitationemq; adhibitam, omnibus quidē conferre, maximè verò tenerrimis, vt si fieri possit, sic habitent, quasi perpetuò nauigarent.

Ibidem. ATH. HOS. Omni ratione conandum, ne pueritia in cantibus & saltationibus noua vnquam audeat imitari, ne've vllus ad nouitatem pueros voluptatum blandimentis alliciat.

Ibidem. ATH. HOS. Nos eam disciplinam studio dignissimam arbitramur, qua homines instituti quàm longissimè atq; optimè in pace vitam agant.

5. de Leg. Dial. ATH. HOS. Institutio illa, qua nimiæ diuinæ prohibentur, non parum ad temperantiam confert.

Discat semper homo senescens.

De Philoso. li. 1 SOCR. Dicebat Solon, Senesco semper plurima discens. Et mihi quidem videtur semper sic oportere aliquid discere eum hominem, qui philosophus futurus sit, siue iunior, siue senior sit, vt in vita quàm plurima discat.

Disciplina quomodo emi tutò possint.

Plato Pro. 5. 17 SOCRAT. Cauendum est, ô amice, ne dum laudat sophista quæ vendit, nos decipiat, vt faciunt qui corporis epulas vendunt. Laudant illi quidem sua, neq; intelligunt vtrum salubria sint, an noxia corpori, idq; ignorant qui emunt. Si ergo intelligis quid ex his prosit, quid've obsit, tutò emere disciplinas à quouis poteris. Alioqui caue, ô beate adolescēs, ne in summum iacturæ discrimen, quæ tibi charissima sunt, deducas. Nam longè grauius periculum est in disciplinis, quàm cibis emendis. Etenim qui esculenta emit, potest antè in alijs vasculis illa domum deferre, ibiq; diligenter examinare, & aduocato aliquo istarum rerum perito, quid sumendum sit, quid non, quantumq;, deliberare. Disciplinas autem non licet in alio vase transferre, sed necesse est vt qui emit, eas animo capiat: & relicto pretio, abeat, intra se ferens inquinatusq; iam, vel ad meliora prouectus.

Discentis gaudium.

Ibidem. Gaudio afficitur ille, qui discendo & contemplando ipsa intelligentia delectatur.

Disciplina quæ sit quærenda.

Dial. 10. de Rep. Quamobrem omni studio danda operæ est, vt quisque nostrum omissis cæteris disciplinis hanc quærat assequaturq; pro viribus disciplinam, per quam & possit, & sciat vitam bonā à mala discernere, & quoad fieri potest, ex omnibus eligere meliorem. Vidimus enim & viuenti & mortuo electionem hanc optimam esse.

Disciplinæ caput recta eruditio.

Caput disciplinæ, rectam educationem dicimus, quæ ludentis animum in amorem præcipuè illius perducit. Cùm enim vituperamus, aut laudamus singulorum educationes: dicere solemus disciplina instructum hunc esse, illum disciplinæ expertem. Quippe eam disciplinam putamus, quæ à peritia desiderari, amariq; virtutem facit: & qua perfectus quispiam eius effectus, iure imperare sciat, atq; parēre. Dialo. 1. lib. 14 de Legib.

Disciplina illiberalis.

Disciplinam illam, quæ ad colligendam pecuniam, vel ad corporis robur augendum, vel ad peritiam quandam aliam absq; mente et iustitia conquirendam tendit, mechanicam atq; illiberalem & disciplinæ appellatione indignā existimamus. Ibidem.

Disciplina quomodo appellanda.

Disciplinam appello virtutem, quæ primò pueris aduenit, si voluptas & amor, dolorq; & odium in animos influant, antequam ratione moueantur: & ratione deinde præsente rationi consentiant, propter superiorum bonorum morum consuetudinem: hæc ipsa consensio, vniuersa quidem virtus est. Ipsam verò decentem circa voluptates & dolores assuetudinē si per seipsam seorsum ratione consideratam disciplinam vocaueris, rectè, vt arbitror, appellabis. 2. Dial. de Leg.

Disciplina recta publicè facienda.

Omnium rerum nihil est melius, nihil præstantius, quàm si recta disciplina publicè sanciatur, quam omnes sequi possint.

Discendi auiditas.

Vbi iam profecerat Zeno, tamen modestiæ gratia cōmeabat ad Pulemonem apud quem, & in dialecticis exercebatur. Vnde Polemon solitus est dicere, Non me clam est Zeno, te per posticum irrepere, furatiq; dogmata quibus Phœnicum more indutus es. Notans illum gratis discere, quæ alijs esset venditurus. Arist. li. 10. ca. 9. Ethic.

Disciplina militaris.

Paulus Aemilius in exercitu quum tantam in militibus loquacitatem ac confidentiam compersisset, vt ducum officia sibi vendicarent, nec necessaria curantium, iussit illos quiescere, nec aliud agere quàm vt enses acuerent. Nocturnas autem excubias iussit illos sine armis agere, vt spe dempta depellendi hostem, acrius pugnarent.

Sergius Galba in grauissimis bellis seuerissima disciplina habuit milites suos, adeò vt simul atque venisset in castra, protinus vulgaretur ille Trochaicus:

Disce miles militare, Galba est non Getulicus.

Disciplina puerorum.

Apud Lacones si puer à quodam castigatus, querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito non iterum filium emendasset. Eam

 enim

enim ex institutione maiorum de se mutuò fiduciam habebant, vt crederent neminem esse, qui cuiusquam liberis, quos quisque pro suis habebat, quicquam imperaret inhonestum. Itaque omnium seniorum eadem erat in pueros authoritas quæ patrum.

Discens.

Ex Plut. Mora. Vasa ad excipiendum, quod infunditur, accommodant & inclinant sese: sic qui discit, debet accommodare sese, ne quid effluat eorum, quæ vtiliter dicuntur.

Ibidem. Vasorum malorum & putrium aures quibuslibet implentur potius quàm necessarijs: ita quidam stultissima protinus discunt.

De disciplina militari.

De Scipione. Pub. Cornel. Scipio in Hispaniam missus, vt Numantinorum insolentiam superiorum ducum culpa nutritam contunderet, castra ingressus, omnia ad voluptatem comparata summoueri iussit: duoq; scortorum millia eiecit. Hac turpi sentina vacuefactus exercitus Romanus, erecta virtute, acrem & animosam Numantiam incensam & dirutam solo æquauit.

De Metello. Cùm Metellus Iugurthino bello in Africa, Spu. Albini indulgentia corruptum exercitum accepisset, totis viribus pristinæ militiæ disciplinam reuocare conatus est. Protinus lixas è castris summouit, cibumq; coctum venalem proponi vetuit: nullum militum seruis aut iumentis vti passus est, vt & arma, & alimenta sua ipsi ferrent: castrorum subinde locum mutauit. Ita victorias crebras ex hoste peperit, cuius tergum sub ambitioso Imperatore Romanus exercitus non viderat.

De P. Rutilio. P. Rutilius Cos. in bello quod in Sicilia cum fugitiuis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromitanam arcem amiserat, prouincia iussit decedere.

De Cotta. C. Cotta, P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem ad auspicia repetenda Messenam transiturus obsidioni Liparitanæ præfecerat, virgis cæsum, inter pedites collocauit, quòd eius culpa incensus ager, & castra penè fuissent capta.

De Q. Fuluio. Q. Fuluius Flaccus censor, fratrem Fuluium, quòd iniussu consulis cohortem legionis, in qua tribunus erat militum, dimisisset, Senatu amouit. Itaq; censorium supercilium aduersus fraternam charitatem distringere non veritus est.

De Posth. Tib. & T. Ma. Torq. Posthumius dictator, Aulum Posthumium, quem ad generis propagationem, & sacrorum successionem genuerat, sanctum, fortem, & amantem patriæ, victorem securi feriri iussit, quòd iniussu illius & sua sponte, præsidio progressus, hostes fuderat. Manlius etiam Torquatus Latino bello consul, filium, quòd pronocatus à Geminio Metio duce Tusculanorũ ad dimicandum, ignaro patre descenderat, gloriosam victoriam, & opima referentem spolia, in modum hostię mactari iussit: satius esse iudicans, patrem forti filio, quàm patriam militari disciplina carere.

De L. Quin. Ci. L. Quinctius Concinnatus dictator, L. Minutium consulatu priuauit, quòd castra eius hostes ijdem obsederant. Indignum enim maximo imperio credidit, quem non virtus, sed vallum tutum præstiterat, cuique pudori non fuerat, arma Romana metu trepida, clausis portis contineri. Sic imperiosissimi fasces duodecim, penes quos & Senatorum & Equitum & vniuersæ plebis summum decus erat, dictatoriæ animaduersioni se substrauerunt.

De Papirio. Papirius dictator Q. Fabium Rutilianum magistrum equitum, qui aduersus eius imperium, exercitum in aciem deduxerat, quanquam fusis Samnitibus victor in castra redierat, virgis cædi voluit: nec eius virtus, nec nobilitas, nec successus, efficere potuit quin nudaretur.

De L. Calph. L. Calphurnius Piso consul, cùm in Sicilia bellum aduersus fugitiuos gereret, & Titius equitum præfectus, arma hostibus tradidisset, eum toga lacinijs abscisis amictum, nudis pedibus à mane noctem vsq; militiæ adesse iussit. Conuictum etiam hominum ei interdixit, vsum balnearum, & turmas equitum, ademptis equis.

De Q. Metello. Q. Metellus, cùm apud Trebiam res gereretur, collocatas à se quinque cohortes in statione, & viribus hostium inde pulsas, repetere eandem stationem iussit, non quòd locum amissum recuperari posse speraret, sed vt præteritæ pugnæ culpam, futuri certaminis periculo puniret. Edixit etiam vt si quis fugiens castra peteret, pro hoste interficeretur. Qua seueritate compressi milites, animi desperatione, hostium multitudinem superarunt.

De Q. Fab. Ma. In eadem prouincia Q. Fabius Maximus ferocissimæ gentis animos cõtundere cupiens, omnium qui ex præsidijs Romanis ad hostes transfugerant, captiq; erant, manus abscidit, vt trunca præ se brachia gestantes, metum defectionis reliquis inijcerent.

De Afric. sup. Africanus superior, deuicta Carthagine, cùm omnes, qui ex Romanis ad Pœnos transierant, in suam potestatem redegisset, grauius in Romanos quàm in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit: illos autem tanquam perfidos socios securi percussit.

De Afric. post. & L. Paulo. Africanus posterior, euerso Punico imperio, exterarum gentium transfugas, in edendis populo spectaculis, feris obiecit. L. etiam Paulus, Persarum rege superato, eiusdem culpæ homines Elephantis proterendos substrauit.

De L. Martio. L. Martius tribunus militum, cùm reliquias duorum exercituum Publij & Cnei Scipionũ, à Pœnis in Hispania deuictorum, dispersas mira virtute collegisset, earũq; suffragijs dux creatus esset, Senatui de rebus actis à se scribẽs, sic incipiebat: L. Martio Proprætore. cuius honoris vsurpationem grauiter tulit Senatus, quòd duces à populo non à militibus creari soleant.

Pari animosa seueritate Tarentino bello, Romani visi sunt: in quo quassatis Reip. viribus, cùm magnum captiuorum ciuium numerum à Pyrrho vltro missum recepissent, decreuerũt, vt qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur, ne quis eorum intra castra tenderet, ne've locum extra assignatum vallo cingeret, ne've tentorium ex pellibus haberet: sic pristinam militiæ disciplinam repetiuerunt.

Eadem

Eadem ira in illos, qui apud Cannas Rempub. deſeruerãt, vſus eſt Senatus. Acceptis enim à Marcello literis, vt eorum opera ad Syracuſanorum expugnationẽ vteretur, reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur, vetuitq; ne quis ex eis dono militiæ daretur, aut in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic enerues animos virtus odit.

Grauiter paſſus eſt Senatus, Q. Petilium conſulem fortiſsimè aduerſus Ligures pugnãtem occidi in præſentia militum. Itaq; ijs neq; ſtipendium, neque æra dari voluit, quòd pro ſalute Imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerant.

Conſimili animo vſus eſt Senatus, cùm ei Hannibal ſex millium Romanorum captiuorum redimendorum poteſtatem feciſſet, conditionem ſpreuit, memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, ſi honeſtè mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſe.

Pro militari diſciplina ſeuerè tum excubuit, cùm milites, qui Rhegium iniuſto bello occupauerant, mortuoq; duce Bubelio M. Cæſium ſcribam eius ſua ſponte Imperatorem delegerant, carcere incluſit: quinquagenos etiam per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti iuſsit, eorumq; nullum ſepulturæ mandari, mortemq; lugeri vetuit.

Leniter hoc Romani, ſi Carthaginenſium in procurandis militiæ negotijs violentiam inſpiciamus, à quibus duces prauo conſilio bella gerentes, etiamſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tamen affigebantur: quod bene geſſerant, deorum immortaliũ adiutorio: quod malè com miſerant, ipſorum culpæ imputantes.

Clearchus Lacedæmoniorum dux, egregio dicto diſciplinam militarem continebat, dicẽs, A militibus Imperatorem potius quàm hoſtem metui debere: quo ſignificabat futurum, vt ſpiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptũ ferre dubitaſſent. Itaq; matres pueros ad certamen exituros monebant, vt aut viui cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur.

DE DISCIPVLIS.

Diſcipulorum officium.

[illegible] ex pro- [illegible] Diſce libens, tetrici nec præceptoris babenas
Deteſtêre nepos, nunquam horrida forma magiſtri.
Ille licet triſtis ſenio, nec voce ſerenus
Aſpera contractæ minitetur iurgia frontis,
Nunquam inanis erit: placet aſſuetudine vultus.
Qui ſemel imbuerit, rugas nutricis amabit:
Qui refugit matrem, Pappos, auiaſq; trementes
Anteferunt patribus ſæui noua cura nepotes.
Sic neq; Pelidem terrebat Achillea Chiron
Theſſalico permixtus equo, nec Pinifer Atlas
Amphitryoniadem puerum, ſed blandus vterq;
Mitibus alloquijs teneros mulcebat alumnos.
Tu quoque ne metuas, quamuis ſchola verbere multo
Increpet, & truculenta ſenex gerat ora magiſter.
Degeneres animos timor arguit. at tibi conſta
Intrepidus, nec te clamor, plagæq; ſonantes,
Nec matutinis agitet formido ſub horis,
Quòd ſceptrum vibrat ferulæ, quòd multa ſupellex
Virgea, quòd mollis ſcuticam prætexit aluta,
Quòd ſeruent trepido ſubſellia veſtra tumultu.
Pompa loci, & vani fugiatur ſcena timoris.
Phyllirides puerum citharæ præfecit Achillem, *Ouid. 1. de Arte*
Atq; animos molli contudit arte feros.
Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes,
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat poſcente magiſtro,
Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

DE DISCORDIA.

Diſcordiæ deſcriptio.

Intremuere tubæ, ac ſciſſo diſcordia crine *Petronius Arbiter Satyr.*
Extulit ad ſuperos Stygium caput: huius in ore
Concretus ſanguis, contuſaq; lumina flebant.
Stabant irati ſcabra rubigine dentes,
Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora.
Atq; inter toto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit? *Virg. Eclog. 1*
Barbarus has ſegetes? en quò diſcordia ciues
Perduxit miſeros: en queis conſeuimus agros?
Diſcordia demens *Silius Italicus lib 9*
Intrauit cœlos, ſuperoſq; ad bella coëgit.
Et diſcordia gaudens *Idẽ 13. bell. Pun.*
Permiſcere fretum cœlo.
Inter finitimos vetus atq; antiqua ſimultas, *Iuuen. Sat. 15*
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus.

Tuas res tibi habeto.

Caius Iuriſconſultus Pandect. lib. 44. tit. de diuortijs, oſtendit fuiſſe receptum, vt diuortium his verbis perageretur: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito.

Eleganter vſus eſt Plautus in Trin. vbi Lyſiteles adoleſcens multa queritur de miſerijs amantiũ: Apageſis amor, tuas res tibi habe: amor mihi amicus ne fias vnquam.

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. *In Amphit.*

DE DISSIMVLATIONE.

Decipies alios verbis, vultuq; benigno: *Martial. 4. Epigramm.*
Nam mihi iam notus diſsimulator eris.
Cùm toties eadem dicam, vix audior vlli, *Ouid. 3. de Põt.*
Verbaq; profectu diſsimulata carent.

Diſsimulatio afflicti difficilis.

Hei mihi, difficile eſt imitari gaudia falſa, *Tibull. Eleg 7. lib. 3*
Difficile eſt triſti fingere mente iocum.
Nec bene mendaci riſus componitur ore,
Nec bene ſollicitus ebria verba ſonant.
Certè difficile eſt abſcondere pectoris æſtus, *Corn. Gallus.*
Panditur & clauſo ſæpius ore furor.

Diſsimulatio vtilis multis fuit.

Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet *Ouid. 2. Faſt.*
Tutus ab inſidijs dire ſuperbe tuis.
Vtile quæ multis diſsimulaſſe fuit. *2. de Arte amã.*

Cùm aliquando Diogenes placentam ederet, diceretq; quiſpiam, Quid comedis? ſuſpicans philoſophũ neſcire quid eſſet placẽta, Panem, inquit, bene

bene pistum: dissimulans se scire quid esset. Alijs enim erat placenta, Diogeni verò panis, qui non edebat voluptatis gratia.

L. Galba cùm Mecœnatem accepisset conuiuio, sentiretq; illum velle ad ipsius vxorem ludere, simulauit se dormire, quò magis liceret Mecœnati quod placebat. Interea quum accessisset aliquis volens quædam è mensa tollere, tunc Galba, Infœlix huic dormio, non tibi.

Polydorus Alcamenis filius cùm in Messeniensium regionem eduxisset copias, rogantí cuipiã, num aduersus fratres essent pugnaturi: Nô, inquit, sed in eam agrorum partem proficiscimur, quæ nôdum sortitò diuisa est. Sic elusit percontatorem, dissimulans consilium suum.

DE DISCRIMINE.

Discriminis seu periculi parœmia.

Porrò à Ioue atq; fulmine.

Admonet Diogenianus non esse agendũ cum potentibus, qui solo nutu possunt perdere. vnde hemistichium citatur à Suida:

Maiorem vitato virum.

Extat & apophthegma Græcum, cuius hæc est versio:

Ingens periculum, velle quæ non decet eum, qui possit, quicquid voluerit, efficere.

Callistheoem admonebat Aristoteles, vt cum Alexandro, aut rarò, aut iucunda loqueretur.

Solon spretus est à Crœso, quòd de fœlicitate nimium liberè respondisset.

Ouidius. Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita.
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Sus sub fuste.

Refertur à Suida. Cùm quis se in præsens discrimen præcipitat. Sues enim apud quosdam fuste mactari solent.

Vtinam domi sim.

Dici solitum, vbi quis optat è malis, quibus implicitus est, emergere.

Apio opus est.

Quoties capitalem morbum innuebant, & vitæ periculum imminere: nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur.

Plutarchus in Sympofiacis. Et qui periculosè ægrotant, ijs dicimus apio opus esse.

Athenæus li.6 Super apio certamus, vt solet, Isthmijs.

Fuge procul à viro maiore.

Pynd. in Nem. Qui te fortior est, hunc tu vitare memento.

Caue certamen congredi cum hominibus potentioribus.

Herodotus in Vrania. Etenim potentia regis supra hominem est, & manus prælonga.

Sub cultro linqui.

Sub cultro linquitur, qui in præsentaneo periculo deseritur.

Hora. in Serm. Fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit.

De pilo pendet.

De re vehementer periculosa.

Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit. Pers. Sat. 3

Hac occtu filo pendebit Hetruria tota. Macrob.

Aiunt vitam de tenui pendere filo. Synesius i epist.

Cùm quispiam Lampem Aeginetam efferret, tanquam ditissimum nauigiorum, Lacon quidam respondit, Nihil moror fœlicitatem de funiculis pendentem. Significans nauticas opes fortunæ ludibrijs esse obnoxias.

In eadem es naui.

Etsi vbicunq; es, vt scripsi ad te antea, in eadem es naui, tamen quòd abes gratulor. Cic. famil. 2. ad Curio.

De ciuitate est, naue de tota puta. Aristophanes in Vespis.

Nunc contingat seruari.

Cùm significamus nos satis cauturos in posterum, si præsens periculum liceat effugere.

Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum. Terẽ. in Andr.

Nunc liceat incolumem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit. Aesopus de testudine.

Fuga tutior.

Non est vlla medela, procul fugere optimum ab illa. Homer. Odyss. 12

De tuo capite aguntur comitia.

Ibo intro, vbi de capite meo sunt comitia. Plau. in Aulul.

Periculum prora solis.

Quoties in re quapiam præcipuum periculum, caputq; negotij esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assultum faciunt.

Inter sacrum & saxum.

Cùm apud Plautum Tyndarus alter è captiuis iam proditis dolis esset deprehensus, nec aliqua arte posset elabi, Nunc ego, inquit, omninò occidi. Nunc ego inter sacrum, saxumq; sto, nec quid faciam scio. Plautus.

Plurimum ego duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbium, inter sacrum & saxum positus cruciabar. Apuleius li. 11. Asini sui.

Gladium acutum auertas.

A periculosis negotijs abstine.

Res in cardine.

Haud tanto cessabit cardine rerum. Virgil.

In eo cardo rei vertitur. Teren.

Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert, vbi litium cardo vertatur. Quint. lib. 12.

Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic causæ cardinem ponit, in quo si victus fuerit, etiam in sequentibus ruit.

Ouem lupo commisisti.

Scelesta, ouem lupo commisisti. Terẽ. in Eunu.

Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vsq; ad Kalendas Maias, ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum: custos'ne vrbis, an direptor & verator esset Antonius? Cic. 3. Philipp.

Fœdus vti non tutum homini, sæuoq; leoni, Homer. Iliad.

Vtq;

Vtq; ouibus prorsum concordia nulla lupisq;,
Sed semper cupiunt malè, seq; odere vicissim.

Horat. in Odis. Lupis & agnis quanta sortito contigit,
Tecum mihi discordia est.

Per enses, per ignem oportet irrumpere.

Aristoph. in Lysistrata. Etsi per ignem fiet opus,
Transire cupio.

Plutar. Sympos. Non ignis, non ferrum, non æs prohibuit illos, quominus ventitarent ad cœnam.

Cic. Tuscul. Quæ flamma est, per quam non cucurrerint, qui hæc olim punctis singulis colligebant.

Ad Scolon nec proficisceris ipse, nec alterum comitaberis.

Nec per te Scolon ipse, nec vlli alij comes esto.
Quoties significamus modis omnibus abstinendum à conuictu cuiuspiam, aut à loco vbi nihil sit sperandum.

In neruum ire.

In neruum it, qui decipitur.

Terent. At enim non ducet, noui. Cæterùm cùm argentum repetent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit.

Aegæum nauigat.

Aelianus in epistola quadam. Vicinus Laches relicta agricultura, & agriculturationis vsu, nauem conscendit, atq; Aegæum, vt aiūt, nauigat, reliquaq; metitur maria, & in fluctibus agens, Lari vitam viuit, cumq; varijs ventis dimicat.

Persius Sat. 5. Ocyus ad nauem, nihil obstat quin trabe vasta
Aegæum rapias.

Cic. de Domino. Intelligo quàm scopuloso, difficiliq; loco verser.

Nocuit & nocebit.

Homer. Iliad. 1. Phœbus ob hæc mala multa dedit, atque insuper addet.
Cùm demonstrata præteritorum malorum causa, comminamur futurum vt accedant maiora, nisi quis resipiscat.

Per ignem incedis.

Aristophanes. Velim & per ignem incedere, si fiet opus.

Horat. in Odis. Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Ne vni naui facultates.

Hesiodus. Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mandes.

Vndarum in vlnis.

Suidas ex Aristoph. Atq; id quidem cùm essent in vlnis fluctuum.

Per hasta cuspidem currere.

Per acutam currere dicebantur, qui in re magnoperè periculosa versarentur.

Ingens discrimen.

Quoties ingens discrimen innuemus inter homines, eleganter accommodabimus illud ex Iliad. 1.
Sunt in medio sita plurima, montesq;
Vmbrosi, fretaq; horrisono clamosa fragore.

In periculoso negotio non est dormitandum.

Iliad. π Exigua est interspiratio belli.

Ingens discrimen.

Vt si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniæ studium, & sapientiam, hoc versu licebit significare.

Tantum aberat, quantum cursu ratis acta diurno — Odyss. A
Conficiat spatij, quam prouehat aura secunda.

DE DIVITIIS.

Ex Demosthene.

Diuitiæ & celeritas, & robur, & quæcumq; alia istis similia amplo & copioso fructui sunt suis possessoribus, & in ijs ipsis excellunt, quibus intersunt, licet nullus alius velit. — Ex Orat. funeb.

Nulla re omnium perinde ac pecunia opus est ciuitati ad ingruentia negotia. — Ex Orat. 4. contra Philipp.

Pecunijs certè opus est, cùm sine his eorum non licet quicquam fieri quæ facienda sunt. — Olynth. 1

Cùm in alteram partem velut in trutinam argentum attuleris, idipsum argentum aufert, & ad sese ratiocinationem omnem dettahit, nec amplius qui hoc fecerit, rectè neq; syncerè vlla de re ratiocinari poterit. — Ex Orat. de Pace

Vndecumque quis accessionem vel paruam fecerit, plurimum adfert momenti. — Olynth. 2

Existima te quoque aliquando iuuenem, & ea qua non ætate nunc sumus, fuisse: consilijs autem & rebus à te gestis, talem & tantum euasisse, quod & nobis accidere poteris. — Ex 5. epist.

Opulentus audax, superbus, magniloquus, violentus, impudens. — Ex Orat. contra Midiam.

Quis est qui malit seipsum suaq; omnia bona interire, quàm fortunarum suarum partem, pro seipso & reliquis conferre? — Ex Orat. de Ordinat. ciuit.

Ex Apoph. Eras.

Potentes non oportet humiliorum dictis admodum commoueri. Stultissimum est locupletes pugnare cum ijs, quibus non est multum quod eripiatur.

Diuitibus opus est multis præceptis, vt frugaliter viuant, vt corpus exerceat laboribus, ne corporis ambitioso cultu delectentur, aliaq; innumera, quæ omnia se ipsam docet paupertas.

Immodicæ possessiones vt non sine negotio parantur, ita non absque lite perueniunt ad hæredes.

Hòc miserius egeni sunt diuites, quòd non intelligant quàm pretiosa, quàm necessaria te careant.

Externis bonis homo nihilo fit melior.

Nihil est tam munitum, quod auro non expugnetur.

Iniquæ sunt diuitiæ, quæ virum reddunt deteriorem. at fortibus viris non est opus pecunia.

Ij non facilè parēt salubribus monitis, qui successu rerum elati sibi fœlices videntur.

Nulli vitio datur ea sibi parare, quibus opus est, si desint: nec hìc spectanda est ætas, sed egestas.

Frustra parantur bona, si qui parauit, tueri nesciat.

Inter egenos habendus non est, qui bonas artes ac probos amicos sibi parauit, certissimum senectutis viaticum.

Diuitias comitatur luxus, luxus exit in tyrānidem, dum fœnum migrat in cornua.

Opes

Opes ac nominis splendor conciliant inuidiam.

Diues.

Cic. 1. Offic. Omnes sunt diuites (vt dicunt Stoici) qui cœlo & terra frui possunt.

Vltimo paradoxo. Eum intelligimus diuitem, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum, facilè contentus sit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius.

Ibidem. Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæq; diuitiæ.

Diuites alijs adsint.

3. de Finib. Vt tauris natura datum est, vt pro vitulis contra leones summa vi impetuq; contédant: sic ij qui valent opibus, atq; id facere possunt, ad seruandum genus humanum natura incitantur.

Diues absq; virtute derisus.

4. ad Herenn. Vt citharœdus, cùm prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus varijs intexta, & cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam auro, & ebore distinctam: ipse præterea forma & specie sit, & statura apposita ad dignitatem: si tum magná populo commoueat his rebus expectationem, repente silentio facto vocem emittat acerbissimá cum turpissimo corporis motu: quò melius ornatus sit, & magis fuerit expectatus, eò magis derisus & contemptus deijcietur. Item si quis in excelso loco, & in magnis, & in locupletibus copijs collocatus, fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, si virtutis & artium (quæ virtutis magistræ sunt) egebit, quò magis cæteris rebus erat copiosus & illustris & expectatus, eò vehementius derisus & contemptus, ex omni conuentu bonorum eijcietur.

Diuitiæ malæ. Vt quibusdam cùm foris, in foro, aut in curia conspicui sint ac splendidi, domi morosa vxor contristat omnem vitam: sic regno, ac diuitijs multa adsunt occultata mala.

Diuitũ infœlicitas. Quidam in foro fœlices videntur, domi moribus vxorum cruciantur: sic diuites foris fœlices apparent, intus malitia noctes diesq; discruciat.

Ex Platone.

Plato in Phæd. SOCRAT. Omnia pecuniarum gratia fiunt. Pecunias autem quærere cogimur corporis gratia, vsui eius seruientes.

1. de Rep. Dial. SOCRAT. Hæc ego interrogaui, inquam, quoniá mihi videbaris non multum diuitias admirari, quod quidem plurimum ij faciunt, qui sibi eas non peperere. Qui autem illas parauerunt, duplo magis quàm alij amant.

Ibidem. CEPHAL. Existimo pecuniæ possessionem plurimi faciendam esse, non cuiuis homini, sed modesto & æquo. Plurimum ad id confert pecuniarum possessio, vt quis illuc intrepidus proficiscatur, cùm neq; inuitum quempiam circumuenerit, neq; mentitus fuerit, neque debeat vel votas deo victimas, vel pecunias homini. Habet præterea & vtilitates alias, ac sanè permultas. Sed si vnum vni cóferatur, ô Socrates, non minimum ego ponerem ad hoc homini mentem habenti, imò plurimum conferre pecunias.

ATH. HOSP. Diuitiæ cæcæ nó sunt, sed acutè cernunt, si prudentiam sequuntur. *1. de Leg. Dial.*

ATH. HOSP. Pugna nunc nobis ad duo imminet, diuitias atque egestatem: quorum alterum, hominum animum delitijs mollicieque corrumpit, alterum doloribus ad impudentiam trudit. *11. de Leg. Dia.*

Diuites autem valdè, simulq; probos esse, impossibile: dico autem diuites, vt multi existimant, asserentes eos esse diuites, qui pauci è multis pecunias plurimas possident; quas etiam posset malus quilibet possidere. Quod si ita est, nunquam ego his cócedam diuitem, te vera esse fœlicem, nisi etiam bonus sit. Fieri verò non potest, vt diuitijs aliquis simul præstet & probitate. *5. de Leg. Dial.*

Tam Græci quàm barbari diuitias, cùm tertium bonorum teneant locum, in primum ponunt: atq; hac sententia seipsos simul, & posteros perdunt. Optimè sanè & pulcherrimè viueremus, si vera de diuitijs sententia vbiq; prædicaretur. Ea est, quòd diuitiæ, corporis gratia sint: corpus autem, animi gratia. Quare cùm bona ea sint, quorum gratia possidendæ diuitiæ sunt, tertium gradum post virtutem animi corporisq; tenebunt. Hæc ergo ratio nos docebit tanquam magistra, non oportere hominem, qui fœlix futurus sit, diuitias quomodocumq;, sed cum iustitia & temperantia quærere. *9. Dial. de Leg.*

Diuitiarum laus.

Nó frustra te ô Plute, diuitijs præfecte magis quàm reliquos deos colunt: *Theogn.*
Tu enim facilè calamitatem fers.
Omnibus hominibus vna hæc virtus est,
Possidere diuitias: aliorum verò nullus est vsus.
Neq; si quis prudentiam ipsius Rhadamanthi haberet,
Et plura sciret quàm Sisyphus Aeoli filius.
Iuppiter enim opes bonis possidendas dedit,
Paupertas autem viro sapienti commodè fertur.
Iam olim quidem vulgo iactatur hoc dictum, non tacebo tamen, *Euripides.*
Pecunias hominibus pretiosissimas esse,
Et momenti plurimum inter mortales habere.
O aurum pulcherrima fœlicitas hominibus:
Nam neq; mater huiusmodi voluptatem habet.
Non tam liberi hominibus, neque tam charus pater est.
Quòd si Venus tales habet oculorum radios,
Non mirum est infinitos amores eam alere.
Cùm forte animum ad huiusmodi appello consideranda,
Cogito quanta sit pecuniarum vis,
Ad largiendum amicis, & corpus morbo laborans
Sumptibus restituendum. Quod autem victum attinet quotidianum,
Parum excellunt. Quiuis enim cibo satur,
Tum diues, tum pauper, æqualem habet sortem.
Scio autem, & nimis expertus sum,
Quòd omnes amici diuitum sint.
Non solùm enim poculorum & epularũ gratia
Pecuniæ hominibus voluptatem pariunt,
Sed in calamitatibus non parum subsidij præstant.
Hoc solùm obscurat *Menander.*

Iguobi

Ignobilitatem,& morum malitiam,
Omnia deniq; mala,quæ quis habuerit,
Multarũ opum possessio:cætera verò redarguntur.

Theognidis. Omnes ita fœnore oportet,
Quòd omnibus maxima vis & potestas ex diuitijs accedat.

Charemon. Diuitiæ etiã cum summis honoribus potiuntur,
Non habent fastum,itaq; gloriam assequuntur:
Sed venerabiles sunt,& elargiendo hominibus
Suauem sui conuersationem faciunt, & nescio qua gratia pollent.

Philemon. Putas'ne Amaltheæ cornu huiusmodi esse,
Quale pictores cornu bouinum depingunt?
Argentum est,quòd si habueris,petas
Ab ipso quicquid voles,omnia tibi addentur,
Amici,auxiliatores,testes,domuum multitudo.

Antiphanes. Omnia sanè nugæ sunt auro comparata.
Hoc enim solum semper durare solet,
Idemq; color eius·Amicorum autem mores
Nunquam eodem modo depingunt fortunæ.
Opes verò,humanos mores,velut index,arguunt.
Nam si quis diues turpia facinora committat,
Quid illum non facturum putas,si pauper esset?

Timocles. Argentum hominibus sanguis & anima est.
Id quisquis non habet,neq; possidet,
Ille inter viuos mortuus obambulat.

Diphilus. Aurum longè validissimum esse puto,
Per ipsum enim omnia scinduntur & conficiũtur.

Euripides. Ne reddideris eum diuitẽ. Nam si pauperior sit,
Humilis erit.Ingens autem vis est
Diuitiarum: quas qui nactus est, nobilis statim euadit.
Aurum præcipuè domi possidere velim.
Nam vel seruus,si diues sit,in pretio habetur.
Liber autem egenus,nihil efficere potest.
Itaq; fœlicitatem in auro tibi sitam existimes.
Nobilitatis mentionem amabo ne mihi feceris.
Hoc in pecunijs situm est,ne gloriare patet.
Vertuntur hæc in orbem,hic habet,alter indiget:
Rebusq; ipsis cõmuniter vtimur. Cui autem domi
Diuitissimè fortuna conuersatur,ille fœlix est.
Da operam opibus. Nam illæ nobilitatem donant,
Et nuptijs primarijs potiri in causa sunt.
In paupertate verò obscuritas inest,
Vtcumq; sapias,& ignominia vitæ.
Scisne,quòd nobiles quidem mortalium,
Dum pauperes sunt,non amplius clari existant?
Qui verò prius nihil erant,nunc diuites facti,
Gloriam assequuntur propter nummos,
Genusq; & nuptias suis liberis excellentes comparant.
Porrò quilibet diuiti malo potius donare
Promptus est,quàm pauperi & bono:
Infœlix autem qui nihil habet, fortunati habentes.
O Agamemnon,mortalibus cunctis fortuna
Certam habet speciem,quæ ad pecunias cõcurrit:
Cæterùm omnes,& qui musicam amant,
Et qui sine hoc studio degunt,pro pecunijs
Laborant:qui autem plurimum habuerit, sapientissimus iudicatur.

Hesiodus. Pecuniæ anima sunt miseris hominibus.

Theognis. Opes & sapientia nunquam superari possunt hominibus.
Nam neq; diuitijs animum saturaueris,
Nec sapientissimus aliquis sapientiam relinquit,
Sed amat,atq; animum non satiare potest.

Sophocles. Pecuniæ mortalibus comparant amicos,
Deinde honores,tandem verò supremæ
Tyrannidis ad sedem proximè perueniunt.
Præterea inimicus fit nemo
Diuitum:& qui inimici sunt,negant se odisse.
Peregrinæ enim diuitiæ & ad inuia loca procedunt,
Et trita vijs:vnde vir pauper,
Quamuis fortunatus,desiderio potiri non posset.
Hominem enim deformem, & inauspicati corporis,
Linguâ disertum,visuq; pulchrum efficiunt opes.
Soli autem gaudendi & ægrotandi facultas
Diuiti permittitur,& mala celandi.
Non est quod mireris,ô domine,luctum à me
Tantopere quæri.Nam & qui longa vita
Mortales fruuntur,lucrandi tamen studio
Assiduo tenentur,& pecunijs
Nihil non postponunt homines. Sunt autem nonnulli,qui
A morbis immunem laudant. At mihi nullus videtur,
Qui pauper sit, vacare morbo, sed ægrotare perpetim.

Alexander. Epicharmus quidem deos esse dicit
Ventos,solem,terram,aquam,ignem,stellas,
Ego autem vtiles esse deos arbitror,
Argentum nostrum & aurum.
Nam si illos collocaueris in domum,
Pete quicquid voles,assequeris omnia,
Agrum,domos,seruos,argentea pocula,
Amicos,iudices,testes,largire solùm.
Sic enim vel ipsos deos habebis ministros.

Demosthenes. Omnino opus est pecunijs,& sine illis nulla res necessaria fieri potest.

Simonides interrogatus,vtrum diuitiæ aut sapientia præstaret. Ignoro,dixit:video enim sapientes diuitum limina frequentare.

Bion aiebat, quemadmodum vilia marsupia, etsi nullius pretij fuerint, tanti tamen æstimantur, quantum in se numismatis continent:ita diuites etiam vani & nihili, bonorum, quæ possideot, æstimatione ac precio fruuntur.

Comparatio diuitiarum & Virtutis ex authore incerto.

Diuitiarum deus iactabat se hominum necessitates sustentare ac emendare, desideria perficere, damnis resistere, curare corpus, animæ gratificari,splendere in pace, militiæ suppeditare sumptus, à morbis restituere: singulis anni temporibus magnas commoditates præbere, nempe calorem in frigore, & contrà, declinationem æstuum:augere domos, & successiones magnarum familiarum,nuptias magnificè struere,& liberorum generationem promouere. Ad hæc, omo,inquit,templa, ciuitates per me struuntur, & pulchriores fiunt. Opera mea sunt, mœnia, portus,classes. Amnes profundos pôtibus operio,terramque diuulsam coniungo. Me indiget negotiatio. Agricultura quoque sumptus ex me postulat. Nihil enim sponte terra producit, nisi antea aliquid acceperit:non potest autẽ aliunde accipe

accipere quàm ex meis. Quinetiam alijs rebus omnibus non parum commoditatis præsto. Nam ornamentis plurimùm formam iuuo, & alo. Omnibus disciplinis præceptores exhibeo.

Per me magnæ sunt ciuitates, & regna propter me potentiora. Ego festa celebro, mihi hospitalis est mensa, beneficia prompta, retributiones amplæ. Qui me possidet, nō ipse solùm fortunatus agere potest, sed etiam alijs fortunam suam communicare. Ego artes omnes meliores facio, dum illis spem inijcio: fouentur enim magnitudine mercedis à me suppeditandæ. Atqui tu ipse, ô Iuppiter, diuitiarum vsum hominibus necessarium fecisti. Corpus enim dedisti nobis, quod non, vt reliqua animalia, pilis ac pellibus munitur, sed vestibus indiget: & alimentum nobis nō herbas, aut alia sponte nascentia produxisti: sed perpetuò aliquid emendum est ad victum. Item domus habitari necessariò, & ciuitates constitui voluisti. Morbis quoque tentantur homines: propter hęc omnia, pecunijs opus est. Cur igitur non vocas me fœlicem, cùm per me rerum omnium vsibus fruaris? His dictis diuitiarum deus superasse videbatur, & circunspiciebat tanquam expectans circumstantes fœlicitati suæ applausuros. Et modis omnibus ipsum adiuuabat fortuna. Nam si diuitijs inter bona locus non daretur, maxima fortunæ gloria periret. Quin & alias deas comites habebat, quæ patrocinabantur ei, ac testimonijs iuuabāt: Voluptatē, Spem, Votum, Cupiditatem. Amor quoq; partes eius sequebatur, quò diuitiarum opera sæpius vtitur. Sanitas ei gratiam habebat, quæ beneficio pecuniarum morbos impugnat. Sequebantur & aliæ duæ, Oeconomia & Luxuria, inter se quidē inimicæ, at eiusdem dei comites, quamuis ab illo perdi viderētur. Tanta turba diuitiarum præsidem comitabatur.

Euripides. Sed nihil est nobilitas comparata pecunijs.
Nam vel pessimus propter diuitias inter primos recensetur.
Diuitiæ si absunt, imbecilles fiunt nuptiæ.
Laudant enim nobilitatem homines,
Magis autem affinitatem sequuntur diuitum.
Hoc etiam in diuitijs non rectè habet,
Quòd ingeniosi putātur diuites. Arbitramur enim
Diuitem hominem oportere omnia scire.
Nunc si quis præsepe diues domi habuerit,
Inter primos refertur à malis promotus.
Res autem pecunijs posthabemus.

Menander. Vbi stultæ diuitiæ potestatem nactæ sunt,
Illos etiam, qui sapere videntur, stolidos reddunt.

Theognis. Multi imperiti diuites sunt: alij verò res egregias
Studiosè inquirunt, dira paupertate afflicti.
Vtrique autem faciendi aliquid eximium potestate priuantur.
Illos enim animus prohibet, hos pecunia.

Hypsaus. Vt aurum trementi manui impositum, tremit; sic & diuitiæ ab animo, metu curisq; detento accumulatæ, vnà concutiuntur, & eodem modo afficiuntur.

Plutarchus. Ne puero gladium, prouerbio dicitur: Ego autem dixerim, ne puero diuitias, neque viro imperitiam.

Isocrates. Contemne illos, qui nimium operam dant diuitijs, præsentibus autē vti nequeunt. Nam isti non secus afficiuntur, quàm qui bonum equum possidens, equitandi artem ignoret.

Diogenes pletosq; diuites comparabat arboribus & vitibus, quæ in locis inuijs ac præruptis nascūtur: quòd istarum fructus non vsui sint hominibus, sed à coruis & similibus animalibus consumantur: itemq; diuites non ad honestas res opibus vtantur, sed adulatoribus, meretricibus, & turpissimis voluptatibus, vanissimæq; glorię pecunias præbeant.

Democritus. Quemadmodum inter vlcera pessimus est affectus phagedænæ, ita in pecunijs animus non cōtentus & sibi inæqualis.

Plat. in Eryx. Si quis vicinorum vxores argento corruptas in adulterium trahat, iniuriam facere videtur. Itaq; si vir iniustus & promptus ad cupiendum diues sit, & pecuniam expendere valeat, procliuis erit ad peccandum: contrà, si diues non fuerit, non habēs vnde sumptus faciat, exequi ea quæ cupit, non poterit, itaq; ne peccauerit quidem. Quare magis homini profuerit non esse diuitem: si quidem ita minus efficiet ea quæ vult: vult autem mala.

Ibidem. Nun'ne tibi, ô Eryxia, aliqui videntur intemperantes? Maximè. Ergo si tali homini ad sanitatem, cibo ac potu & alijs quæ iucunda videntur, abstinere præstiterit: ipse verò propter intemperantiam abstinens esse non possit, melius ei fuerit opes, vnde ista comparet, non adesse, potius quàm copiosam rerum possessionem habere: sic enim ipsi peccare non licebit, etsi valde cupiat.

Ibidem. Aurum & argentum & reliqua, quæ pecuniæ nomine veniunt à Gręcis χρήματα propter vsum sui dicta, illi solùm vtilia sunt, qui modum ipsis vtēdi nouerit. Honestis igitur bonisq; hominibus, ijsq; solis hæc profuerint, si quidem eis cum scientia vti oportet.

Etenim, vt apparet, hominem equestris artis imperitum, equos autem possidētem, qui tamen inutiles ei sint, si quis huius artis doctum efficiat, eadem opera ditiorem ipsum effecerit: si quidem res ei prius inutiles, iam vtiles reddit. Nam qui scientiam alicui tradit, simul & diuitem ipsum facit.

Diuitiarum vituperium.

Alexis. Animam habere diuitem oportet: pecuniæ autem
Nihil quàm ostentatio sunt, & velamentum quoddam vitæ.

Euripides. Res mala, sed innata diuitibus est,
Improbè viuere, Quænam huius rei causa est?
An quia cæcæ diuitiæ ipsis conuersantur,
Mentem quoq; cæcam habent propter fortunam?
Diuitiæ aut contumeliam & luxuriam pariunt, aut parcitatem in vita.
Nunc age ô improbi homines, captate honores,
Et diuitias vndecumque venantes vobis acquirite,
Siue per fas, siue per nefas id fiat,
Deinde messem earum infœlicem metite.

Idē in Melea. Non mihi contingat tristis & molesta alijs opulenta vita,
Neq; diuitiæ, quæ mihi meum animum angant.

Nunq

Nunquam eueniat mihi, vt à pecunijs victus
Malus euadam, neq; consuetudinem habeam cum malis.
Ineptum est esse diuitem, & aliud nihil scire.
Nec Plutum mihi nominaueris. haud magis facio illum deum,
Quàm vel pessimus quisq; facilè sibi asciscit,
Non probo vsquam inter homines illas opes,
Quæ facilius delentur à deo, quàm scribuntur.
Diues es? At diuitiæ imperitiam timiditati coniunctam habent.
Iniustæ sunt diuitiæ, & multa perperam cōmittunt.
Sinistra res est opulentia cum imperitia.
Pecuniæ multorum malorum causas præbent hominibus.
O diuitiæ, facilè quidem gestatu est onus vestrum,
Sed labores, & plurima vitæ damna vobis insunt.
Omnis enim ætas hominibus imbecillis est.
Idem in Pha[illegible]. Opes, vt video, & timidum sunt malum, & vitæ cupidum.
Antiphanes. Malim tenuem habens, & quotidianum victum habitare domi, quàm cum diuitijs ægrotare.
Nunquam sanè fœlicem æstimaui prædiuitem
Hominem, nulla re quam habet fruentem.
Verùm diuitiæ nos, ceu malus medicus,
Videntes assumptos, omnes excæcant.
Menander. Cæcæ sunt diuitiæ, ac se inspicientes excæcant.
Xenophon. Nimiæ deliciæ in superbiam incidunt,
At opes dominum suum afficiunt
Alijs moribus, quàm affectus erat antea
Aurum & argentum nihil quàm puluis sunt, & qui reperiuntur,
Lapilli in calculosa crepidine maris.
Multi autem iacent ad ripas fluuiorum temerè.
At vestes marinæ purpuræ cruor inficit,
Quibus inhiare solent marini nautæ.
Isocrates. Diuitiæ non tam honestati quàm improbitati seruiunt, dum socordiæ hominum licentiā parant, & iuuenes instigant ad voluptates.

Anacreon quinq; talētis à Polycrate donatus, cùm per duas noctes pro ipsis sollicitus fuisset, reddidit ea, inquiens: Non tanti esse, quanta ipsorum nomine cura laboraret.

Plato 5. Dial. de Leg. Hominem verò insigniter bonum, diuitem quoq; præ cæteris esse fieri non potest. Nam fœlices quidem ac bonos vnà fieri necesse est: prædiuites autem & bonos, impossibile, ita vt vulgus diuites appellat.

Democr. Vestes talares corpora, opes autem immensæ animas vrgent.

Incerti autoris. Homines natura quidem ad virtutem nati sunt, sed diuitiæ illos ad se conuertūt, infinita ad malitiam habentes pharmaca. Diuitiæ falsa boni opinione proposita, à verissimis abducunt. Hominem cui hærent, sapere non permittunt, sed rapiunt eum ad externa, & à fortuitis temerarijsque euentibus animos suspendunt.

Audacissimæ simul ac timidissimæ sunt opes, superbientes tanquam de rebus maximis, & timentes tanquam imbecillibus. Inflatæ sunt arrogantia, curis humiles. Si rebus suis vtuntur, luxuriosæ fiunt: si abstinent, miseræ. Alium multæ in acquirendo ærumnæ infœlicem reddunt, alius propter abundantiam in voluptatibus perit. Nulla satietate possidentes rapiuntur.

Nunquam vacant molestia aut dolore diuitiæ, vtcumque acciderit: & velut aqua intercus magis magisq; impleri sitiens, augescit earum cupiditas. Homini ignauo nocent: diligentiam enim quæ ad meliora conferri poterat, in exigua numismata consumunt. Sic vtrisque perniciosæ sunt: nam laborandi gnarum, occupant: delitijs autem emollitum, magis effœminant.

Diuitiæ adulatores spe pecuniarum allectos faciūt, & pecuniarum gratiarum diuites à multis deliniti fictis huiusmodi blanditijs in causa sunt. Ad hæc quāuis bonæ non sint, multi tamen illis ceu propter maxima bona inuident. Ipsarum causa infinitæ struuntur insidiæ, à regibus, vicinis & familiaribus etiam.

Diues ne de vita quidem sua securus esse potest, sed vnà cum pecunijs ipsemet etiam fortè perit.

Item animi bona negligit, tanquam sine illis fœliciter agat. Deinde corpus delicijs corrumpit, & propter abundantiæ occasionem plenitudini assuescit, vnde morbos plurimos colligit. Quin etiam laborem, quo corpus exercetur, omnium saluberrimum omittit.

Diuitiæ etiam saluberrima corpora nactæ, ea frangunt, molliunt, ac propter sumptuosas consuetudines infirmant.

Spontaneis naturæ bonis frui non sinunt opes, sed consuetudines proprias corrumpunt, & naturales consuetudines inficiunt.

Anni temporibus non sinunt vti, nec ad præsentem cœli statum se accommodare: sed tum æstu imbecillior fit diues, tum frigore: imò per hæc ipsa magis vtrique iniuriæ patet, quibus se tutum efficere moliebatur: assuetus autem facilius tolerat. Hoc sanè modo corpora lædunt diuitiæ: reliqua incōmoda verò, maiora sunt. Domesticas seditiones mouent, quarū infœlix præmium inter fratres proponitur. Liberos deteriores parentibus reddunt, propter cupiditatē opibus licentiosè vtendi: item parentes proli suæ molestiores faciunt.

Amici per diuitias suspecti sunt: verus enim propter adulatorem amittit fidem: vincit adulator imitando verum. Et illis qui ingenio sunt liberaliore, diues succenset, quòd non adulentur: assentatores contrà suspectos habet, & rapiendi gratia adesse putat.

Defunctum diuitem nemo luget, ne successores quidem: gaudēt enim illi propter hæreditatem: nec alij, qui nihil acceperunt. Est etiam diues spolijs similis: expectantur enim semper diuitum morbi.

Quod maximè diuitias commendare videtur, beneficiorum collatio, non simplex est, sed varia. Beneficium enim pecuniarū parum liberale est, & gratuitum in pauperem donum præ se fert: illi verò qui sine pecunijs meram beneuolentiam exhibent, liberalem beneficientiam præstant.

Item qui à diuite quid acceperit, denuò postulat: & nisi consequatur, prius quoq; beneficium perit. Rursus qui nihil accepit, diuitem incusat, si dederit alijs: ac ita qui gratificatur aliquibus, plures accusatores sibi acquirit.

Committitur cædes lucri gratia, spoliatur templa, amicitia violatur, fides negligitur lucro perfidiā gignente, produntur patriæ: in summa, nihil non malorum perpetratur.

Plutarchus. Suapte natura vix frenari potest cupiditas: quòd si diuitiarum quoque suppeditationem assumpserit, planè sit infrenis.

Miranda quædam in opibus est insania: tanto enim furore ad acquirendas opes rapiuntur, tanquam illis partis nihil amplius molestum sensuri sint. Absentium amore grauissimo rapiuntur, ea quæ possident, negligentes. Nihil enim adeò diligunt, quàm auidè sperant. Quare dubito an habere, an expectare satius sit ipsis. Si quidem habentes non vtuntur: expectantes autem, anxij sunt.

Bion aiebat, diuitijs operam dantes ridiculos esse: cùm eas porrigat fortuna, illiberalitas seruet, benignitas auferat.

Diogenes aiebat, neq; in ciuitate opulenta, neq; in domo, habitandi locum esse virtuti.

Idem diuitias, fortunæ vomitum appellabat.

Socrates. Magnifaciendæ essent diuitiæ, si iustitiam sibi coniunctam haberent.

Si diuites suis opibus frui velint, præ nimia voluptate corrumpuntur: sin custodire, curis: si verò acquirere, nimio desiderio pessum eunt.

Hierax. Qua quæso ratione possessio diuitiarum quenquam ad iustitiam aut alias virtutes perduxerit? Nam quæ deterioribus studijs inseruiunt, omnis acquirendis contrariæ sunt. Pecuniæ verò ignauiam fouent, voluptates cient, ac insidias bifariam struunt: primùm aduersus diuites, inuidorum opera: deinde contra pauperes, vi potentiorum. Quæ igitur alios ad moliendum insidias ipsis possidentibus instigant, & habentes ad iniustitiam roborant, quomodo ista quicquam ad iustitiam conferrent?

Diuitiarum contemptus. Lycurgus monetam auream & argenteam ex Lacedæmone subtraxit, instituitque vt ciues ferreo duntaxat nummo vterentur. Ita omnem iniustitiam à Lacedæmone sustulit, & quibus diuitiarum contemptum persuadere non potuit, diuitiarum vsum ademit. Neque enim iam furari, nec largitionibus corrumpere, nec fraudare dolo, nec rapere per vim quisquam poterat, quod non celari valeret, nec parare magnificum esset, nec vti periculo vacaret.

Diuitiarum vsus. Reprehensus Aristippus quòd pecunias acciperet ab amicis, dixit se non ideò accipere, vt vteretur ipse, sed vt illi discerent ad quas res vtendum sit pecunijs. Non enim nisi ad vitę necessaria pecunijs vtebatur.

M. Crassus negabat quenquam pro diuite habendum, qui annuo prouentu exercitum alere non posset.

Simonides interrogatus vtra res esset optabilior, diuitiæ an sapientia, Dubito, inquit, vt qui videā sapientes frequentare diuitum fores: innuens philosophos verbis quidem contemnere diuitias, re tamen eas captare.

Solon dicebat opulentiam esse matrem saturitatis, saturitatem ferociæ ac violentiæ. Diuitias enim comitatur luxus, luxus exit in tyrannidem.

Bion diuitias dicebat esse neruos actionum, quòd sine his nihil ageretur.

Philoxenus poeta quum in Sicilia fundum ac domum opulentam nactus esset, & animaduertisset illius gentis luxum ac delicias: Per deos, inquit, hęc bona me non perdent, sed ego potius illa. Moxq; cessit alijs hæreditatem, & è Sicilia profugit.

Diuitiarum paræmiæ.

Tantali talenta.

De immensis opibus dicitur adagium, quod vsurpatur à Platone in Eutyphrone. Suidas ait esse apud Epicharmum, & Anacreontem.

Qualem olim habebat & Tribon, qui molliter *Antiphanes apud Athenæum lib. 6*
Exutus est ipsis talentis Tantali.
Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Pocula: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Pelopis talenta.

Non Pelopis mihi sint agriq;, auriq; talenta, *Theocr. Idyl. 8.*
Nec ventis celeres anteuolasse pede.
At ego sanè Opuntius *Aristophanes.*
Nolim esse, si quis det talentum mî aureum.

Midæ diuitiæ.

Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro. *Statius*

Pactoli opes.

Sis pecore & multa diues tellure licebit, *Hor. in Epodo.*
Tibiq; Pactolus fluat.
Tanti tibi non sit opaci *Iuuenalis.*
Omnis arena Tagi, quodq; in mare voluitur aurū.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima: Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. *D. Hierony. ad Hedibiam.*

Ita verum est, quod vulgo dicimus, admodum diuites non esse bonos. *Plato de Leg. 5*

Nunquam vir æquus, diues euasit citò. *Menander.*

Cinyræ opes.

De immensis diuitijs dicebatur. Huius enim regionem opulentissimam fuisse scribit Ouid. lib. 10. Metamorph.

Gratulor huic terræ, quòd abest regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas. sit diues Amomo,
Cinnamaq;, costumq; suum, sudataq; ligno
Thura ferat, floresq; alios Panchaica tellus,
Dum ferat & myrrham.

Deo fauente, fœlicitas hominibus stabilior, quæ sanè & Cinyram opibus cumulauit olim in marina Cypro. *Pindarus Nemeo.*

Quòd si ditior quidē fuerit quàm Cinyra aut Mida, sit autem iniustus, & miser est, & molestè viuit. *Plato de Leg. 2*

Consenescas Tithono profundius, Cinyra ditius, Sardanapalo deliciosius, vt in te compleatur prouerbium, Bis pueri senes. *Suidas.*

Quantum non miluus oberret.

Diues erat Curibus, quātum non miluus oberret. *Persius.*
Tot miluis intra tua pascua lassis. *Iuuen. Saty. 9*
Aruum colo bis sex dierum iter, solo *Plut. Tragœ.*
Berecynthio.

Satietas ferociam parit.

Stobaeus. Parit satietas ferociam, imperitia cum potestate cōiuncta insaniam.

Homer. Fastum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.

Dextro Hercule.

Horat. Diues amico Hercule.

Pers. Sub rastris crepet argenti mihi seria dextro Hercule. *Pecunia vir.*

Horat. Hoc est, tanti quisq; fit, quantum possidet, Nil satis est, quia tanti quantum habeas, sis.

Suidas. Sic enim olim aiunt Aristodamū apud Spartanos verbum non inscitum reddidisse, Pecuniæ vir, pauper autem nunquam probus.

Ex comico incerto. Argentum, & anima, & sanguis est mortalibus.
Hoc qui caret, nec sibi parauit sedulò,
Viuos hic inter mortuos circumambulat.
Vita haud vocanda est vita victus indiga.

Praedives.

Homer. Iliad. ζ. & κ. Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,
Aesq; aurumq;, fabrefacti quoq; copia ferri.

Iliad. κ Multi auri, multiq; æris.

Diuitiæ non semper optimis contingunt.

Odyss. σ Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse,
Sic visum vt fuerit, cuicumq;, bono've malo've.

Quantum habet.

Iuuenal. Sat. 3 Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

D. August. Quantum habebis, tantus eris.

Apuleius in Apolog. Tanti te vera estis, quantum habetis.

Euripides. Vbiq; tanti quisq;, quantum habuit, fuit.

Adminicula vitæ opes.

Homer. Odyss. τ. E quibus & viuunt rectè, ditesq; vocantur.

Ex Poëtis, & primùm ex Petronio.

Diuitiarum vis.

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamq; suo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaën, ipsumq; licebit
Achrisium semper credere quod Danaën.
Carmina componat, declamet, concrepet, omneis
Et petagat causas, sitq; Catone prior,
Iurisconsultus paret, nnn paret habento,
Atq; esto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor, quiduis nummis præsentibus opta,
Et veniet. Clausum possidet arca Iouem.

Diuitiæ, animi corporisq; ægritudines nō leuāt.

Hor. lib. 1. epist. ad Lollium. Non domus & fundus, non æris aceruus, & auri
Aegroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitet vti.

Iuuen. Sat. 10 Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia census.

Diuitiæ cæcos inuoluunt possidentiū animos.

Boëtius metro 2. lib. 1 Heu quàm præcipiti mersa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras!
Terrenis quoties acta flatibus
Crescit in immensum noxia cura.
Hic quondam cœlo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat rosei lumina solis,
Visebat gelidæ sydera lunæ,
Et quæcumq; vagos stella recursus
Exercet varios flexa per orbes,
Compressam numeris victor habebat.

Idem Metro 10 lib. 3 Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilante ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi,
Candidis miscens virides lapillos
Illustrant aciem: magisq; cæcos
In suas conduunt animos tenebras.

Diuitiæ ignobilem haud nobilitant.

Hor. lib. Epodon in Menam. Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Diuitiæ à morte neminem reuocant.

Val. Flac. lib. 6. Argonautic. Nulla cœlum reparabile gaza.

Hor. Oda 3. lib. 2 Cedes coëmptis saltibus, & domo,
Villaq;, flauus quam Tybridis lauat,
Cedes: & extructis in altum
Diuitijs potietur hæres.
Diues'ne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper, & infima
De gente, sub diuo moreris,
Victima nil miserantis Orci.

Hor. Oda 1. lib. 3 Est, vt vir viro latius ordinet
Arbusta sulcis, hic generosior
Descendat in campum petitor.
Moribus hic meliorq; fama
Contendat, illi turba clientum
Sit maior: æqua lege necessitas
Sortitur insignes & imos.
Omne capax mouet vrna nomen.

Hor lib. 1. epist. ad Florum. Quid vici prosunt, aut horrea? quid've Calabris
Saltibus adiecti Lucani, si metit orcus
Grandia cum paruis non exorabilis auro?

Seneca in Oct. Licet extruat marmoribus, atq; auro tegat
Superbus aulam, limen armatæ ducis
Seruent cohortes: & licet mittat immensas opes
Exhaustus orbis, supplices dextram petant
Parthi cruentam, regna diuitias ferant:
Veniet dies, tempusq;, quod reddet suis
Animam nocentem sceleribus, iugulum hosti bus
Desertus & districtus, & cunctis egens.

Mart. li. 4. Epi. Diuitior Crispo, Thrasea constantior, ipso
Lautior, & nitido sis meliore licet:
Nil addit penso Lachesis fusoq; sororum:
Explicat, & semper de tribus vna negat.

Stat. lib. 5. Syl. Quid pbitas aut casta fides? quid numina prosunt
Culta deûm? fortuæ miseram circum vndiq; lethi
Vallauere plagæ, tenuantur dura sororum
Licia, & exacti superest pars vltima fili.
Nil famuli cœtus, nil ars operosa medentum
Auxiliata malis.

Auson. in Epig. Effigiem rex Crœse tuam ditissime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Constitit, vtq; procul solito maiure cachinno
Concussus dixit, quid tibi diuitiæ
Nunc prosunt, regum rex ô ditissime, cùm sis
Sicut ego solus, me quoq; pauperior?
Nam quæcumq; habui, mecum fero, cùm nihil ipse
Ex tantis tecum, Crœse, feras opibus.

Ouid. 5. Trist. Non ego diuitias dando tibi plura dedissem,
Diuitis ad manes nil feret vmbra suos.

Horat. Oda 14. lib. 2 Languida tellus,& domus,& placens
Vxor,neq; harum,quas colis,arborum
Te præter inuisas cupressos
Vlla breuem dominum sequetur.
Idẽ lib. 2. epist. ad Iul. Floru. Sed vocat vsq; suum,qua populus adsita certis
Limitibus,vicina refugit iurgia,tanquam
Sit proprium cuiquã, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc sorte suprema
Permutet dominos,& cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vsus,& hæres
Hæredem alterius,velut vnda superuenit vndam.
Silius Ital. lib. 3. bell. Pun. Ditissimus agri
Occumbis generose Voluux,nec clausa repostis
Pondera thesauris patrio,nec regia quondam
Præfulgens ebore,& possessa mapalia soli
Profuerint. Quid raptauuant? quid gentibus auri
Nunquam extincta sitis? modò quem fortuna souendo
Congestis opibus,donisq; refersit opimis,
Nudum tartarea portabit nauita cymba.
Prop. lib. 3. Ele. ad amicam iratam. Nunc maris intantum ventis iactamur, & hostem
Quærimus,atq; armis nectimus arma noua.
Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas:
Nudus ad infernas stulte vehêre rates.
Victor cum victis pariter miscebitur vmbris.
Consule cum Mario capte Iugurtha sedes.
Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.
Optima mors parca quæ venit apta die.
Lucanus lib. 9. bell. Ciuil. Non illuc auro positi,nec thure sepulti
Perueniunt.

Diuitiæ malè partæ, malè dilabuntur.

Oui. lib. 3. Eleg. O si neglecti quisquam est deus vltor amantis,
Iam malè quæsitas puluere vertat opes.
Sæpe solent auro multa subesse mala.

Diuitiæ maximæ sunt, parcè viuere.

Lucr. 5. de Nat. rerum. Quòd si quis vera vitam ratione gubernat,
Diuitiæ grandes homini sunt,viuere parcè
Aequo animo:neq; enim est vsquã penuria parui.

Diuitiæ nihil prosunt, nisi eis vtamur.

Cornel. Gallus. Quid mihi diuitiæ,quarum si demeris vsum,
Quamuis largus opum,semper egenus ero?
Imò etiam pœna est,partis incumbere rebus:
Quas cùm possideas,est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus vndas
Captat,& appositis abstinet ora cibis.

Diuitiarum accumulatores seipsos fraudant, quas alij cum gaudio profundunt.

Plau. in Aulu. Heu me miserum,miserũ, perij malè perditus, pessimè ornatus eo.
Tantũ gemiti & malæ molestiæ, hic dies mihi obtulit famem & pauperiem.
Perditissimus ego sum omnium in terra.
Nam quid mihi opus vita est,qui tantum auri
Perdidi, quod custodiui sedulò? egomet me fraudaui,
Animumq; meum,geniumq; meum:nunc eo alij
Lætificantur meo malo & damno:pati nequeo.

Diuitiarum custodia misera.

Iuuen. Sat. 14 Tantis parta malis cura maiore metuq;
Seruantur:misera est magni custodia census.

Diuitijs parent omnia.

Omnis enim res, Hor. Sat. 3. lib. 2
Virtus,fama,decus,diuina,humanaq; pulchris
Diuitijs parent:quas qui construxerit,ille
Clarus erit,fortis,iustus,sapiens,etiam rex,
Et quicquid volet.hoc veluti virtute paratum
Sperauit magnæ laudi fore.
Posterius res inuenta est,aurumq; repertum, Lucr. 5. de Nat. rerum.
Quod facilè & validis,& pulchris dempsit honorẽ.
Diuitioris enim sectam plerumq; sequuntur
Quamlibet & fortes,& pulchro corpore creti.
Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro, Ouid. lib. 3. Ele. de amic. potitu
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.
Dum merces aberat,durus pater,ipsa seuera,
Aerati postes,ferrea turris erat:
Sed postquam sapiens in munera venit adulter,
Præbuit ipsa sinus, & dare iussa,dedit.

Diuitiæ pauperibus elargiendæ.

Ego vectigalia magna Hor. Sat. 2. lib. 2
Diuitiasq; habeo,tribus amplas regibus.ergo
Quod superat, nõ est melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deûm? cur improbe charæ
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi rectæ semper erunt res?
Nam propriæ telluris herum natura,neq; illum, Ibid.
Nec me,nec quenquam statuit.

Quatenus diuitijs vtendum.

Re fruere,vt natus mortalis:dilige sed rem, Auson. in Epig.
Tanquam immortalis.sors est in vtroq; verenda.

Diuitiæ bene vtenti bona sunt, & contrà.

Quid reliqui est quin habeat, quæ quidem esse in homine dicuntur bona,parentes, Terẽ. in Heaut.
Patriam incolumem,amicos,genus,cognatos,
Diuitias? atq; hæc perinde sunt,vt illius animus est, qui ea possidet.
Qui vti scit, ei bona sunt:illi,qui non vtitur rectè, mala.

Diuitiæ imperant, si eis vti homines nesciunt: sin verò, contrà.

Imperat,aut seruit collecta pecunia cuiq;: Hora. 1. epist. ad Fuscum.
Tortum digna sequi potius,quàm ducere funem.

Diuitiæ immensæ animo non sufficiunt.

Nec Crœsi fortuna vnquam,nec Persica regna Iuuen. Sat. 14
Sufficient animo,nec diuitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia.

Diuitiæ vel in communi ponantur, vel spernantur.

Vel nos in Capitolium, Horat. Oda 24. lib. 3
Quò clamor vocat,& turba fauentium,
Vel in mare proximum
Gemmas & lapides,aurum & inutile,
Summam materiam mali,
Mittamus.
Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Terẽ. in Adelp.

Ditior non est, victui necessaria habens.

Tolle querelas: Hor. 1. epist. ad Iccium.
Pauper enim non est,cui rerum suppetit vsus.
Si ventri bene,si lateri est,pedibusq; tuis,nil

Diuit

Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Ditior est qui nihil cupit, quàm qui totum orbem possidet.

Iuuen. Sat. 14. Sensit Alexander, testa cùm vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto fœlicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquaoda pericula rebus.

Auson. in Bia sentent. Quis diues? qui nil cupit.

Diues amicos habet, pauper contrà.

Plaut. in Stich. Nam hoc tu facito cogites, vt cuiq; homini res parata est,
Firmi amici sunt: si res lassæ labant, itidem amici collabascunt.
Res amicos iouenit.

Diues qui fieri vult, fas aut nefas non curat.

Iuuen. Sat. 14 Nam diues qui fieri vult,
Et citò vult fieri. sed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari?

Diuitum gratia leuis est, ira verò plumbea.

Plaut. in Pseud. Verùm ita sunt nostri diuites,
Si quid benefacias, leuior pluma est gratia: si quid peccatum est,
Plumbeas iras gerunt.

Diuites elati sunt.

Ter. in Hecyr. Quia paululum vobis accessit, sublati sunt animi.

Diuites ne pauperes fastidiant.

Mart. li. 5. Epig. Sunt tibi, confiteor, diffusi iugera campi,
Vrbaniq; tenent prædia multa lares,
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ,
Sustentatq; tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli Ruffine, minores.
Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

Ouid. li. 3. Am. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis habere nihil.

2. de Remed. amor. Diuitijs alitur luxuriosus amor.

Ibidem. Curia pauperibus clausa est: dat census honores,
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

2. de Arte. Carmina laudantur, sed munera magna petuntur.
Dummodò sit diues, barbarus ille placet.
Aurea nunc verè sunt secula: plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.
Ipse licet venias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Propert. lib. 3 At nunc desertis cessant sacraria lucis,
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura:
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Hor. li. 1. Epist. Scilicet vxorem cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Horat. 2. Serm. Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.

Iuuen. Sat. 3 Da testem Romæ tam sanctum quàm fuit hospes
Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam,
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio: quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera? quàm multa magnaq; paropside cœnat?

Idem Sat. 10 Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladium contumq; timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram.

Ibidem. Nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm sæua cupido
Indomiti census.

Plaut. in Aul. Dij immortales, aurum obsecro quid valet?

Senec. in Thy. Venenum in auro bibitur, expertus loquor.

Ouid. 1. Fast. Pluris opes nunc sunt, quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
At postquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit summo vertice Roma deos,
Creuerunt & opes, & opum furiosa libido,
Et cùm possideant plurima, plura petunt.

Hor. Oda 2. lib. Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Oda 10. lib. 2 Rectius viues Licini, neq; altum
Semper vrgendo, neq; dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordidus tecti: caret inuidenda
Sobrius aula.
Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare. sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Oda 16. lib. 2 Non enim gazæ, neq; consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volanteis.
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum:
Nec leues somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?

Oda 16 lib. 3. Aurum per medios ire satellites
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
Demersa excidio. Diffidit vrbium
Portas vir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus.
Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumq; fames.
Quanto quisq; sibi plura negauerit,
A dijs plura feret.
Multa petentibus,
Desunt multa. bene est, cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

Oda 24. lib. 3. Intactis opulentior
Thesauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum:
Si figit adamantinos

Summis verticibus dira necesſitas
Clauos:ooo animum metu,
Noo mortis laqueis expedies caput.
Ibidem. Vel nos io mare proximum
Gemmas & lapides,aurum & inutile,
Summi materjam mali,
Mittamus ſcelerum ſi bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui ſuot elementa,& teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs.

D ANTE O.

DE DOCTRINA.

Doctrina in multis eſt,quibus deeſt oratio.

Cic.1.Tuſcul. Fieri poteſt vt rectè quis ſetitiat,& id quod ſenſit,politè elo qui non poſsir.

Pro Arch.poëta. Suot qui ſe literis ita abdiderunt, vt nihil poſsint ex his neq; ad communem afferre fructum, neque in aſpectum,lucemq; proferre.

2.de Orat. Sunt quidam aut ita lingua hæſitantes,aut ita voce abſoni, aut ita vultu, motuq; corporis vaſti atq; agreſtes, vt etiamſi ingenijs atq; arte valeát, tamẽ in doctorum oumerum venite non poſsint. Sunt auté quidam ita naturæ muoeribus in ijſdem rebus habiles,ita ornati,vt non nati,ſed ab aliquo deo ficti eſſe videantur.

Doctus inuiſus niſi probus.

2.Offic. Quo quis verſutior & callidior,boc inuiſior & ſuſpectior,detracta opioione prauitatis.

1.de Inuent. Si quis omiſsis honeſtiſsimis ſtudijs rationis & officij, cooſumit omnem operam in exercitatione dicendi,is inutilis ſibi, pernicioſus ciuis patriæ alitur: qui verò ita ſe armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, verùm pro ijs pugnare poſsit,is mihi vir, & ſuis & publicis rationibus vtiliſsimus, atque amiciſsimus ciuis fore videtur.

Doctrina vnde gignitur.

Ariſt.lib.6.cap.3.Ethic. Arqui ex aoteceptis animo rei informatiooibus, quemadmodum in Analyticis docuimus,omnis doctrina gignitur:alia enim inductione, alia ratiocinatione traditur.

Doctus res vniuerſas tenere debet.

Lib 10. cap. 9. Ethic. Tamen nihilominus ad res vniuerſas debet conteodere,easq́, tenere, quoad fieri poterit,is quidem qui ſe doctum & artificem eſſe velit.

Docens artis potentiam intelligat.

Plato de Natura hominis li. 5 SOCR.Rectè verò ſe habet quod ſecundũ artẽ fit. Non'ne ſcis oportere eos,qui aliquid docturi ſunt, priuſquàm doceant,intelligere?

Docenti quidam moleſti ſunt.

Plut.in Mora. Vt pulli inuolucres ſemper hiantes pendent de ore alieno:ſic quidam moleſti ſunt docẽti, quòd neceſſarium ſit eis omnia manſa in os inſerere, nihilq; tradant ipſi ſibi.

Idem. Vt quidam crebris diuerticulis viam breuem reddunt longã:ſic nonnulli docentem crebris quæſtiunculis nihil ad rem pertinẽtibus interpellantes,perpetuam interrumpunt doctrinam.

Doctrina ſine moribus.

Qui de virtute loquerentur, nec rectè viuerẽt, eos ſimiles eſſe dicebat Diogenes citharæ, quæ ſono proſit alijs, ipſa verò nec ſeoiat quicquã,nec audiat.

Doctrina quibus paratur.

Dicere ſolebat Ariſtoteles tria ad parandam ſcientiam potiſsimùm eſſe neceſſaria:oaturã, doctrinam, & exercitationem. Inuita enim Minerua, fruſtra laboratur:rectè diſcitur à doctis: exercitatio conſummat erudirionem.

Doctrina in tenera ætate parta indebilis eſt.

Dediſcit animus ſerò,quod didicit diu. *Seneca 1 Troa.*
Cætera iampridem didici poerilibus annis, *Ouid.6.Faſt.*
Non tamen idcirco prætereuoda mihi.

Qui bona didicit,haud æquum facit,ſi ea dediſcit.

Haud æquum facit,qui qood didicit id dediſcit. *Plau. in Amp.*

Diſcere qui dedignatur, graui caſtigatione dignus eſt.

Cur neſcire prudens prauè, quàm diſcere malo? *Hora. in Arte.*
Ne cures ea,quæ ſtulte miraris & optas: *1.Epiſt. lib. ad Mecænat.*
Diſcere,& audire,& meliori credere oon vis.
Fas eſt ab hoſte doceri. *Oui.lib.4.Met.*

Docere quilibet audet ea,quæ bene didicit,nõ cõtrà.

Nauem agere ignarus maris timet: abrotanũ ægro *Hor.lib.2.epiſt. ad Auguſt.*
Non audet, niſi qui didicit,dare. Quod medicorum eſt,
Promittunt medici,tractant fabrilia fabri.
Nauita de ventis,de tauris narrat arator, *Proper lib.2.ad Mecænatem.*
Enumerat miles vulnera paſtor oues.

Docere ignota nemo poteſt.

Inter cuncta leges,& percunctabere doctos, *Hor. lib. 1.epiſt. ad Lollium.*
Qua ratiooe queas traducere leniter æuum.

Docens vtilia, deſiſtere non debet.

Dixerit inſanum qui me,totidem audiet,atq; *Hor.Sat.3.lib.2*
Reſpicere igooto diſcet pendenna tergo.

DE DOCILITATE.

Quum adoleſcens quidam Ponticus ſe in tiumerum Antiſthenis diſcipulorum recipi vellet,patri quærenti quibus rebus eſſet opus, reſpõdit Antiſthenes,libro nouo,ſtylo nooo,oouaq; tabella:ſigoificans animum à vitijs vacuum, ſtudium vigil, & memoriam fidelem.

Xenocrates ad quendam nec geometriæ,nec muſices,nec aſtrologiæ peritum,ad ſcholam tamen ipſius commeãtem: Abi,inquit,anſam philoſophiæ non babes: id eſt,non es ad philoſophiam docilis,nullis inſtructus diſciplinis.

Bion cuidam objicienti,quòd adoleſcentem quendam ad ſe nõ pellexiſſet: Tenellus,inquit, caſeus non attrahitur hamo. Significãs pueros delicatos ad philoſophiam minimè eſſe idoneos.

DE DOLORE.

Dies dolorem minuit.

Conſolationum multæ ſunt viæ:ſed illa rectiſsima impetret *Cic. Att.lib.*

impetret ratio, quòd dies impetratura est.

3. Tuscul. Sensim & pedetentim progrediens dolor extenuatur, non quòd ipsa res soleat immutari, aut possit, sed id quod ratio debuerat, vsus docet minora esse ea, quæ sunt visa maiora.

3. Tuscul. Cùm constat ægritudinem vetustate tolli, hæc vis non est in die posita, sed in cogitatione diuturna. Ipsa enim cogitatio, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas.

4. Tuscul. Error stultus extenuatur die, vt cùm eædem res maneant, aliter ferant inueterata, aliter recentia.

Cic. Tit. famil. 5 Quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præripere consilio, prudentiaq; debemus: neque expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus.

3. Tuscul. Est in potestate obijcere dolorem, cùm velis, tempori seruientem.

Cic. Cur. fam. 7 Dies stultis mederi solet.

2. de Finibus. Dolor in longinquitate breuis, in breuitate grauis esse solet, vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur.

Seru. Sulp. Cic. 4. famil. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.

3. Tuscul. Est tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam adfert dies & longinquitas.

Attico lib. 3 Cæteri dolores mitigantur vetustate.

Dolor malum: & doloris duo genera.

Arist. 2 lib. Eth. cap. 13 Hoc etiam inter omnes constat, dolorem malum esse atque fugiendum. Nam alius absolutè malum est, alius quia impedimento.

Cap. 6. eiusd. lib. Præterea nemo dolens libidini paret. At qui per iram facit, omnis dolens facit: & qui libidini obsequitur, libenter facit.

Dolorem dissimulare prodest.

Diogenes adolescenti conquerenti quòd à multis perturbaretur, Desine, inquit, & tu perturbationis indicia præ te ferre: significans nulla re melius lædentium improbitatem finiri, quàm si qui læditur, dolorem dissimulet.

Dolorem adferunt voluptates.

Theodoct. Multum oportet illum laborare, qui gloriosam laudem consequuturus est.
Negligentia verò præsenti voluptate
Fruens, dolores afferre solet in posterum.

Dolor immodicus.

Ornulas. Cæterùm defunctorum vnumquemque, non lachrymis, aut miseratione, sed bona recordatione & fructuum quotannis nascentium oblatione, honorare oportet: ingratitudo enim videri potest erga dæmones inferos, si dolor immodicus admittatur.

Sophocles. Multa & prudenter dicta tunc inutilia sunt,
Scio: sed oportet dolores tempore flecti.

Doloris sensum extinguit somnus.

Themistius. Somnus affectuum nostrorum suauissimus est. Primum enim doloris sensum in omnibus extinguit propter voluptatem pergratam nobis & familiarem.

Dolor receptus ægrè tollitur.

Plut. in Moral. Vt semel admissum intrò hospitem, non facilè expellas: ita luctum receptum tua sponte non possis, cùm velis depellere.

Qui lippiunt, aut alio qui laborant oculis, non sinunt alios admouere manum: at qui lugent, quibusuis se tractandos exhibent, vt malum, quo laborant, exacerbetur.

Quis verè doleat.

Non luget quisquis laudari, Gellia, quærit: *Mart. li. 1. Epig.*
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Doloris maximi intimatio.

Et lachrymæ deerant oculis, & verba palato: *Ouid. in libr. de*
Astrictum gelido frigore pectus erat. *Sappho.*
Postquam se dolor imminuit, mea pectora planxi,
Nec puduit ruptis exululare comis:
Non aliter quàm si nati pia mater adempti
Portat ad extructos corpus inane rogos.
Iam dolor in morem venit meus: vtq; caducis *2. de Ponto.*
Percussu crebro saxa cauantur aquis,
Sic ego continuo fortunæ vulneror ictu,
Vixq; habet in nobis iam noua plaga locum.
Nec magis assiduo vomer tenuatur ab vsu,
Nec magis est curuis Appia trita rotis,
Pectora quàm mea sunt serie calcata malorum.
Vtq; reformidant insuetum lumina solem, *Lib 3. de Ponto.*
Sic ad lætitiam mens mea segnis erit.
Quocumq; aspiceres, gemitus luctusq; sonabant, *1. de Trist.*
Formaq; non taciti funeris intus erat.
Si licet exemplis in paruis grandibus vti,
Hæc facies Troiæ, cùm caperetur, erat.
Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber *3. de Trist.*
Lumine de verna quæ niue manat aqua.
Viuere me dices, sed sic, vt viuere nolim.
Nec mala tam longa nostra leuata mora.
Mens tamē ægra iacet, nec tēpore robora sumpsit, *Lib. 5. de Trist.*
Affectusq; animi, qui fuit antè, manet.
Quæq; mora spatioq; suo coitura putaui.
Vulnera non aliter, quàm modò facta dolent.
Scilicet exiguis prodest damnosa vetustas:
Grandibus accedunt tempora damna malis.

Cor miserum meum quidem guttatim cōtabescit, quasi in aquam indideris salem. *Plaut. in Mil.*

Dolore vinci, virum non decet.

Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca, *Senec. in Theb.*
Victasq; magno pectore ærumnas doma.
Resiste, tantis in malis vinci malum est.
Pauca, ô parens magnanime, miseranda precor
Vt verba natæ mente placata audias:
Non te vt reducam veteris ad specimen domus,
Habitumq; regni flore pollentis inclyti,
Peto, aut vt iras tempore, aut ipsa mora
Fractas, remisso pectore ac placido feras.
Et hoc decebat roboris tanti virum,
Non esse sub dolore, nec victum malis
Dare terga: non est, vt putas, virtus pater
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retro dare.

Dolor constantes etiam frangit.

Bis Zephyri iam vela vocant, fiducia mœstis *Val. Fl. li. 3. Ar.*
Nulla viris, ægro assiduè mens carpitur æstu.
Ipse etiam Aesonides, quanquam tristissima rerum
Castissima ducit, vultuq; premenda sereno,
Dulcibus indulget lachrymis, aperitq; dolorem.

Tibul. li. 3. ele. 3 Non ego firmus in hoc, non hæc patientia nostro
Ingenio: frangit fortia corda dolor.

Dolor inclusus magis excruciat.

Oui. 5. de Trist. Strangulat inclusus dolor, atq; cor æstuat intus:
Cogitur & vires multiplicare suas.

Senec. in Aga. Magis exurunt, quos secretæ lacerant curæ.

Dolor ingenio artibusq; aduersatur.

Stat. li. 2. Theb. Exedêre animum dolor, iraq; demens.

Ouid. li. de Sapp. Nunc vellem facunda forem: dolor artibus obstat,
Ingeniumq; meis substitit omne malis,
Non mihi respondent veteres in carmine vires,
Plectra dolore tacent, muta dolore lyra est.

Dolor lachrymis minuitur.

Oui. 4. de Trist. Fleq; meos casus: est quædam flere voluptas.
Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Senec. in Troad. Arbitrio tuo
Implere lachrymis fletus, ærumnas leuat.

Ouidius. At tu ne dubita, minuet vindicta dolorem.

Senec. in Troad. Leuis est dolor qui consilium capere potest.

Dolor opum quàm amicorum maior.

Iuuen. Sat. 13 Quandoquidē accepto claudēda est ianua damno,
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
Planguntur nummi, quàm funera: nemo dolores
Fingit in hoc casu, vestem deducere summam
Contentus vexare oculos humore coacto:
Plorantur lachrymis amissa pecunia veris.

Doloris deprecatio.

5. de Trist. lib. Dij facerent vóoam talis status esset in illo,
Vt non tristitiæ causa dolenda foret.

Doloris immensi ex amici morte deprecatio.

Virg. 4. Georg. de Orph. Euridi. defletæ. Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aërea deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse, & Helidis hæc euoluisse sub antris:
Mulcentem tygres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens Philomela sub vmbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Obseruans, nido implumes detraxit. At illa
Flet noctem, ramoq; sedens, miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.

Ouid. 8. Meta. Non mihi si centum deus ora sonantia linguis,
Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dedisset,
Tristia prosequerer miserarum dicta sororum.

13. Metamor. de Hecuba dolore. Aspicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factaq; Threicijs ingentia vulnera telis.
Troades exclamant. obmutuit illa dolore:
Et pariter vocem, lachrymasq; introrsus obortas
Deuorat ipse dolor, duroq; simillima saxo
Torpet, & aduersa figit modò lumina terra,
Interdum toruos extollit ad æthera vultus,
Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,
Vulnera præcipuè: seq; armat & instruit ira.
Qua simul exarsit, tanquam regina maneret,
Vlcisci statuit, pœnæq; in imagine tota est.
Vtq; furit catulo lactente orbata leæna,
Signaq; nacta pedum, sequitur, quem non videt, hostem;
Sic Hecubæ postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum,
Vadit ad artificem diræ Polymnestora cædis,
Colloquiumq; petit: nam se monstrare relictum
Velle, latens illi, quod nato redderet, aurum.
Omnis adest ætas, mœrent iuuenesq; senesq;, *Lib. de Philom.*
Ausoniæ matres, Ausoniæq; nurus.

Tu semper vrges flebilibus modis *Hora. Od. 9. li. 2.*
Mysten ademptum, nec tibi vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.

Sera quidem tanto struitur medicina dolori, *Stat. lib. 5. Syl.*
Altera cùm volueris Phœbi rota torqueat annum.
Sed cùm plaga recens, & adhuc in vulnere primo
Nigra domus questu, miseramq; accessus ad aurem
Coniugis orbaō, tunc flere & scindere vestes,
Et famulos lassare greges, & vincere planctus,
Fataq;, & iniustos rabidis pulsare querelis
Cœlicolas, solamen erat. Licet ipse leuandos
Ad gemitus syluis comitatus, & amnibus Orpheus
Adforet, atque omnis pariter matertera vatem,
Omnis Apollineus tegeret, Bacchiq; sacerdos:
Nil cantus, nil fila, deis pallentis auerni,
Eumenidumq; audita comis mulcere valerent,
Tantus in attonito regnabat pectore luctus.

DE DOLO.

Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis *Virg. li. 2. Aen.*
Aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat?
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes. *Hor. de Art poë.*

Dolosi signum.

Qui malignus & dolosus fuerit, is statim & oculis *Nicephorus.*
transuersè & implacidè intuetur: qui stolidus &
simplex, pupillas & oculos patentes gerit, vt asini
& oues.

Dolus dolum vincit.

Quum Fabius simili arte recepisset Tarentum,
quali Annibal ceperat, Et Roma, inquit Annibal,
suum habet Annibalem.

Tissaphernes Persarum dux cum Agesilao fœdus
percusserat, metu potius quàm animo: mox ingentibus
copijs accersitis bellum illi denuntiauit.
Hoc fœdus violatum libenter arripuit Agesilaus,
respondens se magnam gratiam habere Tissapherni,
quòd periurio suo & deos & homines
sibi infensos reddidisset. Cæterùm exercitum
mouit, velut in Cariam impressionem facturus.
Quò cùm Tissaphernes ignarus doli cogeret
militem, Agesilaus repentè copias mouit in Phrygiam:
vbi cùm multas cepisset vrbes, magnamq;
pecuniarum vim abstulisset, dixit amicis: Fœdera
quidem violare præter causam impium est, cæterùm
hostibus imponere, non modò iustum est
ac laude dignum, verumetiam iucundum & lucrosum.

Dolosis nullum esse debere asylum.

Quum astantem aræ Palladis Agesilaum momordisset
pediculus, non auersus est, sed arreptū palam
omnibus occidit: Per deos, inquiēs, insidiatorē
vel in ipsa ara: rectè significans dolo vtentibus
nullam aram aut asylum oportere tutū esse.

DOMI VIVERE.

Domus amica, domus optima semper.

Plerique putauerunt nullum de domo sua in ius vocari
licere, quia domus tutissimum cuique refugium *Caius Pand. tit. de in ius vocando.*

gium ac receptaculum fit: eamq; qui inde in ius vocaret, vim inferre videri.

Cic. ad Dolab. Hæc loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis, ab arbitris libera: sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me referunt pedes in Tusculanum.

Domi manendum est, fata cui sunt prospera.

Homer. Odyss. Tu quoque amice domo diuturnus abesse caueto,
Rebus itemq; viris intra tua tecta relictis.

Hesiodus. Esse domi præstat, quia damnosum foris est.
Beatus is, qui in prosperis manet domi.

Euripides. Nam sarcina solo quæ teneatur, deouò
Potest salo committi.

Homer. Odyss. Nil miserabilius quàm incerta sede vagari.

Domum imperfectam ne relinquito.

Hesiod. 2. Opera & dies. Ne've domum fabricans, linquas mutilamq; rudemq;,
Ne fors insideat cornicans garrula cornix.

Domesticè notus.

Lucia. in Pseu. Viro libero, & qui te ex domestico conuictu cognitum habeat.

Plin. ad Attic. Clementem hunc ego in Syria cùm adolescentulus militarem, penitus & domi inspexi.

Domi coniecturam facere.

Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur.

Plaut. in Cist. Haud ego de me coniecturam domi facio: hoc est, meopte experimento comperio.

Seneca de Benef. Domi, quod aiunt, versura fit, & velut lusorium nomen statim transit.

Domesticus testis.

Paulus Pand. 2. tit. de Testib. Testes quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit.

Cod. lib. 4. eod. tit. Etiam iure ciuili domestici testimonij fides improbatur.

Luc. in Bone tr. Euge domo adductus testis, vt dici solet.

Seneca. ad Lucil. Expecta me pusillum, & de domo fiet remuneratio.

2. de Orat. Tertium verò illud, clamare contra quàm deceat & quàm possit, hominis est, vt tu Catule de quodam clamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligentis.

Brutio consil. 8. Quos tum vt pueri refutare domesticis testibus, patre & C. Aculeone propinquo nostro & P. Cicerone patruo solebamus.

2. Famil. ad Cal. Mea verò officia ei non defuisse tu es testis, quoniam οἰκόθεν ὁ μάρτυς, vt opinor, accidit Phania.

Domesticum malum.

Homer. Odyss. 8 Porrò malum nostras quod in ædes incidit, vnum
Ad me pertinet.

Cicer. actione 5. in Verrem domesticum ac vernaculum crimen appellat, quod intra parietes admissum, nondum peruenit in publicum rumorem.

Odyss. Impia res moliri inter sese mala.

Domi nobilis.

Qui non opibus tantùm clarus est, sed ex nobilibus prognatus est.

Cic. Act. 3. in Verrem. Ignem ex lignis viridibus atq; humidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atq; amicum, fumo excruciatum semiuiuum reliquit.

Sopater quidam fuit Haliciensis, homo domi suæ cumprimis locuples atque honestus. *Actione 4*

Itaq; cùm Pillenus Herbitensis, homo disertus & prudens, & domi nobilis. *Actione 5*

Quas literas A. Aurius, vir fortis & experiens, & domi nobilis. *Pro Cluentio.*

M. Otsium equitem Romanum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. *Ad Q. fratrem*

Domus quo pacto bene sit habitanda.

Si domum bene habitare cupis, Lycurgum Spartanum imitare. Sicut enim ille non muris vrbem muniuit, sed virtute ciues instruxit, & vrbem perpetuò liberam conseruauit: ita tu quoq; non magnum vestibulum circunda, nec turres altas erige: sed potius inhabitatores beneuolentia, fide, & amicitia confirmes, & nihil noxij domum ingrediatur, ne si vniuersa quidem malitiæ turma restiterit. *Epictetus.*

Domus manca.

Proinde non errauerit aliquis, domum sine nuptijs mancam esse dicens. Nam neque pars princeps sine subdita, neque subdita sine principe, animo potest concipi. *Hierocles in lib. de Nuptijs.*

Domini præsentia.

Equiso quidam interrogatus, quid maximè saginaret equum: Oculus, inquit, regis. Sentiés equum optimè curari, si dominus frequenter adsit.

Si bene ædificaueris, libentius & sæpius venias, fundus melior erit, minusq; peccabitur, fructi plus capies. frons enim occipitio prior. *Cato de Re rust. cap. 4*

Et ideò maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. *Plin. hist. nat. 18. cap. 5*

Eum qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum, frontemq; domini plus prodesse quàm occipitium non mentiuntur. *Idem.*

Lybis rogatus quod stercus esset optimum: Domini vestigia, inquit.

Nam domus oculum esse, domini iudico præsentiam. *Aeschil. in Trag.*

Ita vt fit, domini vbi absunt. *Terent. in Eun.*

Non domo dominus, sed domino domus commendari solet.

Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. *Cic. 1. de Offi.*

Qui dicunt, Carebo domo, carebo famulitio, ne debeam: periode faciunt, ac si hydropicus dicat medico, Ego gracilis fiam & inanis: nam nihil refert, quàm gracilis sit, modò sanus. *Plut. in Moral.*

Vt pedem aut manum, si computruerit, data mercede resecamus: ita domus aut famulitium abijciendum, vt liberemur ære alieno. *Idem.*

Est etiam domini in seruos tyrannicum imperium, quippe in quo domini commoda agantur. *Arist. 8. cap. 10*

DE DORMITATIONE.

Dormiens multum infœlix est.

Infœlix tota quicumq; quiescere nocte
Sustinet, & somnos præmia magna vocat. *Ouidius.*

Vigilare

Plaut. in Rud. Vigilare decet hominem,
Qui vult sua tempori conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter, sine lucro, & cum malo quiescunt.

Non decet Principem totam dormire noctem.

Homer. Iliad. β Haud dignum duce id est, noctem dormire per omnem.

Aeneid. 1. Virg. At pius Aeneas per noctem plurima voluens.
Idem. Aenea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Idem. Vigilas'ne deûm gens
Aenea? vigila.

Iliad. z Belligeri Atridę proles dormis'ne Agamemnon?
Perpetuam noctem dormire haud principe dignum est,
Cui populi commissi, & tanta negotia curæ.

Iliad. κ At reliqui Danaûm proceres noctem vsque per omnem
Dormibant, placido correpti membra sopore:
At non Atridem pastorem Agamemnona plebis
Somnus habet dulcis, versantem pectore multa.

Iliad β Tum reliquos omnes, diuosq; , virosq; tenebat
Pernox somnus. at insomnis Saturnius vnus,
Pectore sollicito voluebat.

Plutarchus. Surge rex, ac negotia cura, quæ te Mesoromasdes curare iussit.

Plato 7. de Leg. Principes qui noctu vigilant in ciuitatibus, malis sunt formidabiles ciuibus pariter & hostibus.

Ibidem. Nullus enim dormiens alicuius est rei.

Dormiens etiam somniat.

Aristo. in Nub. Et dormiens equestre studium somniat.
Terentius. Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit?
Horatius. Vigilans'ne ploro
Turpe commissum, an vitijs carentem
Ludit imago
Vana?

Dormientis rete trahit.

Plutar. de Tim. Si huiusmodi vrbes capio dormiens, quid me facturum arbitramini si vigilanero?

Teren. in Adel. Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?

DE DOTE.

Dos puellarum bonum non est, sed pudicitia, pudor, cupiditatumq́ refrenatio.

Hor. Od. 24. li. 3 Dos est magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere castitas,
Et peccare nefas, aut pretium mori.

Plau. in Amph. Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur,
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem,
Deûm metum, parentum amorem, & cognatûm concordiam.
Tibi morigera, atq; vt munifica sim bonis, prosim probis.

Auson. in Sia sententijs. Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica.
Tace stulta, non tu nunc hominum mores vides.

Plaut. in Persa. Quoiusmodi? hic cum mala fama facilè nubitur.
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.

Dotem accipiens imperium vendit.

Argentum accepi dote, imperium vendidi. *Plaut. in Asin.*

Dos regnum.

M. Antonini vxor Faustina malè audiebat vulgo. Itaq; hortantibus amicis, vt eam repudiaret, si nollet occidere, respondit, Si vxorem, inquit, dimittimus, reddamus & dotem. Dotis nomine signans imperium, quod à socero adoptatus acceperat.

D ANTE V.

Dura primum ferenda.

Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur *Ouid. de Rem. amoris.*
Esse: sed vt valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos quamuis inuitus amaros
Aeger, & oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes:
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.

DVX BONVS.

Pausanias cuidam percontanti quo pacto possent debellari Thraces, Si inquit, qui vir optimus est, eum belli ducem delegerimus. Admonens plurimum ad victoriam momenti esse in imperatore: quemadmodum in omni negotio magni refert, quales sint quibus gerendæ rei creditur authoritas.

Antigonus interrogatus, quem è suæ ætatis ducibus præstantissimum iudicaret, respondit, Pyrrhum, si senesceret. Non pronuntiauit optimum, sed optimum fore, si rerum experientiam ætas adiungeret.

Dux & miles.

Romæ mos erat, vt equites qui legitimum tempus militassent, equum in forum deducerent, & commemoratis expeditionibus ac ducibus, sub quibus meruissent, pro meritis aut collaudarentur aut vituperarentur. Itaque Pompeius Consul equum ad censores deduxit. Quibus ex more percontantibus, an omnia militaria munia obisset, Omnia, inquit, sub meipso imperatore. Significans se & Imperatorem optimum, & strenuum militem gessisse.

Iphicrates oratori cuidam hunc in modum ipsum in concione interroganti, Quis es vt tam sublimes geras spiritus? Num eques aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? Nihil horum, inquit, sed qui his omnibus imperare didici. Sentiens pulchrius esse, bonum præstare ducem, quàm quemuis militem. *Dux egregius.*

Chabrias dux dicere solebat, eos optimè ducis munere fungi, qui res hostium quàm maximè cognitas haberent.

Quin & illud dicere solebat, formidabiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quàm leonum duce ceruo. Sentiens totam belli fortunam pendere à virtute prudentiaq; ducis.

Pelopidas vxori ipsum ad bellum proficiscentem roganti muliebriter vt seipsum seruaret, Alijs, inquit, *Dux aliorum seruator.*

quit, vt istud faciant monendi sunt. nam dux hortandus est potius vt seruet ciues.

C. Fabritius quum audisset Romanos à Pyrrho deuictos, Pyrrhus, inquit, non Epirotæ vicerunt Romanos. Sentiens vnius ducis ingenio victoriam accepiam ferri oportere, non virtuti militum. Virtute enim Epirotis superiores erant, duce verò inferiores.

Dux esse verè callidus. Quum per loca prærupta in Macedoniam irrupisset Paulus Aemilius, & instructam hostium aciem vidisset, hortante Nasica vt protinus inuaderet hostem, Facerem, inquit, si tuæ essem ætatis: sed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie congrediar.

Dux omnia facit.

Quum seniores Numantini victis suis ignauiam exprobrarent, qui nunc eos fugissent, quos toties in fugam verterant, Numantinus quidam respondisse fertur, Nunc quidem. oues eædem sunt, sed alius pastor. Significans Scipionem minorem causam esse bellicæ fortunæ mutatæ, licet ijdem essent milites.

Celebratur illud Euripidis dictum: Vnicum consilium rectum magnam militum manum vincere. Quo prudenter admonuit non perinde referre quàm numerosum educas exercitum, sed quàm cordati sint exercitus duces. In bello siquidem longè plus habet momenti prudentia, quàm vires consilij expertes.

Ducis silentiũ. Tribuno militum cuidam è iunioribus percontanti Cæcilium Metellum, quid esset facturus: Si eius rei, inquit, scirem mihi tunicam esse consciam, exutam in ignem conijcerem.

Dux integer pecunia non corrumpitur. Callicratidas clasis præfectus, à quibusdam sollicitatus, vt vnum ex inimicis permitteret interimere, propositis quinquaginta talentis, id contempsit. At cùm Cleander socius dixisset, Accepissem si fuissem Callicratidas: Et ego, inquit, si fuissem Cleander. Admonens ducem nulla pecunia corrumpi debere, & in omni actione spectandum esse decorum personæ.

Neq; cęcũ ducẽ, neq; amentẽ consultorẽ adhibeas.

Horatius. Cæcus vti si monstrat iter, tamen aspice.

Dux bonus, bonum reddit comitem.

Plut. in vitis Ly. Vt populus dicto sit audiens, hoc discit à principe.

Dux metuendus magis quàm hostis.

Thucydides. Et aiunt ipsum dicere solitum, quòd oporteat militem magis metuere ducem, quàm hostes, si talis sit futurus, vt custodias seruet, amicis abstineat, & hostes citra tergiuersationem aggrediatur.

Dux turpitudinis impudentia.

Xenophon l. in pæd. Cyri. Ingratitudini verò potissimùm impudentia videtur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem màxima dux est.

Dux alios virtute præcedere debet, Catonis exemplo.

Luc. lib. Phar. O quibus vna salus placuit mea signa sequutis
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, summosq; labores.
Primus arenas
Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam.
Me calor æthereus feriat, mihi plena veneno
Occurrat serpens, fatoq; pericula vestra
Prætentate meo: sitiat quicumque bibentem
Viderit, aut vmbras nemorum quicumq; petẽtem
Aestuet, aut equitem peditum præcedere turmas
Deficiat, si quo fuerit discrimine notum,
Dux an miles eam.
Ipse manu sua pila gerens, præcedit anheli *Infra ibidem.*
Militis ora pedes: monstrat tolerare labores:
Non iubet, & nulla vehitur ceruice supinus,
Carpentoq; sedens, somni parcissimus ipse est,
Vltimus haustor aquæ. cùm tandem fonte reperto
Indiga cogatur lances potare iuuentus,
Stat dum lixa bibat.
Cogit tantos tolerare labores *Ibid. de eod. Ca.*
Summa ducis virtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atq; omni fortunam prouocat hora.

Primus inire manum, postremus ponere martem. *Sil. Ital. lib. 1*

Nec desine tales *Claud. 4 Honory Consul.*
Nate sequi: si bella tonant, prius agmina duris
Exerce studiis, & sæuo præstrue marti.
Non brumæ requies, non hybernacula segnes
Eneruent corpore manus.
Si longa moretur *Idem.*
Obsidio, tum vota caue secura remittas,
Inclusumq; putes: multis damnosa fuere
Gaudia: dispersi pereunt, somnoq; soluti.
Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ.
Neu tibi regificis tentoria longa redundent
Delitijs, non imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trahat: neu flantibus austris,
Neu pluuijs cedas, neu defensura calorem
Aurea submoueant rapidos vmbracula soles.
Inuentis vtêre cibis, solabere partes
Aequali sudore tuas. Si collis iniquus,
Primus ini. Syluam si cædere prouocat vsus,
Ne pudeat sumpta quercum strauisse bipenni.
Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Prætentet sonipes: primus tu protere curru:
Hærentes glacie liquido tu scinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te cõfere turmas,
Nunc pedes assistas pediti: tum promptius ibunt
Te socio: tum conspicuus, gratusq; geretur
Sub te teste labor.

Dux subiectis parcat, superbos debellet.

Hæc tibi erunt artes, pacisq; imponere morem, *Virg. 6. Aenei.*
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Ducis præsentia multum prodest.

Tum verò incumbunt, vrgetq; præsentia Turni. *9 Aeneid.*

Vbi summus imperator non adest ad exercitum, Citius quod non facto est vsus, fit, quàm quod facto est opus. *Plau. in Amp.*

Extinguere hostem maxima est virtus ducis. *Senec. in Octa.*

Ducis virtus maxima est amor.

Quatenus hi non sunt, esto tu Cæsar amicus: *Mart. lib. Epig.*
Nulla ducis virtus dulcior esse potest.

Duci turpis est somnolentia.

Turpe duci totam somno consumere noctem, *Sil. Ital. lib. 3*
O rector Libyæ, vigili stant bella magistro.

Duce percusso milites diffugiunt.

Diffugiunt Tyrij, quò quemq; agit error, vt olim *Ouid. 2. Fast.*
Amisso dubiæ rege vagantur apes.

Bebricas extemplo spargit fuga, nullus adempti *Val. Flac. li. 4*
Regis amor, montem celeres syluamq; capessunt.

Seruare ciues, maior est virtus patriæ patri. *Senec. in Octau.*



E ANTE B.

DE EBRIETATE.

Ebrietas arcana celata detegit.

Virg. de Venere & vino. RCANVM demens detegit ebrietas.
Hora. li. 1. epist. Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Ouid. de Arte. Ebrietas vt vera nocet, sic ficta iuuabit.
Sili. li. 15. bel. Pu. Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.
Oui. 2. de Rem. amor. Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
Vina parant animos Veneri.
Idem libr. 1. de Arte. Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit, multo diluiturq; mero.
Hor. Od. 18. lib. 1 At ne quis modici transiliat munera liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata, monet Sithonijs non leuis Euhius,
Cùm fas atq; nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi.
Proper. lib. 2. ad Cinthiam. Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Legem tulerat Pittacus Mytilenæus, vt qui per temulentiam scelus commisissent, duplo plecterentur: solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimen extenuare. Ideò factum ferunt, quòd insula vino abundaret.

Ebriet. loquax. Claudius Cæsar aliquando temulentus dixit, sibi fatale esse vt coniugum flagitia ferret, deinde puniret. Ea vox terrorem non mediocrem iniecit Agrippinæ.

Ebrietas, cõdemnatur. Qnum ad Dionysium delatum esset, duos adolescentes inter pocula & in ipsum & in eius tyrannidem dixisse, ambos vocauit ad cœnam, & animaduertit alterum largius potum multa nugari, alterum raRò cauteq; bibere: potum dimisit, vt qui per temulentiam maledicus esset: alterum interfecit, vt qui studio maleuolus & hostis esset.

Ebrietas consilij inimica. Percontanti cuidam apud Leontichidam cur Spartani parcissimè biberent, Ne, inquit, pro nobis alij, sed nos pro alijs consultemus. Innuens vinosos ad consultandũ non esse idoneos: sobrietatem verò, consiliorum esse parentem.

Tibullus libr. 1 Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert,
Cura licet dura compede pulsa sonent.
Bacchus & agricolæ magno confecta labore
Pectora tristitiæ dissoluenda dedit.
Ouid. 1. de Art. Tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ, rugaq; frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente deo.
Plaut. in Aul. Nimis vinum vile, atq; amor,
Si ebrio atq; amanti impunè facere quod lubeat, licet.
Idem in Pseud. Magnum hoc vitiũ vino est, pedes captat primùm:
Luctator dolosus est.
Idem in Truc. Mihiq; ignoscas
Quòd animi impos, vini vitio fecerim: nam vinũ si
Fabulare posset, se defenderet: non vinum moderari,
Sed vino solent, qui quidem probi sunt.
Quid ista laudas? Omnis profectò ebrius *Sophocles.*
Ira facilè vincitur, & vacuus est mente.
Itaque solet ei vsu venire, vt postquam linguam temerè exonerauerit,
Vicissim illos etiam nolens audiat, quibus ipse volens maledixerat.
Quàm non ferendus est, qui vel ex temulentia, *Eclerius.*
Vel insania, sibi quidem innocuus
Semper, conuersantium autem damno mente laborat.
Vinum igni æqualem habet vim: vbi hominem *Eratosthenes.*
Subierit, quem conturbat, vt Libycum mare
Aquilo, vel Auster: itaq; prodit latentia
In mentis recessu, animumq; vniuersum concutit.
Merum copiosum parum cogit sapere. *Menander.*
Non ipsa potus copia, si quis consideret,
Debacchari cògit, sed potentis ingenium.
Quid illum viuere iuuat, qui vitam suam nescit? *Philemon.*
Vinum in causa est. nullum enim bene potum, si quæras,
Inueneris, qui non à potu tanquam seruus sit domitus.
Quicquid me vinum coëgit, id amisi.
Malum vinum est, ô Nicophon.
Nimium vinum omne semper est malum.
Ebrius eram. Scilicet prætextus hic ad peccandum satis est.
Turpe est ebriosum viris sobrijs conuersari, *Theognis.*
Viros, qui plus sua sorte habere volunt.
Turpe item si sobrius cum ebrijs fuerit.
Vinum si bibas multum, noxium est: at si quis ipsum
Bibat prudenter, iam non malum, sed bonum est.
Aes formæ speculum est, vinum mentis. *Aeschylus.*
Quisquis bibendo modum superauerit, is non amplius *Theognis.*
Suæ linguæ compos est, neque mentis:
Verba effatur balba, quæ sobrijs dedecus fiunt.
Nullo enim quolibet agendi pudore ducitur, quandiu fuerit ebrius.
Qui prius sapiebat, tum stultus efficitur.
Hæc tu animaduertens, vinum ne supra modum ingurgitaueris.
Sed prius surge quàm inebrieris, ne te sibi subijciat
Venter, tanquam mediastinum improbum quotidianis laboribus inseruientem.
Tam stolidi quàm sapientis, vinum
Immoderatè potum, leuissimum reddit animum.
Igne aurum argentumq; viri periti
Dignoscunt: at vino humanus animus arguitur,
Licet admodum sapiens: vinum omne detegitur,
Ita vt verecundia prudentes quoq; afficiantur.
Doleo caput Onomacrite, vim mihi facit
Vinum, animiq; non sum amplius compos
Mei: ædes rotantur. Quin age surgens
Experiar, an & pedes vinum inuaserit,
Et animum intra pectus. Sed metuo ne quid temerè
Committam inebriatus, vnde mihi magnum probrum pariam.
Vinum quamuis sapientissimum cantare, *Homer.*

Molliter

Mollitur ridere, & trepudiare impulit.
Hæc etiam protulit verba, quæ satius tacita fuissent.

Menander. Molestum est, si quis præ vino nimis loquatur,
Ea quæ nescit callere simulans.

Euripides. Nunc vinum me mente priuauit, & fateor tibi
Iniurium me fuisse, sed inscium & inuitum.

Non ita res est, vt tu nunc ais: ebrius sui pater, peccaui, proinde mihi veniam dare debes. Qui enim Pamphile quidpiam per vim aduersus imbecilliorem egerit, is non peccare simpliciter, sed iniuriari videtur.

Panyasides. Agedum hospes, quin bibis? hoc etiam virtutis est,
Si quis in virorum conuiuio plurimos calices exiccauerit
Rectè sciteq́;, aliumq́; simul prouocauerit.
Tam inter epulas fortis vir esse potest, quàm qui in bello
Pugnas sequitur luctuosas, in quibus pauci animosi sunt,
Ac martem impetuosum excipiunt.
Huic ego illum ęquali laude contulerim, qui epulis
Asidens gaudet, aliumq́; pariter cœtum incitat.
Non enim viuere illum mortalē iudico, neq; agere
Vitam hominum ærumnosorum, quicumq; à vino
Animum abstinens, potionē aliam stultus hauserit.
Etenim vini non minor quàm ignis est mortalibus vtilitas
Bona, malorum amuletum, omnis cātilenæ comes.
Inest vino sacra pars Thaliæ & Aglaiæ gratiarum,
Insunt saltatio & optatus amor.
Quapropter decet te inter pocula læto animo merum acceptantem
Potare, non cibo malè affectum instar vulturis
Sedere pleno ventre, oblitum gaudia.

Pythagoras ebrietatem, insanię meditationem vocitabat.

Anacharsis primum cōuiuij poculum sanitatis esse dixit, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, vltimum insaniæ.

Fruitiones & voluptates, quæ non per iannas ingrediuntur, ex Antisthenis sententia, opus habēt aut sectione, aut helleborismo, aut fame macerari: vt malas pœnas luat illa ingurgitatio, quam breuissimæ voluptatis gratia admisimus.

Plutar. in li. de amber. Sollic. Libero patri ferulam & obliuionem consecrant, significantes non reuocanda in memoriam esse, quæ inter pocula sint admissa, sed puerilem commonitionem eis sufficere.

Odi memorem compotorem. Vnde Euripides absurdarum rerum obliuionē sapientem esse dixit.

Plato. Gubernator ebriosus, & cuiuis quicumq; rei præfectus, omnia subuertit, siue nauigium, siue currum, siue exercitum, siue quamcumq; rem fidei suæ commissam.

Manifestum est, non modò senem bis puerum fieri, sed inebriatum quoque.

Democritus. Pro sanitate vota cœlitibus homines offerunt, inscij penes se ipsam esse: contraria autem ei per luxuriam facientes, suis libidinibus eam perditū eunt.

Ruditatem, vt ait Heraclitus, cùm aliàs celasse non est facile, tum in vino multo maximè. Testatur & Plato animi mores in vino apparere.

Sophocles vitio vertebat Aeschylo, quòd ebrius scriberet. Nam & si bene scribit, inquiebat, nesciens tamen id facit.

Pythagoras consultus, quinam vinosus ebrietatem desereret, respondit: Si quæ per temulentiam facit, frequens animo voluat.

Anacharsis, quo quis modo ebrietatem fugeret, interrogatus: Si qualia ebrij faciunt, inspiciat, dixit.

Democritus. Qui ventris voluptates sequuntur, edendo, potando, Veneris illecebris tempus fallentes, breue omninò delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt ac bibūt. Curæ verò & tristitiæ multæ sequuntur. Semper enim earum rerum torquentur desiderio: & cùm quę appetunt, nacti fuerint, voluptas confestim transit, cùm nihil in se boni, quàm momētaneam titillationem habeat: itaque mox rursus ijsdem indigent.

Quisquis corpus suum curat, non seipsum colit. Qui verò pecunias, neq; seipsum, neq; sua, sed remotiora suis curat.

Turpissima res est proculdubio voracitas, & liguritio.

Plato 2. de Leg. Principio lege sanciemus, vt pueri vsq; ad duodeuigesimum annum vini vsum prorsus ignorent. Nempe eos monebimus, non oportere ignem igni in corpus atq; animam suggerere, antequam viri effecti subire labores incipiant. Furiosum namq; habitū iuuentutis cauere oportet. Deinde vino moderatè vtantur vsque ad ætatis annum trigesimum. Ab ebrietate verò & vini repletione iuuenes omninò abstineant.

E ANTE D.

DE EDVCATIONE.

Euripides. IPsa educatio inter homines frequenter
Maiorem vim excitat amoris, quàm ipsa generatio prolis.

Lycurgus, suos à moribus præsentibus ad temperantiorem viuendi rationem traducere cupiens, eosq́; delicijs corruptos, honesti studiosos reddere, duos produxit in forū catulos, eodē partu progenitos, quorū alter domi lautioribus vescebatur cibis, alter venationi exercebatur. Producto itaq; lepore, & escis, alter ad escas, alter verò ad leporē visus est ferri. Tum Lycurgus ciuibus, An nō videtis, inquit, quantum valeat institutio, tum ad meliora, tū ad deteriora? plus enim habet ad honestatē momenti exercitatio quàm natura.

Quum captus venderetur in Creta, præconi rogāti quid sciret, & quo titulo eū cōmendaret emptori, Dic, inquit, te vēdere hominē qui sciat imperare liberis. Quidam Xeniades Corinth. mercatus eū domum duxit, eiq́; suos liberos erudiendos tradidit: quos ille primū artes liberales docuit, mox equitandi, arcū tendendi, fundam rotandi, & tela iaculandi doctrinam. Curauit vt ex poëtis alijsq́; scriptoribus optima quæq; ediscerent, vt domi parentibus ministrarent cibo vili, & aquæ potu vterentur. His rebus factum est, vt à pueris obseruaretur, & paterno amore coleretur.

Diogenes, quum apud Megarenses arietes pellibus tectos videret aduersus frigoris iniuriam, ipsorum autem filios nudos, Satius est, inquit, Megarensis esse arietem quàm filium.

Educatio recta. Arist. li. 2. ca. 3. Ethicorum. Itaq; Platonis sentētia, institutos esse omnes oportet iam inde à puero, vt lætemur bonis rebus, doleamusq́; cōtrarijs. Recta enim hæc est educatio

Educandi quomodo pueri sint.

Iuuen. Sat. 14 Nil dictu fœdum, visuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est: procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia. si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Idem. Ergo miser trepidat, oe stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Nec perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc mundat seruulus vnus.
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem?
Gratum est quòd patriæ ciuem, populoq; dedisti,
Si facis vt patriæ sit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus instituas: serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.
Eadem Sat. Parcendū est teneris: nondū impleuere medullas
Natuæ mala nequitiæ: cùm pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramq́; , pedemq́; .
Elatam iam crede nurum: si limina vestra
Mortifera cum dote subit, quibus illa premetur
Per somnum digitis? nam quæ terraq; mariq;
Acquirenda putes, breuior via conferet illi.
Nullus enim magni sceleris labor. hęc ego nunquā
Mandaui dices olim, nec talia suasi:
Mentis causa malæ tamen est, & origo penes te.
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effudit habenas
Curriculo, quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, adeò indulgent sibi latius ipsi.

PHILTO *Senex.* LYSITELES *Adolescens.*

Plaut. in Trin. Quò illic homo se penetrauit ex ædibus? LYS. Pater adsum,
Impera quid vis, neq; tibi ero in mora, neque latebrosè me abs tuo
Conspectu occultabo. PH. Feceris par tuis cæteris factis, patrem
Tuum si percoles: per pietatem nolo ego cum improbis te viris
Gnate mi, neq; in via, neq; in foro vllum sermonem exequi.
Noui ego hoc seculum moribus quibus sit: malus bonum malum
Esse vult, vt sit sui similis: turbant, miscent mores mali, rapax,
Auarus, inuidus, sacrum, prophanum, publicum, priuatum habent.
Hiulca gens, hæc ego doleo, hæc sunt, quæ excruciant.
Is probus est, quem non pœnitet, quàm probus sit, & frugis bonæ.
Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriç.
Semper tu hoc facito cogites,
Id optimum esse, tute vt sis optimus: si id nequiueris, saltem, vt
Optimis sis proximus.
Hoc patrium est potius, consuefacere filium *Teren. in Adel.*
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis.
Vt quisque filium suum vult esse, ita est. *Ibidem.*
Insueuit pater optimus hoc me *Hora. 1. Serm.*
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notando,
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipse parasset.
Non'ne vides Albi vt malè viuat filius? vtq;
Barus inops? magnum documētum, ne patriā rem
Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
Cùm deterreret, Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer mœchas, concessa cùm Venere vti
Possem, deprensi non bella est fama Treboni,
Aiebat. sapiens vitatu, quidq; petitu
Sit melius, causas reddet tibi: mi satis est, si
Traditum ab antiquis morem seruare: tuamq;
Dum custodis eges, vitam famamq; tueri
Incolumem possim, simulac durauerit ætas:
Membra, animumq; tuū, nabis sine cortice. sic me
Formabat puerum dictis, & siue iubebat
Vt facerem quid, habes autorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus selectis obijciebat.
Siue vetabat, an hoc inhonestum, & inutile factu
Nec'ne sit, addubites, flagret rumore malo cùm
Hic, atq; ille? auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortisq; metu sibi parcere cogit,
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitijs.
Sic natura iubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cùm subeant animos autoribus: vnus & alter
Forsitan hæc spernāt iuuenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce, etenim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus.

PHILOLACHES *Adolescens.*

Recordatus multum, & diu cogitaui, *Plautus Act. 1. Scena 2*
Argumentaq; in pectus multa institui
Ego, atq; ita meo corde, si est quod mihi cor,
Eam rem volutaui, & diu disputaui
Hominem quoius rei, quando natus est,
Similem esse arbitrarer, simulacrumq; habere.
Id repperi iam exemplum.
Aedes cùm extemplò sunt paratæ, expolitæ, factæ probè, examussim
Laudant fabrum, atq, ædes probant, sibi quisque
Inde exemplum expetunt sibi quisque simile,
Suo vsq; sumptu operæ ne parcunt suæ.
Atq; vbi illò immigrat nequam homo indiligésq; ,
Cum pigra familia immundus, instrenuus,
Hic iam ædibus vitium additur,
Bonæ cùm curantur malè.
Atq; illud sæpe fit, tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricesq; , ibi

Dominus

Dominus indigens reddere alias'ne volt:
Venit imber,lauit parietes,perpluunt
Tigna, putrefacit aër operam fabri.
Nunc etiam volo
Dicere,vt homines ędium esse similes arbitremini.
Primùm dum parentes fabri liberûm sunt,
Et fundamentum substruunt liberorum,
Extollunt,parant sedulò infirmitatem.
Et vt in vsum boni & in speciem populo
Sint,sibiq; aut materiæ ne parcunt,
Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt,
Expoliunt,docent literas, iura & leges
Sumptu suo,& labore nituntur, vt
Alij sibi esse illorum similes expetant.
Cor dolet,cùm scio nunc vt sum,atq; vt ful,
Quo neq; industrior de iuuentute erat
Arte gymnastica,disco,hastis,pila,
Cursu,armis,equo:victitabam volupe
Parsimonia & duritia,disciplinæ alijs eram:
Optumi quiq; expetebant eam doctrinam sibi.
Nunc postquam nihili sum, id verò meopte ingenio repperi.

E ANTE L.

ELIGENDVM E' MVLTIS OPTIMVM.

1. de Legibus. E Varijs sumendum optimum est.

3. Officiorum. Non solùm ex malis minima oportet eligere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid insit boni.

Ad Q. fratrem. E duobus malis fugiendum maius, leuius est eligendum.

2. de Inuent. In cæteris studijs à multis eligere homines commodissimum quodq; solent.

Arist. lib. 3. cap. 2. Ethic. Nec mihi quidem rectè videntur dicere ij, qui consilium siue electionem vel cupiditatē aiunt esse, vel iram, vel voluntatem, vel quandam opinionem. Non enim cōmunis eorum etiam electio est, quæ sunt experria rationis: cupiditas & ira sunt. Et impotentes cupiditate, noo ratione aut consilio ducuntur ad agendum: contrà, continētes iudicio & ratione, nō cupiditate ac libidine.

Electioni contraria est cupiditas, cupiditati cupiditas non est. Cupiditas etiā voluptatis est & ægritudinis: consiliū nec voluptatis, nec ægritudinis.

Deliberatio ac consilium non est eorum quæ fieri nequeunt: quòd si quis hæc sibi proposita esse dicat, insanus esse videatur.

I m verò finem potius spectat voluntas: electio verò & susceptio ea quæ ad finem pertinent.

Omninò in rebus ijs versatur consilium, quæ sunt in nostra potestate.

Non idē opinio quod electio, quoniam opinio in rebus humanis cernitur omnibus & æternis. Præterea in veram ac falsam, non in malam & booam diuiditur opinio: in quibus institutum & electio potius cernitur.

Præterea institutio laudatur, quòd sit eius rei quæ honesta est, vel quòd recta sit: at opinio, quòd sit vera. Atq; ea eligimus, quæ scimus optima: ea opinamur, quæ non certo scimus.

Voluntate ac iudicio suscipitur electio: nec tamen quicquid est voluntarium, id omne deligendum est, nisi cùm antegressa est deliberatio. Nam cum ratione & mente coniunctum omne consilium est & electio.

DE ELECTIS.

Virgil. 6. Aen. Pauci quos æquus amauit
Iuppiter aut ardens euexit ad æthera virtus.
Ibidem. Pauci læta arua tenemus.
Idem in viro bono. Vir bonus & sapiens (qualem vix repperit vnum
Millibus è multis hominum consultus Apollo.)
Plures esse Bias prauos, quàm clara Pyrene.

DE ELOQVENTIA.

Cic. de cla. Orat. Pacis est comes, otijq; socia, & iam bene constitutę ciuitatis quasi alumna quædam, eloquentia.

1. de Orat. Nemo est qui nesciat initio genus humanum in montibus ac sylnis dissipatum prudentum consilijs impulsum, & disertorum oratione delinitum, se oppidis mœnibusq; sepsisse.

1. de Inuent. Fuit quuddam tempus, cùm in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & victu ferino sibi vitam propagabant: nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabatt. Nemo legitimas viderat nuptias, nemo certos inspexerat liberos. Quo tēpore quidam magnus videlicet vir, dispersos homines in agris, & in locis sylu estribus abditos, ratione quadā compulit in vnū locum, & congregauit, & eos ex feris & immanibus, mites reddidit & mansuetos.

Pro Sestio. Hoc tempore cùm homines nondum neq; naturali neq; ciuili iure descripto fusi per agros, atq; dispersi vagarētur, tantumq; haberent quantum manu ac viribus, per cædē ac vulnera aut eripere, aut retinere potuissent: extiterunt viri virtute & consilio præstanti, qui dissipatos vnum in locum congregarunt, eosq; ex ferocitate illa ad iustitiam atq; mansuetudinem transtulerunt, & iuuento diuino & humano iure eos mœnibus sepserunt.

Pro Muraena. Duæ sunt artes quę possunt locare homines in amplissimo dignitatis gradu: vna imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo, belli pericula repelluntur.

Pro Muraena. Grauis est & plena dignitatis dicendi facultas, quæ plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima spe studia peperit.

4. de Finib. Eloquentia principibus maximè ornamento est.

De clar. Orat. Eloquentia grandis est verbis, sapiens sententijs, genere toto grauis: manus extrema non accessit operibus eius: præclarè inchoata multa, perfecta non planè.

2. Offic. Nihil est eloquentia laudabilius vel præstantius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia.

2. Offic. Nihil est tam inhumanum, quàm eloquentiam à natura ad salutem & conseruationem datam, ad bonorum pestem, perniciemq; conuertere.

In Paradox. Nihil est tam incredibile, quod dicendo non fiat probabile. Nihil tā horridum tam incultū, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur.

De clar. Orat. Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia.

1. de Oratore. Eloquens hoc vel maximè differt à diserto. Disertus est enim, qui potest satis acutè atq; dilucidè, apud mediocres homines, ex communi quadam hominum

hominum opinione dicere. Eloquens verò, qui mirabilius & magnificentius augere poteſt atq; ornare quæ vult, omnesq; omnium rerum, quæ ad diſcendum pertinent, fontes animo ac memoria continet.

Ex Apoph. Eraſ.

Vt fabula nonnũquam exploditur vitio hiſtrionis, ita ſæpe melior cauſa vincitur à peiore, patroni infantia, ſtultitia've.

In teſte ſpectatur fides, in patrono eloquentia.

Actori voce opus eſt quæ vincat multitudinis fragorem: orator talis eſſe debet, vt populus ipſum vltrò tacitus & attentus auſcultet.

Eloquẽtia vincit non cauſa. Cicero Munatio reo patrocinatus fuerat, atque ille abſolutus. Pòſt quum Munatius Sabinum Ciceronis amicum reum perageret, iratus Cicero illi beneficium exprobrauit: An tu, inquit, Munati iudicium illud tua opera effugiſti, an potius mea, qui multum caliginis tribunalibus offudi?

Eloquentia popularis. Demoſthenes quibuſdam immodicum eloquentię ſtudium obijcientibus, reſpondit, Eloquentię ſtudium declarare hominem popularem: contrà negligere ſtudium eloquentiæ, eſſe eorum, qui dominari populo quærunt, vt qui hoc agunt, non vt dicendo perſuadeant, ſed vt vi cogant.

Eloquentia vis Pyrrhus dicere ſolebat, plures vrbes Cineam oratione ſubegiſſe, quàm ipſe cepiſſet armis. Erat autem Cineas Theſſalus vir magni ingenij, qui audito Demoſthene ad illius æmulationem ſe contulit, ſed vim præcipuè exprimens. vnde Euripides: Cuncta ſermo conficit, quæcumq; ferrum efficere poſsit hoſtium.

Iphicrates in cauſa obrutus eloquentia patroni, qui Ariſtophontem defendebat, Aduerſariorum, inquit, melior eſt hiſtrio, ſed mea fabula melior.

Thucydides ab Archidamo Lacedęmoniorum rege interrogatus, vter eſſet in palæſtra ſuperior, ipſe an Pericles: Poſteaquam, inquit, ego hominem pugnando deieci, ille ſe negat cecidiſſe: itaque vincit, & ſpectatores à ſua ſententia deijcit: ſentientes ſe bonis rationibus eſſe ſuperiorem, ſed Periclem eloquẽtia vincere, & quocumq; vellet, agere multitudinem. Nam Thucydides vir præpotens diu in adminiſtranda Republ. aduerſatus eſt Pericli.

Cic. pro M. Cæl. Omittendæ ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis: ludus, iocus conuiuium, ſermo etiam penè omnium familiarium deſerendus: quæ res in hoc genere homines à labore ſtudioq; dicendi deterret.

Oui. 2. de Triſt. Diſcitur, innocuas vt agat facundia cauſas.
Protegit hæc ſontes, immeritosq; premit.

Pub. Mimus. Comes facundus, in via pro vehiculo eſt.

Virg. 1. Aeneid. Ac velut in magno populo cùm ſępe coorta eſt
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauẽ, ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectisq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Tibullus lib. 4 Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia vulgi,
Non alius ſedare queat, ſeu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit miteſcere verbis.

Attica eloquentia.

Teren. in Eun. Dixin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam?

Hæc Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & Muſarum, vt dicitur, eloquio comparandus. *D. Hieronymus.*

Quòd ſi quando quid etiam ruſticè dixerint, hoc ipſum merè Atticum, atque ab Hymetto profectum videri volunt. *Lucianus.*

Regibus exactis plebs diſcedens à patribus iuxta Anienem in ſacro colle, armata conſedit, ac ni Valerij ſubueniſſet eloquẽtia, tanti ſpes imperij in ortu ipſo penè corruiſſet. Is namque populum, noua & inſolita libertate temerè gaudentem, oratione ad meliora reuocatum ſenatui ſubiecit. *Ex Valer. Max.*

Miſsi à Mario & Cinna ſatellites, ad M. Antonium obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti diſtrictos gladios, cruore vacuos vaginis reddiderunt, nec eũ quiſquam hoſtiũ occidere ſuſtinuit. *De M. Anton.*

Piſiſtratus dicendo tantum valuiſſe dictus eſt, vt ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterent: cùm præſertim ex contraria parte amantiſsimus patriæ Solon niteretur, ſed alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores. *De Piſiſtrato.*

Pericles fœliciſsimis naturæ incrementis, ſub Anaxagora accuratè inſtructus, liberis Athenarum ceruicibus, ſeruitutis iugum impoſuit, & ciuitatẽ illam arbitrio ſuo rexit. Cumq; aduerſus populum loqueretur, popularis tamẽ eius erat vox, & in hominis labris melle dulcior apparebat lepos. *De Pericle.*

Cùm quidam ſenex orationi Periclis iuuenis intereſſet, quo minus exclamaret non potuit temperare ſibi, caueri illum ciuem oportere, quòd Piſiſtrati orationi ſimillima eius foret oratio. Nec inter Piſiſtratum & Periclem quicquã interfuit, niſi quòd ille armatus, ille inermis tyrãnidem geſsit. *De quodã ſene.*

Hegeſias Cyrenaicus philoſophus, tanta facundia vitæ mala repræſentabat, vt multis voluntariæ mortis appetendæ cupiditatem ingeneraret.

C. Gracchus eloquentiæ fœliciſsimæ, quoties apud populum concionatus eſt, ſeruũ poſt ſe muſices peritum habuit, qui occultè eburnea fiſtula pronunciationis eius modos formabat, aut nimis remiſſos excitando, aut plus iuſto concitatos reuocando, quia ipſum calor atq; impetus actionis attentũ huiuſce temperamenti æſtimatorem eſſe non patiebatur.

Q. Hortenſius penè plus ſtudij in decoro corporis motu, quàm in ipſa eloquentia affectanda impendit. Itaq; neſcires an cupidius ad audiendum eum, an ad ſpectandum concurreretur, ſic verbis aſpectus, & aſpectui verba ſeruiebant. Conſtatq; Aeſopum & Roſcium, illo cauſas agente, in corona populi frequenter aſtitiſſe, vt foro petitos geſtus, in ſcenam referrent.

Demoſthenes interrogatus quid eſſet in dicendo efficaciſsimũ, reſpondit, ὑπόκρισις. Iterũ deinde & tertiò interpellatus dixit, penè totũ ſe illi debere.

Aeſchines cùm apud Rhodios rogatu ciuitatis ſuam prius in Cteſiphontem, deinde Demoſthenis orationem recitaſſet, cunctis vtriuſq; eloquentiam admirantibus, ſed magis Demoſthenis, Quid, inquit, ſi ipſum audiſſetis?

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat, *Virg. 1. Aen.*
Collectasq; fugat nubes, ſolemq; reducit.

Eloquens forti viro dignior.

Quippe manu fortes, non ſunt tibi marte ſecundi: *Oui. 13. Meta.*
Conſil

Consilijs cessere meis, tibi dextera bello
Vtilis, ingeniū est quod eget moderamine nostro.
Tu vires sine mente geris, mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Tu tantùm corpore ptodes,
Nos animo. Quantoq; ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior:
Tanto ego te supero: necnon in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
Ibidem. Mota manus procerûm est, & quid facūdia posset,
Tunc patuit: fortisq; viri tulit arma disertus.
Val. Flac. lib. 4. Argonaut. Sed te noo animus, nec solis viribus æquum
Credere: sæpe acri potior prudentia dextra.
Luca. li. 7 de Cæ. Romani maximus autor
Tullius eloquij, cuius sub iure, togaq;
Pacificas sæuus tremuit Catilina secures.
Addidit inualidæ robur facundia causæ.

Eloquentia affectibus nimium æstuans nocet.

Iuuen. Saty. 10 Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare.
Eloquio sed vterq; perit orator, vtrumq;
Largus & exundans letho dedit iogenij fons.
Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec vnquam
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

DE ELEMENTIS.

Oui. li. 15 Meta. Quattuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt ooerosa, suoq;
Pondere in inferius, tellus atq; vnda feruntur.
Et totidem grauitate carent, nulloq; premente
Alta petunt, aër atq; aëre purior ignis.
Idem 1. Fastorū. Altum flamma petit, propior locus aëra cepit,
Sederunt medio terra fretumq; loco.
Manil. 1. Astro. Ignis in æthereas volucer se transtulit auras,
Summaq; complexus stellantis culmina cæli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.
Proximus in tenues descendit spiritus auras,
Aëraq; extendit medium per inania mundi.
Ignem flatus alit vicinus subditus astris.
Tertia sors vndas strauit, flatusq; natanteis
Aequore perfudit toto nascentia ponto,
Vt liquor exhalet tenues, vtq; euomet auras,
Aëraq; ex ipso ducentem semina pascat.
Vltima subsedit glomerato pondere tellus.
Ouid. 1. Metam. Ignea conuexi vis, & sine pondere cæli
Emicuit, summaq; locum sibi legit in arce.
Proximus est aer illi leuitate, locoq;.
Densior his tellus, elementaq; grandia traxit,
Et pressa est grauitate sui: circumfluus humor
Vltima possedit, solidumq; coercuit orbem.
Ibidem. Neu regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent cæleste solum, formæq; deorum.
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Elementa generabilia, corruptibiliáve sunt.

15. Metamor. Quæ quanquam spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas, tenuatur in auras
Aëraq; humor abit, dempto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit,
Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda.

Elementa & cælestia quæq; communia sunt.

Accessit, positoq; genu Titania terram *6. Metamorph.*
Pressit, vt hauriret gelidos potura liquores.
Rustica turba vetat. dea sic affata vetantes:
Quid prohibetis aquas? Vsus cōmunis aquarū est.
Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues vndas: ad publica munera veni.
Quæ tamen vt detis, supplex oro.

ELYSII CAMPI DESCRIPTIO.

His demum exactis, perfecto munere diuæ *Virgilius.*
Deuenere locos lætos & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Largior hic campos æther & lumine vestit
Purpureo, solemq; suum sua sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt.
Nec non Threïcius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris, septem discrimina vocum,
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles
Magnanimi heroës, nati melioribus annis,
Ilusq;, Assaracusq;, & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul, currusq; virûm miratur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ, passimq; soluti
Per campos pascuntur equi, quæ gratia currûm
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra, læuaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro Pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, vnde supernè
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi, *Elysiorum incolæ qui.*
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat,
Quiq; pij vates, & Phœbo digna loquuti,
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes,
Quiq; sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.

E ANTE R.

ERROR.

Ex Apophth. Eras.

HOminis est peccare: at dei aut hominis deo proximi, emendare peccata.

Par est vt nos nostra ipsorum feramus errata.

In alienis erratis perspicaces sumus, ad sua quisque lusciosus est.

Ex leuissimis offensis, si negligantur, nascuntur atroces tragœdiæ.

Error est immedicabilis, cùm transit in habitum & consuetudinem.

Raris lapsibus danda est venia.

Iuuentus facilius in errorem impellitur, quàm senectus.

Cùm ad Fab. Maximum delatus fuisset miles, qui noctu frequenter è castris excedebat, amore cuiusdam fœminæ, Fabiusq; illum audisset, alioqui in bel *Error meritò condonandus.*

in belli rebus præclarum, clam mulierem appre-hensam ad se deduci iussit, & simul virum accersi, quem sic est alloquutus, Haud clam nobis fuit te præter leges à castris abnoctare: proinde errata bene gestis condonamus: cæterùm posthac eris nobiscum.

Diogenes cuidam obijcienti quòd aliquando falsò signasset monetam, & ob id iussus est exulare, Fateor, inquit, fuisse tempus quo talis eram, qualis tu nunc es: qualis autem ego nunc sum, tu nunquam futurus es. Notans eos qui iuuentutis errores in alijs reprehendunt, quum ipsi ne in senectute quidem corrigant suos.

Alteri cuidam hoc ipsum obijcienti, crimen iuuentutis obtectu defendit, dicens: Tum celerius reddebam lotium, nunc non item.

Errantes non laudandi. Qui eos fœlices ducunt, qui per omnia vagantur maria terrasq́; , perinde faciunt, ac si quis stellas errones iudicet fortunatiores fixis, quanquam illis quoque suus orbis est, in quo voluantur, nec soli licet suos egredi fines.

Tota errare via.

Teren. in Eun. Tota erras via.

Arist in Pluto. Via'ne tota prorsus exerrauimus?

Cic. 2. Philipp. Quod si putas, totam ignoras viam gloriæ.

Toto calo errare.

Macr. Satur. 3 Nunquam'ne Prætextate, tibi venit in mentem, toto, vt aiunt, cælo errasse Virgilium?

ERROR IN INITIO.

In portu impingere.

D. Hier. in Ruf. Statim de portu egrediens, nauim impegi.

Seneca. Nauim in portu mergis.

Nilus quidam Græcus. Ne efferaris animo, ne fortè naufragium tibi fiat in portu.

In limine deficere.

Virgilius. Cur indecores in limine primo Deficimus?

Seneca. In summo deficit cliuo.

ERVDITIO.

Eruditio præstat diuitijs.

Socrates. In bello quidem ferrum auro præstat ad defendendum se: in vita autem eruditio diuitijs.

Eruditio vtilis Dicere solebat Aristippus satius esse fieri mendicum quàm indoctum, quòd ille tantùm pecunijs egeat, hic humanitate. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui deest eruditio. Et tamen cui deest pecunia, petit ab obuijs: cui deest sapientia, nullum sollicitat vt accipiat.

Idem cuidam percontanti, qua re melior esset euasurus filius, si eum curaret literis erudiendum: Vt nihil aliud, inquit, certè in theatro non sedebit lapis super lapidē. Amphitheatra etiam habebant lapides marmoreos, in quibus sedens populus spectabat. Lapidem autem vulgò dicebant hominem indoctum.

Alteri quærenti qua re differret sapiens ab indocto: Mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos, & videbis. Significans sapientem secum in pectore circunferre, quo se commendet quibuslibet.

Diogenes eruditionem hoc sermone commendabat, quòd diceret eam iuuenibus adferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornamentum. Aetatē enim suapte sponte lubricam coërcet ab intemperantia, senectutis incommoda honesto solatio mitigat, pauperibus est pro viatico, diuitumq́; fortunas ornat.

Interrogatus Aristoteles qua re differrent docti ab indoctis, Qua viui, inquit, à mortuis. Sentiens hominem absq; literis statuam esse verius, quàm hominem.

Dicebat idem eruditionem in prosperis esse ornamentū, in aduersis refugium. Parentes qui rectè liberos suos instituissent, aiebat multo honorabiliores esse ijs qui tantùm genuissent: quòd ab ijs contigisset viuere, ab illis bene viuere.

Metrocles dicebat res alienas emi pecunia, vt domū vestemq́; , sed disciplinas liberales emi tempore. Requirūt enim diuturnum studium, quum pecunia data statim fias possessor fundi. *Eruditio studio venalis.*

Alphonsus Aragonum rex, quum ex quodam audisset, quendam ex regibus Hispaniæ dixisse, non decere principes literas scire, exclamauit, eā vocem bouis esse, non hominis. Etsi enim non omnes literæ principi conueniant, eæ tamen quæ Politicem tradunt, aut Ethicem.

Idem percontantibus vtri rei plus se debere fateretur, libris an armis? Ex libris, inquit, & arma & armorum iura didici: hac voce significans se libris omnia debere.

E ANTE X.

DE EXEMPLO.

DVo illa nos maximè mouent, similitudo & exemplum. *3. de Oratore.*

Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant homines. *Cic. Serv. Sulp. famil. 4*

Agesilaus, si quid esset quod per milites celeriter confici vellet, primus ipse sub oculis omnium operas aggrediebatur, quò vel pudore ad industriam exæmularentur. *Principis exemplum.*

Diogenes cùm multis videretur immodicè philosophus, respondit se imitari chori magistros, qui tonum legitimum excedere solent, vt alij congruum arripiant. Quod enim modum excedit, tametsi vitiosum est, ad excitandam tamen aliorum socordiam conducibile est.

Alexander Nisam expugnaturus, quum milites fluminis profunditate deterreri videret, exilijt, O me omnium deterrimum, exclamans, qui natare non didicerim: moxq́; clypeo pro subere innixus primus tranauit.

Menedemus cuidam sciscitanti num sapienti ducenda esset vxor? Num ego, inquit, videor tibi sapiens? Quum annuisset. Ego, inquit, vxorem duxi. Superuacuum erat de eo dubitare, quod videret factum ab eo quem iudicabat sapientem. *Mened. Eretr.*

Pater quidam Græcus cùm à filio pertraheretur, ventumq́; esset ad domus limen, Desine, inquit, fili: nam & ego patrem huc vsque. Agnouit se commeruisse qui sic à filio tractaretur, tantùm postulauit vt esset æqua tetaliatio. *Exemplum reciprocum.*

DE

DE EXERCITATIONE.

Ex Apophthe. Erasm. Moderati labores corpora reddunt firmiora.

Exercitatio plus babet momenti ad honestatem quàm natura.

Exercitia ad confirmandum corporis robur adhibentur, non ad exhauriendas vires.

Hominis ingeniū si exerceatur, ad res optimas est accommodum: sin ad vitia degeneret, longè est infra mutas pecudes.

Inuita Minerua frustra laboratur: rectè dicitur à doctis, exercitatio consumat eruditionem.

Aristo. lib. 10. cap. 9 Neque enim ciuilis scientiæ consuetudo quemuis ad Rempub. gubernandam paratiorem instructioremq; reddit: nam multum adiuuat exercitatio. Quocirca qui ciuilis scientiæ studio trabūtur, ijs necessaria est experientia.

Ibidem. Qui in rebus singulis exercitati sunt, ij verè de officijs factisq; iudicant: quibusq; rebus & quemadmodum perficiatur decorum, intelligunt, & quæ quibus congruant.

Ex Platone.

Plato in Amator. SOCRATES. Confiteor non multas, sed temperatas exercitationes bonum corporis habitum præstare.

In Tim. TIM. Quicumq; mathematicis doctrinis operam dat, aut cuiuis mentis indagationi vebementius studet, debet etiam corporis motum adhibere, & in gymnastica exercitatione versari. Ac rursus qui summa corpus diligentia firmat & roborat, animæ quoq; vicissim motus debet adiungere, musica & omnibus philosophiæ studijs vsus, si modò quis iure bonus simul & pulcher sit appellandus.

7. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Vnū hoc ad virtutis animi partem summoperè conferre dicamus, exercitationem videlicet infantium quæ in motibus fit.

8. Dial. de Leg. ATH. HOSP. Num de Tarentino Icco non audiuimus: qui propter Olympica aliaq; certamina, artificioso circa hoc studio temperantiam simul & fortitudinem animi consecutus, nullam vnquam in toto exercitationis suæ tempore Venerem cognouit?

Exercitatio sine virtute mala. Plato in Menexeni lib. 3. Oportet vos verborum nostrorum memores, si quid aliud exercetis, cum virtute exercere: scientes absq; virtute exercitationes & possessiones omnes malas ac turpes esse.

Virtus est exercenda.

Musonius semper enixè cōuersantes sibi ad actionem his verbis incitabat: Virtus est scientia non contemplatiua solùm, sed etiam actiua, sicut & musica & medicina. Quemadmodū enim oportet medicum & musicum non solùm artis suæ contemplationes percepisse, sed in ipsis etiam actionibus iuxta contemplationem exercitatum esse: sic vir bonus futurus, non præcepta tantùm ad virtutem pertingentia edidisse debet, verùm exercitari quoque secundum ipsa diligenter ac enixè.

Musonius. Exercitiorum aliud rectè per solam animam efficitur, aliud animæ simul & corporis commune censendum. Communis enim vtrisq; fit exercitatio, si nos assuefaciamus ad rigorem, calorem & alia: quoniam per hæc corpus robnratur ita vt non facilè forinsecus afficiatur, sed firmum & ad quoduis opus vtile sit: tum anima sic exercitata confirmatur, difficilia scilicet sustinens ad fortitudinem, abstinens verò suauibus ad temperantiam.

Exercitationem ad sanitatem satis esse aiebat Xenophon, animiq; diligentiæ non esse impedimento.

Lycurgus in certaminibus ea sola cōcesserat exercere, in quibus manus non extenderetur in altum. Eius constitutionis causam percontanti, Ne quis, inquit, illorum laborando consuescat defatigari. Si quidem exercitia ad confirmandū corporis robur adhibentur, non ad vires exhauriendas. Qui verò subinde delassantur in exercitamentis, quoniam imbecilliores veniunt ad labores necessarios, facilius deficiunt.

Dionysius Siciliæ tyrannus cùm coquum emisset Laconicum ad ius nigrum conficiendum, quod apud Lacedæmonios maximo erat in pretio, & in cœna ius illud sibi displicuisse dixisset, respondit coquus: Minimè mirum, ô rex, si displiceat: condimenta enim desunt. Dionysioq; rogante, Quæ tandem illa? Labor, inquit, sudor, cursus, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiebantur. *Exercitatio pro condimento.*

Dicere solitus est Socrates, saltatione mouēti corpus, spatiosa domo opus esse, ad exercendū sese: at qui cantu, aut oratione sese exerceat, huic vel stanti vel accumbenti quemuis locum sufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præsertim à cibo sumpto, sed verò turbulentiores improbabat. *Exercitatio moderata.*

Xenocrates solebat admonere, vt neq; corpus sine animo exerceamus, neq; animum sine corpore, vt pariter vtriusque curam habeamus. Nam alterum athletarum est, alterum inertium.

Labor omnia vincit *Exercitatio potest omnia. Virg. in Georg.*
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
Dij bona laboribus vendunt. *Hesiodus.*
Perrupit Acheronta Herculeus labor. *Horatius.*
Citra laborem nil bene est. *Sopho. in Elect.*
Quæcumq; votis expetuntur, prædicant *Menander.*
Egere curis, qui valent prudentia.
Domat atq; subigit cuncta diligentia. *Antiphanes.*
Nihil est tam arduum & difficile, quod nō humana mens vincat, & in familiaritatē perducat assidua meditatio. Nulliq; sunt tam feri, suiq; iuris affectus, vt non disciplina perdomentur. *Seneca lib. de Ira 11*

De pulchro ligno vel strangulare.

Admonet parœmia calamitatem tolerabiliorem esse, si cum honesto fuerit coniuncta.

Digno si quid è ligno rei *Aristophan. in Ranis.*
Perferetis, ferre cordatis videbimini viris.
Aeneæ magni dextra cadis. *Virgil.*
Mecum certasse feretur. *Aiax de Vlysse apud Ouid.*
O si me necet, huc qui egit fortissimus Hector, *Homer. Iliad. φ. de Achille.*
Tum gnauus gnaui victus virtute perirem:
Nunc me fata volunt obscura morte perire.

DE EXILIO.

Exilium est scelerum pœna. *Cic. Parad. 4*

Pro Milone. Exilium ibi est, vbi virtuti non est locus.

Parad. 4. Omnes scelerati & impij, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etsi solum non mutant.

4. Parad. Exilium terribile est ijs, quibus quasi conscriptus est habitandi locus, non ijs qui omnem terrarū orbem, vnam vrbem esse dicunt.

5. Tuscul. Si abesse à patria miserum est, plenæ miserorum sunt prouinciæ, ex quibus admodum pauci in patriam reuertuntur.

5. Tuscul. Ad omnem rationem Teucri vox accommodari potest: Patria est, vbicumq; est bene.

Pro Cecin. Exilium, non supplicium est, sed profugium portusq; supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eò solum vertunt: qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quàm vitam amitterēt: sed quia nolunt, non adimitur ijs ciuitas, sed ab ijs relinquitur atq; deponitur.

5. Tuscul. Exilium id, quod fit propter alienam & offensam populi voluntatem, malum est.

Exilium vtile. Diogenes cuidam illi probro obijcienti quòd exularet à patria, Miser, inquit, istius rei causa philosophatus sum: siue quòd exilium compulisset Diogenem ad philosophandum, siue quòd ideò didicisset philosophiam, vt exilium similesq; casus æquo animo perpeti posset.

Exilium ex merito. Lysimachus offensus libertate Theodori, dixit illi: Quoniam istis eras moribus, patria te eiecit. Sanè, inquit, quòd me vt Semele Bacchum ferre nō posset. Sentiens se maiorem esse, quàm vt à malis ferri posset, à quibus non tam suo, quàm ipsorum malo pulsus esset.

Stratonicus Seriphi agens, hospitem suum percōtatus est, cur homines illic solū verterent. Quū ille respondisset, flagiriosos ibi exilio mulctari: Quin tu quoq;, inquit, aliquid flagitij cōmittis, vt ex ijs locorum angustijs demigres? significans regionem esse incommodam.

Exilium iustitiæ est, non corporis. Anaxandridas Leontis filius, cuidam acerbè ferēti quòd ab vrbe exulare cogeretur: Ne, inquit, vir optime, exhorrescas, ciuitate exulare, sed à iustitia exulare horrendum est. Sennebat eos nō esse miseros, quibus accidisset calamitas: sed eos verè deplorandos, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiamsi nulla sequatur calamitas.

Euripides. Patria fœliciter agens fortunatum semper
Altius prouehit, infortunatum verò humiliat.

Plutarchus. Vbicumque terrarum quæ nutrit tellus, ea patria est.

Hinc rectè Hercules interrogatus, Argiuus an Thebanus? Haud vnam curo iactare, Græcia omnis est mi patria.

Plutarchus in lib. de Exilio. At nos quasi formicæ, vel apes, si ex vna cauerna aut alueari exciderimus, hospites, externiq; nobis esse videmur. Quod idcircò fit, quia omnia propria & familiaria, vt certè sunt, facere ignoremus.

Democritus. Peregrinatio vitæ frugalitatem docet: offa quippe & thorus herbaceus famis ac laboris dulcissimę medelæ sunt.

Quælibet terra homini sapienti est peruia: animæ namque fortis vniuersus mundus patria est.

Thales de exil. An non contra eum qui exilium reddere imprudentiores putet, comparari queant rectè quæ in alijs artibus eueniunt? Vt enim tibia canere, aut in theatro agere hypocritam non obstat etiā in terra peregrina: sic neq; consultare. Sin autem aliquis existimet quadam alia in re noxium esse exilium, ad illum nihil diceris, quàm quod Stilpo nuper fertur dixisse: Quibus tādem & qualibus bonis priuat exilium, animi'ne, an corporis, an fortunæ? an iudicādi agendiq; dexteritatem aut fœlicitatem aufert? Haud sanè. At fortitudine, iustitia, aut alia quapiam virtute priuat? Ne id quidē. Sed nec vllo fraudat corporis bono. An non æquè licet in aliena terra benè valere, viribus pollere, acutè cernere & audire, interdum verò multò magis, quàm si in sua terra quis maneat? fortunæ verò bonis neminem exilium exuit. An non visum est multos tam demum, cùm exules sunt facti, potitos fortunæ bonis splendidioribus? an nō Phœnix expulsus terra Dolopum ab Amyntore in Thessaliam exulatum concedit?

Themistocles ad filium. Quibus bonis spoliat exilium? aut quorum malorum est causa? ego enim non video. Quin nos sæpe defodimus pecunias, & exules facti, & domi manentes. At non magistratum gerunt, inquit filius, non habetur eis fides, non habent dicendi libertatem. Imò, dicit pater, aliqui præsidio tenent oppida apud reges, & populi fides ipsorū committuntur, & præterea stipendia accipiunt. Lycinus ille non'ne apud vos præsidium tenebat, exul cùm esset ex Italia, summæ apud Antigonum fidei? nosq; in patria agētes faciebamus quod Lycinus imperasset? Hippomedon ille Lacedæmonius, nunc Thraciæ præfectus à Ptolemæo. Chremonides & Glaucon Athenienses, non'ne assessores regis & consiliarij sunt? Et postremò innumera cum classe, & pecunia grandi fidei suæ creditis dimissus est potestatem habēs vtendi ijs pro libito. At in patria non imperium tenent proscripti. Nam neque mulieres, quę domi remanent, nec pueri, nec adolescentes, nec etiam grandæui imperant. Si tamen hoc illis graue molestumq; esset, & moueret dolorem, nónne essent stulti? Et quid refert magistratum'ne geras an priuatus sis? Tu multis aut paucis, ijsq; vigentibus ætate imperabis: ego verò paucis & impuberibus pædagogus, denique mihi quoq; ipsi ero.

Par est adhibenda experientia in multis & vno, in Repub. & re familiari regenda in peregrino orbe, & in patria agenti: atq; eadem bona consultatione, & magistratu bene, & re priuata licet vti. Quid ergo mea refert, etiamsi non imperem, sed agam priuatus? Quare nec mea calamitas vlla, nec probrum est, nisi cum malis habitē. Possum enim perinde vt ex naui in alteram transcēdens fœliciter nauigare, itidem ex ciuitate vna in alteram migrans beatè degere.

Idem. Non illepidè Philemon. Cùm enim aliquādo terram mutasset, quidam occurrentes ei ciuiliter dixerunt: Mi Philemon, quàm bene tibi successit? Vos quidem, inquit, putatis qui sic vidistis. Atqui ego bonus semper perseuero. Quid? an non cōtumelia est à deterioribus proscribi? Tu verò velles à probis potius? An non tum quidem culpa tua fuerit? neminem enim temerè, & iniustè exilio mulctant: alioqui iusti non essent. Reprobari igitur prę talibus suffragio non'ne est probrum?

non

noo,inquã tuum,ſed eorũ qui tales ſuffragijs ſuis elegerunt.Perinde ac ſi optimo medico omiſſo, pharmacopolam elegiſſent, eiq; commiſiſſent publicè medendi opus, vtrum dices opprobriũ iſtuc medici & inſortuniom, an eorum qui elegerunt ? Sed enim patriam inueniri ſceleſtam & ingratam, in quam quis multa contulerit, quomodo non ſit infœlicitas ? Tua verò taodem ſit hæc calamitas,ac non iam dicenda fœlicitas,ſcite qualis ſit ea,quam antea non noueris?

Cùm vxorem reſcieris malam & inſidiantem tibi, prius ignarus gratiam habes , etſi ſeruum fugitiuum,& furem vt caueas:Patriam verò quòd ſen ſeris malam , ingratamque eſſe, putas aduerſi fortuna te vti,ac non potius gratiam habes.

Magnum videtur, vbi ſis editus atq; educatus,ibidem perdurare.Vtrum io domo qua natus es & enutritus , pulchrum putas permanere , tametſi ſit putrida, ſtillans ac labefactata ? Cæterùm exprobrant mihi quod Cyprius Myconius dicere ſolebat : nihilominus neſcio quid magnum eſſe in ea qua quis oatus & educatus ſit terra,ętatem ſuam conſumere. Et ſi videant peſtiferas vrbes, impios inhabitatores , magnum tamẽ quiddam & amicum ipſam patriam reputant.

Cadmum Thebarum conditorem admiratur aliquis, me autem quòd non ſim ciuis,criminatur. Herculem tanquam optimum virum laudamus, cæterùm eſſe inquilinum probrum ducimus.At Lacedæmonij nihil tale exiſtimant probrum : & eũ qui diætæ & particeps ſit , & in ea perſtiterit, ſiue peregrinus , ſiue ex ſeruo natus ſit , æquè vt optimates in pretio habeot. At illum qui non perſtiterit in patrijs moribus, etiã ſi ex rege prognatum,in ſeruorum conditionem relegãt, nec munerum Reipub.particeps ſit.

In patria non ſepelin probrum eſſe iudicant. Et qui hoc famoſum fuerit,quod etiam optimis ſæpenumerò accidit? Aut qui iſte honor eſt,qui peſſimis etiam obuenit?

Socrates Athenienſes reprehendebat quòd iactitarent ſe extra ſuos ciues eſſe ſepultos,probrum verò popularis Reipub.in publicis ſepulchris inhuman credebant. Aequè autem & in peregrina terra ſepeliri dedecus , & in publicis monumentis honeſtum.

Quodam Socrati exprobrante , In patria non ſepulchro quidem dignabere , ſed inſtar impiorũ Athenienſium in Megarica. Imò,inquit, quemadmodum pij Megarenſium in Megarica.

Quæ differentia?an non (vt ait Ariſtippus) æqualis ſimiliſq; in Plutonis eſt via ? Si enim nõ ſepeliaris,quid tibi curæ eſt?Sepulturæ enim ignorantia multas Tragœdias fecit, vt ait Bion. Nec audienda ſunt illa apud Polynicem:

Sepelito me mea parens,tuq; ô ſoror,
In patria terra,& vrbem ſuccenſentem
Demulcete vrbis,vt vel tantillum patriæ
Terræ aſſequar,quamuis domos perdidi.
Et terræ charæ mole abſcondar & tumulo.
Claude verò oculos tua mano mea mater.

Dij boni,quamuis terram patriam non aſſequaris, ſed in aliena ſepeliaris,quę erit differentia?Si nõ tegaris humo,ſed inſepultus iaceas, quę hęc mo leſtia ? Quid refert igne cõburi,aut à cane deuorari,aut à coruis , aut deſoſſum à vermibus conſumi?

Exule quodam apud Themiſtoclem lugente quòd exularet,ſic ferè eum conſolatus eſt. Exilium,inquit,quomodo quis non amens grauiter ferret? *Muſonius in libro Exilium nõ eſſe malum.*

Quod aqua quidem & terra & aere,adde etiam ſole & reliquis aſtris,non arcet nos vllo pacto,ſed nec hominum cõuerſatione : vbiq; enim & paſſim borum eſt commercium.Si aut parte aliqua terræ excludimur,& quorundam hominum cõſuetudine,quid hoc indignum ? Neq; enim domidum fuimus,terra tota fruebamur,neq; cunctis hominibus conuerſati fuimus.Amicis quippè etiam nunc cõuerſari poſsimus, veris ſaltem, & quorum aliquam habere rationem conuenit. nam hi nunquam prodent,nec deſerent nos. Si verò ſunt ficti quidam nec ſyoceri amici , his liberatos eſſe melius quàm conuerſari.

Quid autem,an non communis omnium hominũ eſt patria mundus ipſe , vt cenſebat Socrates? Itaque non putandum te vera te exulare à patria , ſi migres inde vbi educatus & nutritus es: ſed tantùm te quadam vrbe priuatum eſſe.

Vir boous & æquus regionem nullam vel colit, vel deſpicit,tanquam beatitudinis cauſam:ſed in ſeſe totum hoc collocat, & putat ſe ciuem vrbis Iouis,quæ conſtat hominibus & dijs.

Omnis quidem aër aquilæ penetrabilis, *Euripides.*
Omnis verò terra viro forti patria.

Quemadmodum ſi quis in patria agens , aliam tamen domum inhabitans , non eam in qua natus erat , ſeſe maceratet , & ob id lugeret, nihili homo & ridiculus eſſet : ſic aliam ciuitatẽ inhabitãs quàm in qua natus eſt , calamitatem putat, ſtultus meritò & vecors cenſeodus eſt.

Ad curam vel ſtudium noſtri , ad comparandam virtutem,quomodo exulare obſtat,quum nec à diſceodo,nec ab exercitatione,nulliſq; neceſſarijs prohibeatur animus?Quin potius promouet exilium, otium ſuppeditans & facultatem , tum diſcendi pulchra , tum agendi magis quàm antea: vt pote cùm exules nec à patria diſtracti ſint ad munia ciuilia,neq; ab amicis aut cognatis diuexati,qui quidẽ ad impediendum vehementes ſunt, & ad abſtrahendum à ſtudio in res præſtantiores. *Exilium quibusq; prodeſt.*

Diogeni exilium omninò profuit, qui ex idiota,exulans philoſophus euaſit : commoratus enim io Græcia , ſtudio quod virtuti impendit, philoſophos antecelluit.

E morbis diuturnis , dum exulant, ſoluuntur homines,vt Spartiacus ille Lacedæmonius, qui diu latere laborans,exilij beneficio,vbi deſijt delicatè viuere , deſijt etiam valetudinarius eſſe. Alios molliter ſe curantes, podagra liberatos eſſe aiũt: nam ſimulac exiliũ aſſueſecit duriùs viuere , hoc ipſo ſanos fieri effecit.Quare nobis ipſis , vt corpore & animo meliores euadamus,plus confert quàm obeſt exilium.

Sed neq; neceſſarijs rebus omnibus exules deſtitui contingit.Qui enim otioſi, inertes,ac parum viriles ſunt , hi vel in patria vt plurimùm inopia & penuria laborant.Contrà qui animo ſunt generoſo,induſtrij & prudeotes , vbicumq; gentiũ quod ſatis eſt, poſsidẽt, nec egeſtatem vllam experiuntur.

perūtur. Etenim haud adeò multis indigemus, nisi voluerimus deliciari.

Menander. Nam quid est qund desiderent hnmines, præter dun solùm:
Nempe Cereris fruges, & aquæ potinnem,
Quæ in pınmptu sunt, & nutrire nns possunt?

Vlysses quouis exule miserinr, solus, nudus & naufragus, vbi ad Phæacas hnmines ignntns peruenit in terra peregrina, nō mndò rebus ad victum necessarijs facilè abundauit, sed etiam pecunias sibi multas cnnsequutus est.

Themistocles cùm exularet, & ad Persas peruenisset, hnstes atq; barbaros hnmines, tres ciuitates dnnn accepit, Myuntem, Magnesiam & Lampsacum, vt ex ipsis viueret.

Dion Syracusanus à Dinnysin tyrāno bnnis nmnibus spoliatus, eiectusq; patria, tantam exul pecuniæ vim habuit, vt etiam exercitum cnnductitiū aluerit, quo cum in Siciliam rediens à tyrannn ipsam liberauit.

Non exilin notantur nmnes infamia, quum iudicia perperam ferantur mala, & mulò è patria iniustè eijciātur, vti Athenis Aristides ille iustus, ac Epheso Hermodnrus, propter cuius exilium Heraclinus, Ephesios per omnes ætates se strangulare iussit.

Non desunt qui quàm clarissimi in exilio euaserūt, vt Dingenes Sinopeus, & Clearchus Lacedæmonius, qui cum Xerxe aduersus Artaxerxem militauit.

Euripides libertate priuari exules, & fiducia dicendi asserit. Introducit enim Iocastem interrogare Pnlynicem filium, quænam exuli mnlesta sunt. cui is respondet:

Vnum hoc maximum est, quòd liberè loqui non audet exul.

Tum rursus Incaste: Seruile est, qund dicis, nō eloqui quæ sentias.

Rectè quidē, at non semper, & vbiq; & apud quēnis, quæ senseris, efferenda sunt. Haud enim exules quæ sentiunt, dicere cunctantur, sed qui metuunt, ne quis cruciatus aut mors aut damnum, si animi sensa aperuerint, ipsns sequatur. Hunc verò metum per Iouem nnn incutit exilium. Plurimi enim etiam in patria versantes, quę sibi mala videntur, metuunt.

Vir fnrtis nō minus in exilin quàm domi in huiusmndi omnibus confidentis est animi: quare & cum fiducia sententiam suam prnpnnit nihilominus exul, quàm si non exularet.

Cùm Diogenes Athenis exulauit, aut venditus à latronibus Corinthum venit, alius'ne quisquam tum tēporis vel Atheniensis vel Corinthius maiori in dicendo fiducia, quàm Diogenes vsus est? Aut num eius temporis hnminum liberinr vllus fuit Diogene, qui etiam Xeniadi, à quo emptus fuerat, imperabat?

Idem. Non exilin loquēdi libertate priuor, nnn pauidū, aut tristem, aut deterinrem rerum mearum condiinnem, quàm antehac, præsentio.

Idem. Exilium mihi videtur homines nnn nmnibus bonis priuare, & ne istis quidem quæ vulgus bnna censet. Quòd si tamen aut aliqun illorum, aut pariter omnibus priuet, vera certè bona nnn adimit. Nam fortitudinē & iustitiam ab exule possideri nihil prohibet, neq; temperantiā aut prudentiam, nec vllas deniq; virtutes, quæ adiuuare & nrnare, laudabilemq; hominem efficere possunt.

Si tute bnnus sis, & virtutes possideas, haud quaquam te læserit exilium, neque humilem & abiectum effecerit, quum id tibi adsit, quod te adiuuare ac plurimùm extnllere potest. At si malus fueris, tua tibi prauitas, nnn exilium nncet: quare vt ab illa soluaris, festinādum tibi citius est, quàm ab exilio.

Etenim è dunbus alterum necessum est, vt vel iure vel iniuria exules. Quòd si iure, qunmndn decet, vt qund iustum est, molestè feras? Sin iniuria, id nnn nnstrorum, sed illorum qui nns expulerūt, malum est.

Quippe per Inuem, iniuriam facere, quod in ipsis contigit, res est dijs omnium maximè exosa: iniuriam verò pati, qund in nns cecidit, tum apud deos, tum apnd homines æquns auxilium & curam commereri existimatur.

Quū exularet in Arcadia Demosthenes, Pytheasq; pro Macedonibus dixisset, Vt dnmus, in quā lac venale importatur, aliquid habere mali creditur, ita ciuitas morbida, ad quā mitteretur Atheniensium legatin: Demosthenes eam sentētiam ita retorsit, Vt lac pro sanitate ægrotantium importatur, ita Athenienses pro salute ciuitatum adesse dicens. Id vbi resciuit pnpulus Atheniensium, protinus illum ab exilin reuocarunt. *Exul in patriā pau.*

DE EXPERIENTIA.

Experientia ad scientiam acquirendam maximè necessaria.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, *Terēt. in Adel.*
Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui,
Aliquid mnneat, vt illa quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundn repudies.

Pnstquam omnis cœli species redeunnibus astris *Manilius. 1. Astronom.*
Percepta, in prnprias sedes, & reddita certis
Fatorum nrdinibus, sua cuiq; potentia formæ,
Per varins vsus artem experiennia fecit,
Exempln monstrante viam.

Seris venit vsus ab annis. *Ouid. 6. Meta.*

Eudamidas auditn philosnpho qui disserueret, solum sapientem esse bonum belli ducem, Sermo quidem, inquit, mirificus est: at qui eum dicit, fide caret, eò quòd illum nunquam circumsonuit tuba. Prnbauit sententiam, sed iudicauit neminem cum fide lnqui de re quam nullo sit expertus modo.

Vir prudens hnc maximè pactn noscetur. Primùm nactus sit nportet ingenium solers, memor & labnriosum. Deinde statim à puero animum exerceat, ratiocinetur circa mathemata, exactas speculationes & rectam philosophiam versetur. Postea de legibus diuinis & vitijs hominum experientiam adipiscatur. *Archytas Pythagoreus.*

Duo sunt quæ prudentis animum gignunt: qunrū alterum *Idem.*

alterũ est, vt mens disciplinis & cognitione munita sit: alterum spectacula & negotia multa, quę partim vnumquemque spectasse oportet, partim alio modo percepisse. Nam neq; is qui mox ab incunabulis, disciplinis ac exquisitis contemplationibus animum exercitauit, ad prudentiā sat idoneus est: neque ille qui iam dictorum nihil consequutus, sed in multis historijs & rebus experiundo versatus est. Prior ad singularia perpendenda cæcum habet animum: alter in vniuersalium contemplatione nihil videt. Quemadmodum enim aliqui computando paruibus cōiunctis totum ex ipsis resultans colligere potest: ita in rebus qunque ratio quidem speculationem vniuersalem delineat: experientia verò singularia iudicat.

Tassus Hermioneus, quidnam præ cæteris sapientius esset, interrogatus: Experientiam, dixit.

Euripides in Phaniss.

Senectus ô fili iuuenilibus animis
Sapientior est, atq; tutior,.
Et experientia vincit imperitiam.

Experientiæ adagia.

In Care periculum facito.

Admonet parœmia in re viliore faciēdam esse experientiam, in qua si parum fœliciter cesserit, nō multum sit dispendij capiendum. Erant autem Cares barbaro seruiliq; ingenio, & ad quoduis malum ferendum apti mercede proposita. Vnde Aristophanes: Quòd si seruus est & Car.

Socrat. apud Platonem in Euthydemo. Quod si timetis vos iuuenes, in me tanquam in Care fiat periculum. Nam & ipse, quandoquidem senex sum, paratus sum subire periculum, meq; ipsum trado huic Dionysodoro, quasi Medeæ Colchicæ.

Aristides in oratione Panathenaica. In Care verò, non in suis corporibus facientes periculum.

Cic. pro Flacco. Quid de tota Caria? non'ne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Caria potissimùm esse faciendum?

In dolio figularem artem discere.

De ijs qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimentum: neque enim figulus statim artē auspicatur à vase maximo, sed à pusillis quibusdam vasculis.

Plato in Lachete. Considerare oportet, ne hoc periculum nobis fiat, non in Care, sed in filijs simul atq; amicorum liberis, ac planè contingat, quod prouerbio dicitur, In dolio figulina.

Quam quisq; nouit artem, in hac se exercear.

Horat. in Epist. Nauim agere ignatus nauis timet: abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare. quod medicorum est,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Gregorius in apologia de Fuga. Itaque alios velle docere, priusquàm ipsi satis edocti sint, & in dolio, quod aiūt, figulinam, in aliorum animis meditari pietatem, mihi quidem videtur hominum insigniter desipientium.

In arenam descendere.

Fabato Plinius in epist. Itaq; Betico Prisco, quantum plurimum potuero præstabo, præsertim in arena mea.

Flaccus. Ne populum extrema toties exoret arena.

Primas iactare hastas.

Transfertur ad oratorem, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, vt paulatim incandescat oratio. Narratur; Philippus orator, qui ita ad dicēdum assurgebat, vt primum verbum nesciret, quod dicturus esset.

Respub. virum docet.

Neminem ad rem gerendam idoneum esse posse nisi exercitatum, ostendit adagium.

Quantumlibet diu versatus in agro, non fies idoneus Reipub. administrandæ, nisi vixeris in foro, in curia, in frequenti populo. *Plutarc. ex Simonide.*

Socrates Platonicus, inuitatus ad loca amœna in agris, respondit, Se cupidum esse discendi, arbores autem nihil docere. Significans rerum experientiam ex sola Repub. nasci.

Semper experienda fortuna & omnis tentanda occasio.

Casus vbiq; valet: semper tibi pendeat hamus. *Ouid. in Amo.*
Quo minimè credis gurgite, piscis erit.

Omnem mouere lapidem.

Omnem mouere lapidē, est omnia experiri, & nihil intactum relinquere.

At ego, qui iugulum perspicere nequeo, omnia pertento, omnia experior, omnem denique lapidem moueo. *Plinius iunior in quadā epist.*

Ad quod vt viaticum paremus, omnis lapis, vt dicitur, mouendus est. *D. Basilius ad Nepotes.*

Omnem rudentem mouere.

Nunc te necesse est omnem rudentem expedire, *Aristoph. in Equitib.*
Et lemma ferre vehemēs, ac rationes ineuitabiles.

Atque omnem mouebam funem, hominem vlcisci cupiens. *Lucianus in Pseudomante.*

Negotiatorem aiunt omnem funem mouere oportere. *Apollonius ad Euphrat.*

Consideremus itaque per Iouem, exactè omnem, quod aiunt, rudentem laxantes, & omnē vocem emittentes. *Plato in Sisyph.*

Nauigabamus omni moto rudente, & omnibus rudentibus.

EXPETENDORVM TRIA GENERA.

Rerum expetendarum tria sunt genera. Nam est quiddam quod sua vi nos allicit ad se, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, sciētia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim & naturam; sed propter fructum atq; vtilitatem petēdum, quod pecunia est. Tertium, ex horum partibus iunctū est, quod & sua vi & dignitate nos inductos ducit, & præ se gerit quandam vtilitatem quò magis expectatur, vt amicitia, bona existimatio. *Cic. 2. de Inuēt.*

Omnia enim verè, vt dicam, excepta beata vita, propter aliud expetimus. Est enim ea finis, & extremum omnium. *Arist. lib. 10. cap. 6. Ethic.*

EXTERNA.

Ex Platone.

SOCRAT. Cōsideremus rursus in singulis qualia sint *Plato in Meno.*

sint quæ nobis prosunt: sanitas'ne & robur, formaq; atq; diuitiæ, cæteraq; huiusmodi conferre dicuntur? MEN. Ita. SOCRAT. Eadem hæc aliquádo nocere fatemur. An tu aliter sentis? MEN. Sic certè senoo. SOCRAT. Vide itaq; quo duce hæc obsint, quo've prosint. Non'ne cùm rectus vsus præest, iuuant, contrà verò oocent? MEN. Prorsus.

Ibidem. SOCRAT. Quin etiam in alijs quæ non dicebamus, opulenoam atque similia, tum vtilia esse, tum noxia: oon'ne quemadmodum prudentia cæteris animi viribus & officijs præsidens vtilia reddit, imprudēoa verò contraria: sic & illis animus rectè vtens atq; ducēs bona efficit, noo rectè autem mala? ME. Prorsus.

Extremum aliquod est in vita.

In lib. de Sene. Sed tamen oecesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræq; frugibus, maturitate tempestiua, quasi vietum & caducū: quod ferendum est molliter sapienti.

Extrema magis inter se sunt contraria, quàm media.

Arist. lib. 2. cap. 8. Ethic. Hæc cùm ita sint inter se cootraria, maior quædam extremorum ioter ipsos, quàm cum medio repugnanoa est: quandoquidem longius absunt alter ab altero, quàm vterque à medio, quemadmodum res magna à parua lōgius abest, & parua à magna, quàm vtraq; ab æquali.

Ibidem. Iam quædam extrema ad medium videntur similitudioe quadam accedere, vt audacia ad fortitudinem, auaritia ad liberalitatē. Extremis autem inter ipsos dissimilitudo maxima est.



F ANTE A.

FABVLA.

Plato Dial. 2. Repub. OCRATES. Ao oescis maximum quid principium esse omnis operis? præsertim iuueni, & tenero cuiq;: sed quç in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærere, difficillimeq; eradicari consueuerunt. Quorum fortè gratia danda omninò est opera, vt hæ fabellæ, quas primas audient, opòmè institutæ ad virtutem sint.

Alcibiades vt populi fabulas effugeret, insigni pulchritudine canem in forum, produxit caudamq; amputauit. Demirantibus cur id faceret, Vt hoc, inquit, de me loquātur Atbenienses, oe alterius rei curiosi sint. Norat populum libenter de claris yiris malè loqui.

Fabularum Menandri facultas.

Plutarchus. Menandri fabularum ex æquo vna omoium facultas est, qua cononeotur & vigent, videlicet amor, ceu communis quidam spiritus per ipsas extensus.

Aphtho. Soph. Fabula, sermo fictus est, imagine quadā veritatem repræsentans.

Fab. Inslit. 5 Illæ quoq; fabulæ, quæ etiamsi ab Aesopo originē non acceperunt, ducere animos solent.

Plut. in Mor. Vt apis ex amarissimis floribus, & asperrimis spinis mel suauissimum ac lenissimum colligit: sic ex turpibus ac sceleratis fabulis vtcumq; decerpi potest aliquid vtilitatis.

Ibidem. Quemadmodū Iris nihil aliud est, quàm relucentia solis refracti in nubibus: ita fabula quædam est veri repræsentatio.

DE FACILITATE.

Facilia principio difficilia

Lucret. lib. 2. de Natura.
Sed neq; tam facilis reş vlla est, quin ea primum
Difficilis magis ad credendum constet.

Facilia aggredi difficile non est.

Ouid. lib. 5. de Trist.
In causa facili, cuiuis licet esse diserto,
Et minimè vires frangere quassa valent.
Subruere est arces, & stantia mœnia virtus:
Quilibet ignaui præcipitata premunt.

Manil. lib. 5. Astronomicon.
Facile est ventis dare vela secundis,
Fœcundumq; solum varias agitare per arteis,
Auroq; at ebori decus addere, cùm rudis ipsa
Materies oitear.

Philemon.
Homini facile est alij consulere:
Ipsum verò præstare, difficilis res est.
Quod in medicis apparere video,
Qui de continentia apud ægrotos perquàm bene
Omnes loquuntur: deinde vbi morbo afficiuntur,
Ipsos faciētes videre est, quæ pridem probibebant alijs.

Demosthenes. Longè facilius fuerit quç quis habet, seruare, quàm omnia denuò acquirere.

Demosthenes. Quare facillimum est omnium seipsum deciperet quod enim quisq; cupit, id etiam animum inducit, & sibi persuadet. Res autem ipsæ frequeoter ooo ita se babent.

Quòd facilius sit alium admonere, quàm seipsum.

Euripides. Non quidem vacat. Sed oescio quomodo bomini infœlici
Iucundum est narrare sua mala, & ea denuò deplorare.
Condoleto. Nam æger lacrymis fusis, ab ærumnis leuatur.
Rusticitas quædam est ne in miserabili quidem fortuna lachrymas fundere.
Cum amicis prosperè agere iucundum est:
Si quid autem, quod absit, mali contingat,
Viri beneuoli faciem coram intueri iuuat.

Facultas agens.

Plutarchus. Oportet vt agens ac patiens vnà in idem conueniant, mutuo quodam affectu inter se disposita. Nam facultas agens finem suum assequi nequit, nisi adsit dispositio ad patiendum apta.

Facultates ex actionibus deprehendimus.

Porph. de Anima. Quemadmodum & reliquas animæ facultates ex actionibus ipsarum deprehendimus, ita memoriam quoque à posteriori considerantes, posuimus animæ facultatem esse recōditam ex rebus siue sensu, siue cogitatione perceptis.

Facultas & scientia ab habitibus differunt.

Arist. lib. 5. cap. 2. Ethic. Neque enim ita est in scieoöjs & facultatibus, vt in habitib

habitibus facultas enim & scientia contrariorū eadem videtur esse: habitus autē contrarius contrariorum non videtur, vt à valetudine non efficiuntur contraria, sed solùm salubria.

Facultatum & habituum differentia.

Arist. lib. 2. cap. 5. Ethic. Facultates, quibus ad perturbationes accipiendas apti sumus, dicimus, per quas vel irasci possumus, vel dolere, vel misereri. Habitus verò sunt, quibus probè vel malè affecti sumus in perturbationibus: vt cùm vehementius vel parum irascimur, malè: sin mediocriter, bene affecti sumus.

DE FACTO.

Factum infectum esse non potest.

Cic. 2. de Finib. Quod semel iam missum est, coerceri reprimiq; nō potest.

In Pisonem. Præterita mutare non possumus.

2. de Finib. Non potest dies esse sæpius, qui semel fuit.

Sermonum famil. 7 De præteritis non est quærendum.

Arist. Moral. Eudem. 5 Quod factum est, vt infectum sit fieri non potest.

Ex Agathonis tragœdia. Etenim illud vnum ipsi negatum est & deo, vt
Infecta reddat, facta quæ fuerint semel.

Homer. Iliad. 6 Ista molesta licet anteacta, valere sinamus.

Phocylides. Ne've malis iam præteritis animum excruciaris.

Quod semel est factū, fieri infectū haud queat vnq̃.

Pindar. Olym. hym. 2 Eorum quæ facta sunt, siue iure, siue præter ius, nihil vt sit infectum, nec tempus quidem efficere posit opere perfecto.

Facta non sunt aperienda.

Auson. in sent. Quæ facturus eris, dicere sustuleris.

Factum æternum non est.

Seneca in Hercule Oetæo. Verum est quod cecinit sacer
Tangens Threiciam Chelym
Orpheus Calliope genus:
Aeternum fieri nihil.

Facti fama manet.

Ouid. 1. Fast. Fama manet facti, posito velamine currunt.
Et memorem famam, qui bene gessit, habet.

Facinus magnum absq; periculo non fit.

Terē in Heaut. Nō fit sine periculo facinus magnū & memorabile.

Facta dictis potiora.

Appius populo Romano exprobrabat sibi acceptū ferri debere, quòd ex muto & elingui facundum haberet consulem: L. Volumnium collegam intelligens. Tunc L. Volumnius, Quàm mallem, inquit, vt tu à me strenuè facere, quàm ego abs te scitè loqui didicissem.

Facti vitium in animo.

Demosthenes. Non iustum est, neq; facto peccantem seruari sermone, neq; re ipsa rectè facientem sermone perdi. Sermonis enim vitium in lingua est, facti autem in animo.

Facta domini non inquirat seruus.

Xenophon ad Aeschinem. Quippe seruorum etiam non interest scire naturā aut facta dominorum suorum: vt quibus nil cōueniat quàm inseruire.

Facto, non verbis probamur.

Cic. 1. Offic. Omnis virtus in actione consistit.

1. de Finib. Non paranda nobis solùm, sed fruenda etiam sapientia est.

Non procacitate linguæ, vitæ sordes eluuntur. *Cic. in Salust.*

Non ex singulis vocibus philosophi spectādi sunt, sed ex perpetuitate atq; constantia: resq; spectari oportet, non verba. *5 Tuscul.*

Virtus, integritas, probitas in homine, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Pro Plancio.*

Ea magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere, atq; ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet.

Misera est senectus quæ se oratione duntaxat defendit. *Cic. in Salust.*

Ita viuunt quidam, vt eorum vita refellatur oratio, atq; cæteri existimantur dicere melius, quàm facere, quum sit melius facere quàm dicere. *Cato maior. 2. de Finib.*

Sunt qui quū populi non solùm commoda, verūetiā salutē oppugnent & impediant, oratione assequi volunt vt populares esse videantur. Vt C. Gracchus cùm largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. *3. Tuscul.*

Epicurus tantummodò induit personam philosophi, & sibi hoc ipse nomē inscripsit, cùm nō multū differret à iudicio ferarū, præsertim quū omne malum dolore definiat, bonum voluptate. *5. Tuscul.*

Cum philosophorū vita mirabiliter pugnat oratio. *2. Tuscul.*

Nō est satis iudicare, quid faciendū, nō faciēdum've sit, sed stare etiā oportet in eo quod sit iudicatū. *2. de Finib.*

In philosophia res spectātur, non verba pendūtur. *Orator ad Brutum.*

Plus in negotijs gerēdis res, quàm verba prosunt.

Sunt facta verbis difficiliora. *4. Academ.*

Est alienum viro, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. *Cic. ad Q. frat. 3. Offic.*

Quid verba audiam, quum facta videam? *3. Tuscul.*

Qui suos casus aliter ferūt, atq; vt alijs autores ipsi fuerūt, non sunt vitiosiores, quā plerique, qui auaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt. *3. Tuscul.*

Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitētur se tenere medicinæ scientiā, se ipsos curare nō possunt. Sed potius alijs, quæ tute præcipere soles, ea tibi subijce, atq; apud animū ꝑpone. *Sermon. Cic. famil. 4*

Tu qualis es, talem te esse existimes, vt quantum à rerū turpitudine abes, tantū re à verborū libertate seiungas. Deinde vt ea in alterum ne dicas, quæ cùm tibi falso responsa sint, erubescas. *Pro M. Cælio.*

Vt illis committimus statuas faciēdas, à quibus videmus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt admittendi in amicitiā, nisi quos cognouerimus erga alios præstitisse fidos & vtiles amicos. *Socrates. Ex Stobæo.*

FACVNDIA.

Plato in Phileb. PROT. Gorgiam sæpe audiui dicentem, persuadēdi facundiam artibus cunctis præcellere: quippe quæ cuncta non vi, sed sponte sibi subijciat, longeq; omnium artium optima sit.

Facundia Adagia. Nestorea facundia.

Homer. Iliad. 1 Post hos assurgit Pylius dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquenti
Dulcior.

Theocritus in Bucolicis. Propterea, quòd in os illi prædulce camœna
Infudit nectar.
Fidis enim manare poëtica mella
Te solum.

Cygnea cantio.

Conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè *Horatius.*

cundè differunt.

Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

D. Hieronymus Hi omnes nescio quid cygneum vicina morte cecinerunt.

Idem. Vbi est illa vox cygneo canore dulcior?

Cic. 3. de Orato-re de L. Crasso. Illa tanquam cygnea fuit diuina hominis vox & oratio, quam quasi expectãtes post eius interitũ veniebamus in curiam, vt vestigiũ illud ipsum, in quo ille primùm institisset, contueremur.

Nunc ipsa viuit sapientia.

Vbi aliquid eruditè, facũdè, & venustè dictum aut scriptũ videbitur, quasi musis bene fortunãtibus.

Musarum aues.

De poëtis & facundis dicitur.

Theocritus in Thalysys. Quotquot aues musarum, audent certare poëtæ
Chio, coccyssando, opera conantur inani.

Incantatione quauis efficacius.

Plato in episto-la ad Hermiam Arbitror enim sermones hinc à nobis profectos iustitia ac pudore vos quauis incantatione magis cõciliaturos ac redacturos in pristinã cõcordiã.

DE FALLACIA.

Fallacia alia aliam trudit.

Ouid. 1. de Arte Tuta, frequensq; via est per amici fallere nomen.
Tuta frequensq; licet sit via, crimen habet.

Ibidem. Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus: in laqueos quos posuere, cadant.

Plato in Craty. Ipsum sese falli à seipso, res est omnium pessima. Cùm enim impostor ipse ne minimũ quidẽ discedat, sed semper adsit, quo pacto nó graue foret?

Cauendum ab eo qui semel imposuit.

Homer. Iliad. 1 Hoc ego cùm nihil aggrediar, neq; enim expedit vnquam.
Quippe vbi frustratus semel est, ac fraude fefellit,
Non iterum mihi verba dabit stulto: semel illi hoc
Sit fecisse satis: quin posthac ille quiescat,
Ac valeat.

Ex Demosthene.

Olynth. 3 Soli homines gloriam præclaris rebus gestis partã omni inuidia fortiorem reliquerunt.

Ad Leptin. Non solùm spectandũ est an non pecuniã perdatis, sed an famam & gloriam, cuius magis studiosi estis quàm pecuniæ.

Olynth. 2 Quanto quis plura & grauiora supra dignitatem conditionemq; suam fecit, tanto apud omnes admirabilior existimatur.

Ex Orat. cõtra Timocrat. Populus nunquam de pecunia coaceruanda valde laborauit, de gloria verò acquirẽda sic vt de nulla re alia. Argumẽtum sanè est, quàm quũ aliquando maximã & innumerabilẽ inter Græcos pecuniã possideret, omnẽ pro honoris augẽdi studio insumpsit: pro gloria quoq; de suo tributũ pẽdere nõ dubitauit, neq; vllũ vnquam periculũ detrectauit, vnde immortalia bona sibi peperit.

Ex Orat. funeb. Beati hac iusta ratione censendi sunt, primùm quidẽ qui pro modico tempore incredibilẽ & immortalẽ gloriã relinquunt, in qua & horũ liberi clari ac illustres depingẽtur, & parẽtes istorũ cõspicui facti in ipsa senectute nutrientur, consolationem istorum gloria & celebritate adhibẽtes.

Ex Orat. cõtra Androtion. Si in paruis quis glorietur, tantum abest vt honorẽ aliquem propterea cõsequatur, vt ineptus esse videatur.

Qui vnà cũ Philippo versantur, eũ ita teneri studio honoris aiũt, vt dũ omnia pulcherrima facta sua videri cupit, magis succenseat ducibus & imperatoribus, qui laude aliquid dignũ gesserũt, quàm ijs qui rem infœliciter administrarunt. *Ex Orat. ad Philipp. epist.*

Ex Apophth. Eras.

Fama velut ordo quidam est hominis.

Honestius est fama, quàm pecunnia ditescere.

Iactura rei facilè sarciri potest: fama contaminata vix vnquam deluitur.

Qui loquitur quæ sunt optima, & facit quæ honestissima, famam honestam habebit.

Eximiam virtutem honesta fama vltrò comitatur, ac generosis animis amor laudum veluti stimulus ad præclara facinora innatus est.

Satius est ad parandam honestam famam, vnum quiddam insigne prædicere, quàm de friuolis quibuslibet diuinare.

Præstat vno opere edito, sed egregio, parare famã eruditionis, quã minus accuratè scribere de singulis.

Regiũ est cùm benefacias, malè audire.

Primùm autoritas ac fama, tardè paulatimq;, nec sine negotio paratur: at qui iam innotuit, facilè magnam assequitur laudem.

Vrbis celebritas nonnihil facit ad illustre nomen.

Sequitur fama fugientem, & ob id ipsum auidius expetitur, qui scholam vitat.

Fama seruiendam.

Non est res vlla tãti, aut cõmodum vllũ tam expetendũ, vt viri boni & splẽdorẽ & nomẽ amittas. *Cic. 3. Offic.*

Non est negligẽda fama, nec mediocre telũ ad res gerẽdas existimare oportet beneuolẽntiã ciuiũ. *In Lalio.*

Negligete quid de se quisq; sentiat, non solùm arrogantis est, sed etiam omninò dissoluti. *1. Offic.*

Perditissima ratio est diligere formam, famam verò negligere. *4. ad Heren.*

Ex sententijs omnium nostra fama pendet. *In Pisonem.*

Est enim hominis ingenui & liberaliter educati, velle benè audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris: & futuræ post mortem famæ, etiam detracto vsu, consulendum est. *3. de Finib.*

Bona existimatio pecunijs præstat. *2. de Orator.*

Antiquior sit possessionibus gloria. *1. de Orator.*

Danda est diligenter opera, vt hominũ aures optimo de nobis sermone compleantur.

Illud te esse admonitũ volo, primùm qualis es, talẽ te esse existimes: vt quantum à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate seiungas. Deinde vt ea in alterum ne dicas, quæ cùm tibi falsò responsa sint, erubescas. *Pro M. Cœlio.*

Ignis semel accẽsus facilè seruatur, extinctus haud facilè redaccenditur: ita famam tueri facile est, extinctam non facile est restituere. *Plut. in Moral.*

Fama semper est adijciendum.

Deliacum nauigium, dum subinde sarcitur, & reconcinnatur, veluti perpetuum in multa secula reddiitur: sic famæ semper aliquid adijciendum, ne collabatur. *Plut. in Moral.*

Fama optima quomodo paranda.

Interrogatus Agesilaus quo pacto assequi quis posset apud homines famam optimam: Si loquatur,

tur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Socrates idem percontanti respō-dit: Si talis esse studeas qualis haberi vis. Siquidē fuco parta gloria vt nō est vera, ita nec diuturna.

Epictetus. Si bene vis audire, discito bene loqui: & cùm bene loqui didiceris, rectè facere conator. Hoc enim modo bonam famam acquires.

Fama unde. Vir princeps & priuatus quilibet intelligat, quòd qualis fuerit ipsarū rerum actionumq́;, quas agit, natura, talem quoq; ex ipsis memoriam & famā, vel bonam vel malam consecuturus sit.

Fama non temerè spargitur.

Hesiodus in 2. cui titulus opera & dies. Rumores hominum cures vitare molestos.
Fama malum est: oritur, surgitq́; facillima: verùm
Difficile hanc perferre, graue est sedare coortam.
Nam non vlla quidem prorsum perit irrita fama,
Per populos quæcūq; volat, quia numē & ipsa est.
Vir. 4. Aenei. Hæc passim dea fœda virûm diffudit in ora.

Fama prodit omnia.

Euripides. Virum bonum fama aperit vel in terræ cauis.

Ex Poëtis.

Vir. 4. Aeneid. Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes:
Fama, malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresq́; acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq́; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq́; sororē
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
Monstrum horrendum, ingens: cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræq́; per vmbram,
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,
Tam ficti, prauiq́; tenax, quàm nuntia veri.
Fama loquax, quæ veris addere falsa
Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.
Ouid. li. 12. Met. Orbe locus medio est inter terrasq́; fretumq́;,
Cœlestesq́; plagas, triplicisq́; confinia mundi,
Vnde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur, penetratq́; cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, summaq́; domum sibi legit in arce,
Innumerosq́; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis inclusit lumina portis,
Nocte dieq́; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesq́; refert, iteratq́; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq́; silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis.
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, euntq́;,
Mixtaq́; cum veris passim commenta vagantur,
Millia rumorum, confusaq́; verba volutant.
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,
Hi narrata ferunt aliò, mensuraq́; ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adijcit autor.
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagoq́; geratur
Et tellure videt, totumq́; inquirit in orbem.
Idem lib. 4. de Ponto. En ego lætarum venio tibi nuntia rerum
Fama, per immensas aëre lapsa vias.
Martial. lib. 7. Epigram. Certus abest autor, sed vox hoc nuntiat omnis.
Credo tibi, verum dicere fama soles.
Inimici famam non ita, vt nata est, ferunt. *Plau. in Persa.*

Famam bonam amittere peius est, quàm nobilissima queq.

Fama malū grauius, quā res, trahit. An tibi abundè *Hor. Sat. a. lib. 2*
Personam satis est, non illud, quicquid vbiq;
Officit, euitare, bonam deperdere famam?
Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues.

Fama licet longa, morte tamen deletur.

Quid ô superbi, colla mortali iugo *Boëtius Metro 7 lib. 2*
Frustra leuare gestiunt?
Licet remotos fama per populos means
Diffusa linguas esplicet,
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors spernit altam gloriam,
Inuoluit humile pariter, & celsum caput,
Aequatq́; summis infima,
Vbi nunc fidelis ossa Fabricij manent?
Quid Brutus aut rigidus Cato?
Signat superstes fama tenuis, pauculis
Nomen inane literis.
Sed quid decora nouimus vocabula?
Num scire consumptos datur?
Iacetis ergo prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quòd si putatis longius vitam trahi,
Mortalis aura nominis,
Cùm sera vobis rapiet hoc etiam dies,
Iam vos secunda mors manet.
Miremur perijsse homines, monumenta fatiscunt. *Auso. lib. Epig.*
Mors etiam saxis, nominibusq́; venit.

Fama superest sola.

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant. *Oui. de Sapph.*
Iam canitur toto nomen in orbe meum.
Corpora debentur mœstis exanguia bustis, *Idem 3. de Pon.*
Effugiunt structos nomen honosq́; rogos.
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem,
Sed tamen in laudes viuit vterq; suas.
Scindentur vestes, gemmæ frangentur, & aurum. *Idem.*
Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
Singula quid referam? nil non mortale tenemus *Idem lib. 3. de Tristib.*
Pectoris exceptis ingenijq́; bonis.
En ego cùm patria caream, vobisq́;, domoq́;,
Raptaq́; sint, adimi quæ potuere mihi,
Ingenio tamen ipse meo comitorq́;, fruorq́;:
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.
Quilibet hanc sæuo vitam mihi finiat ense,
Me tamen extincto fama superstes erit.
At non ingenio quæsitum nomen ab æuo *Propert. lib. 3*
Excidet: ingenio stat sine morte decus.
Vita perit mortis, gloria non moritur. *Ausonius in Thaletis sententijs.*
Alta Cleonæo quærenda est fama labore. *Faustus.*
Non venit ex molli viuida fama thoro.

DE FAME.

Fame vincere.

C. Iulius Cæsar dicere solitus est, sibi esse idem cō-silium aduersus hostem, quod plerisq; medicis contra morbos corporum, fame potius quàm ferro superandi. Nam medici non nisi tentatis omnibus ad sectionem descendunt.

Fames condimentum.

Artaxerxes Cyri frater, cognomento Memor, in fuga quadam quum direpto illius cōmeatu, aridis ficis,& hordeaceo pane vesceretur, Dij boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hactenus inexpertus fui?

Xenophani Aegyptū peragranti, comitibus nō cōsequutis, cùm cibarius in casa panis datus esset, negauit vllum cibum vnquam sibi visum suauiorem. Aderat enim condimentū optimum fames.

Plau. in Amph. Fames,& mora bilem in nasum conciunt.

Esurienti dulcia quæq; sunt.

Ou. 6. Metam. Haustus erit mihi nectar aquæ: vitamq́; fatebor
Accepisse simul, vitam dederitis in vndis.

Hor. Sat. 2. lib. 2 Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.

Famis descriptio.

Oui. lib. 8. Met. Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore tellus,
Frigus iners, illic habitant pallorq́; tremorq́;,
Et ieiuna fames.

Infrà. Quæsitamq́; famem lapidoso vidit in antro,
Vnguibus & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent,
Ossa sub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus,& à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumq́; tumebat
Orbis,& immodico prodibant tubere tali.

Adagia famis. Cestreus ieiunat.

De famelicis & voracibus dici conuenit.

Aristophanes. Num intus virorum Cestreûm colonia?

Diphilus. Cestreus futurus ob inediam grauissimam.

Idem Io cœnis obambulat ferè, ieiuous ille mugil.

Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Sosia Plautinus in Amphit. Vetus adagiū est, Fames & mora bilem in nasum conciunt, id est, latrante stomacho omnis mora bilem mouet.

Theocritus in Thyrside. Est enim acerbus,
Atq; illi semper sedet in nare aspera bilis.

Horatius. Ne sordida mappa
Corruget nares.

Pers. Sat. 5 Sed ira cadat naso, rugosaq́; sanna.

Mimus. Etiam celeritas in desiderio mora est.

Horatius. Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq́;
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Fame mori, miserrimum est.

Plato. Miserrimum mortis genus fame mori.

Hom. Odyss. μ Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis:
At perijsse fame, res vna miserrima longè est.

Ventre pleno melior consultatio.

Plut. Sympos. lib. 7 Consultatio tum melior, cùm expleueris aluum.

Ecce inter pocula quærunt

Persius. Romulidæ saturi quid dia poëmata narrent.

Molestus interpellator venter.

Hom. Odyss. o Non est improbior res altera ventre molesto.
Quippe vel inuitum meminisse sui iubet, etsi
Valde animo crucieris,& angat pectora mœror.

Manduces.

Quid si aliquo ad ludos pro mãduce me locē. quapropter? quia pol clarē crepito dentibus. *Plau. in Rud.*

DE FAMILIA.

Familia quæ optima.

Solon optimam sibi familiam videri dixit, in qua pecuniæ non iniustè possideantur, nec difficulter custodiantur, neq; propter sumptus pœnitudinem adferant.

Familiæ principium.

Nuptiæ principium sunt constitutionis familiæ. *Musonius.* Quisquis igitur homines nuptijs priuat, is abolet familiam, ciuitatem & totum genus humanū, quod absq; generatione non potest remanere.

Hominū familiam constituentiū, alij cognati sunt, alij affines. Cæterùm familia fit amplior & magnificentior, non solùm si multas opes ac plurimos cognatos habuerit, sed etiā amicorū multitudine: oā & hæc procul dubio familiam auget.

DE FATO.

Fatum immutabile.

Desine fata deûm flecti sperare precando. *Virg. 6. Aenei.*

Fata regunt homines. *Iuuen. Sat. 9*

Fatis agimur, credite fatis. *Seneca in Oedi.*
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi.
Quicquid patimur mortale genus,
Quicquid facimus, venit ex alto,
Seruatq́; sua decreta colus
Lachesis dura reuoluta manu.
Omnia secto tramite vadunt,
Primusq́; dies dedit extremum.
Non illa deo vertisse licet,
Quæ nexa suis currunt causis.
It cuiq; ratus prece non vlla
Mobilis ordo: multis ipsum
Timuisse nocet: multi ad fatum
Venere suum, dum fata timent.

Regitur fatis mortale genus, *Idem in Oed.*
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile: perq́; casus
Voluitur varios semper nobis
Metuenda dies.

Mitto, quod certum est,& ineuitabile fatum. *Manilius Astro.*

Soluite mortales animos, curasq́; leuate, *Idem lib. 4*
Totq́; superuacuis vitam deflete querelis.
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaq; per certos signantur tempora cursus.
Nascentes morimur, finisq́; ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt,& sæpius orta
Paupertas, artesq́; datæ, moresq́; creati,
Et vitia & clades, damna & compendia vitæ.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunam've suis inuitam perdere votis,
Aufugere instantem. Sors est sua cuiq; ferenda.
At nisi fata darent leges vitæq; necisq́;,
Fugissent ignes Aeneam. Troia sub vno
Non euersa viro, fatis vicisset in ipsis,
Aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres,

Rom

Romaq; sic enata foret, pecudumq; magistri
In Capitolinos auxissent culmina montes,
Includi'ue sua potuisset Iuppiter arce
Captus, vel caput hic orbis foret igne sepulto,
Vulneribus victor repetisset Murius vrbem
Solus, & oppositis clausisset Horatius armis
Pontem, vrbemq;, simul rupisset fœdera virgo,
Tresq; sub vnius fratres virtute iacerent.
Nulla acies tunc euicit: pendebat ab vno
Roma viro, regnumq; orbis sortita iacebat.

Fatum diuina potestati subijcitur.

Stat. lib. 3. Syl. Heu durus fati tenor! est'ne quod illi
Non liceat? quantæ poterunt mortalibus annis
Accessisse moræ? si tu pater omne teneres
Arbitrium, cæco gemeret mors clausa barathro.
Longius & vacuæ posuissent stamina Parcæ.

Senec. in Oedip. Qui fata proculcauit, ac vitæ bona
Proiecit atq; abscidit, & casus suos
Onerauit, ipsi, ceu video, nullo est opus,
Quare ipse mortem cupiat, aut quare petat.
Vtrumq; timidi est velle. Contempsit mori
Qui non concupiscit.

Solon. Fatum profectò mortalibus adducit mala, simul & bona.

Fatale vitæ tempus exactum.

In decrepitos, quorum ætas iam exacta videtur.

Hom. Odyss. 5 Dementes, vt qui sacros tibi maxime Phœbe
Absumpsere boues.

Fatis adactus.

Hom. Odyss. 1 Ast hunc huc ventusq; ferens, atq; appulit vnda.

Fatis imputandum.

Homer. 4. Iliad. Nil tibi ego imputo, verū ipsis magis imputo diuis.

Fato non repugnandum.

Soph. in Anti. Sed fata contra, quando id est perquàm arduum,
Non est reluctandum.

Fatum inenitabile.

Hom. Odyss. 1 Pòst, illic accidet illi
Quod fatum Parcæq; graues in stamine nerunt
Nascenti, tum cùm matris promergeret aluo.

Fatum immutabile.

Odyss. 7 Non etenim diuûm mens vertitur astricolarum.

DE FAVORE.

Fauor nulla arte melius quæritur, quàm clementia.

Ouid. lib. 2. de Ponto. Conueniens hominū est, hominē seruare voluptas,
Et melior nulla quæritur arte fauor.

Fauor opus adiuuat, laboremq; minuit.

Ouid. 3 de Pon. Scribentem iuuat ipse fauor, minuitq; laborem,
Cumq; suo crescens pectore feruet opus.

Fauor arte captatus.

Darius quum tributum indixisset subditis, accersitos prouinciarum præfectos percontatus est an tributa essent grauia. Quū illi respōdissent, esse mediocria, iussit vt singuli dimidium exigerent. Quod præfectis moderatum videbatur, regis æquitati visum est dimidio plus satis. Maluit enim suos beneficio sibi conciliare, quàm exarmatos subigere.

Fauor regum temporarius.

Orontes Artaxerxis regis gener, quum ab irato rege reiectus & condemnatus esset: Quemadmodum, inquit, supputatorum digiti nunc infinitum numerum, nunc vnum tantùm possunt ponere: sic regum amici, nunc quiduis pollent, nūc quàm minimum.

Fauor fauorem parit.

Quædam corpora lumen solis exceptum suo fulgore vicissim augent, atq; illustrant: ita quidam aliorum fauore commendati, vicissim suis donibus eos commendant. Plut. in Moral.

Fauere linguis.

Ostium obdite prophani.

Fas quibus est audire loquar, vos turba prophana Orpheus.
Obturate fores.
Loquor hæc apud eos, quibus audire fas est. Prophanorum autem leuis omninò ratio est. Aristides in Pericle.
Odi prophanum vulgus, & arceo, Horat. in Odis.
Fauete linguis, carmina non prius
Audita, musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto.
Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum. Ouidius.
Et ipsam vt deos, & professores eius vt antistites colite, & quoties sacrarum literarum mentio interuenerit, fauete linguis. Seneca de Philosophia.

DE FESTINATIONE.

Dicebat Augustus nihil minus in perfectum ducē conuenire, quàm festinationem ac temeritatem.

Qui res præcoces magno emerent, eos aiebat desperare, quòd ad tempus maturitatis essent peruenturi. Alioqui stultum est, & pluris & deterius emere, quū paulo pòst liceat & minoris, & meliores. Ita rationis expertes hominum cupiditates ad sobrium reuocabat iudicium. Socrates.

Festinationis Adagia.

Nauibus atq; quadrigis.

Pro summo studio ac festinatione scribit Horat. Horat. in epist.
Strenua nos exercet inertia, nauibus atq;
Quadrigis petimus bene viuere, quod petis hic est.
Ne verò tu aut equitatum oppertus fueris, aut vehicula iugalia cornigera & argento picta, quæ celeres vsuræ assequuntur, & prætercurrunt: verùm asino quopiam, quemcunq; nactus fueris fortunæ, aut Caballo, fuge hostem ac tyrannum fœneratorem. Plut. in usurā.

Citis quadrigis.

Quoniam scribis poema nostrum ab eo probari quadrigis poeticis. Cic. Q. fratri.
Quod iubeat citis quadrigis persequi properet. Plau. in Aulu.

Equis albis præcurrere.

Durus homo, atq; odio qui posit vincere regem, Hor. in Serm.
Confidens, tumidusq;, adeò sermonis amari,
Sisennas, Barros vt equis præcurreret albis.
Nam si huic occasioni tēpus sese subterduxerit, nūquam ædepol albis quadrigis indipiscet postea. Plau. in Asin.

Talaria induere.

Pro eo quod est fugam adornare. Cic. ad Attic. lib. 4

Nemo est istorum qui otium non timeat. Quare talaria induamus.

Homerus. Mox vbi iam pedibus talaria subdidit aurea,
Pulchreq; & ambrosiam spirantia: quæ simul illum
Aera per liquidum, simul ampla per æquora vastæ
Telluris, venti flatu dominante ferebant.

Virg. 4. Aenei. Et primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Citius quàm asparagi coquuntur.

De re vehementer properata. Figura prouerbialis Octauio Augusto multum familiaris, in festinatę rei velocitate exprimenda.

Celerius quàm Butes.

Iactari consueuit de his quæ facilè perficiuntur, & celerrimè.

Duobus pedibus fugere.

Aristides in oratione Panathenaica. Atqui primum illud ipsum, quòd quibuscumque opus esset auxilio, ad hanc confugerent ciuitatē, planè tanquam duobus pedibus, neq; vllam aliā reliquarum ciuitatum inspicerent.

Aristophanes. E patria vtroq; deuolauimus pede.

Velis equisq́.

Cic. ad Q. fratrē lib. 2 Sic ego, qui in isto homine colēdo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante cursu corrigam tarditatem, tum equis tum velis.

Idem Offic. 3 Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem ferè author adiutorq; sententię. Cum his equis velisq́;, vt dicitur, si honestum tueri ac retinere sententia est, decertandum est.

Remis velisq́.

Tuscul. quæst. 3 Tetra res est, misera, detestabilis, omni cōtentione, velis, vt ita dicam, remisq́; fugienda.

Philipp. 1 Tum verò tanta sum cupiditate incēsus ad reditū, vt mihi nulli neq; remi, neq; venti satisfacerent.

Plaut. in Asin. Remigio veloq́; quantumcumque poteris, festina & fuge.

Virg. Aeneid. 3 Læuam cuncta cohors remis ventisq́; petiuit.

Plato de leg. 9 Malorum cōsuetudines fugito irreuersim, hoc est, ne à tergo quidem aspiciens.

Vir fugiens haud moratur lyræ strepitum.

Seneca ad Lucilium. Transcurramus nugas solertißimas, & ad illa quæ nobis aliquam opem sunt latura, properemus.

Ocyor accipitre.

Homer. Iliad v Pernices magis accipitre.

Pindarus hymno. 9 Velocius generoso equo, & alata naue.

Salamina nauis.

Plut. in Pericle Nec semper obambulans in turba, sed veluti Salaminiam triremen, sese ad maiorem rerum vsum præbens.

Prius atq; gallus cantet iterum cristiger.

Aristophanes. Minimè gentium.
Ne si quidem te illo appulisses tempore,
Cùm gallus iterum caneret.

Quantum pedibus potes.

Socr. in Gorgia Platonis. Temperantiam quidem sectari atq; exercere oportet. Contrà, intemperantiam fugere, quantum quisque nostrum pedibus valet.

Crisonem Himeræum præcurrere.

Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis, meę facultatis esset. Nunc perinde est ac si me roges vt Crisonem Himeræum cursorem insignem sequar. *Socrat. in Protagora Plat.*

Qui nimium properat, serius absoluit.

Fecit enim vt nunc quoque nobis acciderit, quod prouerbio dicitur. Quodnam? vt dum parū rectè per otium diuidimus, serius perfecerimus. *Plato de Regno.*

Dū festino omnia celeriter percurrere, tardior sum. *Idem 7 de Rep.*

Ne nobis vsu veniat, vt quemadmodum qui apud Aeginetas noctu obambulant, serius perficiunt iter, itidem nos ad rem ipsa veritate serius quàm oportet, peruenisse videamur. *In cratylo.*

De festinatione præpropera.

Vnusquisque rectè vnum studium exerceat, multa nequaquam. Imò si id tentarit, multa aggressus, omnibus frustrabitur. *Plato de Rep.*

An non isti artifices & iniusti idem faciunt quod solent cursores quidam, qui bene quidē currunt ab inferiore loco, à superiore verò nequaquam? Primum quidem celeriter prosiliunt, cęterùm in fine cursus ridiculi sunt. *Ibidem.*

Vnus homo nobis cunctando restituit rem: *Ennius.*
Non ponebat enim rumores ante salutem.

Canis festinans cæcos parit catulos.

In eos qui nimio festinandi studio rem parum absolutam edunt.

Cæca parit properato Acalanthis tinnula nixu. *Aristophanes in Pace.*

Ante victoriam canas encomium.

Priusquam viceris, & facis & canis de te ipso encomium. *Plato in Lyside*

Videbimur galli ignaui more, priusquam vicerimus, à sermone desilientes canere. *Plato in Theæt.*

Est autem incerta fortuna etiam pugnātium, priusquam ad summum finem perueniatur. *Pindar. in Isth.*

Ante lentem augere ollam.

Crates cùm existimaret in ciuitatibus seditiones ac tyrannides potißimū è luxu ac delicijs nasci, per iocū admonuit, Ne prę lēticula semper augēs patinā nos in seditionē conijcias. Sed seipsum adhortetur quisq;, ne præ lēte augens patinā, ne've modis omnibus præterito nasturtio & olea, ad farcimē & piscem desciscens, ex repletione corpori seditionem concitet. *Plutar. in præceptis bona valetudinis.*

Festina lentè.

Periculosa est præpropera prudentia. *Soph. ad Oedip.*

Qui plus satis festinat initio, serius ad finē puenit. *Plato.*

Aiūt, de quibus iā deliberaris, ea celeriter esse peragēda, cunctanter autem consultandum. *Arist. 6. Moral.*

Antequam incipias, consulto, at vbi cōsulueris, maturè opus est facto. *Salustius.*

Cunctanter aggrediendum negotium, verùm in suscepto constanter est perseuerandum. *Bias.*

Vide ne nimium calidum hoc sit modo. *Terent.*

Multis malorum est causa præcipitantia.

Scitū est quoq; illud Catonis: Sat cito, si sat bene. *D. Hieronymus*

Dædaleum remigium.

Non ocyus quiui, si Dædaleis me tulissem remigijs. *Plau. in Amph.*

Ante barbam doces senes.

Persius. Et rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda, tacendaq; calles.

Pind. in Pythijs Hymno 5. Odi puerulos præcoci sapientia.

Præstantiorem quàm pro ætate mentem alit linguamq;, audacia verò pernix inter aues aquila.

Festa luce non vendendum, emendum've.

Iuuen. Sat. 13. Quæ tam festa dies, vt censet prodere furem?
Perfidiam, fraudes? atq; omni ex crimine lucrum
Quæsitum, & partos gladio, vel pyxide nummos?

Festo die si quid prodegeris.

Eucl. in Aulul. Plauti. Festo die si quid prodegeris, profectò egere liceat, nisi peperceris. Admonet adagium, ne in sumptibus solemnibus ita profusi simus, vt non suppetat quo feramus quotidianos.

Festum semper sapienti.

Diogenes in Lacedæmone peregrinum quendam conspiciens se studiosè ad festum diem componentem, Quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? Sensit hunc mundum esse phanum deo dignum, in quo constitutus homo semper honestè velut in conspectu numinis omnia cernentis versari deberet.

F ANTE I.

DE FIDE.

Ad fidem faciendam quæ valeant.

2. de Orat. IN suadendo nihil est optabilius, quàm dignitas.

In Lælio. Genus hoc sermonum positum in hominum veterum autoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis.

In Topicis. Opulentos homines, & ætatis spatio probatos, dignos quibus credatur, putamus. Non rectè fortasse: sed vulgi opinio vix mutari potest.

Fidei violandæ causa.

Mercurius ad Tatium. Inter homines quidem tres extant causæ, propter quas pollicita violant & mentiuntur. Aut enim statim à principio quispiam aliquid per fraudem dicit, aut eius quod dixit, postea ipsum pœnitet, aut ad perficiendum inualidus est factus. Ex his primum prauæ voluntatis est, alterum imbecilli iudicij, tertium infirmæ facultatis. Hæc omnia deus declinat, bonitatis studio, fraudem: constantia, reuocationem eius, cuius ipsum pœnitere posset: postremò agendi efficacia finis impedimentum.

Fideles in amicitia esse decet.

Herodotus. Oportet fideles in amicitia esse, non duplici sententia inquinatum cor possidere, nec periurium sancto iuramento præferre. Nam qui talis vir fuerit, diuinam quidem vindictam differt: interim verò præsentium acerba fruitione se stultus oblectat.

Fides calumnijs non est habenda.

Menander. Quisquis est qui calumnijs statim fidem habet,
Aut moribus improbis præditus est,
Aut ingenium prorsus habet puerile.

Fides nulla est linguæ.

Eurip. in Hipp. Nulla fides linguæ est, quæ alienos quidem
Animos hominum admonere callet:
Ipsa verò ex sese plurima mala possidet.

Fides iustitiæ fundamentum.

Fundamentum autem iustitię est fides: id est, dictorum conuentorumq; constantia & veritas. Ex quo quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, credamusque quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Cic. 1. offic.

Fides erga patriam.

Pomponius vir insignis multis vulneribus in bello acceptus, quum ad Mithridatem adductus ab eo quæreretur, an si curaret eum, vellet sibi esse amicus: Si tu, inquit, Romanis amicus fueris, me quoq; amicum habebis.

Fides in milite.

Otho multis rogantibus ne deposito imperio exercitum ac Rempub. desereret, quidam è gregarijs militibus sublato ense dixit, Scito Cæsar sic pro te omnes animatos esse: moxq; seipsum iugulauit.

Fides amici.

Antigonus in somnis aliquando viderat Mithridatem auream metentem messem, eoq; struebat illi insidias, vt tolleret è medio. Idq; cùm indicasset filio Demetrio, iureiurando adegit vt sileret. Is verò iuncto sibi Mithridate deambulabat in littore maris, & infima hastæ parte inscripsit arenæ, Fuge Mithridates. Is intellecta re profugit in Pontum.

Fides in deditum.

Cùm quispiam rupem teneret inexpugnabilem, vt putabatur, semet Alexandro dedit. At Alexander nō solùm eius ditionis principem esse iussit, verùm addidit: Hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quàm loco munito concedere.

Fides in duce.

Cùm Byzantij irascerentur Athenienses quòd Charetem in subsidium suæ ciuitatis cum exercitu missum aduersus Philippum, noluissent recipere: ac Phocion dixisset, non esse irascendum socijs diffidentibus, sed ducibus quibus fides non haberetur: ipse dux electus est: atq; diffidentibus Byzantijs effecit vt re infecta Philippus discederet. Diffidentiam Byzantiorum in Charetem ducem reiecit, cuius fidei sese committere tutum non erat. At Phocioni probatæ opinionis viro non dubitarunt se credere.

Fides in hostem.

Fabritio iam consuli misit epistolam Pyrrhi medicus, qua promittebat se regem veneno necaturum, si iuberet. At eam epistolam autore non prodito ad Pyrrhum remisit, iubens illum sibi cauere, qui pessimus esset iudex tum amicorum, tum hostium. Sentiens cum pro hostibus eos habere, quos amplecti debebat si satis nouisset, & hos pro amicis ducere, qui peius illi vellent quàm hostes.

Fides in hostem.

Cicer. Offic. Atq; etiam si quid temporibus adducti singuli promiserint hosti, est in eo ipso fides conseruanda: vt primo Punico bello Regulus captus à Pœnis cùm de captiuis commutandis Romam missus esset, iurassetq; se rediturum, primùm vt venit, captiuos reddendos in senatu non censuit: deinde cum retineretur à propinquis & amicis, ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere.

Ibidem. Secundo bello Punico post Cannensem pugnam, quos decem Annibal Romam adstrictos misit iureiurando se redituros, nisi de captiuis redimendis impetrassent: eos omnes, quoad quisq; eorum vixit qui peierassent, censores in ærarijs reliquerunt. Nec minus illum qui iurisiurandi fraude culpam inuenerat. Cùm enim Annibalis permissu exisset è castris, redijt paulò pòst, quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus iureiurando se solutum putabat: & erat verbis, non re. Semper autem in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum.

Fides hostium legatis seruata.

Amissa classe circa Siciliam, Pœni de pace cum Romanis ineunda consultabant. Amilcar negabat se audere ire ad consules, ne idem accideret ipsi à Romanis, quod Pœni fecerant Cornelio Asinę cōsuli, cui legato catenę sunt iniectę. Hanno melius sentiens de Romana fide, profectus est. Cui liberius exponenti causam tribunus militum minitans dixit: & illi accidere posse, quod accidisset Cornelio Consuli. Tunc vterq; consul tribuno silere iusso: Isto metu, inquit, ô Hanno, te fides ciuitatis nostræ liberat.

Fides vsu peritorum sententijs adhibenda.

Arist. li. 6. ca. 11 Ethic. Cùm & sententiam, & sagacitatem, & prudentiam, & intelligentiam quibusdam attribuimus, tum eos sententiæ facultate valere, ac intelligentia præditos, prudentes sagacesq; dicimus.

Ex Poëtis.

Fide pax comparatur.

Sil. Ital. lib. 2. bell. Pun. 2 Ante Iouē generata decus diuumq; hominumq;,
Qua sine non tellus, pacem non æquora norunt.
Iustitiæ consors, tacitumq; in pectore numen.
Exitium'ne tuæ dirum spectare Sagunti,
Et tot pendentem pro te dea cernere pœnas
Vrbem lenta potes? moritur tibi vulgus, & vna
Te matres vincente fame; te mœsta virorum
Ora vocant, primaq; sonant te voce minores.
Fer cælo auxilium, & fessis da surgere rebus.
Hæc fatus Alcmena.

Prop. lib. 2 Multum in amore fides, multum constantia prodest.

Fides magis deo placet quàm sacrificium.

Ouid. epist. 18 Non boue mactato cælestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est & sine teste fide.

Fidei responsio ad Herculem, qua ait se regiones malis pollutas habitare non posse.

Sil. Ital. ibid. Contrà cui talia virgo:
Cerno equidē nec pro nihilo est mihi fœdera rūpi,
Statq; dies ausis olim tam tristibus vltor.
Sed me pollutas properantem linquere terras,
Sedibus his, tectisq; Iouis succedere adegit
Fœcundum in fraudes hominū genus, impia liqui,
Et quantum terrent, tantum metuentia regna,
Et furias auri, nec vilia præmia fraudum,
Et super hæc ritu horrificos, ac more ferarum
Viuentes rapto populos, luxuq; solutum
Omne decus, multaq; oppressum nocte pudorem.
Vis colitur, turrisq; locum sibi vendicat ensis,
Et probris cessit virtus. En aspice gentes,
Nemo insons, pacem seruant commercia culpæ.

Fides clementia germana.

Huic diuæ germana, fides, eademq; sororis *Claud. lib. 3. in Stilicon.*
Corde tuo delubra tenens.

Fides amicitiam maximè seruat.

Hæc & amicitias longo pòst tempore firmat, *Ibidem.*
Mansuroq; adamante ligat, nec mobile mutat
Ingenium, paruæ strepitu nec vincula noxæ
Dissolui patitur, nec fastidire priorem
Allicitur veniente nouo, benefacta tenere,
Respuere offensas facilis, pariterq; minoris
Officij, magniq; memor superare laborat:
Vtq; hostes armis, meritis sic vincit amicos.
Tarda solet magnis rebus inesse fides. *Ouid. epist. 16*
Clausa fides miseris. *Lucan. lib. 9*
Non rata fides, vbi iam melior *Senec. in Herc. Oetæo.*
Fortuna ruit.
Stat nulla diu mortalibus vsquam *Sil. Ital. lib. 11. bell. Pun. 3*
Fortuna titubante fides.
Perdurat non empta fides, nec pectora merces *Claud. de Hon. consul.*
Alligat.

Fides opere non verbis præstanda.

Surgit, cui dederat clarum Collatia nomen. *Ouid 2 Fast.*
Non opus est verbis, credite rebus, ait.

Fides regno postponenda non est.

Quis verò non æqua dedit victoria nomen? *Sil. Ital. lib. 2 bel. Punic. 2*
Audite ô gentes, non rumpite fœdera pacis,
Nec regnis postferte fidem.

Fides prohibet arcana loqui.

Fatere, ne te cogat ad verum dolor. *Senec. in Oed.*
Senes prohibet fides.

Fides in senibus maior, quàm in iuuenibus.

Ardua quippe fides robustos exigit annos. *Luca. lib. 8*
Pelleusq; puer gladio tibi colla recidit *Ibidē de Pomp.*
Magne tuo.
Teneris in annis haud satis clara est fides. *Senec. in Octau.*
Præmissa futuris dant exempla fidem. *Claud. 4. Hono. consul.*

Fides serui necessaria.

Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro, *Terent. in Andr.*
Sed his, quas semper intellexi sitas,
Fide & taciturnitate.

Fides nusquam tuta.

Nusquam tuta fides. *Virg. 4. Æneid.*
Perq; tot ætates hominum, tot tempora & annos, *Manil. 2. Astr.*
Tot bella & varios etiam sub pace labores,
Cùm fortuna fidem quærat, vix inuenit vsquam.
At quanta est scelerum moles per secula cuncta,
Quamq; onus inuidiæ non excusabile terris.

Venales

Venales ad fata patres, matrumq; sepulchra
Supposuit, Phœbus noctem terrasq; reliquit.
Quid loquot euersas vrbeis, & prodita templa,
Et varias pacis clades, & mixta venena,
Insidiasq; fori, cædes in mœnibus ipsis,
Et sub amicitiæ grassantem oomine turbam,
Et fas atque nefas mixtum, legesq; per ipsas
Sæuit nequities, pœnas iam noxa vincit,
Scilicet in multis quooiam discordia viocit.
Corpora nascuntur, pars & sublata per orbem,
Et fidei tarum fœdus, pacisq; tributum,
Vtq; sibi cælum, sic tellus dissidet ipsa,
Atq; hominum gentes inimica sorte feruntur.

Fidei violator amarissimas luet pœnas.

Sil. Ital. libr. 13. bell. Pun. 2 — Dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet amici,
Noo illi domus aut coniux, aut vita manebit
Vnquam expers luctus, lachrymæq;, aget æquore
semper
Ac tellure premens, aget ægrum oocte dieq;,
Despecta ac violata fides.
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Fides seruanda.

Dido Ouidiana — Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest:
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Oui. 3. de Arte. — Reddite depositum, pietas sua fœdera seruat.
Fraus absit, vacuas cædis habete manus.
Sillius libr. 2 — Neu rumpite fœdera pacis,
Nec regnis postferte fidem.

DE FIDELITATE.

Teren. in Phor. — Cuius tu fidem in pecunia prospexeris,
Verere ei verba credere?

Fidem in malo seruare scelus est.

Senec. in Hercu-le Oeteo. — Præstare fateor posse me tacitam fidem,
Si scelere careat: interim scelus est fides.
Ouid. Epist. 19 — Vt valeant, aliæ ferrum patiuntur & ignes,
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantùm periuria vita,
Teq; simul serua, meq;, datamq; fidem.
Sene in Hercu-le Oeteo. — Sed te per omne cælitum numen precor,
Per hunc timorem, quicquid arcani apparo
Penitus recondas, & fide tacita premas.
Plaut. in Capt. — Fac fidelis sis fideli, caue fluxam fidem geras.
Sil. Ital. lib. 13. bell. Punic. — Vox occulta subit, passim diffusa per aureis:
Fœdera mortales ne sæuo rumpite ferro,
Sed castam seruate fidem: fulgentibus ostro
Hæc potior regnis.
Teren. in Phor. — Quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curaui vnũ hoc quidem, vt mihi esset fides.
Ibidem. — Isthæc mihi res sollicitudini est,
Neq; defetiscar vnquam adeò experier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

Fidelissimi lum.

Plaut. in Asin. — Eidem homini si quid rectè curatum velis,
Mandes: mori sese miserè mauolet,
Quàm noo perfectum reddat, quod promiserit.
Clau. in Eutro. lib. 2 — At nunc qui fœdera rumpit,
Ditatur: qui seruat, eget.

Pomponius. — Aurea quam sancto coluerunt secula ritu,
Aut oulla, aut oostro est tempore rara fides.
Quum quædam Lacæna venderetur, interrogata quid sciret, Fidelis, inquit, esse. Existimans fidem quouis opificio præstantiorem.

Fides Adagia. Folium Sibyllæ.

Iuuenalis. — Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.
Arist. in Pace. — Haud etenim, neq; enim canit ista Sibylla.
Virg. 3. Aen. — Insanam vatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsq; notas & nomina mandat.
Quæcumq; io folijs describit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
6. Aeneid. — Folijs ne tantùm carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria veotis.

Ex tripode.

De multum veris & indubitatæ fidei rebus.
Plat. de Leg. 12 — Ne si Pythius quidem affirmauerit.
Cato de Medic. — Et hoc puta vatem dixisse.
Plinius. — Vtinam falsum hoc, & noo à vate dictum, quàm plurimi iudicent.
Plutarchus de Dignosc. adul. — Cùm is audito quicquid dictum fuerit, ita discedit, vt existimet se oraculum accepisse, non sententiam.

Priscis credendum.

Cic. 2. de Vniu. — Credendum nimirum est veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant.

Suffragium optimum.

Arist. 1. Rheto. — Ei qui testes non habet, hic erat locus, ex probabilibus signis esse iudicandum: & hoc est quod dicitur, suffragio optimo.

Dignus qui cum in tenebris mices.

Hoc noo'ne est turpe dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant, à quibus natum est id quod tritum est vetustate prouerbium. Cùm enim fidem alicuius, bonitatemq; laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices.
2. de Finib. — Cur iustitia laudatur, an verum est tritum vetustate prouerbium, Qui cum in tenebris mices.
Dignus hic est, cui vel iniurato fidem habeas.

Atticus testis.

De probatissimæ fidei teste, & incorruptissimo. Extat & aliud,
Lucian. de Mercede seruientib. — Ex Iouis tabulis testis. vnde Lucianus,
Si quis te adulterum, aut pæderastem dixerit, is protious, iuxta id quod dici solet, ex Iouis tabulis testis.

Attica fides.

Fab. Quint. li. 12. de Genere dicendi. — Quos ego existimo, si quod in bis finibus vberius inuenerint solum fertiliorem've segetem, negaturos Atticam esse, quòd plus quàm seminis acceperit, reddat: quia hanc eius terræ fidem Menander eludit.
Adeò certa Atheniensium in Romanos fides fuit, vt quicquid syncera fide gereretur, id Attica fide fieri Romani dicerent.

Dites promissis.

Id est, magnifica quidem oratio, sed fide carens.

Plut. in Apop. Eudomidas quum Stoicum quempiam dicentem audisset, solum sapientem esse bonum imperatorem: Admiranda quidem, inquit, oratio: cęterum qui dicit, nunquam cinctus fuit tubarum strepitu.

Recto pectore.

Ammia. Mar. lib. 17 His literis diu libratis, recto pectore quod dicitur, consideratec; responsum est.

Qui probant, quod probandum est, & damnant quod damnandũ est, recto pectore loquuntur.

Iouem lapidem iurare.

Qui sanctè & religiosè deierant, Iouem lapidem iurant.

Cicer. 7. epist. ad Trebatium. Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cùm scias iratum esse Iouẽ nemini posse?

Herodotus. Huic iniurato fidem habere malim, quàm tibi Iouem lapidem, vt aiunt, iuranti.

Apuleius. Quid igitur iurabo per Iouem lapidem, Romano vetustissimo ritu?

Rhadamanthi iusiurandum.

Quod verissimum erat, & nullũ deum asciscebat.

Arist. in Periс. Perinde quasi dicas Rhadamanthum mortales in consuetudinem adduxisse peierandi, qui vsqueadeò pietate, iustitiaq; praecelluit, vt vita defunctus, ijs qui illuc appellunt, iudex esse credatur.

Veriora sunt ijs quæ apud Sagram acciderunt.

De re multa fide digna solitum dici.

Homer. 1. Iliad. Nec reuocanda, nec irrita, vana've dico futura, Quæcumq; annuero & promisero vertice moto.

Simul & dictum & factum.

Homerus. Mox simul ac dictum est verbum, res ipsa peracta est.

Virgilius. Et dicto citius tumida æquora placat.

De manu in manum.

Totum denique hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam & victoria & fide præstantem.

Simul & da & accipe.

Cùm res est cum homine parum certa fide, cui non sit vtile quicquam credere, nisi statim receperis quod fueris stipulatus.

Arist. Moral. Nicom. 8 Altera quidem omninò sordida & cauponaria compensatio de manu in manum: altera magis ingenua ad tempus.

Pindarus. Phœnix enim sio illico:
Quippe altera manu do, & accipio altera.

DE FIDVCIA.

Fiducia ducis.

Alexander apud Granicum martem experturus, hortabatur Macedones, vt affatim pranderent, veluti postridie ex hostium commeatu cœnaturi. Tam præsens erat animus, ac de belli euentu fidens ac securus.

Fiducia victim. Idem postquam in expeditionem profectus regias opes penè omnes in milites ac duces distribuisset, roganti Perdiccæ, Quid tibi nunc rex superest? Spes, inquit. Tunc Perdiccas, Hæc etiam quidẽ nobis cõmilitonibus tuis futura cõmunis est: & prædium quod ipsi designarat Alexander, recusauit. Tanta erat fiducia bene successuram expeditionem.

C. Iulius Cæsar, cùm Romæ Pontificis Maximi dignitatem ambiret, competitore Q. Catulo, primæ apud Romanos dignitatis ac potentiæ viro, matri ipsum ad fores deducenti, Hodie, inquit, ô mater, aut Pontificem Maximum babebis filium, aut exulem. Excelsa indoles, omnisq; repulsæ impatiens. *Fiducia sui.*

Xerxes cùm ad se deportarentur caricæ Atticæ venales, negauit se illas esurum, donec regione potitus esset, quæ illas ferret. Tam ingens erat excelsi pectoris fiducia. *Fiducia sui.*

Idem Græcorum exploratores in exercitu comprehensos, nullo affecit malo, quin potius iussos omnem lustrare exercitum illæsos dimisit.

Themistocles obstrepens quum ab Eurybiade baculum tolli in ipsum vidisset, Percute, inquit, sed tamen audi: præsens animus & suo fidens consilio.

Epaminondas Thebanorum dux, cùm capitis postularetur cum suis ducibus, quòd præter legem, Bœoticæ præfecturæ menses quatuor adiecisset, dixit se sermones factis meliores non habere: sentiens res à se gestas reo patrocinari debere. Quòd si mihi, inquit, moriendum est, peto vt quum me occiderint, columnæ damnationis titulum inscribant: quo Græci videant Epaminondam Thebanos nolentes coëgisse Laconicam, quæ per quingentos annos capi non poterat, Messenam incoluisse, Arcades inter se conciliauisse, resq; illorum composuisse, Græcos deniq; libertati restituisse. Nam hæc illo tum imperio gesta sunt. His auditis iudices discesserunt, ac calculos de illo colligere noluerunt. Simul docuit quantam fiduciam homini præstet egregiorum meritorum conscientia. *Fiducia merit.*

C. Fabricius Pyrrho hortãti, vt apud se ageret, imperij socius futurus, Ne tibi quidem isthuc expedierit, inquit: Nam si Epirotæ nostrum vtrumq; pernorint, mihi regi quàm tibi parere mallent. *Fiducia sui.*

Scipio senior quum obsideret oppidum humili loco situm, prominente illinc Veneris templo, iussit illuc profiteri vadimonia, tanquam tertio pòst die ius ibi redditurus. Et quod se facturum prædixit, fecit vrbe capta, tanta erat victoriæ fiducia. *Fiducia victor.*

Senatus decreuerat vt pecunias sumeret Scipio ex ærario: at quum quæstores ærarij negarent se eo die aperturos, Ipse, inquit, aperiam, quoniam meo labore clauditur, qui tanta pecuniarum vi repleuerim ærarium. Exemplum ingentis fiduciæ meritis quæsitæ. *Fiducia merit.*

Idem quum à Vetilio & Q. Tribuno pleb. multis nominibus accusaretur apud populum, nihil ad crimina respondit, tantum hoc dixit: Hoc die, Quirites, Annibalem & Carthaginem deuici: proin ipse sumpta corona in Capitolium ascendo Ioui Opt. Maximo sacrificaturus: si quis de me suffragium ferre velit, ferat. Hæc loquutus ascendebat in Capitolium, relictis accusatoribus. Tantum valet egregiorum in Republicâ meritorum fiducia, vt repentè iudicij rigor versus sit in ouationem, & reus pro supplice egerit triumphantem. *Fiducia merit.*

C. Domit

Fiducia in hostem. C. Domitius, quem Scipio maior pro se Lucio fratri in bello aduersus Antiochum legatum dederat, vbi contemplatus esset hostium phalangem, præfectis exercitus hortantibus vt confestim aggrederetur, negauit tempus sufficere ad hoc, vt tot milibus trucidatis, in castra reuersi sua curarent corpora. Sed hoc ipsum postridie se tempestiuè facturum dixit. Ac postero die congressus quinquaginta milia trucidauit.

Fiducia senect. M. Castricius Placentiæ magistratum gerens, Cneo Carboni Consuli iubeno decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis redderentur, non paruit: Atq; eo minitanti dicentiq;, Multos habeo gladios, respondit, Et ego annos: declarans se senectutis præsidio fretum, non metuere gladios.

Fiducia artis. Euripides apud Alcestidem tragœdiarum scriptorem aliquando questus est, quòd summo tridui labore adnixus non potuisset nisi tres versus absoluere. Contrà Alcestidi glorianti quòd ipse perfacilè centum absoluisset vno die: At tui, inquit, ad triduum modò, mei in omne æuum duraturi sunt.

Fiducia artis. Antigenides Thebanus Ismeniæ discipulo quum scitè canens minus populo probaretur, Mihi, inquit, cane & musis: admonens prorsus esse contemnendum imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abundè magnum præmium sit ipsa conscientia.

Agesilaus cùm iter faceret per Thraciam, nulli quidem barbarorum supplex fuit vt daretur transitus, sed missis ad singulos nuntijs, rogabat an per hostium, an amicorum regionem iret. At Troadenses cùm transitus mercedem postularēt centum argenti talenta, totidemq; fœminas, commoto exercitu omnes vertit in fugam.

DE FILIIS.

Durum est filium delicto patris impediri.

Curtius Bruto. Est acerbom, parentum scelera filiorum pœnis lui.

Filij ob patres à Deo puniuntur.

Plut. in Moral. Quemadmodum Ischiacis medici pollicē lnutunt, & cùm alibi doleat, alibi admouent remedium: sic Deus nonnunquam vt patres sanet, sæuit in filios.

Filios qui negligit, mortalis fit.

Plato 4. Dial. de Leg. Nefas est immortalitate seipsum priuare spontè: hac verò ex animo ille se priuat, qui filios & vxorem negligit.

Filijs qui operam dat, non ebrius sit.

Plato 6. Dial. de Leg. Quare vt solidus, stabilis, & quietus conceptus fiat, non oportet corporibus ebrietate diffusis dare operam liberis: qui autem vino refertus est, tam animæ quàm corporis rabie concitatus, quouis & trahit & trahitur. Idcirco ebrius, tanquam mente captus, ad serendum est inutilis.

Filij deorū qui. Alexander quum à vate, Iouis filius appellatus fuisset, Nihil, inquit, mirum. Nam Iuppiter omnium quidē natura pater est, sed ex ijs optimos quosq; peculiariter suos facit, qui virtute, ac præclarè gestis proximè ad deorum naturam accedunt.

Filius improbus. Cato senior in inimicum quendam probrosę vitæ, Huius, inquit, mater quum deos orat vt sibi filius sit superstes, non precatur, sed imprecatur: sentiens illam & sibi & Reipub. precari magnum malum.

M. Antonius filium habebat ex Fuluia. Is puer Philotæ dederat ingentem vasorum vim, quæ quum ille recusaret accipere, metuens ne pater tantam filij liberalitatem non probaret, Quid times, inquit puer, accipere? An nescis eum qui dat, filium esse Antonij? *Filius patri similis.*

Biduo priusquā moreretur Antoninus Pius, admissis amicis aperuit sententiam suam de filio, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens se æquo animo mori, quum filium relinqueret. *Filius solatium mortis.*

Nemo est qui parem dijs & hominibus gratiam referre possit, & tamen qui eos quocumq; officio & obseruatione potest, colit, is vir bonus habetur. Itaq; filio non videtur concessum vt patrem exhæredet, patri licet liberos. Par est enim filium, qui obligatus est, beneficia reddere: qui si omnia efficiat, nullam tamen partem videatur illius meritorum assequutus. Ita semper illius beneficijs obligatus est. Sed nemo est qui filium velit vnquam exhæredare, nisi qui insigni quadam improbitate sit præditus. *Filij nullā partē ass. quātum meritorum patris erga se. Arist. lib 8 ca. 14. Ethic.*

Filios habere bonum est.

Beatus est, qui & ipse adhuc valet, *Diogenes.*
Et filios ipsum defendentes robustos habet.
Hęc est ô mater, possessio pulcherrima, & potior diuitijs, si cui sit *Euripides.*
Et liberi boni. Nam & si moriantur domi,
Sunt tamen instar egregij thesauri: ac parentibus
Ornamentum vitæ, quod nunquam relinquit familiam.
Quàm nihil est homini fidum pręter suam prolem!
Sed lucri causa vel consanguinei mali fiunt.
Mulier, gratum est hoc solis iubar,
Et amœna visu tranquilla sunt æquora,
Terraq; vernans, & affluens aqua fluens.
Deniq; multarum rerum laudes recitare possim.
Verùm adeò egregium visuq; pulchrum nihil est,
Quàm cùm carentes prole, cuius desiderio maximo tenentur,
Filiorum recens natorum domi lucem aspiciunt.
Quando fundamentum generis non iactum est *Idem in Herc.*
Bene, tum filij necessariò infortunati fiunt.
O filij, quantum estis philtrum humanæ menti. *Menander.*
Dolorifica res est, si quis homo diues
Nullum habeat domi suæ successorem.
Non potest vlla maior esse patri voluptas quàm hæc,
Prudentem atq; temperantem videre aliquem de se progonatum.
Beatus ille qui fœlix prole fuit, *Diogenes.*
Nec propter insignes calamitates luxit.

Lacæna quædam mulieri, quæ ornatum Ionicum ei ostendebat, liberos suos vicissim monstrauit, inquiens: At meum ornamētum huiusmodi est. *Serinus.*

Hoc modo omne mortalium genus seruatur. Non quòd semper planè vnum & idem sit, quale diuinū genus est: sed quia id quod abit senescitq;, aliud nouū sibi simile relinquit. Ne mireris igitur, si vnumquodq; animal fœtum seu germen suum natura colit. Hoc enim studium, hic amor cūctis inhæret, *Plato in Symp.*

inhæret, genus suum æternum efficiendi gratia.

Idem. Quinetiam vnumquodq; animal pro suis fœtibus fortiter dimicat.

Est enim secundum naturam & consentaneum nuptijs, vt fœtus omnes aut plurimi saltem educentur.

Hierocles. Primùm cogitandum est, quòd non solùm auxiliatores nobis, senectęq; nutritores, ac omnis fortunæ & casus participes gignamus, non inquam pro nobis ipsis solùm, sed etiam pro parentibus nostris multas ob causas. Siquidem procreatio liberorum habet in se gratitudinem erga parentes nostros. Nam si quid fortè nobis ante mortem ipsorum acciderit, filios eis nostri loco ad senectutem ipsorum nutricandam relinquimus. Est res egregia, auum deduci nepotum suorum manibus, & omni cura obsequioq; ab ipsis affici.

Primum gratitudinis officium erga parentes nostros præstabimus, si proli generandæ operam demus: deinde vota & desideria eorum qui nos genuerunt promouebimus. Statim enim à principio cùm generatio nostri ipsis cordi esset, cogitantes apud se cupientesq; genus suum successione quàm longissima propagare, & filios filiorum relinquere, tum nuptiarum, tum procreationis educationisq; nostræ curam habuerint.

Quamobrem si nuptias contraxerimus, & liberis operam dederimus, partem aliquam ipsorum desiderij conficiemus: secus autem animati, voluntatem eorum irritam reddemus.

Atqui propemodum dixerim vnumquemque, qui sponte, ac sine causa peculiari nuptias & prolis generationem declinat, parentes suos damnare vecordiæ, tanquam non iustis rationibus moti nuptias contraxerint. Quod qui ita sentit, secum ipse pugnet, facilè animaduerteris. Nam quomodo non dissentiret à seipso, qui vita quidem probat, & corpori suo acquiescit, tanquam decenter à parentibus ad vitam promotus sit: à se verò alios generari improbat? Verùm enimuero perpendendum est, primo quidem, quòd liberos non solùm nobis generemus, sed illis etiam, quorum opera nos nati sumus: deinde amicis quoque & cognatis. Quippe gratum & istis fuerit procreatos à nobis liberos intueri, tū propter beneuolentiam & familiaritatem, tum propter vitam tutiorem ita & potentiorem. Firmantur enim hoc pacto vita inter gentiles ac necessarios, similiter vt naues quæ multis anchoris in mari stabiliuntur.

Proinde cura de nuptiis & prole suscipienda ad hominem cognatis sociisq; fauentem omninò pertinet: Sed etiam patria ad hoc ipsum sedulò nos adhortatur. Nam liberos procreamus, non tam nobis ipsis ferè quàm patriæ, successioni nostræ prospicientes ac exhibentes reipub. illos qui in locum nostrum substituantur. Itaq; sacerdos ciuitati suæ sacerdotes debeat, princeps principes, concionator concionatores, deniq; ciuis ciues. Quippe si ciuitas temporaneus quidam cœtus esset, eiusq; vita hominis ætate comprehenderetur, successione non indigeret: at quoniam ad multas ætates extenditur, procul dubio non præsens solùm, sed futurum etiam tempus spectandum est: & natale solum haud quaquam solitarium, sed spe posteritatis nostræ innixum relinquere conueniat.

Porrò legumlatores, quibus vnicum hoc institutum est, vt inquirant & dispiciant, quid ciuitati bonum aut malum sit, quid reipub. conducat, aut obsit, ac non omnes vtilissimum fore ciuitatibus existimarunt, si ciuium familiæ augeantur: contrà maximè damnosum, si minuantur? Et nullos vel paucos esse liberos ciuibus, inutile: habere autem prolem, eamq; numerosam, conducibile iudicarũt. Quamobrem mulieribus ne abortum facerent, interdixerunt: non obedientibus autem pœnam scripserunt: item ne medicamentis sterilitatem inducentibus vterẽtur, prohibuerunt. Ob id multitudinis liberorum vtrique sexui præmia, & sterilitatis pœnam statuerunt. Musonius.

Vt qui hospites afficit iniuria, Iouem hospitalem offendit: & qui lædit amicos, in Philiū Iouẽ, id est, amicitiæ tutelarem, peccat: ita quisquis erga gentem & familiam suam iniurius est, contra patrios deos, ac gentilitium Iouem, iniuriarum in genus proprium censorem, delinquit. Qui autem aduersus deos peccat, impius est.

Conuersationem numerosæ prolis rem egregiam & vtilem esse intelliget, qui secum æstimauerit, quod magnis honoribus in ciuitate afficiatur quisquis multos habet liberos: & vicini eius reuerentia moueantur, quodque potentior fit omnibus sibi æqualibus, qui non æquè multos habuerint liberos.

Quemadmodum potentia maior est viri multitudine amicorum muniti, quàm illius qui nullos amicos sibi obstrinxit: ita nimirum multò plus potest, cui proles est numerosa, quàm ille cui vel nulla vel pauca: atque id eò magis, quò propinquiores cuique sunt filij quàm amici.

Operæpretium est animo voluere, quale spectaculum sit vir cum prole multa aut mulier quæ cum liberorum suorum frequente cœtu spectatur.

Haud vel pompam in deorum honorem celebrandam pulchriorem, vel choream in templis maiori cum decore cōstituentium ipsam aliquis viderit, quàm cœtum liberorum multorum, qui ante parentes suos per ciuitatem incedũt, aut eos manibus ducunt, aut quomodocunque circa ipsos obsequiosè versantur. Quid obsecro pulchrius hoc spectaculo fuerit? Aut quid ipsis parentibus magis exoptandum cùm aliàs, tum si probè animati sint? Aut quibus aliis promptius vel optares bona diuinitus contingere, vel vbicunque opus esset, auxilium præstares?

Filios filiasq; habere inutile est, & incertum an proprij fiat eius qui nutrit.

Nihil est miserius patre. Menander.

Nisi quis alius fortè plurium liberorū parens fuerit.

Dubius equidem sum, neque diiudicare possum, Euripides.

Vtrum melius sit progigni liberos

Mortalibus, aut sterili vita frui.

Istos enim quibus liberi nulli sunt, miseros esse video:

Et contrà illos qui prolem genuerunt, nihilo fœliciores.

Nam si mali fuerint, extrema calamitas est:

Rursus si probi euadant, magnum pariunt malum:

Affig

Affligunt enim genitorem, dum, ne quid patiantur, metuit.
Si quis imperitus liberos solatium appellauerit,
Ille minus quidem senut doloris, ac in medio infortunio fortunatè vixit.
Aut oportet viuere solum ac cœlibem, aut natis iam liberis,
Mori parentem. Adeò oĩs deinceps vita acerba est.
Sophocles. Magna vis est procreationis. Nam neque si mala
Patiatur aliquis, prolem à se genitam odisse potest.
Homerus. Mater quidem ait ipsius me filium esse. Ego autẽ
Ignoro. Nullus enim suum genus per se cognouit.
Odyssea Patrem esse plurimum habet molestiæ,
Metusq;, & curas infinitas.
Sophocles. Desine. Satis est huius patris filium nominari,
Si modò sum: sin minus, parum incommodi fuerit.
Nam opinio pro veritate obtinet.
Hic se stultum fateatur, qui cùm antea liberis careret,
Externam prolem ædibus suis accersiuit.
Nam cui liberos procreare dij non concesserunt,
Id pati debet, non incusare numen.
Euripides. Adoptatorum liberorum nulla vis est. Naturales etenim
Præstantiores iudicare oportet, quàm eos qui solam existimationem habent.
Democritus. Periculosa est educatio liberorum. Nam si res bene cedat, multum sollicitudinis & curarũ adfert: si malè, alios dolores necessarios parit.
Aristippus. Vxore ipsum accusante, quòd filium non admitteret, ac dicente: Atqui ex te natus est: expuens, Hoc etiam, inquit, ex me, sed inutile mihi est.
Democritus. Non probo liberorum propagationem. Nam in ipsorum possessione multa magnaq; discrimina inesse video, & molestias plurimas: pauca verò iucunda, eaq; tenuia, & exilia.
Idem. Mea quidem sententia consultius fuerit viro locupleti, amici cuiusdam filium sibi adoptare, vtpote talem habituro, qualem desiderauerit. Licet enim eligere pro arbitrio, ac talem qui idoneus esse videatur, & maximè naturam eius referre. Vides quantum intersit: Adoptanti quidem filium, ex plurimis & bonis deligere licebit aliquẽ, cuius ingenio præcipuè delectetur. Gignenti autem ex seipso multa pericula imminent. Talem náq; oportebit habere, qualiscunq; natus fuerit.

Filij fœminis sunt præferendi, & nothi non minoris faciendi, quàm legitimi.

Euripides. Mulier egressa paternis ædibus,
Non amplius est parentum, sed coniugis.
Masculum verò genus perpetuò manet in ædibus
Deorum paternorum, siue Larium, & sepulcrorum limitem honorat.
Menander. Filia nubilis, etsi planè nil loquatur,
Ipso tamen silentio plurimum de se prædicat.
Euripides. Filij columnæ sunt familiarum.
Menander. Magna fœlicitatis pars est, filius bona mẽte prędit⁹.
Verùm filia, laboriosa est possessio patri.
Filia possessio est genitori molesta & incommoda.
Hermaphrod. Filium aliquis educare potest, etsi inops fuerit:
Filia verò ægrè quamuis à diuite nutritur.
Sophocles. Nothus tantundem valet, quantum legitimus.
Omne quod bonum est, genuinam & legitimam habet naturam.

Nothum genus habet nomen culpabile, natura verò æqualis est. *Euripides.*
Frustrà mortales sibi cauent à nothis
Filijs generandis Quisquis enim bonus fuerit,
Illius natura non corrumpitur nomine.
Ego mihi filios asciscere nothos non dubito.
Cùm enim legitimis nulla in re sunt inferiores,.
Propter leges malè audiunt, quas tu cauere debes.

Filij domandi sunt, & ad laborem assuefaciendi.

Tu quos ad studiũ atq; vsum formabis agrestem, *Virg. 3. Georg.*
Iam vitulos hortare: viamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc vbi libera colla
Seruitio adsuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.

Filij tales sunt, vt eos parentes sinunt.

Sic fiet modò, vt nunc est, quæso. *Teren. in Adel.*
Vt quisq; filium suum vult esse, ita est.

Filij parentum acta moresq́ imitantur.

Fortes creantur fortibus & bonis. *Hor. Ode. 4. li. 4*
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Redit ad autores genus, *Senec. in Hipp.*
Stirpemq; primam degener sanguis refert.

Filij parentibus obediant.

P. Neq; istic, neq; alibi tibi vsquã erit in me mora. *Teren. Pamph. in Andria.*
SIM. Facis quod decet te,
Cum isthoc, quod postulo, impetro cum gratia.

Filij parentum mortem appetunt sæpissime.

Porro autem dum studeo illis vt quàm plurimum *Teren. in Adel.*
Facerem, contriui in quærendo vitam, atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero odium:
Meam autem mortem expectant.
Filius ante diem patrios inquirit in annos. *Ouid. 1. Metam.*

Filias nuptui inuitas tradere inscitia est.

Stultitia est pater venatum ducere inuitos canes. *Plau. in Sticho.*
Hostis est vxor, inuita quæ ad nuptũ virum datur.

Filiarum pudicitiam parentes seruare non nimis possunt.

Doctè & sapienter *Plaut. in Epid.*
Dicis, non nimis potest pudicitiam quisquam suæ seruare filiæ.

DE FINE.

Finium genera sunt plura: Vnum eorum qui actione, alterum eorũ qui nõ solùm actione, sed etiam opere cernũtur. Ac quarum rerum præterquam quod actiones, alij præterea fines sunt, in ijs natura sunt opera meliora actionibus. Et quoniam multæ actiones & officia, artes ac scientiæ erant, complures etiam fines extiterunt. In ijs omnibus fines earum quę principem locum tenent, magis expetendi sunt, quàm omnium earum quæ sub eas subiectę sunt: quippe cùm horum causa etiam illi expetantur. *Arist. li. 1. ca. 1. Ethicorum.*

Finis rerum vltimus fœlicitatem continet.

Cap. 10. lib. Atqui si quod est rernm agẽdarum vltimum, quod & propter se expetamus, & propter ipsum cætera omnia, nec omnia propter alind sequimur, perspicuum est in eo esse summnm bonum.

Cap. 7. lib. 1. In omni actione & consilio est finis, quandoqnidẽ eius causa omnes agunt omnia. Quocirca si in vno aliquo finis est rerum agẽdarum omnium, sic in eo id bonum quod agẽdum est: si autem sit in pluribus, in eis ipsis. Quoniam autem plures sunt fines, aliosq; propter alios expetimus, perspicnum est non esse omnia perfecta.

Fines non cadunt in deliberationem.

Cap. 3. lib. 3. Deliberamus autem non de finibus, sed de ijs quæ ad fines pertinent. Neq; enim aut medicus an curet, consultat: aut orator, an persuadeat: vel alij artifices de eo quem sibi proposuere finem: sed omnes proposnum sibi finem, quemadmodum, & quibus rebns assequantur, inquirunt. Quòd si compluribus ad eum rationibua perueniri posse constet, tum qua facillimè, & optimè possit, inuestigant. Sin vna via perfici queat, quemadmodum per banc assequantur, considerant: ad illamq; per quam perueniant, dum ad primã causam ventum sit, quę in inueniendo postrema est.

Finis bonitatis morum.

Musonius. Nullus enim alius finis est bonitatis morum, quàm bene beateq; in posterum viuere.

Finis contumeliæ.

Callicratidas. Omnis autem contumeliæ finis exitium est.

Archias. Finis malua malo de principio exit.

Phintys. Petulantiæ omnis finis pernicies est.

Plato Leg. 11. Finis puerorum incertus est, ad quem malitiæ aut virtutis terminum exeat, tum quod animam, tum quod corpus attinet.

Finis vitæ spectandus.

Epaminondas interrogatus, quem arbitraretur ducem præstantissimum, seipsum'ne an Chabriam, an Iphicratem. Id, inquit, iudicatu perdifficile est donec viuimus. Alludens ad illud Solonis, neminem dicendum beatum ante obitum. Quandiu enim viuit homo, potest & ad meliora proficere, & ad deteriora degenerare.

Iuuenalis. Quem vox facunda Solonis
Respicere extremæ iussit spatia vltima vitæ.

Sophocles in Oedipo. Itaq; mortali supremus ille fatorum dies
Vsque respectandus, vt ne quem beatum iudicet,
Quin mali nihil vniuersum passus æuum exegerit.

Idem in Trachinijs. Vetus inter homines extat hoc prouerbium,
Haud posse quenquam quempiam cognoscere,
Bonns an malus sit, antequam fatalibus
Defunctus annis, vltimum obierit diem.

Eurip. in Androm. Ne quempiam pronunties mortalium
Vnquam beatum, eius, atq; mortuo
Illo, supremum videris vitæ diem.

Idem in Troa. Ne quempiam horum, quos benignis flatibus
Fortuna prouehi, beatum enunties
Prius, atq; vita excesserit fœliciter.

Idem in Heracl. Cæterùm hoc rerum statu
Mortalibus denuntiat palam omnibus:
Docetq;, ne qui prosperis successibus
Vti videtur, bunc beatum existiment
Prius, atq; demigrasse vita viderint.
Vsq; adeò sunt mutabiles rerum vices.

Sed scilicet vltima semper *Ouid. in Transfor.*
Expectanda dies bomini est: diciq; beatus
Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Finis acta probat.

Exitus acta probat, careat successibus opto *Ouid. epist.*
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Finis regum miserabilis.

Crassus ad Eupbraten aquilas, natumq;, suosq; *Ouid. 6. Fast.*
Perdidit, & letho est vltimus ipse datus.
Miserandn funere Crassus *Luc. 1. bell. ciu.*
Assyrias Latio maculauit sanguine Carras.

De fine Crœsi.

Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi? *Ouid. lib. 4. de Ponto.*
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.

De fine Dionysij.

Ille Syracusia modo formidatus in vrbe *Idem in ibin.*
Vix bumili duram reppulit arte famem.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat, *3. de Trist.*
Nunc mendicato pascitur ille cibo.
Qui dabat olim *De eod. Iuuen. Sat. 10.*
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atq; duas tantum res anxius optat.

De fine Hannibalis.

Expende Hannibalem; qnot libras in dnce snmmo *Iuuen. Saty. 10.*
Inuenies? bic est quem non capit Aphrica Mauro
Perfusa Oceano, Niloq; admota tepenti.
Rursus ad Aethiopum populos, altosq; elephantes
Additur imperijs Hispania, Pyrenæum
Transilit: opposuit natura alpemq;, niuemq;,
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltra pergere tendit.
Actum, inquit, nihil est, ni Pœno milite portas
Frangimus, & medio vexillum pono Suburra.
O qnalis facies, & quali digna tabella,
Cùm Getula ducem portaret bellus luscum.
Exitus ergo quis est? ô gloria, vincitur idem,
Nempe & in exilium præceps abit, atq; ibi magnus
Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat iugulare tyranno.
Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,
Non gladij, non saxa dabunt, non tela, sed ille
Cannarum vindex & tanti sanguinis vltor
Annulus, i demens, & sæuas curre per alpes,
Vt pueris placeas, & declamatio fias.
Vagus exul in orbe *Silius Ita. li. 2.*
Errabit toto, patrijs proiectus ab oris,
Tergaq; vertentem trepidans Carthago videbit
Sæpe Saguntinis somno exterritus vmbris,
Optabit cecidisse manu, ferroq; negato
Inuictus quondam Stygias bellator ad vndas
Deformata feret liuenti membra veneno.
Quid referam Cannas, admotaq; mœnibus arma, *Ma. li. 4. Astr.*
Varronemq; pigrum? magnũ quod viuere posset,
Postq; tuos Trasimene lacus Fabiumq; morantem
Accepisse iugum victas Carthaginis arces?
Spectatum Hannibalem nostris cecidisse catenis,
Exiliumq; rogi furtiua morte luisse.

De fine Marij.

Ille Iugurthino clarus Cymbroq; triumpho, *Oui. 4. de Pon.*

Quo victrix toties consule Roma fuit,
In cœno Marius iacuit, cannaq; palustri
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Iuuen. Sat. 10. Exilium & carcer Mynturnarumq; paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis
Hinc causas habuere, quod illo ciue tulisset
Natura in terris: quid Roma beatius vnquam?
Sic circumducto captiuorum agmine, & omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam,
Cùm de Theutonico vellet descendere curru?
Lucanus lib. 2. bel. ciuil. Cũ post Theutonicos victor Libycosq; triũphos
Exul limosa Marius caput abdidit vlna,
Stagna auidi texere soli, laxæq; paludes
Depositum fortuna tuum, mox vincula ferri
Exedere senem, longusq; in carcere pædor.
Idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram, vacuisq; mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthæ,
Et Pœnos pressit cineres, solata fati
Carthago, Mariusque tulit.
Septimus exequitur repetitis fascibus annus,
Ille fuit vitæ Mario modus, omnia passo
Quæ propior fortuna potest, atq; omnibus vso
Quæ melior, mensoq; homini quid fata pararent.
Et Cimbrũ in Mario, Mariũq; in carcere vinctũ
Quod consul toties exulq;, ex exule consul.
Et iacuit Libycis compar iactura ruinis,
Atq; crepidinibus cœpit Carthaginis vrbem.
Hoc nisi fata darent, nunquam fortuna tulisset,

De fine Pompeij.

Ouid. 4. de Põt. Quid fuerat Magno maius? tamen ille rogauit
Submissa fugiens voce clientis opem.
Cuiq; viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Iuuen. Sat. 10. Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, sed multæ vrbes, & publica vota,
Vicerunt. Igitur fortuna ipsius & vrbis
Seruatum victo caput abstulit. Hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq; Cethegus
Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.
Quis te Niliaco periturum littore Magne
Post victas Mithridatis opes, pelagusq; receptum,
Et tres emenso meritos ex orbe triumphos?
Cumq; alium posses etiam componere magnum,
Crederet, vt corpus sepeliret naufragus ignis,
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ?
Quis tantum mutare potest sine numine fati?

De fine Cæsaris.

Manil. lib. 4. Afronom. Ille etiam cælo genitus, cæloq; receptus
Cùm bene compositis victor ciuilibus armis
Iura togæ regeret, toties prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante senatu.
Indicium dextra retinens, nomenq; cruore
Deleuit proprio, possent vt vincere fata.

De fine Priami.

Iuuen. Sat. 10. Incolumi Troia Priamus venisset ad vmbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
Iliadum lachrymas, vt primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaq; Polyxena palla,
Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
Cœperat audaceis Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? Omnia vidit
Euersa, & flammis Asiam, ferroq; cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Iouis, vt vetulus bos,
Qui domini cultris tenue & miserabile collum
Præbet, ab ingrato iam fastiditus aratro.
Exitus ille vtcumque hominis.
Ille tot regum parens
Caret sepulchro Priamus, & flamma indiget *Seneca in Troa de eod.*
Ardente Troia.
Quid numerem euersas vrbes, regumq; ruinas? *Manil. 4. Astr.*
Inq; rogo Crœsum, Priamumq; in littore trũcum,
Cui nunc Troia rogus?

De fine Ruffini.

Vnus per medios audendi pronior ense *Claudian. li. 2.*
Prosilit exerto, dictisq; & vulnere toruus
Appetit, hac Stilicho, quem iactas pellere dextra
Te ferit, hoc absens inuadit viscera ferro
Sic fatus: meritoq; latus transuerberat ictu.
Fœlix illa manus talem quæ prima cruorem
Hauserit, & fessi pœnam libauerit orbis.
Mox omnes fodiunt hastis, artusq; nefandos
Dilaniant, vno tot corpore pila tepescunt.
Et non infecto puduit mucrone reuerti.
Hi vultus auidos, & adhuc spirantia vellunt
Lumina, truncatos alij rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis
Nexibus, hic fracti referat curuamina dorsi.
Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras: spatium non inuenit ira,
Nec locus est odijs consumpto funere, vix tum
Deseritur, sparsumq; cadit per tela cadauer.
Nec minus assiduis certant illidere saxis
Prodigiale caput, quod iam de cuspide summa
Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera tunc etiam ludo concessa vagatur,
Aethra petens, pœnasq; animi persoluit auari
Terribili lucro, viuosq; imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere neruis.

De fine Xerxis.

Creditur olim *Iuuen. Sat. 10.*
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in historia, constratum classibus ijsdem,
Suppositumq; rotis solidum mare, credimus altos
Defecisse amnes, epotaq; flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Sostratus alis.
Ille tamen qualis redijt Salamine relicta
In Corum atque Eurum solitus sæuire flagellis
Barbarus Aeolio nunquam hoc in carcere passos,
Ipsum compedibus, qui vicerat Ennosigæum?
Mitius id sanè, quod non & stigmate dignum
Credidit, huic quisquam vellet seruire deorum?
Sed qualis redijt? nempe vna naue cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadauera prora.
Has toties optata exegit gloria pœnas.

Finis attendendus est in omni re, qui agendorum mensura est.

Festino ad nostros, & regem transeo Ponti, *Iuuen. Sat. 10.*
Et Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.
Expectare Solon finem docet, ortus Athenis. *Ausonius.*

Finis uitæ incertus est.

Ouid. de Philo. Vita data est vtenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.

Horat. Oda.13. lib.2. Quod quisq; vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas.
Sed improuisa leti
Vis rapuit, rapietq; gentes.

Hora. lib. Epod. Fugit iuuentus, & verecundus color
Reliquit ossa pelle amicta lurida,
Tuis capillus albus est odoribus.
Nullum à labore me reclinat otium.
Vrget diem nox, & dies noctem, neq; est
Leuare tenta spiritu præcordia.

Seneca in Thyeste. Nemo tam diuos habuit fauentes
Crastinum vt posset sibi polliceri.

Statius lib. 2. Syluar. Nos anxia plebes,
Nos miseri quibus vnde dies suprema, quis æui
Exitus, incertum, quibus instet fulmen ab astris
Quæ nubes fatale sonent. Nil flecteris istis?
Sed flectere libens.

Ouid. 5. de Tristib. Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,
Vt facerem in medijs hæc ego sacra Getis?

Ad finem omnia tendunt natura.

Boetius met.2. lib.3. Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo,
Nisi quòd fini iunxerit ortum,
Stabilemq; sui fecerit orbem.

F ANTE OE.

DE FOELICITATE.

Fœlices quinam.

Plato in Epin. lib.13. ATHEN. HOSP. Multi fluctibus huius vitæ iactati illud prædicant, humanum genus fœlix atq; beatum esse non posse. Horum nihil hominem imitationi deditum reddit sapientem. Imitatione verò sublata, artes illæ restant, quæ in ferè omni auxilio versari videntur: hę quidem multæ & variæ sunt, sed omnibus bellatrix, quam vocant imperatoriam, excellit: hæc summoperè propter vsum probatur, sed fœlicitate maximè indiget. Nautas quinetiam, gubernatoresq; ferre auxilium non negabimus, nec tamen eorum quenquam sapientem vocari ab aliquo permittemus.

Felix nemo.

Plato ad Dion. epistola 7. Nec verò quisquam nostrûm natus est immortalis, neq; si cui id contigerit, esset is propterea fœlix, vt vulgo videtur.

Ibidem. Neq; ciuitatem, neq; hominem vnquam fore fœlicem, nisi & cum prudentia & sub iustitia vixerit: siue per se illas possideat, siue sub sanctorū principum moribus ritè educetur, atq; erudiatur.

Plato in Alcibiade lib.5. SOC. Nemo fœlix esse potest, nisi sapiens bonusq; sit.

Fœlicitas quænam.

Plato in Euthydemo lib.18. CLIN. Fœlicitatem inquam, hoc est rerum consecutionem ad votum, quam vel imperitissimi homines summum bonum nuncupant. SOCR. Si quis diuitias & bona quæ dicimus, omnia nactus, nequaquam vtatur: nunquid erit ipsa bonorum possessione fœlix? CLI. Minimè. SOC. Oportet itaq; illum qui fœlix futurus est, non solùm bona huiusmodi possidere, sed vti. Nihil enim sola possessio iuuat. CLIN. Vera loqueris. SOC. Num possessio vsusq; bonorum ô Clinia, ad beatè viuendum sufficit? CLIN. Mihi quidem videtur. SOC. Vtrum ita dicis, si modò quis rectè vtatur, an etiam si non rectè. CLIN. Si rectè.

Xenocrates rogatus à Cyrenensibus vt ipsis leges scriberet, ac Reip. statum componeret, recusauit, dicens: Perdifficile est, tam fœlicibus leges condere. Indicans eos salubribus monitis non facilè parere, qui successu rerū elati sibi fœlices videntur. *Fœlicitas non stabilis.*

Antisthenes rogatus quid mortalibus fœlicissimum esset, Beatum inquit, mori. Qui enim fœliciter vitam absoluit, huic nihil sinistri potest accidere, quod fœlicitatem ægritudine aliqua contaminet. *Fœlicitas mori.*

Thales Milesius percontanti quis esset fœlix, Qui corpore, inquit, sanus est, & animo eruditus. Cupiditates enim animorum morbi sunt.

Sylla cognomēto fœlix, inter fœlicitates suas, duas præcipuas ducebat: vnam, quòd Pium Metellum haberet amicum: alteram, quòd vrbem Athenarum non subuertisset.

Antigonus militem quendam videns alioqui strenuum, & ad pericula promptū, parum bene affecto corpore: rogauit quid palleret: illo occultū morbum confesso, iussit medicis vt adhiberent remedia. Morbo autem liber miles, cœpit detrectare pugnam, minusq; promptè semet obijcere periculis. Rex admiratus, interrogauit illum quæ mutati animi causa esset. Tum miles: Tu ipse in causa fuisti: cùm afflictè viuerem, non metuebam tali vitæ: nunc quum tua opera mihi vita iam facta est charior, magis caueo ne pereat. *Felicitas timidos reddit.*

In adolescentia delectari, & ad senectæ limen peruenire, *Homerus.*
Fœlicitatem destinare nuptias contrahenti & nascenti,
Vt ipse quidem prosperè domi senescat,
Filij verò prudentes, & in bello præstantissimi euadant.

Fœlix est, cui deus bonorum partem dedit, & cum secunda fortuna diuitem vitam agere. Nullus enim mortalium vbiq; beatus est. *Bacchylides.*

Exercenda virtus est, & bona fortuna diuinitus petenda. *Carcinus.*
Nam qui hæc ambo habet, beati simul,
Et boni viri nomine fruens, vitam degere poterit.

Neque prosperitas sine virtute promouere potest homines. *Callimachus.*

Fortunati sunt, quorum vita nihil mali gustauit. *Sophocles.*

Fortunatus profugus, non fœlix est. *Pindarus.*

Beatus qui simul opes ac mentem possidet. *Menander.*
Hic enim opibus rectè vtitur, vbi opus est.

Pulcherrima res est iustitia: optima sanitas: *Theognis.*
Suauissima autem desiderata consequi.

Optima quidem est sanitas viro mortali: *Scolium.*
Deinde bonum ingenium:
Tertiò diuitiæ sine dolo partæ:
Postremò, vigens ætas inter amicos.

In Iouis tantùm hortis beata fœlicitas colitur. *Sophocles.*

Vtinā fortunatus fiam, dijsq; charus immortalibus, *Theognis.*
O Cyrne: aliam verò virtutem nullam desidero.

Pauperē misericordia, diuitē inuidia sequitur: vita autē media & tēperata, iusta est. Frugalitas enim *Sotades.*
& suis

& suis rebus contenta virtus, voluptatem omnibus iustam parit.

Theognis. O si liceret mihi diuitias sine curis improbis possidenti,
Vitam absq; damno & omni malo agere.
Non cupio diuitias, nec opto: sed liceat mihi
Ex paucis rebus sine omni malo viuere.

Sophocles. Pulcherrimum, esse iustum:
Optimum, sine morbo viuere: suauissimum verò, cùm quis
Ea potest accipere, quæ desiderat io dies.

Democritus. Fortunatus est, qui cũ exiguis pecunijs hilaris fuerit: infortunatus autē, qui inter magnas tristatur.
Socrates interrogatus quid esset fœlicitas: Voluptas, dixit, quam pœnitudo nulla sequitur.
Socrates interroganubus, quinam essent fœlices, respõdit, Illi qui mētē bonā & rationē possident.

Diogenes. Vnica fœlicitas est, qua fit vt re vera lætemur, nec vnquam tristemur, quocunq; in loco ac tēpore.

Idem. Cæterùm hanc veram fœlicitatē esse dicimus, quæ fecit vt mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritateq; collocentur.

Chrysippus. Qui iam ad summum proficit, omnia planè præstat quæ factu decora sunt, & nihil omittit: istius autem vitam, nõdum fœlicem esse ait, sed fœlicitatem ei postmodum accedere, cùm actiones istæ mediæ, constantiam & habitum, & peculiarem quandam confirmationem nactæ fuerint.

Iamblicus. Fœlix est, qui deo, quatenus fieri potest, similis fuerit, perfectus, simplex, purus & separatus ab humana vita.

Plato. Optimè constituta est illius hominis vita, qui in seipso omnia quæ ad fœlicitatem pertinent, sita habet, aut qui huic proximus est: non autē ab alijs temerè pendet, ex quorum siue bonis siue malis actionibus, tum ipsæ, tum res suæ suspensæ in errore versari cogantur.

Democritus. Tranquillum futurum non multa agere oportet, neque priuatim, neque publicè: nec omnia quæ adfuerint, supra facultatem & naturam suam sibi sumere: sed tantam sui curam habere, vt quamuis præsentem fortunam, & quicquid opinio desiderat suppeditaturam, declinet, ac non plura assumat, quàm quibus ferendo est.

Hippodamus. Animalium quædam fœlicitatem capere possunt, alia non. Sunt igitur eius capacia, quæcumq; rationem habent. Fœlicitas enim sine virtute non consistit. Virtus autem nascitur in eo quod rationem habet primariò. Non capiunt autē virtutem.

Idem in libro de Fœlicitate. Animalium ratione præditorũ quædam per se perfecta sunt, & nullam aliunde operam requirunt, nec vt sint, nec vt bene sint: talis sanè deus fuerit. Non sunt autē per se perfecta, quæ opis externæ indigent: qualis est homo. Ex numero illorũ quę non per se perficiuntur, quædā perfecta, alia imperfecta sunt. Perfecta quidem, quę partim causas proprias, partim externas habēt. Proprias, vt quæ bonum ingenium & voluntatem secum adferūt: externas, eò quòd bonam legũ constitutionem, & præfectos bonos accipiunt. Imperfecta verò, vel neutrum istorum, vel alterutrum duntaxat habent, vel omninò prauum animæ affectum. Quales etiam homines nonnulli reperiuntur.
Perfectorum hominum duo sunt discrimina. Nam aliqui ipsorũ natura perfecti sunt, alij genere vitę. Natura perfecti, qui boni tantùm sunt, id est virtutem possidētes. Virtus enim vniuscuiusq; naturę excellentia & perfectio est. Oculi quidem virtus, eiusdem partis naturæ præstantia perfectioq; est: hominis autem, humanæ naturæ excellentia est & perfectio.
Perfecti sunt genere vitæ, qui non solùm boni, sed fœlices etiam fuerint. Fœlicitas nãq; perfectio est humanæ vitæ: vita autē humana ex multis actionibus consistit: at fœlicitas actiones absoluit. Nā omnis actio virtute aut fortuna duce fit. Virtus consideratur in ipso vsu: fortuna, in successu.

Idem. Deus nec ab alio virtutem edoctus, bonus euasit: neq; fortuna duce, fœlix. Natura enim bonus est, & fœlix: talisq; semper & fuit, & erit, nec vnquā talis esse desinet, cùm incorruptibilis, naturaq; bonus existat. At homo nõ est natura fœlix, sed disciplina & cura indiget: atq; vt bonus fiat, virtute: vt fœlix euadat, fortuna eget. Quocirca ex his duobus humana fœlicitas cõficitur, laude & beatione: hæc ex fortuna illa ex virtute prouenit.
Virtutē habent homines, propter diuinitatis commercium: fortunæ verò prosperitatem, mortali ratione.
Separātur mortalia à dijs. Et idcircò bonus vir, qui deos sequitur, fœlix est: qui mortalia, infœlix. Nā prudentia prædito bona est prospera fortuna & vtilis. Bona quidē, propter vtendi notionē: vtilis verò, quoniā actionibus cõfert. Egregiũ itaq; est, vbi fortunæ prosperitas prudentiæ ac mēti cõiungitur. Sic enim non modò deum sequetur, verũetiā bonũ humanũ ad imitationem diuini instituet. Atqui & hoc manifestũ est, quòd vitæ diuersitas ex animi affectu & ipsa actione oriatur. Cæterũ affectus necessariò aut bonus aut prauus fuerit: actio autem, fœlix aut infœlix. Affectus bonus est, qui virtutis particeps fit: prauus, qui malitiæ.
Actiones fœlices in prosperitate consistunt, vt quæ pro animi sententia eueniant. Infœlices verò in improsperitate: frustrantur enim euentu.
Non solùm virtutem discere oportet, sed etiam acquirere, custodiendi, siue nos promouendi gratia, siue quod maximum est, propter familiarum & ciuitatum emendationem.
Rerum bonarum non solùm possessionem, sed etiam fructum habere conuenit. Hæc autem omnia contingent, si quis ciuitatem bonis legibus constitutam nanciscatur.
Multum inest bonæ legum constitutioni, sine qua maximum humanæ naturæ bonum neq, gignitur, neq; natum & auctum durare potest. Hæc enim virtutē & progressum qui ad virtutem fit, complectitur. Quippe tum bona ingenia eius beneficio producuntur, tum mores, studia, legesque fiunt optimæ: item rationes rectæ & æquæ, pietas, sanctimonia & reuerentia. Itaq; & qui fœlix futurus est, & vitā suam prosperè victurus, ipsam in bona legum constitutione transigat oportet.
Fœlicitas & virtus animæ in vno & in pluribus extare potest, itemq; in toto & in omni: & ideò in vno, quia pluribus etiam inest: & in pluribus, quoniam in toto & in omni quoque existit. Totius namque naturæ perfectio, singula perfecit: & rursus perfectio singulorum ipsum totum & omne absoluit.

Euriphamus Pythagoricus de Vita. Vita hominis perfecta, inferior quidem est deo, quòd non per se sit perfecta: brutis autem animalibus præstat, vt pote virtutis & fœlicitatis particeps. Nam neque deus vlla causa extrinseca indiget, vt qui natura bonus existens & natura fœlix, perfectus sit. Fœlicitas non constat, si ab instituto operum sponte sibi propositorum arceatur, sed si eis potiatur.

Perficitur homo partim à se, partim ab externa causa: & aut secundum naturam, aut secundum vitam. Secundum naturam quidem, si bonus fiat. Nam cuiuslibet rei virtus, perfectio est suæ cuiq; naturæ. Secundum vitam, si fœlix fuerit.

Fœlicitas, perfectio est & summa humanorum bonorum. Virtus verò & prosperitas, partes fiunt illius vitæ, quæ in fœlicitate viuitur: virtute veluti anima eius existente, bona autem fortuna, veluti corpore.

Virtutis officium est, bonis secundum naturam bene vti, fœlicitatis verò vsum sui exhibere. Itē virtutis est, animi propositum & rationem rectam præstare: huius autē fœlicitatis, actiones & opera promouere. Si quidem honesta deliberare, sustinere aduersa, virtutis proprium est: bene proficere, rationalis voluntatis: finem autem actionum consequi, fœlicitatis.

Superat Imperator, virtute simul & fortuna duce. Fœliciter nauigat gubernator, & artis & secundi venti beneficio. Oculus acutè videt, tum visus vigore, tum lumine. Itidem humana vita optima euadit, virtute & fœlicitate.

Ex epistola Didymi. Fœlicitas ex optimis & honestis actionibus fit: idcircò vndequaque pulchra est, vt quædam opera per omnes sui partes artificiosa sunt. Assumptio causarum præcipuarum non dimouet fœlicitatē à pulchritudinis synceritate: vt neque medicina actioni artificiosa, instrumentorum vsus gloriam imminuit.

Plat. lib. 8. Leg. Fœliciter viuentibus hoc necessariò inesse imprimis oportet, vt nec ipsi alijs, nec alij ipsis inferāt iniuriam: quorum alterum admodum difficile non est: alterum verò, vt nulla possis iniuria lædi, difficillimū. Nec perfectè id quisquam aliter assequi potest, quàm vt perfectè bonus efficiatur.

DE INFOELICITATE.

Homer. Iliad. 9
Infœlicē, quē pater Saturnius in senectutis limine
Misera calamitate perdidit multa mala intuitum,
Et filios pereuntes, & filias per vim abstractas,
Et thalamos vastatos, & liberos infantes
Menander. Ad terram proiectos in graui conflictu.
Misero seni, qui malorum suorum
Obliuisci incipiebat, memoriam refricasti,
Sophocles. Ac denuò infœlicem fieri effecisti.
Infinitis oppresso malis, vna
Nox aduenit, quæ dum melior aspirat fortuna, mori iubet.
Euripides. Viro qui fœlix aliquando vocatus fuit,
Molesta est mutatio cui verò semper sinistra
Fortuna fuerit, nihil dolet, quum ei familiaris sit calamitas.
Homo semper infœlix natura credulus est.
Proximum enim plus se sapere putat
Ille, quem suæ rationes semper fallunt.
Amphides. Quibus in locis calamitosus aliquis fuit,
Ad istos accedere nequaquam gaudet.
Quàm semper aliud malū post aliud mihi nascitur!
Euripides Malorum vltimam lineam attigimus.
Semper malū aliquod viget, alterum verò preterit,
Et quod nouum sequuturum est deinceps, nondum apparet.
Nunc verò semper coneoquo. Interim aliud nouum mihi crescit
Damnum, quum à priori malo nondum me expediuerim.
Philetas. Permultis equidem semper immersus es malis
Anime mi, tranquillitatem verò ne tantillam quidem experiris.
Semper autem noui dolores circa te exasperantur.
Menander. Qui fœlices videntur, externam solùm personam habent:
Intus autem cæteris hominibus similes sunt.
Philetas. Nec mihi Parca malorum finē adfert: sed manet
Constanter, & præsentibus accrescunt alia.
Diphilus. Fortuna nobis tanquam cyathos exsiccantibus,
Si vnum bonum infundat, tria mala affundit.
Gnom. Iniuriam pati cuilibet graue est: huiusmodi verò aliquid pati, quod ne dici quidem clarè ab homine affecto possit, infœlicitas nimia est.
Antiphon. Si cui deus bona non perfectè largiri voluerit, illum pecuniarum copia exhibita mentis & prudentiæ inopem facit: & sic altero adempto vtrisque priuat.
Democritus. Inopia publica grauior est, quàm singulorum:
Nulla enim subsidij spes relinquitur.
Quemadmodum corpori, sic & familiæ, vitæque morbus accidit.
Gnom. Inuidus dæmon maximè videtur hoc studere, vt inopinatas calamitates inducat.
Est hic tibi prolis suæ occisor pater: manu quidem sceleratissimus: anima verò purissimus, vt qui per furorem calamitosum istud malum admiserit.
Xenocrates dicebat, quemadmodum à faciei, formæq; vitio aliquem vocamus deformem: ita ob fortunæ malitiam homines improbos vocari à nobis infortunatos.

DE FOEMINA.

Faustus.
Cuncta sub astrigero regnantia crimina cælo
Nutrit in æternos fœmina nata dolos.
Pessima tes vxor: poterit tamen vtilis esse,
Si breuiter moriens det tibi quicquid habet.
Aëre quot volucres insunt, quot littore conchæ,
Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.
Extat trimeter prouerbialis,
Ignis, fretumq; & mulier, hæc mala tria.
Lacon quidam vxorem ductурus, perpusillam accepit: rogatusq; cur tam paruā duxisset, Quòd, inquit, è malis minimum eligendum sit.
Men. apud Eur. Sumus quidem quales sumus nos fœminæ,
Neque enim malæ ausim dicere.
Furore multo sæuit iratum mare,
Eurip. in Pla. Proniq; fluuij, & ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quàm plurima,
Sed nil ita acerbum & noxium, vt mulier mala.
Aristophanes Malum quidem fœmina: attamen ô ciues, sine hoc nulli licet parare familiam malo.
Athenæus Lacedæmonij tres leges de fœmina ducenda tulere. Prima damnabat eum qui vxorem non duceret, secunda qui serò, & tertia qui non bene.

Fœminæ nisi volentes non custodiuntur.

Ouid. 3 Eleg. Si qua metu dempto casta est, ea deniq; casta est:
Nec custodiri, ni velit, vlla potest. vnde illud:
Penelope vixit, quamuis incustodita manetet,
Inter tam multos intemerata procos.
Plus aloes quàm mellis habet.
Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus:
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Diogenianus. Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

Extat apud Græcos tritum sermone prouerbium, Γυναικῶν ὄλεθρος, id est, mulierum exitia. Dicitur de ijs qui funditus ac miserabiliter pereunt.

Mulieris oculus.

Mulieris oculus spiculum iuuenibus est.
Virgil. Vtriq; videndo
Fœmina.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Sublata lucerna nihil interest inter mulieres.

Plutarchus. Sentit adagium nullam esse mulierem pudicam, si detur sine teste peccandi facultas.

Fœmina pudica ne sola sit.

Homer. de Penelope. Haud sola, ast illam famulæ binæ comitatæ.

Malè coniugati.

Homer. Odyss. 5 Sed nolens licet ac vi, cum illa nocte cubabat
Nnlens cum cupiente sub antris conditus atris.
Verùm perdius in scopulis ac littore sedit,
Excrucians animum lachrymis, curis, gemituq;.
Homer. Odyss. 4 Vsq; adeò nihil improbius, muliereq; peius.

Diogenes cùm fœminam ex oliua pendentem laqueo præfocatam vidisset, Vtinam, inquit, & cæteræ arbores similem ferrent fructum.

Fœmineus sexus ad omnia docilis.

Dicebat Socrates muliebrem sexum ad omnes disciplinas & virtutes esse docilem, si diligenter instituatur.

DE FOENORE.

Plut. in Moral. Lepus simul parit & aliud alit, & rursum superfœtat: ita fœneratot æs alienum, priusquam conceperit, parit. Nam dantes statim petunt, & ponentes tollunt & fœnerant, quod pro fœnore accipiunt.

Idem. Ignis inualescens, alia post alia corripit. Sic vsura.

Idem. Equus semel accepto freno, sessorem alium post alium fert: sic qui semel in æs alienum incidunt, nunquam explicatur.

Idem. Qui in lutum inciderit, eum oportet surgere aut manere: nam si se voluat, magis eòam inquinatur: sic qui rem habet cum fœneratoribus.

Idem. Cholerici qui purgari nolunt sub tempus, collecta in dies maiore bile, postea grauiter discruciantur: sic qui sinunt fœnus accrescere, cùm adest dies, grauiter è capite laborant.

F ANTE O.

DE FORMA.

Forma bonum fragile est.

Ouid. 2. de Arte. Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos,
Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.
Nec semper violæ, nec semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli.
Iam venient rugæ, quæ obi corpus arent.

Idem. Formam populabitur ætas,
Et placidus rugis vultus aratus erit.
Tempus erit quo nos speculum vidisse pigebit,
Et veniet rugis altera causa dolor.

Petron. arbiter. Quod solum formæ decus est, cecidere capilli,
Vernantesq; comas tristis abegit hyems.
Nunc vmbra nudata sua iam tempora mœrent,
Areaq; attritis ridet adusta pilis.
O fallax natura deûm, quæ prima dedisti
Aetatis nostræ gaudia, prima rapis.

Senec. in Hipp. Anceps forma bonum mortalibus
Exigui donum breue temporis,
Vt velox celeri pede laberis,
Non sic vere nouo prata decentia
Aestatis calidæ dispoliat vapor,
Sæuit solstitio cùm medius dies.
Sed noctem breuibus præcipitat rotis,
Languescunt folio lilia pallido,
Et gratæ capiti deficiunt rosæ.
Vt fulgor teneris qui radiat genis,
Momento rapitur, nullaq; non dies
Formosi spolium corporis abstulit.
Res est forma fugax.

Idem in Heracle Oetæo. Vt alta syluas forma vernantes alit,
Quas nemore nudo primus inuestit tepor:
At cùm solutos extulit Boreas notos,
Et sæua totas bruma decussit comas,
Deforme folijs aspicis truncis nemus:
Sic nostra longum forma percurrens iter
Deperdit aliquid semper, & fulget minus,
Malisq; minus est: quicquid in nobis fuit
Olim petitum, cecidit, & partu labat.
Materq; multum rapuit ex illo mihi,
Aetas citato senior eripuit gradu.

Nemesianus Eclog. 4 Non hoc semper eris: perdût & gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent,
Nec longû tenet vua comas, nec populus vmbras.
Donum forma breue est, nec se tibi commodat omnis.

Propert. lib. 2 Nec forma æternum, aut cuiquam est fortuna perennis.

Ouid. epist. 15 Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Ouid. 1. Metam. Sed te decor iste, quod optas,
Esse vetat, votoq; tuo tua forma repugnat.

Iuuen Sat. 10 Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, cùm Veneris fatum videt anxia mater:
Sed vetat optari faciem, Lucretia qualem
Ipsa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atq, suam Rutilæ dare: filius autem
Corporis egregij miseros trepidosq; parentes
Semper habet. Rara est adeò concordia formæ,
Atq; pudicitiæ.

Teren. in And. Huius formam atq; ætatem vides:
Nec clam te est, quàm illi nunc vtræq; res inutiles
Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam fient.

Senec. in Hipp. Raro forma viris (secula prospice)
Impunita fuit.

Ob formam diliguntur mulieres.

Terẽ. in Heaut. Quippe forma impulsi nostra nos amatores colût.

Hæc vbi immotata est, illi suum animum aliò conferunt.

Ouid. 1. Fast. Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.

Propert. lib 2 Forma perit vino, & vino corrumpitur ætas.

Homer. Iliad. β Forma mulieres ornat, virum autem robur.

Plutarchus. Formam qui culpat, in animam quoq;, & humanæ pulchritudinis causam, imprudens contumeliosus est.

Anaxandrid. Formosa si ducitur vxor, noo est illa magis mariò sui quàm vicinorum.

Formosa vxor communis. Pittacus interrogabat quędam quamobrem vxorem ducere nollet: qui cùm respondisset, Quoniam si formosam duxero, babiturus sum communem: sin deformem, pœnam: Haudquaquã, dixit: sed si pulchram duxeris, non erit tibi pœoa: sin deformem, noo habebis communem.

Quidam adolescens curarat se ex ęre sculpendum, & ad eam imaginem sese cõformabat. Huic Antisthenes, Si æs posset vocem edere, qua de re poosimùm gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescens. Non igitur, inquit, erubescis, quî cum in animo gloriaris? Significans magis gloriandum de bonis animi, quàm de forma, quam baberet cum statua communem.

Bion dicebat formam esse bonum alienum. Seotiens extra bominem esse, quod ipse sibi nec dare potest, nec tueri datum. Animi bona verè nostra sunt.

Aristoteles dicebat formam quauis epistola efficaciorem ad commendaoonem. Insuper aiebat formam, donum esse, quòd gratis contingat à oatura.

Socrates eandem appellabar exigui temporis tyrannidem, quòd formæ gratia mox deflorescat.

Plato naturæ prærogatiuam dicebat, quòd paucis contingat.

Theophrastus silentem fraudem, quòd absq; verbis persuadeat.

Tbeocritus, eburneum detrimentum, quòd grata quidem sit aspectui, sed multorum incommodorum causa.

Carneades, regnum absq; satellitio, quòd formosi impetreot quicquid volunt nulla adhibita vi.

Zeno aiebat formam esse vocis florem: aut contrà, vocem esse formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rursus oratio cõposita graoam add t formæ.

DE FORTITVDINE.

Ouidius. Omne solum forò patria est, vt piscibus æquor,
Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.

Patria est, vbicumq; virtus sedem sibi elegerit.

Fortium virorum est magis mortem contemnere, quàm amare vitam.

Fortior est qui se quàm qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire potest.

Seneca. Quemcumq; fortem videris, miserum oeges.

Terentius. Fortes fortuna adiuuat.

Magnum faciunt hominem res aduersæ, quemadmodum secundæ fœlicem.

Salustius. Necessitudo etiam timidos fortes facit.

Crescit in aduersis virtus.

Ouid. Scilicet aduersis probitas exercita rebus,
Tristi materiam tempore laudis habet.

Salust. Quanta cuiusq; animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet.

In re mala animo si bono vtare, iuuat. Plautus.

In dubijs bomines spectare periclis Lucretius.
Conuenit, aduersisq; in rebus noscere qui sint.

Animus æquus, optimum est ærumoæ coodimentum. Plautus.

Explorant aduersa viros, perq; aspera duro Silius Ita.
Nitur ad laudem virtus interrita cliuo.

In suo quisq; periculo magnum habet animum.

Scitum est profectò quiddam, & in medijs malis ea quenquam sapere, quæ sapere est opus. Teren.

Tu oe cede malis, sed contrà ardeotius ito. Virgilius.

Haud est virile terga fortunæ dare. Seneca.

Facere solent extrema securos mala.

Apparet virtus, arguiturq; malis. Ouid.

Facilè supplicium perpeti, se supplitio liberare est.

Superanda omnis fortuna ferendo est.

Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit. Virgil.

Mors terribilis est ijs, quorum cum vita omnia extioguuntur, non ijs, quorum emori virtus non potest. Cicero.

Audendum tibi aliquid, si vis esse aliquid. Propert.

Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. Terent.

Laus erit, in magnis & voluisse sat est. Ouid.
Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Inuia virtuo nulla est via.

Tendit in ardua virtus.

Eneruos animos virtus odisse solet.

Nihil inteotatum relinquit virtus.

Nibil tam altè natura constituit, quò virtus noo possit eniti.

Fortissimus ille est, Lucanus.
Qui promptus metueoda pati, si cominus insteot.

Dicimus autem
Hos quoq; fœlices, qui ferre incommoda vitæ:
Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Viuite fortes Horat.
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam: Martialis.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Bonus animus in re mala, dimidium est mali. Plau. in Pseud.

Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere.

Nam omnes res perinde sunt, vt agas, vt eas magnifacias.

Fortis æque vtramq; fortunam perfert æquanimiter.

Sperat infestis, metuit secundis Horat. Ode 10. lib. 2
Alteram sortem, bene præparatum
Pectus.

Rebus angustis animosus, atq; Ibidem.
Fortis appare: sapienter idem
Cootrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Fortitudo bonum fragile est.

Viribus ille Iuuen. Sat. 10
Confisus perijt, admirandisq; lacertis.

Fletq; Milo senior, cùm spectat inanes Ouid. 15. Met.
Illos qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.

Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq;, Iouemq; Ouid. 13. Met.
Sustinuit, toties vnam oon sustioet iram.

Inuict

Inuictumq; virum vicit dolor, arripit ensem:
Et meus hic certè est, an & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc, ait, vtendum est in me mihi: quiq; cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit,
Nec quisquam Aiacem possit superare nisi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum,
Qua patuit ferro letalem condidit ensem.
Nec valuere manus infixum educere telum.
Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem.

Fortis à debili quandoq; opprimitur.

Ouid. 2. de Remed. am.

Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.
A cane non magno sæpe tenetur aper.

Xenophon lib. 4. de dictis & factis Socratis.

Fortitudinem ô Euthydeme, vtrum putas esse cõdecena? Puto quidem. Vtile igitur non ad minima putas esse fortitudinem? Herclè, inquit, ad maxima. Num tibi ad aspera & periculosa videtur vtilis, ignorare quænam ea sint? Minimè, inquit. Quicumq; ergo non timent huiuscemodi, quia ignorent quidnam sint, hi non sunt fortes? Non, inquit. Multi enim hoc pacto insani ac formidolosi fortes essent.

Aristotel.

Fortitudo virtus est animosa, per quam non facilè mortis metus ingruit.

An fortitudo natura an arte paratur.

Xenophon lib. 3. de dictis & factis Socratis.

Iterum quæsitus, vtrum doctrina fortitudinem, an natura pareret, Opinor, inquit, vt corpus corpore robustius nascitur, sic etiam animum animo ad graues casus fortiorem natura fieri. Quin & eisdem legibus, moribusq; educatos, longè alios alijs audaciores video. Non tamen est dubium omnem indolẽ disciplina & exercitatione promoueri. Hinc fit quod Scythę & Thraces non auderent cum scutis & hastis se Lacedæmonijs opponere, neque Lacedęmonij contra Thraces cum peltis & iaculis, aut contra Scythas cum arcubus pugnam inire vellent.

Plato 4. de Repub. Dial.

SOCRAT. Fortem profectò hac ex parte virum quemq; vocamus, quando in ipso iracundiæ vigor ita institutus est, vt in medijs voluptatibus & doloribus in sententia sua persistat, non aliter esse de terribili & non terribili iudicandũ, quàm ratio ipsa dictauerit.

Ibidem.

SOCRAT. Conseruationem quandam fortitudinem esse dico. GL. Quam conseruationem? SOCRAT. Opinionis videlicet lege per educationem conceptæ, qua iudicantur quæ terribilia sunt & qualia.

Fortium quorundam virorum Apophthegmata.

Agesilaus.

Quum aliquando quidam percontatus esset, quinam essent fines Laconicæ ditionis, vibrata lancea, Quousq; inquit, hæc valeat pertingere. Vox egregia duce digna, qui bellum non nisi iustum susciperet, imperiumque virtute partum virtute tueretur.

Alij cuidam percontanti cur Sparta non cingeretur mœnibus, ostẽdit ciues armatos: Hi, inquit, sunt Spartanæ ciuitatis mœnia. Significans Respublicas nullo munimento tutiores esse, quàm virtute ciuium.

Agesilaus, Conone & Pharnabazo mari potitis, & maritimas regiones obsidentibus Lacedæmoniorum, & inito fœdere Lacedæmonij pacem inierunt cum rege, cuidam obijciẽti quòd Lacedæmonij Medissarent, respondit, Imò potius Laconissant. Significans indolem suæ gentis corrũpi fortuna non posse.

Idem, Epaminonda admirabili impetu ac procella irruente, ita vt Thebani de victoria gloriarentur, Spartam tutatus est, in quam perpauci erãt, hostesq; coëgit domum reuerti.

Agis Laconic.

Agis Laconicorum regum vltimus, præter meritũ ab Ephoris condemnatus, quum ad laqueum duceretur, & conspiceret quendam è lictoribus, ob rei indignitatem flentem: Desine, inquit, ô homo vicem meam flere. Nam sic moriens præter ius & æquum melior, fœliciorq; sum his qui me occidunt. Eos infœliciores iudicans, qui faciunt iniuriam, quàm qui patiuntur.

Archidamus.

Archidamus, in bello quod gerebatur cum Philippo, quibusdam suadentibus vt procul à patria pugnaretur: Haud istud, inquit, spectandum est, sed bene pugnantes hostibus erimus superiores. Significans non perinde referre vbi cum hoste confligas, vt quàm strenuè se gerat dux aut miles in bello.

Idem cùm vidisset iaculum id temporis primùm ex Sicilia aduectum, exclamans, inquit, Hercules perijt viri virtus. Quoties enim misso telo saxo've procul feriunt, nihil interest inter fortem & ignauum virum.

Bias Lacõ insidijs circumseptus ab Iphicrate Atheniensium duce, illius militibus rogantibus quid in eo rerum statu faciendum esset, Quid aliud, inquit, nisi vt vos seruemini, ego verò pugnando moriar?

Brasidas egressus ad bellum hunc in modum scripsit Ephoris: Quicquid erit malorum in bello, aut profligabo, aut moriar. Cæterùm vbi cecidisset in prælio, & id nunciaturi oratores, matrẽ eius adissent, illa nihil prius rogauit, quàm an Brasidas honestè occubuisset. Thracibus illius virtutem collaudantibus, dicentibusq; non esse apud Lacedæmonios alium illi parem: Erat, inquit, vir bonus Brasidas, at Sparta multos habet illo præstantiores. Maxima in fœmina animi generositas, quæ de honesta filij morte gloriata est, tantum abest vt muliebriter defleuerit.

Themisteas vates prædixerat Leonidæ, futurã apud Thermopylas ipsius & suorum cladem. Itaque cùm à Leonida Lacedęmonem mitteretur, vt renunciaret euentura, nec tamen simul cum alijs periret. Cęterùm cùm venisset, Vt pugnarem, inquit, huc missus sum, non vt ferrem nuntia. Pręuidit exitium vates, nec tamen effugere voluit, cùm id liceret honesto titulo.

Cleomenes, percontãti cuidam, cur Spartani spolia ab hostibus detracta dijs non dicarent, Quoniam, inquit, à timidis venerunt. Quæ porrò à timidis parta sunt, non decet intueri iuuenes, nec dijs consecrata reponi. Sentiẽs in bello aut vincendum, aut fortiter occumbendum.

Leonidas cuidam dicenti, Siccine cum paucis aduersus multos huc venisti? Si putatis, inquit, me multitudine fretum huc venisse, ne Gręcia quidẽ

omnis

omnis satis sit: sin virtute, hic quidem sufficiet numerus. Innuens in bello iudicandum quales ducas, non quàm multos.

Lochadus Polyenidæ filius, nuntianti alterum è filijs interisse, Olim sciebam, inquit, illi moriendũ esse. Nihil mirum si mortalis moriatur, aut citius vita decedat, cui breui decedendum fuit.

Lycurgus ciuibus quærentibus, cur muris vrbem cingi prohibuisset, Non caret, inquit, mœnibus ciuitas quæ viris cincta est. Iudicauit muros magis arguere ciuium ignauiam, quàm fortitudinem.

Pædaretus cuidam dicenti magnum esse numerum hostium, Tanto, inquit, plus gloriæ referemus, quantò plures interficiemus.

Puer Spartanus quidam captus, & sub hasta venditus, emptori domino erat obsequens. Cæterùm iussus adferre matulam, Non seruiam, inquit. At quum instaret herus, puer conscenso tecto, dixit, Senties cuiusmodi mercatum fueris: moxq; è sublimi se præcipitem dedit.

Alter Spartanus puer, quum vulpeculam esset furatus, eamq; sub veste abditam teneret, & bestia illius latus ad intestina roderet, tacitus dissimulauit. Cęterùm quibusdam obiurgantibus, ac dicẽtibus, Præstabat aperire vulpeculam, quàm ad mortem vsque celare: Nequaquam, inquit, imò præstat doloribus immori, quàm hac nota traduci, vt ob molliciem vitam ignominiosam lucrifecisse dicar. Mira pueri fortitudo, si in re honesta apparuisset.

Cùm Philippus in agros Lacedæmoniorum duxisset exercitum, & cuidam Spartano dixisset, Quid facietis Lacedęmonij? At ille, Quid, inquit, aliud, nisi quòd fortiter moriemur, quoniã nos liberi esse, non alijs parere didicimus.

Cuidam oculis laboranti & in militiam abeunti, cùm quidam diceret, Quò vadis isto affectus modo? Vt nihil, inquit, aliud agam, certè hostis gladium hebetabo.

Gyrtias quum Acrotatus, qui illi erat ex filia nepos, è quadam puerorum pugna multis acceptis plagis, domum exanimis relatus esset, plorantibus cæteris notis ac familiaribus, Non tacebitis, inquit? Declarauit cuius esset sanguinis.

Cùm illi è Creta nuntiatum fuisset de morte Acrotati, Cùm ad hostes, inquit, proficisceretur, nónne futurum erat, vt aut ipse moreretur, aut illos occideret? Iucũdius autem est audire quòd mortuus est, vt & ipso & ciuitate & progenitoribus dignum erat, quàm si iners & imbellis per omne æuum viueret.

Damatria Lacæna quædam quum accepisset filium ita se gerere in bello, vt tali matre videretur indignus, domum redeũtem interemit. Vnde hoc fertur epigramma:

Transgressum leges mater Damatria natum,
Ipsa Lacæna necat, non Lacedæmonium.

Altera quædam Lacæna filium, qui deserto in acie loco fugerat, vt patria indignũ interemit, dicens: Haud meum est hoc germẽ. In quem hoc extat Epigramma:

Germen iners, abeas ad tartara, teq; perosus
Eurotas ceruis nec det aquam timidis.
Ignauus catulus, mala sors, hinc vade sub orcum.
I, Sparta indignus, quem nec ego peperi.

Alia quædam cùm filium audisset fortiter in acie cecidisse, ait,

Plorentur timidi, mi infletus humabere nate:
Et matre hac verè dignus es, & patria.

Quædam filium ad se venientem conspicata, percontata est quid ageret patria. Is quum respondisset, perisse omnes, laterem coniecit in illum, occiditq;, dicens: Te igitur nobis misere mali nũtium? Vita putauit indignum, qui cũ suis perire non sustinuisset.

Alia quum quinque filios in bello cæsos haberet, ante suburbium stabat, expectans quis esset belli exitus. Vt autem quispiam nuntiauit filios illius interijsse, Non isthuc percõtabar, inquit, ignauũ mancipium, sed quid ageret patria. Is quum respondisset à patria stetisse victoriam, Libẽter igitur, inquit, accipio filiorum interitum.

Quædã sepeliebat filium. Ad eam quum vilis anicula quædam accessisset, dicẽs: Heu fortunam, ô mulier: illa subiecit, Per geminos bonam arbitror. Si quidem cuius gratia filium peperi: videlicet vt pro Sparta moreretur, id mihi contigit.

Alia quum filius illi redisset ex acie, atque ex vulnere pedis vehemẽter doleret, Si virtutis, inquit, memineris ô fili, non solùm non dolebis, verùm etiam bono futurus es animo. At vulgus matrum solet filiorum dolorem suis querimonijs & lachrymis exasperare, hæc animauit ad doloris tolerantiam.

Alia clypeum imponens filio, sic illum adhortata est: Fili, aut hunc, aut super hunc: Laconica breuitate sentiens sic rem gerendam in bello, aut vt victor clypeum referret, aut mortuus in eo domum reportaretur.

Alia rursus filio ad bellum proficiscenti clypeum imponẽs, Hunc, inquit, tibi pater semper seruauit proinde tu fac serues eundem, aut ne sis.

Alia filio dicenti quòd breuem haberet gladium, Tu, inquit, adde gradum; significans nihil obfuturam gladij breuitatem, si propius ad hostem accederet.

Alia quum audisset filium fortiter in bello occubuisse: Nimirum, inquit, meus erat. Contrà cùm de altero audisset, quòd timidus fuisset: Nimirũ, inquit, non erat meus.

Alia quum audisset filium in prælio cæsum, Deponite illũ, inquit, vt erat in ordine locatus, eiusq; locum expleat frater. Non metuit orbitatẽ, modò vita patriæ impenderetur.

Alia quum in publica solemniq; pompa audisset filium in prælio quidem tulisse victoriam, sed ex vulnerum multitudine mori, coronam non deposuit, sed gloriãs comitibus dixit: Quantò pulchrius est, ô comites, in acie victorem occumbere, quàm in Olympijs parta victoria viuere.

Lacedæmonius quidam quum sorori suę narraret, quàm fortiter ipsius filius in prælio occubuisset, Quantum, inquit, de filio cepi voluptatis, tãtum tuam doleo vicem, quæ à tam honesta societate defeceris.

Alter sic in bello vulneratus vt ingredi non posset, sed quadrupedum more ambularet, quum ob id derisus erubesceret, à matre reprehensus est his verbis:

verbis: Quanto præstabat fili, de fortitudine gaudere, quàm de stulto risu pudescere?

Alexander quum Mileti vidisset multas eorum statuas, qui in Olympijs vicerant, easq; prægrãdes, Et vbi, inquit, erant tam magna corpora, quum barbari vestram vrbem obsiderent? Taxans illorum ambitionem, qui gloriarẽtur his qui corporum magnitudine victoriam reportassent, quum in tantis periculis nulli fuissent, qui aduersus barbaros se tales præberent.

Demosthenes Atheniensibus flagitantibus vt consuleret, obstitit, dicens, Non sum coactus in ordinem. Significans se non seruire populi affectibus, sed suo arbitratu facere quod faciendum iudicasset.

Cato senior quibusdam efferẽtibus hominem inconsultè audacem, & in bello strenuum, dixit, Plurimum referre, vtrum quis virtutem magni æstimet, an vitam non magni faciat: Sentiẽs eos non esse statim fortes, qui quouis modo vitam contemnunt, sed qui tam virtutem faciunt, vt huius gratia vitam negligant.

Lucullus, Romanos cataphractos præcipuè formidantes, bono animo esse iussit: plusque negocij futurum dixit in spoliandis illis, quàm in vincẽdis. Significans arma nihil hosti ignauo profutura, sed victori ad prædam.

Crassus cùm Publium filium fortissimè in bello pugnantem cecidisse, illiusq; caput ab hostibus hastæ impositũ vidisset, hoc tam tristi spectaculo nihil commotus est, sed exclamãs per omnes ordines, Meus hic, inquit, priuatus dolor est, mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus. Cæterùm publica salus & gloria in vestra virtute sita est.

Nero cùm Burrum principem virum veneno necasse crederetur, ad illumq; visendi gratia venisset, multa denique ab illo percontaretur, nihil aliud respondit Burrus, quàm Ego bene me habeo.

Valerio Publicolæ Iouis ædem dicanti, Marcus illius frater denuntiari iussit filium in castris perijsse, vt à dedicatione reuocaretur: sed eo nuntio nihil commotus, Cadauer, inquit, quò libet abijcite: simulq; dedicationem solemni ritu peregit.

Cambyses cùm Psammenitũ Aegyptiorum Regẽ expulisset regno, vt acrius illius animum discruciaret, eius filiam ancillari veste indutam ad hauriendam aquam misit. Hoc spectaculo cæteris commotis, solus Psammenitus pater oculos demisit. Moxq; cùm illius filium duci iussisset, vincta ceruice, & ore frenato, ne hoc quidem ad lachrymas commotus est. Idem quum vidisset familiarem quendam opibus exutum mendicare, tanto fletu commotus sunt, vt amicum compellaret, vt caput suum cæderet. Cambyses autẽ quum causam sciscitaretur, qua in liberorum calamitate tacitus, vnius senis calamitatem ægrè ferret, respondit, domestica mala grauiora sunt, quàm vt lachrymas recipiant: at amicus deplorandus erat, qui in extremo senectutis limine ad summam inopiam redactus est.

Anaxagoras Clazomenius exiliũ agens, cùm mortem filiorum accepisset, Sciebam, inquit, me genuisse mortales.

Quirinus Sophista, amicis ipsum de morte filij cõsolantibus, Quando, inquit, potius apparebo vir quàm nunc? Sentiẽs dolorem quidem esse acerbum, sed hoc fortitudinis laudem fore splendidiorem.

Antipater Cyrenaicus, mulierculis quibusdam cæcitatem ipsius deplorantibus, Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas nocturna? nocte enim cæci sumus, nec tamen lamentamur. Habet animus quo se delectet, etiam occlusis sensibus.

Asclepiades philosophus cuidam interrogãti, quid incommodi cæcitas ipsi attulisset, respondit, Vt vno puero ambulem comitatior. Significãs sibi minimum esse molestam corporis cæcitatem, quum animo cerneret.

Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Præclaram, inquit, rem effecisti, si vim Cantharidis consequutus es. Qui enim mortem homini minitantur, nihil magni minantur, quum id Cantharis animalculum contemptissimum efficere possit.

Quum M. Bruto tota ferè Lusitania sese dedidisset, sola vrbs Ciania pertinaciter arma retineret, tentarũt Bruti legati vt data pecunia sui iuris essent, Cianenses vno ore responderunt, sibi ferrum à maioribus relictum, quo vrbem tuerentur, non aurum, quo libertatem redimerent.

Demonax quum aliquando in balneis refugeret aquam feruentiorem ingredi, & alius meticulosum illum appellaret, Quid, inquit, an hoc pro patria passurus essem? Sentiens temeritatis esse, non fortitudinis subire periculum, ni ob causam grauem & honestam fiat.

Demetrius graui calamitate affectus, dixit, Hoc vnũ dij immortales queri possum, quod nõ antehac mihi voluntatem vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venissem, ad quæ nũc vocatus sum.

Ex Apophthegmatibus Erasmi Sententiæ collectæ.

Admirabilis est malorum tolerãtia, si suscipitur ob res honestas: sin ob turpes, non solùm non meretur fortitudinis laudem qui tolerat, sed hoc miserior est ac peior, quò constantius se gesserit.

Non perinde refert quàm numerosum militẽ educas in prælium, vt quàm fortem & exercitatum.

Maiestas dignitasq; regia non vestium splendore, sed prudentia ac fortitudine paranda est.

Non à militum numero victoria pendet, sed à fortitudine, reiq; gerendæ celeritate.

Viris fortibus non opus est mœnibus.

Insignis tolerantia est, quæ ex hoste capitali reddit amicum ac propugnatorem.

Non perinde refert vbi confligas cũ hoste, vt quàm strenuè se gerat dux aut miles in bello.

Fortius est diutinam seruitutem quamuis duram perferre, quàm nocte finire dolores: multoq; sanctius est, animam de corporis præsidio iniussu imperatoris non eijcere.

Clypeus tuetur, sed gladius fortitudinis organum est.

Extremæ ignauiæ est, tum non præstare fortẽ animum, cùm audacia spem præbet incolumitatis:

timid

timiditas autem nihil aliud quàm certum promittit exitium.

Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circunspectum.

Illi fortes non sunt, qui quouis modo vitam contemnunt: sed qui tanti faciunt virtutem, vt huius gratia vitam alioqui charam negligant.

Excellétium virorum est negligere contumeliam, quæ à palàm improbis proficiscitur, à quibus etiam laudari turpe.

Aliquid concedendum est viris fortibus, & de Repub. bene meritis: & bene pensat linguæ vitium, qui factis egregius est.

Ciuitas pro saxis ac mœnibus, incolentium virtute munienda est: quos si iungat concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior.

Vulnus gladio factum, fortitudinem arguit: at telo factum catapultæ, indiligentiæ signum est.

Nihil prosunt munimenta, nisi vir fortis ea tueatur.

Inertiæ genus est de fortitudine philosophorum more disputare: sed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Fortium virorum est malè facere ijs, qui malo digni sunt, non autem malè dicere.

Aduersus fortunæ procellas tuetur sapientem animus impauidus.

Naturam pro lege sequitur animus impauidus, cui si repugnet lex, eam contemnit.

Cupiditatum tumultus ratione compescit animus impauidus.

Non est fortitudinis, sed amentiæ, semet in vitę discrimen conijcere.

Excelsi animi est, ingratitudine non deterreri à studio bene merendi de omnibus.

Honesta mors est, oppetere pro amicis liberandis.

Frequenter desperatio magnum robur addit animo, non minus quàm spes victoriæ.

Prius esse debet homini, vt malo accepto medeatur, quàm vt regerat in alterum.

Fortis animi est mortem contemnere, quoties aut ineuitabilis necessitas vrget, aut causa grauis & honesta suadet.

Egregium imperterriti est pectoris documentum, in causa honesta, piaq;, nec certam mortem perhorrescere.

Horatij Coclitis fortitudo.

Val. Max. lib. 3. cap. 2. Hetruscis in vrbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles, externam eius partem occupauit, totumq; hostium agmen, donec post tergum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit: atque vt patriam periculo liberatam vidit, armatus se in Tyberim misit. Neq; altitudine quassatus, neq; armorum pressus pondere, nec telis vndiq; coniectis læsus est. Quapropter discedétes Hetrusci dixerūt, Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus.

Chlœlia virgo inter cæteras virgines obses Porsenę data hosti, noctu custodiam egressa, conscendit equum, celeriq; traiectu fluminis, non solū obsidione, sed etiam metu patriam soluit.

M. Marcellus apud Padum, Gallorum Regem ingenti exercitu stipatum, cùm paucis equitibus inuasit, obtruncatum armis exuit, eaq; Ioui Feretrio dicauit.

Scipio Aemilianus in Hispania sub Lucullo militans, cùm præualidum oppidum circumsederetur, primus mœnia conscendit, etsi in eo exercitu nemo esset aut nobilitate, aut animi indole, aut gestis eo præclarior. Ideoq; hanc militiam alijs propter difficultatem vitantibus sibi deposcit.

M. Atulius egregium fortitudinis specimen dedit, cùm Romani à Gallis pulsi se in Capitoliū receperunt, & in curulibus sellis, cum insignibus magistratuum quos gesserant, consederunt, vt in occasu ornamenta vitæ pristinæ retinerent, & ab hostibus derisi interfecti fuere. Non enim hanc iniuriæ maturitatem expectauit Atulius, verùm Scipionem Gallo vehementi ictu capiti inflixit, eiq; propter dolorem ad se occidendum tuenti, corpus cupidius obtulit. Capi ergo virtus nescit, patientia dedecus ignorat.

Cùm Fabius Maximus Rutilianus magister equitū in bello aduersus Samnites parum prosperè dimicasset, optimæ indolis iuuentus equestris, detractis equorum frenis vehementer eos calcaribus impulsos in aduersos Samnites egit, obstinataq; animi præstantia, extortam manibus hostium victoriam, patriæ restituit.

P. Crassus cum Aristonico bellum in Asia gerens, à Thracibus exceptus ne in deditionem veniret, dedecus accersita morte effugit. Virgam enim, qua equum regebat, in cuiusdam hostis oculum direxit, qui dolore accensus, Crassi latus sica cōfodit. Et ita à barbaro, maiestatis amissæ turpitudine liberatus est.

Scipio, deuicto Pompeio genero suo, classe Hispaniam petens, cùm animaduertisset nauem, qua vehebatur, ab hostibus captam, gladio præcordia sua transfodit, ac deinde in puppi prostratus, quærentibus Cęsarianis vbi esset Imperator: respondit, Imperator bene se habet.

Cato Vticensis constantissimè in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum dedit, quantò potior esse debeat probis viris dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate. Sic ex fortissimis illius vulneribus, plus gloriæ quàm sanguinis manauit.

Porcia Catonis filia, & Bruti vxor, cognito consilio mariti de Cæsare interficiédo ea nocte, quā dies cædis sequutus est, egresso cubiculum Bruto, cultro tonsorio se vulnerauit, clamore deinde ancillarum reuocatus Brutus est eam obiurgans. Cui illa, Non est hoc temerariū factū, sed amoris mei erga te indicium certissimum. Experiri enim volui, si tibi propositum ex sententia parum cessisset, quàm ęquo animo me ferro essem interempturā.

Cato cùm ab hoste in acie peteretur, & hostibus vndiq; circumdaretur, gladius eius vagina elapsus decidit: quod cùm vidit, adeo constanti animo in suam potestatem redegit, vt illum nō periculo oppressus rapere, sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

Cùm Tib. Gracchus in tribunatu profusis largitionibus Rempub. opprimeret, & diceret, interempto Senatu omnia per plebem agi debere, & patrib

tribus conuocatis à Mutio Scæuola cõsule, quid faciẽdũ esset, negauit consul se quicquã vi acturũ. Tunc Scipio Nasica, Quoniã, inquit, cõsul id agit, vt Romanũ Imperiũ corruat, egomet priuatus volũtati vestræ me offero ducẽ: ac proclamauit, Qui Rempub. saluã volet, me sequatur: eaq́; voce, bonorũ ciuiũ cũctatione discussa, Gracchũ cũ scelerata factione, pœnas persoluere coegit.

Cùm Saturninus & Glaucia & Equitius Tribuni pleb. maximos in ciuitate seditionũ motus excitassent, nec quisquam se pro populo opponeret, primũ M. Aemilius Scaurus C. Mariũ senẽ consulẽ hortatus, vt libertatẽ defenderet, protinus arma sibi afferri iussit, spiculoq́; innixus ante fores curiæ constitit, & Senatum ac Equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

Iulius Cęsar, cùm in impetu Neruiorũ, inclinari aciẽ suã videret, timidius pugnanti militi scutũ detraxit, eoq́; tectus, acerrimè præliari cœpit: quo facto fortitudinẽ per totũ exercitũ diffudit, labẽtẽq́; belli fortunã diuino animi ardore restituit.

Idem aquiliferũ fugam præparantẽ, faucibus comprehensum, in contrariã partem detraxit, dexterámq́; ad hostẽ tẽdẽs, Quorsum tu, inquit, abis? illic sunt cum quibus dimicamus. Manibus militẽ, adhortatione verò, legionũ trepidationem correxit, vinciq́; paratas vincere docuit.

Hannibale Capuam, in qua Romanus erat exercitus, obsidẽte, Vibius Accus vexillũ trans vallum Punicũ proiecit, seipsum, suosq́; commilitones execratus, si eo hostes fruerẽtur. Ad id petẽdum subsequente exercitu impetũ fecit. Quod vt Valerius Flaccus vidit, ad suos cõuersus dixit, Alienę virtutis spectatores huc venimus: sed absit vt Romani Latinis cedãt. Ego certè speciosam optaui mortẽ, aut fœlicẽ audacię exitum. His auditis, Pedanius centurio cõuulsum signũ dextra retinẽs, Iam hoc, inquit, intra hostile vallũ mecum erit: proinde sequantur. Ita totam secum legionẽ traxit, & Hannibalem miserè profligauit.

Q. Cotius, fortitudine Achilles cognominatus, in Hispaniam profectus, Celtibericũ bellum gerẽs, à quodã gentis huius iuuene ad bellũ prouocatus, relicta mensa Celtiberũ insolentissimè obequitantem interemit, detractasq́; corpori eius exuuias ouans lætitia in castra retulit.

Attilius cùm decimæ legionis miles pro C. Cæsaris partibus maritima pugna decertaret, abscissa dextra, læua puppim apprehendit: nec antè dimicare destitit, quàm capta profundo mergeret.

M. Scæua cũ pro castello, cui præpositus erat, dimicaret, Pompeiq́; præfectus, iussu eius, summo studio ad id capiẽdũ mitteretur, omnes qui propius accesserãt, interemit, ac super ingentẽ stragem, quam ipse fecerat, corruit: cuius corpus capite, humero, femore saucio, oculo eruto, scutũ centum & viginti ictibus perfossum apparuit.

L. Sicinius Dẽtatus cẽties & vigesies in aciẽ descẽdit, eo robore animi, vt maiorẽ semper victoriæ partẽ traxerit, sex & triginta spolia ex hoste retulerit, quatuordecim ciues ex morte raptos seruauerit, quinq́; & sexagita vulnera pectore exceperit, tergo cicatricibus vacuo, nouẽ triumphales currus sequutus, totius ciuitatis oculos, numerosa donorũ põpa in se cõuertit. Præferebãtur huic aureæ coronę octo: Ciuicæ duodecim: Murales tres: Obsidionalis vna: Torques cẽtũ octoginta tres: Armillæ cẽtũ sexaginta: Hastę decẽ & octo.

Leonidas Spartanus cum tercentum ciuibus apud Thermopylas toti Asię obiectus, grauẽ terra mariq́; Xerxẽ, pertinacia virtutis ad vltimã desperationẽ redegit. Cæterũ perfidia huius regionis hominũ, & loci opportunitate spoliatus, occidere dimicãs, quàm assignatã sibi à patria stationẽ deserere maluit. Itaque suos ad prælium exituros sic cohortatus est, Prandete animo forti, tanquam apud inferos cœnaturi.

Epaminõdas apud Leuctrã & Mantineã, secundis prælijs vsus, traiectus hasta, recreare se conantes, primũ an clypeus saluus esset, deinde an fusi hostes essent, interrogauit. Quod cũ intellexit, Nõ finis, inquit, meæ vitæ, sed melius & altius initiũ aduenit. Nũc enim vester Epaminõdas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu meo, caput Græciæ, factas video: fortis Sparta per me iacet: Gręcia dominatione liberata est: mirificas filias Leuctrã & Mantineã relinquo. E corpore deinde suo hastam educi iussit, eoq́; vulnere expirauit.

Vxor Asdrubalis, Carthagine capta, exprobrata ei impietate, quòd à Scipione soli sibi impetrare vitã contẽtus fuisset, dextera, læuaq́; tres communes filios mortem non recusantes, trahens, incendio flagrantis patriæ se obiecit.

Ex Demosthene.

Non est difficile, neq́; cùm deliberare opus fuerit, fortitudinis opinionẽ cõsequi, neq́; cùm aliquod institerit periculum, vehementẽ in dicendo videri: sed illud & difficile est, & cõueniens, in periculis fortitudinem ostendere. *De Ordinatione ciuitatis.*

Nunquam fieri potest, opinor, vt qui paucis & vilibus rebus occupantur, magnos & audaces animos capiãt, quẽadmodũ neq́; q circa res pręclaras & splẽdidas versatur, parua & tenuia cogitẽt. *Ibidem.*

Nũquã opinor fieri potest, vt magnũ ac generosũ sensum induat, q circa parua & abiecta versatur. *Olynth. 3*

Qualiacumq́; hominum studia fuerint, tales eos etiam habere animos necesse est. *Olynth. 2*

Vt qui inambulantes attollunt sese ac dilatant, fastuosi vocantur: at laudantur qui itidem faciunt in pugilum certamine aut in pugna, & vocantur fortes & inuicti: sic qui in rebus aduersis erigit animum, fortis habetur & insuperabilis. *Plut. in Moral.*

Fortis, audax, & ignauus, in ijsdem rebus versantur, sed non eodem modo.

Ac in ijs quidẽ rebus omnibus timidus, audax, & fortis, illi quidẽ versantur, sed non eodẽ modo affecti sunt. Illi enim transeunt modum, & ab eo deficiunt: at hic modum in ijs tenet, eum etiam quem ratio præscripserit. *Arist. lib. 3. cap. 8. Ethicorum.*

Audaces temeritate prouecti, antè cupiunt adire pericula, quàm instant: cùm adsunt, ea diffugiũt. At fortes in ipsis rebus acres sunt & prompti, antea cùm essent otiosi. *Ibidem.*

Fortitudo mediocritas est earum rerum, quæ hominibus vel fiduciam præbent, vel terrorẽ afferũt. Mortẽ autẽ sibi ipsi consciscere, fugientẽ vel inopiã, vel amorẽ, vel molestiã, fortis animi magniq́; non est, sed angusti potius & timidi. *Ibidem.*

Cap.8.lib.3.Eth. Primũ genus adumbratæ fortitudinis est, eius quæ ciuilis dicitur. Excitantur enim ad subeũda pericula ciues, & pœnis, & probris, & honorib', qui decreti sunt legibus: ob id, apud eos fortißimi existũt maxime, apud quos ignaui sunt inglorij, fortes honorati. Hæc à pudoris & honestatis cupiditate proficiscitur, quoniam honoris studio, probriq; fuga, quod est turpe, comparatur.

Cap.9 Atq; etiã omnis in quaq; re exercitatio, nomẽ fortitudinis videtur obtinere. Itaq; fortitudinẽ sciẽtiã esse putabat Socrat. Quocirca fortes videtur esse, ppterea, quòd alij quæ illa sint, nõ intelligãt.

Idem. Qui initio pugnæ periculis se obijciũt, quasi meliores, at cognito periculo fuga elabuntur, quòd mortem magis quàm dedecus pertimescãt, fortes habendi non sunt.

Iram etiam ad fortitudinem transferunt, quòd fortes videãtur ij qui ira incitati toto impetu in eos feruntur, qui vulnerarint. nam fortes etiã ira excandescunt. Est enim maximus ad subeunda pericula aculeus iracundia.

Fortes honestatis causa gerũt omnia, eisq; animus subsidio est.

Non fortitudo est, dolore ac ira incitatũ adire pericula, nihil eorum, quæ molesta & aspera interueniunt, prouidentem.

Qui fidenti animo gerũt aliquid, fortes tamen habendi non sunt: in periculis enim audaces sunt, quòd sæpe ac permultos vicerint.

Fortis videtur esse, in subitis repẽtinisq; terroribus & casibus omni animi perturbatione & metu vacare potius quàm in prouisis, quòd ea magis ab animi habitu pficiscãtur, sintq; minus præparata.

Atq, etiam fortes habentur ij, qui ignoratione decuntur ad agendũ: nec procul ab ijs absunt, qui spe ac fiducia freti faciunt quippiam: sed tamen hoc sunt deteriores, quòd nihil scientiæ in ipsis inclusum est, in illis autem est.

Cap.9 Fortitudo cùm in audacia, metuq; versetur, nõ tamen æquè in ijs, sed in rebus formidolosis magis cernitur. Nam qui in ijs animi perturbatione vacat, quiq; in eis ita affectus est animo, vt decet, is potius fortis est, quàm qui talem se in ijs rebus præbet, quæ fiduciam adferunt.

Cap.9 Fortes ex eo nominãtur, quòd ea quæ acerba sunt & vidẽtur, forti magnoq; animo perferunt. Itaq; molesta res est fortitudo, eaq; iure laudatur.

Fortitudinis finis iucundus est, etsi propter eas res, quæ circumfusæ sunt, minus appareat.

Forti viro mors & vulnera aspera, velit nolit, futura sunt. Attamen ea omnia forti magnoq; animo subit, quia pulchrum est, aut quia non subire turpe sit.

Quò maioribus virtutibus omnibus instructus ornatusq; est, quoq; beatior vir fortis, eò molestius mortem perfert.

Cap.6 eiusdem libri. Qui ea omnia metuit quæ mala sunt, vir fortis nominatur, probus & pudens: qui non extimescit, impudens iudicandus est.

Non statim fortis is dicitur, qui fidenti animo est tum, cùm virgis se iri cæsum videat. Nec in omni genere mortis vir fortis cernitur, vt si quis in mari pereat, vel morbo intereat.

Quocirca propriè ac verè fortis videtur is, qui mortẽ honesta proposita, ijsq; omnibus quæ mortẽ adferũt, cùm repentè appropinquãt, metu vacat.

In mari & in morbis vir fortis vacuus est à metu, sed non more nautarum.

Ex Cicerone.

Viri propria maximè est fortitudo, cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisq; cõtemptio. Cic.2. Tusc.

Fortitudo est scientia perferẽdarũ rerum, vel affectio animi in patiendo & perferendo, summæ legi parens sine timore. 4. Tusc.

Nemo potest esse celsus & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parua ducere, nisi omnia bona sibi in se posita censebit. 5. Tusc.

Si qui inducant animum, illa, quorum splendore capiũtur, vires, valetudinẽ, pulchritudinem, diuitias, honores, opes contẽnere, eaq; quæ ijs contraria sunt, pro nihilo ducere: tũ poterũt clarissima voce cõfiteri, se neq; fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri, omniaq; sibi in se posita, neq; esse quicquã extra suam potestatẽ quod ducãt in bonis. 5. Tusc.

Fortitudinis propriũ est, & magnitudinis animi, nihil extimescere, omnia humana despicere, nihil quod homini accidere posśit, intolerãdũ putare. 1. Offic.

Fortitudo est virtus, pugnans pro æquitate. 1 Offic.

Fortes & magnanimi sunt habendi, non qui faciũt, sed qui propulsant iniuriam. 1. Offic.

Ea quæ eximia plerisq; & præclara videntur, pauca ducere, eaq; ratione stabili firmaq; contemnere, fortis animi magniq; ducendum est: & ea quæ videntur acerba, ita ferre vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnæq; constantiæ. 1. Offic.

Diuitias contemnere, & pro nihilo ducere, magni animi & excelsi est. 1. Offic.

Nihil est tã angusti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. Nihil honestius magnificẽtiusq;, quàm pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemq; conferre. 1. Offic.

Maximè admiramur eum, qui pecunia non cõmouetur: quòd in quo viro perspectũ sit, hũc dignũ spectam arbitramur, qd eas res spernit & negligit, ad quas plerique inflãmati auiditate rapiũtur. 2. Offic.

Fortes viri, non tam præmia sequi solent rectè factorum, quàm ipsa rectè facta. Pro Milone.

Est virorum fortiũ, virtute præstare tantùm, vt possint fortunæ culpam non extimescere. Phil.

Est viri fortis, ne supplicijs quidem moueri, vt fortiter fecisse pœniteat. Pro M

Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapiẽter aduersos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. 2. de Orator.

Qui magno animo est, atq; forti, omnia quæ cadere in hominẽ possunt, despicit, & pro nihilo putat: atq; iste vir altus & excellens magno animo, verè fortis, infra se omnia humana ducit. de Finib.

Homines magno animo erectoq; viuentes, semper sunt beati, qui omnes motus fortunæ, mutationesq; rerum & temporũ leues & imbecilles fore intelligant, si in virtutis certamen venerint. 5. de Finib.

Est situ in nobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. 1. de Finib.

Robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, cùm & mortẽ contẽnit & ad dolores ita paratus

paratus est, vt meminerit maximos luctus morte finiri, paruos multa habere interualla requiens, mediocrũ nos esse dños, vt si tolerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è vita, quũ ea nõ placeant, tanquam ex theatro exeamus.

DE FORTVNA.

Seneca. Fortuna opes auferre, non animum potest.
Fortuna fortes metuit, ignauos premit.
Oblatam vtramuis fortunam iuxta suscipere discat, qui animo esse tranquillo cupit.
Fortuna meliores sequitur.
Salust. Probitatem, industriã, cæterasq; bonas artes, neq; date, neq; eripere cuipiam fortuna potest.
Fortuna cũ blanditur, tunc vel maximè metuenda.
In secundis nihil minus, quàm confidendum.
Parcius obsequenti fortunæ potius fidendũ, quàm vsquequaq; fauenti.
Fortunæ muneribus vtendum, non fidendum.
Seneca. Quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura leuat.
Horat. Fortuna nunquam perpetuò est bona.
Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.
Nulli præstat velox fortuna fidem.
Cicero. Cæca fortuna est, & eos plerumque efficit cæcos, quos complexa est.
Fortuna, vt medicus cæcus, multos cæcat.
Lucanus. Seruat multos fortuna nocentes.
Seneca. Res secundæ non habent vnquam modum.
Salust. Lasciuiam amant atq; superbiam res secundæ.
Seneca. Prospera animos efferunt.
Terent. Omnes, cùm secundæ res sunt maximè, tum maximè meditari secũ oportet quo pacto aduorsam ærumnam ferant.
Cicero. Cui spes omnis & ratio, & cogitatio pẽdet à fortuna, huic nihil oportet esse certi, nihilq; qđ exploratũ habeat permãsurũ sibi, ne vnũ quidẽ diem.
Miser est, quisquis fœlicitatem sperat à miseris.
Faber est quisq; fortunæ suæ.
Suam cuiq; mores fingunt fortunam.
Plaut. Perinde vt quisq; fortuna vtitur, ita præcellit.
Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atq; humiles sumus.
Horat. Fortuna non mutat genus.
Bona fortunæ perinde sunt, vt animus illius, qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona: qui non vtitur rectè, mala.
Fortunam citius reperias, quàm retineas.
Fortunam cùm abire permiseris, frustra postmodũ fugientem implorabis.
Naturam plerumq; fortuna corrumpit.
Dita libido, fortunæ comes.
Martial. Fortuna multis nimis dat, satis nulli.
Ouid. Dat quodcumq; libet fortuna, rapitq;.
Salust. Fortuna in omni re dominatur.
Iuuenal. Turba tremens sequitur fortunam semper, & odit.
Ad saturitatem non est opus fortuna:
Nam quod necessitati sat est, tollit irata.
Leuis magnas opes hinc fert, & illuc casus.
Sil. Italic. Breuis est magni fortuna fauoris.
Plaut. Fortuna humana fugit, artatq; vt lubet.
Minus in paruis fortuna furit.
Fortuna simul cum moribus immutatur. *Salust.*
Successum fortuna, experientiam laus sequitur.
Quem res plus nimio delectauere secundæ, *Horat.*
Mutatæ quatient.
Læta omnia rarò sine infœlicitate aliqua eueniunt.
Fortuna arbitrijs tempus dispensat vbiq;. *Ouid.*
Sors omnia versat. *Virg. Eclog. 6*
Fortuna potens, tantùm *Idem.*
Iuris atrox, quæ vendicas
Euersusq; honos, eligis improbos,
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transfert ad impios,
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat:
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuò fouet,
Nec quos deseruit, perpetuò premit.
Res humanas ordine nullo *Seneca in Hip.*
Fortuna regit, spargitq; manu
Munera cæca, peiora fouens.
Fortunæ sors prima data est, hoc illa per artem *Man. lib. 3 Astr.*
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domuiq; hærentia cuncta:
Qui modus in seruis, quis sit consensus in aruis.
Nempe per hos etiam fortunæ iniuria mores *Ouid. ad Liuiã.*
Regnat, & incerta est hic quoq; nixa rota.
Hic quoq; sentitur, ne quid non improba carpat.
Sæuit, & iniustum ius sibi vbiq; facit.
Scilicet immunis si luctus vna fuisset
Liuia, fortunæ regna minora forent.
Siue nihil positum est, seu sors incerta vagatur, *Lucanus lib. 3*
Fertq; refertq; vices, & habent mortalia casum.
Sit subitum quodcumq; paras.
Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum *Manil. 2. Astr.*
Audeat? & tantæ suffragia vincere sortis?
Careat successibus opto, *Ouid. epist. 2*
Quisquis ab euentu facta notanda putat.
Ludit in humanis diuina potentia rebus, *Ouid. lib. 4. de Pont.*
Et certam præsens vix habet hora fidem.
Rupis Achemeniæ scopulis vbi versa sequentum *Boëtius Metro 1. lib. 5*
Pectoribus figit spicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates vno se fonte resoluunt,
Et mox adiunctis dissociantur aquis.
Si coeant, cursumq; iterum reuocentur in vnum,
Confluat alterni quod trahit vnda vadi.
Conueniant puppes, & vulsi flumine trunci,
Mistaq; fortuitos implicet vnda modos.
Quos tamen ipsa vagos terræ decliuia casus
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
Sic quæ permissis fluitare videtur habenis,
Fors patitur frenos, ipsaq; lege meat.
Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te *Iuuen. Sat. 10*
Nos facimus fortuna deam, cœloq; locamus.
Fortuna fortes metuit, ignauos premit, *Seneca in Med.*
Centum doctorum hominum consilia, hæc vna deuincit dea *Plau. in Pseud.*
Fortuna: atq; hoc verum est, perinde, vt quisque ea vtitur,
Ita præcellet, atq; exinde sapere eũ omnes dicimus.

Bene vbi quid discimus consilium accidisse, bominem caurum eum
Esse declaramus: stultū autē illū quoi vortit malè.

Fortuna bona fragilia sunt.

Oui. 4. de Pon. Quid facis, ah demens? cur, si fortuna recedat,
Naufragio lachrymas eripis ipse tuo?
Hæc dea non stabili quàm sit leuis orbe fatetur,
Quæ summum dubio sub pede semper habet.
3. de Trist. Nempe dat, & quodcunq; libet fortuna, rapitq;,
Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat.
Idē 5 de Trist. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco.
Sed modò læta manet, vultus modò sumit acerbos
Et tantùm constans in leuitate sua est.
Nos quoq; floruimus, sed flos fuit ille caducus,
Flammaq; de stipula nostra breuisq; fuit.
Horat. Oda 34. lib. 1 Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.
Iuuen. Sat. 7 Si fortuna volet, fies de rhetore consul.
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.
Seneca in Her. furent. Iniqua rarò maximis virtutibus
Fortuna parcit: nemo se tutò diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit.
Idē in Medea. Rapida fortuna, ac leuis,
Præcepsq; regno eripuit, & exilio dedit.
Gonfide regnis, cùm lenis magnas opes
Huc ferat, & illuc casus.
Idem in Octa. Quid me potens fortuna fallaci mihi
Blandita vultu, sorte contentum mea
Altè extulisti? grauius vt ruerem, edita
Receptus arce, rotq; prospicerem metus?
Idem de Nerone Fortuna nostra cuncta permittit mihi.
SEN. Crede obsequenti parcius, leuis est dea.
Boëtius Metro 1. lib. 1 Dum leuibus malè fida bonis fortuna faueret,
Penè caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Idem Metro 3. lib. 2 Cùm polo Phœbus roseis quadrigis
Lucem spargere cœperit,
Pallet albentes hebatata vultus,
Flammis stella prementibus.
Cùm nemus flatu Zephyri tepenti
Vernis irrubuit rosis,
Spirat insanum nebulosus Auster,
Iam spinis abeat decus.
Sæpe tranquillo radiat sereno
Immotis mare fluctibus.
Sæpe seruentes Aquilo procellas
Verso concitat æquore.
Rara si constat sua forma mundo,
Si tantas variat vices,
Crede fortunis hominum caducis:
Bonis crede fugacibus.
Terē. in Hecyr. O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona.
Manil. lib. 3. Astronom. Idcircò tanta est rerum discordia in æuo,
Et subtexta malis bona sunt: lachrimæq; sequūtur
Vota, nec in cunctis seruat fortuna tenorem.
Vsque adeò permixta fluit, nec permanet vsquam,
Amisitq; fidem varians do cuncta per omnes.
Non annis anni, non menses mensibus vsq;
Conueniunt, seq; ipse dies, aliumq; relinquit:
Horaq; non vlli similis producitur horæ.

Quid numerem euersas vrbes, regumq; ruinas? *Idem lib. 4*
Inq; rogo Crœsum? Priamumq; in littore trūcum,
Cui ne Troia rogus: quid Xerxem, maius & ipso
Naufragium pelago? quid captos agmine reges?
Dies quod dat, tineas: ciro raptum veoit. *Pub. Mim.*
Versatur celeri sors leuis orbe rotæ. *Tibul. lib. 1.*
Rara quidem est virtus, quā nō fortuna gubernet, *Oui. 5. de Trist.*
Quæ maneat stabili, cùm fugit illa, pede.

Fortuna secunda.

Mens erit apta capi tunc, cùm lætissima rerum
Vt seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore,
Ipsa patent.
Si fortuna iuuat, caueto tolli. *Auson. in epig.*
Si fortuna tonat, caueto mergi.
Fama est, fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atq; abacum Samio sæpe onerasse luto.
Fercula gemmatis cùm poneret aurea vasis,
Et misceret opes, pauperiemq; simul.
Quærenti causam, respondit, Rex ego qui sum
Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicumq, repentè
Diues ab exili progrediere loco.

Ex Apophth. Eras.

Euentus homini non est in manu.
Fortuna non addit sapientiam.
Non omnia omnibus æquè fœliciter cedunt.
In tranquillissimis rebus interdum existit periculū, quod nullus expectat.
Tota belli fortuna pendet à virtute prudentiaque ducis.
Fortuna sæpe sua indignis largitur munera.
Theramenes tyrannus, illapsa domo in permultos solus euasit incolumis. Ob id cùm fœlix prædicaretur, exclamās, O fortuna, inquit, cui me occasioni seruas? Sentiēs se non esse seruatum, sed maiori malo reseruatum.
Tu me extulisti, tu ipsa rursus deijcis. *Aphthon.*
Darius Xerxis pater, dicere solebat se prælijs ac rebus asperis reddi prudentiorem. At talis prudētia nimio constat Reip. Præstat enim principem è philosophia sapientiam haurire, quàm experimentis miseram colligere prudentiam.
Cùm Philippo nuntiatum esset, vno die multas res prosperè gestas esse, porrectis in cœlum manibus, O fortuna, inquit, pro tot tantisq; bonis, leui quopiam malo me affice. *Fortu... dicta*
Vt os non secatur trama, nisi prius cinere & aceto præmollitum, nec ebur inflecti potest, nisi zutho prius mollefiat: sic fortuna non potest reddere vulneratos animo, nisi accesserit malitia. *Fortuna ... Ex Plutarchi Moral.*
Vt qui morbo laborant, cibos purissimos & lautissimos fastidiunt & recusant, ijdem restituti bonæ valetudini, caseo aut cæpe libenter vescūtur: ita stultis magnifica fortuna iniucunda, sapientibus etiam humilis ac tenuis fortuna, iucūda est. *Plutarchus.*
Vt qui canem lapide petens, nouercā percussit, ne sic quidē, inquit, malè: ita quod præter expectationem euenit, in bonam partem vertendū est. *Idem.*
Vt quidā alienas picturas, statuas, poëmata diligēter aspiciunt, ac singula excutiunt per otium, sua neglectui habent: sic multi alienas fortunas magis admirantur, suas oderunt.

Quem

Quemadmodum adulteri alienas vxores adamãt, suas contemnũt: sic quidam aliorum bonis magis delectantur, sua eleuant, & negligunt.

Vt vincti beatos iudicant solutos, soluti liberos, liberi ciues, hi rursum diuites, hi reges, reges verò deos, tonare propemodum ac fulgurare cupientes: sic qui semper expendit, quantò sit alijs inferior, nunquam sua contentus est sorte.

In Olympijs non licet vincere, delecto aduersario: sic in vita quęcunq; obtigit fortuna, cum ea luctandum est.

Qui dolẽt, quòd non excellant in omnibus etiam diuersissimis, perinde faciunt, ac si quis molestè ferat, quòd vinea non ferat ficus, quodq; olea non ferat botros.

Ex Seneca. Vt nihil adfert momenti nimbus in mare decidẽs: ita fortunæ incommoda nihil mouent sapientẽ.

Seneca. Non faciunt equum meliorem aurei freni, nec hominem præstantiorem fortunæ ornamenta.

Ex Cicerone.

Cicero pro M. Marcello. Fortuna est rerum omnium domina.

5. Tuscul. Fortuna est rerum externarum, & ad corpus pertinentium.

2. ad Herenn. Fortunam insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi. Cæcã, quòd nihil cernat quò se applicet. Insanam, quia atrox, incerta, instabilisq; sit. Brutam, quia multis incommodis conflictatur, propter immensam pecuniæ cupiditatẽ.

Pro Milone. Varia est vitæ, commutabilisq; ratio: vaga, volubilisq; fortuna.

De Lælio. Non solùm ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumq; cæcos efficit, quos complexa est. Illi enim efferuntur fastidio ferè & contumacia: neq; quicquã insipiẽte fortunato intolerabilius fieri potest. Atq; hoc quidem videre licet, eos qui antea cõmodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, spernìq; ab ijs veteres amicitias, indulgere nouis.

3. de Oratore. O facilem hominũ spem, fragilemq; fortunam, & inanes nostras cõtentiones, quę in medio spatio sæpe franguntur & corruũt, & antè in ipso portu obruuntur, quàm portum inspicere potuerint.

5. Tuscul. Vita regitur fortuna, non sapientia.

Pro Sylla. O volucrem fortunam, quàm citò omnia ex lętitia & voluptate, ad luctum & lachrymas recidunt.

[illegible] inet [illegible] O misera vitæ ratio, quæ tandiu resides in voluptate, quandiu fortunæ poscit libido.

Famil. 9. ad Dolabell. Fortunam vitare nemo potest.

Fors in armis plus quàm ratio potest.

Ca Attic. lib. 14. 2. de Diuin. Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna.

4. ad Herenn. Non sunt omnia committenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem.

1. de Inuent. Fortunam laudare, est stultitia: & vituperare, superbia est. Animi autem laus & honesta est, & vituperatio vehemens.

4. ad Herenn. Et nõ multũ potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quàm in casu præsidium collocauit.

2. Offic. Magna vis est in fortuna in vtramq; partem, vel ad secundas res, vel aduersas. Nam & cùm prospero flatu eius vtimur, adoptatos exitus prouehimur: & cùm reflauit, affligimur.

3. ad Herenn. Fortitudini fortuna adiumento solet esse.

2. Tuscul. Fortes fortuna adiuuat.

De indignè fortunatis.

Honor te effert, vt altius sapias tuis propinquis. *Euripides.*
Emoriar: indignum est enim aspicere lucem,
Videndo malos immeritò & iniustè honoratos.

Multis adfui, & æmulatus sum hominem, eiq; indignatus,
Qui bonus existens, similis fieret malis,
In certamen inanium descendens verborum.
Hoc verò nequaquam audiri potest, neq; tolerari,
Tacere audientem opprobria à peioribus.

Quando mali ô hospes fortunatè agunt,
Nimis dominantes, nec pœnam putantes
Luituros se, nihil non perpetrant indulgentes voluptati.

Valde molestum est melioribus, *Idem in Supplicibus.*
Quando vir malus dignitatem obtinet,
Lingua populum regens, quum prius nihil fuerit.

Papæ, quã homines mali, vbi fortunã nacti sunt *Ibidem.*
Prosperam, contumeliosi fiunt, tanquam semper fortunatè victuri sint.

Multi viri honesto loco nati, non possunt
Seipsos palàm ostẽdere propter malorũ potestatẽ.

Si quis potens deus me accedens diceret, *Menander.*
Postquam mortuus fueris, denuò reuiuisces,
Eris autem quod voles, canis, ouis, hircus,
Homo, equus. Omnino enim vita tibi trãsigẽda est,
Sic fata iubent: tu quod mauis, elige.
Quiduis potius, statim mihi dicturus videor,
Fac me, quàm hominem. Indigna prosperitate,
Et rursus improsperitate immerita solus animaliũ homo afficitur.
Optimus equus, diligentiori cura
Quàm alius colitur. Canis si bonus fueris,
In pretio lõgè maiori habeberis, quã malus canis.
Gallinaceus generosus peculiaribus alimentis
Nutritur: ignauus verò etiam timet præstantiorem.
At homo licet probus, nobilis, & valde
Generosus sit, nihil id ei prodest in hoc sæculo.
Adulator autem omnium optimè viuit, deinde
Sycophanta: tertio loco fraudulentus loquitur.
Asinum fieri præstat, quàm deteriores
Se splendidius viuentes intueri.

Et sapiens aberrauit, & insipientis opinio sæpe *Theognis.*
Scopũ attigit: & malus aliquis honorẽ nactus est.
Deus malos inutilibus viris largitur opes
Bonas, quæ nec ipsis vtilitatem vllam
Nec amicis ferent: virtutis autem ingẽs gloria nunquam peribit.
Vir enim pugnando fortis agros & ciuitatem defendit.

Intolerabile est homines impios & malis parentibus *Sophocles.*
Ortos, fortunatè viuere:
Bonos autem & generosa stirpe
Natos, aduersam sibi fortunam experiri.
Non oportebat deos hac in re ita de hominibus
Statuere. Conueniret enim pios quidem homines
Manifestum aliquod lucrum à dijs consequi.
Iniustos verò hominum contrà,
Pœnam malorum vltricem euidenter luere:
Et hoc modo nullus improbus prosperitate frueretur.

Fœliciter agere præter dignitatem, malè sapiendi ansam præbet stolidis. *Demosthenes.*

Ariston. Mira vis est melioris fortunæ in occultádis & obumbrandis hominum peccatis: at si quid acciderit sinistrè, tum ista omnia prorsus detegentur.

Similis est vita theatro: quocirca sæpius pessimi quique honoratissimum inter homines locum obtinent.

De infortunatis indignè.

Menander. Nihil tam ægrè fero, quàm bonum ingenium,
Vbi in vitam difficilem conclusum est.
Miserrima res est, cùm in senectutis limine aliquis
Præditus bonis moribus iniquam fortunam experitur.
O varijs gaudens mutationibus fortuna,
Hoc tibi dedecori est, quum ille vir
Iustus iniustis casibus obruitur.

Alexis. Fieri non potest vt fortuna mentem habeat.
Aliter nullus vnquam huiusmodi hominum fortunatus foret.

Euripides. Nobilitatem à fortuna vinci
Nunc præcipuè vidi. Isti enim parente
Honesto nati, immeritò infortunati sunt.

Menander. Ego multos noui malos, propter necessitatem
Factos in aduersa fortuna, cùm non suapte natura huiusmodi essent.

Eusebius. Multi homines cùm fortunam sibi iniuriam esse putant, ægrè ferentes, ac insuper quiritãtes, apud se & alios qui accedunt, huiusmodi verbis vtuntur. Iste vxorem ducit, idq; ex familia fortunata: ego interim innuptus ago. Iste domum permagnam habet, ædificat splendidè, & agros multos possidet: ego sine domo, sine possessionibus viuo. Isti pecunia abundant, me omnimoda pecuniarum inopia premit. Tales homines hunc in modum dicẽdo solari oportet: Non esse dolendum ob aliorum fœlicitatem, sed gaudendum, vt qui generis & naturæ sint eiusdem: Et quòd agnoscere debeant sibi quoq; multa esse commoda, ita vt si sua inspexerint penitus, & rursus ea quæ alijs adsunt, melius secum agi deprehensuri sint: Et quòd nullus ob alterius prosperitatẽ sibi debita fœlicitate priuetur.

Herodotus. O hospes, id quod à Deo præfinitum est, auerti per hominem nequit. Nam ne vera quidem dicentibus parere vult quisquã. Hæc scientes plurimi Persarum, sequimur, necessitate vincti. Grauissimus autem dolor est inter homines, si quis permulta sciens nihil obtineat.

Ex Demosthene.

Ex Orat. ad Phil. Ep. epist. Magnum quidem momentũ, imò verò potius totũ est, ipsa fortuna, ad omniũ hominũ negotia.

Ex Orat. funeb. Fortuna rerum omnium domina exitum suo arbitratu tribuit.

Olynth. 1 Magna potentia vel potius summa est ipsa fortuna in omnibus hominum negotijs.

Ex 3. Proœm. Multa fortunę voluntate gubernãtur, multęq; sunt causæ, cur non omnia ex animi sentẽtia hominibus succedant.

Ex 53. Proœm. In alijs quibusdã rebus superari ab aduersarijs, non tã dedecus quàm infortuniũ dici possit. Nã & in fortuna, & præfectis, & multis aliquid inest, cur prius res præclaræ gestæ sint, vel contrà.

Olynth. 1 Si quæcumq; quis acceperit, etiã seruauerit, magnã habet fortunæ gratiã. si verò imprudẽs prodegerit, interijt vnà quoq; memoria beneficij accepti à fortuna.

Bona quidem voluntas præsto est, quam si fortunæ benignitas iuuet, res ipsa confici possit. *Ex 3 epist.*

Neq; gubernabam nauem, diceret aliquis, quemadmodum nec ego exercitum ducebam, neque fortunæ dominus eram, sed illa rerum omniũ. *Ex Orat. de corona.*

Ex mendicis nonnulli celeriter diuites euaserunt, & ex obscuris & ignobilibus clari & illustres. *Ex Orat. 4. contra Philipp.*

Mulræ & nutrices, & lana victum quæritantes, & vindemiatrices euaserunt, ob Reipub. illorũ temporum calamitates, ciues ac nobiles mulieres. *Ex appellatione contra Eubulidem.*

De fortuna aduersa.

Ex eodem.

Aequũ est misereri, non flagitiosorum hominum, sed eorum qui immeritò aduersa fortuna, calamitateq; conficiuntur. *Ex Orat. contra Aphobum.*

Si quos ærariorum dimittere oportet modestissimos, optimos, & ob minima delicta mulctam passos, hos, inquam, liberare oportet. *Ex Orat. contra Aristog.*

Cùm neq; iniurius est aliquis, neq; peccat, sed in ea quæ omnibus conducere videntur, se tradit, nec in omnibus ex animi sententia egit, haud exprobrare neq; cõuitium facere eiusmodi homini par est, sed condolere. *Ex Orat. de Corona.*

Aequum est misero & afflicto vtut factũ est, opem & auxilium ferre. *Ex Orat. cõtra Midiam.*

Nemo vnquam fortasse vestrûm quęsiuit, Atheniẽses, cur tandẽ miseri & infœlices rectius quàm fortunati rebus suis consuluut: Non autẽ alia de causa istud fit, præterquàm quod istis euenit, vt nequicquam formident, neq; si quispiam pericula & graues casus recenseat, ad se pertinere putant, illos recens adhuc delictorum memoria, quando in infortunia inciderunt, modestos ad reliqua, & moderatos reddit. *Ex 19. Proœm.*

Nullius rei institutum consilium've magni fit, nisi finem etiam vtilem & honestum consequatur. *Ex 35. Proœm.*

Quòd fortuna rerum fortiter ferenda sit.

Philemon. Si lachrymæ nostræ malis mederentur,
Et lugens semper dolore desineret,
Vel aurum lachrymis commutaremus.
Verùm ipsæ res non auscultant, neq; respiciunt lachrymas:
Et siue lugeas, siue non, pergunt.
Quid igitur proficis? nihil: sed tristitia hęrentes sibi habet
Lachrymas, veluti arbor ista fructum suum.

Euripides. Vehementer equidem doleo
Præsentem ob statum, in ipsa tamen tristitia sapio, & mihi tempero.
Hoc est quod me seruat, & hominem facit.

Euripides. Noli teipsum afficere dolore, sciens quòd sæpe
Res molesta, aliquando postea gaudium adfert:
Et malum, causam boni producit.

Chæremon. Nullus sapiens propter parua tristatur.

Menander. Conare amentiam fortunæ animo forti sustinere.
Si omnes morerentur, quibus non obtingunt
Ea quæ cupiunt, omnibus sanè moriendum esset.
O bone vir, disce infortunat' esse, mortalis quũ sis,
Vt solùm, vbi necessitas cogit, infortunatè agas:
Non autem plura propter imperitiam infortunia tibi asciscas.

Philippides. Vbi quid infortunij here tibi acciderit,

Euri

Euripidis memento, & faciliùs feres.
Mortalium fœlix vbiq; nullus est.
Existimes verò te quoq; vnum è multis esse.

Euripides. Nemo natus est, qui non semper laboret
In sepeliendis liberis, & rursus alijs acquirendis:
Dolent tamen homines quòd moriantur, & ægrè
Ipsos sepeliunt. Sed necessarium est
Vitam demeti, velut grauidas spicas:
Et alium viuere, alium non. Quorsum attinet ista
Lugere, quę secundum naturam transigenda sunt?

Idē in Herculo furente. Quisquis autem ignorat, calamitates
Quomodo tolerare oporteat, quum sit mortalis:
Ille etiam viri telum sustinere non posset.
Quisquis in euentu rerum sapienter ac modestè fert
Fortunam, hic fœlicior est.
Fortunæ mutationem sustine. Nauiga secundum fluuium. Nauiga secundum fortunam.
Mortalis existens, mortalia quoq; te passurum expectes.
Diuinam agere vitam cupis, cùm homo sis.
Bono animo sis fili: & noli corpus anxiè iactare.
Facilius enim morbum quietus & forti
Animo præditus feres: Laborum autem hominibus necessitas incumbit.
Moriendum est omnibus: Communem verò dolorem
Moderatè dolere sapientia meditatur.
Oportet hominem placidum infortunia bene tolerare.
Necessarij sunt labores: dæmonum autem fortunas
Qui optimè tulerit, vir sapiens est.
Rebus ipsis indignari non oportet.
Nihil enim eis curæ est. Vtens verò rebus,
Si eas rectè instituerit, prosperè agit.
Habes quidem negotia tristia fateor. Conandum est tamen
Vt quæ necessaria sunt in vita facillimè feras.
Omnium optimum est, nō violentū esse in deos,
Sed suam amplecti sortem. Cupido autem rerum impossibilium
Effecit, vt multi præsentibus etiam frustrarentur.
Fortunæ euentus quisquis mortalium bene fert,
Illum sapientem & moderatum virum iudico.
Passus es eadem, quæ multi alij homines.
Nam qui præsentem fortunam non seruant,
Dum temerè petunt maiora, pereunt.

Bacchylides. Vnus terminus, vna mortalibus fœlicitatis est via,
Si quis animum habens inscium, ita possit transigere vitam:
Quibus verò infinitæ curæ circa mentem versantur, quæ
Etiam noctu sequentes metu futurorum
Cor turbant, inutilis labor insumitur.

Pythagoras. Quicquid dolorum hominibus dæmoniæ fortunæ producunt,
Eorum tu sortem acceptam feras, nec indigneris.

Antiphanes. Hoc vir à viro differt: vnus infœlicitet
Agens, molestiam omnem animi fiducia vincit.
Alter verò ineptè quod contigit accipiens, ægrè fert.
Homo placidus leniter ferat fortunæ euentus.
Infortunatus esse quidem nullus nō posse videtur.
Humanum autem infortunium ferre, bonis prędit
moribus solùm est.

Calamitatem & damnum decenter feras. *Menander.*
Hoc viri prudentis est: non eius, qui
Sursum retractis supercilijs Hei mihi dicat:
Sed illius, qui res suas continenter, modesteq; fert.
Tristia semper à vita repelle.
Exiguum enim & angustum ætatis tempus viuitur.
Multi sua sibi mala augent *Philemon.*
Ipsi sua culpa, & maiora faciunt quàm facta sint per naturam.
Verbi gratia, obijt alicui filius, aut mater,
Aut quiuis alius ex necessarijs.
Quòd si apud se cogitarit: Mortuus est, homo enim erat:
Non amplius sit malum, quàm à natura productum est.
At si exclamet: Vita mihi non vitalis est, non amplius videbo,
Perijt: hæc secum qui reputat,
Præter mala præsentia insuper alia colligit.
Qui verò omnia apud se rationе considerat,
Is malum adimit, & bonum capit.
Tam ignarus euasisti. non enim animi fortitudo *Diphilus.*
Est quod nunc facis, sed ignauia, & pusillanimitas,
Dolorem sustinere non posse, nec tristitię tuæ moderari.
Graue omnino molestumq; est fortunę negotium, *Apollod.*
sed oportet
Animo & moribus ipsam, veluti onus quoddam, ferre.
Futuros euentus expectare oportet vnumquemq; *Menander.*
Hominem. Nihil enim stabile permanet.
Obscurus est aliquis: hoc nihil prohibet fœlicitatem tuam. *Philemon.*
Obijt aliquis: noli id ægrè ferre.
Siue peperit aliqua, nihil est molestum: siue non peperit.
Calamitosus fuit aliquis, hic tussit, ille plorat.
Natura nihil non istorum fert, fuge mœrores.
Multa vbiq; grauia reperies: *Menander.*
Sed an plura insint vtilia, istud considerandum est.
Viros iustos & sapientes decet, *Euripides.*
Etiam in aduersa fortuna non indignari dijs.
Difficilia & quæ molesta ubi fuerunt, *Menander.*
In teipso vi[illegible]s: bona verò non item inueneris.
Nihil autem vsquam reperies ô Simyle
Boni, cui non aliquid mali sit ammixtum.
Ea quæ causam non in moribus nostris, sed in fortuna habent,
Fortiter ferenda sunt viro nobili.
Ne dijs pugnes, nec asciscas huic rei
Tempestates alias, sed eas fer, quæ necessariæ sunt.
Nullum est inuenire hominem, *Philemon.*
Qui non aliquid mali expertus aut experturus sit.
Ille verò, qui quod accidit, quàm fieri potest, minimum reddit,
Et fortunatus est pariter, & sapit.
Suscipiendi rerum euentus ac disponendi sunt *Sophocles.*
A sapiente gubernatore, non autem lugenda fortuna est.
Sapientis viri est, fortunam boni consulere. *Alexis.*
Dedecora quidem, ô mulieres, nullus effugerit *Sophocles.*
Mortalium vnquam, cui Iuppiter immiserit mala.
Verùm necesse est morbos diuinitus missos tolerare.

Quam oobis Dei famam ferens ades?
Bonam. Aio enim etiam valde molesta, si ad booũ
Exitum dirigantur, omnia fieri fausta.
Melius ominare : ne malo malum applicans
Remedium, calamitatem teddas maiorem.
Bono animo sis mulier: multa grauia in somnis
Vigentia noctu, die molliuntur.
Tristia sunt hæc: veruntamen oportet
Mortales facili animo ferre deorum fata.

Sotades. Mulieris cuiusdam sententia celebratur, dolorem libenter apud illos manere, à quibus alitur, & augetur. Porrò Cleanthes dolorem, animæ resolutionem vocabat.

Vlyss. in Odyss. Est mihi cõfidens aoimus: cùm plurima quoodam
Sim perpessus, & hoc alijs accedat.

Thucydides. Qui in calamitatibus animo minimè tristantur, re autem & operibus maximè obsistũt, optimi sunt, siue priuati homines, siue ciuitates fuerint.

Xenophonti sacrificanti cùm renunnatum fuisset, filium eius Gryllum obijsse, ille remouit coronã, sacrificare pergens. Cùm verò nuntius adderet mortuum esse filium, rursus capiti suo coronam imposuit.

Arrianus. Omnia mundo inseruiunt, oostrum quoq; corpus ei paret, in morbo aut sanitate degens cùm ipse voluerit. Quamobrẽ conuenit, vt id etiam quod penes nos est, iudicium inquam nostrum oon renitatur. Repugnatio enim præter id quod temeraria est, doloribus eõam tristitiaq; conficit.

Democritus. Dolorem immorigerum animæ torpentis, ratione expellas.

Magna res est in calamitatibus, vt par est, sapere.

Magnanimitas est, leniter ferre frustrationem.

Paupertatem æqui boniq; consulere, prudentis & moderati ingenij est.

Diogenes cùm in casus quosdam aduersos incidisset, dicebat: Beoe factum, ô fortuna, quòd tam viriliter mihi præfueris. Idem in huiusmodi casibus alta voce cantillabat.

Chilon, cùm quidam propter sua mala doleret, dixit: Si aliorum omnium mala perpẽderis, minus ægrè feres tua.

Pittacus prudentum virorum officium esse dixit, ne quid mali fiat, cauere: fortium autem, id quod factum est, moderatè ferre.

Quidam Socrati cum alio quodam colloquenti filium eius mortuum esse nuntiauit : ille colloquio iam absoluto : Abeamus, inquit, Sophronisci funus curaturi.

Theobuius. Fortunæ mutatiooes fortiter sustinere conator : & neq; bona fortuna affluens superbias, neq; pauper animum deijcias, sed in vtraq; fortuna moderatus esto.

Phauorinus. Vir in magnanimitate vera & philosophia educatus, antequam calamitates ingruant, animi tranquillitatem intra se reconditam habet. At in rebus aduersis aliena consolatione opus habere, animi tranquillitatis modum excedit.

Dionys. Halic. Xantippe dixit, cùm infinitæ mutationes, & Remp. & ipsos occupassent, in omnibus similem se vidisse Socratis vultum, & exeuntis domo, & denuò redeuntis. Ad omnia enim moderatus & concinnus erat, nec vnquam tristitia affectus.

Epictetus. Cùm videris aliquem flentem in luctu, vel propter absentem filium, vel amissas pecunias, caue ne tua te phantasia in errorem simul abripiat, tanquam ille malo quopiam laboret : sed statim cogites illum non rei euentu, sed opinione sua cruciari. Et si opus videtur, apud aliquem suspirare: diligenter tamen aduerte, ne intus & in aoimo suspires.

Nunquam vlla de re dicas quòd eam amiseris, sed reddideris. Filius obijt? Redditus est. Ablatus est mihi ager? Et hic redditus. Sed malus est qui abstulit. Quandiu verò conceditur, curam eius habeto tanquam alienæ possesionis. *Idem.*

Fiunt ingrata quædam & molesta in vita. An verò putas quòd tam clarus euasisset Hercules, nisi leo ille Cleonæus fuisset, & hydra, & ceruus, & aper, & iniusti quidam homines, quos interfecit? Hæc animaduertens, inspice facultates & commoditates quibus teipsum ornes. Sed ô ignaui, hæc negligentes sedetis, alia ne contingant metuentes : alia quæ contigerunt deplorantes, deinde deos incusantes. Atqui deus non solùm nobis facultates istas concesit, quarum beneficio, quemlibet euentum sustineremus, oon deiecto animo : sed quod boni regis erat & patris, liberum id dedit, & omninò voluntatis nostræ arbitrio subiecit. *Arrian.*

Homines qui breuisimum vitæ tempus habent, optimam in vita veluti peregrinationem transigent, si in tranquillitate vixerint. Hoc autem assequentur, si imprimis diligenter scientiam & cognitionem sui habuerint: nempe quòd mortales sint, corpus offensu facile & corruptibile gerant, deniq; grauisima quæq; ad vltimum vsq; spiritum expectare cogantur. Primùm enim lugenda sunt, quæ circa corpus eueniunt incommoda, & quæ circa animam longè maiora & difficiliora contingunt. Siquidem omnia, quæ per vitam committuntur nefanda, ex animi affectibus oriuntur. *Hipparchus.*

De fortuna fortiter ferenda.

Quapropter si rerum naturam inspiciamus, & res præsentes, ne minimum quidem temporis spatium durare posse animo voluamus, tranquillè viuemus, quosuis euentus fortiter ferentes.

Nunc multi ea omnia, quæ natura fortuna'ue ipsis contulit quàm optima fore animo secum præsumentes, nec qualia sint reputantes, subitò illis priuati animum onerant multis & maximis doloribus. Contingunt autem talia amisis pecunijs, mortuis amicis, aut liberis, aut alterius pretiosæ rei facta iactura. Deinde flentes, se solos infortunatos esse putant : nec recordantur, similes casus alijs accidisse, & adhuc accidere. Nec animo perspiciunt aliquot nostri seculi homines, io quantis calamitatibus olim fuerint. Considerantes igitur, quòd multi pecunijs amisis, deinde seruati sint propter pecuniæ iacturam, cùm aliter in periculum latronum venturi fuissent: item quòd multi, quos maximo prosequuti erãt amore, eos paulòpost vehementi odio habuerint: quòd multi à liberis & amicis perditi sint: hæc inquam postquam cognouerimus, vitamq; nostram cum infœlicioribus contulerimus, euentusq; humanos nobis non solùm contingere viderimus, tranquillius degemus.

Qui

Qui flent ac lugent, in maiores perturbationes animam impellunt, in medio multorum prauorum affectuum constitutam. Quamobrem decet, vt abluentes modis omnibus, næuos illos in philosophię corpore iam indutatos abstergamus. Hoc autem præstabimus, si prudentiam & temperantiam colamus, pręsentibus vtamur, & non multa desideremus. Vtamur igitur bonorum pręsentia, quę per philosophiam decora & honorifica sunt, & insatiabili malorum cupidine liberabimur.

Fortuna ceu poëtria quædam multas inducit personas, naufragi, mendici, exulis, gloriosi, obscuri. Itaque bonum virum decet rectè agere, quamcumque ei sors dederit personam. Naufragus es factus, bene repręsentato naufragum: pauper ex diuite, bene agito pauperem. Exhibeto te concinnum, tam in paruis quàm in magnis, quolibet victu & vestitu contētus, quemadmodum Laërtes, qui, vt scribit Homerus,

Cum vetula ancilla, quę illi potumq; cibumq; pręebat.

Et humi dormiebat in herbaceo thoro:

Ex folijs iacentibus humilis lectus erat.

Hæc sufficiunt ad suauiter & salubriter viuendum, nisi quis deliciari velit. Nam bonitas in ventris edacitate non est sua, neque chlamydis apparatu, neq; mollicie straguli. Euripides igitur eleganter dixit, Quid est quod alimēti gratia varios esculentorum modos inquiramus? An non solùm edendi, sed odorandi audiendiq; voluptate persequimur?

Non decet deliciari, si rerum natura id non ferat: sed quemadmodum nautæ ventos & aëris tempestatem respicientes, vtendum'ne sit nauigatione, an cessandum, consultant. Et sicut in militia qui equum habet, eques pugnat: qui arma, armatus: ita etiam vitæ nostræ certamen interdum imminet, paupertas, imbecillitas. Recipe te igitur ad epulas solitarias, tibi ipsi ministres, pallium sumas, postremò inferos adeas.

Ita fœlix demum futurus is est, qui extra affectionem & perturbationem situs est. Qui autem dolore metuq; capitur, quomodo vitæ vsu delectari potest? aut quomodo iram & misericordiam effugiet? Qui enim de industria casus moliuntur aduersos, succensent, indignantur, & suspectos habent. Sibi exosos prosperè agentes si viderint, inuidia laborant: si quo malo affectos, gaudent. Quamobrem nec amici nec liberorum obitus deplorādus est, imò ne suus quidem.

An non tibi minimè viriles videntur, qui mortem suam non generosè expectant? Non'ne animosum ac fortem decet vitæ finem magnanimiter sustinere, vt Socrates fecit, non ægrè ferre nec indignari? Num Laconicas mulieres, nemo non vt magnanimas laude prosequitur?

Quędam enim audito filium saluum esse, & ab hostibus euasisse, scripsit ad eum: Mala fama de te vulgatur, aut eam deleas, aut ne in conspectum meum venias. Item alia præcone ei nuntiante: Filius tibi in acie obijt: Quomodo, inquit, se gerens? Vt decet virum fortem, ô mater. Tum illa, Bene actum, ô fili: sic enim te peperi, vt opem ferres Spartæ.

Altera filios è pugna fugientes cùm videret, veste sublata, & nudum corpus ostēdens, Quò fugitis, dixit, an redituri in vterum vnde egressi estis?

Cæterùm quomodo non absurdum fuerit amico mortuo sedere flentem, ac se vnà perdere? cùm oporteret ante amici mortem cogitare illum esse mortalem natum & hominem.

Non rectè illos sibi consulere ait Stilpon, qui viuos negligunt propter defunctos. Atqui non idem facit agricola: nec si arbor aliqua aruerit, reliquas insuper excindit: sed curam gerens cæterarum, damnum ex vnius interitu factum resarcire conatur. Nec nos in corporis nostri partibus idem facimus: ridiculum enim foret, si vno oculo amisso, alter etiam excindendus esset. Verùm si quis ita sentiret in hisce casibus, stultus haberetur: filio autem mortuo vel vxore, si quis seipsum viuentem negligat. Atqui familiarem, mortua eius vxore aut filio, hortateris fortiter humanos casus ferre: tu verò in ijsdem eadē non leniter, sed grauissimè fers: & miserum te iudicas, quòd defunctus non amplius tibi vtilis futurus sit: propter vsus autem, quos viuens tibi præstitit, non opinaris te fœlicem.

Bona fortuna proferenda est, & mala celanda, & rebus præsentibus rectè vtendum.

Alienis aperire noli, — *Pindarus.*
Quidnam laboris nos exerceat.
Hoc te admonitum volo. Bonarum quidem rerum
Sortem & iucundarum, coràm oportet
Toti populo declarare.
At si qua diuinitus grauior contigerit
Hominibus fortuna,
Eam abscondere conuenit.

Ne multis euulges præsentem fortunam: — *Sophocles.*
Nam si taceatur, lugeri poterit amplius.

Palàm enim sortem suam testari — *Euripides.*
Apud omnes, imperiti hominis est: celare verò, sapientis.
Dolorificum est quidem in turpe damnum aliquod incidere.
At si fiat, comprimendum est scitè
Abscondendo, nec omnibus enuntiandum.
Huiusmodi enim gaudium hostibus, & risum mouent.

Idem est in gymnico certamine victum contumeliæ actionem aduersario intentare, & in vita victum à fortuna, eam accusare, quasi violantem leges, quarum conditione in viuendi certamen descenderimus. — *Socrates.*

Lex vtiq; dictat, optimum esse in aduersis, quàm maximè fieri potest, quietem agere, neque conqueri: quòd incertum sit, bonum'ne id sit, an malum quod accidit: tum quòd nihil dolor ad sequentia conferat, neque vlla humanarum rerum magni pendenda sit, ciq; quod subitò præsidio esse potest, dolor impedimento sit. — *Plato lib. 10. de Repub.*

De Fortunæ transmutatione, Adagia.

Testula transmutatio.

De rebus repentè in diuersum commutatis dicitur parœmia.

Deinde oblitus omnium, testula, vt aiunt, transmutata, volens ipse semet in seruitutem coniecit. — *Lucia. in Apol.*

Tandem

Plato in Phæd. Tandem profugos fit ab his : & dum necessariò priuatus est is, qui prius erat amator, testula in diuersum versa, fuga se proripit immutatus.

Alia vita, alia diæta.

In eos quadrat, qui commutata in melius fortuna, vitæ rationem moresq; commutant. vt illud,

Arist. in Pluto. Dein diuitem factum nihil iam lens iuuat,
At pauper antehac deuorabat quælibet.
Horatius. Non eadem est ætas, non mens.

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

Pind. in Pythijs Aliàs alij flatus sublimiter volantium ventorum.
Idem in Isthm. Sed aliàs alius ventus omnes afflans agit.

Cum deo quisquis gaudet & flet.

Admonet adagium rerum humanarum celerem esse commutationem, neq; in nobis situm vt res perpetuò secundæ sint.

Eurip. in Iphi. Non te sinit ad omnia læta
Agamemnon Atræus.
Gaudere atq; dolere necesse est.
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet: sic dijs placitum.
Pind. in Pyth. Velox actio iam dijs accelerantibus, breuesq; viæ.
Ibidem. Quum dij peregerint, nihil videtur esse incredibile.
Hora. li. 3. Od. 4 Non sine dijs animosus infans.
Demost. ad Phi. Magnum momentum, imò verius totum est ipsa fortuna ad omnes hominum actiones.
Aeschines. In fortunæ manu sunt omnia.

Rerum omnium vicißitudo.

Homer. Odyss. Δ Nunc huic, nunc Iuppiter illi
Nunc læta immittit, nunc tristia.
Sophoc. in Oed. Solis deis
Nunquam senecta molesta, nec mors accidit:
At reliqua miscet cuncta tempus impotens.
Terræ per hoc vis atq; robur interit,
Simulq; nostri corporis perit vigor.
Moritur fides, perfidia pullulat inuicem.
Nec animus idem, nec eadem flagrantia
Haud vnquam amico durat erga amiculum,
Nec ciuitati in ciuitatem permanet.
Siquidem his statim, illis post pusillum temporis,
Iucunda quæ fuerant, amara ac tristia, &
Ingrata dudum, grata fiunt inuicem.
Homer. Iliad. σ Nunc his, nunc illis contingit vincere.
Communis Mars, ioq; vicem perimit perimentem.
Iliados vltimo. Dolia namq; Iouis duo sunt in limine posta.
Muneribus queis donat, in hoc mala sunt, bona in illo.
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens;
Nunc mala distribuens ac tristia, nunc bona rursum.
Aesopus rogatus, quid ageret Iuppiter, respondit, Deprimit excelsa, & tollit humilia.
Eurip. in Ione. Eiusmodi mortalium
Sunt res, vt in eodem nihil duret statu.
Idem in Heracl. Fortuna cuncta versat in contrarium.
Nunc etenim huic librâ inclinat, nunc Iuppiter illi,
Theognis. Vt modò sis diues, nil modò possideas.
Iliad. θ Varias vices, res obtinent mortalium.
Pindar. in Ther. Iucunda ac tristia, æstus in morem, vicissim accidunt mortalibus.

Fortuna æstuaria.

Exæstuantis more fertur Euripi. *Boëtius.*
Quin & laborant calamitates hominibus, *Euripides.*
Nec habent vigorem semper auræ flamina.

Flos cinis.

Dici solitum videtur in fugacitatem humanæ vitæ: Hodie enim floret iuuentus, cras in sepulchro. Et iuxta prophetam, Omnis caro fœnum.

Cùm non es qui fueris, non est cur velis viuere.

Posthac amici, cur mihi sit viuere *Eurip. in Alc.*
Cordi, malè audienti & affecto malè.
Est turpe, vitam prorogare longius, *Soph. in Aiace.*
Quisquis malis nil explicat sese suis.
Verùm aut decorè viuere ingenuum virum *Ibidem.*
Decet, aut decorè oppetere mortem.
Fortuna quibus inuidit aspera viuere,
Hos indecorum ac turpe velle viuere.
Quæ namq; vitæ causa iam superest mihi? *Eurip. in Hec.*
Vt cui pater rex omnium fuerit Phrygum.
Etenim rudis mi lucis hoc initium.
Dein spes in amplas educabar, regibus
Desponsa.

A remo ad tribunal.

Dici solitum, vbi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris functionem. Qui illotis, vt aiunt, manibus, à remo ad tribunal irruit. *Synes. de Dion.*

Nemo mortalium omnibus horis sapit.

Si verum facere iudicium volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est fœlix. *Plinius li. 7. de Prosl. gentium.*
Haud viuit vllus omnibus fœlix modis. *Arist. in Ranis*
Siquidem vniuersis in rebus mortalium *Eurip. in Supp.*
Nil continenter & vndecumq; prosperum est.
Nemo vacat prorsum malo, neq; crimine. *Simonides.*
Nil est ab omni *Horatius.*
Parte beatum.

Multa in medio.

Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.
Non quò me aliquid iuuare posses : quippe res in manibus, tu autem abes longè gentium. *Cic. ad Attic. lib. 4*

Mars communis.

Communis Mars. ioq; vicem perimit perimentem. *Homer. Iliad. σ*
Nunc hic, nunc illic contingit vincere. *Ibidem.*
Quum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemq; belli communem propone animo: vtrinque ferrum corpora humana erant : nusquam minus quàm in bello euentus respondent. *Liuius bell. Pun. lib. 10*

Bona nemini hora est.

Bona nemini hora est, quin alicui sit mala. *Publius.*
Ita fortuna tēperauit res mortalium, vt quod huic lætum est, alteri dolorem pariat : quod alij lucro est, alij damnum adferat.

Per manus tradere.

Quod successione quadam ab alijs ad alios deuenit, per manus tradi dicitur.
Etiam si nobis cum vrbe simul positę, traditæq; per manus *Liuius lib. 5*

manus religiones nullæ essent.

Idem lib. 9 Tum disciplina militaris iam inde ab initijs vrbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat.

Cic. de Prouinciis consular. Nam vt C. Iulius omnibus à Senatu eximijs ac nouis rebus ornatus, per manus hanc prouinciam tradat ei, cui minimè vos velitis.

Quam fortuna facilè mutetur in statum deteriorem, inconstans est hominum prosperitas.

Euripides. Vides tyrannos longo tempore confirmatos
Quàm exiguæ res offendant, & vna dies
Aliquem diu in sublimi constitutum deiecit:
Illos item quibus aliquando diuinæ celebriter auctæ fuerant,
A spe sua supinos cadere video.

Dionysius tyr. Nullus vnquam hominem mortalem beatum iudicet, antequam bene defunctum viderit. Mortuum enim laudare tutum est.

Sophocles. Nunquam oportet fœlicem existimare sortem fortunati
Viri, priusquam ei vita omninò
Transacta & finita fuerit.
Etenim exiguo breuiq; tempore auferre
Diuitias omnes miseræ calamitatis alicuius sors,
Vbi se fortuna transmutat, dijsq; ita videtur.

Alexis. Vita res est tesserarum aleæ similis.
Non eadem semper cadunt: neq; vitæ
Manet eadem species, sed variat.

Diphilus. Nulla perturbatio præter expectationem euenit hominibus.
Fortuoam enim habemus in dies mutabilem.

Euripides. Non miror hæc in viro priocipe
Agamemnon Atrida. Gaudere tibi necessum est,
Etiam inuito (sic dij statuerunt,
Nec ad omnia bona genitus es)
Et tristari, vtpote mortali nato.

Simonides. Nullus planè sine vitio aut calamitate viuit.

Euripides. Nunquã oportet illum, cui secũda fortuna spirat,
Eandem sortem semper se habiturum existimare.
Hæc enim dea, si modò sic vocanda est,
Si semper eisdem diu conuersetur, tædio afficitur.
Mortalium opes mortales sunt. Superbi autem,
Et qui ex præsente statu futurum tanquam certum augurantur,
Ab ipsa fortuna patientes demum arguuntur.

Simo. Homo existens nunquam dixeris quid futurũ sit,
Neq; intuitus virum, quandiu sit victurus.
Fit enim citius, quàm volucris muscæ,
Status mutatio præsentis.

Menander. Nullum inter omnia reperies ô Demea
Bonum, cui non etiam aliquid insit mali.

Euripides. Talis est hominum miserorum vita,
Nec omninò fortunata, nec planè infortunata est:
Et nunc fœliciter, nunc infœliciter agit.
Quur igitur, quum incerta sit fœlicitas nostra,
Non viuimus quàm iucundissimè, ac sine tristitia?
Vbinam certitudo est vitæ mortalium?
Citarum quidem nauium venti cursum
Marinum per profunditatem dirigunt. At mortalium fortunam
Magnam, ad nihilum tandem longum tempus
Redigit: minorem verò auget.
O here, nullus qui mortalis natus est, nouit
Aut fortunati, aut infortunati numerum successus.

Nunquam beatum appellaueris quenquam hominum, *Idẽ in Andr.*
Priusquam videris defunctus extremum
Quomodo transigens diem è vita migrauerit.
Omnibus enim hominibus, non solùm nobis,
Aut statim in præsentia, aut paulò post fortuna vitam
Offendit: & nullus perpetua fœlicitate fruitur.
Papæ, quàm inæquales sunt mortalium fortunæ.
Alij enim prosperè agunt: alijs calamitates
Duræ adhærent, quamuis pij sint erga deos:
Et vitam omnem diligenter & prouidè
Cum iustitia agant sine dedecore.
Hic erat diues, sed abstulit illi deus opes.
Et illorum quondam insignium declinat vita,
Declinat & fortuna, iuxta statum ventorum.
O regina, multis hominibus adsunt mala:
Alijs iam primùm desinunt, alijs periculum est ne adueniant.
Circuit enim in orbem, & fructificatio terræ,
Et genus humanum. Aliorum augetur vita,
Aliorũm verò decrescit, iterumq; demetitur.
Pręstantiorem non oportet pręter fas dominari,
Neq; fortunatos putare semper tales se futuros.
Nam & ego olim fortunatus eram, nunc verò non sum amplius.
Sed opes omnes vna mihi abstulit dies.

Nondum appellato magnum, antequam defunctum videris. *Sophocles.*

Qui vir magnus antea fuerat, intellectu, gloria & genere, *Moschion.*
Princeps Argi, nunc inops ex regia
Familia natus, supplex germen ferre coactus,
In regionem hanc venit miserabilis vultu,
Omnibus ostendens, quòd fortunæ splendor
Possessionem hominibus instabilem tradit.
Quem nullus non ciuis inspectum misericordia prosequutus est:
Quiuis autem manum, & colloquij officium
Ei communicauit, & oculos macerauit lachrymis,
Condolens ob eius fortunam. Dignitas enim si lædatur
Pristina, multos homines ad misericordiam mouet

Omnia dijs ascribe. Nam illi sæpius ex malis *Archilochus.*
Viros erigunt nigra iacentes in terra.
Sæpius autem euertunt, & bene ac firmiter stantes
Supinos sternunt, deinde multa mala obtingunt.
Et inops victus oberrat, & mente vacuus. *Theodect.*
Vulgata ô senex per Græciam
Fama circumfertur, & olim exploratum est,
Quòd hominum fortuna sit instabilis.

Et si quis fortunatus fuerit, semper tamen, vt par est, expectare *Alexis.*
Aliquid aliud oportet, & nihil credere fortunæ.

Qui iniurius fuit, quisquis ille tandem sit, *Menander.*
In paupertatem vestram, miser est quòd
Hác rem iniuria affecerit, cuius fortè particeps erit.
Quamuis enim prædiues sit, instabilem luxum exercet.
Nam fortunæ fluxus hucilluc citò transfertur.

Fortuna spirans aduersa prosperè agentibus, *Clitomachus.*
Omnia confundit: omnibus naufragium infert,
Quæ à prudentia & rationibus rectè
Instituta videbantur ad bene viuendum.

Homo

Bathon. Homo existens iacturam aliquam fecisti. At hoc in vita
Miraculum est, si quis per omnem vitam fortunatus fuerit.

Euripides. Iandudū apud me fortunas hominum cōsidero,
Quomodo inuicem permutentur. Nam qui lapsus fuerit,
Rursum erigitur: & qui prius fortunatè viuebat, cadit.
Itaq; nullus hominum per omnia fœlix est.
Nihil inter humanas res sibi simile, constansq; est.

Idem in Hec. Papæ, quàm nihil fidum aut certum est: neque gloria,
Neq; illum qui fortunatus fuit, infortunio non captum iri.

Hesiodus. Ipsa dies quandoq; parēs, quandoq; nouerca est.
Namq; dies deprimit, rursumq; extollit
Cunctas res hominum. Moderatos autem
Dij amant, malos verò prosequuntur odio.
Antiquitus hic sermo inter homines celebratus est,
Non posse vitam hominum dignosci, antequam
Defunctus sit aliquis, bona'ne an mala contigerint cuipiam.
Veruntamen conuenit, si bene consideres,
Timere fortunatum, ne quando incidat infortunium.
Quis vnquam opes hominis magnas esse dixerit,
Vel paucas, aut obscurum aliquem (vel gloriosum virum?)
Nunquam enim istorū quicquā stabile permanet.

Euripides. Equidem video plerisq; hominibus
A præcedente prosperitate contumeliam gigni.
Multas sanè dæmon vitæ mutationes
Nobis dedit, & fortunæ vicissitudines.
Firmum nihil est in mortali vita.
Nullus enim viuit eo modo, quem instituit.

Diphilus. Nullus hominum fœlix est per omnia.

Apollod. Nescio quali argento confidas pater.
Nam quouis tempus nihil possidentibus
Largitur istud: possidentes autem eo priuat.
Magna fortunæ dona non sine metu sunt:
Et splendor eximius periculo non vacat.
Deniq; nihil altum inter homines tutum est:
Vt quod soleat euerti vel tempore, vel inuidia,
Postquam aliquis prosperitatis culmen attigit.
Mediocritas tutior est vbiq;:
Quia nec omninò in humili animæ
Parte versatur, nec rursus in sublimi.
Quamuis enim ceciderit quispiam per minus interuallum,
Faciliorem obtectu calamitatem habet.
At magnæ molis magna ruina cadit.
Inuidia enim ad splendidissima quæq; enititur:
Et illos deijcit, quos extulit fortuna.

Isocrates. Existimato nullam rerum mortalium firmam esse.
Sic enim neque propter lætam fortunam nimio gaudio, neque propter aduersam nimio dolore capieris.

Herodotus. Est veluti circulus quidam rerum humanarum, qui sua ratione non permittit eosdem semper agere fortunatè.
Homo nihil omninò quàm ipsa calamitas est.
Quòd si quis diuitias esse firmas opinatur, & nunquam se defetendum ab ipsis: hic fortunam & inopinatos casus contemnere videtur, ac ignorare quàm dubia res prosperitas sit, nec ijsdem semper adhærens.

Bion dixit: Fortuna diuitibus pecunias non donauit, sed mutuò dedit.

Idem est in secunda fortuna altum sapere, & in lubrica via cursu certare. *Socrates.*

Nulla est adeò munita diuitiarum porta, quam fortunæ occasio non aperiat. *Democritus.*

Apelles pictor interrogatus, cur sedentem Fortunam pinxisset, dixit: Quia non consistit.

Aesopus quærenti, quid dij facerent, dixit, eos alia struere, alia diruere.

Homo quum sis, nunquam dixeris quid cras futurum sit: neque homine fœlice viso quandiu talis mansurus sit: neque si familiam fœlicem videris. *Prouerbium.*

Multæ iam ciuitates præter expectationem repentè euersæ sunt: aliæ, ab igne: aliæ, à terræ motu: quædam accessu maris.

F ANTE R.

DE FRATRIBVS.

Fratrum beneuolentia rara est.

Regna Tyri germanus habebat *Virg. 1. Aen.*
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius venit furor. Ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore,
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ, factumq; diu celauit, & ægram
Multa malus simulans vana spe ludit amantem.

Impia circo *Sil. Ital. lib. ...*
In numero fratres causa damnante furorem
Pro sceptro armatis inierunt prælia dextris.
Is genti mos durus erat, patriumq; petebant
Orbati solium lucis discrimine fratres.

Nondum ille peractus *Stat. lib. 11. Theb.*
Manibus, vltrices animam seruabat in iras.
Vtq; superstantem, pronumq; in pectore sensit,
Erigit occultè ferrum, vitæq; labantis
Relliquias tenues odio suppleuit, & ensem
Iam lætus fratri frater sub corde reliquit.

Ecce patrem nati perimunt, natosq; parentes, *Manil. lib. 4. Astronom.*
Mutuaq; armati coëunt in vulnera fratres.

Hoc Celer vrget opus, quē Romulus ipse vocarat: *Ouid. 4. Fast. de Romulo & Remo.*
Sintq; Celer curæ, dixerat, ista tuæ.
Ne've quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transeat: audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans humiles contēnere muros
Cœpit, & his populus dicere tutus erit?
Nec mora, transilijt. rutro Celer occupat ausum.
Ille premit duram sanguinolentus humum.

Acerba fata Romanos agunt, *Horat. li. Epod.*
Scelusq; fraternæ cædis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi,
Sacer nepotibus cruor.

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas *Lucan. lib. 1.*
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis
Credite: nec longè fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Non hospes ab hospite tutus, *Ouid. 1. Metam.*
Nec socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.

Frat

Fraternus amor honestissimus est.

Menander. Quàm suauis est inter fratres concordes amor.

Euripides. Quem natura alicui coniunxit, ille nullo tempore alienus fieri potest

Indigna res est fratrū contentiones fieri seu verbis,
Seu pugnis, vbi inmutuam incidetunt discordiam.

Diphilus. Viri amici & cognati familiam veluti propriam re-
parare oportet verè cognatarum.

Num fratres aliqua in te accusat? in quibus vnusquisque
Pugnantibus fiduciam collocat, licet magna lis appareat.

Socion. Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, similes illis sunt, qui suum rus incultum sinunt, & alienum excolunt.

Plutarchus. Neq; diuitiarum, neq; regni, quod apud homines imperium est diuinissimum, sine fratribus vlla potestaut gratia, aut fructus esse.

Qui fratrem suum non amat, is ne parentes quidem, qui amborum generationis communes autores fuerunt, amat.

Boni probiq; filij non solùm propter parētes amore mutuo se prosequuntur, sed etiam parentes propter sese. Cùm enim multas ob causas parentibus gratitudinem debeant, plurimum eis fratrum nomine debent.

Pollux quendam, qui fratrem apud ipsum clàm deferebat, pugno percussum occidit: ac ne deus quidem esse voluit, sed potius cum fratre semideus agere.

Theophrastus ait alienos homines non amantem iudicare oportere, fratres autem contrà.

Eodem. Scilurus octoginta filiorū pater iam vicinus morti, fasciculum ex iaculis porrigens vnicuiq; confringere iussit. Cùm autem omnes defessi nihil effecissent, ipse singulatim extrahēs iacula omnia facilè fregit, docens ipsos hoc argumento, quòd vniti & concordes, robusti permansuri essent: dissoluti autem, imbecilles futuri.

Fratrum amantem & pauperem dici præstat, quàm fratrum osorem ac diuitem.

Idem. Canem tibi infensum mitigare conaris, vt fiat benignior: erga fratrem verò idem non facis.

Aristippus ad fratrem dixit: Memineris te dissensionis, me reconciliationis autorem fuisse.

Seruo aliquis rectè vti poterit, secū reputans quomodo se ab illo accipi velit, si ipse seruiat, ille dominetur. Idem hoc de parentibus, quales præstare se debeant erga liberos, & vicissim liberi erga parentes: nihil considerandum est quo pacto agendum sit cum fratre, cùm natura id doceat.

Eo modo cum fratre viuendum, quo ipsum aliquis secum agere velit. Per Iouem aliquis dixerit: Ar ego modestus & æquus homo sum, frater verò rudis & difficilis in conuersatione. Sed non ait quod res est: nimius enim est amor sui in extollendis rebus proprijs, alienis contrà imminuendis ac eleuandis. Quamobrem multi deteriores, alijs longè præstantioribus semet anteponunt. Deinde etsi talis sit frater, melior tamē appareas, & beneficijs agrestes illius mores vincas.

Non solùm homo frater, sed etiam alienus omni officiorum genere colendus est, vt si pessimus fuerit, mansuetior euadat. Proinde cùm omnes homines, tum frater multò maximè. Sic Socratis animus nobis imitandus est, qui ad quendam, qui se moriturum exclamauerat, nisi se de ipso vlcisceretur: At ego, dixit, nisi te mihi effecerim amicum, moriar.

Cogitandum est fratres quodammodo corporis partes esse, quemadmodum oculi, pedes & cætera membra. Nam fratres aliquo modo ita se habent, si communem generis originem spectes. Quemadmodum enim oculi, manusq;, si animæ per se cōpotes fierēt, reliquas partes omni studio curarent propter intercedentem ipsis cōmunionem: quoniam ne ipsæ quidem functionem suam rectè administrare possunt citra præsentiam aliarum partium: sic nobis, qui homines sumus, & animā habere fatemur, fratribus decenter vtendum. Magis enim quàm partes corporis ad auxilium mutuum fratres compositi esse videntur. Negotia enim communia peragunt, licet magno loci interuallo disiuncti: & commoda sua sedulò inuicem promouent. Quocirca nemo solus est, nec ex quercu, saxo've natus, sed ex parentibus, & cum fratribus & cognatis, alijsq; familiaribus agit.

Plurimùm nos iuuat ratio, alienos etiam conciliare suadens, ac sociorum copiam parare. Proinde naturali quodam studio quoslibet allicere, & amicos nobis parare cupimus.

Enimuerò extremæ insaniæ argumentum est, cum illis cōiungi velle, quorum amorem nulla naturę vis commendat: auxiliatores verò, & socios in promptu existentes, & ab ipsa natura suppeditatos, quales nimirum fratres sunt, negligere.

Nonnulli (quod grauissimum est) liberos post nascentes non educant, vt qui prius nati sunt, ditiores fiant. Ita per nefas ex cæde fratrum, opes suis liberis parant occidendo fratres, vt cæteri patrimonium amplius habeant. Næ illi non intelligūt quantò sit potius multos habere fratres, quàm multas pecunias. Nam pecuniæ insidias à proximis struendas cient: à fratribus insidiatores arcentur. Item illæ ad sui custodiam alienum auxilium requirunt: ipsi verò fratres, optimi sunt auxiliatores. *Musonius.*

Quod bonum securitatem afferens, fraternæ beneuolentiæ comparandum est? Quis socius beneuolentior acquiri potest, quàm frater commodus? Cuius præsentia in calamitatibus vtilior desideratur, quàm fratris?

Ego sanè fœlicissimum esse illum iudico, qui in magno & concordi fratrum numero vitam degit: eundemq; deo charissimum arbitror, vt qui bonis domesticis affluat. Quamobrem & suadeo, vt vnusquisque nostrum liberis suis fratres potius quàm pecunias relinquat: vtpote maiores bonorum occasiones hoc pacto eis relicturus.

Socrates cùm Chærephontem & Chærecratē fratres, sentiret inuicem contendere, viso Chærecrate dixit: Dic mihi, num tu ex illis es, qui chariorem pecuniam quàm fratres esse arbitrantur? cùm illa insipiens sit, is verò sapiens: & illa adiutorio indigeat, is verò iuuare possit. *Xenophon de dictis & factis Socratis.*

Non est aureum sceptrū, quod regnum seruet, sed amici multi sceptrum sunt verissimum, maximeq; securum regibus. At ne putes homines nasci natura *Xenophon 8 de Cyri institut.*

tura fidos: sed fidos oportet sibi vnusquisq; faciat non vi, sed beneficentia. Si quosdam regni custodes efficere tentabis, nusquam aliunde prius incipe, quàm ab eo, qui ex eodem loco natus est.

Plutar. in Mor. Vt insanit qui fratris imaginem veneratur, corpus pulsat ac verberat: ita adoptiuos amans, & verum fratrem abdicans.

Ibidem. Vt quæ glutino commissa sunt, si soluantur, facilè reglutinantur: at si corpus rumpatur haud facilè coit: sic inter alios amicitia dirupta facilè coit, in fratribus ægrè, aut nusquam.

Ibidem. Armis aut instrumentis perditis, licet alia parare, corpus aliud parare non queas: sic amicos alioa inuenias, fratres non item.

Ex eadem materia prima, natura sunt elementa inter se diuersa: sic aliquoties ex iisdem parentibus, ingenijs dissimillimi nascuntur fratres.

Vt ciuiles seditiones rectius in hostes transferimua: sic rectius alienis inuidemus, quàm fratribus, etiam si sit optimum omninò non inuidere.

Vt in bilaoce, altera surgente, altera deprimitur: ita frater euecto ad maiora fratri cedere debet, submittens sese, non repugnans.

Vt in numeris minores additi maioribus eos multiplicant, & vicissim ipsi multiplicantur: sic frater obseruiens fratri euecto ad honores, & auget illius dignitatem, & vicissim ornatur illius splendore.

Vt in digitis, etiam qui scribere, aut canere nesciūt, tameo vnà cum illis mouentur, & obsequuntur: sic fratres fratribus magistratum administrantibus adesse conuenit.

Fratrum dissensio. Vt macula statim eluenda, ne inhærescat, & difficilius eximatur: ita dissensio fratrum ilicò tollenda, ne gignat odium.

Vt si buboni accedat febris, nihil est periculi: verùm si sublato illo tamen morbus perseueret, videtur altius egisse radices: sic fratrum dissensio quæ cessat lite finita, causæ erat, non ipsorum: at si manet etiamdum negotio confecto, iam negotium prætextus erat, non causa, sed exulceratus animus in causa fuit.

Vt aqua in locos hiantes ac diductos influit, ac magis eos diuellit: ita quidam irritant fratrum dissidia.

Pietas in fratrem. Antiochus cognomento Accipiter, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At vbi Seleucus à Galatis victus nusquam appareret, sed interfectus in prælio crederetur, deposita Antiochus purpura, vestem pullam induit. Cùm autem paulò pòst audisset illum esse incolumem, pro læto nuntio dijs immolauit, fecitq; vt ciuitates ipsi subditæ coronas gestarent. Solent fratrum iræ, in regni cupiditate, esse acerrimæ. At hic hac moderatione vsus est, vt fratrem vellet esse incolumem.

Cùm Eumenes à Perseo crederetur extinctus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, ductaq; fratris vxore, regnum occupauit. Cæterùm cùm audisset illum viuum profectus est illi obuiam. Eumenes autem, amanter illum amplexus dixit in aurem, Ne festines ducere, priusquā me mortuum videris. Et moriens fratri & vxori regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, quum multos ex se liberos haberet, nullum regno præposuit, sed Eumenis filio adulto principatū tradidit.

Intaphernis vxor, Dario permittente, vt vnum è suis eligeret, cuius vitam sibi donari vellet, fratrem elegit: demirāte rege, causamq; sciscitante, Alius inquit, maritus, alij liberi, si deus volet, possunt contingere: alium fratrem, parentibus vita defunctis, non est quod sperem.

DE FRAVDE.

Sic iterum, sic sæpe cadunt, vbi vincere apertè *Ouid. 2. Fast.*
Non datur, insidias armaq; tecta parant.

Fraude perit virtus.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem, *Ouid. 3. de Art.*
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.

Vendidit hic auro patriā, dominumq; potētem: *Virg. 6. Aen.*
Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitosq; hymenæos,
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.

Tissaphernes Persarum dux, cùm nō ex animo, sed metu, fœdus cum Agesilao percussisset, pòst accersitis copijs illum oppugnare tentasset: Agesilaus violatum fœdus libenter arripuit, legatisq; respondit se magnam habere gratiam Tissapherni, quòd periurio suo, & deos & homines sibi infensos reddidisset: Agesilao verò propitios. Cæterū cùm Agesilaus multas vrbes, magnamq; pecuniarum vim abstulisset Tissapherni, dixit amicis, Fœdera præter causam violare, impium est: hostibus verò imponere, non modò iustum ac laude dignum, sed iucundum ac lucrosum.

Vallus vitem decepit. Adagium.

Vbi quispiam ab eo fallitur, à quo pendebat, cuiúsque fidei nitebatur.

Ita'ne circumuenit ipse vineam palus suam? *Arist. in Vesp.*

Canis mendico auxilians.

Cùm quis nobis aduersatur & diuersis studet partibus, cuius auxilio nitebamur. Nam canes infesti sunt mendicis.

FRONTI NVLLA FIDES.

In animis hominum multæ sunt latebræ, & multi recessus. *Cic. pro Mar.*

Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura. frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur. *Cic. ad Q. fra.*

Temerè affirmare de altero est periculosum, propter occultas hominum voluntates, multiplicesq; naturas. *Cic. ad Brutum*

Fronte atq; vultu, simulatio maximè sustinetur. *Cic. Lent. fam. 1*

DE FRVGALITATE.

Musonius. Quinetiam Legislatores optimos, ac imprimis Lycurgum videmus relegata sumptuositate extra Spartam, in eius locum frugalitatem constituisse, ac victum tenuem superfluo ad comparandam fortitudinem prætulisse.

Idem. Atqui verbis exprimi non potest quantò præstantius sit frugalitatem exercere, quàm in comparandis pecunijs laboriosum esse: & operam dare ne sis ambitiosus, quàm gloriæ cōquirendæ causa multis negotijs molestari.

Com

Apollonius. Commendamus frugalitatem, non quòd tanti res viles ac minimè sumptuosas faciamus, sed vt hoc pacto animi magnitudinem augeamus.

Apophtheg. de frugalitate. Agesilao proficiscenti per agros Thasiorum, qui ex maxima rerũ copia & præcipuè vini abundantia delicijs erant addictiores, Thasij honoris gratia miserunt farinas, anseres, liba ex melle condita, & alia maximi pretij esculẽta. At ille nihil præter farinas accepit, reliquaq́; tanquam sibi & suis inutilia neglexit. Cæterùm Thasijs vrgentibus vt acciperet, iussit ea inter Helotes mancipia distribui, quòd fortes non deceret id genus delicias recipere: & istiusmodi res, quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse.

Lycurgus percontanti cur statuisset vt ad ædium culmen imponendum, fabri securi vterentur, ad fores verò addendas sola serra, Vt, inquit, ciues in omnibus mediocritatem seruent, neque quicquam habeant eorum, quæ apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indecorum, si per ostiũ rude ac vile supellex inferretur arte operosa.

Leontychidas primus Laconũ rex, quum cœnaret apud quendam, cerneretq́; tectum domus sumptuoso apparatu factum, ac lacunaribus ornatũ, rogauit hospitem an ligna apud eos quadrata nascerentur: adeò luxum esse putabat, naturam artificio corrumpere.

Lacon quidam cùm dedisset obsonium cauponi vt appararet, & ille posceret caseũ & oleum, Quid, inquit Lacon, si caseum haberem, iam non egerem obsonio. Caupo caseum & oleum petebat ad condiendum piscem: at Lacon, cui sufficiebat victus simplicitas, superuacuum existimabat, cibũ cibo miscere, quũ alter per se satis esse posset.

Socrates docebat abstinendum esse à cibis, qui non esurientem incitarent ad edendum: & à potu, qui non sitientem inuitaret ad bibendum.

Idem dicebat optimum condimẽtum esse famem, quòd & optimè edulcaret omnia, & nullius esset impẽdij. Vnde ipse semper edebat ac bibebat iucundè, quia neutrũ faciebat nisi esuriens ac sitiẽs.

Socrates per forũ obambulans cùm aspiceret mercium copiam quæ illic vendebantur, ita secum loqui consueuit, Quàm multis rebus non egeo! Ast alij cruciantur animo sic cogitantes, Quàm multa mihi desunt! Sibi gratulabatur Socrates quòd iuxta naturã viuens, ac paucis assuetus, diuitum delicias non cuperet. In hanc sententiam poëta quidam,

Argentea isthæc vasa simul ac purpura
Tragœdiarum accommoda histrionibus
Sunt, ad beatam conferunt vitam nihil.

Dicere solitus est Socrates eũ esse dijs simillimum, qui quàm paucissimis egeret, quum dij omninò nullius egeant rei. At vulgus diuites dijs proximos existimat, quorum delicijs nihil satis est.

Quendam ex amicis conquerentem, quòd Athenis omnia magno venirẽt: vinum enim Chium mina, purpuram tribus minis constare, mellis heminam quinq; drachmis: manu illius prehensa duxit in penum farinariam, Obolo, inquit, semisextarius venit: vilis igitur annona est. Hinc ad olearium deducens, Duobus, inquit, æreis sextarius. Qui paucis ac necessarijs contentus est, sibi vilem annonam efficit.

Aduocarat diuites ad cœnam. Ob id sollicita Xantippe, quòd apparatus esset perquàm exiguus, Bono animo es, inquit: nam si frugi temperantesq́; sunt, boni consulent: sin minus, nulla nobis horum cura esse debet.

Socrati quondam pro foribus deambulanti contẽtius vsq; ad vesperam, quũ prætereuntium quispiam dixisset, quid agis Socrates? Obsonium, inquit, mihi comparo in cœnam: de fame sentiens, quam agitatione corporis excitabat.

Diogenes quum aliquando vidisset puerum caua manu bibentem, Hic puer, inquit, me frugalitate superat, qui supellectilem superfluam mecum circumferam: & eductum è pera poculum ligneum abiecit, Nesciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidisse naturam.

Quum alterum puerũ vidisset vasculo fracto, cauo panis excipere lenticulam, abiecit & catinum ligneum, vt superuacaneum. Hæc panat videri ridicula, modò fateamur immodicum simplicitatis exemplũ in hoc vtile, vt nos nostri luxus pudeat.

Quum regina Carum Adas illud haberet studio, vt assiduò mitteret Alexandro obsonia, bellariaq́;, per coquos magna arte parata, Alexander ait, Seipsum habere meliores obsoniorum artifices, ad prandium quidem, nocturnum iter: ad cœnam verò, tenue prandium.

Augustus populo de vini inopia querenti dixit, à genero suo Agrippa productis pluribus aquis satis prouisum ne sitirent homines. Augustus ita seuerè populum ad aquas à vino reuocauit.

Ptolemæus Lagi filius plerumque apud amicos & cœnare solebat, & dormire. Quòd si quãdo illos vicissim acciperet cœna, amicorum vtebatur rebus, commodatò sumens ab illis pocula, aulæa, & mensas. Ipse verò sibi non parabat plura quàm exigeret necessitas, sed regalius esse dicebat ditare, quàm diuitem esse.

Epaminondas tam tenui victu vtebatur, vt aliquando vocatus ad cœnam à vicino, cùm reperisset obsoniorum, & vnguentorum apparatum, statim abierit dicens: Ego te sacrificare putabam, non deliciari & illudere.

Idem cùm coquus collegis Epaminondæ de impendijs aliquot dierum rationem redderet, non alia de re indignabatur, quàm tantum olei fuisse consumptum: demirantibus autem collegis, negauit se offendi sumptu, sed molestè ferre tantum olei exceptum intra corpus hominum. Sentiens oleum esse natum foris vngendo corpori, non intus explendo. Inunctum enim corpus reddit firmius: infusum in viscera, reddit delicatius ac segnius.

Pelopidas conuiuiũ agens cum collegis ducibus, in fine conuiuij bibit acetum. Percontantibus an id cõduceret ad sanitatẽ, Nescio, inquit, at scio illud bonũ esse ad hoc, vt quis meminerit domesticæ diætæ, seu domesticorũ negotiorũ. Sentiens conducere aduersus crapulam, & conferre sobrietati. Indicans se domi parcissimo victu agere solitum.

Paulus Aemilius ex infinita pecuniarũ vi in castris reperta, ipse quidem nihil sibi sumpsit: Tuberoni tamen genero phialam põdere quinq; drachmarum, fortiter gestæ rei præmium dedit. Atq; hoc

primum aiunt argenteum vasculum in Aeliorum domum fuisse ingressum.

Scipio minor annis quinquaginta quatuor, quibus vixit, nihil emit, nihil vendidit, nihil ædificauit: libras autem argenti triginta tres, auri duas, in ampla domo reliquit, potitus Carthagine.

Erat illi peregrinationis comes vnus amicus Panætius philosophus, famuli quinq; , quorũ vno peregrè defuncto, quoniam alium nolebat emere, è Roma accersijt, qui defuncti locum impleret.

Prodicus dicere solebat, optimum condimentum esse ipsum ignem. Sentiens bono stomacho satis esse obsonium esse coctum, etiamsi nihil accedat deliciarum.

Cùm Diogenes ab Antisthene peteret tunicã, iussit vt duplicaret palliũ, sic eũ tunicæ speciẽ præbiturũ: admonẽs oportere paucissimis esse contentũ.

Cyrus Rex rogatus ab hospite quid ad prandium apparari iuberet, Nihil aliud, inquit, quàm panẽ: nam spero me prope Crinum cœnaturum. Mira frugalitas in rege barbaro, cui panis erat pro obsonio, & aqua pro potu.

Plutar in Mor. Plato vetabat aquam à vicinis petere, nisi prius quis domi fodisset vsq; ad terram, reperissetq; nõ esse spem venæ: ita prius excutiendum, vt parsimonia, alia've via suppeditandum, priusquam à mensarijs pecuniam mutuam petamus.

Idem. Templum Ephesiæ Dianæ tutos reddebat obæratos à creditoribus: at multo magis frugalitas, & parsimonia præbet Asylum.

Ex Poëtis.

Hor. Od. 16. lib. 3 Bene est cui Deus obtulit
Parca quod satis est manu.
Idem ad Loll. Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.
Idem Sat. 1. lib. 1 At qui tantuli eget quantũ est opus, is neq; limo
Turbatam haurit aquam, neq; vitã amittit in vndis.
Ibidem. Nescis quid valeat nummus, quẽ præbeat vsum?
Panis ematur, olus, vini sextarius. adde
Queis humana sibi doleat natura negatis.

Natura paucis, minimisq; contenta.

Iuuenal. Sat. 14 Mensura tamen quæ
Sufficiat census, si quis me consulat, edam,
Inquantum sitis atq; fames, & frigora poscunt.
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum Socratici cœperunt ante penates,
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet.
Lucan. li. 4. bel. Ciuil. Discite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.
Non auro, myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis fluuiusq;, ceresq;.
Sene. in Thyest. O quantum bonum est
Obstare nulli, carpere securas dapes!
Humi iacentem scelera non intrant casam,
Tutusq; mensa carpitur angusta cibus.
Iuuen. Sat. 14 Viuite contenti casulis, & collibus istis,
O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim,
Vestinusq; senex. panem quæramus aratro,
Qui satis est mensis.
Persius Sat. 3 Rure paterno
Est tibi far modicum, purum, & sine labe salinum,
Quid metuas? cultrixq; foci secura patella.
Hoc satis est.
Plaut. in Rud. Quicquid est domi, id sat est habendum.

Frugalitas quorundam principum ac philosophorum.

Fabricius paruo, spernebat munera regum, *Claud. lib. 1. in Ruffinum.*
Sudabatq; graui consul Serranus aratro,
Et casa pugnaces Curios angusta tenebat.
Hæc mihi paupertas angustior, hæc mihi tecta
Culminibus maiora tuis, vbi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas
Terra dapes. rapiunt Tyrios vbi vellera succos,
Et picturatæ saturantur murice vestes:
Hic radiant flores, & prati viua voluptas
Ingenio variata suo. fulgentibus illic
Surgunt strata toris: hic mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latas tibi perstrepit ædes:
Hic auium cantus, labentis murmura riui.
Sensit Alexander, testa cùm vidit in illa *Iuuen. Sat. 14. de Diogene.*
Magnum habitatorem, quanto fœlicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem.
Pythagoras cunctis animalibus abstinuit, qui *Idem Sat. 15*
Tanquã homine, & vẽtri indulsit nõ omne legumẽ.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti, *Tibul. Eleg. 1. lib. 1*
Dum meus assiduo luceat igne focus.
Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis *Ibidem.*
Pocula, de facili composuitq; luto.
Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atq; abacum Samio sæpe onerasse luto,
Fercula gemmatis cùm poneret aurea vasis,
Et misceret opes, pauperiemq; simul.
Quærenti causam, respondit: Rex ego qui sum,
Sicaniæ figulo sum genitore satus.
Sed nulla aconita bibuntur *Iuuen. Sat. 10*
Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula sumes
Gemmata, & lato setinum ardebit in auro.
Venenum in auro bibitur, expertus loquor. *Senec. in Thyest.*
Regios luxus procul *Idem in Hipp.*
Est impetus fugisse, sollicito bibunt
Auro superbi. quàm iuuat nuda manu
Captasse fontem! celerius somnus premit.
Securo dura membra versantur thoro.
Pectora pauper secura *Idem in Herc. Oetæo.*
Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepida tenet illa manu.
Carpit faciles, vilesq; cibos,
Sed non strictos respicit enses.
Aurea miscet pocula sanguis.

Vita doliaris. Adagia.

Vita doliaris, prouerbio dicitur vita frugalis & parca, ab omni strepitu atq; ambitione semota. De Diogene dicta, qui Athenis egisse dicitur, vnico contentus pallio & baculo, dolio de palo suspẽso pro domicilio libenter vtens, crudis herbis & aqua victitans, pane excauato pro catino, manu caua vice poculi solitus vti.

Illotis pedibus, cubantes humi, in aëre domicilium habentes. *Eubulus apud Athenæum.*

Inedia, sordes sunt ferendæ paululum, *Antiphanes.*
Silentium, tristitia, frigoris rigor:
Simul ferendum corpus expers balnei.

Phormionis thori.

De stratis sordidis, frugalibus, ac minimè delicatis, qualia sunt cubilia militaria. Et quale sibi apud Homerum parat Vlysses, ex arborum congestis frondibus ac ramis humi substratis. Vnde Arist.

Vtinam

Aristoph. in Pace. Vtinam mihi contingat videre hunc diem.
Multas enim sustinui, tum molestias, tum culcitras quas sortitus est Phormio.

Hecatæ cœna.

Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem, Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimoq; cibo, eoq; vilissimo viuitur.

Aristoph. in Pluto. Hoc ex Hecata si vis didicisse licebit,
Vtrum potius ditem esse, an egenum: quandoquidem iubet illa
Hos, quibus est res, quoq; benignam mensæ vno ponere cœnam.
Cæterùm egenos hanc prædari prius ac deponere possunt.

Allium in retibus.

De sordido commeatu dicebatur. Hinc Attici quoties nauigabant, allia retibus imponebant, eaq; secum ferebant.

Oliuam ne comedas.

Chrysipp. apud Athenæum. Ne quando comederis Oleam, cùm vrticam habueris hyberno tempore. Vrtica calida est, sed minoris constat quàm oleum. Subindicat autem æstiuis mensibus, nec oleo, nec vrtica opus esse.

Salem lingere.

Salem lingere dicuntur, qui perquàm tenuiter victitant. Sic enim Persius:
Vare regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si cum Ioue viuere pergis.
Diogenes à diuite inuitatus, respondit se malle salem Athenis lingere, quàm apud illum opiparis mensis frui.

Si caseum haberem, non desiderarem obsonium.

Cùm Lacon cauponi dedisset obsonium, isq; peteret caseum & oleum, quibus illud condiret, Non opus, inquit Lacon, fuisset mihi obsonio, si caseum habuissem.

Xenocratis caseolus.

Sumptum adagium ab admirabili Xenocratis frugalitate. Quem tradunt sæpe obsonia iam rancida facta abiecisse, neq; tarò euenisse, vt cùm cadum relinire vellet, iam vinum reperiret in acorem versum.

Aspera vita, sed salubris.

Hom. Odyss. 9. Aspera, sed iuuenum nutrix bona.
In vitæ rationem duriusculam, sed tamen ad rectam morum institutionem idoneam.

F ANTE V.

DE FVCO.

Fucus vtilis. HOspes quidam aiebat se velle cum Dionysio priuatim colloqui: demonstraturum enim quomodo posset præscire, quinam ipsi molirentur insidias. Rex admisit hominem, iussitq; dicere semotis arbitris. At ille, Da mihi, inquit, talentum, vt existimeris à me audisse insidiatorum indicia. Dedit, ac simulauit se audisse, admiratus hominis commentum. Nam fucus ille vehementer vtilis erat ad deterrendas insidias.

Epictetus, eos qui barba & pallio, verbisq; magnificis philosophos agebant, dicere solebat esse philosophos, factis procul, verbis tenus.

Phryne ætate florens in conuiuio, prior manum bis aquæ immersam admouit fronti. Quoniam autem omnes erant fucatæ, aqua per litutam fucorum defluens, rugarum specie vultus omnium deformabat, quum ipsa Phryne naturali forma pollens, speciosior etiã appareret etiã diluta facie.

Lecythum habet in malis.

Aenigmaticum conuitium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant, qualis erat Phryne meretrix vetula secundum Aristoph. in Concion.
Phrynem gerentem Lecythum iuxta genas.

Oleo nitidius.

Olei nitor adeò venerat in prouerbium, vt mysticæ literæ iubeant facie oleo vncta dissimulare tristitiam ieiunij.
Feruidè vt tota floret, vt oleum nitidè nitet. Plaut. in Truc.

Schœnicola.

Festus Pompeius indicat olim schœnicolas appellata scorta plebeia ac vilia, ab vnguento vilissimo quo oblinuntur.
Miseras, schœno delibutas, schœnicolas sordidas. Plaut. in Pœn.

DE FVRTO.

Nihil est turpius ingenuo, nihil minus libero dignum, quàm in conuentu maximo cogi à magistratu furtum reddere. Cic. 4. Act. in Verrem.

Nero quidam in furem ita iocatus est, vt diceret solum esse, cui domi nihil sit nec signatum, nec occlusum. Non enim illi seræ, nec signa obstant quominus furetur.

Scæuola Septimuleio roganti, vt se in Asiam præfectum duceret, Quid tibi vis insane, inquit, si Romæ manseris? paucis annis ad maximas pecunias peruenturus es. Notauit auaritiam hominis, ob auaritiam magistratum ambientis, vt prouinciales spoliaret. Furax magistratus.

Cato senior dicebat priuatarũ rerum fures in compedibus vitam agere, publicarum in auro & purpura cõspicuos incedere. Olim fures capite non puniebantur, sed vincti compedibus præstabant operam. Qui fiscum autem principis compilant, magnates sunt. Fures magni.

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis est: rapina verò impudens. Plat. 2. de Rep.

Furari litoris arenas.

De ijs dicitur, qui rem neglectam & incustoditam tollunt. Vnde illud,
Ille potest vacuo furari littore arenas, Ouid. in Amor.
Vxorem stulti quisquis amare cupit.

Viro esurienti furari est necesse.

Famelicus vir esse furax cogitur. Suidas.

Furem fur cognoscit, & lupum lupus.

Amant vulgo se mutuò, qui similibus laborant vitijs, præcipuè fures. Arist. 7. Moral. Eudem.

Fures clamorem timent.

Et cùm clamarem, quò nunc se proripit ille, Virgilius.
Tityre coge pecus, tu post carrecta latebas.

DE FVRORE.

Deus ecce furentibus obstat. Stat. lib. 1

Ovi. 1. de Rem amor. Dum furor in cursu est, currenti cede furori.
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus ab obliquo, qui cùm discedere possit,
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Sen. in Her fu. Solus te iam præstare potest
Furor insontem: proxima puris
Sors est manibus, nescire nefas.
Plato li. 2. Leg. Furiosum habitum iuuentutis cauere oportet.
Plutar. in bus. Quocirca rectè aliquibus visum est, à principio cupiditatem solùm esse, si verò excedat, furorem.
Mimus Publ. Furor fit læsa sæpius patientia.
Seneca. Bonus animus læsus, grauius multò irascitur.

DE FVTVRIS.

Futurum vitari non potest.

3. de Nat. deo. Effugere nemo potest, quod futurum est. Et sæpe vtile est non scire, quid futurum sit: miserum est enim nihil proficientem angi.
2. de Diuin. Nihil est pro certo futurum, quod possit aliqua procuratione accidere, ne fiat.

Futurum ignorare sæpe bonum est.

3. de Nat. deo. Sæpe vtile est non scire, quid futurum sit: miserum est enim nihil proficientem angi.
2. de Diuin. At hoc ne homines quidem probi faciunt, vt amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi nullo modo effugere possint.

Futura celari homines Deus voluit, vt timenti sperare liceat.

Hora. Od. 29. li. 3 Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus,
Ridetq; si mortalis vltra
Fas trepidat.
Sit subitum quodcunq; paras, sit cæca futuri
Mens hominum fati, liceat sperare timenti.
Statius lib. 3 Quid crastina volueret ætas
Scire nefas homini.
Hora. Od. 9. lib. 3 Quid sit futurum cras, fuge quærere, &
Quem sors dierum cumq; dabit lucro
Appone.
Idem Od. 11 li. 1 Tu ne quæsieris (scire nefas) quem mihi, quē tibi
Finem dij dederint Leucothoë, nec Babylonios
Tentaris numeros, vt melius quicquid erit pati,
Seu plures hyemes, seu tribuit Iuppiter vltimam.

Ex Demosthene.

Ex Orat. ad Lep. Futurum omnibus hominibus est incertum.
Ex Orat. de Rhodio. libert. Oportet eos qui prospera optataq; vtuntur fortuna erga afflictos & oppressos, semper optima videri consultare: quandoquidem vniuersis hominibus incertus est ac dubius rerum euentus.
Ex Orat. de Or. Preterita semper apud omnes omittitur, & nemo vnquam de ijs deliberationem habendam proposuit: futura autem vel præsentia consultoris munus & officium postulant.
Olynth. 1 Idipsum quod præter sententiam accidit, vitum perturbat, ipsique magnum dolorem affert.
Ex Orat. fune. Necessariò euenit, cùm pugna committitur, vt alij superentur, alij vincant.
Olynth. 1 Ex postremo euentu quæ præterierunt, omnia vt plurimum æstimantur.
Ex 3. Proœm. Sæpe contingit vt idem homo in hoc non rectè dicat, in altero verò rectè sentiat.



G ANTE A.

DE GARRVLITATE.



MVLTIS hominibus non vlla ianua linguæ obditur *Theognis.*
Conueniens, & multa in ipsis occultanda compatent.
Sæpius enim latitans malum intrinsecus processit.
Melius autem fuerit boni quippiam egredi, quàm malum.
Nulla fides linguæ est, quæ alienos quidem *Eurip. in Hipp. coronat.*
Animos hominum admonere callet,
Ipsa verò ex sese plurima mala possidet.
Non primùm nunc mihi, sed sæpius, ô Creon, *Idē in Medea.*
Lingua nocuit, & ingentia mala tulit.
Garrulitas est deambulatio linguæ. *Aristidas.*
Nugas agis, dum philosopharis intempestiuè, *Homerus.*
Et verbum aliquod profers, quod melius fuisset indictum.
Sed semper immodestè verba fundis.
Non te postbac oportet
Intempestiuum esse loquendo.
Si continuè, & multa, celeriterq; loqui, *Nicostratus.*
Signum esset prudentiæ, tum hirundines
Dicerentur multo sapientiores nobis.
Tu verò linguam quidem volubilem habes, vti vir prudens: *Euripides.*
Sed in sermonibus tuis nulla mens inest.
Decorum silentium corona est boni viri.
Loquacitas autem neq; iucundum aliquid habet,
Et mala est conuersationi, & inutilis ciuitati.
Quid tibi vis amplius cum tanta garrulitate? *Sophocles.*
Verba enim nimia molesta sunt vbiq;.
Turpe est cùm quis disertus dicendo *Menander.*
Inanes lingua sermones eiaculatur.
Infrenis oris, ac illegitimæ stultitiæ, *Euripides.*
Finis est infortunium.
Neq; ex manu dimittentē ponderosum lapidem *Menander.*
Facile est cohibere, neq; ex lingua sermonem.
Tyrannicum quiddam est, multa scire loqui. *Aeschylus.*
Inatū linguæ damnum impingitur.
Eum qui nihil opportunè dicit, *Philemon.*
Longum existima, licet duas tantùm syllabas pronuntiarit.
At bene dicentem ne longum existimes,
Etsi permulta dixerit, & longo tempore.
Zeno ad volētem plura loqui quàm audire: Adolescens, dixit, natura nobis linguam vnam, aures verò binas dedit, scilicet vt duplo plus audiamus, quàm loquamur.
Theocritus, cùm Anaximenes orationem habiturus esset, Incipit verborum quidem flumen, mentis autem gutta, dixit.
Diogenes aliquando à Platone tres ex eius horto caricas petijt. Cùm autem Plato sex modios ei misisset: Ita, inquit, interrogatus quoq; respondes innumera.
Plato cùm Antisthenes aliquando in diatriba longam orationem habuisset: Ignoras, dixit, quòd dicendi modus non penes loquentem, sed audientem est.
Adolescens quidam in Academia de stultis quibusdam

busdã negotijs loquebatur, cui Zeno dixit: Nisi in mentẽ intinctã lingua disserueris, adhuc multò amplius dicendo delinques.

Democritus. Auaritia quædam est, omnia velle dicere, & nihil audire.

Isocrates orator cùm loquutuleius quidam nomine Careon in disciplinam eius recipi vellet, duplicem mercedẽ postulauit. Illi verò causam interroganti, dixit: Alteram quidem peto, vt loqui discas: alteram autem, vt tacere.

Zeno è discipulis suis aliquos aiebat esse variæ rerum cognitionis studiosos: alios verò, loquendi tantum cupidos.

Cùm vir quidam litigiosus interrogaret Zenonẽ, an virtus vtilis esset, tenuit: non volens verbis respondendo ei occasionem dare litigandi.

Apollonius. Loquacitas multos errores habet: tacere autem tutum est.

Optimi hominum in dicendo breuissimi sunt. Linguaces verò si tantum molestiæ caperent, quanta reliquos afficiunt, haud sanè longos sermones traherent.

Eusebius. Homines magnum possident vallum dentium ad coërcendos leues sermones. Verùm enimuerò in omni re iudicio mentis indigemus: quæ si verba non dixerit, sæpius ante consultationem effugiunt, & tanto vallo neglecto citra iudicium ante tempus foras ruunt.

Hor. de Arte. Nescit vox missa reuerti.

Pitt. Mit. per Auson. Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.

Ex Plut. Mora. Vt uó impletur vas, quod semper effundit, & nihil accipit: ita non accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auscultat.

Erat porticus in Olympia, quam Septiuocam vocant, quòd pro vna voce multas redderet: ita loculeij quidam, vel vno prouocati verbo sermonem immensum referunt.

Vascula inania maximè tinniunt: ita quibus minimum inest mentis, hi sunt loquacissimi.

Aiunt semẽ, quod statim effunditur, inutile esse ad genituram: ita sermo garrulorum ad nihil conducit.

Vt ædium ostio carentium, & crumenarum absq; vinculis nulla est vtilitas: ita multò magis oris claustro carentis, nullus est vsus.

Vt triticum inclusum in vase, mensura auctum inuenitur, sed vitiatũ: sic garrulus accepto sermoni semper addit, & maiorem eum reddit, sed fide carentem.

Qui abigit homines cesto Veneris, à venere videtur alienus: sic qui oratione molestus est, à musis est alienus, & vtendi ignarus. Nam oratio ad homines conciliandos reperta est.

Vt monas non exit suum finem, sed semper in vno manet: dyas autem initium differentiæ infinitum, protinus per se duplicatur ad multitudinẽ. Ita sermo donec apud vnum manet, arcanus est & secretus: quod si ad alterum trãsierit, iam spargitur in famam.

Vt procliue non est auem è manu amissam recipere aut cohibere: ita nec dictum semel ab ore profectum.

Non vt nauem arreptã fluctibus, anchora licet sistere: ita verbum è portu velut in altum emissum.

Vt vas experiamur, aquam, nõ vinum infundimus: sic friuolum quiddam aliquando committendũ amicis, vt silentij fidem experiamur, vt si effutiãt, nihil sit periculi.

Sicut puer glaciem nec retinere potest, nec vult amittere: ita garrulus nec tacere potest, quod accepit, nec potest obliuisci.

Iaculos & viperas proprij rumpunt fœtus: sic garrulus vel cum sua pernicie promit arcana.

Quemadmodum pars corporis vitiata, attrahit etiam à vicinis vitiosos humores: sic garruli lingua semper ardens & inflammata, secretorũ vndiq; ad se aliquid colligit.

Vt rupes obijciuntur flumini, ne se effundat: ita ratio linguæ obijcienda, ne temerè diffluat.

Grues cùm ex Cilicia deuolant, lapillos in os sumunt, atq; ita Taurum montem Aquilis plenũ tutò trãnsuolant, idq; noctu, ne vox prodat: ita tutissimum vbiq; silentium.

Vt egregius artifex iaculãdi scopum petit: ita sapit, qui pauca loquitur, sed ad rem.

Extremum ad malum primo quæ obtũdit ab ouo, Vitanda est mensæ garrula picca tuæ. *Fausfin.*

Hieron qui Geloni successit in regnum, neminem qui liberè apud se loqueretur, importunum dicebat: cæterùm qui arcanum efferrent, existimabat etiam illos lædere, apud quos effutirent.

Archelaus tonsori garrulo subinde roganti, Quomodo te rado, ô Rex? Silẽdo, inquit. alter aliud responsum exoptabat. Quidam sunt in curatione motosi: Archelao satis erat, si sileret.

Menedemus Eretriensis quendam friuolis nugis obstrepẽtem, rogauit num fundum haberet. Vt is respondit sibi plurimas esse possessiones, Abi igitur, inquit, & illas cura, ne tibi eueniat, vt & illas perdas, & priuatum elegantem amittas.

Zeno adolescenti cuidam multa garrienti, Aures tuæ, inquit, in linguam defluxere: subnannens adolescentis esse multa audire, loqui pauca.

Ad quendam dicentem esse breues philosophorum sententias: Vera prædicas, inquit: oportet enim & syllabas illorum, si fieri possit, esse breues. Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus quæ paucis verbis comprehensa sunt.

Adolescentem multa garrientem temerè hoc dicto corripuit: Ob id binas habemus aures, os vnicum, vt plurima audiamus, loquamur paucissima.

Ad garriendum præcipuus & optimus, *Eupolis.*
Verùm ad loquendum nemo minus idoneus.
Nihil valebat eloquendi viribus, *Epicharm.*
Verùm silendi habebat impotentiam.

Adagia Garrulitatis.

Arabius tibicen.

De vehementer garrulo dici solet, qui ab incœpto sermone ægrè desistit. Vnde Cantharus in Medea: Citharœdum excitauit Arabium.

Quicumq; gaudet continenter proloqui, *Sophocles.*
Is se grauem esse, quotquot adsunt, non videt.

Turture loquacior.

Theocritus in Syracusanis mulieres quasdam loquaculas, turtures appellat.

Prolixius Iliade loquitur.

A similitudine prolixitatis Iliados, operis illius nobilissimi, quod quatuor & viginti libris absoluitur.

Cornicari.

Satyr. 5 Ineptè garrientes cornicari dicuntur. Vnde Pers.
Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè.

Hirundinum musea.

Hirundines inepto garritu plus tædij quàm voluptatis auditoribus afferunt. Vnde illud,
Aristoph. in Ranis. Sunt ista folia, & stulta blateramina,
Musea hirundinum, artis ac subuersio.

Luscinia nugis insidentes.

In imperitos, & tamen garrulos conuenit.

Quicquid in linguam venerit.

Cic. ad Attic. lib. 12 Quid cùm coram sumus, & garrimus quicquid in buccam venerit?

Lucianus. Comminiscentes effingentesq; quicquid verbi temerè in linguam, vt aiunt, venerit.

Isocrat. in oratione Panathe. Similis videbor ijs, qui temerè & arroganter ac futiliter quicquid in mentem venerit, loquuntur.

Ad vinum diserti.

Flaccus. Fœcundi calices quem non fecere disertum?
De ijs qui ad seriò loquendum inepti, inter pocula multa garriunt.

Cante loquacior.

Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus concutiuntur, multo resonant fragore.

Cicada vocalior.

Theocritus in Daph. Quippe canis melius quacumq; cicada.
Timõ de Plat. Cunctos anteibat latissimus ille, suauis
Orator, cuius non cedunt scripta cicadis,
Quæ super arboribus resident lucis in opacis,
Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Non est eiusdem, & multa & opportuna dicere.

Extat Senarius prouerbialis è Græco versus:
Seiuncta sunt hæc, multa & apta dicere.

Os infrane.

Aristoph. in Ranis. Oris improbi
Infrænе habentem intemperans, & ostij
Os indigum.
Eurip. in Orest. Sub ista surgit quispiam vir, cuius os
Carebat ostio, valens audacia,
Argiuus haud Argiuus, huc adactus est,
Turbæ obsequens, & imperita audacia,
Qui orationis posset eloquentia
Malo vel ipsos principes inuoluere.

Leuissima res oratio.

Homo præcipiti lingua, cùm incidisset in virum, manu magis præcipiti, sermonis, rei leuissimæ, grauissimas pœnas dedit.

Plato de Leg. 4 Propterea quod leuium ac volatilium verborum grauissima sit pœna.

Homer. Verba volucria dixit.

G ANTE L.

GLORIA.

GLoria est illustris & peruagata multorum & magnorum, vel in suos ciues, vel in patriã, vel in omne genus hominum, fama meritorum. *Cic. pro Marcel.*

Gloria est solida quædam res & expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute: ea virtuti resonat tanquam imago gloriæ, quæ quia rectè factorum plerumq; comes est, non est bonis viris repudianda. Illa autem quæ se eius imitatricem esse vult, temeraria atq; inconsiderata, & plerumq; peccatorum vitiorumq; laudatrix fama popularis, simulatione honestatis, formam eius pulchritudinemq; corrumpit. Tu ergo quæ habent speciem gloriæ, collecta ex inanissimis splendoribus, contemne: breuia, fugacia & caduca existima. *3. Tuscula.*

Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur: ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnũ. *2. Offi.*

Honos est præmium virtutis, iudicio studioq; ciuium delatum ad aliquem. Qui eum sententijs, qui suffragijs adeptus est, is mihi & honestus & honoratus videtur. *De clar. Orator. ad Brutum.*

Is verus triumphus est, cùm bene de Repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. *Philipp. 14.*

Is honos videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur: estq; non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis præmium. *Ad Plan. fam. lib. 10*

Ea est profectò iucunda laus, quæ ab his proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. *Ad M. Caton. famil. 15. lib.*

Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. *Pro Rosc. Amer.*

Quæ melior in genere hominum natura, quàm eorum qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? Abijt ad eos Hercules: nunquam abijsset, nisi cùm inter homines esset, eam sibi viam muniisset. *1. Tusculana.*

Eò omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est, vt magnam nominis nostri famam ex maximis in Rempub. meritis collatis, posteris relinquamus. *In Vatin.*

Actum præclarè cum ijs est, quorũ virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum sepulta esse poterit. *14. Philipp.*

Breuis vita data est, at memoria bene redditæ vitæ sempiterna. Quæ si non esset longior hac vita, quis esset tam amens, qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem, gloriamq; contenderet? *Ibidem.*

Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. *Pro C. Rabirio.*

Vita breuis est, gloriæ cursus sempiternus. *Pro Sest.*

Breue tempus ætatis, satis longum ad bene viuendum. *1. Tuscul.*

Honos alit artes, omnesq; incendimur ad studia gloriæ: iacentq; ea semper, quæ apud quosque improbantur. *1. Tuscul.*

Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisq; maximè gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, *Pro Archia.*

bant, nomen suum inscribunt, in quo prædicationem & nobilitatem despiciunt, prædicari se ac nominari volunt.

1. Tuscul. Opifices post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineruæ, cùm inscribere non liceret? Quid nostri philosophi? Non'ne in his ipsis libris, quos inscribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt?

Pro Arch. Poë. Nemo est tam auersus à musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilè præconium patiatur.

Ibidem. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse aiût, cùm ex eo quæreretur quod acroama, aut cuius vocem lubentissimè audiret: Eius, inquit, à quo sua virtus optimè prædicaretur.

Ibidem. Poetæ post mortem nobilitari volunt. Vnde illud,
Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis vrnam,
Hic vestrûm pinxit maxima facta patrum.
Mercedem gloriæ efflagitat ab his, quorum maiores affecerat gloria.

1. Tuscul. Nemo me lachrymis decoret, neq; funeta fletu
Faxit: cur? volito docta per ora virûm.

1. Offic. Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

1. Tuscul. Nemo vnquam sine magna spe immortalitatis, se pro patria offert ad mortem.

Cato Maior. Perfecti homines, & excellentibus ingenijs præditi, excitantur spe gloriæ, quæ habet formam honestatis, & similitudinem.

Pro C. Rabir. Nemo nostrum in Reipub. periculis, cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuque ducatur.

1. Tuscul. Quum optimus quisq; maximè posteritati seruiat, esse aliquid verisimile est, cuius is post mortem sensum sit habiturus.

1. Tuscul. Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ: sed nescio quomodo inhæret in mentibus, quasi seculorum quoddam augurium futurorum: quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus & periculis viueret?

1. de Fin. Pueri efferuntur lætitia cùm vicerint, & pudet victos. vt se accusari nolunt! quàm cupiunt laudari! quos illi labores non perferunt, vt æqualium principes sint?

Cato Maior. Quis tantos labores diurnos nocturnosq; domi, militiæq; susciperet, si ijsdem finibus gloriam suam, quibus vitam, esset terminaturus? Sed optimi cuiusq; animus, maximè ad immortalitatem gloriæ nititur.

In Pisonem. Est angusti animi atq; demissi, triumphi honorem atque dignitatem contemnere. Nam vt leuitatis est inanem aucupari rumorem & omnes vmbras etiam falsæ gloriæ consectari: sic leuis est animi lucem splendoremq; fugientis, iustam gloriam, quę est fructus vetę virtutis honestissimus, repudiare.

Cato Maior. Præstantes viri, nusquam tanta conati essent, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, ni animo vidissent posteritatem ad se pertinere posse. Non'ne melius multò fuisset, otiosam ætatem & quietam sine vllo labore & contentione traducere? Sed nescio quomodo animus erigens se, posteritatem semper ita prospicit, quasi cùm excesserit è vita, tum demiq; victurus sit.

Sapiens, virtutis honorem, præmium, haud prædam petit. 3. de Oratore.

Nullam virtus aliam mercedem laborum, periculorumq; desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem detracta, quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exerceamus? Certè si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis vigilijsq; angeretur, nec toties de vita ipsa dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis incitat, atq; admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam nostri nominis commemorationem, sed cum omni posteritate adæquandam. Pro Arch. Poë.

Nullam mercedem tantam virtus, præter hanc laudis & gloriæ desiderat: qua etiam si careat, tamen est se ipsa contenta: quanquam in memoria gratorum hominum tanquam in luce posita lætetur. Philipp. 5

Ex omnibus præmijs virtutis, amplissimũ est præmium gloria, quæ vitæ breuitatem, posteritatis memoria consolatur: quæ efficit, vt absentes adsimus, mortui viuamus: cuius gradibus etiã homines in cœlum videntur ascendere. Pro Milone.

Non vita hæc dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur: illa, inquam, illa vita est, quæ viget memoria seculorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa æternitas semper intuetur. Pro Marcello.

Nihil est vera gloria dulcius. Philipp. 5

Natura nihil præstantius habet, nihil quod magis expetat, quàm honestatem, quàm laudem, quàm dignitatem, quàm decus. 2. Tuscul.

Antiquior sit possessionibus gloria. 2. de Diuinat.

Verum decus in virtute positum est. Cic. ad Planc. famil. 10

Omnes non tam gloria mouentur, quàm ignominia.

Quis honorem, quis gloriam, quis laudẽ, quis vllum decus tam vnquam expetit, quàm vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? In Partit. Orat.

Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, contumelia tamen & dedecus magnoperè moueat. Ibidem.

Ibi n aiunt, vbi consenuit, iamq; quod erat turbidũ, expirarit, magis aromaticè abolere: sic gloria senum tranquillior, & consilia sedatiora. Ex Plut. Mor.

Vt sol, si immineat hominis vertici, aut prorsum tollit vmbram, aut minimam reddit: sic ingens gloria extinguit inuidiam.

Vt lumen magis prodest ijs qui vident, quàm qui videntur: sic gloria magis cõfert ijs, qui eam sentiunt, quàm quibus contigit.

Fumus initio ingens, facilè euanescit: sic gloria falsò parta.

Vt fugitiuis ab altaribus ac templis reuulsis, nihil superest præter mortuorum sepulchra: sic qui vera suaq; gloria destituti, maiorum imaginibus efferunt se.

Vt non inuidetur ijs, qui domum aut agrum magno emerunt, sed quibus gratis contigit: ita neme

mo his inuidet, qui gloriam magno sibi pararũt, sed quibus fortunæ fauore contigit.

Quemadmodum iubemur aut omninò cauere locum pestilenté, aut si in eo sis, circunspectè agere: sic aut omninò vitandum ne teipsum laudes, aut id cautim & circunspectè agendum.

Qui esuriunt, magis irritantur, si conspexerint alios edentes: sic magis inflammantur ad gloriam, qui gloriæ sunt auidi, cùm alios audiunt laudari.

Non decet eos titillare, qui natura procliues sunt ad risum: ita non oportet laudare eos qui gloriæ sua sponte appetentiores sunt.

Plato 12. Dial. de Leg. ATH. HOSP. Maximum sanè atq; rectissimũ est, vt cùm sis probus, ita gloriam quæras, aliter minimè, si modo perfectus vir futurus es.

Plato in Menexeno lib. 3. Ita verò maximè nos quidem superabimur, vos autem superabitis, si ea ratione vitam instituatis, vt maiorũ gloria non abutamini, neq; eam expendatis erogetisq;: scientes viro aliquid esse se existimanti, nihil turpius posse accidere quàm seipsum honorãdum non propriam ob virtutem, sed propter gloriam superiorum debere.

Gloria enim parentum, natis præclarus est magnificusq; thesaurus.

Gloria vita charior. Alexander, Indicum quendam sagittandi arte celebrem, cùm in bello cepisset, iussit artis suæ specimen edere: recusantem rex iratus necari iussit. Quum duceretur homo, dixit se multis diebus nõ exercuisse artem, eoq; timuisse ne aberraret. Admirans rex ingenium gloriæ studiosum, dimisit hominem, quòd mori maluisset, quàm fama sua videri indignus.

Gloriæ stimulus. Antigonus cùm filium Demetrium mitteret cum maxima nauium militumq; vi ad Græcos liberandos, dicebat gloriam à Græcia vt à specula in orbem terrarum accendi: iuuenem gloriæ stimulis commouẽs, vt strenuè rem gereret, quòd eius laudis rumor non intra Græciam esset continendus, sed per omnes orbis plagas dimanaturus.

Gloriæ amor. C. Iulius Cæsar, Scipione deuicto in Africa, cùm Cato sibi mortem consciuisset, dixit, Inuideo ô Cato tibi mortem istam, quoniam tu mihi salutem tuam inuidisti. Mortis illius gloriam Cæsar inuidebat Catoni, quòd is Cæsari, seruati Catonis laudem inuidisset.

Gloriæ amor. Themistocles adolescens, in compotationibus ac mulierum amoribus volutabatur. At postquam Miltiades Imperator factus, apud Marathonem deuicisset Barbaros, nunquam inuẽtus est quicquam agens præter decorum. Percontantibus autem vnde sic esset repentè immutatus: Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire neq; cessare. Sic enim gloriæ studium, voluptatum amorem excussit.

Cum in Olympijs omnes oculos in Themistoclẽ coniecissent, & in eo contemplando diem totum consumpsissent, ea re lætus vir gloriæ cupidus dixit, Se eo die laborum, quos pro Græcia subijsset, fructum amplissimum reportasse.

Pericles à Thucydide accusatus ad populum, quòd in picturas ac statuas Reipub. census profunderet, rogauit populum an multum impendisset: quo respondente plurimum, Age, inquit, mihi, non vobis hæc impensa sint: atque ipsis deorum donarijs nomen meum inscribam. Quæ vox ita mouit populum, vt iusserit, vt publicis impendijs pergeret.

Iason Thessalię Rex quum Epaminondæ vehemẽter egenti, belli socius futurus venisset, & aureorum duo millia misisset, aurum non recepit, sed Iasonem aspiciens, dixit, Iniustis imperas ipse deterior. Ipse verò quinquaginta drachmis mutuò acceptis pro viatico exercitus, inuasit Peloponnesum. Sentiens diuitias iniquas esse eas, quæ possessorem reddunt deteriorem.

Scipio minor Censor creatus adolescenti cuidam equum ademit, quòd eo tempore, quo Carthago oppugnabatur, splendidè cœnatus libum in vrbis similitudinem figuratum, cui Carthagini nomen indiderat, conuiuis diripiendum proposuisset. Iuuene verò causam sciscitãte, cur equo priuatus esset, Quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginem diripuisti.

Horatius rediens ad suos, trium Curiatiorum fratrum, quos occiderat, spolia gestabat, quorum vni desponsa fuerat Horatij soror. Illa agnoscens sponsi paludamentum, fletu sponsum mortuum inclamauit. Horatius sororem gladio transfigit, dicens: Abi hinc cum præpropero amore, oblita fratrum mortuorum, viuiq;, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis, & patriæ gloria.

Ex Poëtis.

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis. *Oui. 2. de Pont.*
Facta ducis viuent, operosaq; gloria rerum. *Id. de Philom.*
  Hæc manet, hæc auidos effugit vna rogos.
  Patriam tamen obruit olim *Iuuen. Sat. 10*
Gloria paucorum, & laudis tituliq; cupido.
  Quicumq; solam mente præcipiti petit,
Summumq; credit gloriam,
Latè patentes ætheris cernat plagas,
Arctumq; terrarum situm.
Breuemq; replere non volentis ambitum
Pudebit aucti nominis.

Gloriam cuncti appetunt.

Si qua operis tanti domino consurgere ponto *Val. Flacc. lib. 1. Argonaut.*
Fama queat, tu sola animos, mentemq; peruris
Gloria, te viridem videt immunemq; senectæ.
Deniq; non paruas animo dat gloria vires, *Oui. 5. de Trist.*
  Et fœcunda facit pectora laudis amor.
Arripuit, traxitq; virum fax mentis honestæ *Sil. Ital. lib. 6*
Gloria.
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires. *Propert. lib. 4*
  Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Non sat est tuum te officium fecisse, id si non fama *Terent. in Phor.*
  approbatur.
Excitat auditor studium, laudataq; virtus *Oui. 3. de Pont.*
  Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Laus vera humili sæpe contingit viro. *Sen. in Thyest.*
  Sed te censeri laude tuorum *Iuuen. Sat. 8*
Pontice noluerim, si tu nihil ipse futuræ
Laudis agas. miserum est aliorum incũbere famæ.
  Patriam tamen obruit olim *Idem Sat. 10*
Gloria paucorum, & laudis, tituliq; cupido.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem, *Oui 3. de Pont.*
  Sed tamen in laudes viuit vterq; suas.
Nemo vnquam mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem *Cic. in Cato Maiore.*

trem tuum Paulum, aut duos auos Paulum & Africanum, aut multos præstantes viros, quos enumerare necesse non est, tanta esse conatos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent posteritatem ad se pertinere. An censes (vt de meipso more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosq; domi militiæque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Sed nescio quo pacto animus erigēs se, posteritatem semper ita prospiciebat, quasi cum excessisset è vita, tum deniq; victurus esset.

Gloria cōtēpta. Quum Thasij Agesilaum de ipsis optimè meritum, templis ac diuinis honoribus dignati essent, quumque honores, quibus ornabatur, legisset: percontatus est, num illorum patria ex hominibus deos efficeret, & intellexisset, posse: Agedum, inquit, primùm vos deos facite. Id si præstiteritis, tum vobis credam, quòd me deum quoque facere poteritis.

Nec minus animi excelsi fuit, quum nationes quædam Græciæ, decreuissent illi statuas erigere, illis ita rescripsit: Mei nulla sit imago neq; picta, neq; facta, neq; vllo artificio parata: malens insculpi prudentū animis, quàm in foro aureus, æreus've stare. Nulla enim speciosior statua, quàm honorifica bene actæ vitæ memoria.

Is moriens prohibuit, ne aliquam sui imaginē conficerent. Si quod, inquit, præclarū facinus gessi, hoc erit mei monumentū: sin minus, ne omnes quidem statuæ, mei memoriam illustrabunt.

Anaxandridas, cuidam dicenti gloriam ac celebre nomen nocere, fœlicemq; esse qui illud effugerit, respondit, Si verum est quod ais, qui nefaria patrant, fœlices erunt: qui enim facinus iniustum committit, gloriæ curam non habet. Eos notans, qui sic laudem contemnunt, vt per ignauiam nihil gerant laudabile: quum eximiam virtutē honesta fama cōmitetur, ac generosis animis, laudis amor veluti stimulus ad præclara facinora sit innatus.

Arist. li. 4. cap. 3 Ethic. Gloria in externis bonis ponitur, quam maximam existimamus, & dijs tribuimus, quam maximè expetunt omnes qui sunt in magistratu, & quam quasi rerum gestarum mercedem omnes desiderant. Est enim honorum externorum maximum, gloria.

Ibidem. Semper quò quisque melior, eò maiore dignus est gloria, & optimo cuiq; maxima gloria debetur.

Virtutis merces est gloria, quæ bonis viris tribuitur.

Lib. 10. cap. 7. Ethic. Omnes debemus non humana spectare, cùm simus homines: nec mortalia, cùm mortales: sed quoad possumus niti ad immortalem gloriam.

G ANTE R.

DE GRATIA.

In referenda gratia quales esse debemus.

Cic. 1. Offic. IN collocando beneficio, & in referenda gratia hoc maximè officij est, vt quisq; opis maximè indigeat, ita ei potissimùm opitulari. Quod contrà fit à pleris q;: à quo enim plurimum sperant, etiamsi ille is non egent, tamen ei potissimùm inseruiunt.

Quis est, qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? A quo enim expectatur, & celerior renumeratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. 2. Offic.

Acceptorum beneficiorum sunt delectus habēdi, & imprimis quo quisq; studio vel beneuolentia fecerit, ponderandum est. Multi enim multa faciunt temeritate quadam, sine iudicio vel modo in omnes, vel repētino quodam impetu animi, quasi vento incitati: quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atq; ea quæ iudicio considerate, constanterq; delata sunt. 1 Offic.

In referēda gratia, si modò Hesiodo credimus, debemus imitari agros fertiles, qui plus multò adferunt, quàm acceperunt. Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus qui iam profuerunt? 1. Offic.

Hesiodiū illud laudatur à doctis, quod eadē mensura reddere iubet, quæ acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. De Clar. Orat.

Leue est onus, beneficij gratia. Pro Plancio.

Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est. Cic. Cur. ionis fami. 2

Non est æquum, tempore & die memoriam beneficij definiri. Ad Quirit. post red.

Vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi: propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari: tum etiam ne tam necessarium quidem est, malè meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas.

Aliud pecuniam debere, aliud gratiam.

In officio persoluendo est debitæ pecuniæ ratio dissimilis, propterea quòd pecuniā qui retinet, non dissoluit: qui reddit, non habet gratiam, & qui reddit, habet: & qui habet, dissoluit. Ad Quirit. post red.

Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem, & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Pro Plancio.

Commodè dixit, quicumque dixit, Pecuniam qui habeat, non reddidisse: & qui reddiderit, non habere. Gratiam autem, & qui retulerit, habere: & qui habeat, retulisse. 2. Offic.

Chilo Lacedæmonius dicere solebat, Beneficij dati obliuisci decet, accepti meminisse. Vnde Ausonius,

Tu bene si facias, non meminisse fas est.

At vulgus contrà facit. Si quid cui benefecerunt, id prædicant, & sine modo exaggerāt: at si quid in ipsos collatum fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut dissimulant.

Cùm quidam comes Philippi mortem Hipparchi Euboici deflentis, illum consolaretur, diceretq;, Atqui tempestiuè decessit, iam natu grādis: Sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempestiuè decessit, sed mihi præproperè. Mors enim illum anticipauit, priusquam à me beneficium acceperit nostra dignum amicitia.

Grata animi significatione Senatus Romanus in Veturiā matrē Coriolani Martij, & Volumniam vxorem

vxorem, vsus est: cùm eum Martium patriã oppugnare conantem ab incœpto remotatæ sunt. Sanxit enim, vt fœmiois semita viri cederent: permisit quoq; his purpurea veste, & aureis vti segmentis: ædem & aram Fortunæ muliebri eo in loco, quo Coriolanus exoratus est, facieodam curauit.

Bello Punico secundo, cùm à Fuluio Capua obsideretur, ac duarum Capuæ mulierum altera quotidie pro salute Romani exercitus sacrificaret, altera captis militibus Romanorum alimẽta subministraret, vrbe oppressa, Senatus libertatẽ ijs & bona restituit.

Quinuio & Minutio Consulibus, innentus Romana vltrò sua nomioa militari sacramento obtulit, vt Tusculanis opem ferrent ipsi, quòd paucis antè annis constãusimè Romanum Imperium defenderant.

Cùm Q. Fabius Maximus, quinque consulaóbus salubriter gestis decessisset, certatim æs cootulit, quò maior ac speciosior eius funeris pompa duceretur.

Fabio dictatori magister equitum Minutius æqualis factus, singularem gratiam retulit. Cùm enim partito exercitu temerè cum Hannibale conflixisset, & exióum habiturus, à Fabio cooseruatus fuisset, eum patronum appellauit, & à miliobus suis patronum salutari iussit, ac statim se dictaturæ subiecit.

Q. Terenóus Culeo à Carthaginionsibus captus, & ab Africano recuperatus cùm fuisset, pileum capite gerens Africanum triumphantem sequutus est: authori enim libertatis suæ, accepti beneficij confessionem spectante pop. Romano meritò reddidit.

Flaminium de Philippo rege triumpbantem, duo millia Romanorum ciuiũ pileata comitata suot, quæ Punicis bellis intercepta, pristinæ libertati ab eo restituta fuerant.

Metellus, qui clarum lachrymis, & victorijs Pij cognomen assequutus est, pertinaci erga patrem exulem amore, Q. Callidium, dnmus & familiæ suæ patronum semper dictitauit, qnòd is tribunus pleb. legem, qua pater in ciuitatem restitueretur, tulisset.

Marius duas Camertium cohortes mira virtute Cimbrorum impetum sustinentes aduersus cõdioonem fœderis, ciuitate dooauit: quod excusauit, dicendo inter armorum strepitum, se iuris ciuilis verba exaudire non potuisse.

C. Marius dictator Põpeio priuato caput adoperuit, sella assurrexit, & equo descendit, quòd ab eo duodeuiginti annis oato, exercitu fuisset adiutus.

Darius priuatæ adhuc fortunæ amiculo Silosontis Samij delectatus, curiosa cootemplatione fecit, vt vltrò sibi & à cupido daretur. Cuius muneris tam grata æstimaoo animo eius inbæsit, vt regno pootus totam Samiorum insulam Silosonti fruendam tradiderit. Noo enim pretium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata. Magisq; à quo donum proficiscatur, quàm ad quem perueniat, prouidendum.

Mithridates pro Leonico acerrimo saluós suæ defensore à Rhodijs nauali pugna excepto, omnes hostium captiuos permutauit: satius existimans ab inuisis circumueniri, quàm beoemerito gratiam non referre.

Masinissa beneficio Scipionis anctus, memoriam inclyti muneris ad vlómum vitæ finem, longa eóam senectute donatus, constantissimè perduxit, adeò vt non solùm Africa, sed cunctæ gentes scirent eum amiciorem esse Corneliæ familiæ, atq; vrbi Romanæ, quàm sibimet semper fuisse. Ille cùm ætate iã deficiente, magnas regni opes, quatuot & quinquaginta filios relinquens, io lectulo laberetur, Scipionis Aemiliani conspectũ (à quo munere affectus fuerat) expeóuit, fœliciorem mortem suam futuram ratus, si in eius dextræ complexu, supremum spiritum, ac mandata posuisset. Itaque moriẽs vnum in terris pop. Rom. & vnam in Romanis Scipionis domum se nosse dixit: Aemilianum diuidendi regni arbitrum constituit: quicquid ille statueret, vt testamento cautum, immutabile, ac sanctum esset.

Referenda est quidem par gratia si modo possis, idq; vltrò. *Aristot. lib. 8. cap. 13*

Vt in rebus commutandis certa formula verborum, eum par est, qui beneficium accepit, reddere, atq; polliceri, si modò possit, se gratiam esse relaturum. Nam si minus possit, ne is quidem qui dedit, reposcat. Ergo si possis, beneficium reddendum est. *Ibidem.*

Atq; eóam imprimis quis beneficia dederit, & qua de causa, ponderandum est: vt etiam his de causis expectet ille, aut minus expectet.

In amicioijs, quas virtus contrahit, quoniam nullæ obiurgationes existuot, officium æstimandum est, ex eius qui contulit, animo ac voluntate.

Quoniam tanto fuit præsidio dator, quanta in accipieote secuta est vtilitas, tantum etiam reddẽdum est quantum acceperis, aut plus eò etiam, quooiam hoc multò est præclarius.

Exigit & postulat amicitia, non quod cuiq; debetur, sed quid quisq, efficere possit. *Cap. 14*

Facinorosis cauendum est, aut non certè laborandum vt opitulemur. Plerique enim beneficijs affici volunt, ipsi conferre vt rem inutilem, nolunt. *Ibidem.*

Ex Poëtis.

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namq; *Auson. in Epig.*
Cùm fieri properat, gratia grata nimis.
Si beoe quid facias, facias citò. Nam citò factum *Ibidem.*
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.
Gratiaq; officio, quod mora tardat, abest. *Ouid. 4. de Pont.*
Dij (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet) *Virg. 2. Aeneid.*
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita.
Dij melius, quorum longè mihi maximus ille est, *Ouid. in Ibin.*
Qui nostras innpes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates, quascumq; licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.
O referant grates (quoniam non possumus ipsi) *2. de Ponto.*
Dij tibi, qui referent, si pia facta vident.
Immemor illorum, vestri non immemor vnquã *4. de Ponto.*
Qui mala sollicitè nostra leuatis, oro.
Semper inoblita repetam tua muoera mente, *Ibidem.*
Et mea me tellus audiet esse tuum.
Hæc mihi semper erunt imis iofixa medullis, *2. de Trist.*

Perpe

Perpetuusq; animæ debitor huius ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras.
Ibit,& in tepido deseret ossa rogo,
Quàm subeant animo meritorum obliuia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam præstent, dissimilemq; meæ.

5. de Trist. Dum lumen solare tenebo,
Seruiet officio spiritus iste tuo.

Plau. in Pers. Nunquam ego illi possum gratiam referre, vt meritus est de me.

Teré. in Adel. Quid ego nunc te laudem, sat certo scio:
Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua.

Ibidem. Ah vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id assentari magis, quàm quòd habeam gratũ, facere existimes.

Stat. li. 5. Theb. Nec laudare satis, dignasq; rependere grates
Sufficiam, referent superi.

Idē lib. 4. Syl. Qua celebrē mea vota lyra? quas soluere grates
Sufficiam? non si pariter mihi vertice læto
Nectat odoratas & Smyrna & Mantua laurus.
Digna loquor.

Virg. 1. Aeneid. Grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido.
Dij tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant.

Cic. ad Quirit. post redit. Etenim vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficij remunerandi. Nam superiorē esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari: Tum etiam nec tam necessarium quidē est, malè meritis, quàm optimè meritis referre quod debeas.

Ibidem. Odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipub. communiq; vtilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari bene meritos quin colas, nec exorari fas est, neq; id Reipub. repetere, vtcumq; necesse, neq; æquũ est tempore & die memoriã beneficij definire.

Ibidem. Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna, non solùm dum anima spirabo mea, sed etiam cùm mortuo monumēta vestri in me beneficij permanebunt. In referēda autem gratia, hoc vobis repromitto, semperq; præstabo, mihi neq; in consilijs de Repub. capiundis, diligentiam: neq; in periculis à Repub. propulsandis, animum: neq; in sententia referēda, fidem: nec in vestris commodis augendis, gratam animi beneuolentiam defuturam.

Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est.

Ibidem. Multa à dijs immortalibus optata cōsecuti sumus: nisi vestra voluntas fuisset, omnibus diuinis muneribus caruissemus. vestros deniq; honores, nunc à vobis vniuersos habemus: vt quantum antea parentibus, quantum dijs immortalibus, tantum hoc tempore populo Romano debeamus. Nam cùm in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione nō possim: tũ in studijs vestris tanta animorũ declarata est voluntas, vt non solùm calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini.

Ibidem. Quorsum hæc disputo? vt intelligere possitis, neminem vnquam tanta eloquētia valuisse, neq; tam diuino atq; incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem, multitudinemque beneficiorum, quæ in me fratremq; meum, liberosq; nostros contulistis, non modò augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit.

Quæ tanta potest existere vbertas ingenij, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum atq; incredibile orationis genus, quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? *Post redit. in Senatu.*

ΑΝΤΑΓΙΑ GRATITVDINIS.

Gratia gratiam parit.

Gratiam adfert gratia. *Sophoc. in Oedipo Coloneo.*
Beneficium semper beneficium parit.
Aequũ vt ametur amãs: qui accedit, iungitor illi. *Idē in Aiace.*
Da, tibi qui dederit: qui non dederit tibi, ne da. *Hesiod. 1. Geor.*
Danti aliquis dedit, at non danti non dedit vllus.
Beneficium beneficio respondeat. *Eurip. in Helen.*

Par pari referre.

Par pari referto. *Teré. in Eunu.*
Amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, in parcos parci: deniq; vtcumq; meritũ merito simili retaliemus. *Eurip. in Med.*
Quod ab ipso allatũ est, sibi id esse relatum putet. *In Prolog. Phor.*
Modestus in nos sentiet modestum item, *Euri. in Andr.*
Commotus autem nos reperiet concitos.
At par pari reddenti ego respondero. *Cratinus in Pytine.*

Eadem mensura.

Aut mensura eadem, aut melius quoq;, si qua facultas. *Hesiodus.*
Eadem mensura, quod aiunt, aut melius. *Lucian. in Imaginibus.*

Merces constituatur.

Aequa viro merces fac præstituatur amico. *Plut. de Pittaco.*
Officio fungi multo ac deloquere præstat. *Hom. Odyss. χ*

G ANTE V.

DE GVLA.

Gulosus & liber nullus esse potest.

Rvsticus, abnormis, sapiens, crassaq; Mineruа, *Hor. Sat. 2. lib. 2*
Discite, non inter lances, mensasq; nitentes,
Cùm stupet insanis acies fulgoribus, & cùm
Accliuis falsis animus meliora recusat:
Verùm hîc impransi mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. malè verum examinat omnis
Corruptus iudex.

Gulosorum effectus.

Multos porrò vides, quos sæpe elusus ad ipsum *Iuuen. Sat. 11*
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretijs obstantibus.
O prodiga rerum *Lucan. lib. 4. bell. Ciuil.*
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum

Ambrosia fames,& lautæ gloria mensæ.
Iuuen. Sat. 11 Interius si
Attendas,magis illa iuuant,quæ pluris emuntur.
Sat. lib. 4. 85. Ah miseri,quos nosse iuuat,quid Phasidis ales
Distet ab hyberna Rhodopes grue, quis magis anser
Exta feratior Thuscus aper generosior Vmbro,
Lubrica qua recubant conchylia mollius alga?
Petro. Arbiter. Ingeniosa gula est, Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam viuus perducitur,atq; Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem , iam Phasidis vnda
Orbata est auibus,muroq; in littore tantum
Solæ desertis aspirant frondibus auræ.
Faustus. Sint ignota licet magni patrimonia Crœsi,
Immensæ absumunt alta baratra gulæ.
Iuuen. Sat. 11 Quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula manet exitus,ære paterno
Ac rebus mersis in ventrem,fœnoris,atq;
Argenti grauis,& pecorum,agrorumq; capacem?

Gulositatem Harpyiarum feritate damnant poëta.

Virgilius. Tristius haud illis monstrum,nec sæuior vlla
Pestis,& ira Deûm Stygijs sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus,fœdissima ventris
Proluuies,vncæq; manus,& pallida semper
Ora fame.
Iuuen. Sat. 5 Tu tibi liber homo,& regis conuiua videris.
Captum te nidore suæ putat esse culinæ.
Pers. Sat. 1 Pinguis Aqualiculus propenso sesquipede extat.
Hor. Sat. 8. lib. 2 Quæ prima iratum ventrem placauerit esca,
Imprimis Lucanus aper:leni fuit Austro
Captus,vt aiebat cœnæ pater,acria circum
Rapula,lactucæ,radices:qualia lassum
Peruellunt stomachum,siser,alec,fæcula Coa.
Nos inquam cœnamus aues,conchylia pisces,
Longè dissimilem noto celantia succum.
Nos nisi damnosè bibimus,moriemur inulti.
Hor. Sat. 7. lib. 2 Non horam tecum esse potes,non otia rectè
Ponere,teq; ipsum vitas fugitiuus,vt erro
Iam vino,quærens iam somno fallere curam.
Tandem inamarescunt epulæ sine fine petitæ,
Illusiq; pedes vitiosum ferre recusant.



H ANTE A.

DE HABITV.



Arist. lib. 2. cap. 1. Ethic. EX SVI similibus actionibus habitus omnes oriuntur. Itaque faciendæ sunt certo quodam genere actiones , quandoquidem earum differentias habitus cōsequuntur. Non ita est in scientijs & facultatibus, vt in habitibus.facultas enim & scientia contrariorum eadem videtur esse : habitus autem contrariorum contrarius non videtur. Contrarius ergo habitus ex cōtrario sæpe intelligitur:plerumq; etiam habitus ex rebus subiectis.

H ANTE AE.

DE HÆREDITATE.

Hæreditas qua relinquenda.

OPtima hæreditas , quæ à parentibus traditur liberis,omni patrimonio præstātior est gloria virtutis rerumq; gestarum:cui dedecori esse, nefas & vitium iudicandum est. Cic. 1. Off.

Licet patri apud filium gloriari , ad quem hæreditas suæ huius gloriæ & factorum imitatio pertinet. Idem.

Nullum monumentum pater clarius relinquere potest, quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ,pietatis,ingenij,filium. Philipp. 9

Hæredipeta.

C. Memmius quum accusaret Bestiam reum , cui patronus erat Scaurus, ac forte funus quoddam duceretur:Vide, inquit, Scaure,mortuus rapitur si potes esse possessor:notans Scaurum,qui malè audiebat , quòd Phrygionis Pompei bona sine testamento possideret.

H ANTE Y.

DE HYPOCRISI.

Hypocritarum castigatio dignissima.

Iuuen. Sat. 2 VLtra Sauromatas fugere hîc libet, & glacialē Oceanū,quoties aliquid de moribus audēt,
Qui Curios simulant,& Bacchanalia viuunt.
Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cœlum terris non misceat, & mare cælo,
Si fur displiceat Verri,homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos?Catilina Cethegum?
In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres?
Pers. Sat. 5 Pelliculam veterem retines,& fronte politus
Astutam rapido gestas sub pectore vulpem.
Senec. in Hipp. Vbi vultus ille,& ficta maiestas viri,
Atq; habitus horrens,prisca & antiqua appetens,
Morumq; senium triste,& aspectu graue?
O vita fallax,abditos sensus geris,
Animisq; pulchram turbidis faciem induis.
Pudor impudentem celat,audacem quies.
Pietas nefandum,vera fallaces probant,
Simulantq; molles dura.

Hypocrita regnant,quia nigrum in candidum vertunt, & contrà.

Ouid. 11. Meta. Nascitur Autolicus furtum ingeniosus ad omne,
Qui facere assueuerat,patriæ non degener artis,
Candida de nigris,& de candentibus atra.
Iuuen. Sat. 3 Cedamus patria,viuatq; Arturius isthic,
Et Catulus , maneant qui nigrum in candida vertunt.

H ANTE I.

HISTORIA.

Historicis quomodo citandi.

Cic. de Fin. EX annalium monumentis testes citamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis.

Exemp

5. Action. in Verrem. Exempla ex vetere memoria & monumentis ac literis,plena dignitatis,plena antiquitstis,bæc plurimum solent & authoritatis habere sd ptobandum,& iucunditatis ad audiendum.

Philipp. 11 Cuius prædicatio omnibus nondum grata est,húc memoriæ potius quàm vocis testimonio confirmemus.

2. de Orator. Videndũ est, ne quos ob beneficia diligi volemus, eorum laudem atque glorism,cui maximè inuideri solet,nimis efferre videamur.

H ANTE O.

HOMO.

Cic. 2. de Nat. Deorum. OMnia aliorum causa sunt generata, vt fruges stq; fructus , quos terra gignit animantium causa : animantes autem hominum , vt equum vehendi causa,arandi bouem,venandi & custodiendi canem.Ipse autẽ homo ortus est ad mundum contemplandum & imitandum.

1. Offic. Homines hominum causa sunt generati , vt ipsi inter se alijs slij prodesse possent.

2. Offic. Proximè & secundum deum homines hominibus maximè vnles esse possunt.

3. Offic. Hoc natura præscribit,vt homo homini,quicumq; sit , ob eam ipsam causam tantùm,quòd homo sit,consultum velit.

In Lalo. Sic nos nati videmur,vt inter omnes esset societas quædam.

3. Offic. Homo nsturæ obediẽs, homini nocere nõ potest.

3. de Finib. Oportet hominẽ ab homine ob hoc ipsum quòd homo sit,non alienum videri.

2. de Finibus. Impellimur natura,vt prodesse velimus quàm plurimis , imprimisq́, docendo , rationibusq́; prudentiæ tradendis.Itaque non facile est inuenire, qui quod sciat,ipse non tradat alteri. Ita non solùm propensi sumus ad discendum, verumetiam ad docendum.

2 Offic. Vt magnas vtilitates adipiscimur cõspiratione hominum atq; consensu : sic nulla tam detestabilis pestis,quæ non homini ab homine nascatur.

De Vniuers. Duplex est nstura generis humani,sed præstantius genus est eorum qui sunt viri.

In Part. Orat. Hominum duo sunt genera:alterum indoctum & agreste , quod antefert semper vtilitatem honestati : alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit.Itaq; huic generi laus,honos,gloria,fides, omnisq́; virtus:illi autem alteri, quæstus, emolumentum, fructusq́; proponitur,atq; etiam voluptas,quæ est maximè inimica virtuti,boniq́; naturam fallaciter imitando adulterat : quam immanissimus quisq; acerrimè sequitur,neq; solùm honestis rebus,sed etiam necessarijs anteponit.

4. de Finib. Hoc solùm animal homo natum est, pudoris ac verecundiæ particeps : appetens coniunctionem hominum , ac societatem , animaduertensq́; in omnibus rebus,quas ageret sut diceret, ne quid ab eo fieret,nisi honestè & decorè.

1 de Leg. Nihil est vnum vni tsm simile , tam par , quàm omnes inter nosmeipsos sumus.Quòd si deprauatio consuetudinum,si opinionum varietas,non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret quocumq; cœpisset : sui nemo tam similis esset, quàm omnes essent omnium.Itaq; quæcumque est hominis definitio, vna in omnes valet.quod argumenti satis est , nullam dissimilitudinem esse in genere : quæ si esset, non vna omnes definitio contineret.

Homini natura præscripsit,vt nihil pulchrius quàm hominem putaret. Est enim tanta vis naturæ, vt homo nemo velit , nisi hominis similis esse , & quidem formica formicæ. 1. de Nat. Deo.

Omniũ animantiũ formam vincit hominis figura. Ibidem.

Nullum est animal præter hominem,quod habeat aliquam notitiam Dei. 1. de Legib.

Homini cum Deo rationis societas est. 1. de Legibus.

Deus animal vnum spectabile hominem , in quo omnia animalia contineret,effecit. De Vniuers.

Sunt ex terra homines,non vt incolæ atq; habitatores,sed quasi spectatores rerum superarũ atq; cælestium , quarum spectaculum ad nullũ aliud genus animantium pertinet. Sensus autem interpretes ac nuntij rerũ, in capite tanquã in arce mirificè ad vsus necessarios & facti & collocati sunt.Nam oculi tanquam speculstores,altissimũ locum obtinent , ex quo plurima conspicientes fungãtur suo munere. Et aures cùm sonum percipere debeant,qui naturà in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Itemque nares,eò quòd omnis odor sd supera fertur, rectè sursum sunt : & quòd cibi & potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Iam gustatus,qui sentire eorum quibus vescimur,genera deberet, habitat in ea parte oris , qusm esculentis & poculentis iter natura pstefecit. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, vt omnes ictus, omnesq́; nimios frigoris & caloris appulsus sentire possimus.Atq; vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis naribusq́; dominorum ea quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habiturs , sic natura res similes procul amandauit à sensibus.Adde quòd ipsa natura primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit,quas perlucidas fecit,vt per ess cerni posset:firmas autem,vt cõtinerentur.Sed lubricos oculos fecit & mobiles, vt & declinarent si quid noceret,& aspectũ quò vellent, facilè conuerterẽt. Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus videretur. Auditus autem semper patet:eius enim sensu etiam dormientes egemus:à quo cùm sonus est sceeptus,è somno excitamur. Flexuosum iter hsbet, ne quid intrare possit,si simplex & directum pateret. Prouisum etiam,vt si qua minima bestiola conaretur irrumpere , in sordibus aurium tanquam in visco inhæresceret. 2. de Nat. Deo.

Principiò corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem,quę formam nostram, reliqnamq́; figuram , in qua esset species honesta , eam posuit in promptu : quæ autem partes corporis sd naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habiturę,eas contexit & sbdidit.Hanc naturæ tsm diligentem fabricá imitata est hominũ verecúdia.Quæ enim natura occultauit,esdẽ omnes qui sana mente sunt,remouẽt ab oculis,ipsiq́; necessitati dẽt operam,vt quàm occultissimè pareãt:quarumq́; partiũ vsus corporis sunt necessarij, eas neq; partes,neq; earũ vsus 1. Off.

suis nominibus appellãt: quodq; facere turpe nõ est, modò occultè id dicere obscœnum est.

1. de Legibus. Ipsum hominem tandem natura non solùm celeritate mentis ornauit, sed & sensus tanquã satellites attribuit ac nũcios, & rerum plurimarũ obscuras & necessarias intelligẽtias enodauit, quasi fundamenta quædã scientiæ, figuramq; corporis habilẽ & aptã ingenio humano dedit. Nam cùm cæteras animãtes abiecisset ad pastũ, solum hominẽ erexit, & ad cœli, quasi cognationis, domiciliiq; pristini conspectum, excitauit. Tum speciem ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret. Et oculi, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur: & is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores.

5. de Finib. Natura corpus hominis sic formauit & genuit, vt alia in primo ortu perficeret, alia progrediente ætate fingeret: neque sanè multum adiumentis externis vteretur. Animum autem reliquis rebus ita perfecit, vt corpus: sensibus enim ornauit ad res percipiẽdas idoneis, vt nihil aut non multum adiumento vllo ad suam confirmationem indigeret.

5. de Finib. Parui primo ortu sic iacent, tanquam omnino sine animo sint. Quum autem paulum firmitatis accessit, & animo vtuntur & sensibus, nituntutq; vt se erigant, & manibus vtuntur, & eos cognoscunt à quibus educantur: deinde ęqualibus delectãtur, libenterq; se cũ iis congregant, dantq; se ad ludendũ, fabellarumq; auditione ducũtur, animaduertunt quæ domi fiunt curiosius, incipiuntq; commentari aliquid ac discere: & eorũ quos vident, nolunt nomina ignorare: quibusq; rebus cũ æqualibus decertãt, si vincũt, efferunt se lætitia: victi debilitantur, animosq; demittunt.

1. Off. Semper in promptu habere debemus quantũ natura hominis pecudibus reliquisq; bestiis antecellat. Illæ enim nihil sentiunt nisi voluptatem, ad eamq; feruntur toto impetu. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndiq; aut audiendi delectatione ducitur.

1. Off. Si considerare volemus quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere, quamq; honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè.

5. de Finib. Quum dispicere cœperimus, & sentire quid simus, & quid animantibus cæteris differamus, tum ea insequi incipiemus ad quæ nati sumus.

1. Tuscul. Si nihil haberet aliud hominis animus, nisi vt appeteret aut refugeret, id quoq; commune ei esset cum bestiis. Habet primùm memoriam, & eam infinitam innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse vult.

1. Off. Hoc vnum animal homo sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat in factis dictisq;, qui sit modus. Itaq; eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatẽ & conueniẽtiam partium sentit, cauetq; ne quid indecorè effœminatéve faciat: tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidinosè faciat aut cogitet.

5. de Finib. Est natura sic generata vis hominis, vt ad omnem virtutem percipiendam facta videatur: ob eamq; causam, paruis virtutum simulacris, quatum in se habent semina, sine doctrina mouentur.

Nec figura corporis, nec ratio excellens ingenii humani significat ad hanc vnam rem natum hominem, vt frueretur voluptatibus. *2. de Finib.*

Nemo dignus est nomine hominis, qui vnum diẽ velit esse in voluptate. *2. de Finib.*

Hominem, nihil nisi quod honestum decorumq; sit, aut admirari, aut optare aut expetere oportet, nulli neq; homini, neq; perturbationi animi succumbere. *1. Offic.*

Nobis personã imposuit ipsa natura cum excellentia, præstantiaq; animantium reliquarum. *1. Offic.*

Homo cæteris animantibus longè præstat. *2. de Finib.*

Hoc vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possimus. *1. de Orator.*

Ratione præstamus beluis, per quam coniectura valemus, argumentamur, refellimus, differimus, conficimus & concludimus. *1. de Legibus.*

Inter hominẽ & beluã hoc maximè interest, quòd hæc tantũ, quantum sensu mouetur ad id quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paulũ admodum sentiens præteritũ & futurum. Homo autẽ qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causasq; rerũ videt, earũ progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusq; præsentibus adiungit atq; annectit futuras, facilè totius vitæ cursum videt, ad eamq; degendam præparat res necessarias. *1. Off.*

Homines, cùm multis rebus humiliores & infirmiores sunt, videntur hac re maximè bestiis pręstare, quòd loqui possunt. Quare præclarum mihi videtur adeptus is, qui quare homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. *2. Offic.*

Nulla re longius absumus à natura ferarum, quàm æquitate, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, vt in equis, leonibus, iustitiam, æquitatem non dicimus: sunt enim rationis & orationis expertes. *1. Offic.*

Homines etsi multis aliis, tamen hoc vno à bestiis plurimum differunt, quòd rationem habeant à natura mentis datam, mentemq; & acrem & vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, & sagacem, quæ & causas rerum, & consecutiones videat, & similitudines trãsferat, & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet, omnemq; complectatur vitæ consequentis statum. Eademq; ratio facit hominem hominum appetentem, cumq; iis natura & sermone & vsu congruentem, vt profectus à charitate domesticorum ac suorum currat longiùs, & se implicet primùm ciuium, deinde mortalium omnium societate. Atq; vt ad Archytam scripsit Plato, non sibi se solùm natũ meminerit, sed patriæ, sed suis, vt perexigua pars ipsi relinquatur. Et quoniã eadẽ natura cupiditatẽ ingenuit homini veri inueniendi, his initiis ducti omnia vera diligimus: tũ vana, falsa, fallentia, odimus. Eadem ratio habet in se quiddam amplum atq; magnificũ ad imperandũ magis, quàm ad parendũ accommodatũ. Omnia humana non tolerabilia solùm, sed etiã *2. de Finib.*

leuia ducens, altum quiddam & excelsum, nihil timens, nemini cedens, semper inuictum.

4. Tuscul. Videndum est ne quid humile, ne quid summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectum faciamus.

2. Tuscul. In dolore maximè est prouideodum ne quid abiectè, oe quid timidè, ne quid igoauè, ne quid molliter, ne quid seruiliter, muliebriter've faciamus.

2. Tuscul. Turpe, nec viro dignum videtur, gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari dolore.

2. de Finib. Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succumbere.

2. Tuscul. Ingemiscere nonounquá viro concessum est, idq; rarò: eiulatus ne mulieri quidem: sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim: nihil est enim fletu muliebri viro turpius.

2. Parad. Cùm tibi siue deus, siue mater rerum omnium oatura dederit animum, quo nihil est præstaotius, neq; diuinius, sic teipse abijcies atq; prosternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem putes interesse.

3 Tuscul. Nihil est turpius, aut oequius effœmioato viro.

2. Tuscul. Nos ita liquescimus, fluimusque mollitia, vt apis aculeum sine clamore ferre non posimus.

2. de Diuin. Nos ita leues atq; incoostantes sumus, vt si mures corroseriot aliquid, quorum est opus, hoc voum moostrum putemus.

Hominum studia & iudicia diuersa.

1. de Nat. Deorū Non est vna omnium facies.

2. de Finib. Quot homines, tot seotenoæ.

Cic. Att. lib. 2 Diuersa suot hominum studia.

5. de Finibus. Suo quisq; studio maximè ducitur.

De Fato. Multæ in naturis hominum dissimilitudines sunt, vt alios dulcia, alios subamara delecteot. Alij libidinosi, alij iracundi, aut crudeles, aut superbi sunt, alij à talibus abhorrent.

Pro Rosc. Ame. Noo in omoes omoia conueniunt.

5. Tuscul. Alij gloriæ seruiunt, alij pecuniæ: rari suot, qui cæteris omnibus pro oihilo habitis, rerum naturam studiosè intueantur: quod qui faciunt, & sapientiæ studiosi, & philosophi habeotur.

5. Tusculan. Suum cuiq; pulchrum est: adhuc neminē cognoui poëtam, qui sibi oon optimus videretur: sic res habet, te tua, me delectant mea.

Cic. Att. lib. 14 Nemo voquam neque poeta, oeque orator fuit, qui queoquam meliorem, quàm se, arbitraretur.

In Orat. ad Brut. In omni re difficillimum est formam optimi exponere: quòd aliud alijs videtur optimum. Varia enim sunt iudicia, nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat.

5 de Finib. Alij dolore mouentur, alij cupiditate, iracundia etiam mulò afficiuntur: & cùm in mala scientes irruunt, tamen se optimè consulere arbitrantur: itaque dicunt, nec dubitant, Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto, face. Eorū est querela qui sibi chari suot, seseq; diligunt.

Pro Mur. Sua cuiq; ciuitati religio est, nostra nobis: officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur: aliaque sunt iuuenum, alia seniorum, alia constantis ætatis, sunt & extrema quædam studia senectuos.

4. Tuscul. Vt natura alius ad aliquem morbum proclinior, sic animus alius ad alia vitia est propensior.

Homo id sequatur, ad quod natura magis est compositus.

Quam quisq; oorit artem, in ea se exerceat. 1. Tuscul.

Suum quisq; noscat ingenium. 1. Offic.

Quisq; ad id quod potest, detrudendus est. 1. de Oratore.

Diligentissimè hoc est eis, qui instituunt aliquos, atq; erudiunt, videndum, quò sua quemque natura maximè ferre videatur. 3. de Oratore.

Natura primùm, atq; ingenium, ad discendum vim affert maximam. 1. de Orat.

Ad quas artes aptissimi erimus, in ijs potissimùm elaborabimus: sin aliquando necessitas oos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij nō erūt, omnis adhibenda erit cura, meditaoo, diligeotia, vt ea si oon decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus. Nec tam nobis enitendum est, vt bona quæ nobis data noo sunt, sequamur, quàm vt vitia fugiamus. 1. Offic.

Quem potissimùm vitæ cursum sequi velimus, io hac deliberaoooe ad suam cuiusque oaturam, coosilium omne est reuocandum. 1. Offic.

Tuenda suot sua cuiq; oō vitiosa, sed propria, quæ contemplantes, expendere oportebit quid quisque habet sui, eaq; moderari, nec velle experiri quàm aliena deceant: id enim maximè quemq; decet, quod est suum cuiusq; maximè. 1. Offic.

Naturæ non attinet repugnare, nec quicquam sequi quod assequi nequeas, quòd nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua: id est, repugnante & aduersante natura. 1 Offic.

Hoc geoeri hominū propè oatura datum, vt qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis, cupidissimè persequantur. Pro C. Rabir. Post.

Ex Apophth. Eras.

Sic homines secundis rebus effrænati, sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum raoonis ac doctrinæ duci oportet, vt perspecta rerum humaoarum imbecillitate & varietate fortunæ, reddantur imbecilliores.

Hominis est peccare, dei verò peccata emeodare.

Prius debet esse homini, vt malo accepto medeatur, quàm vt regerat io alterum.

Ferè fit vt de leuioribus malis queraotur homines, grauiora dissimulent.

Aequum est vt homo se suis ac proprijs meoatur bonis poous, quàm exterois, quæ fortuna, cùm libet, dat: cùm visum est, eripit.

Ciues mundi omnes sunt homines.

Nullū est animal, cui tam varia vox sit, quàm homo.

Noo magnæ artis est hominem eò propellere, quò suapte natura pronus est.

Nemo magis hostis est homini, quàm ipse sibi, dū libidinē, dum iram, dum ambiooem variasq; cupiditates adhibet in coosilium.

Homo est, cui deest pecunia: homo oon est, cui deest erudirio.

Homines sunt ad voluptatem prooiores, quàm ad virtutem.

Homo nulla re meli⁹ cognoscitur, quàm oratiooe.

Homo expers philosophiæ, ad omnem vitæ functiooem est inutilis.

Muodus hic fanum est deo dignum, in quo coostitutus homo, semper honestè velut in coospectu numinis omnia cerneotis versari debet.

Natura hominis ficta. Cic. ad Q. fratrem. Multis simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtunditur vniuscuiusq; natura: frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò persæpissimè.

Homines pauci. Redeuntem ex Olympijs Diogenem quum quidã interrogassent, vidisset'ne illic multã turbã, Turbam, inquit, plurimam, sed homines perpaucos.

Homo ex Imperio noscitur. Vt nequeas cognoscere vas integrum sit nec'ne, nisi liquorem infuderis: sic nec hominem, nisi imperium commiseris.

Homo homini Deus.

Conueniens homini est hominẽ seruare voluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.

Plin. Secũd. li. 2 Deus est mortali iuuare mortalem. Et hæc ad æternam gloriam via.

Iuuen. Quadraginta tibi si quis deus, aut similis dijs,
Et melior fatis donaret homuncio.

Virg. in Tityro. O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Namq; erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Homo homini lupus.

Plau. in Asin. Lupus est homo homini, non homo, qui qualis sit, non nouit.

Ex Aristotele.

Homo homini amicus. Ethic. lib 8 cap. 1 Cernere licet in erroribus, quàm sit omnis homo homini amicus & coniunctus.

Ibidem cap. 12 Homo magis natus ad coniugium, quàm ad ciuilẽ societatem est.

Lib. 9 cap. 9 Est homo ad ciuilem congregationem, coniunctionemq; vitæ natus.

Ibidem. In vita, victuq; communi, in sermonum ac consiliorum societate & communione hominum inter ipsos consistit coniunctio.

Ex Platone.

Plato in Hipp. SOCR. Mala multò plura quàm bona omnes homines statim ab ineunte ætate per omnem vitam agunt, neq; sponte delinquunt.

In Sophista. THEO. Mihi nullus hominum deus, sed diuinus aliquis esse videtur.

Ibidem. HOSP. Aut homo est domesticũ animal, aut nullum animal est domesticum.

In Theæt. SOCR. Cùm in ordine rerum, ô amice, duo exẽplaria sint, diuinum quidem beatissimum, quod verò dei expers, miserrimum: non videntes ita rem se habere, stultitia extremaq; dementia occupati, latenter huic quidẽ similes ob actiones iniquas redduntur, illi contrà dissimiles. Cuius profectò delicti pœnas pendent, dũ vitã illi conuenientẽ, cui similes effecti sunt, ducunt. Enimuerò si dixerimus, quòd hos quidẽ, nisi à nequitia cessauerint, vita functos, locus ille malorũ expers non capiet, isthic autẽ propriæ vitæ similitudinẽ gerent, semper vnà cum malis mali versantes, respondebũt astuti malitiosiq; homines deliramenta quædam se audire.

Ibidem. SOCR. Homines huiusmodi omnes, quales descripsimus, ad opinionẽ falsam proni redduntur. Nam cùm quid vident, aut audiũt, aut cogitant, quia singula singulis mox reddere nequeunt, tardi sunt, præuaricanturq;. Nam peruersè vidẽt plurima, audiuntq;, & aliud sæpe pro alio cogitando decepti concipiunt, atq; hi falsi mentientes, ignari vocantur.

SOCR. Agri & arbores docere me nihil possunt, sed homines qui in vrbe versantur. *In Phæd.*

SOCR. Necessaria ratione concluditur, nos quadam rationis via ad id considerando perduci, videlicet donec corpus habemus, animusq; noster tanto malo erit admixtus, nunquã nos id quod desideramus, verum ad votum consecuturos. *Ibidem.*

SOCR. In deorũ genus nulli fas est peruenire, præter eos qui discendi cupiditate flagrantes & philosophati sunt, & puri penitus decesserunt. *Ibidem.*

ASPAS. Ex omnibus animantibus hominem genuit, qui cæteris intelligentia præstat, solusq; ius ac deos animaduertit. *In Menex.*

ASPAS. Profectò cùm nobis liceret turpiter viuere, honestè emori maluimus, quàm vos cæterósque posteros infamiæ cuiq; subijcere, ac parentibus nostris superioribusq; dedecori esse, putãtes homini suos dedecoranti non esse viuendũ: ei namq; neq; in vita, neq; post mortem amicũ aliquem esse vel hominum, vel deorum. *Ibidem.*

ADIMANT. Hoc natura omnis vt bonum expetit, lege autem ac vi ad æqualitatem seruandum ducitur. *2. de Rep. Dial.*

SOC. Multò pauciora nobis sunt bona quã mala. *Ibidem.*

SOCR. Nullus sponte vult ipso quodam sui præcipuo præstãtissimoq;, & circa res præcipuas præstantissimasq; mentiri, sed summoperè illud ibi timet mendacium.

SOCR. Videtur, ô Adimante, natura hominis esse concisa, vt nullo modo possis bene plura imitari, vel etiam ea facere, quorum imitationes ipsæ quædam sunt similitudines. *Ibidem.*

ATH. HOSP. Nõ seruari ac esse solùm hominibus summo in pretio habendũ existimamus, vt vulgus putat: sed vt quandiu sunt, optimi sint. *4. de Leg. Dial.*

ATH. HOSP. Genus hominũ immortale hoc modo in sempiternum perdurat, quòd filiorum filios relinquendo, vnum & idem semper per generationem adipiscatur immortalitatem. *Ibidem.*

An non decẽret hunc in modum eius causam defendemus? dicentes hominem scientiæ cupidũ ita natura institutum esse, vt ad id quod verè est, semper contendat, neq; moras trahat in his singulis ac plurimis, circa quę versatur opinio, sed vltrò progrediẽs non antè quiescat, quàm propriã cuiusq; naturã ea animi vi attigerit, qua id apprehendere conuenit. Conuenit autem vi quadam cognata, quæ cùm adhæserit, seq; ei quod verè est immiscuerit, atq; inde re vera intelligentiã veritatemq; genuerit, cognoscet vtiq, verũ, vereq; viuet atque aletur. *Socr. 6. de Rep. Dial.*

ATH. HOSP. Hominem mansuetum animal esse dicimus. Porrò si cum natura fœlici rectam quoque disciplinam fuerit assecutus, in diuinissimũ mansuetissimumq; animal solet euadere: sin verò non satis aut non bene fuerit educatus, ferocissimum omnium, quæ in terris nascuntur, animal redditur. *6. de Leg. Dial.*

ATH. HOSP. Perspicuum mihi videtur, ô Clinia, quando difficile domatur homo, & ad necessariam distinctionem serui à libero & domino re ipsa deduci ęgrè patitur, difficilem possessionem hominem esse. *Ibidem.*

ATH.

Ibidem. ATH. HOSP. Scire omnes oportet, hominum generationem vel nullum prorsus vnquam initium habuisse, neque terminum habituram, sed fuisse omninò semper, & fore: aut si cœpit, inæstimabili iam ante nos temporis magnitudine incepisse.

Ibidem. ATH. HOSP. Omnes homines qui communiter aliquid operantur, quandocumque & ad se inuicem, & ad opus ipsum intendunt animum, bene & pulchrè omnia faciunt.

7. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Oportere aio, quod studio dignum est, studiosè sectari, non digna verò nequaquam. Ac Deum quidem, omni beato studio dignum, hominem verò, sicut etiam suprà diximus, Dei ludo esse fictum, atque id verè ipsius optimum esse.

2. de Rep. Dial. ATH. HOS. Nocere non difficile, sed cuiuslibet hominis est: prodesse verò non cuiuslibet.

9 de Leg. Dial. ATH. HOS. Necesse est leges hominibus ponere, vt secundum leges viuant. Nam si absque ijs viuerent, nihilo à feris atrocissimis discreparent. Cuius rei causa est, quia nullius hominis ingenium ita natura institutum est, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, sufficienter cognoscat: & si cognouit vt optimũ id quod nouit, semper agere posit ac velit.

10 de Leg. Dial. ATH. HOSP. Qui deos esse putat secundum leges, nec facit vnquam sponte impium quicquam, nec loquitur. Faciunt autem aut dicunt impium aliquod in deos, vel quia deos esse negant, vel de rebus humanis ipsos nequaquam curare existimant, vel facilè votis & sacrificijs placari eos opinantur.

Ibidem. ATH. HOS. Res humanæ, virtutis naturæ participes sunt, & homo ipse præ cæteris animalibus Dei cultor diligentissimus est.

Ibidem. ATH. HOS. Quæcumque animam habent, transmutantur: quippe cùm in se causam transmutationis habeant, transmutata secundum ordinem legemq; fatorum feruntur: & quæ minus peccarunt, minus profundè, ac in regionis superficie vagantur: quæ magis atque atrocius, deciduntur in profundum, & in regionem inferiorem delabuntur.

11. de Leg. Dial. ATH. HOS. Pauci admodum natura homines, & ij quidem optima educatione prædıti, quando egestate, cupiditateq; rerum aliquarum afficiuntur, ita continere se possunt vt moderatè se gerant, & cùm liceat magnam pecuniam capere, modica contenti sint, mediocritatemq; excessui anteponant. Vulgus autem contrà facit: nam immoderata cupit, & cùm mediocriter lucrari liceat, inexplebili lucri cupiditate vexatur.

12. de Leg. Dial. ATH. HOS. Nunquam mortalis quispiam poterit Deum firmiter colere, qui hæc duo antea non acceperit. Primùm, quòd rerum omnium, quæ generationis participes sunt, antiquissima anima est, atq; etiam immortalis: cumq; talis sit, omnibus dominatur. Deinde, quod sæpius diximus, veram esse mentem in astris non ignoraret, & quæ antecedunt ad hæc disciplinæ, ipsum non lateant. Musæ etiam his conuenientis non ignarus, ad mores componendos, legesq; seruandas ipsis vtatur: possitq; earum rerum rationem reddere quæ rationem habent. Qui verò ad virtutes publicas hæc insuper nõ possederit, is nunquam fermè totius ciuitatis sufficiens princeps erit, sed aliorum minister.

ATH. HOS. Impossibile arbitror homines in hac vita præter admodum paucos fœlicitatem assequi. Bona tamen spes est, vt post mortem quis ea omninò consequatur, quorum desiderio accensus, optimè pro viribus egit vitam atq; exegit. *In Epino.*

SOCRA. Nos anima sumus, animal immortale, mortali inclusum monumento. Hoc autem tabernaculum non sine malo nobis circundedit natura, cuius læta quidem abstrusa sunt & volucria, pluribusq; doloribus admixta: tristia verò improuisa, diuturna, prorsusq; vacua gaudiorũ: valetudines nempe, membrorum vlcera, morbi interni. Quibus necessariò condolens anima cęlestem & cognatum desiderat æthera, sititq; cupidè supernæ illius cõsuetudinem gaudiaq; vitæ. *In Axioc.*

THEÆT. Difficile admodum est reperire hominem ingeniosum simul, & præ cæteris mansuetum atq; virilem.

SOCR. Protagoras inquit rerum omnium mensuram esse hominem.

HOSP. Quærebam vtrum hominum quispiam scire omnia posset. THEÆT. Beatum profectò, hospes, genus nostrum esset.

Anthropos, nomen ex verbo ita constitutum, illud significat, quod cętera animalia, quæ vident, non considerant, neque animaduertunt, neque contemplantur. Homo autem & simul videt, contemplatur, & animaduertit quod videt. hinc meritò solus ex omnibus animantibus Anthropos est nuncupatus, quasi Anatron, id est, contemplans. *Plat. in Cra. li. 23*

Hominem ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem, ad discendumq; promptissimum, & inexplebiliter inhiantẽ, meritò philosophum nuncupabimus. *5. Dial. de Iust.*

Existunt vel in vulgo, & multitudine homines quidam diuini, quamuis pauci, attamen digni quibuscum consuetudinem habeas. Hi non magis in bene moratis ciuitatibus quàm in alijs oriuntur. *Dial. 12. de Leg.*

Homine nihil miserius.

Hominis vitam variæ versutæq; calamitates *Sophocles.*
Malorum, omni tempore transmutant.
Homo spiritus solùm est, & vmbra.
Sic enim destinarunt dij miseris hominibus, *Aeschylus.*
Vt viuant in mœrore.
Nihil enim miserius est homine, *Homerus.*
Inter omnia quæ supra terram spirant ac repunt.

Facilè culpabilis est mirum in modum, ô bone vir, cuiuslibet hominis vita, vtpote nihil habens eximium, magnum & venerandum: sed nihil non paruum, imbecille, temporaneum, multis denique molestijs permixtum. *Antiphon.*

Quidnam est homo? Imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ lusus, inconstantiæ imago, inuidiæ & calamitatis trutina: reliquum verò, pituita & bilis. *Aristoteles.*

Omnes homines propter cõscientiam malè transactæ vitæ, perpetuis perturbationibus & timoribus exagitantur, fingentes interim mendacia de terrore post mortem. *Democritus.*

Calamitates hominibus imperant, & non homines

oes calamitatibus.

Socrates. Homines an homi mali've fuit, arte nulla discernimus.

Cato Maior. Minimè inuideri dicebat illis, qui fortuna sua bene ac moderatè vtuntur. non enim nobis homines, sed rebus nostris inuident.

Diogenes in Corintho vendendus, interrogante præcone, quid calleret, respōdit, Hominibus imperare. Risit præco, Et magnum artificium, inquit, vendo, si quis sibi dominum velit emere.

Demosthenes. Ego illum planè stolidum iudico, qui cùm homo sit, hominis fortunā exprobrat. Quomodo enim conuenit de fortuna gloriari, vel eam obijcere alteri illum, qui ipse nesciat, an sibi constans vel ad vesperum permansura sit, quamuis se vitam optimè & fœlicissimè agere putet?

Theodec. Vulgata ô senex, per Græciam
Fama circumfertur, & olim exploratum est,
Quòd hominum fortuna sit instabilis.

M.Sybion. Omnibus ostendit, quòd fortunæ splendor
Possesionem hominibus instabilem tradit.

Eurip. in And. O Regina, multis hominibus adsunt mala:
Alijs iam primùm desinunt, alijs periculum est ne adueniat.

Simonides. Vnam sententiam, optime vir, Homerus protulit,
Quòd hominum generatio talis est, qualis est foliorum.

Plutarchus. Hominum natura non'ne ex corpore & anima composita est? Corpus enim nisi anima vteretur, non viueret, neque anima existeret, nisi haberet cui inniteretur. Cùm igitur vtraque cognatis sibi virtutibus ornentur, anima quidem virtutibus, corpus verò viribus, forma, sanitate: an non admiratione dignum fuerit, corporeis neglectis, solius animæ bona recensere?

Eusebius. Homines viribus tantùm, robori & velocitati student, & quo pacto his clari fiant: animum verò per quem existunt, negligunt: ignorantes se illa tantùm excolere, quæ cum brutis commnnia habent: diuinissimam verò sui partem, secundum quam dijs aliquo modo similes redduntur, neglectui habere.

Plato. Principio tria genera hominum erant, non solùm mas & fœmina, sed & tertiū quoddam ex vtrisq; compositum, quod Androgynum dicebatur. Ipsum defecit, nomen solùm infame relictum.

Euriph. Pytha. Deus hominem preciosissimum animal in mundo collocauit, suæ quidem naturæ æquabilem, inspectorem verò futurum rerum ordinationis. Quamobrem nomina rebus imposuit designator earum factus: Literas etiam inuenit memoriæ thesaurum instituens, & vniuersitatis constitutionem imitatus est, iure ac legibus ciuitatum communionem concinnans.

Musonius. Quamobrem etiam homo secundum naturam viuere debet videri, non cùm in voluptate, sed cùm in virtute vitam degit. Sic demum enim & laudari iure poterit, & magnificè de seipso sentire, bonaq; spe & animi fiducia confirmari: ad quæ honesta læta & stabile gaudium necessariò sequuntur. Sed homo solus omnium in terra degentium Dei imago est, & similes ei virtutes habet.

Hier. ad Tat. Homo ex multis constat, & non manet in se, sed ex ætate in ætatem, ex vna forma in alteram vertitur atq; mutatur, adhuc in corpore degens.

Timocles. Homo natura laboriosum est animal.
Et multum vita molestiæ adfert secum.

Hippod. Thur. Homo non est natura fœlix, sed disciplina & cura indiget: nempe vt bonus fiat, virtute: vt fœlix euadat, fortuna eget.

Euriph. Pytha. Non enim per se perfectus est homo, sed imperfectus: perficitur autem partim à se, partim externa causa. Et perfectus euadit, aut secundum naturam, aut secundum vitam: secundum naturam quidem, si bonus fiat: secundum vitam, si fœlix. Homo qui deos sequitur, fœlix est: qui mortalia, infœlix.

Euripid. Homo semper infœlix natura credulus est.
Proximum enim plus se sapere putat
Ille, quem suæ rationes semper fallunt.

Quoties considerabat Diogenes in hominum vita, ciuitatum gubernatores, medicos ac philosophos, dicebat nullum animal homine sapientius. Idem contemplans somniorum interpretes, coniectores diuinos, cæterosq; qui gloriæ diuitijsq; seruiebant, aiebat sibi nihil videri homine stultius: indicans hominis ingenium ad res optimas accommodum, si exerceatur: sin ad vitia degeneret, longè esse infra mutas pecudes.

Homines non homines. Idem in foro clamitans, Adeste homines, multisq; congregatis non clamare desineret, quidam indignati, En adsumus, dixerunt. Tum baculo illos abigens, Homines inquit, adesse iussi, non sterquilinia. Eos hominis nomine indignos iudicans, qui brutorum more agerentur affectibus.

Pyrrho Heliensis cùm canem inuadentem repulisset, idem obijcienti respōdit, Perdifficile est prorsus hominem exuere.

Thrasea, referente Plinio iuniore, dicebat: Qui vitia odit, homines odit. Sentiens nullum esse hominem, qui vitijs non sit obnoxius.

Ex Poëtis.

Homo compositus.

Ouid. 15. Meta. Nos quoque pars mundi, quoniam non corpora solùm,
Verumetiam volucres animæ sumus.

1. Metamorph. Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Ibidem. Pronaq; cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

4. Fastorum. Sed nos in vitium credula turba sumus.

Homo ex lapidibus factus post diluuium, quibus innuitur humana vita miseria.

1. Metamorph. Magna parens terra est, lapidesq; in corpore terræ
Ossa reor dici: iacere hos post terga iubemur
Coniugis augurio: quanquam Titania mota est,
Spes tamen in dubio est, adeò cælestibus ambo
Diffidunt monitis. Sed quid tentare nocebit?
Discedunt, velantq; caput, tunicasq; recingunt,
Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (Quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas?)
Ponere duritiem cœpere, suumq; rigorem,
Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam.

Mox

Mox vbi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, vt quædam, sic non manifesta videri
Forma potest hominis, sed vti de marmore cœpta.
Non exacta satis, rudibusq; simillima signis:
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,
Et terrena fuit, versa est in corporis vsum.
Quo solidum est, flectiq; nequit, mutatur in ossa.
Quæ modò vena fuit, sub eodem nomine mansit,
Inq; breui spatio superorum numine saxa
Missa viri manibus, faciem traxere virorum,
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus, experiensq; laborum,
Et documenta damus, qua simus origine nati.

Homines corpus studiosius quàm animam curant.

1. de Rem. amo. Dura aliquis præcepta vocet mea: dura fatemur
Esse, sed vt valeas, multa dolenda feres.
Sæpe bibi succos, quamuis inuitus, amaros
Aeger, & oranti mensa negata mihi est.
Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.

Homines amandi, non eorum munera.

Ouid. Epist. 16 Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo,
Aut ego te potius, quàm tua dona sequar.

Hominis ornamentum barba.

13. Metamorph. Nec mea quòd rigidis horrent densissima setis
Corpora, turpe puta: turpis sine frondibus arbor.
Turpis equos nisi colla iubæ pendentia velent.
Pluma tegit volucres, ouibus sua lana decori est.
Barba viros, hirtæq; decent in corpore setæ.

Hominis miseria descriptio.

15. Metamorph. Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
Mox quadrupes, rituq; tulit sua membra ferarum.
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutis aliquo conamine neruis.
Inde valens veloxq; fuit, spatiumq; iuuentæ
Transit, & emeritis medij quoq; temporis annis
Labitur occiduæ per iter decliue senectæ:
Subruit hæc æui, demoliturq; prioris
Robora.

Boëtius Metro 5. lib. 5 Quàm varijs terras animalia permeant figuris.
Namq; alia extento sunt corpore, pulueremq; verrunt,
Continuumq; trahunt vi pectoris incitata sulcum.
Sunt quibus alarum leuitas vaga, verberetq; vẽtos,
Et liquido longi spatia ætheris enatet volatu.
Hæc pressisse solo vestigia, gradibusq; gaudent,
Vel virides campos transmittere, vel subire syluas.
Quæ varijs videas licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingrauare sensus.
Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumẽ,
Atq; leuis recto stat corpore, despicitq; terras.
Hæc (nisi terrenus malè desipis) admonet figura.
Qui recto cælum vultu petis, exerisq; frontem,
In sublime feras animũ quoq;, ne grauata pessum
Inferior sidat mens corpore celsius leuato.

Sil. Ital. lib. 15. belli Ciuil. Non'ne vides hominũ vt celsos ad sydera vultus
Sustulerit deus? ac sublimia finxerit ora,
Cùm pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarũ
Segnem, atq; obscœnã passim strauisset in aluum?
Proiecta iacent animalia cuncta Manil. li. 4. Astronom.
In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent.
Omnibus vna quies, venter, sensusq; per artus.
Et quia consilium non est, & lingua remissa,
Vnus & inspectus rerum, viresq; loquendi,
Ingeniumq; capax varias educit in artes.
Hic partus, qui cuncta regit, secessit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cœpit,
Imposuitq; viam Ponto, stetit vnus in arce
Erectus capitis, victorq; ad sydera mittit
Sydereos oculos, propiusq; aspectat olympum,
Inquiritq; Iouem, nec sola fronte deorum
Contentus manet, & cælum scrutatur in alto,
Cognatumq; sequens corpus se quærit in astris.

Homines tantùm diuinorum capaces sunt.

Quis enim bonus & face dignus Iuuen. Sat. 15
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos?
Vlla aliena sibi credat mala: separat hæc nos
A grege mutorum, atq; ideò venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Atq; exercendis capiendisq; artibus apti.

Homo fœlix, si Dei amore regatur.

O fœlix hominum genus, Boëtius Metr. 7. lib. 2
Si vestros animos amor,
Quo cælum regitur, regat.

Homo misericors sit.

Misericordias tandem habere hominem oportet. Plaut. in Most.
At quidem illuc ætatis, qui sit, non inuenies alterum Idem in Milite
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.

Homo ad malum pronior, quàm ad bonum.

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones. Horat. Epist. 1
Vt teipsum serues, non expergisceris?
Mobilis & varia est fermè natura malorum, Iuuen. Sat. 13
Cum scelus admittũt, superest constantia, quid fas
Atq; nefas, tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno
Flagitio?
Paruę poterunt impellere causæ Claud. libr. 2. in Eutrop.
In scelus, ad mores facilis natura reuerti.
Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non nouit. Plaut. in Asin.
Pernicies hominũ quæ maxima? solus homo alter. Ausonius.
Humani generis mores tibi nosse volenti Iuuen. Sat. 13
Sufficit vna domus: paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postquàm illinc veneris, aude.

Homines elati atque humiles sunt, vt se res habet.

Profectò hoc sic est, vt puto, Terent. in Heaut.
Omnibus nobis, vt res dant sese, ita magni atq; humiles sumus.

Hominum miseria.

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Virg. 3. Georg.
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Puluis

Hor.Od.4.lib.4 Puluis & vmbra sumus.
Stat.2.Syluarũ Nos vilis turba caducis
Deseruire bonis, semperq; optare parati,
Spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce
Despicis errantes, humanaq; gaudia rides.

Hominum natura peruersa & corrupta.

Ouid. 2. Amor. Quod licet, ingratum est. quod nõ licet, acrius vrit:
Quod sequitur, fugio: quod fugit, ipse sequor.
Idem li.3. Am. Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.
Sic interdictis imminet æger aquis.
Ibidem. Quicquid seruatur, cupimus magis, ipsaq; furem
Præda vocat.
Catullus. Odi, & amo: quare id faciam fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.
Oui.7.Metam. Aliudq; Cupido,
Mens aliud suadet: video meliora, proboq;,
Deteriora sequor.
Oui.1.de Arte. Nil nisi turpe iuuat, curæ est sua cuiq; voluptas:
Hæc quoq; de alterius grata dolore venit.
Hora.li.2.Epist. Discit enim citius, meminitq; libentius illud
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur,

Hominum ingenia varia.

Oui.1.de Arte. Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.
Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.
Hora.li.2 Epist. Deniq; non omnes eadem mirantur, amantq;.
Carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.
Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.
Horat.2. Serm. Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem,
Pugnis. Quot capitum viuunt, totidem studiorum
Millia.
Persius Satyr.5 Mille hominum species, & rerum discolor vsus.
Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper, & pallentis grana cumini.
Hic satur irriguo mauult turgescere somno.
Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In Venerem putris.
Propert. lib.3 Hic satus ad pacem, hic castrensibus vtilis armis.
Naturæ sequitur semina quisq; suæ.
Virgil.2 Eclog. Trahit sua quemq; voluptas.
Teren.in Phor. Quot homines, tot sententiæ: suus cuiq; mos.

Hominum dona varia, nec omnia vni concessa.

Claudianus. Etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli, nunquam syncera bonorum
Sors vlli concessa viro: quem vultus honestat,
Dedecorant mores: animus quem pulchrior ornat
Corpus destituit. Bellis insignior ille,
Sed pacem fœdat vitijs: hic publica fœlix,
Sed priuata domus: partitum singula quemq;
Nobilitãt, hunc forma decens, hũc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum solertia iuris,
Hunc soboles, casusq; thori.
Senec.in Hipp. Propria describit Deus
Officia, & æuum per suos ducit gradus.

Hominum genus quale, eiusq; excellentia.

Manil.lib.4 An dubium est habitare Deũ sub pectore nostro?
In cælumq; redire animas, cæloq; venire?
Vtq; sit ex omni constructus corpore mundus,
Aetheris, atq; ignis summi, terræq; marisq;,
Spiritum & in toto rapidum, qui iussa gubernat,
Sic esse in nobis terrenæ corpora sortis.
Sanguineasq; animas animi, qui cuncta gubernat,
Dispensatq; hominẽ, quid mirũ noscere mundum,
Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis,
Exemplumq; Dei quisq; est, in imagine parua.
An quoquam genitos nisi cælo credere phas est
Esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent.
Quid genus & proauos strepitis? Boet. de Consol. lib.3
Si primordia vestra
Auroremq; deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens,
Proprium deserat ortum.
Nouit paucos Senec. Trag.
Secura quies: qui velocis
Memores æui, tempora nunquam
Reditura tenet, dum fata sinunt.
Viuite læti: properat cursu
Vita citato, volucriq; die
Rota præcipitis vertitur anni.
Duræ peragunt pensa sorores,
Nec sua retro fila reuoluunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obuia fatis, incerta sui:
Stygias vltro quærimus vndas.
Certo veniunt ordine parcæ.
Labimur sæuo rapiente fato: Idem in Oed.
Ducitur semper noua pompa morti.

Hominum vita misera.

Prô superi, quantum mortalia pectora cæcæ Oui.6.Metam.
Noctis habent!
O quàm dura premit miseros conditio vitæ, Corn. Gal.
Nec mors humano subiacet arbitrio!
Dulce mori miseris, sed mors optata recedit.
At cùm tristis erit, præcipitata venit.
Mors sola fatetur Iuuen. Sat.10
Quantula sint hominum corpuscula.
Nescis quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies. Pub. Mimus.
Quid quisq; vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas. Sed improuisa lethi
Vis rapuit, rapietq; gentes.
Omnia sunt homini tenui pendentia filo, Oui.4.de Pont.
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Nulli est hominum perpetuum bonum. Plaut. in Cist.
Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.
Omnia mortali mutantur lege creata, Man.li.1.Astr.
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.
Venit enim properata malis inopina senectus, Boet. lib.1
Et dolor ætatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur vertice cani,
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
Mors hominum fœlix, quæ se nec dulcibus annis
Inserit, & mœstis sæpe vocata venit.
Heu heu, quàm surda miseros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere sæua negat.
Quid me fœlicem toties iactatis amici?
Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.
Heu quàm præcipiti mersa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras,

Terrenis

Terrenis quoties flatibus acta
Crescit in immensum noxia cura.
Sic quod præcipiti via
Certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.

Lucret. lib. 2 O miseras hominum mentes, ô pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantisq; periclis
Degitur hoc æui quodcumque est!

Idem lib. 5 Tum porrò puer, vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio, cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profudit,
Vagituq; locum lugubri complet, vt æquum est,
Cui tantum in vita restet transire malorum.
At variæ crescunt pecudes, armenta, feræq;
Nec crepitacillis opus est, nec cuiquã adhibenda est
Almæ nutricis blanda, atq; infracta loquela:
Nec varias quærunt vestes pro tempore cæli.
Denique non armis opus est, non mœnibus altis,
Queis sua tutentur, quando omnibus omnia largè
Tellus ipsa parit, naturaq; dædala rerum.

Persius Sat. 3 Disciteq; ô miseri, & causas cognoscire rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, & vnde.
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet, patriæ charisq; propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Iussit, & humana qua parte locatus es in te,
Disce.

Hominum natura.

Iuuen. Sat. 15 Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit, hæc nostri pars optima sensus.
Plorare ergo iubet casum lugentis amici,
Squalloremq; rei, pupillum ad iura vocantem
Circunscriptorem.

Ibidem. Hominum natura excellentia. Sensum à cælesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia, mundi
Principia indulsit communis conditor illis.
Tantùm animas, nobis animum quoque, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet,
Dispersos trahere in populum, & migrare vetusto
De nemore, & proauis habitatas linquere syluas,
Aedificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limine somnos.
Vt collata daret fiducia protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem.

Hominum crudelitas maior quàm ferarum.

Idem. Sed iam serpentum maior concordia, parcit
Cognatis maculis similis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tygris agit rabida cum tygride pacem
Perpetuam: sæuis inter se conuenit vrsis.
Ast homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est, cùm rastra & sarcula tantùm
Assueti coquere, & maris, ac vomere lassi
Nescierint primi gladios excudere fabri.
Aspicimus populos, quorum non sufficit ira
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo,
Vel quò nunc fugeret, si nunc hæc nostra videret
Pythagoras?

HONESTVM.

PAVS. Actionis cuiuslibet hæc est conditio, vt suapte natura neque honesta sit, neque turpis, vt ea quæ nunc agimus, bibere, canere, disputare. Nullum ex his seipso turpe vel honestum. Sed agẽdi modus actioni certum tribuit cognomentum. Quod enim bene recteq; agitur, honestum: quod non rectè, turpe resultat. Ex Platone in Conuiuio.

PAVS. Neque simplex est, sed rectè factum honestum, contrà turpe. Turpe quidem est prauo turpiter obsequi. Honestum verò bono atque honestè. Ibidem.

SOCR. Certè vt ego dico ô Pole, assero honestum bonumq; virum, & mulierem esse fœlicem: iniustum verò & turpem esse miserum. In Gorg. lib. 24

Id dicitur honestum, non quòd laudetur à multis, sed quia tale sit, vt vel si ignorent id homines, vel si obmutuissent, pulchritudine sua tamen esset, specieq; laudabile. Cic. 2. de Fin.

Honestum, etiamsi nobilitatum non sit, aut si etiam à nemine laudetur, laudabile est natura: quod si oculis cerneretur, mirabiles amores excitaret sapientiæ. 1. Offic.

Honestum, est quod detracta omni vtilitate sine vllis præmijs, fructibus've, per seipsum iure potest laudari. 2. de Finib.

Si non ipso honesto mouemur, vt viri boni simus, sed vtilitate aliqua atq; fructu, callidi sumus, non boni. Nam quid faciet is in tenebris qui nihil timet, nisi testem vel iudicem? quid in deserto loco, nactus quem multo auro spoliare possit, imbecillum atque solum? 1. de Legib.

Quicquid præter id quod honestum est, expetendum esse duxeris, in bonisq; numeraueris, honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euerteris. 3. de Fin.

Difficile est hominibus persuadere honestum propter ipsum eligendum. Off. Cic. sh. li. 15

Si ipsam honestatem vndique perfectam & absolutam, rem vnam præclarissimam omnium, maximeq; laudandam penitus videremus, quo gaudio compleremur, cùm tantoperè eius adumbrata opinione lætemur? 5. de Finib.

Sumus natura studiosissimi, appetentissimiq; honestatis: cuius si quasi lumen aliquod aspeximus, nihil est quod, vt eo potiamur, non parati simus & ferre & perpeti. 2. Tuscul.

Illud honestũ, quod in alio cernimus, nos mouet, atque illi in quo id inesse videtur, amicos facit. Omnis enim virtus nos ad se allicit, facitq; vt eos diligamus, in quibus ipsa inesse videtur. 1. Offic.

Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur, & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis? Quis est qui non oderit libidinosam, proteruam adolescentiam? Quis contrà, in illa ætate pudorem, constantiam non diligat? 5. de Finib.

Eos, quorum vita perspecta est in rebus honestis atq; magnis, & bene de Repu. sentientes, aut aliquo honore & imperio affectos obseruare & colere solemus. 1 Offic.

HONOR.

Honor potior mercede. Martius Coriolanus, quum in bello aduersus Volscos, ob bene nauatam operā denos sibi equos, totidemq; captiuos eligere iuberetur, & equo insuper donatus esset à consule: Lætor, inquit, à consule laudari, equumq; fortitudinis præmium lubens accipio: cætera non tam decora respuo. Nec aliud petijt præter Volscum quendam, quo hospite fuerat vsus.

Honor pretio prior. Titus Labienus equiti strenuo de præda Gallica aurum donarat. Id videns Scipio, dixit equiti: Habebis domum viri diuitis. Hoc audito eques aurum ad pedes Labieni abiecit. Idem cùm audiret Scipionem dicentem, Imperator te armillis argenteis donat, alacer gaudio abijt. Aurum contempsit eques, honorem amplexus est.

Honos alit virtutem. Quemadmodum tinctores eum potissimùm colorem inducunt, quo vident populum delectari: ita iuuentus ad ea studia potissimùm incumbit, quibus populus defert honores. Honos enim non solùm alit artes, sed etiam virtutes.

Honos eruditionis debitus. Sigismundus Imperator, qui vt linguarum ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditione præstantes semper ornare, ac prouehere studuit: quum à Germanis principibus, qui literas Latinas oderant, reprehenderetur quòd homines obscuro genere natos ob literas foueret: quidni, inquit, eos amem, quos natura cæteros antecellere voluit?

Honos non semper ijsdem. Cato senior ciues incusabat, quòd semper ijsdem committeret magistratum. Videmini, inquit, aut vilem habere magistratum, aut iudicare paucos esse dignos magistratu.

Honos nisi promeritus nō expetendus. Quum in Libya Domitium ingenti prælio superasset Pompeius, & milites illum Imperatoris titulo salutarent, negauit se eum honorem admissurum, quoad hostium vallum staret erectum. Hoc audito milites, licet ingens obstaret pluuia, impetu facto castra expugnarunt.

Honos virtutis. Cato senior, eos qui virtutem honore fraudarent, dicebat ipsam virtutem à iuuentute auferre. Sentiens præmijs animos iuuenum ad virtutem accendi: quæ si detrahas, ipsa virtus elanguescit.

Arist. 2. Eth. ca. 5 Est enim in ijs potius honos qui colunt, quàm qui coluntur.

Cic. 7. de fin. At verò honorem, intelligentiam, & omnes virtutes vi sua, ex se & propter se illas optamus: quandoquidem detracta omni opinione vtilitatis, tamen eorum singula optaremus.

Cùm Pylij decreuissent maximos honores Theopompo exhibere, rescripsit: Mediocres honores tempus ipsum auget, immodicos abolet. Significans quæ subitò in altum crescunt, nō esse diuturna: cæterùm quæ paulatim augescunt, ea ferre ætatem.

Cato maior dicere solebat eos, qui nimium magistratus ambirent, velut ignaros esse viæ: qui ne aberrarent, lictores qui præirent, quærebant.

Ex Plut. Mor. Vt colossi seu statuæ malè libratæ, sæpius subuertuntur: ita nimius honor per inuidiam multos euertit.

Ex Poëtis.

Non erunt honores vnquam fortuiti muneris. *Auson. in ludo sentent.*
In pretio pretium nunc est, dat census honores.
Census amicitias, pauper vbiq; iacet. *Ouid. 1 Fast.*
Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.
Quid dignum stolidis mentibus imprecer *Boëtius Met. 3. lib. 3*
Opes, honores ambiant,
Et cùm falsa mole graui parauerint,
Tum vera cognoscant bona.

Honoris perpetui intimatio.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit, *Virg. Eclog. 5*
Dum thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuū, laudesq; manebunt.
In freta dum fluuij current, dū montibus vmbræ *1. Aeneid.*
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet,
Semper honos, nomenq; tuū, laudesq; manebunt.

Honorabilis viri intimatio.

Namq; fuit dignus senior, quem carmine Phœbus, *Olymp. Nemes. Eclog. 1*
Pan calamis, fidibusq; Linus, modulatibus Orpheus,
Concinerent, atq; acta viri, laudesq; sonarent.

HOSPITALITAS.

In bono hospite atque amico quæstus est, quod sumitur. *Plaut. in Mil.*

Turpius ejcitur quàm non admittitur hospes. *Ouid. 5. Trist.*

Peregrinum quemuis qui in patria sua colitur, secundum leges proprias, bene precando & familiariter suscipere oportet, Iouis hospitalis memores, vt qui Deus apud omnes communis sit constitutus, & hospitalitatem ac inhospitalitatem inspiciat. *Charondas.*

Quomodo item hęc facientes in patrios ac indigetes deos non delinqueremus, & in Iouem gentilitium? Sicut enim is qui hospites affecit iniuria, Iouem hospitalem offendit: & qui lædit amicos, ita Philium Iouem. *Mosthenes.*

Haud vnquam arcet hostium. Adag.

De eo dicitur, qui impendiò hospitalis est, cuius fores patentes neminem excludunt.

Hospitis habenda cura.

Nam diuis reuerendus & immortalibus ille est, *Homer. Odyss.*
Quicumq; appulerit multis erroribus actus,
Nunc vti ego.

Scindere penulam.

Vulgo tritissimum est scindere penulam, per quod est impensius hospitem retinere atque inuitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam iniecta quasi vi conantur remorari.

Venit ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset. At ego ita egi, vt non scinderem penulam. *Cic. ad Attic.*

Fores habet tritas vt pastorum casa.

Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus, quòd pastores ab hominum commercio semotos vix vnquam quisquam interuisat.

HOSTIS.

Antiſthenes aiebat precari & optare oportere, vt bona multa citra fortitudinem hoſtibus cōtingerent. Nam ea non poſsidentiū, ſed vincentiū eſſe.

Antigonus olim hoſtibus ingruentibus cedens, dixit ſe non fugere, ſed vtilitatē retro ſitā perſequi.

Idem interrogatus, quomodo oporteret hoſtes aggredi, dixit: Aut dolo, aut vi, aut apertè, aut per inſidias.

Ageſilaus interrogatus, quid imperatorem habere oporteret, dixit, Aduerſus hoſtes audaciam, erga ſubditos beneuolentiam, in opportunitate verò rationem & conſilium.

Chabrias optimos imperatores eſſe dixit, qui res hoſtium notiſsimas haberent.

Quicumque conſilijs contra hoſtes iuuat, potior ijs eſt, qui ſine prudentia pugnandi robore ipſos aggrediuntur.

Thucydides. Hoſtes aliquis hoc pacto vehementiſsimè læſerit, ſi rebus iſtis eos afficiat, à quibus ſibi maximè ipſos metuere certò reſciuerit. Procul dubio enim ea quæ maximè terribilia ipſis videntur, imprimis metnunt.

Demoſthenes. Omnis rex & tyrannus, hoſtes ſunt libertatis, ac legibus aduerſantur.

Democritus. Vt de feris & ſerpentibus nobis inimicis ſcriptum eſt, ſic etiam aduerſus homines facere licitum mihi videtur: nempe vt hoſtis vbiuis gentium ſecundū patrias leges occidatur, ſi nulla lex obſtet.

Ex Demoſthene.

Orat. 2. contra Ariſtog. Qui calumniatorem tuetur, bonorum hoſtis eſt natura & genere: niſi quis ſycophantæ & improbi ſemen & radicem velut agricola putat oportere relinquendam in vrbe.

Orat. 3. contra Philipp. Qui ea quibus ego capiat, agit & parat, hic mihi hoſtis eſt, & ſi nondum feriat neq; iaculētur.

Ex Orat. de ordinatio ciuit. Armis hoſtes vincendi ſunt, & in his eſt ſalus Reip.

Ex Orat. de rebus Cherron. Fieri non poteſt vt externos hoſtes vincatis, niſi animaduertatis in domeſticos hoſtes, & inteſtinos illius miniſtros: ſed neceſſe eſt incurrentes in hos, vt ſcopulos, ſerius occurrete illis.

Hoſtes me ſemper tales inſequantur. Adag.

Cùm quoſdam libenter odimus, ac ſimultatem illorum contemnimus.

Si quid mali in Pyrrham.

Ouidius. Hoſtibns eueniant conuiuia talia noſtris.
3. de arte. Hoſtibus eueniat tam fœdi cauſa pudoris.
3. Faſtor. Eueniat noſtris hoſtibus ille color.
Lib. 2. Eleg. Hoſtibus eueniat vacuo dormire cubili.
Hoſtibus eueniat vita ſeueta meis.
Lib. 3. Eleg. Eueniat nnſtris hoſtibus ille pudor.
Vir. 3. Geor. Dij meliora pijs, errorem'q́, hoſtibus illum.
2. Amend. Dij capiti illius generiq́; reſeruent.
Propertius. Hoſtibus eueniat lenta puella meis.
Hor. in Odis. Hoſtium vxores, puerıq́, cæcos
Sentiant motus orientis Auſtri.
Teren. in Heau. An obſecro te iſthuc inimicis ſiet.
Idem in Eunu. Vtinam ſic ſint, qui mihi malè volunt.

Hoſtis non hoſtis.

In eum qui nulla laceſsitus iniuria, tamen quæ ſunt hoſtium, facit.

Hoſtium munera non munera.

Quin verum id eſt mortalium prouerbium, *Soph. in Aiace.*
Non eſſe dona, dona quæ veniant tibi
Ab hoſte, verùm inauſpicata ac noxia.
Aiaci datus enſis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, vtriq; ſuum donum erat exitio.
Atq; ita ab hoſte hoſti veniunt letalia dona,
Quæ ſtudij ſpecie ſita necemq́; ferunt.
Lædit, iuuat nihil improbi munus viri. *Eurip. in Med.*
Ab hoſte dicta ne vnquam amica duxeris.
Diffiſus hoſti, nil feres vnquam mali.

H ANTE V.

HVMANITAS.

Humanitas ſicurat optimè.

Dicebat Fab. Max. abſurdum videri, ſi equos & canes venaticos cibo familiaritateq́; cicuremus, potiuſquàm catenis aut verberibus: homines autem feroces animo, non humanitate ac beneficijs nobis conciliemus, ſed aſperiores in illos ſimus quàm agricolæ ſunt in caprificos, ac malos ſylueſtres, qui has non protinus excidunt, ſed docent inciſione miteſcere.

Humanitas plus valet quàm vis.

Inter Xerxem Darij filium & Arimenem fratrem de regno erat contentio. Itaque cùm Xerxes intellexiſſet fratrem aduenire, miſit illi munera, & ijs quibus ea mandarat perferenda, iuſsit vt his verbis vterētur, His te honorat frater tuus: quòd ſi rex fuerit, apud ipſum eris omnium primus. Hac humanitate delinitus Arimenes contentionem remiſit.

Crebrò ſolebat in concione admonere milites Ageſilaus, ne captiuos vt facinoroſos cruciarēt, ſed vt homines ſeruarent. Infantibus bello captis prouidit, vt in vnum locum comportarentur, ne perirent. Eandem curam impēdit ſenibus captiuis.

Ariſto cuidam laudanti dictum Cleomenis, qui amicis benefaciendum inimicis malè, dicebat: At quanto præſtantius eſt, inquit, amicis benefacere, & ex inimicis amicos reddere?

Humanarum rerum connexio.

Eodem modo humanæ res ſe habent inuicem, quo catenę circuli, qui mutuo complexu hętent, & ſe inuicem ſequuntur: quòd ſi vnum ex eis attrahas, tota catena cum ſuo principio ſequetur. Ita quicquid in vitæ negotijs tibi ſumas, reliqua neceſſariò ſequi, ordine continuo ſuccedentia deprehendes. *Bryſon in Oeco.*

Humanum ingenium.

At ſi fatearis humanum ingenium apiculæ ſimillimum eſſe, quæ ſola viuere nequit: perit enim ſi relinquatur ſola: ſed ad vnum & commune opus ſuarum congenerum tota inclinat, operam ſuam omnem & ſtudium proximis coniungens. *Muſonius.*

Ex Demoſthene.

Humanitas contra inuidiam, & iuſtitia aduerſus improbitatem, bonaq́; omnia contra mala, velut in acie collocantur. *Ex Ora. ad Lep.*

Miror ſi nemo veſtrum cogitat turpe eſſe, populum Athenienſem ſapientiæ, doctrinęq́; opinione cęteros omnes antecellere, ad quem in rebus ad- *Ex 5. Epiſt.*

uersis tanquam ad commune perfugium cõfugi solet, Philippo inhumaniorẽ videri, qui à nemine admonitus, tamẽ cùm prosperis rebus vsus esset, tum maximè humana se agere oportere putauit, ab ijs qui contrà in acie steterant, & cum quibus de summa rerũ contẽdisset, qui & cuiates essent, neque inquirere, neque declarare passus est.

Ex 17. Proem. Optarẽ vos Athenienses, qua erga alios oẽs vò consueuistis humanitate, eadẽ etiã erga vos ipsos vti.

Humana ferenda sunt.

Cic. de clar. Ora. Nobis hominũ ineptiæ ac stultitiæ deuorandę sun..

Cic. Tit. fam. 5 Homines nos esse meminerimus ęa lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita su vita nostra: neque esse recusandum quo minus ea, qua nati sumus, conditione viuamus: oe've tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare posimus: euentisq; aliorum memoria repetendis oihil accidisse ooui nnbis cogitemus.

Cic. Aul. Torq. famil. 5 Simus ea mente, quam veritas & raoo præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus: eaq; cùm careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus.

Cic. Mess. fam. 5 Præter culpam & peccatum homini accidere nihil potest, quod sit horrẽdum aut pertimescendum.

Cic. Torq. fam 6 Ferẽda est fortuna, præsertim ea quæ abest à culpa.

Ibidem. Euersis rebus omnibus quum consilio profici nihil posit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderatè.

Ibidem. Perditis rebus omoibus, ipsa virtus se sustentare posse videtur.

3 Tuscul. Magna vis est in virtutibus: eas excita si fortè dormiunt, iam obi aderit princeps fortitudo, quæ te tanto animo esse coget, vt omnia quæ posint homini euenire, contemnas, & pro nihilo putes.

Cic. Cur. fam. 7 Ratio in consolando plurimum valere debet.

3. Tusculanar. Summa est stultitia frustra confici dolore, cùm intelligas oihil posse profici.

Cic. Attic. li. 14 Nobis quicquid acciderit, fortiter & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimns.

Cicer. pro Sest. famil. 5 Communem, incertumq; casum, quem neq; vitare quisquam nostrum, neq; præstare vllo pacto potest, sapienter feramus.

Cic. Mess. fam. 5 Vt secunda moderatè tulimus, sic non solùm aduersam, sed fuoditus euersam fortunã ferre debemus.

Cic. Torq. fam. 6 Nihil est præcipuè cuiquam dolendum in eo quod accidat vniuersis.

3. Tuscul. Necesitas ferendæ cõditionis humanæ, qoasi cum Deo pugnare prohibet, admonetq; esse hominem: quæ cogitatio magnoperè luctum leuat.

3. Tuscul. Nihil est quod plus valeat ad ponendum laborem; quàm cùm est intellectum nihil profici, & frustrà esse susceptum.

Cic. Torq. fa. 6 Quando præstitimus quod debuimus, moderatè quod euenit, feramus.

2. de Finib. Est etiã in oobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucuodè ac suauiter meminerimus.

Cic. Cecina fa. 6 Leuat dolorem communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio.

Cic. Torq. fam. 6 Leuis est tamen consolatio ex miserijs aliorum.

3. Tusculan. Eorum qui grauius ferunt luctus, aliorum exemplis leniuntur. Sic perpesio cæterorum facit, vt ea quæ acciderint, multò minora, quàm quanta sunt existimata, videantur.

Ipsa ægritudo lenitur, cùm obijcimus mœrentibus imbecillitatem animi effœminati, cumq; eorum grauitatem, constantiamq; laudamus, qui non turbulenter humana patiantur. *4. Tuscul.*

Motus animi, sollicitudines, ęgritudinesq; obliuione leniuntur, traductis animis ad voluptatem. *3. Tuscul.*

Omnibus modis fulciendi sunt qui corruunt, nec cohærere possunt propter magnitudinem ægritudinis. *3. Tusculan.*

Hæc sunt officia consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, oec pati manare longius, aut ad aliam traducere, aut in consolando detrahere illam opinionem mœrẽti, si se officio fungi putet iusto atque debito. Sunt enim qui gratum mortuis facere, si grauiter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quædam. Existimant enim dijs immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & stratos esse fateantur. *3. Tuscul.*

Sunt qui consnlationem respuant: sed refert quomodo adhibeatur. Vt enim tulerit quisq; eorum qui sapienter tulerunt, non quo quisq; incommodo affectus sit, prædicandum est. *3. Tuscul.*

Nihil hoc fieri turpius, aut dici potest, quàm eum, qui hanc personam susceperit vt amicorum controuersias, causasq; tueatur, laborãtibus succurrat, ægris medeatur, afflictos excitet, hunc in minimis tenuisimisq; rebus ita labi, vt alijs miserandus, alijs irridendus esse videatur. *1. de Orator.*

DE HVMILITATE.

Humiles Deus extollit, superbos deprimit.

Valet ima summis *Hor. Od. 34. li. 1*
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens.
Vim temperatam dij quoq; prouehunt, *Idem Od. 4. li. 3*
In maius: idem odêre vires
Omne nephas animo mouentes.
Testis mearum Cenómanus Gyges
Seotentiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris terra dolet suis,
Mœretq; partus fulmine luridum
Missos ad Orcum.
Laus vera humili sæpe contingit viro. *Sen. in Thyest.*



I ANTE A.

DE IACTANTIA.



Mores! vsq; adeo'ne *Pers. Sat. 1*
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. *Idem Sat. 4*

Citò ignominia fit superbi gloria. *Pub. Mim.*

Iactantia comes inuidia.

Posideat tacitus si qua adsunt munera diuûm. *Homer. Odyss.*

Iactantia turpis.

Haud sanè pulchrum sese iactare superbè. *Homer. Iliad.*

Vide Vanitatem.

I ANTE G.

IGNAVIA.

Ouid.4. de Pont. CErnis vt ignauum corrumpant otia corpus,
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ.
Et mihi ſi quis erat dicendi carminis vſus,
Deficit, eſtq; minor factus inerte ſitu.

Senec. in Med. Fortuna fortes metuit, ignauos premit.

Plaut. in Bacc. Sibi ne inuideatur, ipſi ignaui rectè cauent.

Ex Demoſthene.

1. Orat. contra Philip. Rerum occaſiones tarditatem noſtram & ignauiam non expectant.

Ibidem. Si quod quiſq; vult quærens deſidebit, & vt ipſe nihil faciat, ſecum reuoluens, primùm ſanè nullos vnquam inueniet qui facturi ſint.

4. Orat. contra Philipp. Cùm non pauca Reipub. ſint errata, neq; ex paruo tempore collecta, quibus hęc Reip. negotia malè ſe habent, nihil eſt omnium io præſentia nocentius, quàm quod vos animis alienati eſtis à rebus, & tantiſper operam datis, dum audientes ſedetis, ſi quid noui nuntiatum fuerit.

Ex Orat. de rebus Cherron. Turpe quidem eſt, proh ſupreme Iupiter, & omnes cælites, & indignum vobis, & ciuitatis amplitudine, & rebus geſtis maiorum, veſtræ ignauiæ cauſa reliquos omnes Græcos in ſeruitutem proijcere.

Olynth.1 Quòd multa bello perdidimus, ignauię noſtrę meritò aſcribi conuenit.

Orat. 3. contra Philipp. Eodem modo quo qui tempeſtatem expectant, mihi videntur contemplari, tum ſinguli precantur ne ad ſe perueniat, prohibere verò nemo conatur.

Ex 49. Proœm. Quo magis ſecuro erũt animo, eò citius peccabũt.

Ex Orat. 3. cõtra Philipp. Quoniam vos neq; parum neque magnum quicquam eorum quæ oportebat, feciſtis, res noſtræ malè ſe habent: quòd ſi omnia quæ decebat feciſſetis, rebus ita affectis ne ſpes quidem erat ipſas meliores fore: nunc autem ignauiam veſtrã & negligentiam vicit Philippus, ciuitatem verò non vicit, neq; vos eſtis victi, imò ne moti quidẽ.

Ex Orat. ad Philip. epiſt. Quænam eſt cauſa cur ille plures res quàm nos ſuperiori bello ex aoimi ſententia geſsit? Hic ipſe militat, labores perfert, periculis adeſt, neq; occaſionem rei bene gerendæ prætermittens, neque vllam anni partem omittens: nos verò nihil facientes, hic perpetuò ſedemus cunctabundi, tum decernentes, tum interrogantes, ſi quid noui in foro dicatur.

Ex Orat. de fal. Legat. Sæpe contingit vt multarum magnarumq; rerum occaſio breui tempore ſuboriatur: quam ſi quis ſua voluntate hoſtibus condonarit & prodiderit, nequicquam facere poterit, vt eam poſtea recuperet.

Olynth.1 Turpe eſt, vel potius turpiſsimum, non ſolùm vrbes & loca, quorum aliquãdo fuimus domini, proijcere videri, verùm etiam comparatos à fortuna ſocios & occaſionem.

Ex 49. Proœm. Fortuna volubiles habet mutationes, & in vtramq; partẽ, vel ſecundas ad res vel aduerſas: quæ verò per ignauiã hominũ fiunt, ea certas clades afferũt.

Ignauia reprehenſio.

Boët. de cõ. lib. 4 Ite nunc fortes, vbi celſa magni
Duxit exempli via. cur inertes
Terga nudatis? ſuperata tellus
Sydera donat.

Scipio ſenior militi cuidam, cui ſcutum erat elegantius ornatum, Non miror, inquit, quòd ſcutum tanta cura ornaris, in quo plus habeas præſidij quàm in gladio: ſignificãs illum ignauũ. Nam clypeus tuetur, ſed gladius fortitudinis organum eſt.

Myronides dux aduerſus Bœotos, edixit vt Athenienſes exirent. Quum autem adeſſet congrediendi tempus, ducesq; monerent omnes non adeſſe: Adſunt, inquit, qui pugnaturi ſunt. Hos itaque cùm videret promptos, hoſtem aggreſſus vicit. Sic interpretans, eos qui ignauia non tempeſtiuè adeſſent, ne in pugna bonam operam nauaturos. *Ignaui non expectandi.*

Qui nimiũ timet, parũq; confidit, ignauus dicitur. *Ariſt. li. 2. ca. 7. Ethicorum.*

Qui metuendo modum egreditur, is ignauus timidus've appellatur. Nam & quæ metuenda non ſunt, & quemadmodum non ſunt, quæq; ſunt eiuſdem generis, omnia eum conſequuntur. *Idem li. 3. cap. 7*

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit. *Fauſtus.*
Non decet ignauum præterijſſe diem.

Nunc ſum ignauus, quia præteritos labores fruſtra tuli. *Euripides.*

Genitos oportet, quoad vixerint, laborare. *Menander.*
Ignauia enim non alit frugalem vitam.

Ignauis ſemper feriæ ſunt.

Semper feriæ inertibus. *Theocr. in Bucc.*

Ignaui vertitur color.

Vertitur ignaui color, euariatq; ſubinde, *Homer. Iliad 13*
Nec mens certa manet, verùm huc illucq; vacillat.
Ac migrans è corde pedes in vtroſq; reſidit.
Palpitat & validè cor ei præcordia ſubter
Fata putanti animo, occipiuntquoq; ſtridere dẽtes.
Contrà forti nec variat color, at neq; valde
Horreſcit.

Nec ſibi nec alijs vtilis.

Quamobrem vt antè dixi, contemnuntur ij qui nec ſibi, nec alijs proſunt, vt dicitur. *Cic. in Offic.*

Omnia qui per ſe ſapiat, longè optimus ille eſt, *Heſiod. in opere quod dicitur, Opera & dies.*
Multo antè expendens quænam ſint optima factu.
Is tamen & frugi eſt, qui paret recta monenti.
At qui nec per ſe ſapiat, neq; mente reponat
Ex alijs audita, vir vndiq; inutilis hic eſt.

Neque compluitur, neque ſole aduritur.

Nec æſtuoſam, nec nimis cedo frigidam. *Ariſto. in Ran.*

Neque natare, neque literas.

Qui verò contrà affecti, ſapientes appellãdi, etiamſi neq; literas, vt dicitur, neq; nat[illegible] ſciant. *Plato de Leg. 3*

Sed quemadmodum dici conſueuit, perinde coarguendum exiſtimans, quaſi qui neq; literas, neq; natare norit. *Ariſt. in Apol.*

Ne tria quidem Steſichori noſti.

De vehementer indocto & ignauo dici ſolitum.

Ab aſino delapſus.

In eos dicitur, qui inconſultè quippiam agunt, aut qui à præſentibus negotijs, quibus ob ignauiam vti nequeunt, excidunt.

Mihi ſanè videtur ſermo velut equus vndiquaq; reſtringendus, ne tanquam os habens effræne, im- *Plato de Leg. 5*

petu abreptus, iuxta prouerbium, ab asino tanquam à mente excidat.

Arist. in Nub. Mali, vt videtur, accidit tibi quippiam.
Ita per deos, equos agens, miser excidi.
Quid hæc ita vt asino delapsus blatteras?

Horat. Sat. 3 Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Domi pugnans more galli.

In eum, qui semper domi desidens, non audet in bellum foras proficisci.

Ne vidit quidem oleum.

Et quando ille oculis oleum cunspexerat vnquam?

IGNOMINIA.

Ignominia magis mouentur homines, quàm gloria.

Cice. in Partit. Quis honorem, quis gloriam, quis laudem, quis vllum decus tam vnquam expetit, quàm vt ignominiam, infamiam, cõtumeliam, dedecus fugiat?

Ibidem. Nemo est tam agrestis, quem si non ipsa honestas, cõtumelia tamẽ & dedecus magnopere moueat.

IGNORANTIA.

Ignorare ea, quæ scire quemq; decent, malum est.

Hora. Sat. 6. li. 2 Sed quod magis ad nos
Pertinet, & nescire malum est, agitamus: vtrum'ne
Diuitijs homines, an sint virtute beati,
Quid've ad amicitias, vsus, rectum've trahat nos.
Et quæ sit natura boni, summumq; quid eius.

Boet. Metro 8. lib. 3 Heu heu, quæ miseros tramite deuio
Abducit ignorantia.
Non aurum in viridi quæritis arbore,
Nec vitæ gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis
Vt pisce ditetis dapes.
Nec vobis capreas si libet sequi,
Tyrrhena captatis vada.
Sed quonam lateat, quod cupiunt, bonum
Nescire cæci sustinent,
Et quod stelliferum transabijt polum,
Tellure demersi petunt.

Sene. in Oed. Inertis est nescire quid liceat sibi.

Ignorans non est poeta vocandus.

Horat. in Arte. Descriptas seruare vices, operumq; colores
Cur ego si nequeo ignoroq;, poeta salutor?
Cur nescire pudens praue, quam discere malo?

Senec. in Oedip. Iners malorum remedium ignorantia est.

Porphyrius. Est omni ex parte ignoratio sui mala, siue quis intus suæ dignitatis amplitudinem ignorans diuinam in se partem neglectam humiliet, siue extra humilitatem naturæ sibi appositam ignorans, ob extrinseca extollatur, nesciens omnem naturam mortalem ita se habere prorsus:
Vt puer accumulans multum per littus arenæ,
Vnde sibi fingit permulta, sed omnia statim
Confundit manibus ludens, pedibusq; repulsat.
Quiuis igitur qui per ignorantiam sui, quæ circa se sunt, extollit, is plus attribuit naturæ, à qua fabricatus est, quàm ipsamet requirat, vt pote ludicra eius facta tanquam magna & grauia demiratus.
Ignorans aliquid eorum, quę legibus continentur, puniettur.

Si quis non ignorans gerat ea, ex quibus nascatur iniustus, profectò volũtate sua efficiatur iniustus. *Aristo. li. 3. ca. 5 Ethicorum.*

Quinenam eos puniunt qui aliquid eorum, quæ legibus continentur, quæ ipsa & cognosci debent, nec sunt difficilia. Itemq; in cæteris, si qui negligentia impediti aliquid videntur ignorare, quod in eis situm erat, vt ne ignorarent. *Ibidem.*

Etenim erroris & ignorantiæ causa in eo vindicatur, qui sua culpa nescierit.

Quod ignorantia fit, non est omne voluntarium: at quod est non voluntarium, idem molestum est, & causas affert pœnitentiæ. Nam qui ignorãs aliquid fecit, nec se id egisse molestè fert, non fecit ille quidem sponte quod ignorauit, nec rursum inuitus, cùm minus ægrè ferat. *Cap. 1. lib. 3*

Eorum qui per ignorantiam aliquid faciunt, is quidem quem facti pœnitet, inuitus: quem non pœnitet, appelletur sanè non volens. *Ibidem.*

At ignorant improbi omnes quæ facienda sunt, quæq; fugienda: iniustiq; & mali ex errore nascuntur. Nec si quis quod vtile sit, ignoret, quod aget, dicatur non voluntarium. *Ibidem.*

Neq; enim aut imprudentia & ignorantia ea, quæ ab animo & voluntate suscipiiut, & proficiscuntur, non voluntarij causa est, sed peccati. *Ibidem.*

Ex Platone.

SOCR. Malum quidem ignorantia est, &, vt nunc loquimur, stoliditas quædam. PRO. Quidni? SOCR. Ex his vide ridiculum illud quam naturam habet. PRO. Dic modò. SOCR. Est vtique summatim deprauatio quædam habitus alicuius cognomento dicta, improbitatis verò vniuersæ genus quoddam est, contrà prorsus babẽs quàm Delphica præcepta docẽt. PRO. Præceptum hoc inquis, ô Socrates, nosce teipsum? SOCR. Aio. Oppositum huic esset, si fortè præciperetur, nullo modo teipsum nosce? PRO. Esset. SOCR. O Protarche, conare nunc id trifariam distribuere. PRO. Dic tu: ego enim nequeo. *In Philebo.*

SOCR. Non'ne quisq, ex his qui seipsos ignorant, secundum tria id pariter necessario? PROT. Quomodo? SOCR. Primò enim secundum pecunias, opulentiorem quippe quàm sit, aliquãdo seipsum existimat. PROT. Multi quidem ita decipiuntur. SOCR. Plures etiam qui maiores formosioresq;, se putant, & quæcumq; ad corpus attinent supra quàm re vera sunt. PROT. Plures profectò. SOCR. Plurimi deniq; qui animi dotes maiores quàm habeant, habere se putant. PRO. Et maximè quidem. SOCRA. Quantum verò ad virtutes animi pertinet, non'ne vulgus sapientiam prorsus sibi vendicans plenum est contẽtionibus, falsaq; sapientiæ ipsius opinione? PRO. Quidni? SOCR. Si quis ergo affectionem illam malum quiddam vocarit, rectè nimirum appellabit. PRO. Maximè. *Ibidem.*

SOCR. Ignorantia potentum, robustorumq; hominum hostilis atq; teterrima est res. Hæc enim & quęcumq; eius similia, proximis omnibus noxia. sin autem imbecillis ignorantia sit, ridiculorum naturam subit. *Ibidem.*

HOSP. Vt mirum semper nobis aliquid contingat, ignoratio efficit. *In Crit.*

SOCR

In Conuiu. SOCR. Neq; omninò ignorantes pbilosophantur, neq; sapientes fieri cupiût. hoc enim haber ignoranna pessimum, quando qui nec pulcher bonus est., neq; sapiens, sufficienter hæc habere se censet. Nunquam igitur expetir illa, quorum se indigum non aduertit.

In Phæd. SOCR. Ignorare quid verum sit, quid falsum, de iustis & iniustis, de bonis & malis, etiamsi vulgus vniuersum laudauerit, fieri nunquam potest quin sit re vera turpissimum.

9 de Rep. Dial. SOCR. Ignorantia & imprudentia, vacuitas quædam est habitus animi.

In Atlan. CRIT. Imperitia & ignoratio audiêtium magnam copiam ad ea quæ ignota sunt, effingenda, præstare dicentibus consueuit.

3 de Leg. Dial. ATH. HOS. Quando aliquis quod honestũ sit, aut bonũ videtur, non amet, sed oderit: quod autem malum atq; iniustũ, id diligat atq; amplectatur, hanc voluptatis dolorisq; dissensionem, aduersus eam quæ rationem sequitur, opinionem, extremam esse inscitiam assero: quam etiam maximam dico, quia in multitudine animi est.

Alio cælo natus. *Adag.*

De ijs dici solet, quibus omnia noua vidêtur. vnde Plutarch. in Sympos. At Græcorum genus prorsus alienum ac peregrinum à nobis, velut in alio quopiam mundo natorum, ac viuentium.

Macrob. in præfatione Satur. Nisi sicubi nos sub alio ortos cælo, Latinæ linguæ vena non admittat.

Iuxta cum ignarissimis.

Simo senex apud Plautum in Pseudulo rogatus à Ballione, Iam nescis quæ sit hæc res, respondet, iuxta cum ignarissimis. Sentiens se nihil omninò scire, nihilo plus quàm ignarissimi.

Nullius coloris homo.

De modis omnibus ignoto dici solet. vnde Harpax apud Plautum:
Quem Pseudolum, quas tu prædicas fallacias mihi.
Quem ego hominem nullius coloris noui.

Ne pictum quidem vidit.

Cic. de Fin. 2. lib. Dicis eadem omnia & bona & mala, quæ quidem dicunt, qui nunquam philosophum pictum, vt dicitur, viderunt.

Prorsus ignotus.

Homer. Odyss. α Dic quis, & vnde venis, tibi vbi patria atq; parentes?

Nomine tantùm notus.

Horat. in Serm. Accurrit quidam notus mihi nomine tantùm.

Ne vmbram quidem eius nouit.

Cic. ad Att. li. 8 O hominem amentem & miserum, qui ne vmbram quidem honesti viderit.

Albus an ater sis nescio.

Cicer. Philipp. 2 Et quidem vide, quã te amarit is, qui albus ater'ne fueris ignorans, fratris filium præterijt.

Catullus. Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere,
Nec scire vtrum sis albus an ater homo.

Non nouit natos.

Cic. Papir. fa. 9 Scio à regibus mihi allatas esse literas, quibus mihi gratias agunt, quòd se mea sententia reges appellauerim, quos non modò reges appellatos, sed omninò natos nesciebam.

Qui me ne viuum quidem nouisset. *Arist. in Vespis*
Non enim illud vtrum sim viua, an mortua nouit. *Theocritus.*

Ignoscitur quibus facilè.

Illis facilè ignoscitur, qui non perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur. *Cic. in Vatin.*
Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. *Philipp. 12*
Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.
Sit erranti medicina confessio. *Cic. ad Q. frat.*
Humanum est errare, sed ferinum perseuerare in errore.

DE IGNOTIS.

Ignota quæq; difficilia videntur, cognita verò facilia.

Omnia hęc dum incipias, grauia sunt, dumq; ignores: vbi cognoueris, facilia. *Teren. in Heaut.*
Quod latet, ignotum est, ignoti nulla cupido. *Ouid. 3 de Arte.*

I ANTE M.

DE IMITATIONE.

SEd par est omni in re optimũ quemq; imitari. *Arist. li. 9 Eth. cap. 11*
SOCR. Imitationes si à teneris annis incipiât, perseuerentq;, in mores & naturam abeunt. *Plat. 3 de Repu.*
SOCR. Sed de veteribus poetis idem existimo: nô quò poeticum genus contemnam sed quòd euidens vnicuiq; sit, imitationis studiosos, ea facilè & optimè imitari, in quibus fuerint educati: aliena verò longeq; ab eorum educatione remota, operibus quidem difficilè, verbis etiam difficilius posse, prout conuenit, æmulari. *In Tim.*

DE IMPERIO.

Bellum non nisi iustè suscipiendum, imperiumque virtute partum, virtute tuendum. *Ex Apoph. Er.*
Cũ multis pugnet oportet, q multis vult imperare.
Virtute propagandum est imperium, non dolis aut pecunia.
Graue documentum vniuersis imperia virtute parari: auaritia, luxu, delicijsq; vel perire, vel verti in tyrannidem.
Nemo idoneus est magistratui, qui non potest dissimulare multa præter æquum & bonum facta.
Philosophia, vel imperium, non tollunt affectus.
Imperator per omnem vitã in Reip. negotijs versari debet, nec à domesticis delicijs ad imperiũ accersi.
Nihil difficilius quàm bene imperare.
Marius vno die factus est imperator, altero visus est imperare, tertio interemptus à milite. *Imperiũ breuẽ.*
Quum Aristoteli grauiter affecto medicus quidam præscriberet cum autoritate, nec vllam adferret rationem, Ne me, inquit, perinde curaris, vt bubulcũ aut fossorem, sed prius doce me causam cur ista præscribas, atque ita demum habebis obsequentem. Docens viris cordatis non ita imperandum, vt asinis. *Imperium humanum.*
Pericles quotiescumq; belli dux creatus esset, chlamydem induens apud se dicere côsueuit, attende Pericles, quod gesturus es imperium in liberis, in Græcos & in Athenienses. His dictis se vir cordatissimus hortabatur, vt moderatè gereret principatum. *Imperium in liberos.*

Cic. 3. Off. de Caes. Si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est, alijs rebus pietatem colas.

Iamblichus. Omne bonoratum augetur, contemptum imminuitur. Et hoc signum est clarissimum imperij bene administrati. Promouet enim subditos ad honesta studia, & conuenientem singulis dignitatem attribuit, atque ciuitates optimis studijs implet.

Arist. li. 4. ca. 3 Ethic. Imperia & opes, gloriæ causa expetuntur. Itaque ea omnia sibi gloriæ ducunt, qui ijs sunt prædıti.

Qui sunt in imperio, quales sibi amicos eligat lib. 8. ca. 6 Eth. Qui aliquo imperio prædıti sunt, ij amicis distinctis ac disparibus vtuntur. Ex alijs enim vtilitates percipiunt, alios habent ministros libidinum: quæ duo non in eodem ferè reperiuntur. Neq; enim eos eligunt, qui virtute quasi sale sermonis iucunditatem condiant, aut eos qui sint ad res honestas viles: sed facetos qui delectandi studio tenentur, & qui imperata possunt exequi.

Ex Poëtis.

Plaut. in Mil. Facile est imperium in bonis.

Imperium amicitia adiunctum stabilius est quàm quod vi fit.

Teren. in Adel. Nimium ipsus durus est præter æquum & bonum.
Et errat longè, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic in animum induco meum,
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Studet par referre, præsens, absensq;, idem erit.

Sen. in Thyest. Nec abnuendum, si dat imperium Deus,
Nec appetendum.

Idem in Troad. Violenta nemo imperia continuit diu.

Idem in Med. Aequum atq; iniquum regis imperium feras.
Qui terram inertiam, qui mare temperat
Ventosum, & vrbes, regnaq;, tristia,
Diuosq;, mortalesq;, turbas
Imperio regit vnus æquo.

Imperium seruorum.

Claud. lib. 1. in Eutro. Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.
Cuncta ferit, dum cuncta timet, desæuit in omnes.
Vt se posse putent, nec bellua terrior vlla est,
Quàm serui rabies in libera colla furentis.
Agnoscit gemitus, & pœnæ parcere nescit,
Quam subijt, dominiq; memor quem verberat, odit.

IMPERATOR.

Cic. 14. Philip. Imperatores appellandi sunt, quorum virtute & consilij fœlicitate, maximis periculis seruitutis atque interitus liberati sumus.

Pro lege Man. In summo imperatore quatuor hæ virtutes inesse debent: scientia rei militaris, virtus, autoritas, fœlicitas.

Ibidem. Hæ sunt virtutes imperatoriæ, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo.

Ibidem. Non solùm bellandi virtus in summo atq; perfecto imperatore quærenda est, sed multæ sunt artes eximiæ, huius administræ, comitesq; virtutis. Primùm quanta innocentia, quanta deinde omnibus in rebus temperantia, fide, fœlicitate, ingenio, & humanitate, imperatores esse debent?

Panor. Refrænet primùm libidines, iracundiam teneat, spernat voluptates, coërceat auaritiam, cæteras animi labes repellat: tum incipiat alijs imperare, cùm dedecori & turpitudini parere desierit.

Pro lege Man. Pro rege Deiot. Non potest exercitum is continere imperator, qui seipsum non continet: frugi hominem dici, non multum laudis habet in rege: fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, & mansuetum, hæ sunt regiæ laudes.

Diocletianus adhuc priuatus dicere solebat, nihil esse difficilius quàm bene imperare.

Imperat. castus Cùm Carthaginem armis cepisset Scipio maior, & milites virginem eleganti forma captam adduxissent, Libenter, inquit, acciperem, si priuatus essem, non imperator.

Imperatoris diligentia in potestate adhibenda. Permagni hominis est, & cùm ipsa natura moderati, tum verò etiam doctrina atque optimarum artium studijs eruditi, sic se adhibere in tanta potestate, vt nulla alia potestas, ab ijs quibus præsit, desideretur. Cicero in Epistolis ad Quintum Fratrem.

Ex Demosthene.

Ex 1. Epist. Quotidianis rebus præesse, & ex tempore subitis casibus rectè vti, & quamque occasionem nosse ac iudicare, quas res ex familiari colloquio conciliare possibile sit, quas porrò extorquere vi licet, imperatorum rebus præfectorum est officium.

De falsa lega. Si quis re vera pace ipsa gaudet, ipsis ducibus, quos omnes accusant, gratiam habeat.

Ex Orat. ad ep. Philip. Amicos & familiares & militum duces inuenietis gloria valere ob res fortiter gestas, anxiè tamen & meticulosè magis quàm qui obscuri & inglorij sunt vitam degere. His enim militibus, ab hostibus suis solùm imminet periculū: illi verò duces suos adulatores & fraudatores magis quàm prælia formidant.

Imperatori quæ sunt seruanda.

Cic. ad Q. fra. Abstinentem esse, continere omnes cupiditates, suos cohibere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilem se in rebus cognoscendis, in omnibus audiendis admittendisq; præbere: præclarum magis est quàm difficile. Non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi & voluntate.

Imperator quo pacto tutus esse possit.

Agesilaus interrogatus quo pacto posset aliquis tutò imperare, nullo stipatus satellitio, respondit: Si sic imperet suis, vt pater imperat liberis. Siquidem patris autoritatem comitatur liberorum reuerentia, & ab illis ob id diligitur, quòd ijs potius quàm sibi consulat.

Imperatoris officium.

Imperatoris officium est, iis superbos & rebelles, audacia: in subiectos beneuolētia vti. vnde Virg.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Imperat non rectè, nisi qui paruerit imperio.
Adag.

Arist. Politic. 3 Quapropter illud etiam rectè dicitur, neminem bene imperium gerere, qui non ipse prius sub imperio fuerit.

Ibidem. Eum qui bene sit administraturus imperium, aiunt imperium ferre prius oportere.

Plato de Leg. 6 Iam illud oportet vnumquemq; mortalium cogitare, qui non seruiērit, eum haud quaquam dominum fore laude dignum.

Plutarchus. Neq; enim partes sunt lapsi alios erigere, neq, inscij dncere, neq; incompositi componere, neq; inordinati ordinare, neq; imperare, qui imperiū non sit passus.

Sen. li. de Ira. 2 Nemo regere potest, nisi qui & regi didicit.

Solon. Imperium gere, sed vbi prius imperium ferre didiceris.

Imperator bonus, & idem robustus miles.

Hom. de Agamemn. Iliad. 7 Du: bonus, ac miles præpollens viribus idem.

Imperatorum multitudo Cariam perdidit.
Adag.

Homer. Iliad. 2 Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.

Imperia quomodo parantur.

Ex Plut. Mora. Vt ex igni & terra, veluti necessarijs, compositus est mundus, iuxta Platonem, terra soliditatem conferente, igni calorem ac formam: ita magna imperia non parantur, nisi misceatur cum fortuna virtus, & altera alteri sit auxilio.

Ibidem. Vt mundus non erat mundus, minutioribus corporibus adhuc sparsim volantibus & elabentibus: solidioribus verò inter se depugnantibus, sed tempestatis, erroris & tumultus plena erant omnia, donec terra ex his accepta magnitudine, seipsam figeret, alijsq; in se stabilem præberet sedem: sic magna imperia, plena tumultus, dnnec aucta potentia, etiam fin inimis regibus stabilitatem præstat, vt terra cæteris elementis circumferentibus se.

Imperia minimè cupidis danda.

Plato Dial. 7. de Rep. SOCR. At enim magistratus dādi sunt hominibus imperij minimè cupidis, alioquin simultas inter æmulos orietur.

DE IMPERITIA.

Teren. in Adel. Homine imperito nunquam quicquam iniustius,
Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

Plato in Protagora lib. 17 PROTAG. Imperiti plebeiq; homines in conuiuijs cùm propter inscitiam nequeant inuicem propria voce, suisq; sermonibus colloqui, mercede proposita, tibicines introducunt: & aliena voce conuiuium traducunt.

Heraclitus. Imperitiam celare melius est, quàm in medium proferre.

Imperitus legum doctor.

Ausonius. Iduru nullam centeno verbere legem
Non legum est dnctor, vane, quid ergo? dolor.

Arist. vltimo cap. Ethic. Imperiti cnntenti sunt, dum non ignorent, rectène res acta sit, an præposterè, quod in pictura contingit.

Dicebat athletas imperitos, qui à libris arcentur, omnemq; vitam in scurrilibus iocis transigūnt, similes euadere gymnasiorum statuis, nempe pingues & saxeos.

Dulce bellum inexpertis. *Adag.*

Ne confidas satis, si tyro prælium cupit: inexpertis enim dulcis est pugna. Vegetius de Re milit. lib. 3

Dulce bellū inexpertis, at expertus quispiā horret. Pindarus.

Operarij. *Adag.*

Operarij prouerbij vice dicuntur, qui citra philosophiæ cognitionem causas agunt.

Hos, quos nos oratores vocamus, nihil esse dicebar nisi quosdā operarios, lingua celeri & exercitata: oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem. Cic. de Mnesarcho loquens.

DE IMPIIS.

Impiorum cruciatus.

Sua quemq; fraus, & suus error maximè vexat, suū quemque scelus agitat, suæ malæ cogitationes, conscientiæq; animi terrent. Hæ sunt impijs assiduæ domesticæq; furiæ, quæ dies noctesq; pœnas à sceleratissimis repetunt. Cic. pro Rosc. Amer.

Sua quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. In Pisonem.

Non ob ea solùm incommnda, quæ eueniunt improhis, fugienda improbitas est: sed multò etiam magis, quòd cuius in animo versatur, nunquam finit eum respirare, nunquam acquiescere. 1. de Finib.

Si qui satis opibus hominum contra conscientiam septi esse & mnniti videntur, deorum tamen nomen horrent, easq; ipsas sollicitudines, quibus eorum animi noctesq; diesq; exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa putant importari. 1. de Finib.

Morte, dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicij, hominum miserias ponderamus, quę fateor humana esse, & multis bonis viris accidisse. Sceleris etiam pœna tristis: & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est. 2. de Legibus.

Animi conscientia improbi cruciantur, tum etiam pœnæ timore, qua aut afficiūtur, aut semper sunt in metu, ne afficiantur aliquando. 1. de Finib.

Si impietas improbè molita quidpiam est, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id semper fore occultum. Plerumq; enim improborum facta primò suspicio insequitur: deinde sermo atq; fama: tum accusator: tum iudex: multi etiam se iudicant. 1. de Finib.

Omnibus, quorum mens abhorret à ratione, semper aliquis talis error impendet. 4. Tuscul.

Eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt, earumq; se quasi ministros præbuerunt, impulsuq; libidinum voluptatibus obedientium deorum & hominum iura violarūt, corporibus elapsi, circa terram ipsam volutantur: nec in hūc locum cælestem, nisi multis exagitati seculis, reuertuntur. In Somn. Scip.

Improbo nemini bene potest esse. Parad. 2

Impij pœnas luunt, non tam iudicijs, quàm angore conscientiæ, fraudisq; cruciatu. 1. de Legibus.

3. de Legibus. Impijs apud inferos sunt pœnæ præparatæ.
Impij apud inferos pœnas luunt.
Diogenes cuidam patrem despicienti, Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipsum quod tibi places?
Musonius. Qui aduersus deos peccat, impius est.

Impietas erga deos.

Virg. 6. Aeneid. dum de inferis loquitur.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo:
Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cælũ
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis:
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis vrbem,
Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorem
Demens, qui nymbos & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tædis
Lumina, præcipitemq; immani turbine adegit.
Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadentiq;
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mẽsas,
Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.

Impiorum in parentes cruciatus.

Hic, quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatus've parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est:
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam expectant: neq; quære doceri
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortuna've mersit:
Saxum ingens voluunt alij, radijsq; rotarum
Districti pendent: sedet, æternumq; sedebit
Infœlix Theseus.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potẽtem
Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitosq; hymenæos,
Ausi omnes immane nephas, ausoq; potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprẽdere formas.

DE IMPOSSIBILI.

Impossibilitatis expressiones.

Virg. Eclog. 1. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim:
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor, Ouid. in Ibin.
Iunctaq; cum luna lumina solis erunt:
Parsq; eadem cæli Zephyros emittet, & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus,
Et ver Autumno, brumæ miscebitur æstas,
Atq; eadem regio vesper & ortus erit,
Quàm mihi sit tecum positis, quæ sumpsimus, armis
Gratia commissis improbe rupta tuis:
Quàm dolor hic vnquam spatio euanescere possit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.
Amat Thyestem frater? æthereas prius Sen. in Thyest.
Perfundet Arctos Pontus, & Siculi rapax
Consistat æstus vnda, & Ionia seges
Matura pelago surget, & lucem dabit
Nox atra terris: antè cum flammis aquæ,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœdusq; iungent.
Longa dies citior brumali tẽpore, noxq; Ouid. de Pont.
Tardior hyberna solstitialis erit:
Nec Babylon æstum, nec frigora Pontus habebit,
Calthaq; Pæstanas vincet odore rosas,
Quam tibi nostratum veniant obliuia rerum.
Nominis antè mei venient obliuia nobis, Idem in Ruff.
Pectore quàm pietas sit tua pulsa meo.
Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quàm fiat meritis gratia vana tui.
Sambucam citius caloni aptaueris alto. Pers. Sat. 5.
Namq; prius siccis Phocæ nascentur in aruis, Olympus Nemesianus Eclog.
Hirsutusq; freto viuet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi, confusis legibus anni:
Antè dabit flores autumnus, ver dabit vuas,
Messem tristis hyems, æstas tractabit oliuas,
Quàm taceat Melibœe tuas mea fistula laudes.
Antè dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ Claudian. in Paneg. Probi.
Errabunt, glacieq; niger damnabitur Indus,
Antè Thyestæis iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,
Quàm Probus à nostro possit discedere sensu.

IMPOSSIBILIS ADAGIA.

Prius locusta bouem pariet.

Atque prius pariet parua locusta bouem. Erasm.

Prius duo echini amicitiam ineant.

De ijs qui moribus ac studijs sunt inter se discrepantiores.

Prius lupus ouem ducat vxorem.

Antè lupus sibi iunget ouem. Aristophanes.
Sed prius Apulis Horat.
Iungentur capræ lupis.

Mare prius vitem tulerit. *Diogenianus.*

De ijs quæ nullo pacto fieri possint. Nam salsitudo vitibus inimicissima.

Prius testudo leporem praeuerterit.

Nunc violas proferte rubi, producite spinæ, Theocrit. in Thyrside.
Iuniperusq; comet narcissi flore decenti,
Omnia vertantur, portet pyra mitia pinus.

Postq

Postquam obijt Daphnis, trahat & iam cerua molossos,
Montibus in summis philomelæ noctua cantet.

Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes.

Lucianus in Apologia. Iam illud, quod aiunt, accideret, vt sursum versus incedant flumina, cunctaq; pariter inuerterentur, atq; in deterius recantarentur.

Virg. in Aenei. Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.

Hor. in Odis. Quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tyberim reuerti:
Cùm tu coemptos vndiq; nobiles
Libros Panæti, Socraticam & domum,
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora, teudis?

Ouid. in Epist. Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, versæq; recurrite lymphæ,
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

Citius in mari cadens à ligno exciderit.

Lucianus I bis accusato. Itaque iuxta prouerbium citius fiet, vt in naui lapsus, non incidat in lignum, quàm vt quocumq; aspexerit oculus, philosophum desideret.

Aquilam testudo vincit.

Acheus in Omphale. Capta est profectò celer ab imbecillibus,
Et aquila tempore in breui à testudine.

Citius elephantum sub ala celes.

Lucianus. Citius quinque elephantos sub ala tegas, quàm vnum cinædum.

Cic. de Orat. 2. Flamma à sapiente facilius in ore ardente opprimitur, quàm vt bona dicta teneat.

Capram portare non possum, & imponitis bouem.

Plutarchus. Taurq onerati, cùm nequeam portare capellam.

Ab asino lanam.

Aristophanes. De ijs qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt.
Asini quis ad lanas? quis in Lethes solum?

Simul sorbere & flare difficile.

Plau. in Mostel. Si voles verbum hoc cogitare, simul flare, sorbereq;, haud factu facile est.

Phocion. Non potes me simul & adulatore vo, & amico.

Seneca. Amare & sapere vix Deo conceditur.

Horat. Nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione modoq;.

Cic. Philipp. 11 Duas tamen res magnas præsertim, nō modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

Sine pennis volare haud facile est. Plau. in Pæn.

Idē in Asina. Defraudem te ego? Agè sis, sine pennis vola.

Plato de Leg. 4 Vt propemodum legum conditor faciat, quod solent, qui ludunt, in ignem impingentes ictum.

Plat. I Sym. Vbi cognouissem tale esse hominis ingenium, vt illi suadere nihil aliud fuerit quàm lapidem decoquere.

Impossibilia captat.

Pindar I Nem. Inanis spei sterilis exitus.

Oportet autem apud sese semper cuiusq; rei
Videre modum.

Idē in Pythijs.

Nunquam effecies vt rectè ingrediantur cancri.

Aristoph. in Pace. Ambulet vt cancer rectà, haud effeceris vnquam,
Nec quicquam efficies, vbi res erit antè peracta.

Ex arena funiculum nectis.

Aristides. Verùm abdentes se in secessus quosdam, Anthericum metentes, ex arena nectentes funiculum, & haud scio quam retexentes telam.

Veste circumfers ignem.

Vbi quid ridiculè fit.

Lupo agnum eripere postulant.

Plau. I Pænulo. Lupo agnum eripere postulant, nugas aguot.

Scarabeus citius faciet mel.

Pallada in Epi. Mel cicius faciet scarabeus, & antè culex lac.

Scarabeo citius persuaseris.

Lucianus in Pseudolog. Neque vnquam fieres melior increpatione mea, nihilo magis quàm scarabeo persuaderi posset, ne amplius talia voluat, posteaquam semel illis assueuit.

DE IMPOTENTIA.

Impotentia in vitio est.

Arist. lib. 7. cap. 1. Ethic. Ac illud quidem primum perspicuum est, continentiam & constantiam in bonis esse & laudabilibus, impotētiam & mollitiem in malo & vitio: eundemq; continentem, & eum qui permaneat in suscepto consilio: & eundem impotentem, & eum qui desistat à sententia.

Ibidem. Impotens quæ mala sunt, mala esse nouit, sed agit ea victus & debilitatus, obiecta specie voluptatis. At verò continens, quoniam malas esse cupiditates intelligit, eas ratione ductus non sequitur.

Impotentes qui.

Ibidem. Prudētem interdum negant impotentem posse fieri: interdum eos, qui prudētes sint & acuti, impotentes putant. Impotentes etiam dicuntur & animi, & honoris & lucri.

Socrates impotentiam nullam putauit.

Cap. 2. lib. 7 Socrates, quasi verò nulla esset impotentia, cum ratione bellū gerebat. nullū enim esse credebat, qui rectè sentiret, cōtra id quod optimum iudicasset, quicquam esse gesturum: sed imprudentē id facere existimauit.

Perspicuum est hominem impotentem non putare quæ agat, esse facienda, priusquam sit in perturbatione.

Impotens non scientia, sed opinione præditus, à voluptatibus vincitur.

Impotens in quibus voluptatibus versetur.

Cap. 3. & 4. Eth. Neq; enim cernitur in omnibus voluptatibus impotens, sed in ijs quibus intemperans. Nec ex eo quòd absolutè in ijs affectus est, sed quòd certo quodam

quodam genere & modo sit affectus, iudicandus est. Nam hic trahitur consultò, quòd semper voluptatem præsentem putet sequi oportere: & ille non putat, cùm interim persequatur.

Cap. 4. lib. 7 Eos quidem homines, in quibus contra rectam rationem quam tenent, horum modus nullus est, non absolutè impotentes vocamus, sed cum adiunctione pecuniarum quæstus, gloriæ, & animi impotentes, ex similitudine nominamus.

Impotentia vituperatur, non tantùm quòd peccatum sit, sed quòd aut omninò & absolutè vitiositas quædam sit, aut aliqua ex parte.

Est non modò fugiẽda, sed etiam vituperanda impotentia.

Cap. 6 Impotentia animi minus mala est quàm cupiditas. Nam quodammodo sequitur rationem ira, cupiditas non item.

Impotens animi à ratione quodammodo vincitur: ille autem non à ratione, sed à cupiditate.

Impotentia cupiditatum animi, est impotentia turpior in ijsq; voluptatibus & cupiditatibus est cõtinentia ac impotentia quæ ad corpus pertinẽt.

Cap. 7 Impotente peior est intemperans.

Cap. 8 Hic impotens nominatur, qui & melior intemperante est, nec planè improbus.

Cap. 7 Impotentia alia ex temeritate, alia ex imbecillitate gignitur. Alij enim consilio capto, non seruant quod statuerunt, victi & debilitati obiecta specie voluptatis. Quidam, quia nec se nec rationem consuluerunt, à perturbatione rapiuntur.

Cap. 8 Impotens sanabilis est, intemperanti sanitas nulla potest adhiberi. Similis enim est intemperantia aquæ intercuti, & tabi: impotẽtia ijs hominibus qui morbo comitiali affligũtur: propterea quòd illa assidua & sempiterna, hæc non assidua est improbitas.

Impotentia ex alio genere est, ex alio vitium: vitiũ enim omne occultũ est, non occulta impotẽtia.

Impotens ijs similis est, qui citò, & pauculo vino epoto, & minore quam plerique incidunt in ebrietatem.

Impotentia non est cum animi iudicio & proposito coniuncta, vitium autem est.

Impotens à quauis sententia abducitur.

Cap. 10 Ad rerum actionem idoneus non est impotens.

Ingeniosum nihil prohibet impotentem esse. Itaque nonnulli interdum prudentes, videntur impotentes.

Nec verò debet impotens ita affectus esse animo, vt qui scit, & contemplatur, sed vt dormientes & furiosi. Idemq; facit omnia voluntate sua, sed minimè est improbus.

Similis est impotens ciuitati, quæ statuit illa quidẽ quæ præclara sunt, legesq; habet & bonas & salutares, sed nulli paret.

Facilius impotentia sanari eorum potest, qui atra bili tenentur, quàm eorum qui statuũt, nec stant in eo quod sit iudicatum.

IMPROBITAS.

Ex Apophthe. Erasm. Extrema improbitatis est linea, etiã illudere quos afflixeris.

Improbus est, qui scit beneficium accipere, nescit reddere.

Ex improbis conuictoribus nihil capitur, nisi probrum & ignominia.

Magnæ fœlicitatis est ab improba muliere liberari.

Diuitiæ etiam improbis accedunt: at famæ gloria non potest nisi solis eximijs viris contingere. Isocrates.

Cui supercilia coniunguntur, improbus est. Ex physiogn.

Ex Demosthene.

Improbitas res est temeraria, audax, & alieni cupida. Contra Arist.

Par est eos qui bona & iusta re non rectè & decẽter vsi sunt, vituperare. Contra Eubul.

Omnis improbus per se parum potest. Contra Aristog.

Si quis alios homines nouit optimos ac modestissimos sua natura, quæ oportet, omnia vltrò faciunt: alios verò istis deteriores, quos tamen pudet palam improbos vocari, metu vestri, & turpitudinis & dictorum & infamiæ dolore peccare cauent: deterrimos verò & quos consceleratos appellant, solis supplicijs ad modestiam redigi posse ferunt. Ibidem.

Improbitas hominis.

Quum Cicero in Senatu dixisset incendium à Catilina excitatum, Sentio, inquit Catilina, *idq; si* aqua non potuero, ruina extinguam.

Improbus omninò similis est ei ciuitati, quæ seruat quidem leges, sed malas & perniciosas. Arist. lib. 9. cap. 10 Ethic.

Non debet improbus sibi charus esse. siquidem & sibi nocebit, & proximis: præsertim cùm prauis cupiditatibus obsequatur. Ibid. lib. 9. cap. 8

Improbi ignorant omnes quę facienda sunt, quæq; fugienda: Lib. 3. cap. 1

Iniustiq; & omninò mali ex eo errore nascuntur.

SOCR. Quapropter modesti homines, dum iuuenes sunt, stolidi esse videntur, & qui facilè ab iniustis decipi possint, tanquam qui non habeant in seipsis eadem, quæ habent improbi affectum exempla malorum. Plato de Rep. Dial. 3

Improbi coercendi.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis. Pub. Mim.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Qui non vetat peccare, cùm possit, iubet. Seneca.

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito, Virg. 6. Aen.
Quàm tua te fortuna sinet.

Improbi in Deos.

Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt, Iuuen. Sat. 13
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices, & lucis & anni,
Atq; ideò intrepidi quæcumq; altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur:
Hic putat esse deos, & peierat, atq; ita secum
Decernat quodcumq; volet de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina sistro.

Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus, Ouid. 1. Meta.
Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est:
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa iacet pietas.

Mobilis & varia est fermè natura malorum. Ibidem.
Cùm scelus admittunt, superest constãtia, quid fas,
Atq; nefas, tandem incipiunt sentire peractis

Crimin

Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia: nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem.
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno
Flagitio?

Improbo opes non addendæ.

Plut. in Merci. Qui viro malo addit opes & gloriam, is febricitanti ministrat vinum, bilioso mel, quæ morbum animi augeant.

Ex improbo non statim probus fit.

Non vt Cæneus subitò è muliere factus est vir optando tantùm: sic repentè ex improbo viro, probus euadit quispiam, vt qui cubitū abijt stultus, surgat sapiens.

Compendiaria res improbitas, virtus longa.
Adag.

Qui semel addixit animum vitijs, is quiduis vitij facilè perpetrabit. At singulæ virtutes magno sudore parandæ.

Magis improbus Hippomene.

Hic Atheniensium princeps filiam à ciue quodam viriatam, vnà cum equo feroci conclusit in domicilio: nec huic, nec illi cibū præbens Sic equus fame in rabiem actus, puellam confecit, deinde perijt ipse inopia pabuli.

Bipedum nequißimus.

Cic. pro domo sua. Hoc tu proscriptore, hoc ministro, omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo Rempub. perdidisti.

Alexan. apud Aelium Lampridium. Nuper certè patres meministis, cùm ille omnium non solùm bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus, Antonini nomen præfertet.

Qui omni in re, & in omni tempore.

Macrob. 4. Saturn. Sed enim qui in omni re, atq; in omni tempore
Omni laude vacat, is illaudatus est,
Isq; omnium pessimus deterrimusq; est.

Lydi mali, post hos Aegyptij.

Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij,
Tertijq; Cares perditissimi omnium.
Tempestiuè vtemur, si quando improbi cum improbis conferantur.

Mali commatis.

De improbo quodam & contempto.
Aristoph. in Pluto. Videtur esse non probati commatis.
Ibidem. Nouerit
Illius esse huiuc improbati commatis.

DE IMPRVDENTIA.

Sophocles. Quibus est aduersa fortuna, non surdi solùm sunt, Sed ne videntes quidem res conspicuas vident.
Euripides. Quòd ignarus sis eorum, in quibus peccas, Id magnum est tibi temeritatis & audaciæ incitamentum.
Hesiodus. Imprudens est, quisquis præstantioribus certare vult,
Et victoria priuatur, & dedecore supra dolorem afficitur.
Amentia hominibus est spontaneum infortunium. Menander.
Quàm intractabile malum est amentia! Sophocles.
Quid tibi es iniurius, animū tuum in culpa faciens?
Nemo rem, dum peccat, cognoscit: sed quāta sit Menander.
Peccati magnitudo, postmodum videt.
Graue est peccata eiusmodi committere, Idem.
Qualia qui admiserunt, vel nominare verentur.
Multi mortalium per audaciam suas calamitates Euripides.
Obtegere volunt, & celare mala.
Non sapit ille, qui in metu quidem infirmus est: Idem.
Animo autem paululum collecto, nimium est arrogans.
Res mihi cæca videtur imprudentia. Menander.
Non viuunt illi, qui nihil sapiens intelligunt. Chæremon.
Prius alios spernere, quàm rectè sapere didicisti.
Non decet mores nimium esse leues.
Nullus vbi se iam videt lapsum, bene sibi consultasse videtur.
Næ homo fortunatus, sed imprudens, onus est Aeschylus.
graue.
Porrò stultitia
Maximè soror est malitiæ.
Qui cum imperito sapienter loquitur, non bene Euripides.
loqui videbitur.
Hæc animi leuitas & præcipitatio Idem.
In magnam calamitatem detrudit homines.
Mala hominum omnia pontus abluit. Aeschylus.
At illa pariter in superstitiosos ingruunt.
Sæpe etiam stultus fuit opportuna locutus. Idem.
Optimus ille quidē fuerit, quicumq; sibi omnia Hesiodus.
consuluerit,
Animaduertens ea quæ deinceps, ac in fine meliora sunt.
Qui verò neque sibi sapit, neque ab alijs audita
Animo recondit, hic sanè vir est inutilis.
Quicumq; nihil æstimat alium, Theognis.
Seq; putat solum consilia varia nosse,
Desipit, atq; bonæ mentis est expers.
Omnes enim ex æquo varia scimus:
Sed huic non libitum est astutias sequi,
Illi verò calliditas præ cæteris est cordi.
Stultitia mihi manifesta videtur, Menander.
Intelligere quidem quæ oportet, non autem cauere ea.
Si quis in bona fortuna & hominum beneuolētia
Sortem quærit præsenti meliorē, hic mala quærit.
Non potero replere pertusum animum, Euripides.
Sapientes sermones homini stulto infundens.
Hoc velim scias, etsi te latuerit antehac, Idem.
Quòd malitia magnæ signum sit imperitiæ.
Infœlix es, ô princeps, qua parte te vincere oportebat: Idem.
Qua verò non, fœlix es. Seruorum enim
Multitudini concedis, non autem liberis.
Age, spectatores pluribus audite, & intelligite Eupolis.
Rem: ad vos enim rectā causæ nostræ dictionem eloquar.
Nam cùm peregrinos poëtas audiuistis, statim sapientes ipsos esse asseritis.
Si quis verò nostratium nihilo illis sapientia inferior.
Omnes profectò erramus animis Rhianus.
Homines,

Homines,& lãce deorum distributa dona ferimus
Pectore insipiẽte. Nam cui victus deficere videtur,
Hic sese vertat,grauemq; dijs culpam impingit
Mœstus:virtutem verò suam,animumq; negligit:
Nec dicere quicquam fortiter,neq; facere
Præ timore audet,vbi viri locupletes adfuerint:
Sed animum eius absumunt pudor & mœror.
At qui secundam fortunam,& opes à Deo collatas habuerit,
Et regnum in multos, hic obliuiscitur,quòd telluri
Pedibus insistat,& mortales sint ei parentes:
Sed arrogans,& animo peccans
Instar Iouis tonat,& caput supra ceruicem tollit,
Quamuis paruus homo,pulchrisq; decoram cubitis Mineruam ambit.
Deniq; viam vbiq; requirit ad Olympum,
Vt numeratus inter deos epulis iungatur eorum.
Ast Ate leuibus accurrens pedibus,
In vertice capitis insperata,nulliq; visa
Iam quidem vetulis ipsa iuuenili forma:

Menander. Non est quicquam audacius quàm imprudentia.

Hesiodus. Miser,nimirum valde deplorat postmodum
Calamitatẽ suam lugens, quæ non reuocabilis est.

Sophocles. Hac parte videlicet omnia labotant hominum negotia,
Cùm remedia malis mala statuunt.

Idem. Hoc verò dolendum est,si cùm res ferat se rectè institui,
Sua quis culpa sibi damnum comparat.

Menander. Qui non bene fert,quæ in vita contingêre sibi
Bona,stolidus est,non beatus.

Idem. Nullus peccandi satis magnus est prætextus.

Philemon. Si quis mente sibi non constat,
Hic rectè quicquam nec audit,nec videt.

Orcidas. Mentus est videre , mentis audire . Sed quomodo viderent sapientiam , licet propinquam , viri, quorum mentem lutum repleuit , & fex difficilis elui.

Theognis. Multos viros satietas perdidit insipientes.

* Vel parum enim intelligere difficile est , cùm externa bona affluunt.

Rheginus. Vt solare lumen imbecillus & impotens visus inspicere nequit : ita veritatem , idq; multò magis infirma mens & inualida cõspectare non potest.

Cornelianus. Magna hæc & grauia facinora de se ipsa confitebatur. Hoc enim solum in ipsorum voluntate boni erat, quod malum est maximum, nempe quòd improbè facta ab ipsis audacter eloquerentur.

Plato in Phed. Demosthenes cùm vidisset quẽdam beneuolentiæ popularis auidum, magna voce concionantem, dixit, Non magna res statim bona est, sed bona statim est magna.

Crates stultos homines crebris cõparabat , quòd nisi vinculis & aliàs coacti officium suum non faciant.

Demetrius. E' bonis mala nascuntur hominibus , si qui bona non recta ratione tegere,neque facilè ferre nouerunt.

Bion Grammaticos aiebat errores Vlysis inquirentes,non animaduertere suos, neque videre, quòd eodem modo vt ille,errent, dum labores multos inutiles exhauriunt.

Plato. Et cùm inquis eos,qui corpus exercent, negligunt animam,diuersum quiddam facere:nempe principem partem neglectam sinere , subiectam verò excolere.

Mali fiunt etiam oculi,& aures stultorum hominũ, qui barbaros habent animos.

Fugitiui,etsi nullo persequente,sibi metuunt : imprudentes autem, licet non aduersetur fortuna, insaniunt. *Isocrates.*

Neque musices ignari instrumenta concinnare, neque indocti infortunia sibi accommodare possunt.

Indoctorum vita, tanquam histrio, multa fastus & arrogantiæ gerit indumenta.

Stultis,sicut infantibus , vtcumq; leuis occasio satis est ad luctum.

Errant peregrini in vijs,in rebus imperiti.

Idem est languẽti onus imposuisse, & indocto bonam fortunam.

Neque nauigantes præter loci commoditatem appellere tutum est:neq; viuentes prçter legem vitam agere ,periculo vacat.

Proteus formam , imprudens verò animum vbiq; mutat.

Philippus Athenienses comparauit statuis , quæ nihil aliud quàm os habent , & magna pudenda.

Demades Athenienses tibijs similes esse dicebat, quòd adempta lingua nihil residuæ rationis haberent.

Simulachra artificiosa , & bellè ornata,ad sui quidem spectaculum alliciunt,sed corde carent. *Demosthenes.*

Malorum suorum ignorantia gignit audaciam.

Stulti cùm vitam oderint, viuere tamen volunt mortis metu.

Stulti viuunt, non delectati vita.

Stulti desiderant absentia:præsentia verò, etsi meliora præteritis negligunt.

Stulti mortem timentes senescere cupiunt.

Opes & gloria absq; mente,non tutæ sunt possessiones.

Socrates, adolescentulum intuitus diuitem ac imperitum, Videte,dixit,mancipium aureum.

Diogenes aiebat, de necessarijs quidem ad viuendum homines sibi prospicere : quæ verò ad bene viuendum pertinent,non comparare.

Bion interrogatus quid esset imprudẽtia, Proficiendi impedimentum respondit.

Solon rogatus quid status durius esset,Homo stolidus,dixit.

Cleanthes dicere solebat homines imprudentes sola figura à brutis differre.

Phauorinus homines partim ridiculos , partim odiosos,partim miserabiles esse dixit. Ridiculos quidem , qui per audaciam ad maiora aspirant. Odiosos,qui ea cõsequuntur. Miserabiles verò, qui spe falluntur.

Ad conuiuium inuitati præsentibus vtimur. Quòd si quis iuberet hospitem apponere sibi pisces aut placẽtas,absurdus videretur. At nos in mundo petimus à dijs quæ non dant,cùm multa interim sint,quæ exhibuerunt. *Epictetus.*

Egregij verò scilicet sunt, qui sibi valde placent in rebus externis,neq; nostri arbitrij.Vt si quispiam dicat,Ego te melior sum:possideo enim prædia, tu fame cruciaris. Atqui equus equo non dicit, melior te sum. Si quidem omne animal ex virtute *Idem.*

ture aut vitio melius, deterius've iudicatur. An verò homini tantùm nulla virtus est peculiaris, sed ad comam, vestes, & auos respiciendum est?

Idem. Qui corpore sunt bene constituto, æstum & frigus tolerant: ita quibus bonus est animi status, iram, tristitiam, gaudium, & cæteros affectus bene ferunt.

Eusebius. Homines multa potius scire videri, quàm verum dicere desiderio tenentur. Proinde multi, dum contrarias veteribus opiniones probant, veri cognitionem de rebus maximè necessarijs dubiam efficiunt: ita vt non amplius solidam fidem assequatur, sed tanquam ab antiqua persuasione in contrariam reuulsa instabilissimè pendeat.

Idem. Multi homines disputando de rebus, haud secus quàm bruta pugnando, solam sibi victoriam proponunt. Vt autem nihil præter vtilitatem & suam & præsentium agatur, ac ne rerum veritas offendatur, eius rationem nullam habent.

Idem. Gratæ sunt contentiones hominibus, & contradicendo quacumq; re proposita vincendi desiderium præter omnem rationem inexplebile. Itaque multi intempestiuè, præter decorum, in rebus grauissimis, in quibus deteriorem sententiā superare non conuenit, victoriam Cadmeam, vt dici meretur, auferunt.

Homines, eos qui præter naturam monstrosi sunt, amplectuntur, ijsq; multa pecunia redemptis, tanquam maxima possessione gaudent, & sibi placent magnoperè. In rebus autem serijs, & magnoperè studio comparandis, quamuis exiguum sumptum facere grauantur.

Permulti sunt, qui in reliquis omnibus parsimoniam nimium sequuntur, & si quicquam insumpserint, ægrè ferunt: ad plausum verò popularem eliciendum omnia sua libenter exponunt.

Homines vani, prædiuites quidem, vtcumque malos colunt & admirantur: bonos verò, vt primùm inopes esse intelligunt, contemptui habent.

Zeno dixit, ridiculum esse, quòd non vnusquisque quo pacto viuendum sit, ipsemet in rebus suis consideret, tāquam omninò inscius: quorumuis autem aliorum laudem admiretur, à iudicio pendens alieno.

Socrates. Luxuriosi cùm ægrotant, stulti: cùm fortunā sinistrā experiuntur, vix curari queunt.

Pythagoras. Sacrificia stultorum ignis solùm alimenta sunt: eorundē anathemata, victum sacrilegis suppeditāt.

Ariston Chius eos qui mathematicis disciplinis vacarent, neglecta philosophia, similes aiebat esse procis Penelopes: qui cùm ipsa potiri nō possent, ancillis miscebantur.

Idem vulgus hominum Laerti cōparabat, qui cùm reliqua ruri diligenter omnia curaret, seipsum negligebat: sic & illos studiosissimos quidē esse circa possessiones, animum autem feris obrutū affectibus non excolere aiebat.

Diogenes dicebat se multos quidem videre colludentes & discursantes, non autem qui virtuti darent operam.

Plat. in Men. Num honesta cupientē bona cupere dicis? Omninò. Quidam igitur sunt qui bona cupiant, quidā verò qui mala? Imò. Non omnes igitur bona tibi appetere videntur? Mihi nequaquā. Quidā itaq; mala? Ita. An quæ mala sunt, bona opinaris? Sic aio. An censes cognoscentem esse mala, ea appetere? Censeo. Vtrum qui mala desiderat, ea mala cognoscens, cùm adsint, prodesse existimat? Sunt qui mala prodesse putent, nec desunt qui obesse cognoscant. Ex ijs igitur patet, eos non appetere mala, qui illa nō norint: sed illa potius, quæ bona esse putauerint, cùm tamen mala sint.

Timidus arma cōtra seipsum habet, stultus autem pecunias. *Socrates.*

Neque vinum austerū potioni aptum est, neq; mores agrestes conuersationi.

Quemadmodum timidi nautæ nauseæ obnoxij, existimantes se melius habituros, si ex acatio in gaulū, rursumq; si in triremē cōmigrarint, nihil tamen proficiunt, bilem secum circumferentes: sic quoddā vitæ genus nō ea animo eximit, quibus perturbatur, hoc est rerum inscitiam, ac id virium nec potest, nec callet præsentibus vti. *Plut. de Animi tranquil.*

Eus'ne sapientes putas, qui facienda dicendaq; cognoscūt? Hos ipsos. Quos verò stultos arbitraris? Non'ne qui neutrum istorum sciūt? Ita sanè. Igitur qui vtrumq; istorum ignorant, imprudentes se prodent, dicendo faciēdoq; ea, quæ non conuenit. Sic videtur. *Plato in Alc.*

Neq; Achiuorum arma Thersiti, neq; animi bona homini stulto conueniunt. *Socrates.*

Victus ægrotantis, & bona fortuna insipiētis, multum continet molestiæ.

Tonitrua imprimis pueros, & minę stultos territāt.

Quid dicat aliquis de homine moribus contentioso, etsi nihil alienū concupiscat? Quomodo quicquam iusti faceret, si cogitet secum nihil de fide publica dignum approbare, paratus cum omnibus contendere, sine vllo modi & opportunitatis litigandi respectu? Hic sanè non ea modò, quę rectè dicuntur, euertere conatur, sed multa quoque faciendo contentiosè, vt se non aliorum opinioni consentire ostendat, actiones suas quasi peruersas & violentas semitas, à regia via discedentes exhibebit. *Hierax de Iustitia.*

DE IMPVDENTIA.

ATH. HOSP. Si melioris opinio propter audaciā non timetur, idipsum penè perniciosa est impudentia, quæ à libertate quadam temeraria proficiscitur. *Plato 3. de Leg. Dial.*

Impudentia vitiorum causa.

Huiusmodi fuerint mores qui bonitatem probant, & verecundiam sequuntur, propter quam turpibus cunctis abstinemus: Et qui impudētiam ab anima exterminant, vt pote causam, quòd multi turpia committant. *Iamblichus.*

Omnes perfricta sunt fronte, nec vllus amplius erubescit. *Menander.*

Qui verò nec erubescere scit, neq; metuere,
Ille primas vniuersæ tenet impudentiæ.

Homine impudēte nullū animal est confidētius: *Diphilus.*
Malus enim est pudor, vbi vincit impudentia.

Nunc verecundia quidem inter homines perijt, *Theognis.*
At impudentia terram peragrat vbiq;.

Hæc non est animositas neq; fortitudo, *Euripides.*
In faciem intueri amicos malè affectos:

Sed maximus morborum inter homines
Omnium impudentia.
Theognis. Omnes humanæ res natura consenescunt,
Et ad finem temporis veniunt,
Præter solam, vt videtur, impudentiam.
Hæc enim quantò magis genus augetur mortalium,
Tantò fit maior quotidie.
Menander. O maxima deorum
Hoc temporis impudentia. si modò te deam vocare oportet.
Sed oportet: nam quod imperat, pro Deo nunc habetur.
Quantum progrederis? quousq; peruentura mihi videris?

Xenophon 1. de Pad. Cyri. Ingratitudini potissimùm impudentia videtur esse comes, quæ ad omnem turpitudinem maxima dux est.

C. Caligula dicebat se nihil magis in sua natura probare quàm verecundiam. Pudor enim vt multis ad honestas actiones obstat, sic nonnunquam improbæ mentis homines à turpibus reuocat.

Ex Demosthene.

Ex Orat 1. contra Aristogit. Qua ex re impudens appellatus est, nisi quia ista, quæ neq; sunt, neq; facta sunt, propter impudẽtiam palam dicere nihil pudet?

Ex Ora. de fals. Legat. Id profectò nostis, quod ex quo tempore nati sunt homines, & iudicia fieri cœperunt, nemo vnquã qui se fateretur peccasse deprehensus est, sed impudenter loquuntur, mentiuntur, excusationes fingunt, omnia faciunt ne dent pœnas.

Lingua non redarguta. Adag.

Plato in Theat. In impudentes, qui rationibus conuicti non cedũt tamen.

Euripideum quiddam nobis accidet: lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit.

Faciem perfricare, frontis perfricta.

Frons habita est antiquitus pudori sacra. Inde frõtem perfricuerunt, qui pudorem omnem abiecerunt, velut absterso manu à vultu pudore.

Fab lib. 9 Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui prętor fieres quàm Catonem.

Plinius in præfat. Histor. Perfricui faciem, nec tamen profeci.

Perfrices frontem nportet, & ipse te non audias.

Sen. lib. 5. epist. 40 Clament perijsse pudorem
Cuncti pene patres.
Horat. in Odis.
Persius. Exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus.

Cic. in Verrem. Os hominis insignemq; impudentiam cognoscite.

Pro Rabir. Posth. Quod habent os, quam audaciam?

In Oratore. Quod tamen os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere.

IMPVNITAS.

Ex Apop. Erasm. Impunitate nihil est periculosius, quæ semper ad deteriora inuitat.

Impunitæ iniuriæ exemplum, omnibus iniuriam minatur. Etenim si liceat impune lædere, quis tutus erit ab improborum violentia?

I ANTE N.

INANIS METVS.

Vtre territas. Adag.

Dici solitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab ijs qui vasorum inanium strepitu pauefaciunt pueros.

Panicus casus.

Veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Nam Pana Deum repẽtinos terrores & animi consternationes immittere credebant antiqui.

Cæterùm noctu irruit in eos panor Panicus: si quidem terrores nulla de causa exortos, aiunt ab hoc immitti. *Pausanias in Phocaicis.*

Metum inanem metuisti.

Omnia tuta times. *Virgil.*

Sanè vehemẽter essem puer, si talibus territamentis expauescerem. *Basilius Atha.*

Inania multa in bello.

De inani suspicione, aut pauore sine causa coorto.
Vt enim belli, sic & auditionis multa sunt inania. *Plutarchus.*

Canes timidi vehementius latrant.

Canis timidus vehementius latrat quàm mordet. *Q. Curtius lib. 7*

Aspersisti aquam.

Aspersisse aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit.
Euax, aspersisti aquam. *Plautus Bacch.*
Aspersisti aquam, iam redijt animus. *Idem in Trucul.*

INANIS OPERA.

Ab asino lanam quæris. Adag.

De ijs qui stultè quærunt, quæ nusquam sunt. *Aristophanes.*
Asini quis ad lanas? quis in Lethes solum?

Asini lanam tondes.

De ijs qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur.

Lupi alas quæris.
Vtrem vellis.
Aethiopem lauas.

Ac iuxta prouerbium, Aethiopem lauare conor. *Lucian. contra Indoct.*

Mortuum flagellas.
Aquam è pumice postulas.
Mortuo verba facit.

Frustra ad sepulchrum viua ploro mortui. *Aeschyl. in Agamemn.*

Littori loqueris.

Surdior ille freto clamantem nomen Orestis, *Ouid.*
Traxit inornatis in sua tecta comis.

Delphinum natare doces.
Aquilam volare doces.

Sine valere vulgus, sine esse graculos, qui volatum aquilarum probent. *Grego. ad Eulo.*

Delphinum cauda ligas.

Est enim delphinus cauda lubrica, nec ea teneri potest.

Nebulas diuerberare.
Asini caput ne laues nitro.

Ne multum sumptus, operæ've impendas in rem vilem ac sordidam.

De fumo disceptare.
De asini vmbra.

Sophocles. Cuncta asini vmbra: hoc est nugæ, nihiliq; res.
Aristoph. in Dædal. Qua de re nunc inter vos bellum est? nimirum de asini vmbra.
Lucian. in Sol. Omnes, vt ita dixerim, de asini vmbra depugnant philosophi.
Procopius in epist. Ipse etiam, opinor, de arte pugnantia cùm sentias, deridendi sicut videtur gratia, de asini, quod aiunt, vmbra, litem moues.

Arenam metiris.

Rem infiniti laboris, atq; inexplicabilem inceptas.
Plato in Theæt. Magis illum latet, quàm maris, vt dicitur, arenæ.

Arenæ mandas semina.

Oenone Paridi apud Ouid. Quid facis Oenone, quid arenæ semina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.

De lana caprina.

Hor. ad Loll. Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus.

In aqua scribis.

Lucian. in Tyr. Vtrum ludis Charon, an in aqua, vt dicitur, scribis?
Plato in Phæd. Num hæc studiosè in aqua scribet nigra, seminans calamo?
Hominum improborũ inscribe iusiurandũ aquæ.
Xenarchus in Pentath. Inscribo vino, si qua iurat fœmina.
Mulier cupido quod dicit amanti,
Catullus. In vento & rapida scribere oportet aqua.

Rheti ventos venaris.
In arena ædificas.
Parieti loqueris.
Ignem dissecas.

Aristides. Non intelligebas autẽ teipsum omnibus illis prouerbijs obnoxium esse: quòd ignem diuerberas, quòd lapidem elixas, quòd in saxis sementem facis.

Isthmum perfodere.

Delphicum responsum. Neq; cingite Isthmum mœnibus, neq; fodite
Nam si Iuui id visum, locasset in salo.

Cribro aquam haurire.

Plaut. in Pseud. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

In aqua sementem facis.

Theognis. Par vt qui æquoreis semina mandet aquis.

In saxis seminas.
Vtrem mergis vento plenum.

Sibylla de Ath. Vter tingeris, sed mergere nemo valebit.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant.

Plut. 2. Probl. Pugna erat in saxis, neq; saxum tollere quibant.
Athen. lib. 10 Deperiere siti superante ad labra liquore.

Aranearum telas texere.
Arare littus.

Quid geris extremis positus telluris in oris *Auson. ad Theonem.*
Cultor arenarum vates, cui littus arandum?

Ouum glutino compingis.
Penelopes telam retexis.
Oleum & operam perdis.

Tu vide latius Erasm. Chiliadis primæ, Cẽturia. 4.

INCANTATIO.

Carminibus Cyrce socios mutauit Vlyssis, *Virgilius.*
Atq; satas aliò vidi traducere messes.
Mens hausti nulla sanie polluta veneni *Lucan.*
Incantata perit.
Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam:
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantataq; vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente cadunt.
Cùm volui ripis ipsis mirantibus, amnes *Medea apud Ouid.*
In fontes rediere suos: concussaq; sisto.
Stantia concutio cantu freta, nubila pello:
Nubilaq; induco, conuulsaq; robora terra
Et syluas moueo, iubeoq; tremescere montes,
Et mugire solum, manesq; exire sepulchris.
Te quoq; luna traho.
Hanc ego de cælo ducentem sydera vidi: *Tibull. de alia Incantatrice.*
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditq; solum, manesq; sepulchris
Eijcit, & rapido deuocat ipsa rogo.
Cùm libet, hæc tristi depellit nubila cælo:
Cùm libet æstiuas euocat ore niues.

INCOMMODVM.

Incommodorum tria genera.

Cumq; in vitæ societate tria genera cernantur incommodorum, & iniuriarũ, peccata imprudens quis admittit, cùm admiserit in eum de quo nihil tale cogitaret, nec quo id instrumento ageret, neq; quid, quaq; de causa perficeret. *Arist. lib. 5. cap. 8. Ethic.*
Incommodum igitur aliquis sua voluntate accipit, & rem iniustam perfert: at iniuriam nemo sua sponte accipit. *Cap. 9. eiusdem lib.*
Incõmodis suis lugere, alterũ sentire, molestũ est. *Idẽ lib. 9. cap. 11*

Inconsultè quæ facimus.

Incõsultè aliquid efficimus, cùm non est antegressa deliberatio. *Lib. 5. cap. 8*

INCONSTANTIÆ PROVERBIA.

Duabus sedere sellis.

Laberius mimus à Cæsare in Senatum lectus, cùm à Cicerone ad consessum non reciperetur, dicẽte, Reciperem te, nisi angustè sederem, respõdit, Atqui soles duabus sedere sellis. *Macrob.*

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Sed amice, noli hanc epistolam Attico ostendere. Sed sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia. *Curius ad Cic.*

Vnica filia duos parare vir generos.

Dici solet, vbi quis idem beneficium duobus simul pollicetur.

De statu demigrare.

Cic. ad Attic. lib. 4. Occupatioonm mearum de statu demigro.

Modo palliatus, modò togatus.

Cic. Philipp. 5. Accipiet'ne excusationem is qui quæstioni præerit Græci iudicis, modò palliati, modò togati.

Vtroq; pede claudus.

Homer. Claudicat incessu, pedibusq; vacillat vtrisq;.

Mutabilior Metra Erisichthonis.

Metra puella fuit, quæ in varias rerum figuras trãsferri solebat.

Chamæleonte mutabilior.

Plato in Ione. Sed prorsus Protei in morem temet in omoem vertis speciem.

Horat. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Lucianus. Videbis ipsos eodem in tẽpore subitò io aliã transfigurari speciem, atq; ipsum referre Proteum.

Aristoph. in Ranis. At maximam profectò video beluam.
Qualem? oouam, quæ in cuncta subitò vertitur,
Modò bos, modò autem mula, rursum fœmina
Pulcherrima.

Mulieris animus.

Ennius. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,
Illaq; virgo viri.

Terent. Noui ingenium mulierum.
Nolunt, vbi velis: vbi oolis, cupiunt vltro.

Euripus homo.

Boëtius. Exæstuantis more fertur Euripi.

Sen. in Hercule. Euripus vndas flectit instabilis vagas,
Septemq; rursus flectit, & toodem refert,
Dum lassum Titan mergit Oceano iubar.

Aliud stans, aliud sedens.

Salust. in Cic. Aliud stans, aliud sedens de Repub. sentis.

Paud. in Nemeis Qui verò tenet ea quæ didicit, obscurus homo, aliàs aliter atq; aliter affectus, nunquam certo iogressus est pede.

Duplices viri.
Duodecim artium.

Aristophanes. Aodes'ne mea vituperare carmina, qui per duodecim artes poëmata fingis?

INDECORVM.

Antistheoes à quodam rogatus in conuiuio vt canetet tibijs: Tu eas mihi infla, ioquit. Non recusauit obsequium, si ille vicissim obsequeretur. Iudicãs non esse philosopho decorũ tibijs canere.

Antigooo consulẽti Menedemo Eretriensi, debeter'ne ad comessationem quandam adire, post silenoum nihil aliud respõdit, quàm Regis filius es. Subindicans luxum iodecorũ esse regoo nas: aut potentibus licere quod libet.

Theages. Indecorũ est, qood factu importunũ est: cuius duo sunt discrimina, voum excessus, alterum defectus. Ille plus est quàm deceat, hic minus.

Epictetus. Indecorũ est vbiq; litigare & cõtẽdere, tum inter pocula maximè. Nam neq; ebrius aliquis docere sobriũ potest, neq; sobrius ab ebrio persuaderi.

INDOLES.

Dictitabat Socrates illum impudenter facere, qoi quũ boues efficeret pauciores, postularet tameo haberi bonus bobulcus: sed multo absurdius esse, si quis velit baberi bonus Reipub. gubernator, cùm ciuium numerum imminuat. *Indoles mala.*

In Philippi dictis nihil erat, qood præter vrbanitatem, non etiã ad bonos mores conduceret. Huius etiam filius Alexaodet puer, quum patrem multa præclarè fœliciterq; gerere videret, nequaquã eo gaudebat, sed ad pueros æquales diceebat, Pater mihi nihil relicturus est. Illis cõtrà dicẽtibus, Imò hæc omnia obi parat: Quid proficit, ioquit, si multa possidens agam nihil? *Indoles egregia.*

Alexander adolescens videns patrem equum præferocem, nec vllum sessorem patientẽ, velut inutilem abiectum ire, Qualem, inquit, equum isti perdunt, dum illo per mollitiem vti nesciunt. Cumq; mira arte sine verberibus tractasset equum, tandem conscensum ad cursum admisisset, tum calcibus vsus est: ac molliter flexis habenis quum equum reduxisset, descendentis caput exosculatus pater, Aliud, ô fili, inquit, tibi par regnum quære, quãdo iam te non capit Macedonia. Præsagijt vir prudens tam excelsæ indoli non sufffecturam paternam dicioonem. *Indoles mirifica.*

Cn. Pompeius, qui tam charus fuit Romanis, quàm patet fuerat inuisus, adolescens totum se Syllanæ factioni addixit, & priuatus magnum cõtraxit exercitũ. Huoc quum Sylla ad se venire iussisset, Non absq; spolijs, inquit, nec incruentas imperatori copias exhibebo. Nec prius ad illũ venit, quàm mulos cõflictibus bostiũ duces superasset: nolẽs adducere militem numerosum, sed virtute spectatum.

Scipio super cœnam interrogatus, quem egregium imperatorem habitura esset Respub. si quid ipsi humanitus accidisset, Vel hunc, inquit, Marium intuens. Iam tum in illo perspiciens ingeniũ maximis rebus natum.

Aemilius Lepidus etiamnum puer progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit. Illi in Capitolio statua bullata & incincta prætexta Seoatusconsulto, tam memorabilis operis index est proposita. Existimauit eum hooori tempestiuum videri, qui iam virtuti maturus fuisset. Arma enim infesta, districti gladij, discursus telorum, equitatus fragot nequaquam iuueoem terruit.

M. Cato puer cùm in domo M. Drusi auunculi educaretur, & ad eum Tribuoum tunc Latini à Q. Popedio Latinorum principe cõueniissent de ciuitate impetranda, rogareturq; vt Latinos apud auunculũ adiuuaret, cõstanti vultu nõ facturũ se respõdit. Tunc Popedius io excelsam ædiũ partẽ eleuatũ, abiecturũ se eũ inde, nisi precibus obtẽperaret, minatus est: nec ab incœpto moueri potuit. Sic tenero aio, sed singulari perseuerãtia, Latinus iura Romanæ ciuitatis cupieotes, repulit.

Idem cùm salutãdi gratia prætextatus ad Syllã venisset, & capita proscriptorũ in atriũ collata vidisset, atrocitate rei cõmotus, pędagogũ interrogauit

gauit cur nō inueniretur tam crudelis Tyranni interfector: cumq́; is respondisset non voluntatē, sed facultatē deesse, quòd magno esset stipatus satellitio, obsecrauit sibi ferrū dari, affirmādo se eū interfecturū, quòd in illi' lecto cōsedere soleret.

C. Cassius, huius Syllæ filium Faustum in schola condiscipulū, cùm paternam proscriptionē laudantem intellexisset, ipsumq́; idem facturum minitantē, si per ætatem posset, colapho percussit.

Alcibiades cùm adhuc puer ad Periclem auunculum venisset, eumq́; tristem vidisset, quæsiuit ad quid ita vultu esset tristi. At illo dicēte, se mādato ciuitatis ianuas arcis Mineruæ ædificasse, consumptaq́; in id opus ingēti pecunia, non inuenire quo pacto ministerij rationem redderet: Quære, inquit, potius quemadmodum rationē non reddas. Sic vir amplissimus puerili consilio visus est.

INFAMIA.

Nam. in Persa. Pater, hominum immortalis est infamia,
Etiam tum viuit, cùm esse credas mortuam.

Paupertas fit grauior, si ad illam accedat infamia.

Ibidem. Quanquam res nostræ sunt pater pauperculæ,
Modicæ, & modestæ, melius est tamen ita viuere.
Nam vbi ad paupertatem accessit infamia,
Grauior paupertas fit.

Infamia animos sæpe à vitijs absterret, vt funus vicinum ægros ab inferenda morte.

Hor. Sat. 4. li. Auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat, mortisq́; metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitijs.

Infamia non deletur.

Quum cuidam notam appositam, deprecantibus familiaribus ademisset Claudius Cæsar, dixit, Lituta tamen extet. Sentiens etiam remissa culpa, manere tamen infamiæ prioris vestigium. Alludens ad scripturam, quæ licet spongia deleatur, relinquitur tamen rasuræ vestigium.

Infames rei quibus ex causis absoluti damnatiq́; sint.

M. Horatius interfectæ sororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio est absolutus: quorum alterum atrocitas necis mouit, alterum causa flexit, quia immaturū virginis amorem seuerè magis quàm impiè punitum existimabat. Itaque tantum gloriæ consanguineo, quantum hostili cruore retulit.

Sergius Galba à Libone tribuno pleb. pro rostris cùm accusaretur, quòd Lusitanorum magnam manum, interposita fide, in Hispania Prætor, interemisset, reus pro se nihil recusans, paruulos liberos suos, & Galli sanguine coniunctum filiū, flens commendare cœpit, sic mitigata cōcione, qui omnium cōsensu periturus erat, nullum penè tristi suffragium habuit.

A. Gabinius maxima infamiæ labe à Memmio accusatore conspurcatus, cùm præsentissimū capitis impendere videret periculū, Sisennā filiū adhibuit, qui se ad Memmij pedes prostrauit supplex: quē truci vultu Memmius repulsum humi iacere aliquādiu passus est. Quo spectaculo cōmotus Lælius Tribun. pleb. approbantibus cūctis, Gabiniū dimitti iussit: vt ostenderet, neq; secundarum rerum prouentu insolenter abutendum, neq; aduersis propere animum abijciendum esse.

Appius Claudius, pulcherrima classe amissa, infesto populo obiectus, cùm debitam pœnam effugere nullo modo posset, subita cæli tēpestate suborta, tutus fuit à damnatione. Itaq; cui maritima tēpestas perniciem, cælestis salutem attulit.

Infames rei quibus ex causis absoluti, damnatiue fuerint.

Tutia virgo deæ Vestæ incesti criminis rea, sinceritatisq́; suæ cōscia, arrepto cribro dixit, Vesta si sacris tuis castas semper admoui manus, effice, vt hoc cribro hauriam ex Tyberi aquam, & in ædē tuam perferā. Audacter votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.

L. Piso à L. Claudio Pulchro accusatus, quòd graues socijs iniurias intulisset, certi periculi metū fortuito auxilio vitauit. Nā cùm de eo tristes ferrentur sententiæ, repentina vis nimbi incidit, cumq́; prostratus humi iudicum pedes oscularetur, os suum cœno repleuit: quo conspecto à seueritate ad clementiam cuncti conuersi sunt.

Q. Flauius à C. Valerio ædile apud populum reus, & quatuordecim tribuum suffragijs damnatus, se innocentem opprimi proclamauit: cui Valerius clara voce respōdit, nihil sua interesse, dummodò periret. Qua violentia dicti commotæ tribus reo pepercerunt. Et sic insolentia accusator victoriam in ipsa victoria perdidit.

C. Cosconius Seruilia lege reus ob multa facinora, Valerij Valentini accusatoris recitatū in iudicio carmen, quo ingenuā virginē à se corruptam poëtico ioco significarat, protulit: quo crimē cōtexit. Si quidem iudices iniquū rati sunt eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur.

A. Attilius Calatinus ob Saranorum oppidi proditionem reus, admodum infamis imminentis damnationis periculo, à Quinto Maximo socero liberatus est: cùm affirmauit, si in eo crimine sontem illum comperisset, diremptur ū se fuisse affinitatem. Continuò enim populus penè exploratam sententiam, vnius iudicio concessit.

M. Aemilius Scaurus repetūdarum reus factus est: cumq́; accusator diceret se non recusare quominus absolueretur, si centum nominaret, quibus in prouincia nihil abstulisset, nō tam bona tamē vti potuit consuetudine, quin propter veterē nobilitatē & recentē memoriā patris absolueretur.

Callidius Bononiensis in cubiculo mariti nocte deprehēsus, cùm ob id causam adulterij diceret, grauissimo infamię fluctu emersit, affirmās se ob amorem pueri sui eò esse perductum. Ita libidinis crimen, intemperantiæ confessio liberauit.

Cùm duo fratres Cœlij parricidij reos agerēt alios duos Titi Cœlij filios, quòd ab ipsis esset interfectus, cū in altero iuxta eū lecto cubarēt, nec ad alios cędis suspicio posset referri. hoc vno absoluti sunt,

sunt, quòd à iudicibus aperto ostio inuenti fuerint dormientes placidè,& ita somnus securitatis index certissimus miseris opem tulit, Iudicatū est naturā oon pati,vt occiso patre,supra vulnera & cruorem eius,quietem capere possent.

L. Scipio post speciosissimum de rege Antiocho triumphum ductum, perinde ac si pecuniam ab eo accepisset,damnatus est.Nec vir alioquin vitę syncerę, & ab hac suspicione procul remotus, inuidię resistere non potuit.

P. Furius à C. Deciano accusatus pro rostris, quòd quadam in parte actioois de morte Lucij Saturnini queri ausus fuerat,nō reus damnatus est, sed pœnas ei adiectas accusator pependit.

Titius Sextus innocēs Agraria lege lata, graoosus apud populum fuit:tamen quia Saturoini imaginem domi babebat, totius populi suffragijs oppressus est.

M.Militius,Cn.Lollius,L.Sextilius triumuiri,quòd ad incendium in sacra via ortum extinguendum tardius veoerant, à Tribunoplebꝫ. die dicta ad populum damoati sunt.

P. Biblius triumuir oocturnus, à P. Aquilio Trib. Pl.accusatus, populi iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumiuerat.

M. Aemilius Porcina quòd nimis sublimem villam in Allienſi agro construxisset, graui mulcta populi iudicio affectus est.

Pub. Dolabella Proconsulari imperio Asiam obrinente,ad eum delata est mulier quædam Smyrnæa, quæ virum & filium interemerat, quòd ab ijs iuuenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occisum comperisset. quo crimine fluctuatus est Dolabellæ animus, oec eam damnandam, nec absoluendam esse duxit, sed ad Areopagitas misit.

Apud M. Popilium Lenatem prætorem, quædam quæ matrem interemerat, accusata est, de qua neutram in partem latæ sententiæ, quia constabat eandem dolore liberorum veneno oecatorum commotam, quos auia filiæ infensa sustulerat,parricidium parricidio vltam esse.

DE INFANTIA.

Infantis miseria quæ sit.

Ouid.15.Meta. Editus in lucem iacuit sine viribus infans.

Lucr.5.de Nat. rerum. Tum porrò puer(vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita)nudus humi iacet infans,indigus omni
Vitali auxilio,cùm primùm in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit:
Vagituq; locum lugubri complet,vt æquum est,
Cui tantum in vita restet transire malorum.

Ouid.15.Meta. Nam tener & lactens,puerīq; simillimus æuo
Vere nouo est:tuoc herba recens, & roboris expers
Turget,& insolida est,& spe delectat agrestes.

DE INFERIS.

Inferorum descriptio.

Vir.6.Aeneid. Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus,& vltrices posuere cubilia curæ,
Pallentesq; habitant morbi,tristisq; senectus,
Et metus,& malesuada fames,& turpis egestas,
(Terribiles visu formæ)lethumq;,laborq;:
Tum coosanguineus lethi sopor,& mala meotis
Gaudia,mortiferumq; aduerso io limine bellum,
Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annosaq; brachia paodit
Vlmus opaca,ingens,quam sedem somnia vulgò
Vana tenere ferunt,folijsq; sub omnibus hærent:
Multaq; præterea variarum monstra ferarum. *Inferorum monstra.*
Centauri in foribus stabulant,Scyllæq; biformes,
Et centum geminus Briareus,ac bellua Lernæ
Horrendum stridens,flammisq; armata Chimæra,
Gorgooes, Harpyiæq;, & forma tricorporis vmbræ:
Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas,
Turbidus hic cœoo,vastaq; voragine gurges
Aestuat,atq; omnem Cocyto eructat arenam.

Tu plura vide apud Virgil.6. Aeneid.

Est via decliuis fuoesta nubila taxo, *Ouid.4. Meta.*
Cuius ad infernas pet muta silentia sedes
Styx nebulas exhalat iners:vmbræq; recentes
Descendunt illac,simulacraq; functa sepulchris.
Pallor hyemsq; tenent latè loca seota,nouiq;
Qua sit iter maoes Stygiam quod ducat ad vrbem.
Ignorant vbi sit sera oigri regia Ditis.
Mille capax aditus,& apertas vndiq; portas
Vrbs babet:vtq; fretum de tota flumioa terra,
Sic omnes animas locus accipit ille:nec vlli
Exiguus populo est,turbam've accedere sentit:
Errant exangues sioe corpore & ossibus vmbræ:
Parsq; forum celebrant,pars imi tecta tyranni,
Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ
Exercent,aliam partem sua pœna coërcet.
Viscera præbebat Tityus lanianda,nouemq; *Ouid. in Ibin.*
Iugeribus distractus erat.Tibi Tantale nullæ
Deprenduntur aquæ: quæque imminet, effugit arbor.
Aut petis,aut vrges ruiturum Sisyphe saxum.
Voluitur Ixioo,& se sequiturq;,fugitq;.
Moliriq; suis lethum patruelibus ausæ
Assiduè repetunt,quas perdant,Belides vndas.
Hic teoebras agitār,volitantq; per vmbras *Silius Ital. 13*
Ionumeri quōdam populi,domus omtibus vna,
In medio vastum latè se tendit inaue,
Huc quicquid terrę,quicquid freta,& igneus ęther
Nutriuit primo mundi geoitalis ab æuo.
Mors communis agit,descenduot cuncta,capitq;
Campus iners quantum interijt, testatq; futurum.

Inferorum decem porta.

Cingunt regna decem portę,quarum vna receptat 1
Belligeros dura gradiui sorte creatos.
Altera,qui leges posuere,atq; inclyta iura 2
Gentibus,& primas fuodarunt mœnibus vrbes.
Tertia ruricolas, Cereris iustissima turba, 3
Quæ venit ad manes & fraudum illæsa veneno.
Exin qui lætas artes,vitæq; colendæ 4
Inueoere viam,oec dedignanda parenti
Carmina fuderunt Phœbo,sua limina seruant.
Proxima quos veoti,sæuæq; hausere procellæ, 5
Naufraga porta rapit,sic illam oomioe dicunt.
Finitima huic noxa grauido,& peccasse fatenti 6

Vaſta patet populo, pœnas Rhadamanthus in ipſo
Expetit iotroitu, mortemq́; exercet inanem.
7 Septima fœmineis reſeratur porta cateruis,
Lioentes vbi caſta fouet Proſerpina lucos.
8 Infantum hinc gregibus, verſas ad fuoera tædas
Paſsim virgioibus, turbæq́; in limioe lucis
Eſt iter extinctæ, & vagitu ianua nota.
9 Tum ſeducta loco, & laxata lucida oocte
Clauſtra niteot, quæ ſecreti pet limiòs vmbram
Elyſios ducunt campos: hic turba piorum
Nec Stygio in regno cæli oec poſta ſub axe,
Verùm vltra Oceanum ſacro certamina fonti,
Lethæos potat laòces obliuia mentis.
10 Extrema hinc auro fulgens, iam lucis honorem
Sentit, & admoto ſplendet ceu ſydere lunæ:
Hac animæ cælum repetuot, ac mille peractis
Oblitæ Ditem redeunt in corpore luſtris.
Has paſsim nigrum pandens mors lurida rictum,
Itq́; reditq́; vias, & portis omnibus errat.

Infernales fluuij.

Tum iacet in ſpatium ſine corpore pigra vorago,
Limoſiq́; lacus latè exundantibus vrit
Ripas ſæuus aquis Phlegethon, & turbine anhelo
Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet.
Parte alia torrens Cocytus ſanguinis atri
Vorticibus furit, & ſpumanò gurgite fertur.
At magnis ſemper diuis, regiq́; deorum
Iurari dignata palus, picis horrida riuo
Fumiferum voloit Styx inter ſepulcra limum.
Triſtior his Acheron ſanie, craſſoq́; veneno
Aeſtuat, & gelidam eructans cũ murmure arenam,
Deſcendit nigra leotus per ſtagna palude.
Vltimus erumpit lachrymarum footibus amnis
Ante aulam, atq; aditus, & inexorabile limen,
Quarta cohors omni ſtabulansq́; per auia monſtro
Excubat, & manes permixo murmure terret
Luctus edax, maciesq́; malis comes addita morbis.
Et mœror paſtus fletu, & ſine ſanguine pallor,
Curæq́;, inſidiæq́;, atq; hinc queribunda ſeoectus.
Liuor. Hinc angens vtraq; manu ſua guttura Liuor,
Egeſtas. Et deforme malum, ac ſceleri procliuis Egeſtas,
Errorq́; infido greſſu, & Diſcordia gaudens
Permiſcere fretum cælo: ſed & hoſtia Ditis
Centenis ſuetus Briareus excludere palmis,
Et Sphynx virgineos rictos ioſecta cruore.
Scyllaq́;, Centauriq́; truces, vmbræq́; Gigantum.
Cerbetus hic ruptis peragrat cum Tartara vinclis,
Non ipſa Alecto, nec fœta furore Megæra
Audet adire ferum, dum fractis mille catenis
Viperea latrans circumligat ilia cauda,
Dextera vaſta comas, nemoroſaq́; brachia fundit
Taxus, Cocyti rigua frondoſior vnda.
Hic diræ volucres, paſtusq́; cadauere vultur,
Et multus Bubo, ac ſparſis Strix ſanguine pennis,
Harpyiæq́; foueot nidos, atq; omnibus hærent
Coodenſæ folijs, outat ſtridoribus arbor.
Has inter formas cooiunx Iunonis Auernæ
Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum.
Stant vincti, feroq́; piget ſub iudice culpæ.
Circum errant furiæ, pœnarumq́; omnis imago.
Quàm vellent ounquam ſceptris fulſiſſe ſuperbis!
Inſultant duro imperio, oon digna oec æqua
Ad ſuperos paſsi maoes, quæq́; ante profari
Non licitum viuis, tandem permiſſa queruotur.

Tunc alius ſæuis religatur rupe catenis. *Prometheus.*
Aſt alius ſubigit ſaxum, perq́; ardua montis *Siſyphus.*
Vipereo domat huoc æterna Megæra flagello.
Talia lethiferis reſtant patienda tyranois.
At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda *Tibul. li.3*
Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.
Tiſiphoneq́; impexa, feros pro crinibus angues
Sæuit, & huc illuc impia turba fugit.
Tum niger in turba ſerpeotum Cerberus ore
Stridet, & æratas excubat ante fores.
Illic Iuoonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri ooxia membra rota,
Porrectusq́; oouem Tityus per iugera terræ,
Aſsiduas io atro viſcere paſcit aues.
Tantalus eſt illic & circum ſtagna, ſed acrem
Iamiam poturi deſerit vnda ſitim.
Et Danai proles, Veneris quòd numina læſit,
In caua lethæas dolia portat aquas.
Eſt locus infauſtis quo coociliatur in vnum *Claud. lib. 2. in*
Cocytus Phlegethonq́; vadis, ioamœous vterque *Ruffi.*
Alueus: hic voluit lachrymas, hic igne reduodat.
Turris per gemioos flammis vicinior amoes
Porrigitur, ſolidoq́; rigens adamante, ſiniſtro
Proluit igne latus, dextra Cocytia fuodit
Aequora, triſte gémens, & flexu coocita plangit.
Huc poſt emeritam mortalia ſecula vitam
Deueniuot, vbi nulla maoeot diſcrimina fati.
Nullus hooor, varioq́; exutum oomioe regem
Perturbat plebeius egens, quæſitor in alto
Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos:
Et iuſtis dirimit ſontes, quos oolle fateri
Viderit, ad mala mox tranſmittit verbera fratris.
Nam iuxta Rhadamanthus agit congeſta ſuperni
Curriculi, totosq́; diu proſpexerit actus.
Exæquat damnum merios, & multa ferarum
Cogit vincla pati: truculeotos ingerit vrſis,
Prædonesq́; lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper, vinoq́; grauatus,
Indulgens Veoeri voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immuodæ piogues detrudit in artus.
Qui iuſto plus eſſe loquax, arcaoaq́; ſueuit
Prodere, piſcoſas fertur victurus in vodas,
Vt nimiam penſeot æterna ſilentia vocem.
Quodq́; vbi per varios aonos, per mille figuras
Egit, lethæo purgatos flumioe, tandem
Rurſus ad humanæ reuocat primordia formæ.

Infernales furiæ tres.

Hic tibi de furijs ſcindit latus vna flagello, *Ouid. in Ibin.*
Vt ſceleris oumeros confiteare tui.
Altera Tartareis ſectos dabit anguibus artus.
Tertia fumantes incoquet igne genas.
In loca ab Elyſijs diuerſa fugabere campis, *Ibidem.*
Quasq́; teoet ſedes ooxia turba coles.
Quæq́; gerunt humeris perituras Belides vndas
Exulis Aegypô turba cruenta nurus.
Quid iuuat durum properare fatum? *Sen. in Her. fu.*
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes, facietq́; inerti
Vela Cocyto.
Loogus ad manes properatur ordo *Idem in Oedip.*
Agminis mœſti.
Tum demũ ad manes perfecto muoere Erinnys *Sil. Ital. li. 2. bell. Pun.*
Iunoni laudata redit, magnamq́; ſuperba
Exultat rapiens ſecum ſub tartara turbam.

Propert.2.li.ad Sunt apud infernos tot millia formosarum,
Mecen. Pulchra sit in superis scilicet vna locis.
Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro,
Vobiscum Europe, nec proba Pasiphaë.
Et quot Troia tulit vetus, & quot Achaia formas,
Et Phœbi & Priami diruta regna senis,
Et quæcumq; erat in oumero Romana puella,
Occidit: has omnes ignis auarus habet.

Claud.2.de Ra. Conueniuot animæ, quantas violentior Auster
Proserp. Decuot arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas,
Cunctaq; præcipiti stipantut secula cursu
Insignem visuta nurum.

Virgil. 6. Aen. At læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.

Sene.in Her.fu. Spartana tellus oobile attollit iugum,
Densis vbi æquor Tænarus syluis premit.
Hic ora soluit Diris inuisi domus,
Hiatq; rupes alta, & immensa specu
Ingens vorago faucibus vastis patet:
Latumq; pandit omnibus populis iter.
Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis.
In quæ omne mersum pereat humanum genus,
Nec ire labor, ipsa deducit via:
Vt sæpe puppes æstus inuitas rapit,
Sic pronus aër vrget.

Sil.Ital.lib.12. Hinc vicina palus fama est Acherontis ad vodas
bell.Pun. Paodere iter, cæcas stagnante voragine fauces
Laxat, & borreodos aperit telluris hiatus,
Interdumq; oouo perturbat lumine manea.

Stat.li.2.Theb. Hoc (vt fama) loco pallentes deuius vmbras
Trames agit, nigriq; Iouis vacua atria ditat
Mortibus, Arcadij perhibeot si vera coloni.
Stridor ibi, & gemitus pœnarum, atroq; tumultu
Feruet ager: sæpe Eumenidum, vocesq; manusq;
In mediu n soouere diem, lethiq; triformis,
Ianitor agricolas campis auditus abegit.

Val.Flac.2.Ar. Ingenti iacet ore Chaos, quod poodete fessam
Materiem, lapsamq; queat consumere muodum.
Hîc gemioæ æternum portæ, quarum altera dura
Sempet lege pateos, populosq; regesq; receptat.

Clau.li.1.in Ru. Est locus extremum quà paodit Gallia littus
Oceani prætentus aquis, quò fertur Vlysses
Sanguine libato populum mouisse silentûm.
Illic vmbrarum teoui stridore volaotûm
Flebilis auditur questus: simulacra coloni
Pallida, defunctasq; videot migrare figuras.

Idē li.2 in Ruf. Est locus infaustis, quo conciliantur in vnum
Cocytus Phlegethooq; vadis inamœous vterq;
Alueus: hic voluit lacrymas, bic igne reduodat.

Sene.in Her.fu. Vera'ne est fama, inferis
Tam sera reddi iura, & oblitos sui
Sceleris nocentes debitas pœoas dare?
Quis iste veri rector atq; æqui arbiter?

Idem in Troad. Tænara, & aspero
Regnum sub domino, limen & obsidens
Custos, ooo facili Cerberus ostio
Rumores vacui, verbaq; inania,
Et par sollicito fabula somnio.

Lucr 3.de Nat. Post mortem deniq; nostram
rerum. Num quid obi borribile apparet? Nũ triste videtur
Quicquam? non'ne omni somno securiua extat?
Atq; ea nimirum quæcumq; Acheroote profuodo
Prodita suot esse, in vita sunt omoia nobis:
Nec miser impendens magnum timet aëre saxum,
Tantalus, vt fama est, cassa formidine torpens.
Sed magis io vita diuûm metus vrget inanis
Mortales, casumq; timent, quem cuiq; ferat sors.

Inferni pœna diuersa est secundum hominum merita.

Quàm penè furuæ regna Proserpinæ, Hor. Od.2.li.
Et iudicantem vidimus Aeacum,
Sedesq; discretas piorum, &
Aeolijs fidibus quæreotem
Sappho puellis de popularibus.

Visendus ater flumine languido Idem Od.14.li.2
Cocytus errans, & Danai suous
Infame, damoatusq; longi
Sisyphus Aeolides laboris.

Quod quisq; fecit, patitur: autorem scelus Sen in Her.fu.
Repetit, suoq; premitur exemplo nocens.

Fortè sedens media tegni infœlicis io arce Stat.li.8.Theb.
Dux Erebi, populos poscebat crimina vitæ,
Nil hominum miserans, iratusq; omnibus vmbris.
Stant furiæ circum, variæq; ex ordioe mortes,
Sæuaq; multisonas exercet pœna catenas.
Fata ferunt animas, & eodem pollice damnant.

Quisq, suos sootes, inimicaq; pectora pœnis Val. Flac. lib 3.
Implicat, & varia meritos formidine pulsant. Argonaut.
At quibus in vna madueruot sanguine dextræ,
Si sors sæua tulit miseros, vel proxima culpa,
Hos varijs mens ipsa modis agitat: sua carpuot
Facta viros resides, etiam nil amplius ausi
In lacrymas bumilesq; metus, ægramq; fatiscuot
Segnitiem.

Esse aliquos manes, & sub terranea regna, Pers Sa.3
Et contum, & Stygio tanas in gurgite nigras,
Atq; vna transire vadum tot millia cymba
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære leuantur.
Sed tu vera puta. Curius quid sentit, & ambo
Scipiadæ? quid Fabricius? manesq; Camilli?

Sedibus Elysijs, campoq; expulsa piotum Lucan.lib.3
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesq; nocentes
Post bellum ciuile trahor.

Certus inclusos tenet Sen.in Her.fu.
Locus oocentes, vtq; fert fama, impios
Supplicia vinculis sæua perpetuis domant.

Qualis est nobis animus remota Ibidem.
Luce, cùm mœstus sibi quisque sensit
Obrutum tota caput esse terra.
Stat Chaos densum, tenebræq; turpes,
Et color noctis malus, & silentis
Otium mundi, vacuæq; nubes.
Sera nos illo referat senectus.

Nemo ad id serò venit, vnde nuoquam, Ibidem.
Cùm semel venit, potuit reuerti.

Sed fœdere certo Sil.Ital.lib.13.
Degeneres animas teoebris damnauit Auernis. bell.Pun.

Tartareæ sedes, & formidabile regnum Sta.li.4.Theb.
Mortis inexpletæ, tuq; ô sæuissime fratrum,
Cui seruire dati manes, æternaq; sontum
Supplicia, atq, imi famulantur regia mundi,
Soluite pulsanti loca muta.

Audiris genitor, vulgusq; exangue propinquat. Ibidem.
Panditur Elysium Chaos, & telluris opertæ
Desilit vmbra rapax, syluæq; & nigra patescunt
Tartara, liquentes Acheron eiectat areoas.
Fumidus atra vadis Phlegethon incendia voluit,
Et Styx discretis interflua manibus obstat.

Ipsum

Ipſum pallentem ſolio,circumq́; miniſtras
Funeſtorum operum Eumenides,Stygieq́; ſeueros
Iunnnis thalamns,& mœſta cubilia cerno.
In ſpeculis mnrs atra ſedet,dominiq́; ſedentes
Adnumerat populos,mainr ſupereminet nrdn.
Sta. li. 11. Theb. Ite truces animæ. funeſtaq́; tartara letho
Polluite,& cunctas Herebi cnnſumite pœnas.
Idem li. 3. Syl. Ad manes ignare fugis,nec flectere Parcas,
Aut placare malæ datur aſpera numina Lethes.
Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. Tu damnatura uncentes,
Tu requiem latura pijs,te iudice ſontes
Improba cogentur vitæ commiſſa fateri.

Aeacus inferorum index.

Ouid. 13. Meta. Aeacus huic pater eſt,qui iura ſilentibus illic
Reddidit,vbi Aeolidem ſaxū graue Siſyphnn vrget.
In Ibin. Nnxia mille mndis lacerabitur vmbra,tuaſq́;
Aeacus in pœnas ingenioſus erit.
Hora. Od. 13. li. 2 Et iudicantem vidimus Aeacum.
Idem Od. 8. li. 4 Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum,
Virtus,& fauor,& lingua pntentum
Vatum,diuitibus conſecrat inſulis.
Virgil. 6. Aen. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſsima regna,
Caſtigatq́; , auditq́; dolos,ſubigitq́; fateri,
Quæ quis apud ſuperns furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Sene. in Her. fu. Non vnus alta ſede quæſitor ſedens
Iudici trepidis ſera ſortitur reis.
Auditur illo Gnoſius Minns ſero,
Rhadamanthus illo Thetidis hoc audit ſincer.
Stat. li. 4. Theb. Arbiter hos dura verſat Cortynius vrna,
Vera minis poſcens, agitatq́; expromere vitas
Vſque retrn,& tandem pœnarum lucra fateri.
Propert. lib. 3 Non tamen immeritò Minos ſedet arbiter Orci,
Victor erat,quamuis æquus in hnſte fuit.

Inferni regreſſus non eſt.

Sen. in Her. fu. Atque auidum Chaos
Gradumq́; retro flectere, haud vnquam ſinunt
Vmbræ tenaces.
Ibidem. Sed nemo ad id ſerò venit,vnde nunquam,
Cùm ſemel venit, potuit reuerti.
Idem in Hipp. Non vnquam amplius
Cnnuexa tetigit ſupra,qui merſus ſemel
Adijt ſilentem nocte perpetua domum.

DE INFIRMITATE.

Ouid. 3. de Triſt. Nec cælum, nec aquæ faciunt,nec terra, nec auræ.
Hei mihi, perpetuus corpnra langor babet.
Seu vitiant artus ægræ cnntagia mentis,
Siue mei cauſa eſt in regione mali.
Vt tetigi Pontum,vexant inſomnia, vixq́;
Oſſa tegit macies,nec iuuat nra cibus.
Quiq́; per Autumnum percuſsis frigore primo
Eſt color in folijs,quæ noua læſit hyems:
Is mea membra tenet,nec viribus alleuor vllis,
Et nunquam queruli cauſa doloris abeſt.
Lib. 4. de Triſt. Nam neque ſunt vires,nec qui color eſſe ſolebat.
Vix habeo tenuem,quæ tegat oſſa, cutem.
Ouid. 2. de Remed. amor. Admonitu recreatur amnr,vulnuſq́; nnuatum
Scinditur:infirmis cauſa puſilla nocet.

DE INFOELICITATE.

Homer. Iliad. 9 Infœlicem,quē patet Saturnius in ſenectutis limine
Miſera calamitate perdidit multa mala intuitum,
Et filios pereuntes,& filias per vim abſtractas,
Et thalamos vaſtatns,& liberos infantes
Ad terram proiectos in graui conflictu.
Miſero ſeni, qui malorum ſunrum *Menander.*
Obliuiſci incipiebat,memoriam refricaſti,
Ac denuò infœlicem fieri effeciſti.
Infinitis nppreſſn malis,vna *Sophocles.*
Nox aduenit,quæ dum melior aſpirat fortuna,mnri iubet.
Viro qui aliquandn fœlix vncatus fuit,
Moleſta eſt mutatio:cui verò ſemper ſiniſtra
Fortuna fuerit, nihil dolet, quum ei familiaris ſit calamitas.
Hnmo ſemper infœlix, natura credulus eſt.
Proximum enim plus ſe ſapere putat
Ille, quem ſuæ rationes ſemper fallunt.
Quibus in lncis calamitnſus aliquis fuit, *Amphides.*
Ad iſtos accedere nequaquam gaudet.
Quàm ſemper aliud malum poſt aliud mihi naſcitur.
Malnrum vltimam lineam attigimos. *Euripides.*
Semper malum aliquod viget, alterum verò præterit:
Et quod nnuum ſequuturum eſt deinceps, nondum apparet.
Nunc verò ſemper cōcoqun. Interim aliud nouum mihi creſcit
Damnum, quum à priori maln nnndum me expediuerim.
Permultis equidem ſemper immerſus es malis, *Philetas.*
Anime mi,tranquillitatem verò ne tantillam experiris.
Semper autem noui dolnres circa te exaſperantur.
Qui fœlices videntur,externam ſolùm perſonam *Menander.* habent,
Intus autem cæteris hominibus ſimiles ſunt.
Nec mihi Parca malorum finē adfert : ſed manet *Philetas.*
Conſtanter, & præſentibus accreſcunt alia.
Fortuna nobis tanquam cyathos exiccantibus *Diphilus.*
Si vnum bnnum infundat,tria mala effundit.
Iniuriam pati cuiliber graue eſt : huiuſmodi verò *Gaius.* aliquid pati, quod ne dici quidem clarè ab homine affecto poſsit, infœlicitas nimia eſt.
Si cui Deus bona non perfectè largiri voluerit, il- *Antiphon.* lum pecuniarum copia exhibita mentis & prudentiæ innpem facit:& ſic altero adempto vtriſq́; priuat.
Inopia publica grauinr eſt quàm ſingulorum:
Nulla enim ſubſidij ſpes relinquitur.
Quemadmndum corpori, ſic & familiæ vitæq́; *Democritus.* morbus accidit.
Inuidus dæmnn maximè videtur hnc ſtudere, vt *Gaius.* innpinatas calamitates inducat.
Xenocrates dicebat, quemadmodum à faciei formæq́; vitio aliquem vocamus informem, ita nb fortunæ malitiam hnmines imprnbos vocari à nnbis infortunatns.

DE INFORTVNIO.

Ob aliorum infortunium ne gaudeas.

Ne gaudeas ob infortunia proximnrum: *Menander.*
Fortunæ enim reluctari difficile eſt.
Non meum eſt latentem calamitatem

Aperire, sed occultandam esse aio.
Ne nimium seuerus & grauis esto erga infœliciter
Agentes, quum homo sis.

Euripides. Calamitatibus hominum infortunatorum
Nunquam insultaui, metuens ne quid etiam ipse
patiar.

Idem in Andr. Quamuis autem ego sim infortunatus,
Ne propter id glorieris: nam tu quoque talis fieri
potes.
Nisi quum homo sim, humanis fortunis
Ne accommodem, desipere videbor.

Sophocles. Dic mihi primùm vtrum malles,
Amicos molestando voluptates habere solus:
Aut vnà cum ipsis communi dolore affici?

Isocrates. Nemini calamitatem obieceris. Communis enim
fortuna est, & quid futurum sit, non liquet.

Democri. Quibus infortunia proximorum voluptati sunt, illi
non intelligũt fortunæ casus omnibus esse communes, & propriam gaudendi causam non habent.

Chilo. Infortunatum ne irriseris. Communis enim est fortuna.
Infœliciter agenti cuiuis condolere & vnà suspirare promptus esto. Est autem suspirium, morsus
doloris.

Philemon. Si quis tristantem aliquem sequutus ei dixerit,
Salue: necessariò lugere ipsum iubet.

Demosthenes. Ego illum planè stolidum iudico, qui cùm homo
sit, homini fortunam exprobrat. Quomodo
enim conuenit de fortuna gloriari, vel eam obijcere alteri, illum qui ipse nesciat, an sibi constans
vel ad vesperum permansura sit, quamuis in
præsentia se quàm optimè & fœlicissimè vitam
agere putet?

Herod. li. 3. Hist. Amasis Polycrati ita inquit: Mihi quidẽ fœliciter agi
cum viro amico meo & hospite audire voluptas
est: tamen tuæ magnæ prosperitates mihi non
placent, qui intelligo quàm inuidum numen sit.
Quod ad me attinet, malim tum meam ipsius,
tum eorum qui mihi curæ sunt, res nunc prosperè ire, nunc contrà, & per varias fortunæ vices
æuum traducere, quàm in omnibus mihi prosperè cedere. Nullius enim vnquam mentionem
audiui, qui vbique successus ex animi sententia
habuerit, & tandem malè finiens, non funditus
sit euersus.

DE INGENIO.

Ingenium olim erat in pretio.

Ouidius. Ingenium quondam fuerat pretiosius auro,
At nunc barbaria est grandis habere nihil.

Ingenium corporalem deformitatem externat.

Oui. de Sapph. Si mihi difficilis formam natura negauit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

Plaut. in Trin. Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia.

Ingenio qui cedat, rarus est.

Mart. li. 8 Epig. Aurum & opes & rura frequens donabit amicus.
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Ingenium dilatione torpescit.

Oui. 5. de Trist. Adde quòd ingenium longa rubigine læsum
Torpet, & est multo, quàm fuit antè minus,
Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Ingenium aduersitate torpet.

Nunc vellem facunda forem, dolor artibus obstat, *Idem de Epp.*
Ingeniumq́; meis substitit omne malis.

Ingenium aduersis nudatur, prosperis celatur.

Ingenium res *Hora. Sat. li. 2.*
Aduersæ nudare solent, celare secundæ.
Sæpe summa ingenia in occulto latent. *Plaut. in Capt.*
O quantum est subitis casibus ingenium. *Mart. li. Epig.*
Ingenium mala sæpe mouent: quis crederet vnquam, *Ouid. 2. de Art.*
Aërias hominem carpere posse vias?

Ingenium bonum auro nobilius.

Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro multo mauolo. *Plaut. in Pen.*
Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.
Bonam ego quàm beatam me esse dici mauolo.
Meretricem pudorem gerere magis decet quàm
purpuram.
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.
Magno cum periculo custoditur quod multis placet.
Homini ingenium dæmon est. *Heraclitus.*
Grauissimos homines & fortissimos decet eligere, *Plat. Dial. 7. de Rep.*
& quoad fieri potest speciosissimos. Neq; solùm
quærendi sunt homines generosi, & terribiles,
sed qui insuper eas habeant naturæ dotes, quas
disciplina ciuilis exigit. GLAVC. Quas? SOCR.
Acumen, inquam, fœlicitatemq́; ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adesse.

Ingeniosus.

THEÆT. Difficile est admodum reperire hominem ingeniosum simul & præ cæteris mansuetum, atque virilem. *Plato in Theæt.*

Similia. Ex Plutar. Moral.

Vt curruum rotæ vi inflexę, nunquam ad pristinam rectitudinem queunt reuocari: ita quædam ingenia sic consuetudine & institutione deprauantur, vt corrigi non possint. *Ingenium deprauatum non corrigitur.*

Vt terra quò melior est natura, hoc magis corrumpitur, si negligatur: ita ingenia, nisi rectè excolantur, quò sunt fœliciora, hòc pluribus vitijs obducuntur. *Ingenium excolendum.*

Est terra quædam asperior duriorq́, quæ tamen inculta protinus ferax redditur: sic ingenia duriora natura, institutione mansuescunt. *Ingenium inculcandum.*

Nulla ferè est arbor, quæ non sterilescat & incurua fiat, si cultura desit: sic nullum tam fœlix ingenium, quod non degeneret, citra rectam educationem.

Nullus equus rectè sessori paret, nisi arte domitus: ita nullum ingenium non ferox, nisi præceptis & educatione cicuretur.

Nulla tam fera bellua, quæ non mansuescat cura: ita nullum tam agreste ingenium, quod institutione

tione non nitescat.

Vt materiæ molli facilè sigillum imprimitur: si durescat, non item: sic puerorum ingenia quamuis recipiunt disciplinam: sin ætate durescant, non item.

Ingeniū tardū. Vt vasa angusto ore difficilius recipiunt, sed retinent certius liquorem: sic ingenia quæ tardius percipiunt, tenacius meminerunt.

Ingenium non onerandum. Non vt vasa, itidem ingenia desiderát repletionem: sed satis est accensio velut incitamentum in materia, quo vis inueniendi, & cupiditas veritatis incitetur.

Ingenium magnum. Si qua terra referta sit saltubus, feris & herbis syluestribus, multoq; limo, protinus displicet colono imperito: at peritus agricola ex ijs ipsis coniectat soli molliciem ac feracitatem, tantoq; impensius dat operam vt eam repurget: sic magnis ingenijs magna vitia solent innasci, quæ non conuenit statim tollere, sed potius mederi: expectanda ætas, donec ad frugem bonam reducatur.

Ingeniū sterile ex Seneca. Vt qui spinas habet in pedibus, vbique spinas calcat: ita sterili ingenio omnis materia difficilis est.

Ingenia magna Generosius equus melius gestabit sarcinam, quàm ignauum iumentum, nemo tamen imponit: ita magna ingenia sunt quidem functioni munerum idonea, sed indigna quæ tam sordidis occupationibus onerentur.

Ex Arist. Plin. & Theophr.

Quemadmodum adamas, aduersus omnia inuictus, hircino sanguine calido & recenti maceratus, malleo frangitur: ita quædam ingenia nulla vi peruincas, blanditijs tamen emollias.

Vt Protogenes pictor Apellem vnica linea cognouit, nunquam alioqui visum: sic vnico responso ingenium & prudentiam viri deprehendas.

Ingenium ex vultu deprehenditur. Vt sunt quidam fontes, qui potu pecudum, atque etiam hominum cutem, & pilos tingunt albo nigro've: ita relucet in hominis vultu & fronte ingenium: quibus scilicet præceptis imbutus sit.

Terra quæ gignit salem, nihil aliud gignit: sic ingenium fœcundum in literis, in cæteris ferè rebus non perinde valet.

Lynces omnium animantium clarissimè cernunt, sed mira illis obliuio rei ab oculis semotæ: ita quidam acri ingenio, sed obliuiosi.

Minor vis est in radicibus herbarum salubrium, cùm semen maturescit: ita deterior fit ingenij naturæq; vis, cùm liberis gignendis datur opera.

Vt inter tot hominum millia nullæ facies sunt per omnia similes, nec vllæ voces: ita suum cuiq; ingenium est, suus cuiq; mos.

Vt ad naphtham etiam procul visam ignes transiliunt ob naturæ cognationem: ita ingenia literis nata, statim eas arripiunt.

Ingenium præcox. Sicuti fœminæ, quæ maturius pariunt, citius senescunt, velut in Calingis Indicis, quinquennes pariunt, sed octauum non excedunt annum: ita præcocia ingenia citò deficiunt.

Ingeniorū profectus. Vt horologij vmbram progressam sentis, progredientem non sentis, & fruticem aut herbam creuisse apparet, non apparet crescere: sic ingeniorum profectus, quoniam minutis constat auctibus, ex interuallo sentitur.

Trochus piscis ipse se init, & ex se concipit: sic quidam ingenij fœlicitate literarum semina infundunt sibi.

Vt in culice non minus admiranda naturæ vis est, quàm in elephante: sic ingenij vis in ludicro atque humili argumento elucet.

Apis cùm minimum sit insectum, tamen admirabile facit opus: sic in pusillis corporibus summa nonnunquam ingenij vis.

Oliua serò prouenit, sed fructum habet egregium: Salix statim adolescit, sed sterilis est: ita præcox ingenium.

Vitis ni subinde amputetur, sua fœcunditate perit: sic cohibendum est immoderatum studium fœlicibus ingenijs, ne parum moderato labore consumantur.

Arbor infrugifera, insitione discit ferre fructus: sic prauum ingenium institutione ad bonam frugem potest demutari.

Vt quędam terræ margam in se continent, qua stercorentur ac pinguescant: sic ingenium probum secum habet, vnde fiat melius.

Vt nouales licet alternis interquiescant annis, tamen eam cessationem vbertate compensant: ita relaxatio ingeniorum mediocris facit, vt ad studia reuersi, plus efficiamus vigore animi, licet breuiore temporis spatio.

Ex Aristotele in Ethicis.

Est vis certè quædam, quam ingenium vocant, quę eiusmodi est, vt ea efficere possit & adipisci, quæ ad propositum finem pertinent. *Arist. lib. 6. ca. 12. Ethic.*

Si finis honestus sit, laudandum est ingenium: sin malus, calliditas nominatur.

Nec verò idem valet ingenium quod prudentia, etsi sine illa vi ingenij nullo modo esse possit.

Quam habet rationem prudentia ad ingenium, cui similis est, non idem valet: eandem hæc ipsa habet ad eam virtutem quæ est innata nobis.

Demetrius Phalereus hominum fastuosorum sublimitatem dicebat esse computandam, sed relinquendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod redundat, recidendum est.

De C. Cæsare dicere solebat Cicero, Quoties huius astutiam & ambitionem video sub humanitatis specie latitantem, metuo Reipu. tyrannum: Rursus quum comas molliter fluentes, & ipsum vno digito scalpētem caput intueor, vix animum inducere possum, vt tantum facinus animo conciperat. *Ingeniū variū.*

Ingenij institutio haud euellitur.

Aethiops non albescit. *Adag.*

De ijs dici solitum, qui nunquam mutaturi sunt ingenium. *Lucianus.*

Abluis Aethiopem frustra, quin desinis artem?
Haud vnquam efficies, non sit vt atra, dies.

Lupus pilum mutat non mentem.

Senecta caniciem adfert improbis, non item affert malitiam.

Lignum tortum nunquam rectum.

Naturam expellas furca, tamen vsq; recurrit. *Horatius.*

Ingenia

Ingenia praua vertere baud procliue sit.
Illis quidem nihil respondentes, cæterùm apud nos dicentes illud è comœdia, quòd nec tortum lignum sit rectum.

Qui semel scurra, nunquam paterfamilias.

Quem semel depuduerit, qui contempta fama scurram agere cœperit, vix vnquam ad bonam frugem redire constat.

Horatius. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Virgilius. Adeò in teneris consuescere multum est.

Aristot. Moral. Nicom. 7 Itaq; non parui refert, hoc an illo pacto protinus à pueris consuefiamus, imò plurimum interest, vel potius omne in eo momentum est situm.

Ingenio conferunt locus & patria.

2. de Nat. deo. Acutiora sunt ingenia, & ad intelligendum apertiora, eorum qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus & tenuis, quàm illorum qui vtuntur crasso cælo atq; concreto: quinetiam cibo quo vtaris, interest aliquid ad mentis aciem.

Ingeniosus laboriosissimè docet.

Cicer. pro Rosc. Com. Quò quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id cùm tardè percipi videt, discruciatur.

INGRATVS.

Cic. post red. in Senatu. Nemo gratiarum immemor est gratus inuentus.
Omnes, immemores beneficij oderunt.

2. Officiorum. In ingratitudine nihil mali non inest.

Ad Attic. 8 *Cic. pro Planc.* Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.

De prouincijs Consul. Non solùm gratus debet esse, qui accepit beneficium, verùm etiam is cui potestas accipiendi fuit.

Philippic. 3 Cui gratia referri non potest quanta debetur, habenda tamen est quantam maximam animi nostri capere possunt.

Vide titulum Beneficentia.

Ex Poëtis.

Plaut. in Asin. Ingrata atque irrita esse omnia intelligo
Quæ dedi, & quod benefeci: at posthac tibi
Malè quod potero facere, faciam, meritoq; id faciam tuo.

Ouid. 5. Metam. Conanti mittere Cepheus
Quid facis, exclamat, quæ te germane furentem
Mens agit in facinus? meritis'ne hæc gratia tantis
Redditur? hac vitam seruatam dote rependis?
Quis memor viuet tui
O nate populus? Omne nam ingratum est genus.

Mart. 5. Epig. Sæpe salutatus nunquam prior ipse salutas.
Sic erit æternum Pontiliane vale.

Iuuen. Satyr. 3 Hic tunc Vmbritius, quando artibus, inquit, honestis,
Nullus in orbe locus, nulla emolumenta laborum.
Res hodie minor est heri quàm fuit, atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid.

Plaut. in Persa Etenim nihil amas, cùm ingratum amas.

Plau. in Cistel. Herclè miserum est ingratum esse hominem.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. *Ouid. Epist.*
Hac fruar, hæc de te gaudia sola feram.
Ingratos ante omnia pone sodales. *Iuuenal. Sat.*

Hirundinem sub eodem tecto ne habeas. Adagia.

Pythagoras ingratum hirundinis symbolo monuit ablegandum: siquidem hirundines ineunte vere præsto sunt, hyeme instante euolant. Ciconia non mediocrem contubernij gratiam refert, busones & serpentes enecans. Contrà hirundo, cùm sub tecto suos educauit pullos, abit nulla relata gratia communicati hospitij.

In senem ne quod collocaris beneficium.

Qui consulit ne quis cum sene ineat amicitiam, huic testimonij loco est prouerbium, Ne quàdo bene merearis de sene. Diciturq; hodie vulgò, neque in senem neq; in puerum collocandum esse beneficium, quòd alter non refert, alter non meminit. *Arist. Rhet.*

Ne quid beneficij colloces, neq; in senes, neque in mulierem, neq; in puerum, neq; in canem cuiuspiam: quòd perire videatur quod eiusmodi hominibus infertur. *Diogenianus.*

Sic fit, vt præceptores, eorumq; beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus: sic fit, vt in adolescentiam nostram collata pereant, quia ipsa nunquam retractatur. *Sen. de Benef. 3*

Nemo benemerito bouem immolauit præter Pyrrhiam.

Pro beneficentia Agamemnonem vlti sunt Achiui.

Pro benefactis vinxerunt Agamemnona Graij. *Homer.*

Aiunt hoc esse molestissimum, qui norit honesta necessitate foris habere pedem: hoc est, non frui bonis, cùm ipse benemeritus sit de alijs, sed pro benefactis malè audire. *Pind. in Pyth. hymn. 4*

Simul & misertum est, & interijt gratia.

Senarius prouerbialis apud Zenodotum, in ingratum, qui simul atq; leuatus est malis, desinit meminisse beneficiorum eius, cuius opera restitutus est. iuxta illud: Si dolet, meminit: si placet obliuiscitur.

Beneficij accepti meminisse decet, dari obliuisci. *E comic. Mon.*
Seruatus vsq; ingratus est, & immemor
Post munus ilicò consenescit gratia.

Ingratitudo vulgi.

Posthac ne placidus sit quisquam, ne've benignus, *Odyss.*
Nec mitis, iustiq; tenax rex sceptriger vnquam,
Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Ale luporum catulos.

Pasce canes qui te lanient, catulosq; luporum. *Theocr. in Ocd.*
Lacto lupũ vberibus proprijs nõ spõte, sed horsum *Ex incerto aut.*
Me demens adigit pastor, vt id faciam.
In me rursus erit fera postquam creuerit ex me.
Natura haud vnquam vertitur officijs.

DE INIVRIA.

Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum: in ijs quæ lædunt Rempubl. decet *Ex Appian.*

decet esse seuerum.

Qui iniuriam faciunt, infœliciores sunt, quàm qui patiuntur.

Qui veterem impunè fert iniuriam, inuitat nouam.

Iniuriæ memoria tenacissima est, at beneficij breuissima.

Iniuria alia alia leuior.

Cic. 1. Offi. In omni iniustitia permultum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque breuis est & ad tempus, an consultò & cogitatò fiat iniuria. Leuiora enim sunt ea quę repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Ibidem. Existunt sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria.

Ex Platone.

Plat. li. 1. Dia. de Repu. Qui nullius iniustiæ sibi conscius est, huic iucunda spes semper adest, optima senectutis nutrix, vt Pindarus ait. Scitè namq; cecinit, quicunq; iustè sanctéq; vitam exigit, dulcis eum spea comitatur, cor nutriens, senectutemq; fouens, quæ maximè hominum volubilem gubernat animum.

Dial. 5. de Leg. Honorandus certè est, qui nihil iniuriatur: qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore: ille enim vni, hic multis hominibus comparatur.

In Gorg. SOCR. Iniuriam inferre, malorum omnium maximum est. PO. Quonam pacto id maximum? non'ne peius est iniuriã pati? SOC. Minimè. PO. Ipse igitur malles'ne iniuriam pati, quàm inferre? SOCR. Equidem neutrum vellem. At si necesse foret, accipere iniuriam quam facere mallem.

Ibidem. SOCR. Qui iniuriatur, iniustusq; est, omninò miser est ante alios: miserior autem, si iniuriarum pœnas nunquam luat: minus verò miser, si luat, supplicumq; iustum dijs hominibusq; repottet.

Ibidem. SOCRA. Dixi quidem iniuriam inferre, peius esse quàm pati.

Ibidem. SOCRA. Tu iniuriantes tunc fœlices esse dicebas, cùm pœnas minimè darent. PO. Et maximè quidem. SOC. Ego verò ipsos esse dico miserrimos: eos autem qui puniantur, minus miseros esse.

Ibidem. SOCRA. Arbitror equidem & me & te & alios homines existimare, peius esse facere iniuriam quàm accipere, ac pœnas effugere quàm subire.

Ibidem. SOCR. Vtrum putas deterius esse facere iniuriam, an perpeti? PO. Perpeti. SOCRAT. Vtrum verò turpius? PO. Iniuriam facere. SOCR. Non'ne & peius, si turpius?

Ibidem. SOCR. Non tarditate, vt arbitror, homines, sed iniustitia iniuriam faciunt.

In Apolog. SOCR. Iniurias inferre, superioriq; non obedire, vel Deo vel homini malum, turpeq; esse scio.

Ibidem. SOC. Cùm mihi persuasum sit, nemini faciendam iniuriam, permultum abest vt mihi ipsi sim facturus.

In Crito. SOCR. Dicimus sanè nullo modo sponte esse iniuriandum.

Ibidem. SOCR. Iniuriam facere, omninò malum turpeq; esse fatemur illi ipsi qui facit, an non? CRITO. Fatemur. SOCR. Quamobrem nullo modo iniuriandum est. CRITO. Nullo quidem. SOCR. Neque si iniuriam passus fueris, vlciscendum, vt vulgus putat. si quidem nullo modo iniuriandum. CRIT. Ita videtur. SOC. Quid verò? mala alicui facere decet ô Crito, an non? CRIT. Non certè. SOCR. Quid autem qui mala patitur, num mala vicissim referre illi debet qui intulit, vt vulgò videtur? Iustum'ne id esset, an iniustum? CRI. Iniustum. SOCR. Nempe mala inferre hominibus nihil discrepat ab iniuria. CRIT. Verè loqueris. SOCR. Neq; igitur vlcisci decet, neque malefacere cuiquam hominum, quodcumq; ab alijs passus fueris.

2. de Rep. Dial. GLAV. Natura quidem dicunt iniuriam facere, bonum esse: iniuria autem affici, malum. Sed longè plus mali esse in patiendo iniuriam, quàm in inferendo boni. Quamobrem postquam vicissim iniuriam & intulerint & acceperint, & vtrumq; gustauerint, qui nequeunt vitare illud, id consequi operæpretium fore ducunt, vt ita inuicè componatur, vt neq; inferri, neq; accipi possit iniuria.

Ex Aristotele.

Ethic. li. 4. ca. 5 Sunt enim omnis sensus & doloris expertes, qui irasci nequeunt, nec propulsant iniuriam.

Eth. cap. 8. lib. 5 Dum quisq; facit iniuriam, æquumq; facit, cum voluntate sua facit: cùm inuitus nec iniuriam cuiquam infert, nec æquum facit, nisi fortuitò, quòd ea gerat, quæ vt iusta sint & iniusta, euenit.

Ibidem. Differt autem iniuria ab eo quod iniustum est, & rectè facta ab eo quod iustum est. Quod enim iniustum est, vel est natura, vel instituto. Quod ipsum postea quàm factum est, iniuria dicitur: prius quàm gestum sit, nondum iniuria est, sed iniustum.

Aliquid iniustum est, quod non iniuria est, nisi voluntas accesserit.

Qui depositum inuitus reddit, aut metu coactos, is non dicendus res iustas facere nisi fortuito & casu. Itemq; qui coactus aut inuitus depositum nõ reddiderit, dicendus est non propriè iniuriam facere, & agere quæ iniusta sunt.

In vitæ societate tria iniuriarum genera sunt, cùm imprudenter quis peccata admittit, cùm scilicet in eum admittit, de quo nihil tale cogitat, nec quo instrumento id agat, neque quid, quaq; de causa perficiat.

Cùm inconsultò fit iniuria, infortunium & casus dicitur: cùm verò non inconsultò, sed non de industria, peccatum nominatur. Cum consultò & cogitatò fit iniuria, tum quisque iniustus & improbus habetur.

Cap. 8. li. 5. Eth. Iniuriarum quæ non à voluntate proficiscuntur, alijs ignoscendum est, alijs non item. Iis enim omnibus, quas homines non solùm faciunt imprudentes, sed per imprudentiam, venia danda est. Quas autē inferunt imprudentes, perturbationibusq; animi incitati, non est ijs ignoscendū.

Cap. 9 Iniuriam facere non aliud est, nisi sponte ita alteri nocere, vt scias cui noceas, & quare, & quo quasi instrumento.

Incommodum quis sua voluntate accipit, & rem iniustam perfert: at iniuriam nemo sponte sua accipit.

Qui minus accipit contra dignitatem, non idcirco accipit iniuriam, sed solùm afficitur incõmodo. Neq; enim is iniuriam facit, in quo inest quod est iniustum: sed is qui hoc efficit sua voluntate.

Injuriam nec ſibi nec alteri facit, ſibi tamen nocet, qui minus ſibi retinet quàm meritus eſt, alijs plus tribuit.

Iniuriam non facit, qui accipit ab alio plus quàm cæteri, ſed is qui res diuidit.

Cap.11.lib 5 Iniuriam infert Reipu. qui ſe interimit: nam contra leges facit.

Iniuriam inferre grauius eſt quàm accipere.

Agis vltimus Laconicorum rex, per inſidias captus, ac præter meritum, ab Ephoris condemnatus, cùm ad laqueũ duceretur, lictoremq; cõſpiceret ob rei indignitatem flentem, Deſine, inquit, ô homo, vicem meam flere. Nam ſic moriens præter ius & æquum, melior, fœliciorq; ſum ijs qui me occidunt. Hæc loquutus, vltrò laqueum collo iniecit. Significans fœlicitatem ſolo honeſto metiendam eſſe: infœlicioresq; eſſe eos, qui iniuriam faciunt, quàm qui patiuntur.

Iniuria leniter ferenda. Quum quidam Socrati calcem impegiſſet, admirantibus cur id pateretur, Quid facerem, inquit? Illis hortantibus vt vocaret in ius: Ridiculum? inquit, ſi aſinum qui me calce preſsiſſet, vocarem in ius. Significans abſurdum eſſe, ea non pati ab homine, quæ à bruto animante paſſurus ſis.

Ex Poëtis.

Ouid. lib. 3. de Arte. Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.
Sed tu quod cauere poſsis, ſtultum admittere eſt.

Teren. in Eun. Malo ego non proſpicere, quàm hunc vlciſci accepta iniuria.

Teren. in Hecy. Offerre iniuriam me tibi immerenti iniquum eſt.

Plaut. in Curg. Malè mereri de immerente inſcitia eſt.

DE INIVSTITIA.

De iniuſtitia, & plus habendi cupiditate.

Ex Demoſthene.

Ex Ora. contra Midiam. Ex maleuolentia aliquem dedita opera omnibus in rebus inſectari, poteſtatem & vires tanquam legibus ipſis ſuperiores iactitare, indignum herclè ac non iuſtum eſt.

Ex Ora. de Pace Ob priuatam vtilitatem vnumquemque reperietis ad multa perpetranda impulſum, quorum nihil volebat facere.

Contra Midiã. Ijs qui de induſtria contumelioſi ſunt, leges acerbas eſſe cernere licet.

Ex Ora. de Cor. Iniuriam infert aliquis ſua voluntate? ira & ſupplicium contra ipſum. Peccauit quiſpiam inconſultò? venia pro pœna huic datur.

Contra Midiã. Quæcumq; quis adhibita vi facit, communes eſſe iniurias, etiam ijs ad quos negotium nihil attineret, exiſtimauit legiſlator.

Ibidem. Leges ſunt de cædibus latæ, quæ eos qui conſultò interfeciſſent, morte, perpetuo exilio, omnium denique bonorum publicatione mulctant: eos autem qui inconſultò, venia & magna humanitate dignos iudicant.

Ex Orat. contra Ariſt. Nullus eorum qui beati ſunt & fœlices, terminum aut finem habet cupiditatis habendi.

Contra Ariſtoc. Non eſt apud iſtos, quorũ ſtudia, cogitationes deniq; omnes ad immodicam habendi cupiditatem referuntur, quicquam vel firmi vel ſancti.

Contra Callicl. Nihil eſt profectò moleſtius, quàm vicinum auarum atq; iniuſtum habere.

Olynth. 2 Quum ex immodica habendi cupiditate & improbitate quis potens euaſerit, prima quæq; occaſio leuiſsimaq; offenſio omnia diſsipauit, atque diſſoluit.

Olynth. 2 Fieri nequit iniurijs, periurijs & mendacijs vt firmũ imperium comparetur: ſed talia ſemel, breuiq; tempore durant: & vehementer quidem ſpe ſi vſu venit, nituntur, temporis autem progreſſu deprehenditur, & in ipſis concidit.

Contra Ariſtoc. Qui propter immodicas habendi cupiditates aggrediuntur ea quæ minimè decet, ij quæ non difficilia ſunt, cogitare ſolent, ſed rerum ſecundarum fœlicem ſucceſſum.

Ex Ora. de Cor. Si quis priuatim vlla in re aliquem offenderit, illud recordari & memoria tenere, neque quietem agere iniuſtum eſt atq; perfidioſum.

Contra Ariſt. Si quis vos interroget, quodnam genus omnium hominum, qui in ciuitate ſunt, improbiſsimum ſit, neq; ſunt agricolæ, neq; mercatores, neq; argentarij, neq; eiuſmodi quicquam, ſed qui quæſtus gratia dicunt, rogationemq; proferre conſueuerunt.

Ex Ora. de Cor. profeſſione. Non cùm rerum veſtrarum quicquam interire permiſiſtis, tum grauiter ferre oportet, ſed dum res quidem veſtræ in tuto ſunt: eos autem qui præſunt, propter auaritiam non eam ſuſcipere curam perſpiciiis, quam decebat.

Euripides. Equidem hanc ſententiam iam olim approbaui,
Quòd vir iuſtus natus ſit in proximi commodum:
Contrà, cuius animus inclinatus eſt in lucrum,
Et amicis inutilis eſt, & difficilis in commercijs.
Quiſquis ambitioſum & auarum ingeniũ habet,
Nihil ille iuſtum ſapit, neq; cupit:
Difficiliſq; eſt amicis, & toti ciuitati.
Ingenita eſt malitia cunctis mortalium.
Is verò, qui accepta mercede maxima
Malus fuerit, venia quidem indignus eſt:
Sed cùm magnã mercedem audaciæ magnæ ferat,
Facilius ſuſtinebit reprehenſionẽ incuſantiũ ipſum,
Ite nũc mali homines, parate vobis honorẽ per vim,
Et contrahite diuitias vndecumq; venantes,
Per fas ſimul atq; nefas,
Deinde meſſem ipſarum infœlicem metite.
Improbi lucrum iuſtitiæ præferunt.

Serapion. Non vt animo meo gratificere, profers
Tam blanda verba, ſed tui cauſa lucri.

Menander. Auaritia mortalibus eſt maximum malum.
Nam qui ſuis aliena quoq; volunt adijcere,
Hi ſæpius victi ſua ſpe fruſtrantur,
Adduntq; alienis, quæ prius erant propria.
Dicis, ſed quicquid dicis, accipiendi cauſa dicis.
Quicumq; manum auro ſupponit, ille quamuis inficietur,
Mala conſilia molitur.
Nullus continuò iuſtè viuens ditatus eſt.
Iuſtus enim paulatim ſibi colligit parſimonia.
At ille inſidiatus alicui dudum opes aſſeruanti, occupat omnia continuò.
Difficile fuerit inueniſſe pauperi cognatum.
Nullus enim fatetur ad ſe pertinere
Illum, auxilio qui egeat aliquo,
Nimirum ſtatim aliquid à ſe poſtulandum metuẽs.

Diphilus. An non ſtultiſsima res eſt turpilucrium?
Nam dum quærit animus occaſiones arripiendi quippiam, hallucinatur ad alia.
Accipere ſi non eſſet, nullus foret malus.
Iſtud eſt auaritia, cùm neglecta conſideratione

Iuſti

Iusti, qoauis in re lucro seruieris.

Theodectes. O qui pulchrè splendentẽ lampada versas flãmeã
Sol, omnibus mortalibus sydus optatum,
Vidistin' vnquam alinm in adeò magnum
Suæ causæ periculũ, & ineuitabile iudiciũ incidisse?
Hic enim ecce verbis accusat me
Mulier, agitq; causam apud maritum.
Superant autem me ijdem, qui & incusant.

Aristophanes. Vos qui accipitis stipendia publica
Singuli, priuatim incumbitis suo quisq; lucro.
Vtilitas verò Reip. ceu Sisyphi lapis versatur.

Hesiodus. Pecuniæ noo raptæ, sed datæ diuinitus, multò sunt ponores.
Dimidium ignorant stulti magis vtile toto,
Maluaq; quos vsus, quos hastula regia præbet.
Turpia lucra fuge, nam suot æqualia damnis.
Booum est dooũ, sed rapina mala, mortisq; causa.
Si quis enim sponte quantũuis magnũ donauerit,
Dato gaudet munere, animoq; suo delectatur.
At si quis ipsemet imprudenna fretus acceperit,
Hoc etsi paruum, charam mentem contristat.

Bacchylides. Vt paucis dicam, quantumuis sapientem hominis animum, lucrum vi superat.

Pindarus. Vincta est etiam sapientia lucro.

Sophocles. Nullus est quem non vincant pecuniæ:
Nisi fortè quispiam, quẽ ego quisná sit, haud video.
Subornans magum huiusmodi, veteratorem,
Dolosum, erronem, & qui in lucro
Solummodò ceroit, arte verò cæcus est.
Auarum est omne genus barbarorum.

Antiphon. Lucra malè quæsita, volupiates quidem pariuot
Breues: longam verò deinde tristioam.

Antiphon. Homines auari labore, parcitate, ærumnisq; & auctione præsentium gaudent, quo scilicet auari possunt gaudio. Auferentes verò aliquid de rebus suis, & in vsum conuertentes, tam dolent, quàm si de corpore suo ipsis adimeretur.

Dyphilus. Auaritia opes conquirendi sufficientem terminum nescit inuenire.

Auaritiam quotidie confluentes diuitiæ non sistunt, vt oeq; struem ardentem iniecta materia. Quin accedentes semper opes, ad maiorũ cupiditatem animũ magis accendunt. Sola verò mẽs si præsens fuerit, huic quoq; vitio mederi potest.

Irrationabilem auaritiam citius coosument abiectæ res partæ, quàm crescentes quotidie immensæ opes.

Præsenóbus ritè vti, viri est prouidi: prorsus autem id facere nõ velle, est rebus necessarijs indigere.

Plures homines diuitijs præter rationem addicti malunt, dum pro dinitibus babeantur, stulti & rudes existimari, quàm suo loco sumptus facientes commodi nominari.

Ille diues existimandus est, qui se saós posidere sibi persuasit. Eum verò qui partis semper adijcere properat, acquirendiq; saturitate nulla capitur, etsi Mida fuerit opulentior, pauperem ac Irum appello, quo scilicet omninò non minus est pauper in animo.

Herodotus. Malum est animum ita instituere, vt plus conquirere & posidere velit præsenubus.

Antisthenes. Auarus oemo boous, neque rex, neque liber esse potest.

Diuitem, qui sapientiæ sibi opinionem induit, admonens quid frustra laborat?

Ego quidem ô Rex, vt pote homo, cùm sæpe iam viderim res mulias atque magnas à minoribus euersas esse, non permitto te ætati tuæ in omnibus iodulgere: gnarus qnàm malum sit molta eoncupiscere.

Diuitiæ malis acquisitæ facinoribus, opprobrium eò habent insignius. *Democritus.*

Bion sophista auarioam esse dicebat omois improbitatis metropolim.

Simonides rogante quodam vt sibi conscriberet encomium, & gratiam se relaturum inquieote, argentum aurẽ non dante, Duas, ioquit, arcas habeo, vnam gratiarum, alterã argeoó. Et cùm necessitas exigit, gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio: alteram verò mihi solùm commodam.

Pecuniarum cupiditas nisi terminetur aliqua satietate, longè deterior est extrema paupertate. Maiores enim cupiditates, iodigeooas quoque maiores efficiunt.

Improba lucra damoum virtutis inferunt.

Diogenes auaros hydropicis cõparabat. Illos enim argẽto plenos, hos autem refertos aqua, amplius desiderare: idq; vtrosque in sui perniciem. Affectiones enim ipsis eò magis intenduntur, quò largius desiderata consequuotur.

Socrates interrogatus, auari quinam essent, Qui turpia lucra venantur, dixit, & oecessarios amicorum negligunt.

Quæsitum vbiq, lucrum, inexplebile. *Pittacus.*

Quæstus turpis, grauis est thesaurus. *Periander.*

Tradit Aristoteles octo latrones socios de spolijs inter se decertasse, & quatuor eorum interfectos esse. Deinde cæteri quatuor rursum inter se contenderunt, & facti sunt duo, tandem vous solum superstes mansit. *Aristonymus.*

Cùm Pyrrhus sibi somniaret Siciliam, deinde Carthaginẽ, & vniuersum orbem, Gygon Ceneas ad ipsum dixit: Quid verò deinde fiet? Respõdit Pyrrhus: Viuemus postea. Tum Gygon: Quid igitur nos prohibet inquit, quin statum ab hoc tempore in præsenoa viuamus, antequam multas vrbes perdiderimus?

Hominis auari vita silicernio, hoc est funebri conuiuio similis est. Quum enim habeat omnia, exhilaraturum non habet.

Semiramis constructo sibi mooumento, ioscripsit: Quicumq; rex pecuoijs indiguerit, aperto sepulcro, quantum opus est, capiat. Darius autem cùm aperuisset, pecunias quidem oon iouenit, sed in eiusmodi scripta incidit: Nisi vir malns esses, & pecuniarũ ioexplebili desiderio flagrares, haud sanè mortuorum loculos commouisses.

Timon ille, Misanthropos cogoominatus, id est, hominum osor, elementa malorum esse dixit iosatiabilitatem & ambitionem. *Isocrat.*

Sedimentum est, vini quidem fæx: auari autem illiberalitas.

Auari vita sua tanquam gladio vtuntur, omnia facientes secundum ansam. *Diogenes.*

Plato ad quempiam accumulandæ pecuniæ semper incumbentem: O improbe dixit, ne possesioni augendæ studeas, sed minuendæ cupiditati.

Simonides interrogatus, cur in extrema senectute auarus esset: Quoniam, dixit, malim defunctus

opes inimicis relinquere, quàm viuus amicis egere.

Apollonius. Diogenes magna & multa simul accipientes, insigniter mendicos appellabat.

Animus qui non reputat secum quid corpori sufficere possit, non potest seipsum rebus suis contentum præstare.

Aristoxenus Pythagoric. Nimia pecuniarum collectio pro liberis, prætextus est auaritiæ, proprium ingenium arguens.

Quorum corpus indiget, ea facilè omnibus obueniunt citra laborem ac ærumnam: quibus verò comparandis labore ac ærumna opus est, ea non corpus, sed peruersitas opinionis desiderat.

Idem de concupiscentia hæc dicebat: Affectionem hanc variam esse, laboriosam, & multiformem maximè: Cupiditatum autem alias accessorias & ascititias esse, alias verò connatas. At ipsam cupiditatem definiebat esse impetum quendam animæ, & motum, & appetitionem repletionis, aut inanitionis, vel sensilis alicuius præsentiæ absentiæ've, vel ipsius sensus priuationis. Porrò deprauatæ & malæ cupiditatis tria genera præcipuè faciebat: indecorum, immoderatum, intempestiuum. Aut enim per se statim indecentem esse cupiditatem, odiosam & illiberalem. Aut nō quidem simpliciter culpandam, sed vehementiorem diuturnioremq; iusto esse. Aut quo tempore & ad quæ non conuenit.

Plat. Leg. 5 Paupertas habenda est non possessionis decrementum, sed insatiabilitatis augmentum.

Clitophon. Brennus Gallorum rex, vastans Asiam, in Ephesum peruenit: vbi plebeia quædam virgo nomine Demonice, amore Barbari capta, prodituram se ipsi Ephesum promisit, si torques & monilia pro mercede darentur. Brennus subditos quicquid haberent auri in gremium auaræ conijcere iussit. Sic præ auri coniecti in se multitudine viuens est obruta.

Summa est iniustitia iustum sibi videri illum qui non est.

Plat. 2. de Rep. An hoc ignoras quòd auarum & ambitiosum esse, & dedecus nominatur, estq; re ipsa?

Idem 1. de Rep. Quoniam igitur conuenimus iustitiam virtutem ac sapientiam esse: iniustitiam verò, malitiam & inscitiam. Sic esto, inquiebam, & ita nobis statuatur.

Furtum quidem pecuniarum, res illiberalis est: rapina verò, impudens.

Si quis publicum aliquod furetur, siue magnum, siue paruum, eadem pœna constituatur. Nam & qui exiguum aliquid furatur, eodem quidem studio, potentia verò minori furatus est.

Hierax. Quandoquidem autor iniuriæ ignorat se lædi pro alijs quibus nocere studet, intelligat duplicem esse iniustitiam, primam à qua ipsemet læditur, deinde illam partem quæ iniuria afficitur. Quemadmodum ignis non potest præterita sine damno materia, in qua primùm conceptus est, priusquam prorsus ipsam consumam, ad aliorum noxam conuerti: neque murena prius aquaticos angues in alienam perniciem parere potest, quàm proprium eius ventrem, in quo concepti fuerant, eroserint: ita quiuis iniustus malitiam suam primus experitur, antequam in alios emittat.

Ex Platone.

Qui extrema iniustitia detinentur, ac propter eiusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exempla sumantur. Sed prosunt duntaxat alijs per exemplũ, qui eos intuentur propter peccata maximis pœnis omni tempore cruciatos: tanquam exemplum monimentumq;, & spectaculum apud inferos in carcere præbentes iniustis omnibus, qui ad ea loca descendunt. *Plat. in Gorg. lib. 24*

Non igitur, ô vir optime, admodum nobis curandum est, quid de nobis multi loquātur, sed quid dicat is vnus, qui intelligit iusta & iniusta, atque ipsa veritas. Atq; si appareat nos iniqua aggredi, ne excogitandum quidem id est: sed mansuetè subire decet & mortem, & quoduis aliud supplicium prius, quàm quicquam agamus iniquè. *Plato in Crit.*

Sed enim apud inferos pœnas dabimus eorum, quæ hîc iniustè commiserimus vel nos, vel nati natorum. *2. de Rep. Dial.*

Iniustitia est vitium animi, quo amplius quàm par sit, sibi sumunt.

Iniustitia inuoluntaria est.

Iniustos qui puniunt, ij reliquis iniuriam fieri prohibent. *Ijsem.*

Si peccandum sit, iniustè reum absoluere, quàm iustè perdere, satius fuerit. Illud quidem peccatum est, hoc verò impietas. *Antiphon.*

Iniusti omnes & intemperantes volunt effici tales, eorumq; culpa accidit vt tales fiant, dum mollius viuunt & dissolutius: dum illi fraude & dolo agunt: hi, dum degunt vitā in compotationibus. *Aristotel. Eth. li. 3. cap. 1*

Absurdum est eū qui faciat iniuriā, nolle iniustum effici: & qui intemperatè viuat, intemperantem. *Ibidem.*

Si quis non imprudens gerat ea, ex quibus iniustus nascatur, profectò voluntate sua efficitur iniustus. Nec si velit quidem, cohibere se possit, aut iniustus esse desinat. *Ibidem.*

Vt is qui lapidem eiaculatus est, non potest iam reuocare, nec sustinere iactum, etsi antea in eius esset potestate, ne iacularetur: sic iniustis ac libidinosis initio ab ijs vitijs declinare licuit, & in eorum erat potestate. At quum tales extiterunt, iam non licet. *Ibidem.*

Iniustus is esse videtur & qui leges violat, & qui nimio augendarum rerum suarum desiderio tenetur, & is qui iniquus est. *Ethic. li. 5. cap. 1*

Iniustum id est, quod contra leges est, & iniquū est. *Ibidem.*

Iniusti non semper in duobus per se malis maius, sed leuius eligunt. *Ibidem.*

Cùm consultò & cogitatò fit iniuria, tum quisque iniustus habetur. *Cap. 8. lib. 5*

Particularis quædam est iniustitia præter generalem, quæ illi subiecta est. Sed hæc in honore, in pecunijs, in salute, in voluptate quæstus percipitur: illa in ijs spectatur rebus, in quibus vir bonus. *Cap. 2. lib. 5*

Quod iniustum est, omne est vel natura, vel instituto. quod ipsum postquàm factum est, iniuria dicitur: prius quàm sit gestum, nondum iniuria est, sed iniustum. *Cap. 7. lib. 5*

DE INNOCENTIA.

Innocens vbique tutus est.

Integer vitæ, scelerisq; purus *Hor. Od. 22. li. 1*
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,

Nec

Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra,
Siue per Syrteis iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Innocens Dei iram non timet.

Ouid. 5. Trist. Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
Conscius in culpa non scelus esse sua.
Ouid. 4 Fast. Conscia mens recti famæ mendacia ridet:
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Aristophantem Aeschines tradit, apud Athenienses gloriari solitum, quòd quum nonagies quinquies esset vocatus in ius, semper fuerat absolutus. At Cephalus iustius gloriabatur, quòd cùm plura decreta scripsisset, quàm orator aliquis, nunquam tamen coactus sit causam dicere. Certius innocentiæ signũ est, ita rem gerere vt nunquam accuseris, quàm si postulatus elabaris è iudicio.

Innocẽtia tuta. Bion cum scelerosis nauigans, cùm incidisset in prædones, illisq; dicentibus, Actum est de nobis si agnoscamur: Et de me, inquit, nisi agnoscantur. Bonis innotuisse salus est.

Passerem qui fugiens imminentem accipitrem sese in Xenocratis sinũ coniecerat, texit & fouit eum, Xenocrates, ac demulcens dimisit, dicens, Supplicem & innocentem non esse prodendum.

INSALVBRITAS.

Qui mori nolit ante tempus.

Athenæus. Qui non velit apud Sybaritas ante diem fatalem emori, eum haud oportet solem conspicere, nec occidentem, nec orientem.

Herculanus morbus.

Dicæarchus apud Zenodotum Herculanum morbum esse indicat, quẽ alij Sacrum, alij Comitialem appellant. huic autem nulla medicorum ope succurri potest, quoniam diuinitus immitti creditur.

INSIDIÆ.

Adagia. *Canis ad cibum.*

De ijs qui in suum properant exitium. Nam qui canem perimere volunt, cibo ostenso alliciunt. Vnde Hesychius,
Bos ad mactationem, & sus in vincula.

Cauentis clancularias insidias.

Diogenes. Ne quis te à tergo fugientem cuspide figat.
Hom. Iliad. χ. de Diomede Vlyssem reuocante ad pugnam. Nunquam mi à tergo fugienti infixeris hastam,
Sed prompto potius aduerso in pectore torque.

Inescare homines.

Teren. in Adel. Abi, nunquam rem facies, nescis inescare homines, Sannio.

Plato iuxta Ciceronem in Catone maiore, voluptatem malorum escam dicit, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces.

Tragulam inijcere.

Plaut. in Epid. Tragulam inijcere dicuntur, qui dolum in te aliquem struunt.
Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit.
Ego pol istam iam aliquorsum tragulam decidero. *Idem in Casin.*
At volui inijcere in nostrum senem tragulam. *In Pseudolo.*
Pilum iniecisti mihi. *In Mostellaria.*

A transenna cibum petere.

A transenna cibum petit, qui periculo proximus est. Vnde Plaut. in Bacchid.
Nunc à transenna hic turdus lumbricum petit.

Pulchrè fallit vulpem.

In eum qui dolis captat astutum, cuiq; frustra tenduntur insidiæ. Nam vulpem dolo circumuenire difficile est.

Cuniculis oppugnare.

Cuniculis bellat, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit.

Catulus Luctatius surgens in Senatu Romæ dixit, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit Rempublicam.

Ad res animi transfertur, cùm mali genij nos machinis oppugnant, quum palàm terrent aut illectant, quoties falsa pietatis specie imponunt, obrepuntq; incautis.

INSTITVTIO.

Quidam cum Aristippo agebat, vt filium suum susciperet erudiendum: sed quum philosophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter deterritus pretij magnitudine, Minoris, inquit, emerẽ mancipium. At hîc, inquit, habebis duo. *Institutio vtilis* Sensit eadem pecunia illum sibi paraturũ, & philosophum vtilem, & filium obsequentem. Lepidè taxauit vulgi iudicium, qui nusquam parcior est, quàm in rectè instituendis liberis, plusq; sumptus impendit curandis equis quàm filijs.

Pyrrhus ei cui delectum militum commiserat, dixisse fertur, Tu grandes elige, ego eos fortes reddam. Significans institutione fieri bonum militem.

Themistocles quoniam adolescens feroci mutabiliq; ingenio fuerat, mirantibus mutatos mores dicere solebat, Asperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, si recta adhibeatur institutio.

Hippomachus Aliptes quum aliquando videret adolescentes, quos exercebat, è foro carnes efferentes, dicebat se procul agnoscere suos esse discipulos, quòd institutio reluceat in omnibus dictis ac factis hominis.

Isocrates ad patrem qui dicebat se cum filio non misisse nisi vnicum mãcipium, Abi igitur, inquit, & habebis duo. Innuens abi, tu domum relicto filio: quem cùm informauero ita vt tibi dicto sit audiens tanquam quilibet seruus, pro vno mancipio habebis duo.

Quidam accusatus quòd patrem pulsasset, hoc modo impium facinus defendit, Et filius, inquit, meus me verberauit, postquam adoleuit. Significans nos tales habituros liberos, quales ipsi in parentes fuerimus.

INSTITVTOR.

Plut. in Moral. Vt agricolæ vallos apponunt arboribus teneris, vt rectè crescant: ita qui instituit, addit monita, & præcepta ingenijs salubria, ne deuaricent in vitia.

Qui equos rectè alunt, eos docent parere freno: Pueros qui volet instituere, primùm assuefaciat, vt dicto sint audientes.

Si quid in vtres velis infundere boni, ventum atq; aërem emoueas oportet: sic fastum ac tumorem eximas ab animo eius quem velis instituere.

Frustra suber appenditur retibus, vt natent, si plumbum annexum deorsum trahat: sic frustra præceptis bene viuendi instituitur, qui malitia addita non è stultitia emergere potest.

INVIDIA.

Ex Apophtheg. Qui auidè obtrectant alienæ laudi, magis produnt morbum suum, quàm detegunt mores alienos: & qui ob res parum honestas quempiam laudāt, aut ob laudabiles vituperant, stultitiam suam peruersumq; iudicium iudicant.

Inuidus abundè dat pœnarum, etiamsi nemo vlciscatur.

Antisthenes. Vt ferrū absumitur rubigine, ita inuidus suo ipsius vitio contabescit.

Inuidus tam inutilis est ciuitati, quàm lolium tritico, ignauus bello.

Ii quos habet inuidia, magis sunt misericordia digni quàm ira.

Inuidus non mitius discruciatur aliena fœlicitate, quàm suo infortunio.

Agis Archidami filius cùm audisset nonnullos esse, qui ipsi inuiderent, Geminam igitur, inquit, habebunt molestiam, quòd & suis ipsorum malis, tum meis & amicorum meorum bonis torquebuntur.

Inuidia fortunæ. Philippo cùm esset nuntiatum, vno die multas res fœliciter gestas esse, O fortuna, inquit, pro tot tantisq; bonis, leui quopiam malo me affice. Suspectam habuit fortunæ indulgentiam, vt quibus exitium molitur, his prius noua rerum prosperitate blandiatur.

Inuidia quomodo vitetur. Eos qui moderatè fortuna vterentur, nequaquam inuidia peti dicebat Cato senior. Non enim, inquit, nobis, sed bonis quæ nos circunstant, inuident homines.

Inuidia ob benefacta. Inuidiā sibi ab inimicis ideò conflari dicebat Cato senior, quòd quotidie noctu surgens rei familiaris rationibus neglectis, Reipub. consuleret.

M. Crassus ægrè ferens Pompeio cognomen Magni esse delatum, Romano cuipiam dicenti, Iam aderit Pompeius Magnus: Quantus tandem, inquit? Sentiens illum corpore cæteris parem, animo nihilo maiorem.

Publius videns Pub. Minutium hominem maleuolum & inuidum, solito tristiorem, Aut Mutio, inquit, aliquid accidit mali, aut alteri aliquid mali. Sentiens illum non minus alienis commodis quàm suis incommodis vri.

Bion quendam conspiciens inuidum tristi vultu, Nescio, inquit, an tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quippiam.

Ex Cicerone.

Inuidentia est ægritudo ex alterius rebus secundis. *3. Tusc.*

Virtutis comes inuidia, plerumque bonos insectatur. *4. ad Heren.*

Latè patet hoc vitium, & est in multis, inuidere scilicet. *Cic. App. Pulch. famil. 3*

Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere. *De Clar. Orat.*

Plerique sunt inuidi, maximeq; est hoc commune vitium & peruagatum: inuidetur autem præstanti florentiq; fortunæ. *2. de Orator.*

Inuident homines maximè paribus aut inferioribus, cùm se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse: sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eo magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis, aut fortunæ suæ transeunt. *De Orator.*

In iudicijs inuidia imbecillis esse debet: nihilq; homini est tam timendum, quàm inuidia: nihil innocēti, suscepta inuidia, tam optandum quàm æquum iudicium. *Pro Cluent.*

Inuidia virtute parta, gloria, nō inuidia putanda est. *1. Inuect. in Cat.*

Similia ex Plutarcho.

Vt Cantharides maximè læto tritico innascuntur, & rosis florentibus: sic inuidia maximè eos comitatur, qui virtute aut opibus florent. *Inuidia fœlices sequatur.*

Vbi nullum lumen, ibi nulla vmbra: ita vbi nulla fœlicitas, ibi nulla inuidia.

Qui inuident amicorū fœlicitati, nolunt eos prorsus subuerti, sed tamen grauantur eorum excellentia: vt qui vicini domum nolint omninò demoliri, sed satis habent, si detrahatur quod obscurat proximas. *Inuidia nō spectat interitum.*

Vt ij quos dolētes sopor occupatit, tristia somniāt: ita qui inuidia, superstitione, auaritia laborant. *Inuidi tristes.*

Licet inuenire regionem, vbi venena non sint, vt affirmant de Creta: at non licet inuenire Rempublicam, quę non alat inuidiā contentionemq;. *Inuidia vbiq.*

Vt non est corydalus absq; crista: ita non est ingenium absq; inuidia innata.

Ex Platone.

Inuidiæ nomen paulò antè inductum, vtrum dolorem quendam significare censes, nec'ne? PRO. Censeo. SOCR. Inuidus tamen proximorum aduersis lætari deprehenditur. *Pla. in Phileb.*

SOCR. Id profectò verissimum est, & hoc me perimet: si quidem perimat non Melitus neq; Anytus, sed multorum calumnia & inuidia: quę alios multos viros bonos peremit hactenus, & perimet. *Socrat. in Apol.*

SOCRAT. Liuoris primò vim accipe. PRO. Dic. SOCR. An non tristitia quædam, lætitiaq; iniusta est? PRO. Necessarium hoc est. *In Phileb.*

SOCR. Aduersariorum malis lætari, nec iniustum nec inuidum est. PRO. Non. SOCR. Malis autem amicorum lætari potius quàm tristari, nónne inuidi est atq; iniusti? PRO. Est. *Ibidem.*

SOCR. Voluptatem in amicorum malis, non'ne à liuore proficisci prædiximus? PRO. Certè. *Ibidem.*

SOCR. Liuorem tristitiam quandam animæ iamdudum esse constitit. *Ibidem.*

Qui indignatur rebus secundis, dolet illorum qui iniuria ijs fruuntur. Inuidus hunc vincens dolet rebus omnibus. *Aristo. li. 2. et 7. Ethic.*

Ex Gr

Ex Græcis.

Philemon. Inuidia in se boc solùm probè facit,
Quòd qui mores ipsius diligit,
Illum imprimis lædat semper coouersans ipsi.

Dionysius. Deiode hoc etiam non cognoscis, quòd illis qui nihil sunt, nemo prorsus inuidet? Semper omnia præcellentia comitem habent inuidiam.

Omne quod intellectu præstat, inuidiosum est.

Ex Demosthene.

Ad Leptinem. Inuidia prorsus iudiciom est malitiæ & vitij naturę, oec excusatiooem habet, propter quam coosequatur veniam hoc malo affectus.

Cōtra Aristog. Quando æquitas & publica vtilitas superaotur inuidia, tum omnia sursum ac deorsum versa esse existimandum est.

2. Epist. Aduersus inuidiam nibil prodest vera dicere.

Ad Leptinem. Viri est optimi propter ea, quæ ipse gessit in Rempub. potius postulare se honorari quàm rebus propter quas alij qui fecerunt, ornati sunt, inuidere.

Pro Corona. Omnibus bominibus natura insitum est, vt maledicta & crimina perlibenter audiant: laudantibus autem ipsi grauiter succenseant.

3. Epist. Omninò commune opprobrium est, Athenieses, & vniuersæ ciuitatis calamitas, inuidiam plus videri valere apud vos, quàm beneficiorum gratiam: cùm præsertim illa sit moribus, hæ verò in deorum oumerum relatæ sint.

...ist. Etsi ijs qui adhuc sunt in vita, obstet inuidia, quominus iustos & debitos honores obtineant, suis tamen liberis licebit merita præmia à vobis reportare.

Chares. Noli innidere fortunatis, ne videare malus.
Inuidia res est omnium iniustissima.
Cæterùm ego inter bomines tandiu mihi videor
Esse fortunatus, quandiu inuidiosus fuero.

Diogenes. Pauper existens habentibus oon iouideto.
Sunt bodie quidam, quos alit inuidia.
Pereat quisquis inuidet bona possidentibus.

Euripides. Quænam genitrix, aut quis genitor ingens malum
Produxit hominibus infaustam inuidiam?
Vbi tandem, & quam corporis nacta partem babitat?
In manibus'ne, aut visceribus, aut oculis
Est nobis? O quantus esset labor medicis
Exciodere ipsam, vel potionibus, vel pharmacis expellere,
Vt pote morborum omnium, quibus capiūtur homines, multò maximum.
Inuidia, quæ multorum animos corrumpit hominum,
Perdidit ipsum, & me quoque pariter.

Euomachus. Difficile fuerit in hac degentem vita
Omnes inuidentium oculos latuisse.

Menander. Inuidus, hostis est sibi ipsi.
Spontaneis enim semper tenetur molestijs.

Agathon. Hand vlla foret in vita bominum iouidia,
Si omnium esset æqualis conditio.
Solet autem inuidia ad res illustres prosilire.

Euripides. Inuidiam non probo: velim tamē propter bona mihi ab alijs inuideri.

Hippothoon. Inuidia dea est pessima, & iniustissima:
Malisq; gaudet, & bonis tristatur.
Nullus bominum illi viro malè dicere posset,
Neq; si ipsa fuerit inuidia maleuolentior.
Oportet aut aliquid boni dicere, aut bene dicentibus
Non insensum esse inuidia victum.

Gaudeo te inuidentem aspicere, sciēs quòd vnum quiddam peculiare sibi facit inuidia. Ipsa enim possessio possessorem suum offendit. *Carcinus.*

Iam enim aliquando vidi etiam iustitiæ defensores *Euripides.*
Bonos vinci ab improba inuidia.
Hei mihi, moriar propter excellentiam iogenij,
Quæ reliquis hominibus salutaris est.

Quis est qui cuperet amicos sibi non inuidere? *Epicharm.*
Proculdubio enim nullus est hominum, cui oemo inuideat.

Inuidia misericordiæ præstat. *Pindar.*

Sapieotiæ causa potius quàm diuitiarum inuidere decet. *Agathon.*

Multa me doces abundè propter inuidiam, *Philemon.*
Vt audiens quàm plurima oe vnum quidem addiscam.

Et figulus figulum æmulatur, & faber fabrum. *Hesiodus.*
Et mendicus iouidet mendico, & poëta poëtæ.
Nec vxorem amice, nec diuitias immensas optarim babere domi:
Sunt enim occasiones iouidiæ.
Infamia solet, propter quæ inuidia tangitur,
In turpibus viocere potius, quàm honestis.
Perpaucis hominum hoc ingenium est,
Vt amicum fortunatum sine inuidia colant.

Theophrastus dixit improbos homioes non tam proprijs bonis gaudere, quàm alienis malis.

Adolesceos, haud videris mihi intelligere, quòd *Menander.*
Res singulæ ab insito aliquo vitio pereunt,
Et omnes corruptionis causæ veniunt intrinsecus:
Vt ærugo, si consideres ferrum:
Si vestes, tineæ: teredo, si ligoum spectes.
Inuidia verò malorum omnium pessima
Tabidum fecit hominem, & faciet, & facit,
Propter impias animæ prauæ cogitatiooes.

Inuidiam aliqui fumo comparant. Cùm enim ab initio abuodet, mox illustratis illis, quibus iouidetur, euanescit. Proinde senioribus non inuident. *Plutarchus.*

Hippias dicebat duplicem esse inuidiam. Iustam quidem, cùm quis inuidet improbis honoratis: iniustam verò, cùm bonis. Et inuidi duplo magis quàm cæteri calamitosi sunt: non enim solùm proprijs malis grauantur vt alij, sed alienis quoqoe bonis.

Booo viro nunquam vlla quauis de re innascitur iouidia. *Plato I Timæo.*

Pulchritudo famæ citò marcescit ex inuidia, ceu morbo quodam. *Socrates.*

Iter facieotes per solem necessariò comitatur vmbra: incedentibus verò per gloriam comes est inuidia.

Inuidia tanquam malus demagogus (hoc est, ambitiosus Reipub. administrator) booestis actionibus obsistit.

Tristitia oon maximum est malum, quòd inuidiam sequitur: sed aliud multo maius, nempe quòd in familiares etiam extenditur affectus inuidiæ. Quod cùm turpe sit, meritò maius habetur malum, quàm tristitia.

Eusebius. Si quis inuidet bono viro fortunato, is etiam patriæ ac toti Reipub. deniq; sibi ipsi inuidet. Nam vir bonus fœliciter agens communis est prosperitas, & ciuitatis, & vniuscuiusq;, qui fœlicitatis eius particeps fieri potest.

Inuidia otiosa & inefficax est aduersus homines pulcherrimis rebus claros: probos verò & aliquid ex seipsis boni producere idoneos, penitus non attingit.

Isocrates. Non inuidete primas obtinentibus apud me: sed contendite, præstando vos bonos viros, illis adæquari.

Theophrast. Inuidia resistit viuis. Defunctus verò, vt qui neminem impediat, beneuolentia constanti & libera colitur.

Idem. Horum causa est inuidia, cui hoc vnum adest boni, quod maximo malo se possidentibus est.

Euagoras. Inuidi hoc sunt reliquis infœliciores, quòd alij suis solùm calamitatibus dolent: inuidi verò propter sua mala, bonis etiam alienis contristari pergût.

Anaximenes. Qui cum inuidia iudicant, principatum pessimis attribuunt, non optimis.

Qui bene dicta facta've propter inuidiam verbis non laudant, quomodo illi re ipsa iuuarent?

Malos reprehendentes vir bonus non curat.

Democr. Inuidus seipsum tanquam hostem offendit.

Socrates inuidiam dixit vlcus esse animæ.

Plato in Mene. Cùm verò pax iam esset, & ciuitas in pretio haberetur, contigit ipsi (quod fortunatis hominibus euenire solet) primùm æmulatio, deinde inuidia.

Bion cùm vidisset quendam inuidum vultu prorsus in terram deiecto, dixit: Aut huic magnum malum contigit, aut alteri cuipiam magnum bonum.

Cato maior minimè inuideri dicebat illis, qui fortuna sua bene ac moderatè vtuntur. Non enim nobis homines, sed rebus nostris inuident.

Democri. Leges non prohibuissent singulos pro arbitrio suo viuere, nisi alter alteri fuisset iniurius. Etenim inuidia seditionis parit initium.

Apollon. fratri. Vir multis quidem scientijs eruditus, sed ob animi malitiam inuidiamq́; nolens alijs desiderantibus communicare, similis est malo vasi, quod in se multa & bona recondit, sed antequam vsum sui præbeant, corrumpit.

Quoniam ciuis quidem ciui prosperè viuenti inuidet, & clàm infensus est. Neq; ciui cõsulenti alius ciuis, quæ sibi videtur optima, suggeret, nisi multum in virtute profecerit, quales rari sunt. Peregrinus autem fœliciter agenti peregrino omniũ maximè beneuolus est, & petenti quàm optima dabit consilia.

Plato. Cæterùm inuidus apparebit gaudere malis propinquorum. Valde sanè.

Ex Poëtis.

Inuidi descriptio.

Virg. de Liuore Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quid quisq; furit, inuidetq; forti,
Vt debet sibi pœna semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores,
Suspirat, gemit, incutitq; dentes.
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infœlix macies renudat ossa.
Non lux, non cibus est suauis illi,
Nec potus iuuat, aut sapor Lyæi:
Nec si pocula Iuppiter propinet,
Atq; hæc porrigat & ministret Hebe,
Aut tradat Ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit, aut quiescit vnquam.
Torquet viscera carnifex cruentus.
Vesano tacitos mouet furores,
Intentans animo faces Erinnys
Letalis, Tyrijq; vultur intus,
Qui semper lacerat, comestq; mentem.
Viuit pectore sub dolente vulnus,
Quod Chironia nec manus leuaret,
Nec Phœbus, soboles've chara Phœbi.

Inuidia descriptio.

Ouid. 2. Meta. Videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum
Inuidiam.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes:
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescitq; videndo
Successus hominum: carpitq;, & carpitur vnà.
Suppliciumq; suum est.
Ibidem. Illa deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, successibus arq; Mineruæ
Indoluit, baculumq; capit, quem spinea totum
Vincula cingebant, adopertaq; nubibus atris
Quacumq; ingreditur, florentia proterit arua,
Exuritq; herbas, & summa papauera carpit.
Afflatuq; suo populos, vrbesq;, domosq;
Polluit, & tandem Tritonida conspicit arcem
Ingenijs, opibusq;, & festa pace virentem.
Vixq; tenet lachrymas, quia nil lachrymabile cernit:
Cunctaq; magna facit, quibus irritata dolore
Cecropis, occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit, lentaq; miserrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto saucia sole.
Stat. li. Theb. Nec liuida tabes
Inuidiæ functis, quanquam etiam lumine cassis
Defuit. Vnus ibi ante alios, cui læua voluntas,
Semper & ad superos, hinc & grauis exitus æui
Insultare malis, rebusq́, ægrescere lætis.

Inuidiæ domus, illiusq́ conditiones.

Ouid. 2. Metam. Protinus inuidiæ nigro squallentia tabo
Tecta petit: domus est imis in vallibus antri
Abdita, sole carens, non vlli peruia vento.
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne vacet semper, caligine semper abundet.

Inuidia exitium est mortalibus.

Sil. Ital. lib. 2. bell. Pun. Dum malus obtrectat facta immortalia liuor,
Nec finit adiutas ductoris crescere laudes.
Idem 15 lib. Punic. O dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquam
Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes
Inuidia.

Inuidia summa petit.

Oui.2. de Rem. Summa petit liuor, perflant altißima venti.
Stat. lib.5. Syl. Quisnam impacata consanguinitate ligauit
Fortunam, inuidiamq; Deus? quis iußit iniquas
Aeternum bellare deas? nullam'ne notauit
Illa domum, toruo quam non hæc lumine figat
Protinus, & sæua perturbet gaudia dextra?
Florebant hilares inconcußiq; penates:
Nil mœstum. quid enim, quamuis infida leuisq;
Cæsare tam dextro poßit fortuna timeri?
Inuenere viam liuentia fata, piumq;
Intrauit vis sæua larem. Sic plena maligno
Afflantur vioeta ooto, sic alta senescit
Imbre seges nimio: tapidæ sic obuia puppi
Inuidet, & velis adnubilat auta secundis.
Hor.lib.1.epist. ad Lolium. Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.
Plau.in Bacch. Nullus est, qui non inuideat
Rem secundam obóngere.
Sil. Ital lib.13. bell. Punici. Magnanima inuidia virtus caret.
Claud. in Stilicho. laud. Nulli pars æmula defuit vnquam,
Quæ grauis obstreperet laudis, stimulisque maligni
Facta sequebatur quamuis ingentia liuor.
Solus hic iouidiæ fines virtute reliquit,
Humanumq; modum. quis enim liuescere poßit,
Quòd nunquam pereunt stellæ? quòd Iuppiter olim
Poßideat cælum? quòd nouerit omnia Phœbus?
Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis
Inuidiæ mensura capit.
Prop.lib.2. Inuidiam quod habet, oon solet esse diu.

Inuidere alieno bono non decet.

Pers.Sat.3 Neq; inuideas quod multa fidelia putet
In locuplete penu, defensis pinguibus vmbris,
Et piper, & pernæ Marsi monumenta clientis,
Mænaq; quod prima oondum defecerit orca.
Ausonius. Demens superbis inuidet fœlicibus.

Inuidus aliena meliora sua indicat.

Oui.1.de Arte. Fertilior seges est alienis semper in agris,
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Inuidus cupit bona quaq; peruertere.

Hor.Sat 3.lib 1. At nos virtutes ipsas iouertimus, atq;
Syncerum cupimus vas incrustare. Probus quis
Nobiscum viuit, multum demißus homo, illi
Tardo cognomen pingui damus. Hic fugit omnes
Insidias, nulliq; malo latus obdit apertum,
Cùm genus hoc inter vitæ versetur, vbi acris
Inuidia, atq; vigent vbi crimina, pro bene sano,
Ac noo incauto, fictum astutumq; vocamus,
Simplicior si quis, qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas, vt forte legentem,
Aut tacitum impellat, quouis sermone molestus,
Communi sensu planè caret, inquimus.

Inuidus parem non patitur.

Lucan.lib.1. Stimulos dedit æmula virtus,
Nec quenquam iam ferre potest Cęsar've priorem,
Pompeius've parem.
Lucret.lib 3. de Nat.rerum. Macerat Inuidia ante oculos illum esse potentē,
Illum aspectari claro qui incedit honore.
Ipsi se in tenebris volui, cœnoq; queruntur.

Inuidi antiqua nouis præferunt.

Esse quid boc dicam, viuis quòd fama negatur:
Et sua quòd ratus tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos semper vt illa nouis.

Inuidi aliorum bonis torquentur, malis lætantur.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis. *Hor.epist.2. ad Lollium.*
Hoccine est credibile, aut memorabile, *Teren.in Adel.*
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat, atq; ex incommodis
Alterius sua vt comparet commoda?

Inuidi doctos odio habent in vita, mortuos verò optant.

Scripta placent à morte quidem: quia lædere viuos *Oui.3. de Pōto.*
Liuor, & inuiso carpere dente solet.
Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. *Idem 1. de sine Tuulo.*
Tunc suus ex merito quemq; tuetur bonos.
Clarus post genitis, quatenus heu nefas, *Horat. Oda 24. lib.3*
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus iouidi.
Vrit enim fulgore suo, qui prægrauat artes *Idē lib. 2. epist. ad August.*
Infra se positas, extinctus amabitur idem.
Qui ducis vultus, & non legis ista libenter,
Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Cognatio mouet inuidiam. *Adag.*

Etenim inuidere nouit ipsa affinitas. *Arist. Rheto.2*
Inuidia circa vicina oritur, nullusq; aut defunctis, aut diuersi generis hominibus inuidet.

Esurienti ne occurras.

Absit vt vnquam occurreris esurienti. *Theoc.in Idyll.*
Fames & mora bilem in nasem conciunt. *Plautus.*

Inuidus inimicusq; vicini oculus.

Inimicus & inuidus vicinorum oculus, vt dictum est in prouerbio. *Alciphron in epist.*
Vicinus inuidet vicioo iuxta Hesiodi sentētiam. *Arist.Rhetor.2*
Er iam deote minus mordeor iouido. *Horat.*
Maleuolus & inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbium. *Alicbyus Eusymoni.*
Fertilior seges est alieno semper in agro, *Ouid.*
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Inuidet figulus figulo.

Sempet vicinus vicino est æmulus, hunc vt *Hesiodus 1 Opera & dies.*
Condere cernit opes properātem gnauiter. atqui
Concertatio conducit mortalibus ista.
Odit ita fabrum faber, figuloq; molestus
Est figulus: medico protinus inuidet alter
Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

Vna domus non alit duos canes.

Eadem Respub. non fert duos tyrannos. *Aristophanis interpres.*
Vnicum arbustum haud alit duos erithacos. *Zenodotus.*
Non enim fieri potest *Aristophan. in Vespis.*
Fures vt vnquam saltus vnus alat duos.
Pendentem volo Zoilum videre. *Martial.*

Edentulus vescentium dentibus inuidet.

Cui quæso, vt suadeas, ne edēntulus vescentiū dētibus inuideat, & oculos caprearū talpa contēnat. *D.Hieronymus ad Magnū oratorem.*

Ne

Senarius Græcorum. Ne pauper ipse ijs inuide, qui possident.
Expertes inuidiæ musarum fores.

Iactantia comes inuidia.

Hom. Odyss. 6 Possideat tacitus si qua adsunt munera diuûm.

Optat ephippia bos.

Horat. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Terent. Nostri nosmet pœnitet.
Pet. Sat. 6 Securus & angulus ille
Vicini, quia pinguint.
Horat. Quî fit Mecœnas, vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?

Inuidiosum esse præstat quàm miserabilem.

Herodotus in Thalia. Tu verò doctus, quanto satius sit inuidiosum esse quàm miserandum.
Pallada. Peior liuore est miseratio, Pindarus, inquit,
Nam sunt fœlices quos petit inuidia.
Horum nos contrà miseret, quorũ aspera sors est:
At mihi donari non cupio alterutrum.
Vt nimium fœlix, vel sim miserabilis vlli.
Nam præstat cunctis rebus adesse modum.
Quandoquidem celsæ vicina pericula sorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.
Pind. 1. Hymn. Pythior. Veruntamen melior est commiseratione inuidentia.
Ne omitte honesta, guberna iusto clauo exercitũ.
Idẽ in Nemeis. Inuidis obsonium est obtrectatio.
hymn. vltimo. Pythior. 11 Habet enim fœlicitas haud minimam inuidiam.
At qui humilia spirat, in obscuro fremit.

I ANTE R.

DE IRA.

Cic. 4. Tuscul. IRa (vt inquit Ennius) est initium insaniæ.
1. Offic. Prohibenda est maximè ira in puniendo. Nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit quæ est inter nimium & parum. Cauendũ est igitur, ne maior sit pœna quàm culpa.
1. Off. Omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet.
In Lalio. Monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careat.
1. Off. Non sunt audiendi, qui grauiter irascendum inimicis putant.
1. Off. Obiurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus vtendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborũ grauitate acriore. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius id causa, qui obiurgetur, susceptum esse. Id agendũ etiam est, vt ne ea facere videamur irati: sed vt ad vrendum & secandum: sic ad hoc genus castigandi raro inuitiq; veniemus: nec vnquam nisi necessariò, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil consideratè potest.
1. Offic. Semper ira procul absit, cùm qua nihil rectè, nihil consideratè fieri potest. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, neq; ijs qui adsunt, probari.

1. Offic. Proprium est irati, cupere, à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere.
3. Tuscul. Non est in nostra potestate, fodicantibus ijs rebus, quas malas esse opinamur, dissimulatio vel opinio.
Omnes læsi dolent, irati efferuntur.
Pro Milone. 5. Actio Verr. Habent quendam aculeum contumeliæ, quem pati prudentes ac boni viri difficillimè possunt.
Ad Atticum. 4. Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dat & tribuit.
1. Offic. Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ præmeditata atq; præparata inferuntur.

Ex Apophth. Eras.

Tutum est iram premere, ne prorumpat in verba.
Ira contentioq; melius soluitur blandis verbis & benignitate, quàm repugnando.
Ira breuis est insania.
Minus sui compos est ira, quàm ebrietas.
Probis etiam ingenijs adiuncta iracundia est: sed hoc vitium tolerabile est, si celeriter ad se animus redeat, & pro ira rationem in cõsilium adhibeat. At si perturbatio penitus insideat animo, ita vt excussa ratione feratur effræni impetu, certa pernicies est.
Ira ad omnem functionem inutilis est: & prouerbio quoque princeps iubetur & æqua & iniqua audire.

Ex Platone.

Plato in Philebo lib. 10. SOCR. Iram, timorem, desiderium, lamentationem, amorem, æmulationem, inuidiam, & huiusmodi reliqua, an nõ hæc omnia dolores quosdã ipsius animæ ponis? PROT. Equidem. SOC. Non'ne dolores eiusmodi plenos miris quibusdam voluptatibus inuenire licet?
2. de Rep. Dial. SOCRAT. An non animaduertisti inexpugnabilem inuictamq; esse iram? qua præsente, anima omnis intrepida est ad omnia & inuicta? GL. Animaduerto.
11. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Profectò qui iræ rei penitus ingratæ morem gerit, ipsamq; quasi alimentis quibusdam noxijs explet: is quantum per disciplinam antea excultus fuerat, tantum exacerbatus postea iracundam animæ partem efferatusq;, difficilem sibi viuendi reddit rationem, & hãc amaram ab ira gratiam suscipit. Ex his penè omnes ad id deuenire solent, vt ridiculũ aliquod in aduersarium dicant: qua in re quicumq; se assuefacit, aut bonos mores penitus, aut magnanimitatem maxima ex parte amittit.

Ex Aristotele.

Arist. cap. 5. lib. 4. Ethicor. Ira perturbatio est, quæ ex multis rebus varijsque gignitur.
Ibidem. Qui minus succensent ob eas causas, ob quas decet succensere, ij stulti videntur, & qui non quomodo, quando, quibus irascendum est. Sunt enim omnis sensus & doloris expertes, qui irasci nesciunt, nec propulsant iniuriam.
Ibidem. Iracundi celeriter commouentur, & vehementius quàm sat sit: sed facilè ac citò etiam eorũ ira desistit, quod in illis quidem est optimum. Idq; eis ob id accidit, quia iram non continent, sed vicissim

cissim reddunt, quoniam ex ipsorum præcipiti animi commotione, quales sint, facilè apparet.

Acerbi ægrè placantur, diuq; iran funt: parēt enim animi dolori.

Vltio modum finemq; iræ adhibet, cùm pro dolore voluptatem efficit.

Qui quibus de causis minus rectum est, irascuntur, & vehemenous & diutius quàm rano postulet, eos infeosos appellamus. Eos etiam, qui noo redeunt io gratiam, nisi vltio sit coosecuta.

Noo est dictu facile, quomodo, aut quibus homioibus, aut qua de causa & quandiu deceat irasci, & quatenus quis rectè faciat, aut peccet. Qui enim paulum aliquid modum transit, vituperari solet. Interdum eos laudamus, qui modum deserunt: & itatos vitos appellamus, quasi imperare posiiot.

Lib.6.cap.3. Eth. Ira & libidine oon solùm animi perturbantur, sed etiam corpora: nonnulli etiam ad insaniam adiguntur.

Cupiditatis & iræ comparatio.

Lib.7.cap.6 Ira parere quodammodo videtur raoioni, sed non attentè eam audit, more ministrorum & seruorum eorum qui præproperè munia obeunt, qui antequàm omnia quæ præscribuntur, audierint, abcuot, deinde officio desunt. Et more canum, qui priusquàm coosiderarint, sit'ne is amicus qui pulsauit, allatrant: Sic ira feruore ac tepenòno naturæ motu incitata, audit illa quidem rationem, sed præscriptione oon intellecta, sd supplicium se vloonemque conuertit. At cupiditas, si sensus moneat hoe vel ilud esse suaue, ioflammata rapitur ad perfruendas voluptates.

Iracuodia & acerbitas à natura nobis potius tributa est, quàm cupiditates eæ quæ semper immensæ sunt & immoderatæ. Prætcrea nemo dolens paret libidini. At qui per iram facit, omnis dolens facit, & qui libidioi obsequitur libenter facit.

Neqoe ira domioante loci aliquid libidini relinquitur.

Lib.3.cap.9 Quocirca iram ad fortitudinem transferunt, propterea quòd fortes videntur ij etiam, qui ira incitaoi, toto impetu in cos feruntur, qui vulnerarint: quoniam fortes etiam ira excandescant.

Maximus ad subeunda pericula aculeus est iracundia.

Ira vel dolore ad pericula impelli, virtutis non est.

Homines, cùm ira commouentur, dolent: cùm sumunt supplicium, seq; vlciscuntur, gaudent.

Lib.3.cap.8 Ea quæ per iram fiuot, non ex voluntate iudicantur: quippe cùm non is authot mali sit, qui ira incitatus facit, sed qui incitauit.

Similia ex Plutarchi Moralibus.

[illegible] Vt canes, si iram effuderint in lapidem, aut saxum, mioores sunt erga homines: sic qui bilem in alienos euomuerit, placidior est erga suos.

Qui se vnà cum ædibus ioceodunt, omnia intus tumultu complent, vt oec videre posiint, nec despicere quid sit vtile: sic ira commotus animus.

Nauis deserta recipit gubernatorem, si quis velit in portum reducere: at animus ira percitus non admittit gubernatorem, oisi intus ratio clauum arripiat.

Vt qui expectant obsidiooem, colliguot ac deponunt pecuoiam, atque omnia parant sub hostiū aduentum: sic aduersus assultum iracuodiæ, philosophiæ præceptis muniendus & instruendus animus.

Vt in tumultu ægrè auditur quod dicitur: sic in ira non admittitur alienum consilium, nisi intus loquatur ratio, quæ tumultum animi compescat.

Vt munita tyrannis ab alienis tolli oon possunt, à familiaribus possunt: sic animus coocitatus ex se præbet, quo soluatur ira.

Vt ferrum tenue & infirmum si denuò fodiatur, facilè frangitur: sic animus commotus ira, qualibet de causa commouetur.

Vt ooo magno ocgooo flamma extinguitur in pilis leporinis, aut scyrpis, aut stipulis accendi cœpta, at noo item, si solida corripuerit: sic ira primùm gliscens, facilè vel ioco vel risu compescitur: quòd si processerit, vix vllo negotio potest extingui.

Vt nautæ tempestatem præsentiētes, anchoris firmāt naues ita priusquàm iogruat tempestas iracundiæ, ratione firmandus est animus, & in diuersum niteodum.

Amor leuatur cantu, corollis, osculis: at ira, si indulgeas, exasperatur.

Vt iuxta senteotiam Hippocratis morbus est periculosissimos, in quo ęgrotus subinde mutat oris habitum, ac sui dissimilimus redditur: sic nullos est animi morbus ira periculosior, quæ vultum, vocem, incessum sic immutat, vt idem alius esse videatur.

Mare commotum, cùm algam & spumam eiectat, purgatur, etsi littus cootaminet. at qui commotus ira, verba effuodit amara & contumeliosa, seipsum ioquioat, & famæ labem aspergit.

In febri linguæ scabrities ac sordes, signum est mali, non causa: in ira linguę durities, malorum maximorum est causa.

Vt tumor potissimùm accidit ex plaga carnis: sic molles & imbecilles animi maximè intumescuot ira.

Barbari quidam ferrum veneno inficiuot, vt bis noxium sit: sic quidam dictis instigant commotos.

Vt parens puerum quippiam incidere paraotem, arrepto ferro id efficit: sic raoo vindictam eripiēs iræ, probè castigat.

Vt puer sæpenumerò alium ferro lædere volētem, se imperitia lædit: ita iracundia sibi nocet, dum alijs studet nocere.

Qui nos sagittare docuit, noo vetuit iaculari, sed aberrare à scopo: sic non ioterdicta ira est, sed in tempore & aptè sit necesse est.

Vt primis ouotijs ooo statim creditur, sic ooti statim iræ fidendum, sed profereoda fides in dies aliquot.

Vt per nebulam corpora, sic per iracundiam res maiores videntur.

Pigri remiges sereno cælo desident in portu, deinde cogūtur flantibus ventis nauigare cum periculo: sic qui non punit, cùm sedato est animo, cogitur aliquando vel iratus punire.

Vt

Vt afsidua tufsi concutitur & quaſſatur corpus, atque exulceratur : ſic animus ira & excandeſcentia.

Vt luxus deprehenditur è cantu tibicinæ, è coronis proiectis, ac ſimilibus indicijs: ſic iracundiam intelliges è ſeruorum vulnibus iniuſtis.

Non vt medici bili medentur amaris, ita oportet iracundiam medicari iracundia.

Vt minutæ literæ, ſi quis intendat, offendunt oculos: ſic qui res minutulas iracundè curat, moroſior redditur ad maiores.

Vt medicus curans eos, qui dentibus cruciantur, non tam contriſtatur aliorum malis, quàm ſua bona valetudine gaudet, ſed placidus eis apparet : ſic qui cupit alienæ mederi iracundiæ, non debet ipſe ſimul cõmoueri, ſed placidè tractare animum ægrotum.

Apophthegmata.

Ira breuis. Melanthius negabat eam iram videri grauem, quæ mentem cogat emigrare, ſed quæ prorſus excludat domo. Sentiens probis etiam ingenijs adiũctam eſſe iram, ſed hoc vitium eſſe tolerabile, ſi celeriter animus ad ſe redeat, & pro ira rationem in conſilium adhibeat. At ſi perturbatio penitus inſideat animo, ita vt excuſſa ratione feratur effreni impetu, certa pernicies eſt.

Ira impotens. Q. Flauius apud populum reus actus accuſante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum ſuffragijs damnatus eſſet, proclamauit ſe innocentem opprimi: cui Valerius æquè clara voce reſpondit, nihil ſua referre, nocens an innocens periret. Ea vox tam violenta reliquas tribus reo cõciliauit.

Ira ſapientis. Quum Zeno Eleates maledictis laceſsitus incandeſceret, reprehenſus quòd philoſophus improborum verbis commoueretur: Si conuitia, inquit, æquo animo admiſero, ne laudes quidem ſentiam. Lapidis eſt non ſentire diſcrimen inter laudantem & vituperantem : ſed philoſophi eſt non ita commoueri, vt ab honeſto recedat.

Ira remedium. Athenodorus philoſophus vrgẽte ſenectute cùm ab Auguſto reditum in domum efflagitaſſet, & dignum philoſopho monumentum apud illum deponere vellet, dixit, Cæſar, cùm iratus fueris, ne quid dixeris, feceris've, priuſquàm literas quatuor & viginti apud te recenſueris. Cęſar autem philoſophi dextram amplexus, Adhuc, inquit, mihi te præſente eſt opus: totumq́; annum apud ſe detinuit.

Ira ſubducẽda occaſio. Cotys Thraciæ rex cùm eſſet natura celer ad iram, hoſpes quidam ad illum detulit vaſcula fragilia tenuiaq́;, ſed ſcitè elaborata. At is hoſpiti quidẽ dedit munera, cæterùm vaſcula omnia cõfregit. Demirantibus cur id faceret, ne, inquit, ſæuiam in eos qui fracturi erant. Prudentis eſt, naturæ ſuæ morbum agnoſcere, & vitio materiam præripere.

Antiochus Sophiſta cùm malè vulgo audiret, quòd formidoloſus nec prodiret in concionem, nec Rempub. munia capeſſeret: Non vos, inquit, metui, ſed meipſum: agnoſcens iracũdiam ſuam vehementiorem eſſe quàm vt cohiberi poſſet.

Plato iracundos ad diſciplinas ediſcendas idoneos, ad gerendam Rempub. prorſus inutiles eſſe dixit.

Philager rogatus cur pueris educandis non delectaretur: Quoniam, inquit, nec meipſo delector. Agnoſcebat naturæ ſuæ vitium: erat enim iracũdus & moroſus, eoq́; non ad teneram ætatem inſtituendam appoſitus.

Ex uarijs autoribus Græcis.

Nihil ô Cyrne tam iniuſtum eſt, quàm ira, quæ dominum *Theognis.*
Suum lædit, vt animo commoto miſerè gratum faciat.
Sæpe mentem hominum detexit ira *Comic.*
Latentem, ira quæ peior quandoq; eſt inſania.
Ira non poteſt vnquam falli, *Menander.*
Ea nunc imperat: vbi verò modicum deferbuerit,
Multò acutius quod ex vſu eſt, videbit.
Inſanimus omnes, cùm iraſcimur, *Philemon.*
Ira enim difficilimè refrenatur.
Omnia quæ iratus agit, *Menander.*
Errata poſtmodum intelliges.
Iræ moderator. Reſpon. Id quidem volo.
Eſt enim ira, pater, ingratiſsima res.
Quiſquis iræ præceps indulget, *Euripides.*
In malum finem exit : plurimùm enim hominibus incommodat.
Ne tute teipſum ob rem leuem iracundum exhibeas, *Epicharmus.*
Superare non iram conuenit, ſed legem. *Euripides.*
Nemo iratus quidquam rectè deliberat.
Multos iracundia magna perdidit mortalium,
Et imperitia, quæ gemina mala ſunt vtentibus ſe.
Iræ malæ multa inſunt indecora.
Extra iram enim vnuſquiſq; multò ſapientior eſt.
Ex ira imperita multum generatur malorum. *Archilochus.*
Iræ vanæ cauſa ſunt verba.
Moroſitas obnoxia eſt imperitiæ.
Ex ira ſcio cuncta prodire mala.
Ira permultos agere cogit mala.
Cæterùm vt mortale noſtrum eſt corpus, *Chæremon.*
Ita conuenit iram quoq; non retinere
Immortalem, quicumq; ſapientiam intelligit.
Nunc in facie tibi iracundia effloreſcat ô ſenex, *Ariſtophanes.*
Nunc iraſci conuenit iuſtitiæ gratia.
O quàm cohibendi magnus eſt iram labor. *Menander.*
Non eſſe videtur aliud iræ pharmacum,
Oratio niſi grauis amici viri.
Etſi doles vehementer, haud quicquam tamen irritatus
Ages temerè: nam iram rationis inſciam refrenare
In perturbationibus, imprimis ſapientem oportet.
Ingenium tam irritabile, & amarulentum adeò,
Indicium ſtatim eſt omnibus puſillanimitatis.
At illi animus ater iracundia replebatur. *Homer.*
Mores violenti & agreſtes cum lenibus
Vnà coniuncti, vtrumq; temperant exceſſum.
Nam iræ mortalibus ob calamitatem *Euripides.*
Graues, & dubius error animo oboritur.
O ſtulte, inutilis eſt ira in mortalibus. *Sophocles.*
Anime mi, grauiſsimis curis turbate, *Archilochus.*
Fac patienter feras, & defendas te, hoſtibus obijciens
Aduerſum pectus, inter haſtas inimicorum cominus
Pede conſiſtens tuto:
Et neq; victor palàm exultes:

Neq;

Neq; si victus fueris, domi prostratus lugeas.
Quin rebus lætis gaude, sinistris
Contristare, ita vt ne quid nimis.
Sed agnosce qualis
Sors homines detineat.

Sophocles. Multa videt animus obrutus iacens malis.
Amens quidem ipse, sed magis illæ insaniebant,
Quæ virum illum fortem vlciscebantur.
Quisquis hominum rebus iratus aduersis
Vehementius ipso morbo remedium adhibet,
Is medicus est non peritus naturæ malorum.

Xenophanes. Age verò. Quid facies anime? consulta bene,
Priusquàm pecces, & charissima tibi
Reddas infensissima. Quò tandem exis miser?
Reprime voluntatem, & vim impiam.
Sed quid hæc lugeo, cùm animam meam
Videam deseri, atq; negligi,
A quibus id minimè oportebat? Molles scilicet
Et timidi sunt, huiusmodi qui mala tolerant.
Ne teipsum anime relinquas in malis.
Hei mihi, stat sententia. O pueri: ab oculis
Discedite. Iam mihi cruenta magnum
Subijt rabies animum. O manus manus,
Ad quale facinus armamur? Heu
Quid tantum infœlix audebo, quæ breui diuturnum laborem
Perditura meum pergo tempore?
Non primùm nunc video, sed sæpius antebac,
Asperam iram quantæ sit molis ferre.

Euripides. Grauis est, & incurabilis ira,
Cùm inter amicos nascitur contentio.
Tempus requirit, animum vt ira superiorē habeas.
Consilia mea vincit iracundia,
Quæ mala maxima gignit hominibus.
Animus commotus atq; dolens nihil habet tuti.
Si cognati adfuerint malè fortunato..
Asperi & irati, imprudenter faciunt.

Hom. Iliad. 9 Reprime tuam iracundiam Achilles, haud te decet
Animi crudelis esse. mutabiles sunt etiam superi.
Plato quondam iratus cuipiam è famulis, gratiam eum dijs habere iussit, quòd succeseret: alioquin enim non euasurum fuisse sine castigatione, si non succensuisset.

Antiphon. Nihil quidquam homo iratus rectè potest agnoscere: vlciscendi enim auiditas iudicium eius corrumpit.

Herodotus. Hominum animus in auribus habitare videtur: bonis enim auditis, corpus gaudio repletur: contrarijs autem, ira inflatur.

Aristot. Non'ne vides quòd ab omnibus, quæ per iram cōmittuntur, raro recedit, fugiens iracundiam, tanquam acerbum tyrannum?
Sunt quidam leniter magnanimi, tranquillè faciētes absq; iracundiæ motu æquè magna, ac vehementer impetuosi & iracundi. Sed cauendum à remisso illorū ingenio, vt quod sit deteri*, quàm magno iracundiæ nixu intensum. Hæc enim statim vltione saturatur: illud verò in multum tempus extēditur, quemadmodum exilis febricula.

Apolonius. Insania flos est iracundiæ.

Macedon. Affectus iræ nisi curentur & castigentur, in naturalem morbum abeunt.
Qui propter leues errores vehemētissimè succenset, non finit autorem peccati discernere, quàdo minus & quando maius admiserit crimen.

Diony. Halicar. Quamuis iram vincere tum magna res videatur, tum re vera sit: maius tamen est cauere & prouidere, ne in ipsam incidamus.

Sotion. Sapientibus iræ loco, Heraclito quidem lachrymę, Democrito autem risus oboriebantur.
Quemadmodum nauigia, non quæ in trāquillitate nauigant, sed quæ tempestatibus obsistūt, & euadunt: sic & homines qui iræ & perturbationibus resistere valent, magni fortesq; habētur. Histriones quidem, licet solùm simulent, hominis irati faciem repræsentant: viri autem virtutis studiosi etsi re vera irascantur, vultu tamen & gestibus irati abstinent.

Democri. Iracūdiam impugnare difficile quidem est: sed viri præditi ratione bona, est ipsam vincere.

Aristot. Vt fumus mordicans oculos non videre finit, quæ pedibus adiacent, sic ira rationem obtenebrat: & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non finit ipsam iracundia sine labore ac molestia potiri.
Plato iratus olim in famulum, assistente Xenocrate: Accipe, inquit, & hunc flagris afficeo: ego enim irascor.

Plutarchus. Satyri Samij aures amici eius cæra obstruxerunt in causa agenda, ne omnia per iracundiam confunderet, auditis aduersariorum conuicijs.
Serui nuper empti non quærebant an inuidus an superstitiosus esset dominus, sed an iracundus.

Epictetus. Hoc imprimis est naturæ opus, vt cohibeat & moderetur imaginationis impetū, ad decori & vtilitatis regulam.
Ignobilis est & imprudentis hominis, ideò se facilè contemptum iri à cæteris existimare, quòd primos hostes non modis omnibus offenderit. Asserimus enim aliquem extra contemptū esse quidem, eò quòd nocere queat: sed multò magis nō contemni illum, qui beneficijs iuuare potest.

Democritus. Imprudens est omnis contentio: dum enim hostē quo pacto lędat, respicit, propriā vtilitatē negligit.
Aristippus Cyrenensis philosophus cùm succensere quendam vidisset, ac verbis indignari, dixit: Ne verba per iram proferamus, sed verbis iram compescamus.
Naucrates sapiens iracundis simile quid accidere dixit, quod lucernis, quæ copioso oleo magis inflammantur.

Aristot. Iracundia est perturbatio immanis affectione, dura & violenta potentia, cædium causa, calamitatis socia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarū pernicies, ad hæc perditionis origo.
Sapiētem virum non rectius aliquem iudicaueris, quàm illum qui sese contra momentaneam iræ titillationē muniuerit, & potuerit ipse frenare ac vincere seipsum. Contrà qui iræ voluerit indulgere, huic sanè deteriora præ melioribus placēt.

Epictetus. Si quē cum minis & impetu volueris aggredi, memento præmeditari humanum esse nihi mansuetumq; ingenium: & quòd pœnitudo damnumq; te sequutura sint, si quidquā immane cōmiseris.
Iratum ab insano tantum tempore distare puta.

Cato Maior. Apparet iram maledicentiam parere: itaq; mater est inciuilis.

Plutarchus. Quæcumq; ira faciunt commoti homines, ea cæca esse necesse est, & imprudentia, & omninò errata.

rata. Non enim fieri potest, vt concitatus ira ratione vtatur. Omne autem quod sine ratione fit, inartificiosum ac peruersum est. Proinde rationem oportet ducem agendorum constituere, ac ita demum vitæ actiones aggredi, iram interea contingentem semper castigando ac euitando, vt naucleri fluctus aduoluēdos. Est enim sanè non minor metus ne ira nimium aduersa ceu proræ fluctus, & sui authorē & familiā funditus perdat euertatq́;, nisi quis per industriam prænauiget.

Idem. Ad iram rectè moderandam diligentia & studium requiruntur: vsus enim ipsius moderatus ad virtutem incitandam vtilis, & fortitudini socius existit, tum in bello, tum in administranda Repub. Quod verò nimium est, id procul reijcere oportet, quod iram, excandescentiam & amarulentiam vocant.

Idem. In vita iræ moderabimur, si multò antè rem præmeditemur, & longissimè abnauigemus ab ipsa. Exercebimus igitur nos & inter famulos domi, & vxorem. Qui enim domi leuis esse didicit, idem multò magis publicè talis erit: præstabitq́; foris, quod intus cum familia exercuit, videlicet vt mitis ac bonus sit.

Ex Valer. Maximo.

Cùm aduersus Hasdrubalem Liuius Salinator bellum gesturus vrbe egrederetur, monente Fab. Maximo vt hostium prius vires agnosceret, occasionem pugnandi non omissurum se respondit: interrogatusq́; cur tam festinanter manum conserere vellet, Vt quàm celerrimè (inquit) aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam. Ira tunc atq; virtus sermonem eius inter se diuiserunt: illa iniustæ damnationis memor, hæc triumphi gloriæ intenta.

C. Figulus ob consulatus repulsam dolore accensus, eò magis quòd illum bis patri suo datū meminerat, cùm ad eum postero comitiorum die multi consulēdi causa venissent, omnes dimisit, præfatus, Omnes consulere scitis, consulem facere nescitis.

Cn. Flauius humillimæ quondā sortis homo, cùm præturam adeptus esset, Patritij Romani sic offensi, tantaq́; ira commoti suere, vt sibimetipsis annulos aureos, & phaleras equis suis detractas abiecerint, doloris impatientia.

Manlio Torquato amplissimam & gloriosissimam ex Latinis & Campanis victoriam referenti, cùm seniores omnes cum lætitia occurrerēt, iuniorū nemo obuiam processit, quòd filium adolescētem fortissimè aduersus imperium suum præliatum securi percussisset.

Tantum potuit iræ vis in populo Romano, vt vniuersum equitatum à Fabio consule ad hostium copias persequēdas missum, cùm tutò eas delere & facilè eas liceret delere, legis Agrariæ ab eo impeditæ memor, immobilem retinuit.

Eadē in Appio Claudio consule iræ acerbitas effulxit, cuius pater dum pro Senatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrimè impugnauerat, plebs voluntaria fuga, terga hosti, ne triumphū imperatori quæreret, dare coēgit exercitum.

Idem se in pectore vniuersi pop. Romani violenter gessit, cùm eius suffragijs dedicatio ædis Mercurij M. Prætorio primipili centurioni data est: præteritis consulibus Appio quod obstitisset, quominus ære suo alieno succurreretur, & Seruilio quòd susceptam causam suam lāguido patrimonio protexisset. Sic efficacis iræ hortatu, miles summo imperio prælatus est.

Metellus cùm vtramq; Hispaniam penè iam subegisset, & Q. Pomp. Consulem inimicum suum successorem sibi mitti cognouisset: omnes qui militia functi abire voluerunt, dimisit, cōmeatus petentibus dedit, horrea rapinæ præbuit: arcus, sagittasque frangi, atque in amnem abijci iussit. Sic magnificè gestarum rerum gloriam corrupit.

Sylla dum iræ obtemperat multo alieno sanguine profuso, ad vltimū suum etiam erogauit. Puteolis enim indignatione ardēs, quòd Granius princeps eius coloniæ pecuniā à decurionibus ad refectionem Capitolij promissam cūctatius daret, animi concitatione nimia, & immoderatæ vocis impetu, cōuulso pectore, spiritum cruore, ac minis mistum euomuit. Nec certum est an *Sylla* priur, an iracundia Syllæ sit extincta.

Alexandrum iracūdia cælo propemodum *diripuit*. Nam Lysimachum Leoni obiecit, & *Clytum* hasta traiecit, & Callisthenes interfici iussit. Ita tres maximas victorias, totidem amicorum iniustis cædibus victor, ædidit.

Quàm vehemens aduersus Populum Romanum Amilcaris ira? Quatuor enim puerilis ętatis filios intuens, totidem catulos Leoninos, in perniciē imperij Romani alere se prædicabat. At verò nutrimenta illa, in exitium patriæ suæ conuersa fuerunt.

Hannibal maturè adeò patris vestigia subsequutus est, vt octo annis natus sacrificaturus, ad altare se iureiurando astrinxerit, se cùm primùm per ætatem posset, acerrimum Populi Rom. hostem futurum.

Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago & Roma dissiderent, inflicto in terrā pede, suscitatoq́; puluere, tunc inter eas finem belli fore dixit, cùm alterutra pars in habitum pulueris esset redacta.

Semiramis Assyriorum regina, cùm ei circa cultum capitis occupatæ nuntiatum esset, Babylonem defecisse, altera parte crinium adhuc soluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tantam vrbem in potestatem suam, redegit.

Mordere frænum. *Adag.*

Precibus nihil mitescis inflexus meis, *Aeschylus in Prometheo.*
Sed fræna mordens, pullus indomitus velut,
Ferociens, pugnas habenas vincere.

Si timidus essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstersisses: sed vt mones, frænum momordi. *Cic. famil. 11. ad Brutum.*

In fermento iacere.

In fermento iacere dicebantur, qui animo essent ægro, & iracundia turgerent.

Vxor tua in fermento iacet, id est, intumescit ira. *Plau. in Men.*

Nunc in fermento tota est. *Idem in Cas.*

Mord

Mordere labrum. *Adag.*

De eo qui stomachatur, animoq; ringitur. Vnde Aristophanes in Vespis, Comedens labra præ iracundia.

Hom. Odyss. Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes.
Hom. Odyss. Illi cor magis atq; magis succenditur ira.

Iracundior Adria.

Horat. Tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria.
Idem. Irasci celerem, at sic vt placabilis essem.

Demissis auriculis.

Qui deiecto sunt animo & iracundo.
Horat. Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus,
Quum grauius dorso subijt onus.

Lucernam accendere possis.

Theocritus. Incaluitq; ira, facilè accendisse lucernam
Ex ipsa vt posis.

Ex Poetis.

Iræ sedes.

Claudianus de quarto Honorij consulatu [?] consulatu. Quippe opifex veritus cõfundere sacra prophanis,
Distribuit partes animæ, sedesq; remouit.
Iram sanguineis regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, auidamq, nocendi,
Præcipitemq; sui rabie succensa tumescit.
Contrahitur stupefacta metu, quumq; omnia secũ
Duceret, & requiem membris vesana negaret,
Inuenit pulmonis opem: madidumq; fluenti
Præbuit, vt tumidæ ruerent in mollia fibræ.
Hor. 1. epist. Qui non moderabitur iræ,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens,
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis est, animum rege, qui nisi paret,
Imperat: hunc frænis, hunc tu compesce catena.
Hor. 1. Odarũ. Iræ Thyestem exitio graui
Stranêre, & altis vrbibus vltimæ
Stetêre causæ cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.
Oui. 1. de Arte. Vt fragilis glacies interit ira mora.
Ouid. epist. 3 Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis.
1. Amor. Quaslibet infirmas adiuuat ira manus.
Ibidem. Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram.
Sæpe simultates ira morata facit.
1. de Remed. Difficiles aditus impetus omnis habet.
Amo. Plus valet humanis viribus ira Dei.
5. Trist. Stat. Pone vesanos precor,
1. in Theb. Animi tumores, teq; pietati refer.
Teren. in Adel. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.
Aus. de sept. Sapient. Periander, trepidam moderare Corinthius irã.
Præ iracundia
Teré. in Heaut. Menedeme non sum apud me.
In Adelph. Ah me miserum, vix sum cõpos animi, ita ardeo
Iracundia.
Iuuen. Sat. 13 Vt sit, magna tamen certè, lenta ira deorum est.
Oui. 3. de Arte. Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ.
Lumina Gorgoneo sæuius angue micant.
Virg. 5. Aeneid. At non tardatus casu, neq; territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & vim suscitat ira.
Hor. 1. epist. ad Quintum. Arcanum neq; tu scrutaueris illius vnquam,
Commissum've teges, & vino tortus & ira.

Sed quid prædicere pœnam *Oui. epist. ad Iasonem.*
Attinet? ingentes parturit ira minas.
Iam isthæc insipientia est, *Plau. in Pseud.*
Iram in promptu gerere.
Ira quæ tegitur, nocet. *Seneca in Me.*
Difficile quàm sit animum ab ira flectere *Ibidem.*
Iam concitatum, quamq; regale hoc putet
Sceptris superbas quisquis admouit manus.
Ne fræna animo permitte calenti. *Stat. lib. 10*
Da spatium, tenuemque moram; malè cuncta ministrat
Impetus.
Bonum apud virum citò moritur iracundia. *Pub. Mim.*
Consilio melius vincas quàm iracundia.
Homo extra corpus suum est, cùm irascitur.
Iracundiá qui vincit, hostem superat maximum.
Nunc face supposita feruescit sanguis, & ira, *Pers. Sat. 5*
Scintillant oculi, dicisq; facisq; quod ipse
Non sani est hominis, non sanus iuret Orestes.
Expectata diu tandem prouincia, cùm te *Iuuen. Sat. 8*
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumq;
Pone & auaritiæ, miserere inopum sociorum.
Procul hinc, procul ira recedat, *Hom. 8 Iliad.*
Quæ turbat sapientem hominẽ, cùm falsa per artus
Humanos, fumi surgit crescentis ad instar
Pessima.
Iurgia iam cessent, mos est mulieribus iste, *Idem 20. Iliad.*
Cùm rixas acuunt, & se clamore soluto
Extra tecta ferunt, & verba minantia iactant,
Dura quidem res est mortalibus ira deorum. *Idem 5. Iliad.*
Homo quum sis, da operam iram vt cohibeas, *Aurelius Prudentius.*
Sis ad iram non celer, sed tardus.
Lædit virum animus in iram lapsus.
Viues vitam optimam, si animum cohibeas.
Animum comprimere, & cupiditatem, optimũ est.
Vince iram recta ratione.
Ira; multa facere cogit mala.
Nemo cum ira tutò consultat.
Ira amantium paruum viget tempus.
Iram socij & amici nitere ferre.
Fugere semper oportet dominos iratos.

Ex Demosthene.

Neq; priuatæ iracundiæ seruiendo publicum commodum oportere lædere puto, neq; priuati odij cum Reipub. commodis quicquam admisceo, verùm ad quæ alios adhortor, ea ipse arbitror decere me primùm facere. *Ex 1. epist.*

Non eadẽ est res, in vestrum conspectum aspicientem falsum testari, & apud arbitrum. Apud vos enim ingens iracundia & supplicium testantibus falsum imminet, sed apud arbitrum tutò & sine infamia, quicquid voluerint, testantur. *Ex Orat. contra Aphobum de falso testimonio*

Quæ aliquis derepente nulla ratione inita, facere coactus fuerit, & si contumeliosè istud fecerit, per iracundiam tamen dicere licet se fecisse: quæ verò diu multumq; antea excogitauit, continenter per multos dies aduersus leges facere deprehẽditur, non solùm abest ab eo vt ira motus fecerit, sed etiam constat iam eiusmodi hominem dedita opera iniuriam fecisse. *Ex Orat. contra Midiam.*

Irascentium est, eum à quo molestijs affecti sunt, subitò vlcisci: offensorum, vt quocumque tempore sontem & iniuriũ nacti fuerint, de eo pœnas sumere. *Ex Orat. contra Timocrat.*

Mordere frænum. *Adag.*

D. Brutus Familiar.11.posuit pro eo quod est repugnare seruituti. Si frænũ momorderis,peream, si te omnes quotquot,sunt conantẽ loqui ferre poterunt. Ad hæc respondet Cicero: Si timidus essem, tamẽ ista epistola omnem metum mihi absterśisses:sed vt mones,frænum momordi.

Papinius. Fama tace,subijt leges,& fræna momordit.

Aeschylus. Precibus nil mitescis inflexus meis:
Sed fræna mordens,pullus indomitus velut,
Promiens,pugnas habenas vincere.

In fermento iacere.

In fermento iacent,qui animo sunt ægro,quiq; iracundia turgent.

Vnde Plaut.in Mercatore : Vxor tua in fermẽto iacet. pro eo quod est, intumescit ira.

Idem in Casina. Nunc in fermento tota est:ita turget mihi.

Mordere labrum.

Aristophan. in Vespis. Comedens labra præ iracundia.

Hom. Odyss. v. Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes.

Tacitè stomachari.

Hom. Odyss. Illi cor magis atq; magis succenditur ira.

Iracundior Adria.

Horatius. Tu leuior cortice,& improbo
Iracundior Adria.

Lucernam accendere possis.

Incaluitq; ira,facilè accendisse lucernam
Ex ipsa vt possis.

I ANTE V.
DE IVDICE SEV IVDICIO.
Ex Cicerone.

Pro Rosc.Com. IVdex est is, quem nõ minus bene de nobis existimare,quàm secundum nos iudicare velimus.

Pro Planc. Semper iniquus est iudex,qui aut inuidet , aut fauet:debetq; in iudicio imbecillis esse inuidia.

6. Act in Verr. Abducuntur nõnunquam iudices ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

2. Act. Ingentes diuitię,iudiciorum religioné,veritatemq; solent perfringere.

3. de Orat. Plura iudicant homines,aut amore,aut cupiditate, aut iracundia,aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore,aut errore, aut aliqua permotione mẽtis quàm veritate , aut præscripto , aut iuris norma aliqua,aut iudicij formula,aut legibus.

Pro Cluent. Est sapientis iudicis,meminisse se hominem, cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum:& non solùm sibi soli potestatem esse datam , verumetiam fidem habitã esse,meminisse:posse quẽ oderit, absoluere: quẽ non oderit,condemnare:& semper non quę velit ipse,sed quid lex & religio cogat,cogitare. Animaduerte,qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat,quæ res in quæstione versetur. Cùm hęc sunt videnda,tum illud est hominis magni,iudicis atq; sapientis, habere in consilio legem,fidẽ, religionem,æquitatem: libidinem autem, & inuidiam , metum , cupiditates omnes amouere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quã à dijs immortalibus accipimus , quæ à nobis diuelli non potest.

Cùm iudici dicenda sentẽtia est, meminerit se Deũ habere testem , id est , mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. *3. Offic.*

Est sapientia iudicis in hoc, vt non solùm quid possit,sed etiam quid debeat,ponderet : nec quantum sibi permissum, meminerit, sed etiam quatenus commissum sit. *Pro Rabir. Postu.*

Laborare debent iudices, non modò quid dicant pro testimonio , sed etiam quibus verbis vtãtur, ne quid minus moderatè positum , ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur. Vultu autẽ laborare, ne qua significati possit suspitio cupiditatis , vt & cùm prodeunt , existimatio sit quædam tacita de illis pudoris ac religionis : & cùm discedunt , ea diligenter conseruata ac retenta videantur. *Pro Font.*

Neq; contra Rempub. neq; contra iusiurandum ac fidem , amici causa vir bonus ac fidus faciet: ne si iudex quidẽ erit de ipso amico:ponit enim personã amici,cùm induit iudicis. Nam si omnia facienda sint,quæ amici velint, non amicitiæ tales,sed coniurationes putandæ sunt. *3. Offic.*

Iudicis semper est verum sequi. *2. Offic.*

Est boni iudicis paruis ex rebus coniecturam facere vniuscuiusque & cupiditatis & incontinentiæ. *6. Act. in Verr.*

Iudex bonus nemo esse potest, qui suspicione certa non mouetur. *7. Act. in Verr.*

Scriptum sequi,calumniatoris est : boni verò iudicis,voluntatem scriptoris ,authoritatemque defendere. Quæ lex enim,quod senatusconsultum, quod magistratus edictũ non infirmari aut conuelli potest, si ad verba deflectere voluerimus? consilium autem eorum qui scripserunt,& rationem & authoritatem relinquamus. Non enim ex verbis pendet ius,sed verba seruiunt hominũ consilijs & authoritatibus: nec verba veniunt in iudiciũ, sed ea res,cuius causa verba in leges coniecta sunt. *Pro Cæcin.*

Dubium non est quin omnes omniũ pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant , quum nemo nostrum possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere , cùm ad iudicandum detur iudex nequam & leuis,qui de ijs iudicet. *4. Act. in Verr.*

Ex Platone.

Iudices & prudentiæ , & fortitudinis oportet esse participes : prudentiæ quidem , quia non debet verus iudex,quæ determinanda iudicio sunt, ab alio discere , & quasi stupefactus tam clamore multorum , quàm ignorantia sua ita ferre sententiam : fortitudinis autem , quia nec etiam si per seipsum intelligit , debet propter ignauiam & formidinem ex eodem ore qua deos iudicaturus inuocauit , desidiosè iniquum iudiciũ promulgare. Non enim vt discipulus,sed vt magister spectatorum,sicut par est, iudex sedet pro tribunali. Nunquam ego de illo mentionem faciam, neq; virum appellabo,qui non omnia, quæ bona dicuntur , cum iustitia possideat , atque disponat, *Plato 2. Dial. de Leg.*

6. Dial. de Leg. Nemo autem iudex, magistratus've sit, qui gesti officij sui rationem non referat, præter eos qui regum instar, finem rebus imponunt.

In Apol. SOCRAT. Nec iustum mihi videtur esse, iudicem precari, neque precando absolui, sed docere, atque suadere. Non enim ad hoc sedet iudex, vt per gratiam concedat, sed vt iudicet secundũ leges. Atq; id iureiurãdo promisit, non per gratiam cuicumq; libuerit, condonare, sed iudicare secundum leges.

3. de Rep. Dial. SOCR. Verùm enimuerò non iuuenem, sed senem esse bonum oportet iudicẽ, qui serò quale quid iniustitiæ sit, didicerit: tanquã qui non propriam in animo suo eam senserit: sed alienam in alienis animis longo tempore nouerit, atq; idcircò cuiusmodi sit malum, discernat, scientia potius quàm propria experientia iudicans.

6. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Nulla ciuitas re vera ciuitas erit, nisi debito ordine iudicia fuerint constituta.

11. de Leg. Dia. ATH. HOSP. Cauere pro viribus debet, quisquis aliquẽ iudicaturus est, ne sponte aut inuitus supplicium mulctam've falsò, & non meritò inferat. Iudicium enim virgo quædam pudica esse verè dicitur. Pudori autem atq; iudicio secundum naturam odio mendacium est.

Arist. lib. 5. cap. 4. Ethic. Ad iudicem confugere, est à iure præsidium petere. Profitetur enim se iudex legem esse loquentem. Conquirunt etiam iudicem omnes, qui medius sit atq; perfectus: quem eundem nonnulli arbitrum honorarium appellant.

Ibidem. Iudex ad æquabilitatem reuocat: similiterq; facit, vt si linea in partes non æquas secta sit, & detrahat particulam, qua maior præstat dimidiatam, eamq; ad breuiorem addat.

Ex Apophthegm. & Valerio.

Iudex attentus Philippus Macedo pro tribunali sedens, cùm Machætæ causam cognoscere vellet, & dormitabũdus, nec satis attentus ad iuris æquitatem, sententiam aduersus eum tulisset, Machętes prouocauit. Indignato autẽ rege, quòd appellatio monarchis sit inuisa, Machætes obdormitationem illi obiecit. Cæterùm quũ accuratius causam perpendisset, & iniuriam Machætæ esse factam, iudicata quidem non rescidit, sed pecuniã, qua damnatus fuerat Machætes persoluit. Sic enim damnatum exemit damno, vt regiam in iudicando authoritatem non proderet.

Iudicet de arte artifex. Philippus cùm inter cœnandum vellet reprehẽdere cantorem, Dij, inquit cantor, prohibeant, ô Rex, ne tu me melius hæc noris. Innuens, quam quisq; norit artem, in ea se exerceat.

Iudex incorruptus. Alexander quũ in causis capitalibus sederet iudex, accusatori alterã aurẽ occludebat. Rogatus cur id faceret, Alteram, inquit, integram seruo reo.

Iudex non accusat. Scipio minor cùm Licinium prætereũtem vidisset, Hunc, inquit, virum scio peierasse: sed quoniam nullus illum deferi, non possum simul & accusator esse, & iudex.

Iudicia priuata. Ex Romanis, & primum de Claudio Centumalo.

Claudius Centumalus augurum edicto, ædiũ suarum altitudinem, quas in Cœlio mõte habebat, summittere, quòd augurijs capiendis officerent, eas Calphurnio Lanario vẽdidit. Tandẽ Calphurnius ædes coactus est demoliri, & M. Porcium Catonem arbitrum cum Claudio adduxit, vt quid ex fide bona agendum esset, statueret. Cato Claudium Calphurnio statim damnauit. Non enim bonæ fidei venditorem nec commodorum spem augere, nec incommodorũ cognitionem obscurare oportet.

De C. Visellio.

C. Visellius cum Octacilia Laterensi commercium libidinis exercuerat, qui graui correptus morbo, trecenta millia nummûm illi concessit, ea lege, vt si decessisset, ab hæredibus peteret: itaq; libidinosam liberalitatem legati genus esse voluit. Cùm autem aduersus Octaciliæ votum pristinæ valetudini restitutus fuisset, ex amica obsequenti fœneratricẽ agere cœpit nummos petẽdo, quos vt inuerecunda fronte, ita inani stipulatione captauerat. Quocirca C. Aquilius, vir & magnę authoritatis, & scientia iuris ciuilis excellens, adhibitis in consilium ciuitatis principibus, prudentia & religione sua mulierem repulit.

De C. Mario.

Cum C. Ticinius Minturnensis Fanniam vxorem impudicam de industria duxisset, vt eo crimine repudiatã dote spoliaret, adhibitus iudex Marius Ticinium monuit, vt incœpto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quoniam constabat Ticiniũ opibus Fanniæ insidias struentẽ, impudicæ coniugium expetiuisse. Hæc porrò Marium in cœno paludis delitescentem, domum deduxit, & Minturnis custodiẽdum dedit, memor quòd dotem seruasset.

Priuatis bis Romanorum iudicijs, quidam furti damnatus est, quòd equo, cuius vsus illi Ariciã vsq; commodatus fuerat, vlteriore eius municipij cliuo vectus esset.

De iudicibus & iudiciorum laudibus.

Ex Demosthene.

In iudicijs vobis est salus, vosq; decet iudicijs exercendis Rempub. conseruare. *Ex Orat. de Ordin. Ciuitat.*

Bonorum & incorruptorum iudicum est, eos ciues, qui cum diuitijs circumfluunt, vltrò citroq; pecunias in publicum erogant, & qui in trecẽtorum classe sunt, si istis indiguerint refocillare: qui verò se id perdere existimant quod in Reip. commodum conferũt, eorum numero, qui primi tributum persoluunt, sunt inscribendi, neque est sinendum vt effugiant. *Ex Orat. contra Phænippum.*

Si spectare & quęrere velitis, qua tandem re, qui ex vobis ius dicunt, semper potentes sint & omniũ ciuium domini, siue ducenti, siue mille sint, siue quotquot ciuitas constituerit: reperietis id non eò fieri, quòd soli ex cæteris ciuibus armis insignes, aut corporibus optimis & fortissimis præditi sint iudices, aut ætate florẽtissimi, aut re vlla simili, sed quòd legibus valeant. *Ex Orat. contra Midiam.*

Oportet vos ipsa veritate ex accusatione & defensione verè cognita, ita tum sententiam ferre, & pro dijs, legibus, & iustitia, & vobis ipsis. *Ex Orat. contra Neæram.*

Si occulta est sententia, non idcircò deos latebit. *Contra Midiã.*

Humana cogitatione id perspexerit aliquis, quod omnium perniciosissimum & formidolosissi- *Ex Ora. de fals. Legat.*

mum est, si is qui ciuitati præfectus est, ijs permittatur familiaris esse, qui non eadem cum populo sentiunt.

De Falf. legat. Semper profectò, Athenienses, conuenit odio habere, punireq; proditores & corruptos: potissimùm verò nunc opportunè etiam communi omnium hominum vtilitate id fieri potest.

De rebus Cher. Qui in Repub. administrãda muneribus corrumpuntur, punire aio oportere, & odisse semper & vbiq;, vt probi ciues, & qui se præstant castos ac integros, videantur & alijs & sibi optimè consuluisse.

61. Proœm. Aequum esset, Atheniẽses, vos pari & eodem odio esse in eos qui vos decipere conati sunt, quo ijs qui potuerunt: quod enim in istis fuit, fecerunt, vosq; eò induxerunt: quòd autem eorum conatus exitum & finem destinatum non habuerunt, fortuna in causa est.

Ex Ora. de Falsa legat. Quem Athenienses munera accipientem videritis, hunc & proditorem esse existimate: quòd si alius tempora, alius negotia, alius milites prodiderit, quarum rerum quisq; vestrum opinor potestatem habuerit, eas perdit, eiusmodi tamẽ omnes æquè odio habere par est.

Ex Orat. 2. contra Aristogit. Solon supplicia priuatis hominibus tardiora constituebat, magistratibus verò & Reipub. administratoribus, velocia: existimans posse quocumq; tempore de illis pœnas sumere, hos autem vindictæ sumendæ spatium non admittere.

Ad Leptin. Par est, homines quum simus, talia & dicere & legibus statuere, quæ nemo reprehenderit.

Contra Midiã. Leges spectandæ sunt, ô iudices nam iuxta eas vos causas iudicaturos esse iurastis, & videte quanto maiori supplicio dignos eos esse vulgo censent, qui sua voluntate & per contumeliam piaculum admittunt, quàm alios qui casu & imprudentes peccant.

Ad Leptin. Quæ iusta cognouistis, hæc custodite, & mementote, quoadusq; decreueritis, vt iustam & religiosam sentẽtiam aduersus praua sua dentes feratis.

Contra Phaenip. Illos iuuare oportet, iudices, qui legum vocem vestram esse censent, & vestram hanc quæ in foro iudiciali editur, miseria & calamitate affectis, nõ sceleratis ac iniurijs opem laturam esse putant.

Contra Andr. Qualescumq; videbimini amare & defendere, ijs similes iudicabimini.

Contra Aristocrat. Quicumq; neq; inimicitia, neq; beneuolẽtia, neq; vlla alia iniqua causa ductus, nullam aduersus ea quæ nouit, fert sententiam, piè sanctèq; facit.

Contra Aristogit. Quanto magis declaratam à nobis improbitatem nihil curaueritis, tantò maior in vobis infamia inerit.

Contra Aphobum. Quo exactius quæ gesta sunt, intellexeritis, eo iustiorem & sanctiorem de eis feretis sententiam.

Contra Dionysodorum. Censeo neq; legum, neq; stipulationis & cautionis vllius vtilitatẽ esse vllam, nisi qui pecunias accipit, vir sit admodum iustus, hocq; pacto duorum alterum sit, aut vos timeat, aut eum quo cum pactus est, vereatur.

Contra Midiã. Magna est iniurijs & sceleratis omnibus pars & ad nequitiam ansa, morum vestrorum lenitas & mansuetudo.

Contra Theocrinem. Haud æquum est, vt qui pro legum conseruatione adsunt, longis narrationibus & criminationibus animum attendant, sed ijs quæ omnes facilè assequamini.

De Corona. Eum qui leges & Reipub administrationem sibi curæ esse prædicat, velut nũc iste, etsi nihil aliud, hoc certè habere oportet, ijsdem dolere, ac ijsdẽ de rebus lætari quibus populus, & non sub proposito administrandæ Reipub. ab aduersariorũ parte stare.

Contra Timo. Qui pro ciuitate nonnihil facere conatur, vosque mansuetos ac clemẽtes experiri studet, eum huius ciuitatis mores tenere par est. Ij verò qui nã sunt? imbecillium misereri, validorum & potentum petulantiam reprimere, ac non multitudinẽ crudeliter tractare, adulari autem semper potentiorem ac ditiorem.

Contra Midiã. Talia non semper laudibus afficere, neq; admirari vos oportet, neq; publicam ex eis magnificentiã & liberalitatem metiri, si quis ædificet splẽdidè, aut ancillas habeat multas, aut amplam suppellectilem: at is honorandus est, qui talibus in rebus largus est & magnificus, quarum commoditas ad vos omnes redit.

Ex. 3. epist. Vt is omnibus gratus sit, qui suadet aliquid, & Rẽp. gerit, fieri non potest.

Ex Orat. de Rhodior. libertate. Oportet quidem cogitare semper & agere quæ iusta sunt, vnà porrò obseruare, vt hæc quoq, profutura sint.

Orat. in Philip. Omnes appetunt societatem cum ijs inire & consentire, quos viderunt esse paratos, & velle ea facere quæ oportet.

De Rhod. libert. Absurdum est eum ius & æquum vos docere, qui quæ iusta sunt, non facit.

Pro Megalop. Scimus hoc vniuersi, quòd omnes etiãsi quæ iusta sunt nolunt, tamen hactenus certè non agere erubescunt, & hominibus iniuriam facientibus palam aduersantur, præsertim si qui læduntur, & istud esse quod corrumpit & labefactat omnia, reperiemus, hocq; omnium malorum esse principium, nolle videlicet quæ iusta sunt, simpliciter agere.

Contra Andr. Non licet maledicere magistratibus, etsi flagitiosissimi sint, aut traducere vt sibi sint quàm simillimi.

Orat. 4. in Phil. Nemo talia ignorat, priuatorum hominum tutam vitam ac facilem, & periculorum expertem esse, Rempub. verò administrantium contentiosam & periculosam, & quotidie laborum malorumq; plenam.

Orat. 2. in Phil. Varia sunt profectò excogitata ad vrbium custodiã salutemq; propugnacula, vt aggeres, muri, fossæ: quæ omnia manibus confecta sunt, sumptuq; magno egent. Natura verò vnum commune sapientum in se habet munimentum, quod omnibus bonum & salutare est, nempe diffidentia: hanc si seruaueritis, nihil mali accipietis.

Ad Leptinem. Si omnes verè suppliciorum legibus constitutorũ metu à quouis scelere recedant, omnesq; beneficiorum æmulatione, quæ oportet facere, instituant, quid vetat maximam esse ciuitatem, & omnes bonos, neminem autem improbum?

Ex Ora. de Fal. legat. A vobis omnibus ea postulo, quæ etiam non petẽtibus impartiri æquum est, vt nullam gratiam, nullum've hominem pluris faciatis quàm æquitatem & iusiurandum.

Cõtra Midiam. Non est, non est, Atheniẽses, omnium rerum quicquam intolerabilius contumelia, neque propter quam potius irasci consentaneum sit.

De Corona. Trierarchus, qui pro Rep. dimicat, sperare non debet se diuitem factum iri de publico, sed de facultaobus suis Reip. opem laturum.

Arist. Rhetor. 1 Amor & odium, & proprium commodum, faciunt sæpe iudicem non agnoscere veritatem.

Plut. de Polit. Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem exhiberi vult, eum ius aliquaodo in paruis violare necesse est.

Plut. in Apoph. Nemo potest simul esse & accusatot & iudex.

Demost. contra Midiam. In seueritate iudicis sita est legum authoritas.

Eoam religiosus iudex potest prauè iudicare.

Id. cōtra Arist. Lysias. Iudicantes eadem mente qua legislatores esse oportet.

Arist. 2. Polit. Præstar & legibus & litetis, quàm ex propria conscientia & voluntate iudicare.

Plat. de Scien. Melius est parum bene, quàm multa insufficientet determinare.

Arist. Ethic. 2 Arduum & difficile nobis est, id non booum esse iudicare, quo natura delectamur.

Bias apud Laër. Inter amicos mallem quàm hostes iudicium ferre. si quidem ex hostibus akerum futurum amicum.

Plut. de Consol. Nunquam decernas, nisi prius ambos audietis.

Demosthenes. Nihil tam iudicio repugnat, quàm sine iudicio decernere.

Eurip. in Orest. Summo iure vtere moderatè: nauis enim summa vi tensis rudenobus mergitut: erigitur iterum, si rudentes laxaueris.

Idem in Supp. Lucem iustitiæ qui seruarit, varios hominum sermones effugiet.

Pyth. apud Plu. Iugum stateramq; ne transcendas.

Plut. de Curios. Ad iustitiam exercendam vtile est nonnunquam, & quod iustum est, prætermittere.

Apud Stoba. In omnibus iudicijs præteritam vitam conseruare oportet, tum in illiscausis maximè, in quibus ipsa vira accusatut.

Quintil. lib. 4 Odit iudex liogantis securitatem.

Idem Declam. 1 Quòd prudentior sit iudex in deprehendendo scelere, quàm reus admittendo, hoc esse in causa puto, quòd alter tantùm pro se cogitat, alter pro parte vtraque.

Val. Max. li. 4 Iudicis non solùm manus à pecunia, sed etiam oculi à libidiooso aspectu cootineotes esse debent.

Pli. Iu. in Pan. Tantò melior speratur magistratus, quantò sæpius fuerit.

Ibidem. Magistratuum delicta grauius indicanda quàm pleheiorum.

Maximum booæ sentenoæ præmium est, bene iudicasse.

Iudicium praeceps.

De Valerio. Temerarium fuit Romanotum iudicium, cùm ex ædibus io Velia cōstructis, Valerium Publicolam Romanæ libertatis propugnaculum, in affectatî imperij dedecus, & expetitæ tyrānidis infamiam stolide coniecere. Quasi verò qui tam forti & elato animo multorum hostium regum impetum sustinuerat, & fastum concusserat, tyrannidem inuadere vellet: quum solo æquata domo, tam fœdæ tytannidis suspicionem sustulerit.

Pari temeritate Africanus superior vsus est, cùm ex Hispania duabus duotaxat nauibus ad Sipbacem peruenit: vbi & suam, & suorum libertatem io ambiguum fortunæ fluctum coniecit.

Quam inconsultè C. Cęsar conatu ancipiti, tardioris legionum aduentus impatiens scapham conscendit, Adriaticas tempestates petiturus directo in altum nauigio, oisi superûm oumine necessitati cessisset?

Stolidum non minus fuit Gabinorum iudicium, & illis funestum, dum Sextum Tarquinium à Superbo virgis fraude cæsum, intra mœnia receperunt, & ex hoste hospitem effecerunt: à quo & bello profligaò, & libertate exuti, ciuitate cesserunt, non absque ingenti primarum clade.

In Fabio Masimo multum delusa est Romanotum temeritas, qui huius prudentiam pro rimiditate auersaò sunt, vt Minutij insaniam pro fortitudine complecterentur. Ar verò tunc docuit fortuna hoc plebis esse proprium, nihil sapere, & stultè iudicare, quæ vbi coosilio opus est, euentum requirit.

Præceps nimium hæc iudicandi ratio in duabus Vestalibus olim cōspicua fuir, in Claudia & Tucia: quæ cùm parum sanctè virginitatem conseruasse crederentur, harum vna nauim aduerso flumine pertraxit, illa aquam cribro hausit. Sic fama mendax coocidit: & ægrè credulitatis temerarię pœnitentiam egere, qui stultè nimium iudicauerant.

Aulus Albinus inuidia etiam consentiente, nobilitate & moribus, ciuis eximius, propter falsum militum iudicium, inanemq; suspicionem, in castris ab exercitu lapidibus obrutus est: itaque oranti & obsecranò duci, diceodæ causæ potestas negata est.

Ex Græcis.

Anoibal à Petilia classe Africam petens, freto appulsus, dum tam paruo spaòo Italiam Siciliamq; inter se diuisas non credit, nauis rectorem tanquam insidiosum, & cursus non accelerantem, interemit. Tandem veritate exactius cognita, præceps iudicium inspexit, & cęsum sepulcri honore decotauit. *Annibalis temerarium iudicium.*

Atheniensium vesana iudicandi tatio eò vsque processit, vt decem imperatores ab insigni venie͂tes victoria, capitali iudicio necauerint, quod militum quædam corpora turbine maris obstante, non sepulturæ mandassent. Tunc igitur necessitatem puniebant, cùm virtutem debita mercede illustrare debereot.

Pachita Atheniensis, parta de Lesbo insula victoria, tot tantisq; aduersariorum calumnijs famā suam vndiq; exagitatam vidit, vt cùm in Senatu rationem omoium redderet, quas bello administrauerat, gladio quo cinctus erat, seipsum traiecerit, vt ita inuidorum petulantiam effugeret.

Mithridates ea temeritate correptus fuit, vt cùm Asiæ imperium expeteret, eam solus peragrauerit, vt facilius locorum situm inspiceret, & illi periculo se obiecerit, vt seruus deductus fuerit. Cui damno aliud grauius domesticum accessit. Eius enim vxor Laodice, eum mortuum esse ratus, se ita adulteris commiscuit, vt satellites conduxerit, ad maritum, si fortè rediret, interimendum.

Ingens Q. Sertorij fortitudo suspicione temeritatis non caruit, qui cùm aduersus Cimbros in castris cum Mario esset, mutata veste, in Cimbrorum castra penetrauit, vt illic hostium consilis, & ordines exploraret. Sic cum maximo & suæ

suę & Reip. salutis periculo se inter barbaros hostes coniecit, quod per alium vilioris fortunæ militem effici poterat.

Iudicandi Adagia ex Chil. Eras.

Panidis suffragium.

In eos qui stultè atque ineruditè iudicarent. Panis autem Chalcidis rex Hesiodum Homero anteponebat. Vera igitur est Plinij sententia, quæ talis est:

Si quando per Basilicam transibis, & scire voles quomodo quisque dicat, nihil est quòd tribunal ascendas, nihil quòd præbeas aurem: scito eum pessimè dicere, qui laudabitur maximè.

Cùm Antistheni dixisset quispiam, Multi te laudāt: Quid, inquit, mali feci? Significans nos opinione vulgi non debere commoueri, imò suspectum habere id quo arrideat.

Sus tubam audiuit.

Apud Suidam Asinus lyram, sus audijt stolidus tubam.

In eos torquetur, qui res quidem egregias audiunt, sed eas neq; intelligunt, neq; admirantur.

Cæci præscriptio.

Cùm ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat.

Socr. apud Pla. in Theat. Sed rectius cæci præscriptio dicatur: si quidem iubere, vt ea quę habemus accipiamus, vt discamus ea quæ opinamur, planè conuenit homini insigniter caliganti.

Quod index auro, id aurum homini.

Chilo. In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbens specimen. In auro verò, proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur.

Antiphanes. Opes vt index, hominis ingenium arguunt.

Arist. in Themistocle. Hinc virum specta, à liu ea facto initio. Neque mihi, quod dicitur, aurum, sed ipsum admouens indicem considera.

Lydius lapis.

In eos dicitur, qui vehementer acri exactoq; iudicio sunt.

Theoc. in Aita. Vt lydo lapidi par os habeam.

Vnde huius scholiastes:

Cuius ab effectu explorat mensarius aurum.

Gnomon & regula.

Lucia. in Herm. De exacto iudicio, & in qualibet re præcipuo, ad quod omnia referuntur.

Quod est caput omnis virtutis, gnomon, vt aiunt, & recta regula.

Idem in Scyth. Hic tibi Græcanica regula.

In Solis. Hanc regulam & amussim certissimam rerum eiusmodi.

Emunctæ naris.

Emunctæ naris dicitur acri exactoq; iudicio. Vnde Horat. de Lucilio:

Emunctæ naris, durus componere versus.

Contrà, obesæ naris dicuntur stupidiores. Idem in Odis:

Lucian. Alex. Nec firmo iuueni, neq; naris obesæ.

Indoctis autem, & quibus nares oppletæ mucco, prodigiosum.

Nouit quid album, quid nigrum.

Nunc Arignotum Lyristem nullus est qui nesciat, *Aristop. in Eq.*
Qui album nouerit, rectos've nouerit modos.
Iandudum si quidem noui;, & sentio cuncta *Homer. Odyss.*
Quæ bona, quæq; mala.

Purpura iuxta purpuram iudicanda.

Certissimum iudicium ex collatione nascitur.

Sed quemadmodum aurum & purpuram consideramus ac probamus, purpuram cum purpura conferentes. *Themist. in Orat. Panath.*

Amussis alba.

Dicitur in eos qui nullo sunt iudicio, qui nullo delectu ac citra discrimen iudicant.

Nihilo mihi plus indicat sermo tuus, *Soph. in Colch.*
Quàm lapide in albo significat alba linea.

Ad amussim.

De exquisito & exacto iudicio dicitur. *Persius.*

Scit tendere versum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno.

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis *Virgil. de Viro bono.*
Partibus vt coëant, ne quid deliret amussis.

Expolijt multa arte superq; induxit amussim. *Homer. Odyss.*
Materiam veluti naualem exæquat amussis,
Ducta fabri docti digitis, qui calleat artem
Quęcumq; est, teneatq; probè, monitrice Minerua.

Ad vnguem.

Fonteius ad vnguem *Horatius.*
Factus homo.

Carmen reprehendite, quod non *Idem in Arte.*
Multa dies, & multa litura coërcuit, atq;
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Nec secius omnis in vnguem *Virg. 2. Georg.*
Arboribus positis secto via limite quadret.

Itaq; vehementer exacta, quæ ad vnguem obseruata dicitur victus ratio. *Plutarchus.*

Portò ad vnguem explorat omnia, quæ congruunt ijs, qui cum spinis disputant. *Athen. lib. 3*

Ex Poëtis, & primùm ex Petronio.

Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces,
Atq; eques in causa, qui sedet, empta probat.

Iam iam legibus obrutis *Ex Senec.*
Mundo conueniet dies.
Australis polus corruet,
Quicquid per Libyam iacet,
Et Spartus Gamaras tenet.
Arctous polus obruet,
Quicquid subiacet axibus,
Et siccus Boreas ferit.
Auulsum trepido polo
Titan excutiet diem.
Cœli regia concidet,
Certos atq; obitus trahet,
Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua, & chaus,
Et mors fata nouissima
In se constituet sibi.

Rerumq; mœstus finis, & mundi vltima *Idē in Her. fu.*
Immotus aer hæret, & pigro sedet
Nox atra mundo, cuncta mœrore horrida,
Ipsaq; morte peior est mortis locus.

Nunc

Idem in Octa. Nunc adest mundo dies
Supremus ille, qui premat genus impium
Cæli ruina, rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior, vt quondam tulit
Iuuenis.

In Medea. Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet statuerit, haud æquus est.

Ex Horatio.

Hor. Sat. 2. li. 2. Dicam si potero, malè verùm examinat omnis
Corruptus iudex.

Ode 9. lib. 4. Vindex auaræ fraudis, & abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
Consulq; non vnius anni,
Sed quoties bonus atq; fidus
Iudex honestum prætulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obstantes cateruas
Explicuit sua victor arma.

Ex Græco Latinæ sententiæ, de Iudicio Dei. Deferre non licet, & ferre iudicium simul.
Inexpensum ne punias quenquam.
Ducit numen malos ad pœnas.
Est iustitiæ oculus, qui omnia videt.
Dei pœnas non effugit mortalis.
Te latiturum semper ne putes, improbus quum sis.
Acer Dei est oculus ad omnia videnda.

Ex Ouidio.

1. Metamorph. Esse quoq; in fatis reminiscitur adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

5. Fastorum. Ipsa doce quæ sis, hominum sententia fallax:
Optima tu proprij nominis autor eris.

1. de Trist. eleg. Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere: quæsito tempore tutus erit.

1. de Sine tit. Non bene selecti iudicis arca patet.

Ex Terentio.

In Phorm. An quisquam iudex est, qui possit noscere
Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas?

In Heaut. Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.

Ex Plauto.

In Capt. Nunc spes, opes, auxiliaq; à me segregant, spernuntq; me.
Hic ille est dies, quom nulla vitæ salus sperabilis est mecum,
Neque exilium exitio est, neq; adeò spes, quæ mihi hunc aspellat.
Nec mendacijs subdolis mihi vsquam mantellum est meis.
Nec sycophantijs, nec fucis vllum mantellum obuia est.
Neque precatio perfidijs meis, nec malefactis fuga est.
Nec confidentiæ vsquam hospitium est, nec diuorticulum dolis.
Operta quæ fuere, aperta sunt, patent præstigiæ.
Omnis res palam est, neque vllum pol de hac re negotium est,
Quin malè occidam, oppetamq; postem.

Idem in Truc. Væ misero mihi, mea nunc facinora
Aperiuntur, clàm quæ speraui fore.

Ex Lucretio.

Lib. 5. de Nat. Principio maria, & terras, cælumq; tuere,
Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi,
Tres species tam dissimiles, tria talia texta
Vna dies dabit exitio, multosq; per annos
Sustentata ruet moles, & machina mundi.

Ex Manilio.

Quæsitor scelerum veniet, vindexq; reorum, *Lib. 5. Astron.*
Qui commissa suis rimabitur argumentis,
In lucemq; trahet, tacitaq; licentia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, pœnæq; minister,
Et quisq; vero fauit, culpam've perodit,
Proditur, atq; alto qui iurgia pectore tollat.

Ex Lucano.

Nihil agis hac ira, tabes've cadauera soluat *Lib. 7. bel. Ciui.*
An rogus, haud refert: placido natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos Cæsar populos si nunc non vsserit, ignis
Vret cum terris, vret cum gurgite Ponti.
Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus.

DE IVRE.

Ex Cicerone.

Iuris ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atq; interpretatio. *1. Offic.*

Nihil est in ciuitate tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile. Etenim hoc sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum sit. Nihil est quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus esse possit. *Pro Cæcin.*

Ius ciuile eiusmodi esse debet, quod neq; inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit. Quòd si non modò oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius obseruatum erit, nihil est quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. *Pro Cæcin.*

Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit, non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis vitæq; communis. Qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit. Si imperitis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed leges & iura labefactat. *Ibidem.*

Veri iuris, germanæq; iustitię solidam & expressam imaginem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur. *3. Offic.*

De iure fidelitatis in homines, Græcorum exempla.

Saguntini post Scipionum duorum in Hispania cladem, & miseram Romani exercitus internecionem ab Annibale victi, intra vrbis suæ mœnia Punicam obsessionem vlterius perferre cùm nequirēt, constructo in foro rogo ingenti, ne à societate & fide Romanorum deficerent, se & omnia sua in ignem coniecere. *De Sagunt.*

Petilini eundem fidelitatis honorem meruerunt, qui ab Annibale obsessi, cùm à Romanorum fide & amicitia deficere nollent, auxilium à Senatu petierunt: sed cùm ob recentem stragem apud Cannas acceptam, ita essent fractę Romanorum vires, *De Petilinis.*

vires, vt Petilinis rogantibus succurrere non possent, responsum datum est vt incolumitati studerent. At verò etsi liberum esset Pœnorum gratiam inire, illi tamen fœminis & pueris eiectis vt diutius famem sufferrēt, pertinaci & constanti pectore in muris prius expirarunt, quàm fidem Romanis datam fallerent.

Romanorum.

De Regulo. M. Attilius Regulus ex victore speciosissimo ad miseram captiui fortunam deductus, Asdrubalis & Xanthippi insidijs circunseptus, ad Senatum populumq; Romanum legatus missus est, vt Pœnos iuuenes complures captiuos immutaret: in contrarium dato consilio Carthaginem petijt: non ignarus ad quàm crudele supplicium rediret: siquidem iureiurando se astrinxerat, si captiui non redderentur, ad eos se rediturum. At quidem tam efferatæ sæuitiæ tertio Punico bello, vrbis eorum subuersione, iustas pœnas dederunt.

De Valerio. Percusso à Romanis cum Porsena fœdere, obsides decem patritiorum filios & filias accepit in pacis pignus Porsena. Cùm autem puellis balneandi concessa fuisset facultas, traiecto flumine ipsæ Romam venerunt. In eis Valerij cōsulis filia erat, qui Senatui persuasit vt virgines ad Porsenam deducendas curaret, & publica fides illæsa maneret.

De Sex. Pomp. Memoranda fuit quoque Sexti Pompeij, qui Magni filius erat, fides. Nam cùm in triremi Octauium & Antonium cœnantes haberet, & Menodorus Pompeianæ classis præfectus illum admonuisset, in triremi sua ea esse, quibus & patris & fratris mortem vlcisci, & toto imperio potiri posset: & ob id se ita classem dispositurum, vt ne vnus quidem eorum, qui in triremi erant, euadere posset. Cui Pompeius respondit, se nullo modo fidem, quam dederat, violari velle. Sic fidem hosti datam, sanguinis sui vltioni, atq; imperio anteposuit.

Ex Aristotele.

Ius quid Pythagoricis.

Arist. li. 5 ca. 5 Ethicorum. Definiebant Pythagoræi ius id esse, quod vicissim quisque pateretur. Atqui ius hoc nec ad legitimum, neque ad ciuile pertinet. Ciuile autem dico, id quod commune est inter ciues, & ad communionem pertinet.

Ibid. ius Rhadamanthi. Si quod quisq; facit, idem patiatur, erit ius.

Cap. 4. libr. 5 Aequabile ius in medio positum est eius quod maius minusq; est.

Medium quiddam ius est, si quidem etiam iudex.

Ius illud, quod ad emendandum valet, medium damni & lucri sit necesse est.

Cap. 6. libr. 5 Ius ciuile est, quod in societate & communione vitę potissimum eô adhibetur, vt magna sit multitudo hominum, qui liberi sint, & æquo inter se iure viuant.

Inter quos iuris communio est, inter eosdem etiam legis est communio. Inter quos porrò est legis communio, inter eosdem societas iniuriæ est. Iudicium enim iuris & iniuriæ dijudicatio est.

Est autem custos conseruatorq; iuris, princeps. quod si iuris, & æquabilitatis.

Cap. 7 Ius ciuile aliud naturale, aliud legitimum. Naturale est, cuius vis idem apud omnes valet, non quòd sic videatur, aut secus. Legitimum id appellatur, quod initio nihil interfuit, sic an secus fieret.

Quædam iura natura constant, quædam non natura. Iura naturæ secus etiam atque sunt, euenire possunt, quæq; non natura.

Iura quæ conuentis & vtilitate diriguntur, similia sunt mensuris omnia. Iura enim non idem vbiq; valent, quando ne res quidem publica, sed quæ vbiq; & vi & natura sua optima ducitur.

Cùm ęquum & bonum alicui iuri accommodatur, *Cap. 10* rum ius ipsum melius est: idē est igitur ius quod æquum & bonum. Etenim quum sint ambo in bonis, tamen præstat multò æquum & bonum.

Ius duplex est, scriptum vnum, non scriptum alterum.

Ex Poëtis.

Verum illud Chreme *Teren. in Heau.*
Dicunt, ius summum sæpe summa malitia est.
Iudice me fraus est concessa repellere fraudem, *Ouid. li. 3 de art.*
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.
Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est, *Hora. Ser. 3 li. 1*
Tempora si fastosq; velis euoluere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum,
Diuidit vt bona diuersis, fugienda petendis.
Ius est in armis, opprimit leges pudor. *Sen. in Her. fu.*
Periêre mores, ius, decus, fides. *Sen. in Agam.*
Imminet armorum rabies, ferriq; potestas *Lucanus libr. 1*
Confundet ius omne manu, sceleriq; nefando
Nomen erit virtus, multosq; exibit in annos.

DE IVREIVRANDO.

Ex Græcis.

Iusiurandum nec iustum nec iniustum vsurpandum est. *Cheril. in Pers.*

Iuramenta non fidem afferunt viro, sed vir iuramentis.

Firmum est iuramentum, si solùm annuero. *Alexis.*

Quisquis iuranti nihil credit, *Amphidor.*
Illemet facilè peierare scit.

Hera, cùm aliquis contemnit iurantem, *Antiphanes.*
Cui antea vnquam commissi periurij non est conscius,
Tum ille mihi deos ipsos contemnere videtur,
Ac prius aliquando iurans ipsemet peierasse.

Apposito iureiurando cautior & diligentior *Sophocles.*
Animus fit. A duobus enim sibi tum cauet,
Et ne lædat amicos, & ne peccet in deos.

Præsente flagello ne postules amplius iuramentum. *Apolod.*

Qui iuramentum à malo viro postulat, insanit.

Si quis peierarit, continuò *Antiphan.*
Ille qui postulauit iuramentum, fit attonitus:
Meritò nimirum, quia credidit improbo homini.

Sapientem non oportet iurantibus, *Alexis.*
Sed ipsis rebus semper habere fidem.

Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum est, *Lycurgus.* quatenus periurium non admittitur.

Sacramentum oblatum tibi duabus de causis iurato, *Isocrates.* vel vt teipsum turpi suspicione liberes, vel vt amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarum verò gratia etsi iustam causam habeas, nullum Deum iuraueris: sin minus, alijs periurus, alijs auarus videberis.

Eusebius. Iuramentum deprecare, si fieri potest omninò: sin minus, saltem quoad eius potest.

Multi homines adhortantur, vt in iurando probi sint & fideles. Ego verò ne principio quidem facilè iurare religiosi viri officium existimo.

Demosthen. ex Orat. in Boeot. de Dote. Iusiurandum maximum & potentissimum apud omnes homines esse censetur.

Idē cōtra Arist. Iustum sanctumq; iuramentum omnibus maximi faciendum est.

Ex Orat. contra Mid. Si qui pecunias habeot, eas mioimè perdere volunt, quo pacto vos honestè iusiurandum coōtemnetis.

Amor. Ouid. Tantùm periuria vita.

Ouid. 1. de Amo. Non bene conducti vendunt periuria testes.

Ex incerto aut. Virorum improborum iusiurādum io aqua scribe. Deum, dum peieras, ne te putes latere.

Iusiurandum fuge, vel si iustè iures.

IVSTITIA.

Ex Latinis, & primùm ex Cicer.

3. Offic. Iustitia, virtus omnium est domina, & regina virtutum.

1. de Legib. Iustitia, omnium virtutum causa, atque seotina est.

2. de Nat. deo. Excellentissima virtus iostitia.

2. Officiorum. Iustitia sine prudentia plurimum poterit: sine iustitia nihil valebit prudentia.

2. Off. Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustina, sine qua nihil esse potest laudabile.

1. Off. Iustitiæ inest splendor virtutis maximus, ex qua boni viri nomioaotur: cuius primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde vt communibus vtamur pro communibus, priuatis autem vt nostris.

2. Off. Iustitia, ex qua vna virtute viri boni appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur, oec iniuria. quis est enim qui non admiretur splendorem, pulchritudinemq; virtutis?

2. Offic. Solitario homini, atq; io agro vitam degenti, opioio iustitiæ necessaria est. Atq; ijs etiam qui vendunt, emunt, conducuot, locant, contraheodisq; negotijs implicantur, iustitia ad rem gerendam necessariò est: cuius tāta vis est, vt nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.

1. Offic. Iustitiæ partes sunt, non violare homines.

1. Offic. Totius iustitiæ oulla est capitalior pestis, quàm eorum qui tum, dum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni videantur.

1. Off. Omne officium quod ad conueotionē hominum, & ad salutem tuendam valet, aotepooendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur, officijsq; scientiæ anteponenda sunt officia iustitiæ: consideratè enim agere plus est, quàm cogitare prudenter.

Ex Apophtheg. Eras.

Cùm iustitiam oporteat esse clementia temperatam, quoties nacta est grauem interpellatorem, & minus habet inuidiæ, & plus impetrat gratiæ.

Fortitudinis nullus est vsus, nisi adsit iustitia. Quid verò fortitudioe fuerit opus, si iustitia suum cuiq; vltrò cedens adfuerit?

Nihil vi præter æquum faciendum est.

Iustitia & æquitas maximè reddunt diuturnum imperium.

Nemo potest esse iustitiæ tenax, qui suprà quàm satis est, congerendi studio tenetur.

Iure agere volentibus, non est opus armis.

Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem haberi velit, eum in paruis interdum illam violare oportet.

Cato seoior magistratum aut iudicem dicebat, nec pro iustis orandum, cùm oporteat vltrò fauere bonis, oec pro iniustis exorandum: pro iniustis orare, humanitatis est: at exorari, est à iustitia deflectentis.

Iustitiæ est proprium, quod iustum est, promittere, idq; præstare: sin minus, non polliceri, vel pollicitis non stare. Nam illis promissis standum non esse quisq; videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit. *Agesilai.*

Nihilo magis reges decet ea præstare, quę vel capite anouerint, quàm eos qui reges adeunt, ea decet petere quæ iusta sunt. *Eiusdem.*

Fœdera violare præter causam impium est: cæterum hostibus imponere, non modò iustum est ac laudē dignum, verumetiam iucundum ac lucrosum. *Eiusdem.*

Agesilaus à quodam rogatus vt literas commendatrices ad Asiaticos scriberet, quibus ius suum coosequeretur, Nihil opus est, inquit. mei enim sponte quæ iusta sunt, faciunt. Apud bonos in causa iusta, superuacua est commendatio, cùm quod iustum est impetret, quod precibus exoraretur.

Iustè imperator erga rebelles audacia, erga subiectos humanitate vtitur. *Eiusdem.*

Aequum est vt nos nostra ipsorum secamus errata. Si quid calamitatis accidit in bello regum vitio, iustum est vt hi potissimum puniantur, per quos venit calamitas. *Agesi. Cleomb.*

Nihil magni, mirandiq; faciunt, qui se vno tantùm die iustos præstant: nisi per omnem vitam, in omnibus actionibus iustitiam colant. *Agidis primi.*

Agis vltimus rogantibus pareotibus vt sibi in re quapiam iniusta adesset, recusauit diceos: Donec essem apud vos, oullam omninò tenebam iustitiæ scientiam, sed vbi me patriæ tradidistis, & ciuitatis legibus iustitiam docuistis: itaque magis patriæ quàm vobis obsequar.

Mansuetudo cum iustitia coniuncta sit. Alioqui principis in facinorosos lenitas, quid aliud est quàm io bonos crudelitas? *Archidamida.*

Nulla pecunia licet oecessaria ad hoc corrumpatur imperator, vt in vnum hominem patiatur aliquid iniquum fieri: & in omni actione decorum personæ spectetur. *Callicratida.*

Quanto maior est cursoribus cura de celeritate, quàm de iustitia? In ludis etiam habenda iustitię ratio: nec agendum, vt quis tantùm metam pertingat, sed vt iustè vincat. *Leonis.*

Si noscamus quæ in vita hooesta sint, à concupiscendis alienis abstinebimus. Satius est pro patria mori, quàm in populares gerere monarchiam. *Leonida.*

Antiochus scripserat ciuitatibus, vt si quid per literas iuberet, quod iniustum esset, & aduersaretur legibus,

legibus, ne curarent, perinde quasi ipso inscio scriptum esset. Quod enim pugnat cum legibus, hoc velut insciente principe tentatum haberi debet, quum ipse tantùm sit legum minister.

Themistocles, Simonidi petēti vt in negotio quodam iniustam sententiam diceret, Neque tu, inquit, bonus poëta fueris, si præter musicæ modulos caneres: neq; ego princeps bonus, si contra leges pronunciem.

Q. Scæuola Publij filius, quum agrum emisset, dixit se pluris æstimare, & adiecit pretio centum millia.

P. Rutilius cuidam rem iniustam petenti pernegabat. Quumq; is commotus ira dixisset, Quid mihi opus est tua amicitia, si quæ rogo non facis? Imò, inquit Rutilius, quid mihi opus est tua, si quid inhonestum propter te efficiam?

Quingens patrimonium per luxum ac libidinem corporis absorbuit, & magnam æris alieni vim contraxit, par est vt luat corpore.

Ex Poëtis, & primùm ex Ouidio.

Oui. 1. Metam. Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cælestum terras Astræa reliquit.
Lib. 13. Metam. Proposita arma peto: meritis expendite causam.
Nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honos spolijs quæratur in istis,
3. Fastorum. Exuitur feritas, armisq; potentius æquum est:
Et cum ciue pudet conseruisse manus.
1. de Arte amā. Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem.
Tum Thrasius Busirin adit, monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris: Fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infœlix imbuit autor opus,

Ex Iuuenale.

Iuuenal. Sat. 10 Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
Hac comite, atq; duæ pariter fugere sorores.

Ex Seneca.

Sene. in Octau. Neglecta terras fugit, & mores feros,
Hominum cruenta cæde pollutas manus,
Astræa virgo syderum magnum decos.
Cupido belli creuit, atq; auri fames,
Totum per orbem maximum exortum est malum.
Luxúria pestis blanda, cui dedit vires,
Roburq; longum tempus, atq; error grauis,
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant: seculo premimur graui,
Quo scelera regnant: sæuit impietas furens,
Turpis libido dominatur potens Venere.
Luxuria victrix orbis immensas opes
Iampridem amaris manibus, vt perdat, rapit,
Ibidem. Iustum esse facile est, cui vacat pectus metu.
Ibidem. Vera priorum virtus quondam
Romana fuit, verumq; genus
Martis in illis, sanguisq; viris.
Illi reges hac expulerant
Vt be superbos, vltiq; tuos
Sunt bene manes, virgo dextra
Cæsa parentis, ne seruitium
Paterere graue, & improba ferret
Præmia victrix dira libido.
Te quoq; bellum triste sequutum est
Mactata tua miseranda manu
Nata Lucretij stuprum sæui
Passa tyranni.

Ex Claudiano.

Iustitia vtilibus rectum præponere suadet, Claud. lib. in Stilic. laud.
Communesq; sequi leges, iniustaq; nunquam
Largiri socijs.

Ex Olympio Nemes.

Heu Melibœe iaces letali frigore segnis Eclog.
Lege hominum, cælo dignus canente senecta,
Concilioq; deûm, plenum vbi ponderis æqui
Pectus erat, tu ruricolûm discernere lites
Assueras, varias patiens mulcendo querelas.
Sub te ruris amor, sub te reuerentia recti
Floruit, ambiguos signauit terminus agros.
Blanda tibi vultu grauitas, & mite serena
Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.

Ex Horatio.

Iustum & tenacem propositi virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida: neq; Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna manus Iouis,
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Ex Plauto.

Iustam rem & facilem esse oratam à vobis volo. Plau. in Amph.
Nam iustè à iustis iustus sum orator datus.
Nam iniusta à iustis impetrari non decet.
Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.
Quippe illi iniqui ius ignorant, neq; tenent.
Bonum ius dicis In Rud.
Impetrare oportet, quia æquum postulas.

Ex diuersis sententijs Poët.

Viri iusti fructus non perit.
Vir iustus est, non is qui non nocet,
Sed qui nocere quum potest, non vult.
Vade recta via, si iustus sis.
Vitæ iustæ est finis bonus.
Iustus sis, vt etiam iusta assequaris.
Iustus esse magis, quàm vtilis, velis.
Iusta operatus, coadiutorem habebis Deum.
Iudicare id quod iustum, non quod vtile est, velis.
Mores iusti, possessio pretiosissima est.

Exempla Latinorum.

Furius Camillus consul Phaliscos cùm oppugnaret, præceptor pueros regios, velut ambulandi gratia eductos, in Romanorum castra perduxit: quibus occlusis, Romano imperio se Phalisci facilè erant traditui. At Senatus Romanus æqui amantissimus, magistrum virgis cæsum in patriam remitti iussit. Qua tanta iustitia Phaliscorum animos ita deliniuit, vt quorum mœnia capi non poterant, portæ Romanis apertæ fuerint.

Eadem Phaliscorum ciuitas cùm sæpe rebellando multis

multis contusa fuisset prælijs, tandem se Q. Luctacio dedere coacta est. Aduersus quam licet sæuire constituissent Romani, iram omnem depofuerunt, cùm Romanorum fidei, non potestati se commisissent Phalisci.

P. Claudius cùm Camerinos sub hasta vendidisset, etsi ærarium pecunijs, fines agris auctos animaduertebat: tamen quoniam id parum probè gestū fuerat, maxima cura cōquisitos redemit, hisq; habitandi gratia locū in Auentino assignauit, prædia restituit, pecuniā ad sacra celebranda tribuit.

Excitato inter Romanos & Pyrrhum grauissimo prælio, Timochares Ambraciensis Fabritio consuli pollicitus est se Pyrrhum veneno sublaturū. Quo intellecto Senatus Pyrrhum admonuit, vt à familiaribus diligentius caueret: Memor Romam, à filio Martis conditam, armis prælia, non veneno gerere velle.

L. Atracino, quo duce Roman. acies à Volscis oppressa, restituta fuit, cùm L. Hortensius collega diē dixisset, milites omnes Romani, qui eius opera in re publica restituenda & corrigenda vsi fuerant, pro rostris iurauerūt, se in squalore futuros, donec imperator crimine liberatus exiret. Itaque egregij iuuenes, cuius armati periculum vulneribus defenderant, eius togati vltimum potestatis discrimen tutati sunt.

M. Pompilius Tribunus pl. cùm Tiberio Graccho, & C. Claudio, ob nimium seuerè censuram gestam diem dixisset, & in eodē iudicio permultæ Centuriæ Claudium apertè damnarent, Gracchum verò absoluendum censerent, tunc Gracchus iureiurando se astrinxit, si de collega suo grauius esset iudicatum, eandem cum illo pœnam se subiturum. Ob eam igitur hominis iustitiam tanta abvtriusq; fortunis & capite depulsa fuit tēpestas.

Non minus accuratè iustitiā Tribunorū collegium coluisse fertur: in quo cùm vnus L. Cotta, audaci sacrosanctæ potestatis fiducia fultus, creditoribus suis satisfacere nollet: decreuerunt tribuni, se illū nisi pecuniā persolueret, aut daret, cū quospiam fieret, auxilio creditoribus futuros, & illū iniquū habituros. Itaq; Cottā in tribunatu quasi in sacrario aliquo latentē, tribunitia inde iustitia extraxit.

Cn. Domitius trib. pl. M. Scaurum principē ciuitatis in iudicium populi deuocauit, cuius opprimendi studio multum flagraret, seruus Scauri ad eum noctu venit, instructurum se eius accusationem promittens multis & grauissimis domini criminibus. Etsi nefarium iudicium animo perpenderet, iustitia tamen odium vicit. Statim enim tribunus pl. & auribus suis obseratis, & indicis ore clauso, seruum ad Scaurum iussit duci.

Non aliter se L. Crassus in eodē iustitiæ experimēto gessit. Carbonem enim animo infesto prosequebatur, sed tamen scrinium eius à seruo allatum plura continens quibus facilè opprimi posset, cum seruo vinculis alligato ad eum remisit. Aduerte non inter amicos duntaxat, sed & inter reos & accusatores iustitiam viguisse.

Etsi pro patria fortiter dimicauerit M. Manlius, Capitolium seruauerit, multos ære alieno leuauerit: populi tamē suffragijs damnatus fuit, quod quiddam priuato ciue indignum optare crederetur. Adeò nullum ciuem ferre potuit populus Rom. qui legibus, cùm opus esset, cogi non posset.

Tantus fuit olim Romæ iustitiæ & æquitatis amor, quanta proprij commodi ratio. P. enim Cassius & Spurius in conspectu populi interfecti sunt, quòd ambo ciuili multitudini, cum affectati regni suspicione gratificarentur.

Athenis proscriptus, à seruo suo accusatus est, qui triumuirali lege liberatus fuit. Cùm autem seruus liberos patroni contemptui haberet, & ipsi rei atrocitate territi lacrymantes silentesq; eum sequerentur, tantam sæuitiam populus abominatus est, & triumuir. decreto ingratus seruus denuò apud Atherij filios in seruitutem redijt, eisq; patris bona restituta fuerunt.

Maximinus comitem Macedonium, qui Titum Romanorum hostem occidit, securi percuti iussit, quòd socium suum prodidisset interemisset.

Nerua Cocceius se acerrimū iustitiæ cultorē ostendit, qui cùm Domitiano imperator successit, seruos oēs qui dominos accusassent, tanquā ingratos & perfidos iussit occidi: quòd eos accusassent quorū seruitutis meritò defensores esse debuetāt.

Singularis & penè diuina Aureliani imperatoris iustitia in dies magis ac magis elucet, qui in Asia cū Tianam vrbē obsideret, nec eam vi capere posset, Heracleonis opera ciuis huius vrbis, in ciuitatem admissus est. Cùm autē ingressus vrbē fuisset, Heracleonem occidendum militibus suasit, nec eius cōspectum, qui patriam prodidisset, ferre potuit. Omnes eius fortunas liberis incolumes seruauit. Porrò asseruit, nec à se proditores diligi, nec illis fidē vnquam seruaturū, qui patriæ nō seruassent.

Tullus Hostilius Mancinus ædilis Curulis, cùm Maniliam meretricem accusasset, quòd noctu præterenti saxum in ipsius caput demisisset, Manilia autem se existimationе mancipij cuiusdam excusabat, qui eius fores euertere molitus fuerat. Tribuni tamen maiori iustitiæ, quàm dignitatis Mancini, aut Maniliæ turpitudinis habita ratione: iudicarunt ædilem iure ab eo loco fuisse depulsum, quem adire non honestè poterat.

Augustus summa rerū potitus, à Cas. quodā Seuero veneficij reum factū esse Nonium Asprenatē amicissimum suū intellexit. Ad iudicium igitur profectus est, vbi neq; pro Asprenate, neq, in Cassium aliquid loquutus, eā prudētiam adhibuit, vt neq; amicitiæ deesset, neque iustitiam violaret. Significans amicorum periculis subueniendum, sed ita tamen, vt ne aliorum iustitia opprimatur. Etsi enim in alterutro peccandum sit, amicitiæ iustitiam anteferre debent homines.

Pittacus Mitylenæus, cuius moribus tantū ciues crediderunt, & meritis tribuerunt, vt imperium illi tradiderint, tandiu regnum sustinuit, quandiu Bellum de Sygæo cum Atheniēsibus gerendum fuit: Victoria autem parta reclamantibus Mitylenæis deposuit, ne dominus vltra necessitatē Reip. permaneret. Idem cum recuperati agri dimidia pars ei offerretur, recusauit, turpe iudicans virtutis gloriam, magnitudine prædæ minuere.

Themistocles cùm se aliquid deliberādū habere in concione dixisset, quod si ad exitū perduceretur, nihil maius vtilius've Atheniensibus futurū erat: sed id tale esse, vt vulgari nō oporteret. Datus est Aristides, cui id tacitè exponeret. Is postquā con-

ff silium

Perspicuum est eum iustum esse, qui pareat legibus, & qui æquus sit Iustum. id est, quod leges iubent, & quod æquum est.

Omnis qui contra leges facit, iniustus est, & omnis iustus, qui paret legibus. Itaq; quæcumq; legitima sunt, in iustis reperiuntur.

Iusta appellamus vno modo ea, quę beatam vitam, & eius partes in ciuili societate efficiũt ac tuẽtur.

Factum est iam tritum omnium sermone prouerbium, Iustitia vna, reliquas virtutes omnes contineri. Eademq; virtus perfecta est ob id maximè, quòd inest in ea vsus virtutis vndiq; perfectæ.

Perfecta iustitia est virtus, quòd qui ea prædìtus est, is etiam erga alios non in se tantùm virtutem exercet ac excolit.

Cap. 2. & 5 Iustitiæ plura sunt genera, aliudq; est præter generalem virtutem, iustitiæ genus. Et iustarum rerum quædam sunt legitimæ, quædam æquæ.

Iustitiæ vnum genus est, quod in tribuendo honore, vel pecunijs cernitur, cęterisq; rebus omnibus, quæ diuidendæ sunt inter eos qui in ciuili societate versantur. Alterum genus est, quod in pactis contrahendisque rebus tanquam regula adhibetur.

Necesse est quod iustum sit, medium quiddam esse & æquabile: referriq; ad aliud, & quibusdam esse æquabile.

Cap. 5 Iustitia mediocritas est illa quidem, non tamen quomodo superiores virtutes, sed quia ad medium & æquabilitatem pertinet.

Iustitia virtus est, qua quis aptus est ad ea præstãda, quæ iusta sunt, officiaq; tribuenda & sibi, si cum altero: & alteri, cum altero si conferatur: non ita tamen, vt sibi plus emolumenti, proximo minus, damni autem contrà: sed vt suum cuiq; proportione tribuat.

Iustus nihil sibi sumit & tribuit plus quàm alijs: & quæcunque agit, ad aliorum commoda refert. Ob idq; in bonis alienis iustitiam numerant.

Iusti aliqui non sunt, dum res iustas faciunt, quales sunt ij, qui quod leges iubent, vel inuiti faciunt, vel imprudentes.

Cap. 9 Facilè aiunt virum iustum effici, sed non ita est.

Ex varijs authoribus Græcis.

Sophocles. Iusto resistere non est facile.
Potiores sunt diuinijs, & luxuria affluente auro,
Bonorum virorum & iustorum conuersationes.

Euripides. Possideto res tuas iure sine offensione,
Et in humili sorte maneto, semper cum iustitia coniuncta.

Idem in Hecub. Boni viri officium est iustitiæ inseruire,
Et malos vbiq; semper afficere malis.

Idem. Ne te violentus animus vllo modo cogat
Odisse quempiam tantopetè, vt iustitiam cõculces.

Idem. Omni tempore quod iustum est, vincere debet.
A iusto etiam superari pulchrum est.
Papę, quàm valde pulchrum est vincere iure,
Iniustè autem, quàm vbiq; malum est?
Et lingua iactabũda, & inuidia, quàm nõ inuidere,
Quanto peiora sunt in hominibus indecẽter elatis.

Menander. Si iustus fueris, mores habebis tanquam leges,
De probo viro mali nihil cogites.
Iusti mores iniuriam facere nesciunt.
Nemini iniuriam facere, omnes homines decet.
Non oportet iniurium esse in supplices, cùm aliàs,
Tum si beneuolo animo, non maligno
Lapsi fuerint: esset enim valde indecens.
Si affectos iniuria, ô pater, fugerimus,
Quibusnam alijs facilè feremus opem?
Iniuriam nulli facere, ô Laches, didicisse
In vita, studium esse iudicato ciuile.
Nihil iniuriari parit humanitatem.

Philonides. Vnus iustus infinitos non iustos
Vincit, Deo & iustitia adiuuantibus.
Non is qui legem metuit, dicendus est timidus,
Sed fortitudo ĩ pugna aduersus inimĩcos ęstimatur.

Antiphon. Qui nemini facit iniuriam, non indiget vlla lege.
Id quod rectè habet, etiam lege præstantius est.

Philemon. Iustitiæ tum apud mortales, tum apud deos
Immortalis perpetuò gloria solius perdurat.
Vir iustus est, non qui facit iniuriam,
Sed qui cùm iniuriari possit, non vult tamen.
Nec qui à paruis capiendis abstinuit,
Sed qui magna sustinet non accipere,
Quamuis habere queat, & possidere sine periculo.
Nec qui iusta facit omnia, vt gloriam sibi venetur:
Sed qui syncero & candido præditus ingenio,
Esse iustus, non tantùm videri vult.

Plato. Ne dubita, si aurum quidem inquirendum proponeretur, nunquam alterũ alteri sponte concessurum in inquisitione, & inuentionẽ eius perditurum. Cùm autem inuestigãda sit iustitia (res auro longè pretiosior) an non absurdũ est tam temerè alios alijs inuicem cedere, non autẽ vnumquemque id studere, vt sibi imprimis appareat.

Idem. Scientia quæuis à iustitia & reliqua virtute seiuncta, calliditas, non autem sapientia videtur esse.

Idem. Equidem mea sententia iustitiam esse sanctam, & sanctitatẽ iustam esse dicã. Arbitror enim te permissurum, vt pro te illud ipsum respondeã, quòd videlicet aut idẽ sit iustitia quod sanctitas, aut inuicem simillima: vt maximè omniũ qualis iustitia, talis sanctitas: & qualis sanctitas, talis iustitia sit.

Agesilaus. Fortitudinis quidẽ absente iustitia nullus est vsus: at si oẽs iusti fierẽt, fortitudine nihil indigeremus.

Isocrates. Nemo autem me dicere censeat iustitiã acquiri doctrina. Prorsus enim nullam huiusmodi artem esse puto, quæ iustitiam in illis ingenijs parere queat, quæ infœliciter ad ipsam nata sunt.

Demosthenes. Homines illi sanè laudari merẽtur, qui nullam vtilitatem iusto pręferunt. Pecunias enim non adeò difficulter comparare licet. Bonam autem famam pecunijs redimere non facilè licet.

Democritus. Bonũ est, non tantùm iniuriam non facere, sed ne velle quidem.

Soli Deo chari sunt, qui iniurias oderunt.

Pittacus dixit: Honesta voluptas, iusta res est.

Aristides interrogatus, quid iustum esset, Aliena non concupiscere, respondit.

Pythagoras. Peregrinus vir iustus non modò ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est.

Qui ad iustitiam perducitur, hic ad omnium virtutum finem, & vniuersarum collectionem peruenire poterit.

Distributio in vita humana secundum cuiusque dignitatem operum & honorũ & aliarum rerum, quæ singulis conueniunt, iustitiam, quæ ad hominum vitam pertinet, constituit. Proinde opera studiaq; illa iustitiæ propria sunt, quæ liberaliter

ac facilè in conuentibus commercijsque versantur, denique actiones prohibent noxias, vtilium verò totam constitutionem decentem moliuntur.

Epictetus. Sicut vera trutina, neq; à bona & concinna corrigitur, neq; per falsam examinatur: sic etiam iustus iudex neque à iustis castigatur, neque apud iniustos iudicatur.

Ne prius in alio tribunali iudicaueris, quàm ipse coram iustitia iudicatus fueris.

Si iudicia recta proferre voles, nullũ contendentiũ & causam dicentiũ, sed ipsam causam cognoscas.

In iudicijs non delinques, si ipse in vita tua delicta caueris.

Melius est sententia iustè pronuntiata reprehendi ab eo, qui merito suo damnatus est, quàm si iniustè iudicaueris, iure à natura vituperari.

Veluti recto nihil dari potest rectius, sic neq; iusto iustius.

Diogenes. Iustitia multam adfert animo tranquillitatem. Neminem enim timentem, nec apud vllum erubescentem viuere, voluptas quædam est, & quasi perfectio vitæ. Cæterùm qui iustitiã animo complectitur, non solùm aliis vtilis est, sed etiam ipse sibi. non enim conabitur vlla ex parte seipsum offendere, neque vllius sibi doloris aut morbi author erit.

Lycurgus. Diuitiæ fortaßis magna æmulatione desiderabiles sunt: sed iustitia pretiosa & admirabilis res est.

Quemadmodum domus, & omnis partes inferiores firmißimas esse oportet: sic actionum initia & fundamenta vera & iusta conuenit esse.

Apud Pedalios non sacerdos, sed qui præsentium iustißimus fuerit, victimã ferit. Petit autem semper à dijs nihil aliud quàm iustitiam.

Plato. Deus nullo vspiam modo iniustus est, sed planè iustißimus. Nec ei similius inueniri potest quicquam, quàm qui inter nos fuerit iustißimus.

Polus Pythag. Iustitia inter homines videtur mihi mater & nutrix cæterarum virtutum appellanda. Nam sine illa, neq; temperantem, neq; fortem, neq; prudẽtem esse quenquam fieri potest. Quippe harmonia & concordia totius animæ est cum concinnitate.

Iustitia vtilitatem, & vniuersas rerum comprehensiones præstat. Si quidem in mundo principatum obtinens, prouidentia vocatur, & constitutio generis deorum, qui ipsam ita disposuerunt.

In ciuitate iustitia, pax & æquitas meritò nominatur. In domo hæc est viri & vxoris concordia mutua: item famulorum in dominos beneuolentia: dominorum erga famulos benigna curatio. In corpore autẽ, sanitas & perfectio membrorum. Cùm igitur hæc virtus totum simulac partes singulas ita moderetur, & in concordia conseruet, quomodo non mater & nutrix, tum virtutum, tum rerũ omnium cõmuni iudicio dici deberet?

Hieronym. Agedum videamus quid plerisq; videatur de iustitia. Sunt qui ipsam habitum esse dicant animæ, muneribus incorruptum, & quãtum vnusquisq; poßit coniectantem. Alii habitum animæ definiunt, qui neq; superiori neq; inferiori fortunæ plus tribuat, sed æqualitatem omnibus seruet. Videntur autem mihi priores admirari illum, qui alienas pecunias non concupiscat, & quid vnusquisq; poßit, obseruet. Posteriores illum magnifacere appareat, qui nõ maiori fortunæ plus attribuat, sed omnes eisdẽ rebus dignetur. Sed quid si quispiam prædicta teneat, in alijs autẽ iniustus sit?

Pecunias alienas non concupiscere, iustitiæ definitio non est, sed potius solùm affectus fœlix constitutio. *Epictetus.*

Peripatetici inter pluris & minoris assumptionem medium obtinere iustitiam dixerunt: Stoici verò habitum æqualiter distribuentem. *Idem.*

Iustitia est animæ habitus rationabilis, rectitudinẽ curans, aut exactionem vindictæ ab illis qui iniuriam fecerunt.

SOC. Nunquid ô Euthydeme virtutem quæris, qua homines ciuiles & patresfamiliàs, & principatu digni, & vtiles sibi & suis efficiũtur? EVTH. Vehementer quidem ô Socrates isthanc ipsam exopto. SOCR. Per Iouem artem perquàm optimam, virtutemq; maximam desideras. Est enim hæc regum virtus, regalisq; nuncupatur. *Xenophon lib. 4 De dictis et factis Socrat.*

Perspicuum est dicturum esse te, & pulchrum & robustum quiddam esse iniustitiam, cæteraq; illi daturum omnia, quæ nos iustitiæ tribuimus: quandoquidem & in virtute & in sapientia ponere eam non dubitasti. *Plat. de Iusto Dial.*

IVSTITIÆ ADAGIA.

Aequa lance.

Sed æqua lance omnibus, addita malitia ceu plumbum rete detraxit. *Plutarchus.*

Hac lege in trutina ponetur eadem. *Hora. in Serm.*

Romani pensantur eadem *Idem in Epist.*

Scriptores trutina.

Exigua res est iustitia.

Parum prodest, si probus sis, nisi talis habearis.

At quantò melius Aeschylus in tragœdia quadam:

Neque enim videri, at esse vir cupit optimus,

Mentis profundæ segete perfruens bona.

Trutina iustitiae.

De ijs qui insigni, incorruptaq; sunt æquitate, dici solet.

Rectior est factus regula quàm vlla fiet. *Nicarchi Epig.*

Rhadamanthi iudicium.

De incorruptè iudicantibus. Rhadamanthus enim manium iudex, neq; gratia neq; muneribus flectebatur.

Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicij sortitus est inculpatum, neq; imposturis in animo delectatur. *Pindar. Olymp.*

Non si trecentis, quotquot eunt dies, *Horatius.*

Amice places illacrymabilem

Plutona tauris.

Priensis iustitia.

Si quam agas causam, Prienes fac vt more agas. *Demodicus Lyrius.*

Si qua iudicas, Biantem fac Prienem vincas. *Hipponactes.*

Iustitia oculus.

De syncero & incorrupto iudice. Vnde extat Senarius prouerbialis:

Est oculus æquitatis omnia intuens.

Aequalitas haud parit bellum.

Ex æquo partire.

Zaleuci lex.

IVVENT

IVVENTVS.

Ex Apophth. Erasm. Ex Latinis.

Aetatem teneram optimè deterret à peccando pudor: qui nusquam non adest, si quis revereatur seipsum.

Iuuenili ætati remedium adhibendum est pro supplicio.

Quemadmodum tinctores eum potissimùm colorem inducunt, quo vident homines maximè delectari: ita iuuentus ad ea potissimùm studia incumbit, quibus populus defert honores.

Iuuentus corrumpitur, si permittatur otio luxus, ac malorum omnium magistro.

Magna res est, iam inde à teneris virtuti assuescere.

Quæ prosunt iuueni, nocent seni, & contrà: quæ iuuant cælo tepido, lædunt frigido.

Si adolescētes malè morati euadunt, id primę ætatis formatoribus potissimùm imputandum est.

Ex Cicerone.

Iuuentuti ludus quidam permittatur.

1. Offic. Cùm iuuenes relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ.

1. Offic. Ludendi est quidam modus retinēdus, vt ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate, in aliquam turpitudinem dilabamur.

1. Offic. Ludo & ioco vti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus, cæterisq; quū grauibus, serijsq; rebus satisfecerimus. Ipsumq; iocandi genus ingenuum & facetum esse debet, non profusum, nec immodestum, sed semper in ipso ioco aliquid probi ingenij lumen eluceat.

1. Offic. Pueris non omnem licentiam ludendi damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus nō sit aliena.

Pro M. Cel. Datur concessu omnium huic aliquis ludus ætatis, & ipsa natura profundit adolescētię cupiditates, quę si ita erumpunt, vt nullius vitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi solent.

Pro M. Cel. Detur aliquid ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, nō semper superet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas, voluptasq; rationē, dummodū illa in hoc genere præscriptio, moderatioq; teneatur: parcat iuuētus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienā, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnū atq; famā, ne probrū castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quē interimat, ne intersit insidijs, scelere careat: postremò, cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid tēporis ad ludū ætatis, atq; ad inanes hasce adolescentiæ cupiditates, reuocet se aliquādo ad curam rei domesticæ, rei forensis, Reipubl. vt ea quæ ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur.

Pro M. Cel. Tempus iuuentutis sua sponte infirmum, aliorum libidine infectum est.

In Vatinii. Voluptate & delicijs facilè iuuentus intercipitur.

Pro M. Cel. Semper magno ingenio adolescentes refrænandi potius à gloria, quàm inuitandi sunt. Amputanda sunt plura illi ætati, siquidem efflorescit ingenij laudibus.

Iuuentus senum prudentia regatur.

Est adolescentis maiores natu vereri, ex ijsq; deligere optimos & probatissimos, quorum consilio & autoritate nitatur: ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda prudentia est. Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercendaq; in labore & patientia animi & corporis: vt eorum & in bellicis & in ciuilibus officijs vigeat industria. 1. Off.

Tribuere plurimum senectuti debemus. 1. Off.

Eum qui nos ætate anteit, tanquam superiorem colere debemus. In Lal.

Non est rectum, minori parere maiorem. De Vniuers.

Imitandi sunt maiores: primum illud exceptum, sed ne vitia sint imitanda. 1. Offic.

Senectutis est proprium, vt adolescentulos doceat, instituat, ad omne officij genus instruat. Cato Maior.

Studia quæ sunt in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Pro Cælio.

Adolescentibus præsertim fugienda occasio mali. Erasm. in Epist.

Coniectura est, satis emendatum esse adolescentem, qui à grauissimis senibus laudatur. Plin. Iun. lib. 4

Iuuenū animi instituēdi in Rep. ad mediocritatem. Apud Stob.

Iuuenum mors, naufragium. Ibidem.

Ex Poëtis.

Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ. Ausonius.

Fitq; valens iuuenis. Neq; enim robustior ætas Ouid. 15. Meta.
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla.

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti: Ouid. Epist. 4
Fine coli modico forma virilis amat.

Cura, & castiga hominem probè, Plau. in Bacch.
Qui dedecorat te, me, amicos, atq; alios flagitijs suis.

Hei mihi, hei mihi, isthęc illū perdidit assentatio. Ibidem.
Nam absq; te esset, ego illum haberem rectum ad
ingenium bonum.
Nunc propter te, tuamq; prauos fastu'st fiduciam.

Regenda magis est feruida adolescentia. Senec. in Octa.

Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt. In Thyeste.

Propria describit Deus In Hippolyt.
Officia, & æuum per suos ducit gradus.
Lætitia iuuenem, frons decet tristis senem.

Iuuenile vitium est, non regere posse impetum. Senec. in Troad.

Iuuenilis ardor impetu primo furit. In Octau.
Languescit idem facilè: nec durat diu
In venere turpi, ceu leuis flammæ vapor.

Ita est Teren. in Andr.
Quod plerique; faciunt adolescentuli,
Vt animū ad aliquod studiū iungāt: aut equos alere,
Aut canes ad venandum, aut ad philosophos.

Imberbis iuuenis, tandem custode remoto, Horat. de Arte.
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine campi.
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix.

Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata, Virg. in Aetna.
Sed iuri cessere domus, & iura piorum.

Sensus abest paruis lactentibus, & puerorum Auson. de Vita humana.
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.

Vigor ætatis omninò nihil à flore differt.

Memēto, iuuenis quū sis, quòd senex eris aliquādo.

Iuuenis cùm sis, multa vtilia disce.

Iuuenem tacere magis quàm loqui decet.

Iuuenis cùm sis, audire seniores velis.

Ovid. 15. Meta. Transit in æstatem post ver robustior ætas,
Fitq; valens iuuenis: neq; enim robustior ætas
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat, vlla est.
Ouid. 5. Fastor. Iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporaq; ipsa vigent.

Ex Græcis.

Arist. Ethic. lib. 1. cap. 3 Iuuenis ciuilis scientiæ non est idoneus auditor. Est enim expers officiorum, quæ vita desiderat. Cùm enim animi libidini pareat, frustra & inutiliter audiet.

Lib. 6 Iuuenis sapiens esse nequit, quòd prudentia experientiam exigat, quæ indiget tempore.

Polit. 7 Potentia est in iunioribus, sapientia autem in senioribus.

Demetr. Phal. Amat iuuenis pulchrè quid agere, senex verò quid senture.

Plutarchus. Iuuentus imperata faciat: senectus imperare debet.

Id. de Educ. lib. Petulantem vigorem ætatis non facilè à voluptatum obseruabis cursu.

Demosth. 1. Ol. Optima est adolescentia, si quis ea bene vti scit.

Ibidem. Enitendum est vt qui libidinibus succumbunt, & increpationibus omninò rebelles sunt, connubio subiugentur: hoc si quidem tutissimum est iuuentutis vinculum.

Plut. de Lib. ed. Sicut hyemi per serenitatem necessaria parari conuenit: ita & boni mores, & opsonium ad senectutem viaticum, modestia in ipsa iuuentute reponatur.

Apud Stob. Iuuenibus animi sæpius flectuntur.

Ibidem. Iuuenis ambitiosus, præcox est malitia.

Theoph. ibid. Difficile est aliquid de iuuenibus diuinare. Est enim ætas incerta sine scopo, multis mutationibus obnoxia, & aliàs aliorsum agitur.

Homer. Iliad. 3 Flos quoque adest æui, cuius tunc maxima vis est.

L A N T E A.

L A B O R.

Ex Latinis.

Laborem vix vllum subimus nisi proposito praemio aut gloria.

Pro C. Rab. NEMO nostrum in Reipub. periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuq; ducatur.

1. Offic. Vix inuenimr, qui laboribus susceptis, periculisq; aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Pro C. Rab. Pro sua patria pauci post genus hominum nati repertifunt, qui nullis præmijs propositis, vitam suam hostium telis obijcerent.

Salust. Vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt.

Mala mille affligunt hominem, cui segne & inutile corpus.

Salustius. Nemo vnquam ignauia immortalis factus est.

Plautus. Qui dormiunt libenter, sine lucro, & cum malo quiescunt.

Ex varijs authoribus incertis.

Difficilia, quæ pulchra.

Desuetudo pigritiam, pigritia veternum parit.

Exercitium dormientem naturam excitat, morbos fugat, deniq; temporis lucrum est vberrimum.

Exercitium potest omnia.

In tenui, labor: at tenuis non gloria.

Quæ laboriosa sunt iuuentuti studia hæc sunt, Iucunda senectuti otia.

Laboris condimentum est otium.

Par est fortuna labori.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Si quid turpe cum voluptate, turpitudo manet, voluptas abit.

Blando veneno desidiæ virtus paulatim euicta senescit.

Nihil tam difficile, quin quærendo inuestigari possit.

Omne opus difficile apparet, antequam tẽtaueris.

Nihil tam facile, quin difficile fiat, si inuitus facias.

Ex Poëtis.

Dum vires, anniq; sinunt tolerare labores. Ouid. de Art.
Iam veniet tacito curua senecta pede.
Iam certè potes insudare labori, Tit. Calphurn. Eclog. 5
Iam pro me gnauam potes exercere iuuentam.
At tu, dum primi floret tibi temporis ætas, Tibul. Eel. 8. lib. 1
Vtere: nam tardo labitur illa pede.
Non quisquam fruitur veris odoribus, Claud. in Nupt. Honorij.
Hyblæos latebris nec spoliat fauos,
Si fronti caueat, si timeat rubos.
Armat spinas rosis, mella tegunt apes.
Herculem duri celebrant labores. Boët. Met. 7. lib. 4
Ille Centauros domuit superbos,
Abstulit sæuo spolium leoni,
Fixit & certis volucres sagittis,
Poma cernenti rapuit draconi.
Aureo læua grauior metallo
Cerberum traxit triplici catena.
Victor immitem posuisse fertur
Pabulum sæuis dominum quadrigis.
Hydra combusto perijt veneno.
Fronte turbatus Achelous amnis
Ora demersit pudibunda ripis.
Strauit Antæum Libycis arenis.
Cacus Euandri satiauit iras.
Quosq; pressurus foret altus orbis,
Setiger spumis humeros notauit.
Vltimus cælum labor in reflexo
Sustulit collo, pretiumq; rursus
Vltimi cælum meruit laboris.
Ite nunc fortes vbi celsa magni
Duxit exempli via.
Nullum à labore me reclinat otium. Horat. li. Epod. ad Canidiam.
Vrget diem nox, & dies noctem, neq; est
Leuare tenta spiritu præcordia.
Confiteor facere hoc annos, sed & altera causa est, Ouid. 1. de Ponto
Anxietas animi, continuusq; labor.
Cernis vt in duris (& quid boue firmius?) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis lassa senescit humus.
Occidet, ad circi si quis certamina semper
Non intermissis cursibus ibit equus.
Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis,
Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.
Me quoq; debilitat series immensa laborum:
Ante meum tempus cogor & esse senem.

Otia

Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contrà carpit vtrumq; labor.

Virg. 1. Georg. Labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Seneca in Herc. furente. Post multa virtus opera laxari solet.

Teré. in Heaut. Nihil tam difficile est, quin inquirendo inuestigari posit.

Horat. Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit & alsit.

Idem. Si non
Intendas animum studijs, & rebus honestis,
Inuidia vel amore vigil torquebere.

Hor. 1. Serm. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Ouid. 4. Fast. Nunquam sentitur sedulitate labor.

Idē. 2. de Art. Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt.
Difficilis nostra poscitur arte labor.

Mart. lib. 1. Epigr. Pingue solum laxat, sed iuuat ipse labor.

Tibullus. Nec te pœniteat duros subijsse labores,
Aut operi insuetas attenuasse manus.

Hactenus ex Poetis.

Sene. epist 30 Non est viri timere sudorem.

Quintil. Declam. 6 Ei labori incumbendum est, vbi effectus promittitur.

Declam. et. 13 Labor damno incenditur.

Salu. in Iug. Viris labor, mulieribus munditiæ conueniunt.

Columell. li. 4 Vastitas instantis laboris, animos debilitat.

Idem libr. 11 Præstat opere fatigatum, vnum aut alterum diem quiescere, quàm pressum nimio labore noxam concipere.

Liuius Dec. 1 lib. 4 Labor, & periculū impeditur, vnde honor, & emolumentum speratur.

Idem. Labor & voluptas dissimillima natura, societate quadam iuncta sunt.

Cic. in Verrem. Onus non est appellandum, quod cum lætitia feras, ac voluptate.

Seneca epist. 18 Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante ipsam rem exerceas.

Idem. Ea solidissima pars est, quæ exercitatur crebrius.

Cic. 3. ad Heren. In omni doctrina infirma est omnis artis preceptio sine summa assiduitate exercitationis.

Gellius libr. 11 Vita humana propriè vt ferrum est, quod nisi exerceas, conteritur: sic homines exercendo videmus conteri: si non exerceātur, torpore & ignauia, detrimenti plus accipere.

Plin. Iun. lib. 8 Difficile est tenere quæ acceperis, nisi exerceas.

Sen. Epist. 92 Omnium mortalium opera mortalitate damnata sunt, interperitura viuimus.

Cic. 2. Officior. Plus in negotijs gerendis res, quàm verba prosunt.

Idē ad Q. fratr. Sunt facta verbis difficiliora.

In Catilin. Opificiū quæstus sustinetur frequentia, alitur otio.

Plin. Iun. lib. 6 Commodè agendo factum est, vt sæpe agerē, sæpe agendo, vt minus commodè: quia assiduitate nimia facilitas magis, quàm facultas paratur.

Vege. lib. 1 Omne opus difficile videtur, antequam tentes.
Quod semper agitur, aliquando succedit.

Seneca de Tranquil. animi. Nascitur ex assiduitate laborum animi hebetatio quædam, & languor.

Plut. in Moral. Athletæ abstinent à necessarijs laboribus, vt in non necessarijs valeant: nobis contrà faciendum.

Ibidem. Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica suffocātur: sic animus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur.

Vt sunt vices somni & vigiliæ, noctis & diei, tempestatis & serenitatis, belli & pacis: ita labores leuandi otio & lusibus.

Ex Græcis.

Sunt in perpetuo labore animantia, vt etiam naturalis ratio declarat. Labor autem nobis molestus esset, nisi assiduitate quotidiana nos assuesceremus. *Arist. Eth. Lib. 7. cap. 14*

Omnibus sua chariora sunt opera, quæ summo labore confecta sunt. *Lib. 9. cap. 7. Ethic.*

Voluptate nemo continēter afficitur, aut laborem subit. Nam humanæ res laborem sempiternum non possunt pati.

Nimiæ vitæ exercitationes obsunt magis, quàm prosunt. *Eurip. in Hipp.*

Vnum opus optimè fit ab vno. *Arist. Polit. 2*

Exercitium confert ad corpus, & animum. *Plato.*

Exercitatio infantum confert ad virtutem capessendam. *Idem de Leg.*

Repletis & lassatis non conuenit exercitium. *Plut. de tuenda bona valet.*

Nec corpus exercendum est sine animo, nec animus sine corpore.

Qui exercitio vtitur, caueat lassitudinem: qui bona fortuna fruitur, inuidiam. *Bias apud Sto.*

Diuturnum in operibus exercitium plus confert, quàm pulchrè instructi sermonis breuis adhortatio. *Thucyd.*

Plures fiunt exercitatione boni, quàm natura. *Democr. apud Stob*

Labor exiccat, & senium inducit, vnde multùm laborantes senescunt magis. *Arist. de Long. vita.*

Circa labores ac pericula fortitudine opus est, ac patientia. *Plut. de Fort.*

Totius honesti dux & fundamentum, continentiæ labor imprimis est. *Pitt. apud Valer.*

Operando viri pecuniosi fiunt & diuites. *Hesiod. apud Stob.*
Atque laborans multò magis amatur à dijs.
Per labores virtus incedit. *Ibidem.*
Labor (vt aiunt) bonæ famæ pater est. *Ibidem.*
Labores cùm abiere, dulces sunt. *Ibidem.*
In rebus inutilibus noli plurimum laborare. *Ibidem.*

Laborare non dedecori est, sed ociari.
Labor generosum facit.
Laborare nolle turpe iuueni.
Labor fit seipso fortior consuetudine.
Labores gloria sequitur.
Laboribus patria proficit.
Labor est, natum esse.

Hanc rationem Deus sequitur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab ijs exigunt, in quibus certior spes est. *Plato de Prou.*

LACHRYMÆ.

Ex Latinis.

Sunt qui gratum facere mortuis, si grauiter eos lugeant, arbitrentur. *Cic 1. Tuscul.*

Per lachrymas argumētum desiderij quærimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus: nemo enim sibi tristis est. *Senec. epist. 63*

Nihil facilius, quàm lachrymæ inarescunt. *Quint. lib. 6*

Lachrymæ pœnitentiæ sunt indices. *Curt. lib. 5*

Nemo sibi tristis est: clarius cùm audiuntur, gemūt, & taciti, quietiq; dum secretum est, cùm aliquos viderint, in fletus nouos excitantur. *Senec. epist. 10*

Ingemiscere nunquam viro concessum est, idq; rarò eiulatus, ne mulieri quidem: nihil est enim viro turpius muliebri fletu.

Lachrymæ uobis prius deerunt, quàm causa dolendi.

Ex Poëtis.

Ouid. 4. Trist. Fleq; meos casus: est quædam flere voluptas.
Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Idem ad Liuiā epistola. Supprime iam lachrymas: non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbrifera nauita lyntre tulit,
Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.

Idem 1. de Arte Et lachrymæ prosunt, lachrymis adamanta mouebis.

2. de Ponto. Quidq; facis lachrymis opus est, nō sanguine, dixit.
Sæpe per has flecti principis ira solet.

4. Metamor. Lumina, quot potuit, lachrymis impleuit obortis.

Sen. in Troade. Arbitrio tuo
Implere lachrymis, fletus ærumnas leuat.

Propert. lib. 4. ad Paulum. Desine Paule meum lachrymis vrgere sepulcrum.
Panditur ad nullas ianua nigra preces.
Cùm semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante viæ.
Te licet orantem fuscæ Deus audiat aulæ,
Nempe tuas lachrymas littora surda bibent.

Plaut. in Stic. Ego te nunc conspicio libens, vt præ lętitia lachrymæ prosiliunt mihi.

Teren. in Adel. Homini illicò lachrymæ cadunt, quasi puero, præ gaudio.

Ex Græcis.

Diogenes. Lachrymis vtplurimū bona aliqua doctrina coniungitur: risui verò, lasciuia.

Eurip. in Supp. Lachrymare ignobilibus liberum est, & misera loqui.

In Med. Mulier ad lachrymas nata est.

In Alcest. Amare mortuum producit lachrymas.

In Troade. Afflictis hominibus suaues sunt lachrymæ.

Apud Stob. Tristitia profert lachrymas, tanquam arbor ista fructum.

Ibidem. Hominibus etiam luctus, aliqua est gratia.

Hom. Iliad. 7 Mortuum sepelito, nec supra vnam diem lachrymandum est.

Ibidem. Casus veteres non deplorandi sunt nouis lachrymis.

Apud Stob. Suspirium, morsus est doloris.

Ibidem. Si quis tristantem aliquem secutus ei dixerit, salue: necessario eum lugere iubet.

L ANTE Æ.

LÆDERE.

Ex Cicerone.

Lædendus nemo, vt tibi prosis.

2. Tuscul. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet sibi paratam pestem, vt parem participet.

1. Off. Quod cuique obtigerit, id quisque teneat: eo si quis plus appetet, violabit ius humanæ societatis.

1. Offic. Animaduertamus, cùm alios iuuare velimus, ne quos offendamus. Sæpe enim aut eos lædimus, quos non debemus, aut eos quos non expedit.

Si imprudenter, negligentiæ est: si scienter, temeritatis.

Res familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligētia & parsimonia, ijsdem etiam rebus augeri. *2. Offic.*

Nostræ vtilitates nobis omittendę non sunt, alijsq; tradendæ, cùm ijs ipsis egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. *2. Offic.*

Alienum est à iustitia, ad quam nati esse videmur, detrahere quid de aliquo quod sibi assumat. *3. de Fin.*

Non est permissum, vt impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. *4. Ad Heren.*

Suum cuique incommodum ferendum est potius, quàm de alterius commodis detrahendum. *3. Offic.*

Vt si vnumquodq; membrum hunc sensum haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse esset: sic si vnusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatq; quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum & communitas euertatur necesse est. *3. Off.*

Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non est vituperanda, sed fugienda semper iniuria: sed detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt aut corpori accedere, aut rebus externis. Illud enim natura nō patitur, vt aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus. *1 Offic.*

Læsus semel, timet.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, *Ouid. 2. de Pont.*
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.
Terretur minimo pennæ stridore columba,
Vnguibus accipiter saucia facta tuis.
Non procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est auidi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaëthon, si viueret, & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. *Pub. Mim.*

Venturam melius præsagit nauita mortem, *Propert. lib. 3. Eleg. 10*
Vulneribus didicit miles habere metum.

LÆTITIA.

Ex Latinis.

Quia gaudium semper animos inquietat, modus rarò lætis rebus interuenit. *Cassiod. 4. epist.*

Animus debet esse alacer, & fidens, & super omnia erectus. res seuera est verum gaudium. *Senec. epist. 23*

Sola virtus præstat gaudium perpetuum, securum, etiamsi quid obstat quod nubium modo interuenit, quæ infrà feruntur, neque vnquam diem vincunt. *Ibidem.*

Nihil difficilius quàm differre gaudia. *Quint. Declam. 1*

Spem gaudia parant, aduersa contritionem. *Idē Declam.*

Recto ordine priùs metus tollatur, quàm gaudium infundatur. *Tertul.*

In profuso gaudio lachrymæ erumpunt. *Idem.*

Gaudia, principium nostri sunt sæpe doloris. *Oui. 7. Metam.*

Ex Græcis.

Eurip. in Ion. In communi re gaudens solus non rectè facit.

Apud Stob. Gaudium præsens est, odium in posterum.

Arist. Rhet. 1. Multa, quæ naturaliter non sunt delectabilia, cùm sunt assuefacta, delectabilia fiunt.

Ethic. 1 Vnicuiq; delectabile est quod amat.

Polit. 2 Qui delectari velit sine tristitia, ad philosophiam recurrat.

Plut. de Tranq. an. Omnes habemus vnde lætemur.

Quod iucundissimum, idem calamitosum.

Eurip. in Hipp. *Arist. Ethic. 9* Lætamur ijs bonis, quæ recordamur: ijs erigimur, quæ expectamus: habent enim hæc oblectationem.

LASCIVIA.

Ex Latinis.

Seneca epist. 72 Luxurioso frugalitas, pœna est pigro, supplicij loco labor est.

Id. de Ira. lib. 3 Vacat pudicicia, libido occupatissima est.

Quint. Decl. 13 Non nutritur feruor concupiscendi, vbi frui licet.

Declam. 15 Fœlix qui non nisi facultates in lupanari offudit.

Cato maior. Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Sen. lib. 2. Facilior est transitus de virtute ad luxuriam, quàm à luxuria ad virtutem.

Idem lib. 9 Blandum malum est luxuria, & quam accusare facilius est aliquanto quàm vitare.

Curt. lib. 9 Nec luxuriæ crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat.

Claudian. Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs hebetat caligine mentes.

Liuius Dec. 4. lib. 10 Luxuria & otio militaris disciplina tollitur.

Ex Græcis.

Arist. de Long. vitæ. Animalia multùm coeuntia citò senescunt.

Idẽ de Animo. 7 Incipientibus venerem vox transit in sonum virilem: abstinentibus verò è contrario.

Idem Eth. 3 Amatores aggrediuntur audacter terribilia, concupiscentiæ causa.

Idem Ethic. 7 Iræ & concupiscentiæ venereorum transmutant corpus, & quibusdam insanias faciunt.

Plut. de Fort. Plurimum veneris habet non nox, vt Menander inquit, sed fortuna.

Plutarch. bon. Veneris finis luxuria est.

Eurip. in Rheso. Vino sublato non est venus.

Iniuriari fœminæ est, coire cum extranea muliere.

Arist. Oecono. lib. Adulterium curiositas est alienæ voluptatis.

Plut. de Curios. *Apud Stob.* Veluti lupus animal est cani simile: ita & adulter, & adulator, & parasitus amico similis est: amicum igitur aduerte, ne canum custodum vice perniciosum lupum nesciens, admittas.

Lysias ibidem. Mulier eo die quo prostituit corpus, & pudicitiam deserit, statim animum immutat, ita vt familiares pro inimicis habeat: alienos autem sibi fidos reputet, ac de honestis & turpibus cõtrariam opinionem induat.

Eurip. in And. Nunquam mentem habentes permittere oportet, quibus vxor est, vt domum ad ipsam ingrediantur aliæ mulieres: docent enim res malas, alia quæstus gratia matrimoniũ corrumpit, alia cùm peccauerit, multas morbi sui vult habere socias: hinc est, quòd domus virorum malè habeant: aduersus hæc igitur bene munitæ seris, & pessulis ostium obdes.

Latinorum Exempla.

De Tarquinio. Tarquinium Sextum atra libido per vim Lucretiæ illatam miserè subegit: in quo eò maius flagitium extitit, quò minus hæc alienæ libidini conniuebat. Cæterùm exitus non minus huic, quàm illi funestus fuit.

De Messalina. Messalina Claudij omnium fœminei sexus intemperantior, vt satietatem expleret, Lisicæ prostitutæ mulieris nomen mentita est, & sæpe sub noctem lupanar adijt: & (quod turpius) cũ famosissimis meretricij quæstus scortis coitu certauit, ex re fœdissima palmam sibi quærens.

De Faustina. Faustina Antonij principis omnium optimi, qui ętate illa fuerunt, adeò in venerem pręceps abijt, vt in Caietano secessu nautas sibi condictione quęreret: sed huic scelus impune cessit. Nam huius probri admonitus Antonius, Aut est, inquit, dedecus id ferendum, aut imperium, quod ab ea accepi, restituendum.

De P. Clodio. P. Clodius, vt incesti crimine nocens reus absolueretur, matronarum & nobilium puerorum turbam maxima pecuniarum vi iudicibus obtulit. Sic quem magis detestère nescias, an qui pudicitiam sequestrem periurij fieri passi sunt, an qui religionem stupro permutarunt.

De Gemello. Gemellus Tribunitius Metello & Scipioni consulibus æquè flagitiosum conuiuium apparauit: lupanari enim domi suæ instituto, Mutiam & Fuluiam illustri genere ortas, & nobilem puerum Saturnium, in eo prostituit.

De Catilina. Catilina insano amore Aureliæ Orestillæ correptus, cùm impedimentum videret quominus nuptijs inter se iungerentur, filium suum, quem & solum ætate iam puberem habebat, veneno sustulit, pronusq; ex rogo eius maritalem facem accendit.

De M. Antonio M. Antonius Triumuir, ebrius in conspectu pop. Romani, negotium publicum gerens, externam cœnam euomuit, gremium suum totumq; tribunal incoctæ cœnæ frustis vinum redolentibus impleuit: musicis mimisq; immensas opes donauit: Cleopatræ Orientem, Arabiam, Phœniciam, Syriam, Ciliciam, & alias prouincias, maximo populi Romani sanguine partas dono dedit.

De Tiberio. Tiberius Imperator, vini appetentissimus, gulæq; obnoxius, biduum continuum, & medium noctis, epulando cum Pomponio Flacco & L. Pisone perditissimis Senatoribus peregit: ipsorumq; alterum prætorem Syriæ fecit, alterum vrbi Romæ præfectum. In cœna puellas nudas iussit ministrare. Asellio Sabino ducenta sestertia dedit propter confectum dialogum, in quo boleti, ficedulæ, ostrea, turdiq; introducti, qui suauius gulam explerent, inter se cõtendebant. Tandem annosus in syluis antra condidit, vbi adolescentulos cum puellis in Nympharum morem constituit: qui cùm ipsum viderent, venerem inter se exercerent.

Caligula Imperator lasciuia perditus, ne intactum aliquid in venere relinqueret, sororibus se commiscuit.

Nero cum matre coitum appetijsse fertur, & Sporum adolescentem, in fœminæ morem comptũ duxit vxorem, gemmis, vestibusq; augustalibus ornauit. Et ne in parte aliqua deesset, in qua naturæ vim non afferret, ipse Doripboro liberto suo nupsit. Ita se simul virum & vxorem præstitit. Neq; naturæ leges tã infami scelere violasse contentus, religioni iniuriam addidit, Vestali virgine incestata.

Græcorum Exempla.

De Antiocho. Antiochus Syriæ rex cum suo exercitu aureos clauos crepidis subiectos, & argentea vasa ad vsum culinæ habuit: tabernacula textilibus sigillis adornata statuit. Fuit itaq; auato potius hosti præda optabilis, quàm hostium oppugnator strenuus.

De Xerxe. Xerxes eousq; opum luxuria gaudebat, vt edicto ei præmium proposuerit, qui nouum voluptatis genus reperisset. Quocirca dum delicijs nimijs capitur, amplissimi imperij ruina subsequitur.

De Ptolemæo. Ptolemæus Aegypti rex sororem natu maiorem fratri nuptam, sibi nubere coëgit. Deinde filia eius per vim stuprata, ipsam dimisit, vt puellam duceret.

De Cyprijs. Cyprij mulierum suarum corporibus velut gradibus constructis, reginas suas currus conscendere patiebantur, quò mollius vestigia pedum ponerent.

De Annibale. Annibal Campana luxuria, largis dapibus, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, veneris vsu lasciuiore corruptus, se vincẽdum Romano militi præbuit. Quid igitur hac lasciuia fœdius, qua virtus atteritur, victoria elanguescit, sopita gloria in infamiam conuertitur, animi pariter & corporis vires extinguuntur: adeò vt nescias an ab hostibus, an ab illis capi perniciosius sit.

De Volsiniensibus. Volsiniensium ciuitas primò opulenta, legibus & moribus ornata floruit: at postquã luxuria prolapsa est, in tantam turpitudinẽ decidit, vt se insolenti seruorum impetio supposuerit. qui testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant, filias dominorum in matrimonium ducebãt: postremò lege sanxerunt, vt stupra sua in viduis & nuptis impunita essent: ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius castitatem aliquis seruus non prælibasset.

De Cambyse. Exhausti roboris lasciuia in Cambyse Persarum rege fuit, qui duas sorores suas in matrimonium duxit.

De Cypsello. Cypsellus Corinthius Tyrannus cum Melissa vxore iam mortua se cõmiscuit. Sic Aegyptijs mos fuit, vt funerum curatores cum ijs venerem exercerent, quorum corpora sepulturæ mandanda acceperant.

De Eurydice. Effræni Eurydicis Macedonum reginæ veneris stimuli fuere: quæ vt adultero regnũ traderet geminos filios veneno sustulit, idem vito factura, nisi scelus filia detexisset.

De Mahumete. Mahumetes adeò libidine superari se passus est, vt in veneris vsum quadraginta tum fœminas, tum mares septis inclusos haberet: apud quos ita perpotabat, vt nimio potu rationem amitteret, & somno captus humi iaceret.

De Paride. Stetissent Pergama Priamique regna diutius, nisi Patis in alienos toros intemperantior fuisset, qui peregrinæ forma captus, potius est optato. Vnde non tantum postea voluptatis, quantum mœroris retulit.

Tam effrænata & intemperanti libidine fuit Semiramus, vt domesticum equum libidinis causa adamauerit, filiumq; de stupro interpellauerit. Sed hanc matrem necate maluit, quàm incestare filius. *De Semiramide.*

Demetrius Asiæ rex intemperantior, cùm Megarã obsideret, audita Cratesipolis apud Patras insigni forma, omisso exercitu sine duce, vt cum ea conueniret, abijt. Nec eo periculo prudentiot factus, à Lamia vetula & prostituta ita captus est, vt se ab ea regi pateretur. *De Demetrio.*

Sardanapalus, omni muliere corruptior, fœmineo habitu pensa trahere inter mulieres solebat, ac nere, tumuloq; suo inscribi iussit, Id solũ quod edi, ebibi, atque voluptatibus impendi habeo, reliquorum nullam præsensio voluptatem. *De Sardanapalo.*

Artaxerxes Persarum rex, Darij filius, adeò libidini fræna laxauit, vt non contentus tercentum ac sexaginta concubinas habere, Atossam & Amistrim ambas filias vxores duxit. *De Artaxerxe*

LAVS.

Ex Cicerone.

Qui laude non ducitur, nec metu quoque mouebitur.

Si laus allicere nos ad rectè faciẽdum non potest, nec metus quidem à fœdissimis factis potest auocare. *Cic. pro Milone.*

Sinistri quidam laudatores.

Sunt qui nihil laudant, nisi quod se imitari posse confidunt. *2. Tusculan.*

Nunc tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari. *Ora. ad Brutũ.*

Est iniqua, omni in re accusanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumq; selectio. *3. de Legibus.*

Est liberum alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. *Quintus Cic. fratri 6*

Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. ficta omnia tanquam flosculi celeriter decidunt, nec simulatum quicquam esse potest diuturnũ. *2. Officiorum.*

Breuis vita data est, & memoria bene redditæ vitæ sempiterna. *Philipp. 14*

Ea est profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui & ipsi in laude vixerunt. *Ad Marc.*

Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. *Pro Rab.*

Gloria formam & similitudinem honestatis habet. *Cic. ad Cat.*

Laus & charitas sunt vitæ sine metu degendæ firmissima præsidia. *2 de Finib.*

Non est vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & splendorem & nomen amittas. *3. Offic.*

Est hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parẽtibus, à propinquis, à bonis etiã viris, & fututæ post mortem famæ, etiam detracto sensu, consulendum est. *3. de Finib.*

Neminem gloriari nisi in suo oportet. *Eam epist.*

Gloria

Ibidem. Gloria vmbra virtutis est.

Ad epist. 14 Qui virtutem publicari vult suam, non virtuti laborat, sed gloriæ.

Quint. Decla. 4 Dolere non debet, qui potest gloriari.

Idē Declam. 13 Lucrifacit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur.

Plin. Senior. lib. 13 Paruum nihil tam est, quod gloriam parere non possit.

Max. lib. 4 Non est necessaria solidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio.

Idem lib. 7 Laudare se, vani, vituperare stulti est.

Idem lib. 8 Nulla tanta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Ibidem. Gloria nec ab his etiam, qui contemptum eius introducere conantur, negligitur.

Cæsar de bello ciuili lib. 2 De suis laudibus homines insolenter quidem, & libenter prædicant.

Gell. lib. 2 Nemo tam efferis moribus est, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat.

Idem lib. 4 Magna laus non abest ab admiratione: admiratio autem, quæ maxima est, non parit verba, sed silentium.

Sal. in Iugur. Gloria maiorum, posteris lumen.

Idem in cōiur. Gloriæ itinera duo, pacis & belli.

Idem. Gloria industria alitur.

Ibidem. Gloria inuidiam vincit.

Plin. Iun. lib. 1. epist. Sequi gloria, non appeti debet.

Idem lib. 3 Postquam desinimus facere laudāda, laudari quoq; ineptum putamus.

Idem lib. 4 Omnes qui gloria & fama ducuntur, mirum in modū assentatio & laus, à minoribus etiā profecta delectat.

Ibidem. Nescio, quo pacto homines magis iuuat gloria lata, quàm magna.

Lib. 5. Laudare, est acerrimus stimulus mouendi.

Plin. Iun. lib. 8 Multò deformius amittere, quàm non assequi laudem.

Idem in Pane. Nihil non parum gratè sine comparatione laudatur.

Ibidem. Laudabilia etiam multa mali faciunt: laudare autem, nisi optimus non potest.

Ibidem. Omnibus patens est honoris & gloriæ campus.

Ibidem. Nec videri potest optimus, nisi qui est omnibus optimis in sua laude præstantior.

Curt. lib. 8 Eximia gloria aliquando fortunæ est, non virtutis beneficium.

Ibidem. Clarior laus est, quò maior est quem viceris.

Idem lib. 9 Citò gloria obsolescit in sordidis hostibus.

Lucanus lib. 2. Gratia & honor interdum in cupientibus opportuniora.

Hor. 1. epist. Principibus placuisse viris non vltima laus est.

Columel. lib. 1 In omni genere sciētiç & summis admiratio, veneratioq; est, & inferioribus merita laus cōtingit.

Cic. 2. Philip. Cuius prædicatio omnibus nondum grata est, hunc memoriæ potius quàm vocis testimonio comprobemus.

Ex Græcis.

Arist. Rhet. 1 Laus est, sermo elucidans magnitudinem virtutis.

Rhet. 1 Laudare præsentem, adulatoris est.

Ethic. 4 Laus, & gratiarum actio debetur danti, non accipienti.

De Polit. Nec ignis concipit fumum, nec gloria gignit inuidiam, si repentè vtrumq; emicuerit.

Plato de Amo. Reprehenditur collaudatio, in qua vt cūcta, & maxima præferantur, falsa proferantur.

Non est qui viuus gloriari possit. *Menander apud eundem.*

Sic lauda hominem, tanquam animal mutabile. *Plut. de Cohib. ira.*

Graui sermoni non conuenit laus ridicula.

Nulla est auditio laude suauior. *Xenoph. apud Plut.*

Gloria simul ac fama, vt persimilis, ita quoq; baud difficilis conseruatio. modicis enim fomentis opus habet: si quis verò & extingui eam, & frigere plane sinat, non sine magno negotio, vt iterum ardeat, effecerit. *Ibidem.*

In nobis est bene, & malè audire.

Qui à malis laudatur, timeat ne aliquid mali fecerit. *Lactant. lib. 1*

Boni cùm laudantur, quodammodo odio laudantes habent, si præter modum id fecerint. *Eurip. apud Stob.*

Laus tumia etiam onus est. *Zeno apud eūdem.*

Virtutis laus est propria: quippe cùm ea apti simus ad res honestas gerendas. Encomia autem ea potius attingunt, quæ tam corporis, quàm animi geruntur viribus. *Arist. Eth. 1*

Sunt quædam in quibus laudi locus nullus relinquitur, sed veniæ duntaxat: cùm ea quis facit quę non sunt facienda, ijs impulsus omnibus, quæ & naturam longè multumq; superant, & nemo possit sustinere. *Idem lib. 3*

Laudabile id omne est, quod affectione quadam optima præditum est, & ad aliud quodammodo refertur. *Ibidem.*

Ex Poëtis.

Ah, vereor coram in os te laudare amplius, *Teré. in Adel.*
Ne id assentari magis, quàm quod habeam gratū, facere existimes.

Non si quid turbida Roma *Pers. Sat. 1*
Eleuet, accedas, examenq; improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsiueris extra.

Respue quod non es, tollat tua munera cerdo. *Idem Sat. 4*
Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.

At qui fauoris gloriam veri petit, *Sen. in Thyest.*
Animo laudari magis, quàm voce volet.

Laus vera humili sæpe contingit viro. *Sen. in Thyest.*

Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis,
Loricaq;, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victæq; triremis
Aplustre, & summo tristis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc se
Romanus, Graiusq;, & Barbarus induperator
Erexit, causas discriminis atq; laboris
Inde habuit: tanto maior famæ sitis est, quàm
Virtutis.

Vsque adeo'ne *Pers. Sat. 1*
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est.

Rides, ait, & nimis vncis *Ibidem.*
Naribus indulges: an erit qui velle recuset
Os populi meruisse, & cedro digna locutus
Linquere?

Non ego, quum scribo, si forte quid aptius exit, *Ibidem.*
Quando hæc rara auis est: si quid tamē aptius exit,
Laudari metuam. Neq; enim mihi cornea fibra est.
Sed recti finemq;, extremumq; esse recuso.

Qualem commendes etiam atque etiam aspice, ne mox *Hor. lib. 1. epist. ad Lollium.*
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Fallim

Fallimur, & quondã non dignum tradimus. Ergo
Quem sua culpa premit deceptus, omitte tueri.

Ouid. 15. Met. Ergo operum, quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi sit.

Hor. 1. epist. ad Lollium. Nec tua laudabis stodia, aut aliena reprendes.

Ouid. 2. Fast. Quisq; suam laudat, studijs certamina crescunt.

3. de Ponto. Ipse ego librorum video delicta meorum,
Cum sua plus iusto carmina quisq; probet.
Autor opus laudat. sic forsitan Accius olim
Thersiten facie dixerit esse bona.

Val. Flac. lib. 5 Est autor, & rerum cunctis tutela suarum.

Iuuen. Sat. 4 Nihil est quod credere de se
Non posit, cùm laudatur dijs æqua potestas.

Plau. in Epidi. Nam strenuiori deterior si prędicat suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

Ex Cicerone alia.

Laudis amor.

Pro M. Marcello. Tantus est splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & consilij dignitas, vt hæc à virtute donata, cætera à fortuna commendata esse videantur.

Pro Archia poëta. Nisi multorum præceptis, multisq; literis mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnoperè expetendum, nisi laudem atq; honestatem: in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atq; exilij, parui esse ducenda: nunquam me pro salute vestra, in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem.

Ibidem. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse aiunt, cùm ex eo quæreretur quod acroama, aut cuius vocem libentissimè audiret, respondit, Eius à quo sua virtus prædicaretur.

Ibidem. Neq; enim quisquam est tam auersus à musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborũ facilè præconium patiatur.

Ibidem. Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisq; maximè gloria ducitur.

Pro Archia poëta. Nullam virtus aliam mercedem suorum laborum, periculorumq; desiderat, præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem detracta, quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus nos exerceamus?

Ibidem. Nunc insidet quædam in optimo quoq; virtus, quę noctes & dies animum glorię stimulis concitat, atq; admonet, nõ cum vitæ tempore esse dimittẽdam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.

Ibidem. Certè si nihil animus præsentiret in posterum, etsi quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis vigilijsq; angeretur, nec toties de vita ipsa dimicaret.

Cuidam apud Lysandrum iactanti, quòd ipsum & laudibus veheret, & aduersus obtrectantes tueretur, Duo, inquit, mihi sunt boues ruri: tacentibus ambobus certò noui, quis ignauus, quis ad laborem strenuus sit. Sentiens virtutem veram non egere laudibus humanis, quum ipsa secum ducat laudem & decus.

Agesilaus si aliquem ab alio laudari aut vituperari audiret, existimabat non minus esse discendos mores loquentium, quàm eorum de quibus loquerentur. Magis enim morbum suum produnt, quàm mores alienos detegunt obtrectatores, & qui immodestè laudant stultitiam, peruersumq; iudicium indicant.

Demosthenes cùm audiret Aeschinem & Philocratem, laudibus Philippum efferentes, primùm quòd esset facundus, tum formosus, postremo ad bibendum strenuus, dixit in his nihil esse dignum rege. Primam enim laudem sophistarum, secundam fœminarum, & tertiam spongiarum esse dicebat.

Alexinus sophista cùm multa in Stilpõtem Megarensem diceret, & quispiam dixisset, Atqui ille te nuper laudauit. Per Iouem (inquit) vir optimus est. Tam facilè ex obtrectatore factus est laudator, quòd ab eo laudatus esset. *Laus mutat animos.*

Menedemus quum audisset se ab Alexino laudari, At ego, inquit, illum semper vitupero: declarans se non posse corrumpi laudibus.

Laudis Contemptores. Latini.

Fabius Maximus ne cunctatoris quidem nomen repudiauit, dummodò cunctatio illa patriæ prodesset: nec vtilitati publicæ rumores hominum prætulit. Maluit dux vtilis esse, quàm vana prædicatione nobilitari. *De Fabio Max.*

Cincinnato nullus vnquam modestior: qui deposita dictatura confestim ad aratrum, vnde fuerat accitus, recurrit. *De Cincinnato*

Curius Dentatus consul & Imperator, legatis hostium spectantibus raps fictilibus in vasis esitauit. Cato etiam Censorius Sardiniam sortitus Prætor, ciuitates sine rheda circuiuit, cum vno duntaxat comite qui vestem ferret. *De Curio & Catone.*

Græci.

Diogenes Cynicus tantum se abiecit, vt pueris esset contemptui: & virtute contentus, famam & laudem omnem cõtempsit, maluitq; vir bonus esse, quam prædicari. Itaque magis naturæ æmulus, quã gloriæ cupidus, quod viuus repudiauit, post mortem est assequutus. *De Diogene.*

Heraclitus Ephesius, & Timon Atheniensis, tam diuersi abierunt ab hominum opinione, & multitudinis plausu, vt hic omnium commercium fugeret, ille velle r à nullo sua scripta intelligi. *De Heraclito & Timone.*

Phocion cùm Alexandri aurum pertinaciter recusasset, legati ad eum venerunt, & vxorem panem pinsentem intuiti, ipsumq; aquam haurientem multo efficacius poscere occœperunt, vt aurum acciperet. Tunc Phocion senem quendam & mendicum aspexit, inquiens, Vtrum meliorem me arbitramini, an senem illum? Atqui multò paucioribus contentus ille viuit quàm Phocion: in diem enim sibi quærit, vnde viuat. *De Phocione.*

L ANTE E.
LECTIO.
Ex Latinis.

Lectionem sine vlla delectatione negligo. *Cic. 2. Tusc.*

Lectio multorum voluminum, & omnis generis *Sen. epist.*

neris autorum, babet aliquid vagum & instabile: certis ingenijs immorari, & nutriri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat.

Ibidem. Qui legere non potest, quantum habet, sat est babere, quantum legat.

Idem epist. 86 Lectio iogenium alit.

Epist. 2 Probatos libros lege, & si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi.

Idem. Incredibile est, quantum moræ lectioni festinatiooe adijciatur.

Quint. lib. 10 Lectio libera est, nec actioois impetu transcurrit, sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue velis memoriæ affigere.

Plin. Iun. lib. 6 Multum legendum, sed non plura.

Idem lib. 9 Non solùm iudicant, qui malignè legunt.

Columell. lib. 11 Quia plerumq; euenit, vt eorum quę nemioimus, memoria nos deficiat, ea sæpius ex commentario reuocaoda sunt.

Sen. in Simil. lib. Cibus iooatans stomacho, onus est, noo cibus: idem mutatus, in vires, & sanguinem transit: sic quæ legeris, si solida durant in memoria, aliena manent: si abeunt in ingenium, tum reddunt eruditiorem.

Ex Græcis.

Arist. apud Diog. lib. 5 Non qui plurima legit, sed qui vtilia, speciosus babendus est.

Arist. Top. 3 Snidere negamus, vt ingeniosi esse videamur.

Plut. de Tuēda bona valet. Studiosis oon vacat meminisse voluptatum.

Latinorum exempla.

De Cicerone. Platonis copiam vsqueadeò effinxit M. Tullius, vt penè ille ipse sit factus: pari affectu iucunditatem Isocratis, ac vim Demosthenis est æmulatus, quorum virtutes aut exæquauit homo, aut propria vi nixus superauit.

De Tiberio. Tiberius Cæsar tanti fecit Parthenium vatem, Arianum & Euphorionem, vt trium poëtarum versus, omnibus bibliotbecis religiosè dicarit. Quos nisi frequenter legisset, tam impensè fauisset nunquam.

De Catone maiore. Cato sextum & octogesimum annum agens, Græcis literis operam dedit: cumq; eloqueotia magnam iam gloriā partam haberet, tantū lectione assidua effecit, vt iuris peritissimus euaserit.

De Inferiore. Cato inferior tanta doctrinæ cupiditate flagrauit, vt ne in Curia quidem, dum Senatus cogeretur, sibi temperaret quomious Gręcos libros lectitaret. Qua industria ostendit, alijs tempora deesse, alios teroporibus superesse.

De Virgilio. Virgilius Ennium dextra læuaq́, repertum multoties pertractauit, rerum pondera exegit, verba pensitauit. Qui rogatus quid ageret, se aurū colligere dixit ex Ennij stercore.

De Liuio Druso Liuius Drusus & ætatis viribus, & visu defectus, ius ciuile populo ioterpretatus est, vtilissimaq́; discere cupientibus monimenta composuit. Nam vt senem illum & cæcum fortuna effecit: ita neutra nec natura nec fortuoa interpellare valuit, ne non animo & videret, & vigeret.

De P. Crasso. P. Crassus cùm in Asiam ad Aristonicū regem debellandum venisset, tanta cura Gręcam linguam assequutus est, vt eam io quinq; genera diuisam penitus per omnes numeros cognosceret. Quod maximum ei sociorum amorem conciliauit: qua quis enim liogua apud tribuoal eius postulabat, eadem decreta reddebat.

De Roscio. Roscius nullum vnquam spectanti populo gestum, nisi quem domi meditatus fuerat, ponere ausus est. Quapropter non ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem commendauit: nec vulgi tantum fauorem, sed principum familiaritates est amplexus. Hæc sunt attenti & anxij, & nunquam cessantis studij præmia.

De Iul. Cæsare. Iulius Cęsar literarum studium ne in bello quidem vnquam intermisit: neq; ludos aut alia publica muoera sine lectione spectabat, sed omnium testimonia de hac re scribentium commentarij de rebus ab eo gestis scripti longè superant, ab eo inter bellorum strepitum literis mandati. Qui ita eruditi limatiq; habiti sunt, vt nullus eis manum appooere ausus sit.

De Augusto. Augustus Cæsar, quanquam prima ætate imperij admioistratione occupata esset, Mutineosi tamē bello, cùm omnia armis obstreperēt, semper vel legit, vel scripsit, vel declamauit. Itaque nec vita, quæ in summo discrimine versabatur, nec militaris cura, ac molestia eum auertebat, quomious studijs longè enixius, quàm alij in magno otio soleant, operam impenderet.

De Adriano. Adrianus Imperator, etsi imperij occupationibus detineretur, Arithmeticæ tamē, Geometriæ, Musices, & Astrooomiæ studia prius noo intermisit, donec scripserit & dictarit, & loquutus fuerit. Tanta igitur in Imperatore multarū rerum fuit scientia, cuius si dimidia pars vel in priuato vel otioso homine inueniretur, id etiam amplissimū videri posset.

Ex Græcis.

De Platone. Plato diuinus tantum Pythagoricæ disciplinæ tribuit, vt Philolai Crotoniatæ magno pretio emerit libros: emptos tanto studio lectitarit, vt ad eius defuncti caput reperti sint.

De Alexādro. Alexaoder Macedo Homeri carminum lectione captus, tanto eius rei studio tenebatur, vt aureū scrinium gemmis insignitum in Dariana præda repertum in eum vsum legerit, vt Homeri opera io eo iocluderentur.

De Demosth. Demosthenes cùm ioitio iuuentę artis, quam affectabat, primam literam eloqui oon posset, tanto studio vitiū oris expugnauit, vt oemo eo plenius loqueretur. Acerbam auditu vocem & exilem exercitatione correxit. Lateris firmitatē vno spiritu, ad littus maris pronunciando quàplurimos versus, pensauit.

De Platone. Plato patriam Athenas, præceptorem Socratem sortitus, & locum & hominem doctrioæ fertilissimum, cùm omnium mortalium sapientissimus baberetur, eo siquidem vsque, vt si Iupiter cælo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurus videretur: Aegyptum peragrauit, vbi à sacerdotibus eius gentis, multiplices Geometriæ numeros, & cælestium obseruationem percepit. Tanta enim vi, tanta copiæ literarum vndique colligendæ cupiditate mouebatur, vt inuicem per totum ferè orbem deferri studio gauderet. Altero etiam & octogesimo anno decedēs, sub capite Sophronis ou-

metos habuisse fertur: sic ne extrema quidem hora eius, agitatione studij vacua fuit.

De Democrito. Democritus etsi tantis opibus vndiq; affluxerit, vt pater eius Xerxis exercitui epulum dare potuerit: vt magis vacuo animo in literas incumberet, parua admodum summa retenta, patrimonium suum patriæ donauit. Athenis permultis annis moratus, cùm omnia temporum momenta ad percipiendam doctrinam cōtulisset, ignotus illi vrbi vixit.

De Carneade. Carneades nonaginta expletis annis, idem illi viuendi ac philosophandi finis fuit. Ita enim se mirificum doctrinæ operibus addixerat, vt cùm cibi causa recubuisset, cogitationibus inhærens, manum ad mensam porrigere obliuisceretur: sed Melissa inediæ succurrendi officio dextram necessarijs vsibus aptabat. Tantum animo fruebatur vita, corpore verò quasi alieno circundatus erat. Idem cum Chrysippo disputaturus, helleboro se antè purgabat, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius.

De Anaxagora Anaxagoras cùm post diuturnam peregrinationē patriam repetisset, & possessiones desertas vidisset, Nō essem, inquit, ego saluus, nisi ista perijssent. Nam si prædiorum potius, quàm ingenij culturæ vacasset, non tantus ad eos redijsset.

De Archimede Archimedes captis Syracusis lectionis & studij sui acerrimi pœnas dedit. Dum enim animo & oculis in terram defixis formas describit, militi qui prædandi gratia domum irruperat, strictoq; super caput gladio, quisnam esset, interrogabat: nimia inuestigandi cupiditate quod requirebat, nomen indicare non potuit, sed protecto manibus vulnere, Noli inquit obsecro, istum circulum disturbare. Ac perinde victoris gladio obtruncatus est, licet Marcellus eximia hominis prudentia delectatus, vt capiti eius parceretur, edixisset.

De Socrate. Socrates ætate prouectus fidibus tractandis operam dedit, iudicans satius esse serò artis eius vsum, quàm nunquam percipere. Et pertinax hominis industria tātis doctrinæ suæ diuitijs etiam musicæ rationem accedere voluit. Ita dum ad discendum se pauperem credit, ad docendum se locupletissimum fecit.

De Cleanthe. Cleanthem tam laboriosè hauriētem, & tam pertinaciter tradentem sapientiam industriæ numen suspexit, qui aquam hauriret noctu ad inopiam sustentandam, vt interdiu Chrysippi præceptis vacaret. Ad vndecentesimum annum attenta cura auditores erudiuit: & duplici labore vnius seculi spatium occupauit, incertos efficiens quosuis, an discipulus, an præceptor clarior euasisset.

De Solone. Solon dicere solebat se quotidie aliquid addiscētem senescere. Quod supremo vitæ die confirmauit, cùm assidentibus amicis, & inuicem de quodam sermone disserentibus, moriturus caput erexit, rogatusq; cur id faceret, Vt cùm, inquit, istud quicquid est, de quo disputatis, percepero, moriar.

De Themistocle Themistocles maximarum rerum cura districtus, omnium tamen ciuium nomina memoria comprehendit. Iniquè patria pulsus, & ad Xerxem confugere coactus, priusquam in conspectum eius veniret, Persico sermoni se assuefecit, vt regijs auribus familiarem vocis sonum adhiberet.

Cyrus omnium militum suorum nomina, Mithridates duarum & viginti gentium, quæ sub regno eius erant, linguas discendo. Ille, vt sine monitore exercitum superaret: hic, vt eos, quibus imperabat, sine interprete alloqueretur. *De Cyro.*

Archelaus nunquam cubitum ibat, quin quasi solenniter aliquid ex Homero lectitaret, ad amasium suum ire se dictitans. *De Archelao.*

Achilles laboriosissimus ille nullum studium prius relinquebat, quàm eundem fames diuexasset. *De Achille.*

Adeò doctrinæ studiosus fuit Democritus Abderites, vt omnibus relictis in Chaldæam proficisceretur, ob id solùm, vt Astronomiæ operam daret: neque eo contentus in Persidem transiuit, & Geometriæ mensuram didicit. Athenas postea profectus, doctrinæ maiori amore captus, vt magis ei ex animi sententia vacaret, oculis se priuauit, corporique tenebras obiecit, vt animo plus cernere posset. *De Democrito Abderita.*

C. Plinius, quanquam in armis & magistratibus obeundis penè totam transegerit ætatem, tam multa scripsit, vt etiam otioso *perdifficile sit* omnia scripta perlegere. Nec verò cùm otium erat, tantùm literis operam dabat, sed in mensa quoque legentem audiebat; lectica etiàm vehebatur, vt in via vel legere vel scribere posset. Tanto intelligendi studio captus ad extremum fuit, vt dum nimis in Vesuuium montem flammas eructantem contemplandi causa, se proijcit, fumi magnitudine præfocatus interierit. *De C. Plinio.*

Summum studium in Diodoro Siculo fuit, qui triginta annos historias scribendo consumpsit, & ne in ijs erraret, maiorem Asiæ atque Europæ partem perlustrauit. *De Diodoro.*

Epictetus pari diligentia summis laudibus celebrandus, seruus & omnium pauperrimus, adeò vt vnde fores obseraret tugurij, non haberet, ijs superatis incommodis peritissimè permulta in Philosophia scripsit. *De Epicteto.*

Cleãthes permagno studio & industria vsus est: qui cùm pugil esset, adeò se philosophiæ studijs accendit, vt cùm ob inopiam chartas coemere in scribendi vsum non posset, quod audiebat, in tegula vel osse notabat. *De Cleanthe.*

Mirum in modum discendi studio incensus Apollonius Tyaneus, omnia petebat loca, in quibus aliquid se discere posse intelligeret: nec eum itineris longitudo, neq; pericula, aut impendia retinuerunt. Nam vt Brachmanum sciētiam haurire posset, Persas, Albanos, Scythas, Caucasum montem prætergressus in Indiam peruenit. Inde per Babylonios, Chaldæos, Medos, Parthos, Assyrios, & Arabes in Aegyptum, omnibus in omni scientiarum genere doctior regressus est. *De Apollonio Tyaneo.*

Antisthenes Socratem cùm audisset disputantem, eius amore captus est, & ad discipulos, quos habebat, conuersus, vt alium præceptorem quærerent, monuit: sibi enim se præceptorem inuenisse aiebat. Et omnibus fortunis relictis, vno *De Antisthene.*

tantùm

taorũm pallio tectus Socratem ſequutus eſt, opibus & curis liber, quæ eum à ſtudijs auertere poſſeot.

Laſthenia, Mantinea, Axiotea Phliaſia pari ſcientiæ ſtudio arſerunt cum habim virili induto, vt expeditius Platonis doctrinã ſequerentur, nequaquam laſciuo ſexu impeditæ, quominus cum Platonis diſcipulis ſtudio proficerent.

Hyparchia Marooea, fotma & opibus præclara, doctrinæ ſtudio capta, viros opulentiſsimos ſpreuit, vt inopem Cratem philoſophum ſequeretur, cum quo nudis pedibus orbem terrarum philoſop bando peragrauit.

Lectio varia non ſemper vtilis.

Cuidam apud Ariſtippum iactanti quòd multiplicis eſſet eruditionis, & multa perlegiſſet, Quemadmodum, inquit, qui plurimũ edunt, non plus valent ijs qui modicè ſumunt: ita non qui plurima, ſed vtilia legerunt, ſtudioſi & eruditi ſunt.

L E X.

Ex Cicerone.

1 de Legib. Lex eſt ratio ſumma, inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria.

Philipp. 11 Lex nihil aliud eſt, niſi recta & à numine deorum tracta ratio, imperans hoocſta, prohibensq; contraria.

3. de Orator. Legibus propoſita ſunt ſupplicia vitijs, præmia virtutibua.

2. de Legibus. Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemq; virtutum: ab ea enim viuendi doctrina ducitur.

1. de Orat. Docemur authoritate nutuq; legum, domitas habere bbidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri: ab alienis meotes, oculos, manua abſtinere.

2 Offic. Leges ſunt inuentæ, quæ cum omnibus vna & eadem voce loquerentur.

In Vatin. A maioribus noſtria nulla alia de cauſa leges ſunt inuentæ, oiſi vt ſuos ciues cooſeruarent.

2. de Legibus. Ad ſalutem ciuiũ, ciuitatumq; incolumitatem, vitamq; bominum & quietam & beatam cooditæ ſunt leges.

Ea virtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendia, nihil ſibi niſi ſalutem atque vtilitatem Reipub. proponerent.

1. de Inuent. Neque enim ipſi quod obeſſet, ſcribere volebant: & ſi ſcripſiſſent, cùm eſſet iotellectum, repudiatum iri legem intelligebant.

1 de Leg. Nihil eſt iam aptum ad ius, conditionemq; naturæ, qoàm lex, ſine qua nec domus vlla, nec gens, nec ciuitas, oec vniuerſum genus homioum ſtare, nec rerum oatura omnis, nec ipſe mundus poteſt.

Pro Cluent. Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & conſilium, ſententia ciuitatis, poſita eſt in legibua.

Pro Cæcin. Ius amitti noo poteſt ſine magno incommodo ciuitatis.

Famil. 9 Omnia ſunt incerta, cùm à iure diſceſſum eſt.

Pro Cæcin. Maior hæreditas venit voicuiq; ooſtrûm à iure & legibua, quàm ab ijs à quibus illa bona relicta ſunt. Nam vt perueniat ad nos fundus, teſtamẽto alicuius fieri poteſt, vt retineamus quod noſtrum factum eſt, ſine iure ciuili non poteſt.

Hoc ſpectant leges, hoc volũt, incolumem eſſe ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coërcent. 3. Offic.

Legis eſt perſuadere, oõ omnia vi ac minis cogere. 2. de Legibus.

Si eſſet iſta cognitio iuris magna ac difficilis, vtilitatis tamẽ magnitudo deberet bomines ad ſuſcipiendum diſcendi laborem impellere. 1. de Orat.

Domus iuriſconſulti, totius ciuitatis oraculum eſt. Omnia iudicia aut diſtribuendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt. 1. de Orator.

Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus & neruis ac ſanguine & membris vti non poteſt. Pro Cluent.

Vt ex medicina nibil oportet putare proficiſci, niſi quod ad corporis vtilitatem ſpectat, quoniam eius cauſa eſt inſtituta: ſic à legibus oihil conuenit arbitrari, niſi quod Reipub. conducat, proficiſci, quoniam eius cauſa ſunt comparatæ. 1. de Inuent.

Ex Apophtheg. Eraſ.

In Repub. bene ioſtituta ſuprema autoritas eſt legibus deſereoda: oec vlli magiſtratui fas eſt quicquam contra leges publicas tentate.

Noo aliunde florent Reſpub. quàm ſi legum vigeat autoritas.

Ibi tyrannis oriri non poteſt, vbi ex arbitrio priſcarum legum geruntur omnia.

Norma coniugis vir eſt, quæ vectè viuit, ſi ille publicis legibus obtemperet.

Negotiũ, quod pro legibus ac iure ſuſcipitur, nportet omni carere iniuria.

Legibus conuenit autoritas, non contrà.

Multo pulchrius eſt ac difficilius regnum rectis legibus ſanctiſq; moribua exornare, quàm armis regno bellum addere.

Qui contra legea aliquid admiſerit, non conuenit vt regi opituletur.

Leges non omoia præſcribunt: at virtutis regula docet vbiq; quid ſit honeſtum, quid turpe.

Qui legibus ac magiſtratibus oeſciunt obſequi, nõ ſunt gerendo magiſtratui idonei.

Vbi ſumma eſt legum autoritas, ibi eſt minimum tyrannidis.

Quiſquis violat leges, non vnum ciuem lædit, ſed totam Rempub. quod quidem in ipſo eſt.

Non agnoſcunt leges ac iura miſeros. Quint. Decl. 12

Publica inſtituta priuata pietate præferẽda iudicio. Max. lib. 2

In minimis quoq; rebus omoia antiquæ conſuetudinis monumenta ſeruanda ſunt. Idem lib. 2

Legibus ſolui licet in caſu opportuno. Liuius lib. 10.

Legum imperia potentiora quàm bominum. Dec. 1

Lex noua ſemper abrogat antiquæ. Idem lib. 2.

Res fortis lex eſt, ſi principem habeat. Dec. 1

Idem lib. 3

Pub. Mimus.

Ex Poëtis.

Pareto legi quiſquis legem ſanxeris. Auſonius.

Inde datæ leges, ne fortior omoia poſſet: Ouid. 3. Faſt.
Cœptaq; ſunt purè tradita ſacra coli.

Quid leges ſine moribus Horat. Ode 24.
Vanæ proficiunt? ſi neq; feruidis lib. 3

Pars inclusa caloribus
Mundi,nec Boreæ finitimum latus,
Durataq; solo niues
Mercatorem abigunt,horrida callidi
Vincunt æquora nautæ?

Plau.in Epidic. Hic erit optimus, hic poterit cauere rectè, iura & leges qui tenet.

Mihi non videtur,quod fit factum legibus,

Teré. in Phorm. Rescindi posse,& turpe inceptum est.

Petronius. Quid facient leges,vbi sola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla potest?

Plau in Trinū. Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam.
Ex miseræ etiam
Ad parieté sunt fixæ clauis ferreis,vbi malos mores
Adfigi nimio fuerat æquius.

Lucan.lib 3. bel.Ciuil. Pereunt discrimine nullo
Amissæ leges:sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes.

Iuuen.Sat.8 Respice quid moneant leges,quid Curia mandet.

Pers.Sat 5 Publica lex hominum,naturaq; continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Iuuen.Sat.2 Dat veniam coruis,vexat censura columbas.
Lege omnia fiunt & iudicantur.
Leges sequi patrias pulchrum est.
Vi præsente nihil potest lex.

Pub.Mim. Improbus orator leges subuertit.

Ex Græcis: & primùm ex Platone.

In Ciuil. HOSP. Lex nequit, quod optimum omnibus est, & iustissimum, syncerè comprehendēdo semper ita vt operæpretium est,præcipere.

HOSP. Legem cernimus ad hoc ipsum niti, quasi hominem quendam pertinacem & imperitum, qui nihil quàm quod ipse constituisset,fieri permittat: sed nec rogari etiam, si quid noui præter illius ordinem potius meliusq; alicui videatur.

HOSP.Legum conditorem putemus suis gregibus præsidentem,deq; iustis operibus mutuis've cōmercijs iura dantem, non posse,dum cunctis in vnum consulit, ad singulorum commoditatem ius've prospicere. SOC. Consentaneū est. HOS. Cæterùm,vt arbitror,quod & plurimis,& plurimum conducit,communiter instituet, ac huiusmodi leges & scriptis & non scriptis, sed patrijs moribus inducet. SOCR. Rectè.

In Protag. HIPP. Lex,tyrannus hominum, multa præter naturam cogit.

7.de Rep.Dial. SOC. Oblitus es ô amice, hoc legi curæ non esse, vt vnum quoddā genus in ciuitate imprimis sit beatum,sed vt tota ciuitas.Profectò ad hoc ciues ipsos persuasione & impulsione conciliat, facitq; vt mutuò sese adiuuent, communemq; pro viribus vtilitatem colant.Nempe lex ciuili cœtu homines cōgregat,non vt permittat vnumquemq; quo lubet ferri, sed vt ipsis ad copulam ciuitatis vtatur.

1.de Leg.Dial. ATH.HOSP. Vobis rectè nec'ne cōstitutæ sint leges, vna certè lex est optima, quæ iubet ne quis iuuenum quærere audeat, rectè'ne an contrà se leges habeat.Sed vno omnium ore,vnaq; voce, rectè tanquam à dijs positas cōcedi præcipit, nec vllo modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari:senem autē,si quid excogitarit,principibus & æqualibus nemine iuuenū audiente referre.

ATH.HOSP. Eorum qui de legibus considerant, cogitatio penè omnis de voluptatibus & doloribus,tam circa publicos quàm priuatos cuiusq; mores esse debet. Duo namq; hi fontes natura scaturiunt: à quibus qui haurit, vnde, quando, quantumq; oportet,fœlix est, priuatus scilicet & ciuitas,omneq; animal:qui autem insipienter,& præter opportunitatem contrà viuit,infœlix. *Ibidem.*

ATH.HOSP. Diximus ad tria quædam esse latori legum respiciendum,vt ciuitas,quę legibus instituitur,libera sit,sibi ipsi amica,& mentē habeat. *3.de Leg.Dia.*

ATHEN.HOSP. Legum sanctio ciuitatisq; constitutio est ad virorum virtutem omnium perfectissima. *Ibidem.*

ATH.HOSP. De hominibus maximum studium legislator habebit, ac diligēter rimabitur omnia, vt singulis consentanea scribere queat,tum de lustratione,tum de cæteris omnibus actionibus. *5.de Leg.Dial.*

Nullum supplicium lege factum ad malum tendit, sed duorum alterum ferè semper solet efficere: nam aut melior,aut certè minus prauus,qui pœnas dedit,fieri solet. *9.de Leg.Dial.*

Ad faciendum eum virum,qui didicit bonū,*scripta* legum, præ cæteris doctrinis, si rectè se habent, maximè conferunt. Neq; enim temerè *miranda* diuinaq; lex menti nomen proximum *possidet. νόος* enim mentem,*νόμος* verò legem significat. *11.de Leg.Dia.*

SOCR. Veruntamen opinio quædam lex mihi videtur,& vera.At opinio vera,veritatis est inuentio.Lex itaq;,veritatis inuentio meritò est. *De Leg.lib.1.*

Cretēses priscorum omnium legumlatores excellentissimi fuerunt,hominumq; pastores. *Ibidem.*

CALLIC. Videtur mihi Pindarus rectè sensisse, cùm legem omnium mortaliū regionem esse ait, atq; immortalium : eamque ius agere violenter præpotenti manu. *In Gorgia.lib. 14*

ADIM. Custodes legum & ciuitatis si non sumus, omnem ciuitatem perdimus. Custodes autem soli opportunitatem habent ciuitatem custodiēdi,beatamq; reddendi. *De Iuste.*

Illud legislatoribus multi præcipiunt, vt leges huiusmodi ferant,quales multitudo & populus libenter suscipiant. *De Leg.Dial.3*

Quicquid in ciuitate legis est particeps, cuncta ex en bene procedūt. Quæ verò lege carent,ea etiā bene disposita confunduntur. *Dial.4*

Legum optimarum officium est,ita animos hominum instituere, vt oderint iniustitiam:iusti verò naturā vel diligant, vel saltem nō oderint. Quos insanabiles legislator esse senserit,vltimo supplicio afficiet:vt horū exemplo cæteri deterreantur. *Dial.9.de Leg.*

Natura omnis bonum expetit,lege autem ad æqualitatem seruandam ducitur. *1.Dial.de Rep.*

Necesse est leges hominibus ponere,vt secundum leges viuant. Nam si absq; his viuerent,nihilo à feris atrocissimis discreparent. *9.Dial.de Leg.*

Legum latio ad regem pertinet. *Plato de Regno*

Lex est veritatis imitatio. *Ibidem.*

Lex est hominibus temperatis Deus, intemperatis verò voluptas. *Epist.9*

Qui legibus seruit,dijs seruit. *Dial.4.de Leg.*

Necessariū est legi suffragari,naturæ antè cōdolere.

Accipite ô Syracusani,primùm eas leges, quæ vobis videbuntur non ad quæstum animos vestros conuertere cum cupiditate nimia:sed quæ inter

inter animam, corpus, & pecuniam, animæ virtutem pretiosissimam efficiant. Hæc quidem efficieos coostitutio, lex erit optimè nobis cōdita, vtentes se fœlices reddens.

Ex Aristotele.

1. Polit. Sicut optimum animalium homo lege fruens, sic pessimum animalium est homo à lege & iustitia separatus.

Arist. Eth. lib. 5. cap. Iniustus videtur qui leges violat, & qui nimio studio amplificandæ rei teoetur, vt perspicuū est iustum esse eū, qui pareat legibus, & qui æquus sit.

Ibidem. Iustum est quod leges iubent: & iniustum id, quod contra leges, & iniquum.

Violare leges, iustitiam omnem complectitur, funditurq; per omnem iniustitiam.

Ibidem. Quæ à disciplina ferendarum legū constituta sunt, ea legitima habentur. Leges autem iubēt omnia, in quo vel communem omnium vtilitatem exquirunt, vel optimorum, vel principum: idq; vel actionibus virtutum, vel quia ius alia ratiooe assequuntur.

Ibidem. Lex forti officium suum præscribit, vt non deserere ordinem, nec fugere, nec arma abijcere: & temperato, non adulterari, nec vi coostuprare: & clementi, non verberare neq; conuitiari.

Ibidem. Salutaris quidem habēda est lex, quæ rectè lata est: quæ verò inconsultè, perniciosa.

Cap. 10. lib. 5. Eth. In hoc vis omnis æqui posita est, vt correctionem quandam legi adhibeat, quia ab ea aliquid abest propter generalem sine exceptione comprehēsionem. Lex enim omnis generalis est.

Ibidem. Cur lege non omnia caueantur, causa est, quòd de quibusdam lex ferri non potest.

Ibidem. In studijs omninò per omne tempus ętaos, legibus opus est. Pleriq; enim vi potius quàm ratione, & pœna magis quàm honestate, ad officium impelluntur. Quocirca quidam latores legum putant debere adhortari, & ad virtutem incitare honestatis studio, quòd consuetudine in primis sint obtemperaturi boni: in eos autem qui parere nolint, nec generosi sint, pœnas & supplicia constituere.

Ibidem. Lex vim habet ad cogendum idoneam, quæ sit mens, ratioq; prudentis.

Ibidem. Lex non est inuisa, quippe quæ bonum, æquumq; decernat.

Ex Demosthene.

In Orat. cōtra Arist. Vniuersa homiuum vita, Atbenienses, siue magnā vrbem incolant, siue paruam, oatura & legibus guberoatur. Horum porrò natura incerta & versatilis est: leges autem communes, & ordinatæ sunt, idemq; præscribunt omnibus. Atque inde tales in delicta ruere facilè iouenias: leges verò iustum & vtile imperant, & idipsum quæritant: quod cùm fuerit inuentum, commune istud fit edictum, ac proponitur omnibus par & æquale, idq; lex est, cui parere decet, cùm propter multa, tum maximè, quia omois lex inueorum sanè & dooum est deorum, decretum verò hominum prudentum, recta porrò vel spontaneorum vel culpa admissorum delictorum correctio, ciuitatis communis couuentio, iuxta quam omnes viuere oportet qui in ciuitate sunt.

Orat. 1. contra Aristog. Legibus & earum obseruantia exornantur omnia.

Nihil omninò oeq; pulchrū, oeq; decorū reperiri potest, quod non cum lege aliqua communicet. Orat. 1. contra Aristog.

Si leges abrogentur, & cuiuis licentia faciēdi quicquid voluerit data sit, oon solùm Respub. pessum ibit, sed nec quicquam iotererit inter oostram & ferarum vitam. Orat. 1. contra Aristog.

Postquam omnibus in confesso est, leges secundū deos ciuitatem tueri, oportet vos omnes perinde ac si sederetis ad tributum exigendum, obtēperantem quidem istis laudare tanquam integrum salutis tributum pensitantem patriæ, minus obedientem verò punire. Ex Ora. contra Aristog.

Par & æquum legibus acceptum ferre debetis, & quæ booa vobis sunt omnia, legum benignitate habetis. Contra Midiā.

Legum vis & authoritas quæ est? vtrum si quis vestrum iniurijs affectus exclamauerit vt ipsæ accurrant, & præseno̊a sua opem ferant? Minimè genoum. Literæ enim depictæ sunt, oeque istud præstare possunt. Quænam igitur earum vis est? si vos eas confirmeris, & semper ratas firmasq; exhibeatis earum opem imploraoō. Ex Orat. cōtra Midiam.

Omnia quæ præclara sunt, quæq; augusta, & per quę ciuitas decoratur, ac conseruatur liberorum erga parentes obseruantia, iuuenum erga maiores natu reuerentia, & moderaoo legum additamento & ope turpitudinem, immodestiam, audaciam, impudeotiam fugiant. Ex Orat. 1. contra Aristog.

Quæ sanè corporibus eueniunt ægrotaoooes, medicorum iodustria & ope curantur: animorum verò ferocitatem propulsant, ac eijciunt legumlatorum senteoœ. Orat. 1. contra Arist.

Entendum est profectò, vt omnes leges quàm rectissimè se habeāt, imprimis autem hæ, per quas paruam aut magnā licet esse ciuitatem: hæ verò sunt, quæ boni aliquid faciētibus præmia decernūt, quæq; cōtra faciētibus supplicia cōstituunt. Ex Orat. ad Leptin.

Duas ob causas omnes feruotur leges, tum vt nemini quicquam iniusti liceat agere, tum vt ijs, qui istbæc transgressi fuot, supplicio affectis, cæteri meliores afficiantur. Orat. 1. contra Aristog.

Cùm leges feruntur, vidēdum est quænam & quales sint: vbi verò latæ sunt, eas conseruare, ijsq; vti decet: nam & iurameoti sanctitas, & alioquin iustitia flagitat. Contra Midiā.

Decet vos, qui iudicijs exercendis semper præfecti estis, leges conseruare, & eas validas & fortes reddere: harum enim beneficio probi improbis meliores euaduot. Orat. 1. contra Aristog.

Illi Locrenses sic putāt oportere veteribus vti legibus, instituta, moresq; patrios tueri, oec ad cuiusq; voluntatem & inturiarum impunitatē leges ferēdas esse: vt si quis velit legem nouā ferre, in laqueū collum inferēs legē ferat: at si honesta & vtilis esse videatur lex, viuit qui eā tulit, & abiit sin minus, constricto laqueo perit. Cōtra Timocr.

Soloo existimat argenteum quidem numisma esse priuatarum commutatiooū causa inter priuatos repertum, leges autem putat ciuitatis numisma esse. Itaque iudices oportet multo magis, si quis istud quod ciuitatis sit numisma, corrumpat & adulterinum inducat, odisse & punire, quàm si quis illud quod priuatum sit. Contra Timocr.

Non'ne ridicula existimabitur esse ciuitas, si legem tulisse videtur, quę sacrilegos tueatur & cōseruet? Ibidem.

Contra Midiā. Si quis iniurijs quempiam affecerit, siue puerum, siue mulierem, aut quicquam legibus prohibitum in istorum aliquem fecerit, quicumque volet eum apud Thesmothetas deferat.

De Falsa legatione. Si leges & Rempub. prodideritis, non inuenietis qui vestri misereantur.

Ex Orat. cōtra Androt. Longè profectò grauius est scelus, scribere contra leges, quàm tributum non soluere.

Ex Orat. 2. contra Arist. Sic exactissimè cognoscetis quanta proficiscitur vtilitas ex bonarum receptarumque legum obseruatione, quantumq; damnum ex earum contemptu, si legum commoda seorsum, & quæ ex earum violatione eueniant damna, ob oculos posita perspiciatis.

De Falsa legat. Nullus est vsus ciuitatis, quæ neruos aduersus sceleratos & iniurios non habet, neq; Reipub. In qua venia & amicorum preces plus valent quàm leges.

Orat. 2. contra Aristogit. Illud est Democratiæ summum præsidium, hostes vel consulendo vel pugnando superare, legibus autem siue volentes siue repugnantes minores se gerere.

Olynth. 3 Neminem censeatis tantæ apud vos authoritatis esse, vt qui leges transgressus fuerit, inultus maneat.

Contra Midiā. Oportet legum violationes omnibus communes existimare in quocumque tandem deprehendantur: neq; vllum tantum beneficium in Rempub. neque homo quisquàm, neque dolus aliquis, aut aliud quicquam excogitari debet, cuius gratia, qui leges violauerit, non luat pœnas.

Ex Orat. de Corona. Illud ab omni ratione alienum censeo, cùm is qui contra leges aliquid loquutus fuerit, si conuincitur, tertia parte corporis sui multetur infamia, eos qui non dictis, sed factis leges transgressi sunt, nullas dare pœnas.

Ex Menandro.

Non omninò concedendum est malis,
Sed resistendum: sin minus, sursum atque deorsum
Vita nostra inopinatò tota peruertetur.
Leges perquàm egregia res sunt: sed is qui legibus vtitur,
Nimium exactè, sycophanta esse videtur.

Ex Euripide.

Gubernari oportet malos à bonis, & parêre se melioribus.
O senex, ne cum regibus contenderis:
Venerandos enim esse principes, antiqua lex est.
Improbos in ciuitate nunquam promoueris.
Mali enim, vel pecunijs ditati,
Vel aliquo Reipub. magistratu aucti,
Exultant, repentè fortunatis ipsorum domibus factis.

Ex Sophocle. Nihil est ciuitati præstantius, quàm leges
Rectè positæ. Nam & inferioris homo sortis,
Et qui ditior est, æquale ius experiuntur.
Vincit autem minor maiorem, si iustam causam habeat.
Proinde in posterum quidem sciemus dijs
Cedere, & Atridas colere discemus
Principes: quare concedendum est ipsorum dignitati.

Nam & terribilia, & fortissima quæq;,
Locum dant honoratioribus. Idcircò niuales
Hyemes loco cedunt fœcundæ æstati:
Et ambitus atræ noctis concedit
Albis equis inuectæ diei, vt luce sua splendeat.

Et legem dicũt orationem esse grauem & rectam, quæ facienda imperet, non facienda prohibeat. Cùm autem lex ciuilis sit, legitimus etiam ciuilis erit. Legitimum enim virum esse, qui legem & sequatur, & quæ præcipiuntur, faciat. Legisperitum verò, eum qui legem interpretari calleat. Nullum autem malorum vel legitimum, vel legisperitum esse. *Stoicorum.*

Legislator existimabat oratorem pulpitum aditurum, non orationis prius curam habuisse debere, quàm vitæ suæ.

Iustitia est ea facere, quæ fieri oportet: iniustitia autem, facienda non facere, sed declinare. *Demetrius.*

Interficienda sunt omnia omni studio, quæ præter fas iniuriam inferunt: & qui ipsa occiderit, is cupiditatis suæ, causæ vel iuris, confidentiæ & possessionis, in toto orbe meliores partes ac priuilegium habere decet.

Vt de feris & serpentibus nobis inimicis scriptum est, sic aduersus homines facere licitum *mihi* videtur: nempe vt hostis vbiuis gentium secundũ patrias leges occidatur, si nulla lex obstet. Aliquando enim lex prohibet, & sua quibusq; sacra, fœdera & iuramenta.

Furem & latronem quemuis occidens, aut manu sua, aut iussu, innocens habendus est.

Omnes qui vrbem ac regionem inhabitant, persuasos esse oportet deos esse: deinde colendi dij sunt, vt bonorum authores. Singulos igitur animam suam habere decet, ab omnibus malis puram. Nam ab improbo non colitur Deus, neque sumptibus capitur. Quocirca opus est quemque pro virili bonum esse, & factis, & voluntate. Cæterùm omnes admonitos velim meminisse deorum, qui & sunt, & pœnas ab iniustis sumunt: atque ob oculos ponere tempus istud, quod vnicuiq; finis est vitæ futurum. *Zaleuc.*

Qui vrbem habitant, deos venerari debent. Præterea cunctos oportet obedire legibus, principes reuereri, eisq; exurgere, & quod præcipitur, facere. Si quidẽ post deos, proximis honoribus afficiunt leges ac principes.

Nemo maledictis petat, neq; ciuitatem, neq; vllum priuatim: sed legum custodes eos qui delinquũt, obseruent, admonendo primùm, deinde nisi pareant, multando.

Ex conditis legibus si quæ videbitur non bene lata, in meliorem formam mutetur. Confirmatis verò & permanentibus omnes obediunto. Nã positas leges ab hominibus vinci nec decet, neq; conducit: contrà homines superari à lege præstantiori, honestum simul & vtile est.

Si quis voluerit sancitas leges mouere, aut nouam statuere, is collo in laqueũ immisso de lege verba faciat: & si per suffragia videatur legem veterem esse tollendam, aut nouam bonam esse, indemnis maneat: contra, si melius lex habere videatur prior: & quæ noua proponitur, iniusta sit, is qui mouet, infertq; legem, laqueo attracto moriatur.

Ex

Ex Chæronde.

Consultantes agentesq; aliquid, à dijs auspicari debent. Optimum enim est Deum causam & authorem esse omnium. Præterea à malis facinoribus abstinendum est, propter concordiam cum Deo.

Adiuuet vnusquisq; seipsum, & incitet ad iusta secundum dignitatem agenda.

Viro aut mulieri ob iniustitiam à ciuitate notatis, nemo auxilietur, neq; conuersetur: secus ei exprobretur, quòd similis sit illi, qui cum versatur.

Eximios & bonos viros amare, eisq; familiariter vti conuenit: & probitatis comparandæ virtutisq; gratia, vt eis initiemur. Cæterùm iniuria affecto ciui vel in patria, vel in peregrina regione, opem ferre decet.

Peregrinum quemuis, qui in patria sua colitur, secundum leges proprias familiariter suscipito, ac remittito, Iouis Hospitalis memor.

Senes iunioribus præeant, eosq; commoneant, ita vt appareat iuuenes ideò reuereri eos ac erubescere, vt pudore ipsi à malis abstineant. Nam vbi senes impudentes sunt, ibidem liberi nepotesq; impudentia laborant. Vbi autem pudor abest, ibi contumelia & iniustitia sequuntur.

Veritatem & honestatem quisque colat, turpitudinem atque mendacium oderit: nam hisce notis malitia discernitur, atq; etiam virtus. Quare statim à pueris assuefacere oportet, castigando mentientes, veritatis studiosos amando, vt quod in virtute optimum est, animis singulorum inoascatur.

Temperantem se quisque potius quam sapientem videri studeat. Nam simulare sapientiam, magnum est imperiti animi signum. Temperantiæ autem simulatio debet esse vera.

In principes vt in parentes nos beneuolos esse decet, obedientes ac ipsos venerantes. Qui aliter senserit, mali consilij pœnam dabit dæmonibus, qui indigetes patroni ciuitatis sunt.

Principes subditis iustè præesse oportet, tanquam liberis suis, inimicitiam & iracundiam in iudicando sapientes.

Laudari & celebrari debent locupletes quòd tenuioribus suppeditent, eos seruent qui patriam defensuri sunt, illis suppeditent, qui fortunæ culpa non intemperantia pauperes sunt.

Pro maximis sceleribus habeantur deorum contemptus, parentum afflictio, legum, principumq; neglectus, & contra iustitiam ignominia. Contrà iustissimus est qui ea honorat, & contemnentes iudicat.

Pro patria mori honestius ducatur, quàm vitæ cupiditate patriam deserere. Præstat enim honestè mori, quàm turpiter viuere.

Defunctos non lacrymis, aut miseratione, sed bona recordatione honorare oportet: ingratitudo enim erga inferos dæmones videri potest, si dolor admittatur.

Nullus damnum iniustè passus, vlla in re conuitijs agat. Benedictia enim multò diuinior est, quàm maledicentia.

Ciuis qui vicerit iram, longè melior illo censendus est, qui ira delinquit.

Diuitijs seruiens contemnatur, vt pusillanimis, illiberalis, & vilis animi homo existimetur. Magnanimus enim, nulla tali, quantumuis magna, perturbatur fortuna.

Turpia nemo loquatur, ne factis obscœnis animum inquinet. Nam quæ honesta & nobis chara sunt, congruis nominibus appellamus: quæ verò odimus, illorum nomen abominamur.

Vxorem legitimam vnusquisque diligat, & prolem ex ea generet. In aliud verò prolificum nihil semen effundat. Natura enim liberos gignendi gratia, non libidinis, semen produxit.

Vxorem castam esse oportet, nec impium stuprum ab alijs viris admittere, ac reuereri iracundiam dæmonum inimicitias mouentium.

Qui liberis suis nouercam superinduxit, infamis sit, vt domesticæ dissensionis autor.

Nicolaus de Legib. gentium.

Lex est apud Tartesios, vt minor contra maiorem testimonium non dicat.

Lucani luxuriæ & otij causas agunt. Quòd si quis hominis luxurioso mutuasse aliquid conuincatur, priuatur mutuo dato.

Apud Sunitas quotannis adolescentes & virgines iudicantur publicè. Et qui optimus iudicatus fuerit, virginem, quam voluerit, ducit.

Limyrnij vxores habent cõmunes, & liberos communiter alunt, ad annum quintum. Deinde sexto anno pueris congregatis, similitudines ipsorum ad viros coniectant, & vnicuique similem tradunt pro filio ad educandum.

Celtæ armis accincti, omnia in ciuitate negotia transigunt: & grauius apud eos punitur qui peregrinum, quam qui ciuẽ occiderit. Ianuas ędium nunquam claudunt. Imprimis illos honorant, qui publicam regionem augent.

Sauromatæ triduo ad saturitatem se ingurgitant, & vxoribus tanquam dominis parent. Virginem non prius vocant ad nuptias, quàm hostem occiderit.

Cercetæ illos, qui quodcumque crimen commiserunt, templis arcent. Si quis nauis gubernator aberrarit, singuli in faciem eius conspuunt.

Mosyni regem suum in turri inclusum alunt, & si quis malè consuluerit fame necant. Frumentum æqualiter diuidunt, partem aliquam pro hospitibus seponentes.

Phryges iuramentis non vtuntur. Si quis inter ipsos bouem aratorem occiderit, aut instrumentum aliquod rusticum furatus fuerit, morte multatur.

Lycij mulieres magis quàm viros honoribus afficiunt, nomina à matribus accipiunt, hæreditates filiabus relinquunt. Si quis liber furti coarguatur, seruire cogitur. Testimonia post mensem proferunt.

Pisidæ eum qui fraudauerit, occidunt. Adulterij conuictum, per vrbem vnà cum muliere circunduci iubent super asino dies aliquot.

Aethiopes sorores præcipuè colunt: horumq; reges non filijs, sed sororum liberis possessiones relinquunt. Quòd si nullus fuerit successor, pulcherrimum & bellicosissimum creant regem. Pietati & iustitiæ student. Aedes ipsorũ ianuis carent,

reot, nemoq; furatur.

Inter Buaos vir cæteris viris, mulier imperat mulieribus.

Balulienses cùm bella gerunt, noctu pugnant, interdiu pacem agunt.

Dapsolibyes congregati omnes vno die vxores vnà ducuot, post Virgiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus seorsim discumbennbus viri extincta lucerna ad ipsas ingrediuntur, & quilibet quamcumq; contigerit, ducit.

Ialchleueoses cùm multi vxorem vnam ambiunt, apud curatorem eius cœnant, & singulis varia dicteria narrantibus, cuicumq; mulier arriserit, illi cobabitat.

Sardolibyes aliud vas aut instrumentum non possident, præter calicem & gladium.

Nomades Libyes non dierum, sed noctium numero, tempus suum numerant.

Apbarantes Libyes nominibus carent. Soli orienti coouitiantur, vt qui multa mala conspectui offerat. Virgioum putant optimas, quæ plurimum temporis manserint virgines.

Assyrij virgines in foto vendunt, primùm formosas: cùm autem ad deformes ventum est, per præconem diuulgant quantum quis accipere velit, vt illas ducat. Imprimis grauitatis & mansuetudinis studiosi suot.

Persæ, quod facere illicitum est, id ne dicunt quidem. Regi gratias agit, qui flagellari ab eo iussus est, tanquam fœliciter secum actum sit, quòd rex memor ipsius fuerit. Ob liberorum numerum præmia à rege accipiunt.

Apud Indos si quis depositn fraudatur, non vetur in iudicium, sed seipsum accusat, qui credidit. Qui artificem manu aut oculo priuauerit, morte damnatur. Qui maximum delictum patrauit, tondetur, quòd extrema sit talis ignominia.

Lacedæmooijs artes bellicæ tantùm sunt vsui. Edunt omoes in propatulo. Senes non mious quàm patres reuerentur. Peregrinos in Sparta viuere non licet, neque Spartanos in peregrina regione. Vxores suas hortantur, vt ex formosissimis prolem suscipiant. Pecuniæ studio Spartanum vacare turpe est. Aurum argentum've apud aliquem depreheodi capitale est. Numismate scorteo vtuntur. Fœliciores eos iudicant, qui fortiter moriuntur, quã qui prosperè viuunt. Ignominiosum est timidorum & malorũ socium esse. Rex ante susceptum imperium iurat se imperaturum iuxta ciuitatis leges.

Cretenses primi Græcorum leges habueruot à Minoë cooditas. Horum pueri duriter educantur: venationes & cursus accliues nudis pedibus conficiunt. Viri commuoe conuiuium habent: eodem victu omnes ex æquo vtuntur.

Persarum reges ante sacrificia de pietate disserunt: antequàm bibant, de temperantia: pugnaturi verò, de fortitudine.

Agathyrsi viri sunt mollisimi, qui communiter vtuntur mulieribus, vt fratres mutuò fiant, nec inuidia, nec molestia inter se vtantur.

Apophthegmata.

Archidamus, roganti quinam essent Spartanæ ciuitatis præfecti, Leges, inquit. Grauiter censuit in Rep. bene instituta supremam autoritatem legibus esse deferendam, nec licere magistratui quicquam contra leges tentare.

Pausanias Plistonactis filius, cuidam roganti cur apud Spartanos nefas esset vllam priscarum nouare legum, Quoniam, inquit, legibus conuenit autoritas in homines, non hominibus in leges.

Chilo Lacedæmonius legibus obtemperandum esse moouit: taxás principes, qui se credunt non tenen legibus. Quum non aliunde magis floreot Respu. quàm si legum vigeat autoritas. Nec ibi tyrannis oriri potest, vbi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia.

Pittacus MytileoęusCrœso percontanti quod esset Maximum imperium, Varij ligni, respondit: leges innnens. Nam olim in tabulis ligneis inscribebantut leges.

Anacharsis, leges ataoearum telis similes esse dicebat, in quibus firmiora animalia perrumperet, inualidiora hæretent. Leges enim inopes & humiles constringunt, à potentibus impunè violantur.

Arcesilaus dicere solebat, Quemadmodum vbi multi essent medici, ibi multi sunt morbi: *ita vbi permultæ sunt leges, ibi plurimum est vitiorum.*

Heraclitus Ephesius dicebat ciues nõ minus oportere pugnare pro legibus, quàm pro mœnibus. Quòd absq; legibus oullo pacto esse posset ciuitas incolumis, absq; mœnibus posit.

Demonax iurisperito dixit, leges prorsus videri inutiles, vt quibus booi ooo egerent, mali nihilo fiereot meliores.

Cuidam percontanti apud Demaratum cur Sparta exulasset, quum esset rex, respondit Chilo, Quoniam leges in ea sunt præstantiores. Significans regem populi esse principem, sed ooo legum.

Agesilaus magna Asiæ parte subacta, constituerat ad regem Persarum proficisci, vt eum compesceret, sed reuocatus domum paruit Ephoris: dicens boourn imperatorem, legum imperio parere oportere. Offerebatur rei bene gerendæ occasio, sed rex legum autoritatem omnibus rebus anteponendam esse duxit.

Alcamenes rogatus cur à Messenijs oblata munera recusasset, Quoniã si recepissem, inquit, cum legibus pacem habere oon poteram. O mentem regno dignam, quæ magno obuioq; lucro, legum autoritatem antepofuit. Attamen multi sunt qui clamiteot, quod principi placuit, legis babet vigorem. Quasi verò principem deceat dare leges, nec teoeri legibus.

Legibus scriptis non vtebantur Lacedæmonij, quia eruditi sunt, recteq; educati, probant quid pro ratione tempori's expediat.

Zeuxidamus cuidam percootanti cur leges de fortitudine absq; scripto seruarent Lacedæmonij, ac non scriptis traderet iuuenibus legendas: Quoniam, inquit, assuefaciendi sunt vt præclaris gestis potius quàm scriptis intendant. Facta enim scriptis suot potiora.

Latinorum exempla.

Matronæ vno contentæ matrimonio, corona pudicitiæ coronabantur. Existimabant enim eum mulietis *Nuptia*

mulieris syncera fide incorruptam esse animum, qui post depositæ virginitatis cubile, in publicum egredi nesciret.

Repudium. Ab vrbe condita ad vicesimum & quingentesimum annum, inter virum & vxorem repudium nullum intercessit. Primus autem Spurius Carbilius vxorem sterilitatis causa dimisit. Qui reprehensione non caruit: quoniam liberorum cupiditas coniugali fidei præponi non debuit.

Vini vsus. Vini vsus Romanis fœminis olim ignotus fuit, ne in aliquod scelus delaberentur: quòd à vino intemperantia ad Venerem progressus esse soleat. Cæterùm vt non tristis pudicitia videretur, sed honesta comitate temperata esset, auro abundanti, & purpura vsæ sunt: & quò formam concinniorem efficerent, capillos cinere rutilarunt.

Pudor liberorũ in parentes. Tanta fuit verecundiæ inter parentes & liberos obseruantia, vt nec pater cum filio, nec socer cum genero lauaretur: tantumq; religioni sanguinis, quantum deorum fuit tributum. Nec inter tam sancta vincula non magis quàm in loco sacro, nudare se, nefas esse credebatur.

Iuuenum in senes reuerentia. A iuuenibus senectuti tam cumulatus bonor est exhibitus, vt senatus die, aliquem ex Patribus ad curiam deducerent, affixiq; valuis expectarent, donec reducendi fungerentur officio. Inuitati ad cœnam iuuenes diligenter quærebant, quinam et conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu præcurrerent: sublataq; mensa priores consurgere, & abire patiebantur.

Maiores in iuuenes. Maiores natu in conuiuijs egregia superiorum facinora tibijs celebrabãt, vt ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Pubertas canis honorem suum reddebat: defuncta vitium cursu ætas, iuuenes fauoris nutrimentis prosequebatur. Ex hac schola Camilli, Scipiones, Fabritij, ac Imperij Romani lumina, Cæsares profluxerunt.

Taciturnitas Senatus. Adeò magna Senatus in patriam fides & taciturnitas extitit, vt arcana patrum multis seculis nemo enuntiauerit. Q. Fabius tantùm de tertio bello Punico indicendo, quod in curia clam erat actum, P. Crasso in itinere narrauit. Sed quamuis honestus esset error Fabij, vehementer tamen à consulibus est obiurgatus. Nunquam enim taciturnitatis labefactari voluerunt, tanquam tutissimum administrandarum rerum vinculum.

Latinæ linguæ obseruantia. Magistratus prisci vt suam populiq; Romani maiestatem retinerent, nunquam Græcis, nisi Latinè responsa dabant: quinetiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant. Non illis deerant studia doctrinę: sed nulla non in re pallium togę subijci debere arbitrabantur, indignum esse existimantes, illecebris & suauitate literarum imperij pondus donari.

Ius maiorum. Accuratu studio Romani effecerũt, ne quis se inter consulem & proximum lictorem interponeret: filio duntaxat ante patrem consulem ambulandi ius erat. Q. Fabius consul quinquies, & vir summæ autoritatis, & tunc vltimæ senectutis, à filio cõsule inuitatus, vt inter se & lictorem procederet: Idem à Senatu missus legatus, ad filium consulem Suessam, cùm animaduertit eum ad officium suum extra mœnia oppidi processisse, indignatus quòd ex lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus iræ sedere perseuerauit. Quod cùm filius resciuit, proximo lictori vt sibi appareret, imperauit. Cuius voci Fabius obsequutus, Non ego, inquit, fili imperium tuum contempsi, sed experiri volui an consulem agere scires: nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verùm publica instituta priuata pietate potiora iudico.

Constantia legatorum. Qui à Senatu legati Tarentum ad res repetendas missi, relatis Q. Fabij laudibus, grauissimas iniurias acceperant, vno vrina resperso, legationem, quibus acceperant verbis, peregerunt: intimisq; pectoribus eorũ contumeliæ grauissimus dolor conuelli non potuit. Sic finem fruendarũ opum, quibus ad inuidiam abundauerat, diu Tarentina ciuitas, quæ fuit. Nam dum nitore fortunæ præsentis inflata, fastidiosè æstimat, in præualidum imperij Romani mucronem cæca irruit.

Armorum tractandorum doctrina. Armorum tractandorum disciplina à P. Rutilio militibus est tradita. Is enim gladiatoribus accersitis, vitandi & inferendi ictus subtiliorem rationem docuit: virtutem arti, & artem virtuti miscuit, vt illa impetu huius fortior, hęc illius scientia cautior fieret.

Comedendi modus. Hæc fuit antiquis in cibo capiendo continentia, vt maximis viris prandere vel cœnare in propatulo verecundiæ nõ esset: nec sanè epulas vllas habebant, quas populi oculis subijcere erubescerent.

Sponsa Rom. Nouæ nuptæ apud priscos maritorum domos ingressurę, in primo limine Tanaquilem nominabant, pudicitia, atque omni virtutis genere insignem, vt imitari mores eius meminissent.

De Consulibus. Mos erat Romanis consulibus lictoribus ac fascibus per vices vti: quisq; enim mense suo his vtebatur.

De Censoribus. Electos duos insignes virtute ciues & moribus magistratus sine prouocatione cõstituebant, qui intemperanter dicta factaq; seuerè notarent.

Nusquam Romani nisi lacessiti bellum inferre soliti sunt: præmittebant itaq; fecialem, qui res ab hostibus ereptas repeteret, assignatis ad restitutionem triginta diebus. Rebus porrò non restitutis non prius in hostilem terram arma proferebantur, quàm per fecialem hosti bellum indixissent.

Nullus Romanorum aduersus hostem pugnare permittebatur, nisi prius sacramento addiceretur, vt non nisi coacti ad alios perdendos ire viderentur: & vt, si ex acie fugerent, contra iusiurandum mulctarentur.

Vt puniendo seueri, ita ornandis fortibus intenti fuerunt. Nam & in eos animaduertebant duces confecto prælio, qui præ ignauia malè rem gessserant. Et eorum laudes, qui fortiter dimicassent, pro cuiusq; virtute celebrabant, vt duplici aculeo & laudis & supplicij excitarentur.

In suis seruandis quàm hostibus perdendis diligentiores semper extiterunt Romani: eum enim, qui in prælio ciuem seruasset, ciuica corona donabant.

Renouari prohibebantur hostium spolia, æuo consumpta: vt odium, quod stantibus spolijs retineri videbatur, tempore cum spolijs deleretur.

Romanorum liberi ingenui bullas à collo pendentes gestare assueuerant, vt cùm serui eos ex bulla

bulla ingenuos cognouissent, cum eis turpiter atq; impudicè agere abstinerent.

Græcorum exempla.

Lycurgi legibus Sparta obtemperans, aliquandiu ciuium suorum oculos ab Asia contemplanda retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius vitę genus prolaberentur. Audierant enim inde lautitiam, immodicos sumptus, & vnguenta, & coronarũ consuetudinem fluxisse. Sic tenacissimos patriæ neruos deliciarum contagione solui, & hebetari noluerunt: cùm aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem transitum viderent.

Sanctissimum Spartæ consilium Areopagus, quid quisq; Atheniensium ageret quo quæstu sustentaretur, diligenter inquirere solebat, vt homines honestatem vitæ rationem memores reddendam esse, sequerentur.

Ingratitudo punita. Athenis conuictus à patrono libertus ingratus, libertatis iure exutus est. Supersedeo te, inquit, habere ciuem, tanti muneris impium æstimatorem: nec adduci possum, vt credam vrbi vtilem esse eum, quem domi scelestum agnoui. Esto igitur seruus, quoniam liber esse nescisti.

Massiliensium oppidum intrare nulli cum telo licet, vt hospitia, quemadmodum aduenientibus humana sunt, ita ipsis quoq; tuta sint.

Thraces nullis doctorum pręceptis moti, sed conditionis nostræ habitum præuidentes, natales hominum dies flebiliter, exequias verò cum hilaritate celebrant.

Mulierum in maritos amor. Indorum fœminæ cùm plures eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito, in certamen veniunt, quam ex ijs maximè maritus dilexerit. Charior igitur & fidelior gaudio exultans, flammæ mariti se superiacit, & cum eo tanquam fœlicissima crematur: superatæ verò cum mœrore in vita remanent.

Matrimonij consuetudo. Ne propter ingratum matrimonium puellę parentes incusarent, multis ad cœnam inuitatis, virgini permittebant, vt quem ex ijs vellet, deligeret. electionis autem signum erat, cui ipsa ante alios aquam manibus dedisset.

Apud Lacedæmones grauis pœna ijs cõstituta erat, qui nunquam vxorem duxissent, aut qui vltra communem morem ducere distulissent: grauiore mulctabantur, qui maiorem sequuti dotem, ex aliena tribu duxissent, si in sua probatis moribus inuenissent.

Apud Leptin noua nupta nuptiarum die à socru mutuò ollam petebat: socrus autem negabat, vt à primo die sponsę socrus suas ferre discerent.

Apud Athenienses filius, qui artem aliquam à patre non didicisset, nequaquam in necessitate parentem iuuare cogebatur.

Aegyptijs regibus peracto sacrificio sacerdotes hominum, qui virtute excelluerant exempla, legebant.

Aegyptijs regibus nec serui, nec vili fortuna homines ministrabant, sed virtute insignes viri, qui vigesimum annum attigissent, vt horum conspectu moti, à scelere & intemperantia continerentur.

Lacedæmonij in conuiuijs rusticum, aut abiectæ fortis hominem adhibere solebant, quem per ebrietatem à recto sensu abalienabant, vt eo in iuuenum suorum conspectum producto, ingenua iuuentus, ex temulentorum turpitudine deterreterentur, & diligentius ebrietatem euitarent.

Aegyptij defunctos laudaturi, nulla opum aut nobilitatis mentione facta, in eis religionem, iustitiamq; extollebant, vt hoc genere laudis viuentes, ad has virtutes sectandas efficacius accenderentur.

Parthi in conuiuijs nõ vxores, sed concubinas adhibebant, ne si fortè largiore vino perfusi, licentius agerent, coniuges, quarum pudicitiæ consulendum erat, exemplo ad indecora prouocari viderentur.

Amasis Aegyptiorum rex legem condidit, vt quisque quotannis apud præsidem vitæ rationem redderet, & demonstraret vnde viueret, aut quo quæstu sustentaretur: qui verò id non faceret, morte statim afficeretur.

Draco Atheniensium legislator statuit, vt qui dãnati forent otij, capite mulctarentur. *De otio punito.*

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator pueros impuberes nõ in forum, sed in agrum deduci præcepit, vt primos annos non in luxuria, sed in opere agerent: demum eos nihil somni causa substernere, & vitam sine pulmento degere, neque prius in vrbem redire, quàm viri facti essent. *Educatio liberorum.*

Gymnosophistæ Indiæ otium tantopetè detestati sunt, vt cùm eduliæ mensis apponerentur, prius interrogarent, quid boni à lucis ortu didicissent, vel fecissent: qui verò nihil respondebat, impransus foras extrudebatur. Desides qui nihil egissent in vita, tanquam non vixissent, bestiarum sepultura sepeliebant. *De otio.*

Lycurgus lege perpetua sanxit, nuptui puellas sine dote dari: vt neque ob egestatem sine viris vllæ dimitterentur, neque propter opes expeterentur: sed quisque spectato puellæ ingenio ac moribus, in capienda vxore commoueretur. Idem nubendi certum tempus matrum statuit, vt partus genio valentiores essent. *De dote.*

Cùm Themistocles aduersus Barbaros exercitum duceret, Gallos gallinaceos pugnantes vidit: & statim eius pugnæ spectatorem se præbuit, ad suosq; conuersus dixit, Hi nec pro patria, nec pro dijs familiaribus, nec pro gloria, aut libertate pugnant: sed tantùm ne alter ab altero superetur. Quibus verbis Atheniensium animos confirmauit. Quocirca legem sanxerunt Athenienses, vt quotannis Galli gallinacei vna die certamen in theatro inirent. *Bellica fortit.*

Cretenses statuerunt, vt liberorum filij cum quodam concentu leges perdiscerent, vt musicæ voluptate adducti, facilius eas memoria complecterentur: & ne si quid contra leges commisissent, ignorantiam causari possent. *Legum obseruatio.*

Stagiritarum hæc lex fuit, quod non deposuisti, ne tollas.

Leucanorum lex erat, si sub occasu solis veneris peregrinus, & sub alicuius tectum diuertere voluerit, & is hominem non susceperit, pœna inhospitalitatis mulctetur.

Sardi patres iam senio confectos fustibus cædebant, absurdum arbitrantes delitos senes vitam agere,

agere, eo quòd in fraudem sæpissimè impellantur.

Lex hæc inter Atticas scripta est, si quis insepultum hominem offenderit, eum terra operiat, ad occasum spectantem.

Legem Spartani sanxerunt, vt qui tres filios Reipu. suppeditaret, ab excubijs immunis esset: qui verò quinque, ab omnibus publicis officijs liber haberetur.

Pericles Athenienfium dux legem tulit, vt nemo ad Remp. accederet, oisi qui vtroque parente ciuis natus esset.

Lacedæmooij legem sanxere, ne aliquis mollitiem præ se ferret, aut corpus pinguedine labefactaret. Statuerunt vt decimo quoque die ephebi se nudos Ephoris exhiberent: & qui formosi, aut in certaminibus vulnera accepissent, immensis laudibus vehebantur.

L ANTE I.

LIBERALITAS.

Ex Cicerone.

1. Offic. Liberalitate nihil est naturæ hominis accommodatius, sed habet multas cautiones. Videndum est enim primùm, ne obsit benignitas, & ijs ipsis, quibus videbitur benignè fieri, & cæteris. Nam qui alijs oocent, vt in alios liberales sint, noo benefici oeque liberales, sed perniciosi iudicandi sunt. Deinde ne maior sit benignitas quàm facultas. Nam qui benigniores esse volunt, quàm res patitur, primò in eo peccant, quòd iniuriosi sunt in proximos. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales, quàm quadam gloria inductos, vt benefici videātur facere multa, quæ videntur magis proficisci ab ostētatiooe, quàm à voluntate. Tertium illud vnum considerandum est, vt pro dignitate cuiusque tribuatur: in quo mores erunt spectandi eius, in quem beneficium conferetnr.

2. Offic. Danda est opera, vt ijs beneficijs quàm plurimos afficiamus, quorum liberis posterisq; prodatur memoria.

1. de Finib. Liberalitate qui vtuntur, beoeuolentiam sibi coociliant, & (quod est aptissimum ad quietè viuendum) charitatem.

2. de Finibus. Beneficium & gratia vincula sunt concordiæ.

4. Act. in Ver. Liberalitas ea profuoda est, quę sine periculo existimatioois est.

2. Offic. Non ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus: sequuntur enim largitionem rapinæ. Cùm enim dando egere cœperint homines, alienis bonis maonm afferre coguntur, nec tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt.

2. Offic. Cui res erepta est, inimicus est: cui data est, etiam dissimulat se accipere voluisse.

1. Offic. Bene præcipit Eonius, vt quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa commoda, Non prohibere aquam profluentem: Pati ab igne, ignem capere: Si quis velit consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt ijs vtilia qui accipiunt, danti non molesta.

Sunt multi splendoris & glorię cupidi, qui eripiunt alijs, quod alijs largiaotur: hiq; arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacumque ratione. Id autem tantum abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium. 1. Offic.

Propensior liberalitas esse debet in calamitnsos, nisi fortè eruot digni calamitate. Benefacta enim, vt ait Ennius, malè locata, malefacta sunt. 2. Offic.

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. 2. Offic.

Liberalis est, qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimit, aut æs alienum suscipit amicorum causa, ant in filiarum collocatiooe adiuuat, aut opitulatur vel in re quærenda, vel augenda. 2. Off.

Liberale est serere beneficium, vt metere possis fructum. Antequā iret in exilium.

Odiosum est genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. In Lælio.

Largitio fundum non habet. 2. Officiorum.

Liberalitatis duo suot maximè probabiles fontes: verum iudicium, & bonesta beneuolentia. Max. lib. 4

Distat, adijcias aliquid, an detractum restiruas, quantum distat beneficij initium ab ioiuriæ fine. Lib. 2

Mulnım occupare, habere inuidiam potest: multa tribuere, gloria carere oon potest. Lib. 4

Quò minores opes sunt, eò maiorem beoefactis gloriam pariunt. Quintil. li. 3

Omnium beneficiorum ista natura est, vt non sit oecessitas, sed potestas. Idē Declam. 7

Gratissimum est accipientibus dari sibi, quod nulli sit ereptum. Plin. iunior in Paneg.

Antiquinra beneficia subuertis, nisi posterioribus cumules. Ibidem.

Non obligandus, sed remuoerandus, qui prior cœpit. Lib 7

Quod vi datum est, non beneficium, sed prædam putes. In hist. Sax.

Officio fuogitur suo, qui tantum dat, quantum per fortunam licet. Ibidem.

Semel dedit, qui rogatus: qui non, bis. Ibidem.

Ex Poëtis.

Viuet extento Proculeius æuo, — Hora. Od. 2. li. 2
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

Cuncta manus auidas fugient bæredis, amico — Od. 7. lib. 4
Quæ dederis animo.

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis. — Mart. li. 5. Epig.
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Qui donas, facis ipse Blesianum. — Idem li. 8. Epig.
Hoc loogum tibi, vita dum manebit,
Hoc & post cineres erit tributum.

Ante oculos, ioterq; manus sunt omnia vestras. — Virg. 11. Aen.

Quid moror, & varijs onero tua pectora causis? — Ouid. 3 Fast.
Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos.

Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris, — Claud. in Pan. Prob.
Nec tenebris damnauit opes, sed largior imbre
Sueuerat inoumeras hominum ditare cateruas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo,
Cernere semper erat populis vndare penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.

Præceps illa manus fluuios superabat Iberos
Aurea dona vomens.

Plaut. in Mil. glor. In mala vxore, atq; inimico si quid sumatur, sumptus est.
In bono hospite atq; amico quæstus est, quod sumitur.
Et quod in diuiois rebus sumas, sumptus sapienti lucro est.

Idem in Trin. Nullum beneficium esse duco, id quod, cui facis, non placet.
Malo si benefacias, id beneficium interit.

Idem in Paenul. Bono si quid malefacias, ætatem expetit.

Idem in Rud. Malo benefacere, tantundem est periculum, Quantum bono malefacere.

Publ. Mimus. Beneficium se dedisse qui dicit, petit.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras.
Beneficium accipere, libertatem vendere est.
Beneficium dando accipit, qui digno dedit.
Beneficium sæpe dare, docere est reddere.
Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.

Ibidem. Beneficium dare qui nescit, iniustè petit.
Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Ouid. 3 de Art. Munera, crede mihi, placant homines; deosq;:
Placatur donis Iuppiter ipse dauis.

Idem 3. Fastor. Sæpe Iouem vidi, quando sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manus,

Liberalitas paruis copijs contenta.

Iuuen. Sat. 14 Mensura tamen quæ
Sufficiant sensus, si quis me consulet, edam,
In quaotum sitis atq; fames, & frigora poscunt,
Quantum Socratici cœperunt ante penates.
Nunquam aliud natura, aliud sapiens tibi dicit.

Satyr. 4 Sed nunc
Nemo petit quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Largiri: namq; ei titulis & fascibus olim
Maior habebatur donandi gloria, solùm
Poscimus vt cœnes ciuiliter, hoc face & esto.
Esto vt nunc multi, diues tibi, pauper amicis.

Ex Græcis, & primùm ex Demosthene.

Ex Orat. de Cor. Equidem censeo eũ, qui beneficium accepit, oportere omni tempore meminisse: eum autem qui dedit, continuò obliuisci: si quidem illum oportet boni, bunc verò pusilli & liberalis hominis officium facere. Nam beneficia sua commemorare ac referre, exprobrationi ferè simile est.

Ex Orat. ad Lep. Omnes profectò mutuam gratiam recipere digni sunt, qui in bene merendo de vobis priores partes occupant, præsertim verò qui in extrema necessitate id faciunt.

Ex Orat. de Cor. Quæ est lex tantę iniustitię & inhumanitatis plena, vt eum qui de suo nonnihil donauit, & rem perhumanam liberalemq; fecit, gratia priuet, & in calumniatorum manus conijciat? eosq; iudicijs rationum reddendarum eorum quæ dedit, præficiat? nulla est profectò.

Ap Leptinem. Qui indignum aliquem bonore afficiunt, simplicitatis ac stultitiæ opinionem aliquam habent: qui verò de se benemeritis paria non referunt, malitiæ suspicionem incurrunt.

Ad Leptin. Plures quàm par est honorare, est multos ad bene merendum prouocare.

Ibidem. Apud omnes homines inualuit consuetudo, propter multos benemeritos etiam de alijs quibusdam sceleratis potius benemereri, quàm proptee perditos & flagitiosos auferre quæ data fuerunt ijs qui sine controuersia digni sunt beneficio.

Ex Aristotele.

Arist. Ethic. l. 4. cap. 1 Liberalis laus non in bellicis rebus posita est, vel ijs quibus temperans cernitur; nec rursum in iudicijs, sed in dandis accipiendisq; pecunijs, potiusq; in dandis.

Ibidem. Liberalis est dare potius, quibus dandum est, quàm vnde accipiendum est accipere: aut vnde accipiendum non est, non accipere beneficium. Virtutis enim est proprium, beneficia in alios potius conferre, quàm ab alijs accipere, & quæ recta sunt & honesta, facere, quàm flagitiosa & turpia non facere.

Ibidem. Dubium non est, quin dantem beneficium, datum honestaq; actio comitetur: accipientem verò beneficium, acceptum, aut nulla certè turpis indecora've actio.

Ibidem. Gratia & laus dantem, non accipientem sequitur.
Facilius est non accipere quàm dare. Suum enim quisque minus profundere solet, quàm accipere alienum.

Ibidem. Liberales dicuntur ij, qui largiuntur. Qui verò non accipiunt, ijs non liberalitatis laus tribuitur, sed iustitiæ potius. Qui autem beneficia accipiunt, non admodum ij laudari solent.

Ibidem. Iam omnium in quibus virtus inest, ij ferè diliguntur maximè, qui fama & laude valent liberalitatis. Prosunt enim alijs: quod in largiendo quidem positum est.

Ibidem. Dabit ergo liberalis beneficia, honestatis causa, & rectè. Largietur enim quibus & quando, & quantum largiendum erit: cæteraq; seruabit omnia, quæ rectam & æquam largitionem sequuntur: eaq; faciet libenter, aut non grauatè quidem.

Ibidem. Qui largitur quibus largiendum non est, nec honesti studio, nec alia causa ductus, hic non est habendus liberalis.
Ne is quidem liberalis appellandus, qui grauatè id facit, quoniam præclaris actionibus & officijs facilè pecunias anteponat, quod procul abest à liberali.

Ibidem. Nec liberalis vnquam accipiet, vnde nefas sit: quippe cùm ita non soleat accipere is qui pecunias contemnat, ac pro nihilo putet. Nec idem ad petendum procliuis est, quòd non libenter beneficium accipiat is, qui dare solet.

De virtut. & vit. diuis. Liberalitas virtus est animi honestorum sumptuum ministra.

Top. 4 Donum est dațio non reddibilis.

Polit. 1 Qui beneficium inuenit, compedes inuenit.

De Diff. Phil. Non solùm pulchrius est beneficio afficere, quàm affici, verumetiam iucundius: nulla enim res perinde parit gaudium, vt beneficentia.

Ibidem. Non ex pudoris arbitrio, sed ex iudicij delectu donatio, & largitio facienda est.

Ibidem. Sæpe instantet flagitantibus damus, non quod dare velimus, sed quòd negare non valeamus.

De Amic. Vicissitudo beneficiorum in amicitia necessaria.

Qui

Idem. Qui homini nequam dat, non homini dat, sed humanitati.

Plat. de Amor. Quæ quis non habet, nec agnoscit, alteri dare, vel ministrare non potest.

Plat. de Vir. Non est tutum oblata temere accipere.

Zeno. Difficile est vt in eos beneficium conferre semper quis possit, in quos velit.

Alexander. Non minus regium ac humanum est, parua libenter ac promptè accipere, quàm magna tribuere.

Eurip. in Med. Improbi viri dona profectum non habent.

Apophthegmata & exempla.

De Tull. Hostil. Tullus Hostilius, vnus è septem regibus Romanis, agros pauperibus diuisit, quos cæteri in vsum suum seruabant.

De Fabio. Fabius Maximus cùm captiuos quosdam Romanos ab Annibale pecunijs pollicitis excepisset, nec Senatus promissis, datq; fidei staret, fundum quem vnicum habebat vendidit, pecuniasq; Annibali numerauit.

De Pop. Rom. PopulusRomanus, ne multa occupando, inuidiam sibi contraheret, sed tribuendo gloriã compararet, ditissimã & amœnissimam orbis regionẽ in beneficio quàm in fructu suo reponere maluit. Asiã enim Attalo regi munere possidendã dedit.

De T. Quintio Flaminio. Philippo Macedoniæ rege superato, cùm ad insigne spectaculum tota Græcia conuenisset, Quintius Flaminius, tubæ sono per præconem hæc recitari iussit. S. P. Q. R. & Quintius Flaminius imperator, omnes Græciæ vrbes, quæ sub ditione Philippi fuerũt, liberas atq; immunes esse iubet. Quo audito, tanta cælum clamoris alacritate compleuerunt, vt aues superuolantes attonitæ deciderint.

De T. Pompon. Pomponius Atticus Bruto & Cassio aduersus Aug. decertãtibus, conferre nihil voluit. At verò Bruto Roma pulso, centum millia sestertiorum misit: & tondem in Epiro præbere ei curauit. Brutum, dum fœlix fuit, nihil iuuit: sed aduersa fortuna laborantem humanissimè fouit.

De Nerua Coc. Nerua Cocceius imperator his mensibus, quibus imperauit, in pauperũ vsum decies ac quinquies centum millia aureorum dispensauit, præfectis Senatoribus qui agros emerẽt, atq; ijs diuiderẽt, quas ope dignos animaduerterent. In quos vsus aurea vasa, aliaq; imperatoria ornamẽta adhibuit.

De Vespasiano. Vespasianus inopes consulares quingenis sestertijs annuis sustentauit, plurimas afflictas ciuitates vel incendio, vel terræ motu in melius restituit. Latinis Græcisq; rhetoribus annua centena è fisco constituit, præstantes poëtas semper educauit.

De Tito Cæs. Titus Cæsar vir beneficus super cœnam recordatus, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, dixit, Amici, diem perdidi. Is nihil vnquam petentibus negauit: & vt peterent, quę vellent, semper est adhortatus.

De Paulina muliere. Paulina mulier Apula, Annibale Italiam deuastãte, decem millia militum, qui exangues, nudi, & inermes, & vulneribus affecti, in ædibus comiter excepit, adhibitisq; medicis, vulneratos curari iussit: nudis vestimẽta, inermibus arma materna quadam affectione dedit. Porrò omnibus refocillatis, & abire volentibus, viaticum dare voluit.

Ex Græcis.

De Hierone. Hiero Syracusarum, rex audita Romanorum clade apud Thrasymenum lacum, trecenta millia modiorum tritici, ducenta hordei, auriq; ducenta & quadraginta pondo Romanis misit. Nec ignarus verecundiæ Romanæ, vt acciperent coëgit.

De Alexand. Alexander à Perillo rogatus vt ad dotandam filiam aliquid conferret, quinquaginta talenta dari iussit. Cùm autem Perillus decem sibi satis esse dixisset, respondit, Quanquã tibi ea satis sint, mihi, à quo dantur, non satis sunt.

Idem quum Anaxarcho dedisset quantum posceret, petijsset autem centum talenta, dispensatorq; deterreretur rei summa, respondit Alexander, Anaxarchus nouit me habere amicum.

Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex, quòd Iudæorum legem in Gręciam transtulisset, vltra ingentem auri vim Hierosolymorum templo datam, Iudæos quoque captiuos omnes per Aegyptum conquisitos, pecunia sua redemit, ac libertate donauit.

Trœzenij, monitis oraculo Atheniensibus, vt com munem salutem muris ligneis mandarent, & nauibus conscensis in Trœzen profectis publico decreto permiserunt, vt fructus omnibus in locis, quos vellent, sumerent sine pretio.

Massilienses audita Romanorum clade à Gallis accepta, publico funere Roman. cadauera prosequuti sunt: aurum quoque Romano populo miserunt, vt facilius se à Gallis redimerent.

Neapolitani populi in Romanos commemoranda liberalitas haud dissimilis est, cùm durãte adhuc Annibalis bello, pressisq; Romanis impensarum magnitudine, quadraginta aureas pateras ponderis maximi per legatos miserunt, omnesq; alias fortuoas obtulerunt.

Cimon Atheniẽsis bello aduersus Barbaros gesto, partis opibus immensis, agros suos sepibus, ac muris nudauit, vt omnibus integrum esset, quod vellent, ex eis capere. Cuicumq; inopi cibus potusque in eius domo dabatur. Cùm è domo in publicum prodiret, magno nobilium numero septus erat, qui vestibus pulchris amicti, cum inopum tritis indumẽtis eas commutabant. Iidem per vicos clàm pecuniæ sacculos gestabant, vt egentibus obuijs nummos impartirent.

Archesilaus philosophus Ctesibium ægrotantem, & extrema rerum penuria laborantem reuisens, plenum nummis sacculum clàm eius puluillo subiecit: quo reperto, dixit Ctesibius, Hic est Archesilai ludus. Archesilaus enim dicere solebat, se liberalitatem malle, quàm aureã supellectilem.

Siueta quidam Persa, grauiter ferens se à cęteris officio superari, quòd dona ferendo non esset, factusq; fuisset illi obuius Artaxerxes, ad profluentem amnem summa celeritate tendit, aquã vtraq; manu hausit, & regi obtulit ijs verbis, Regnes in æternum ô Rex, pro facultatis meæ ratione aqua ista te veneror, impatiens ne indotatus præterreas. Delectatus itaq; est Artaxerxes hominis dono: Et ego, inquit, munus tuum grato animo accipio, & magni æstimo.

Alexander interrogatus vbi suos reconderet thesauros, Apud amicos, inquit: significans facultates nusquam tutius reponi tutius.

Idem cùm Xenocrati quinquaginta talenta obtulisset, eaq; recusasset philosophus: An nõ, inquit,

vllus tibi amicus est, cui sit opus? Nam vix mihi Darij opes in amicos suffecerunt.

Artoxerxes Xerxis filius, cognomento Longimanus, quòd alteram manum haberet longiorem, dicere solebat, regalius esse addere quàm adimere.

Dionysius cùm ad filium ingressus, vasculorum aureorum & argenteorũ magnam vim conspexisset, exclamans dixit, Non est in te regius animus, qui tam multis poculis neminem tibi amicum feceris. Sentiens absque ciuium beneuolentia, regnum nec parari, nec teneri.

Bion, optabilius esse dicebat suam messem alteri largiri, quàm alienam decerpere.

LIBERALITATIS PAROEMIÆ.

Quod rectè datum est.

Plato in Philebo docet prouerbium esse à pueris vsurpatum, non oportere reposci quod semel datum est.

Pingui mensura.

Homerus. Illis fortunante Deo bona copia frugum
Arearum campos mensura impleuit opima.

Bis dat, qui citò dat.

Sen. de Ben. li. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit.

Ausonius. Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia namq;
Cùm fieri properat, gratia grata magis.
Si bene quid facias, facias citò: nam citò factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

Eurip. in Rhes. Odi equidem amicis serius succurrere.

Mimus. Bis est gratum, quod opus est, vltrò si offeras.
Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Communis Mercurius.

Lucian. in Vit. Itaq; quod passim in ore est omnibus, communis, vt aiunt, Mercurius, opesq; in medium allatas depone.

LIBERI.

Liberos honestum debitum parentibus præstare oportet.

Ex Græcis.

Theognis. Nihil inter homines patre & matre præstantius
Habetur illis, qui sanctam curant iustitiam.

Euripides. Quisquis in vita sua parentes colit,
Hic & viuus & defunctus dijs charus est.

Idem in Herac. Nihil est tam honorificum liberis,
Quàm bono & honesto genitore esse natos,
Et debitum honorem parentibus offerre.
Nihil est genitrici sua prole suauius.
Amate matrem, ô liberi: non enim est amor
Vllus huiusmodi, & qui suauius ametur.

Dicæogenes. Parentum gratia mori honestum est.
Tu qui à parentibus enutritus es,
Meritò similem eis gratiam retribuis.

Antiphon. Quisquis erubescit adbuc in illa ætate
Apud suos parentes, haud equidem malus est.
Nam qui quod fieri in patrem conuenit, non facit,
Hic omnes deos contemptui habet.

Patrem enim vincere dedecus est.
Victo autem paratur gloria victorialis.
Peperisti me ô genitrix, vtinam liberis tuis fruare fœliciter, ita vt mereris. *Philemon.*
Cadmum assumens Agaue misera exibat
Patrem suum trementem: gestabat autem ipsum humeris, *Idem.*
Confectum senio, & onere premebatur honesto.
Nisi pater esses, dicerem te non rectè sapere. *Sophocles.*
Parentes honora, & qui genere tibi proximi sunt. *Pythagoras.*
Quàm iucunda res est, parenti obedire liberos. *Agathon.*
Non volui matrem deserere, *Alexis.*
Sed omnium primam seruare. Nam rectè intelligentibus
Ne diuina quidem matri præferenda sunt.
Vnde antiquissimus ille conditor non imperitus,
Matris ædem consecrauit, non manifestò declarans,
Cuiusnam: sed rem ex nomine coniectandam relinquens.
Si tibi iustiora quàm pater loqui videar, *Diphilus.*
Mihi ipsi iniurius & impius sum,
Vt qui genitorem meum molestia afficiam, non amore prosequar.
Quicumque patrem timet ac reueretur, *Timocles.*
Hic in bonum ciuem euadet proculdubiò,
Et hostibus incommodare poterit.
Non audis quantam gloriam sibi diuus Orestes peperit *Homer. Odyss. α*
Apud omnes homines, occiso illo qui prius patrem interfecerat?
Quid est ô pater cur hominibus liberi nascantur,
Nisi in aduersa fortuna feramus opem?
Sermone breui probos ac modestos filios
Erga suos parentes vti decorum est.
Lex iubet parentibus honores diuinis æquales præstari.
Verùm scitote, nunquam mihi legem aliquam impedimento fore, *Euripides.*
Quò minus ô genitrix, per omnia tibi gratificer.
Amo genitorem omnium mortalium maximè:
quod mihi glorianti non inuideas.
Nemo enim, qua sit prognatus
Muliere, dixerit, sed quo patre.
Iupiter inspicit illos, qui colunt iura parentum, *Orpheus.*
Et qui negligunt præ animi impudentia.
Ac illis quidem benignus & mitis bona largitur:
His verò infensus indignatur per furias.
Sunt enim vehementes in terra parentum furiæ.
Parentes imprimis honoribus afficias. *Philemon.*
Parentes amato quàm constantissimè. *Chæremon.*
Cum parentibus causam agens & litigans, insanis ô miser.
Parentes magnum sunt numen prudentibus. *Menander.*

Plat. lib. 2. Leg. Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui vnquam consulet. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet, id rectè dictum ad honorandos parentes procœmium erit. Leges de dijs antiquæ apud omnes dupliciter positæ sunt. Nempe alios deorum cernentes, eos ipsos quos cernimus, colimus. Alios verò non videmus quidem, sed eorum imagines fabricamus, easq; licet inanimes, dũ honoramus, deos ipsos viuentes existimamus ob id maximè nobis beneuolos ac proprios fore. Cuius ergo pater,

aut mater, vel borum parentes senio confecti, quasi thesaurus quidam domi existunt: is putet nunquam aliud sibi tale simulachrum, magisq; efficax domi suæ affuturum, si rectè, vt decet, ab eo colitur.

Isocrates. Talem erga parentes te præsta, quales se tuos tibi liberos exhibere optares.

Anaximenes. Ille sui genitoris apprimè amator est, qui operá dat, vt patrem sine vlla molestia plurimum exhilaret. Quid enim iustius, quàm generationis & disciplinæ authores mutuis beneficijs demereri?

Aelianus. Aetbnam igne fluxisse aiunt, quo tempore Pbilonomus & Callias patres suos apprehensos per mediam flammam extulerunt, spretis opibus reliquis: quamobrem auxilium diuinitus ipsis collatum est. Ignis enim currentibus ipsis ea parte diuulsus est, qua ingrediebantur.

Adolescés quidem Eretricus Zenonem ad virilem ætatem vsque audiuit: qui reuersus, & à patre interrogatus quid iam longo tempore didicisset, respondit se id demonstraturum. Indignante autem patre, & eum verberibus afficiente, quietus se hoc didicisse dixit, nempe ferre parentis iram, nec ob id indignari.

Pittacus, filium quendam admonens ne cum patre litigaret, dixit: Si patre iniquiora dixeris, damnaberis: sin æquiora, ob istud damnari dignus es.

Plato quum vidisset quendam in patrem se superbius gerere, Non desines, inquit, adolescens illum contemnere, cuius gratia altum sapere vis?

Aristox. Pyth. Post deos & dæmones plurimi facere oportet parentes atque leges, non simulatè, sed fideliter se ipsis accommodantem, in patrijs consuetudinibus & legibus perseuerando.

Bonis viris maxima fœlicitas existimatur, si progenitores in senectute viuant ad vltimum vsq; terminum vitæ: qui si moriantur, magnum sui desiderium bonis liberis relinquunt: malis autem terrori sunt.

Plat. 4. de Leg. Demum viuentium cultus parentum, quibus fas est prima & maxima debita omnium antiquissima debitorum persoluere: putare enim quisque debet, omnia quæ possidet, eorũ esse qui genuerunt & educarunt, ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat, primùm quidé externa bona, deinde etiam corporis, postremò quæ ad animum pertinent, hæc omnia videlicet mutuò data persoluens, & pro curis, doloribusq; priscis parentum, in senecta recentes reddens, quando maximè indigent. In verbis quinetiam per totam vitam parentes venerari maximè decet.

Perict. Pythag. Mali quidquam parentibus nec dicto neque facto exhibere oportet: sed obedire, cuiuscumq; conditionis fuerint. Item in quacũq; corporis, animi, & rerum externarum fortuna parentibus adesse oportet, nec vnquam deserendi sunt. Hæc enim sapiẽter & rectè fieri à pijs hominibus existimantur. Contemptus autem parentum, peccati genus eiusmodi est, quod in viuis simul ac defunctis damnatur, ab hominibus odio habetur, & sub terra in loco impiorum perpetuò punitur.

Honestissima est, imò diuina parentum facies. Et aspectus eorum tanti fieri debet, quanti nec solis fit, nec syderum. Deos equidem arbitror, si contemni parentes viderint haudquaquam id esse toleraturos. Quamobrem & viuos & mortuos colere par est, nec eis vnquam contradicere. Sed si quid ignorent, consolari atq; docere oportet, odisse nequaquam. Maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas.

Musonium iuuenis quidam philosophię cupidus sic interrogauit, An ô Musoni, per omnia parẽtibus obsequendum est, aut in aliquo id non faciendum? Cui respondit: Parere quidem vnumquemque parentibus suis decorum est.

Parentibus tum demum aliquis obedit, cùm sponte facit, quæ ipsi rectè iusserint.

Qui facit quę pater vult, patri obedit: faciens autem quæ oporter, voluntati patris obsequitur.

Si quis parentes secundos ac terrestres deos dixerit, non errabit, cùm nobis propter vicinitatem, si dicere fas est, vel ipsis dijs honorabiliores sint. Necessarium autem est sic existimare, & perpetua animi promptitudine conandum, vt beneficijs ipsorũ paria faciamus. Quantumuis enim multa in eorum gratiam fecerimus, semper tamen inferiora erunt omnia, quàm esse deberent. Quinetiam actiones nostræ omnes illorum videri possunt, quòd nos hæc agentes produxerint. *Hierocles.*

Parentes deorum nobis imagines sunt, & dij domestici, cognati beneficiorũ authores, domini, & amici constantissimi. Sunt enim deorum imagines, cùm tanquam dij, domus patroni & nobis familiares sint. *Idem.*

Beneficiorum item maximorũ nobis autores sunt, & maxima quæq; præstant, nõ quidem ea solùm quæ habemus, sed quicquid nobis exhibere & optare voluerint. Pręterea creditores rerum pretiosissimarum, ex quibus ea solùm repetunt, quorum ipsa redditio iterum nobis beneficium est. Domini iure optimo sunt: nam cuius possessioni potius cederemus: quàm illorum per quos sumus?

Quoniam inter omnia præstantissimum est parẽtis nomen, cuius gratia ipsos appellamus deos, filij existimare debent se in domo patria, veluti fano quodam editos, & sacerdotes à natura consecratos esse, vt parẽtum cultui operam dent. Itaq; liberali victu, lecto, vnctione, balneo & vestitu: in summa rebus omnibus corpori necessarijs, vt nulla earum inopia laborent, quemadmodum ipsi à puero nos educarunt.

Socrates sentiens aliquando filium suum Lamproclem matri suæ iratum: Dic mihi, inquit, ô fili, cognouisti'ne ingratos? Ita prorsus, inquit, illos namq; qui beneficijs acceptis non reddunt gratias, cùm possint, ingratos appellant. *Xenophon li. 2. De dictis et factis Socrat.*

Liberi non semper euadunt similes nobilibus ac bonis parentibus.

Hoc quoq; Phocylides dixit, plurimos esse genere nobiles,

Quos neq; dicendo, neq; consulendo vlla gratia sequitur.

In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur *Sophocles.*

Bonus ignobili genere natus, & rursus claro

Aliquis valdè malus. Ita nihil constans aut fidum est homini.

Menander. Exitiale mihi genus erit. Ne quæso mater commemores, si chara tibi sum,
Genus tuum in singulis. nam quicumq; natura
Nullum habuerint bonum proprium sibi,
Illi confugiunt ad monumenta
Genusq; suum, & auorum recensent numerum.
At ne vnum quidem videre est, aut nominare, qui
Non habuerit auos. nã aliter quomodo natus esset?
Quòd si tamen illos enumerare nequeant, propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum solitudinem,
Quid hanc ob causam ignobiliores iudicandi sunt
auos suos recensentibus?

Euripides Hæc sola pecunijs comparari non possunt,
Generosus inquam & virtus: formosus autem
Puer, etiam ex malis parentibus gigni potest.

Sophocles. Nunquam amplius ô viri admirabor hominem,
Qui obscuro genere natus, alicubi peccat:
Cùm illi, qui videntur esse nobiles,
Huiusmodi verba delinquunt.

Epicharmus. Nullus est locus vsquam definitus,
In quo omnes aut improbi gignantur, aut probi.

Euripides. Vnicuiq; natura generis est patria.
Nobiles quidem sunt, sed degeneres.
Multi enim nobiles, mali sunt.
Iam enim vidi generoso parente natum
Nullius esse pretij: & rursus ex malis boni filij generantur.

Homer. Odyss. 6 Plures fiunt deteriores: pauci verò patre meliores.
Cùm iuuenis quidam strenuo patre natus, ipse verò parum bonus miles existimaretur, & patris stipendia peteret, Antigonus ad eum dixit: Atqui ego adolescens non paternæ, sed propriæ fortitudinis, mercedem ac præmia largior.

Arist. Ethic. 9 Chariores sunt ob id liberi matribus, quòd partus difficilior sit, maiorisq; laboris indigeat, & quòd suos esse sciant certius.

* Accusatus Aristippus, quòd filium sic abijceret, cùm esset ex ipso natus, An non, inquit, & pituitam & pediculos è nobis natos, veluti inutiles, abijcimus? Sentiens eos non habendos pro filijs, qui à parentum virtute degenerarent. Vnde senex apud Terent. Tantisper te volo meum, dum id quod te dignum est, facis.

Quum miro esset affectu Agesilaus in liberos, dicitur aliquando domi arundine pro equo conscensa, vnà lusisse domi cum pueris. Quumq; id quispiam amicorum vidisset, rogauit ne id diceret, priusquam ipse quoq; liberorum parens esset factus: festiuè subindicans eum lusum non esse leuitatis, sed amicitiæ erga liberos.

Octauius Cæsar Aug. Iuliam filiam ac neptem relegauit, post etiam Agrippam adoptatum. Itaq; ad omnem eorum mentionem exclamabat versu illo heroico Homeri,
O vtinam cœlebs vixissem, orbusq; perissem.
Nec aliter illos tres appellabat, quàm vomicas, seu tria carcinomata sua. Suorum enim mortem leuius ferebat, quàm dedecora. Quin etiam testamento cauit, ne, si quid accidisset Iuliæ filiæ & nepti, sepulcro suo inferrentur.

Liberi, qui humili loco nati, clari euaserunt.

Ex Latinis.

Etsi agresti in tugurio Tullus Hostilius genitus, & adolescens in pecore pascendo educatus fuisset, in virili ætate ad summum Romanum imperium erectus est. In senectute excellentissimis ornamentis decoratus, in excellentissimo maiestatis fastigio fulsit.

Tarquinium Priscum ad Romanum imperium occupandum, fortuna in ciuitatem Romanam aduexit. Quod primò alienũ visum est, quòd exactus fuisset, sed alienus, quòd ortus Corintho. Secundò fastidiendum, quòd mercatore genitus esset. Tertiò erubescendũ, quòd exule Demarato patre natus esset. Dilatauit tamen Rom. pop. fines, cultum deorum nouis sacerdotijs auxit, numerum Senatorũ amplificauit, equestrem ordinem vberiorem reddidit. Nec Romam pœnituit, quòd potius de finitimis, quàm de suis regem elegisset.

Pari fortuna vsus Tullus Seruilius rex, qui ex verna imperium diutissimè obtinuit, terq; trium phauit, quater lustrum condidit.

Varro, ex macellaria patris taberna ad consulatum euectus, graui clade apud Cannas accepta, in vrbem incolumis redijt. Senatus ei gratias egit, quòd redijsset, & dictaturam detulit.

M. Perpenna consul, antequam ciuis, regem Aristonicum cepit, Crassianam stragem vltus est, & in bello gerendo vtilior aliquanto Reipu. extitit Varrone imperatore.

M. Porcius Cato nomen suum Thusculi ignobile, Romæ nobilissimũ reddidit: ornata enim sunt, ab eo Latinarum literarum monimenta, disciplina militaris adiuta, aucta Senatus maiestas, & propagata familia.

Ex Græcis.

Socrates non solùm hominum consensu, sed & Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, matre obstetrice, & patre marmorario genitus, ad clarissimum gloriæ lumen excessit: nam eruditissimorum hominum ingenia, solis & lunæ mensuras, & cæterorum syderum, totius etiam mundi ambitum docuit & informauit.

Euripides matrem olera vendentem, Demosthenes patrem cultellarium habuit: quorum vno in tragica, altero in oratoria vi, nemo fuit clarior.

Liberi qui à parentibus claris degenerarunt.

Scipio superioris Africani filius, in tanta domestica gloria ortus à paruulo Antiochi præsidio capi sustinuit, cùm ei voluntaria morte absumi satius fuerit, quàm inter duo fulgentissima patris & patrui cognomina, manus vinciendas hosti tradere, & ab eo precarium spiritum obtinere.

Idem præturam ambiens candidam togam adeò turpitudinis maculis conspurcatam in campum detulit, vt nisi Cicereo patris scriba fuisset vsus, honorem à populo non impetrasset. Insuper è manu eius annulum, in quo Africani caput insculptum erat, detraxerunt.

Q. Fabius Max. Q. Fabij Maximi Allobrogici filius, perditissima luxuria vitam egit: cuius vtria abundè nudata sunt, cùm Qu. Pompeius prætor vrbanus, paternis bonis interdixit, neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet, inuentus

uentus est. Grauiter enim ferebant, pecuniam, quæ Fabiæ gentis spleodori seruire debebat, flagitijs disijci.

Populi fauorem diu possedit Clodius Pulcher, filium tamen habuit qui eneruem & frigidam iuuentam egit:perdito etiam amore meretricis infamis fuit, mortisq; erubesceodo genere coosumptus est.

Hortensius Corbio, nepos Q. Horteosij, qui summum autoritatis atq, eloqueotiæ gradum obtinuit, omnibus scortis abiectiorem, & obscœniorem vitam egit. Insuper lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostituit, quàm aui pro salute ciuium in foro excubuerat.

Liberi quomodo educandi, & exempla aliorum quam vim habeant.

Ex Poëtis.

Iuuen. Sat. 14 Nil dictu fœdum, visuq; hæc limioa tangat,
Intra quæ puer est:procul hinc, procul inde puellę,
Lenonum,& cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia.si quid
Turpe paras,nec tu pueri cootempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Ergo miser trepidat,ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Nec perfusa luto sit porticus,& tamen vno
Semodio scobis hæc muodat seruulus vous.
Illud non agitas,vt sanctam filius omni
Aspiciat fine labe domum,vitioq; carentem?
Gratum est,quòd patriæ ciuem,populoq; dedisti,
Si facis vt patriæ sit idoneus,vtilis agris,
Vtilis & bellorum,& pacis rebus agendis.
Plurimum eoim intererit quibus artibus, & quibus bunc tu
Moribus instituas.serpente cicooia pullos
Nutrit,& inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis,
Parcendum est teneris,ooodū impleuere medullas
Natiuæ mala nequitiæ,cùm pectere barbam
Cœperit,& longi mucrooem admittere cultri.
Ibidem. Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia cooduplicare
Dat libertatem,& totas effudit habenas
Curriculo,quem si reuoces,subsistere nescit,
Et te cootempto rapitur,metásq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere,quantum
Permittas adeò indulgent sibi latius ipsi.

PHILTO, *Senex.* LYSITELES, *Adolesc.*

Plaut. in Trinummo, Act. 2. Quò illic bomo se penetrauit ex ædibus? LYS. Pater adsum,
Impera quid vis: neq; tibi ero in mora, oeq; latebrosè me abs tuo
Coospectu occultato. PH. Feceris par tuis cæteris factis,patrem
Tum si percoles.per pietatem nolo ego cum improbis te viris.
Gnate mi,oeq; in via, neque io foro vllum sermooem exequi.
Noui ego hoc seculum moribus quibus sit: malus booum malum
Esse vult,vt sit sui similis : turbant, miscent, mores mali.
Hęc dies oocte sq; tibi canto,vt caueas:quod manu oon queunt
Tangere, tantum fas babeot, quò manus abstioeant,
Cætera rape, trahe, fuge latè. Lacrymas bæc mihi, cùm video
Eliciuot,quia ego ad hoc genus hominum duraui. quio prius
Me ad plures penetraui, oam ij mores maiorum laudant,
Eosdem laotant:hisce ego te artibus gratiam facio oeu colas,
Neu imbuas ingenium:meo modo,& moribus viuito antiquis.
Quæ ego tibi præcipio,bæc facito : nibil ego istos moror fatuos
Mores, & turbidos, quibus boni dedecora[illegible]: hæc tibi,si mea
Imperia capesses, multa bona io pectore cōsident.
Infrà. Si animus bominem perpulit, actum est, animo seruiuit,non sibi.
Si ipse animum perpulit, dum viuit, victor victorum cluet.
Tu si animum vicisti potius quàm aoimus te, est quod gaudeas.
Qui animum vincuot,quàm quos animus,semper probiores
Cluent.
Quid exprobras, bene quod fecisti? tibi fecisti, ooo mihi.
Mibi quidem ætas acta est, tua isthuc refert maximè.
Is probus est,quem noo pœnitet,quàm probus sit & frugi bonæ.
Beoefacta benefactis alis pertegito,ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit,in eo est iodoles iodustriæ.

PHILOLACHES, *Adolescens.*

Plaut. Act. 1. Scen. 2. Primùm dum parentes fabri liberûm sunt,
Et fundameotum substruunt liberorum,
Extolluot,parant sedulò infirmitatem.
Et in vsum boni,& in speciem populo
Sint,sibiq; aut materiæ ne parcunt,
Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt,
Expoliunt,docent literas,iura & leges
Sumptu suo,& labore nituntur,vt
Alij sibi esse illorum similes expetant:
Ad legionem quū itant, adminiculum eis dooant
Tum aliquem cognatum suum,
Eatenus abeunt à fabris
Voum vbi meritum est stipendium.Igitur tum
Specimeo cernitur,quo eueniat ædificatio.
Nam ego ad id frugi vsque & probus fui, in fabrorum
Potestate dum fui.
Postquam immigraui in ingenium meum,
Perdidi operam fabrorum ilicò:oppidò
Venit ignauia,ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi aduentu suo grādinem, imbremq; attulit,
Hæc verecundiam mihi & virtutis modum
Deturbauit, detexitq; me ilicò,
Post illa obŏgere eam,negligens fui,
Continuò pro imbre amor aduenit in cor meum.
Is vsq; in pectus permanauit,permadefecit
Cor meum.Nunc simul res, fides,fama,virtus,

Decusq; desteruerunt:ego sum in vsu
Factus nimio nequior, atque ædepol ita
Hæc tigna humidè putent,non videor mihi
Sarcire posse ædes meas,quin totæ
Perpetuæ ruant,quin cum fundamento
Perierint,nec quisquam esse auxilio queat.

Plaut. in Trin. Semper tu hoc facito cogites,
Id optimum esse,tute vt sis optimus:si id nequieris, saltem vt
Optimis sis proximus.

Teren. in Adel. Hoc patrium est potius,consuefacere filium
Sua sponte rectè facere,quàm alieno metu.
Hoc patet ac dominus interest.hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis.

Idem ibidem. Vt quisq; vult filium suum esse,ita est.

Hor. 1. Serm. Insueuit pater optimus hoc me
Vt fugerem,exemplis vitiorum quæq; notando,
Cùm me hortaretur,parcè, frugaliter, atq;
Viuerem vti contentus eo,quod mî ipse parasset:
Non'ne vides Albi vt malè viuat filius?vtq;
Barus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit.à turpi meretricis amore
Cùm deterreret, Sectani dissimilis sis.
Ne sequerer mœchas,concessa cùm venere vti
Possem:deprensi non bella est forma Treboni,
Aiebat. sapiens vitatu,quidq; petitu
Sit melius,causas reddet tibi:mî satis est, si
Traditum ab antiquis morem seruare,tuamq;
Dum custodis eges, vitamq;, famamq; tueri
Incolumem possim:simulac durauerit ætas
Membra animumq; tuũ,nabis sine cortice. Sic me
Formabat puerum dictis,& siue iubebat
Vt facerem quid,habes authorem,quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus selectis obijciebat.
Siue vetabat, an hoc inhonestum,& inutile factu
Nec'ne sit, addubites, flagret rumore malo cùm
Hic atq; ille?auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat,mortisq; metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitijs.

Iuuen. Sat. 14 Sic natura iubet,velocius & citius nos
Corrumpũt vitiorum exempla domestica, magnis
Cùm subeant animos autoribus:vnus & alter
Forsitan hæc spernãt iuuenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiusce:etenim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti,quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus.

Spontanea molestia est liberorum procreatio.
Beatum est,filium bonis moribus præditum alere.
Beatus est, qui fœlix fuit in liberis.
Columnæ domus,filij sunt mares.
Amicitiæ maximum vinculum est liberorum procreatio.

LIBERTAS.

Ex Latinis, & primùm ex Cicer.

Paradox. vbi. Libertas,est potestas viuendi vt velis. Is viuit vt vult, qui recta sequitur,qui gaudet officio,cui viuendi via prouisa est & considerata : qui ne legibus quidem propter metum paret, sed eas sequitur atq; colit,quod salutare maximè iudicat: qui nihil facit, dicit, cogitat've, nisi libenter ac liberè: cuius omnia consilia, resq; quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq; feruntur:nec est vlla res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius voluntas atq; iudicium. Cui etiam fortuna ipsa cedit.

Liber est is existimandus, qui nulli turpitudini seruit. *4. ad Heren.*

Libertatis proprium est,sic viuere vt velis. *1. Offi.*

Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat,cui lex imponit, iubet & vetat quod videtur : qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet. Si poscit,dandum est:si vocat,veniendum:si eijcit,abeundum: si minatur,extimescendum. *Paradox. pa.*

Ita præclara est libertatis recuperatio, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. *Philipp. 10*

Bestiæ,quas delectationis causa concludimus,cùm copiosius alantur quàm si essent liberæ, non facilè tamen patiuntur se contineri. *5. de Finib.*

Ex Seneca.

Inæstimabile bonum est, suum esse. *Sen. Epist. 76*

Seruitus ac libertas, si modum obseruent, vtraque bona sunt : si modum excedant, vtraq; mala. *Idem epist. 9*

Non potest paruo constare libertas:hanc si magno æstimas,omnia paruo æstimanda sunt. *Epist. 105*

Deo parere libertas est. *De beat. vit.*

Proprium est paupertatis, cùm alia deficiunt, exercere libertatem. *Quint. Decla. 9*

Omnes homines natura libertati student. *Cæsar lib. 3. de bel. Galli.*

Libertatis magna custodia est, si magna imperia diuturna esse non sinas. *Liuius.*

Libertatis pretium capit hostis. *Idem.*

Liberis pretium seruitutis ingratum est. *Curt. lib. 6*

Ex Apophtheg. Eras.

Præstantius est suam seruare,quàm alijs adimere libertatem.
Nemo liber, qui seruit cupiditatibus.
Nullum imperium speciosius, si quàm quis ex animo possit imperare.
Nulla voluptas vitis ingenuis suauior est libertate.
Vbi regnat luxus,ibi libertas diu esse non potest.
Libertas vt bis est vita charior:nec turpiter occumbit,qui pro patria pugnans moritur.
Quoniam moriendi potestatem nullus hostis potest eripere, quisquis mortem contemnit, habet quo, quum vult, semet in libertatem asserat.
Pessimus est imperator, qui sibi non potest imperare.
Liberi non sumus,quando alicui consulimus,vtilitatis, aut alicuius rei gratia.
Non est verè liber, nisi cuius animum spe metuq; liberauit sapientia.
Inhumanitatis est, si princeps nihil indulgeat amicis ac familiaribus: sed perniciosum est illis licere quicquid libet.
Is verè liber est,quem philosophia liberum facit.
Pestilentissimum genus est adulationis, sub libertatis imagine blandiri.
Hæc non minima laus est seruorum, nolle fugere, si liceat : at nolle tyrannicam seruitutem commutare libertate, si detur opportunitas, animi seruilis

seruilis est.

Omnibus regibus naturâ inuisa est populi libertas.

Libertas bene magno emitur, nec sine negotio seruatur.

Qui seruit vitijs, verè liber non est dicendus.

Qui multis eget, liber esse non potest.

Ibi institiæ locus non est, vbi quisq; potentior est, Ita licentius opprimit imbecilliorem.

Non verè liber est, quisquis ingenuus natus est.

Nihil beatum, si absit libertas.

Libertas, quamuis inops, omnibus diuitũ delicijs præferenda est, vbi ipsa minuitur.

Ex Poëtis.

Claudianus li. 3 Fallitur egregio quisquis sub principe credit
Seruitium, nunquam libertas gratior extat,
Quàm sub rege pio.

Stat. lib. 5. Syl. Quem non corrumpit pubes effrena, nouæq;
Libertas properata togæ? ceu nescia falcis
Sylua comas tollit, fructumq; expirat in vmbras.

Plaut. in Capt. Omnes profectò liberi libentius
Sumus, quàm seruimus.

Ibidem. Liber captiuus aui ferè similis est
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquam pòst illum possis prendere.

Hor. Sat. 7. lib. 2. Quisnam igitur liber? Sapiens, sibiq; imperiosus,
Quem neque pauperies, neq; mors, neque vincula terrent:
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres, atq; rotundus,
Externi ne quid valeat per leue morari:
In quem manca ruit semper fortuna.

Ex Græcis.

Demosthenes cõtra Androt. Ingenuis, etsi maxima perpetrent facinora, istud tamen corpus seruare licet.

De rebus Chersonesi. Homini libero maxima necessitas est, rerum turpitudo atq; dedecus.

Plato epist. 5 Qui omnibus præferunt libertatem viuẽdi, iugum verò seruile fugiunt tanquam malum, ij caueant moneo, ne insatiabili importunæ libertatis auiditate in maiorum suorum incidant morbum: quem quidẽ illi propterea passi sunt, quòd nulli parere volentes, libertatis amore intemperanter abusi sunt.

Arist. Polit. 6 Libertatis opus est, viuere vt quisq; vult, quia seruus non viuit vt vult.

Plut. de Polit. Libertas populorum interijt largitionum corruptela.

Idem. Libertas loquendi propria amicitiæ.

Sophocles. Libertas senectutis beneficium est.

Agesilaus. Satius est libertatem nobis conseruare, quàm alijs auferre.

Epimenides. Liberis hominibus, & præclaris legibus institutis, perdifficile est sub seruitute durare.

Diogenes. Quod optimum inter homines est, libertas est.

Euripides. Heu non est mortalium qui sit liber: aut enim pecuniæ, aut fortunæ seruit, aut multitudo ciuium, aut legum scripta coercent ipsum, ne vtatur moribus ex arbitrio.

Idẽ in Phoeniss. Serui, non liberi est, quæ quis sentiat, non dicere.

Demosthenes. Tyrannidis & libertatis naturale dissidium.

Epicurus. Libertas nomen virtutis est, seruitus autem malitiæ.

Democritus. Libertas in dicendo, ingenuitatis signum est. Sed occasionis diuersitas, habet periculum.

Sophocles. Voluptas contumeliæ iuncta hominem liberum non docet.

Latinorum Exempla.

De quodã principe Priuernatũ In Priuernates rebelles indignatione accensus Senatus Romanus, quum consilio agitaret, quid de reliquis debellatis Priuernatibus faciendum esset, & eorum principem interrogasset, quam pœnam ipse mereretur, respondit, eãdem quam qui ad libertatem tuendam arma sumpserunt. Hoc dicto exasperatis Senatorum animis, Plautius consul quæsiuit, qualem cum eis pacem habituri essent Romani, donata impunitate: at is libero vultu, Si bonam, inquit, dederitis, perpetuam: si verò malam, non diuturnam. Qua dicendi libertate effectum est, vt Priuernatibus victis nõ solùm venia, sed Romanorum ius & beneficium datum fuerit.

De L. Philip. cons. L. Philippus consul Senatorum segnitiem pro rostris exprobrans, cùm alio sibi Senatu opus esse dixisset, tantum à pœnitentia dicti abfuit, vt cùm L. Crassus Senator id in Curia grauiter ferret, manum injici iuberet, ille reiecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe consul, quia nec ego tibi Senator sum.

De P. Scipione Africano. Pub. Scipio Africanus summo cum gloriæ fulgore à Numantinis ruinis rediens, ab ipsa penè porta, à Cn. Carbone Trib. plebis est interrogatus, quid de morte Tiberij Gracchi sentiret, cuius sororem in matrimonio habebat: non enim dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid miserabiliter esset locuturus. At is iure cæsum Gracchum fuisse dixit: cuius dicto cùm cõcio succlamasset, Taceãt, inquit, quibus Italia est nouerca. Orto deinde murmure, Non efficietis ait, vt solutos verear, quos alligatos adduxi. Statimq; Siphacis & Persæ duorum regum catenatæ ceruices ante triumphalem currum, fremẽtis populi ora clauserunt.

De Cn. Pisone. Cn. Piso cùm Maniliũ Crispum, quem accusabat, Pompei fauore eripi videret, iuueniliq; impetu ad accusandum prouectus esset, interrogatus est, cur se quoq; nõ accusaret: Da, inquit, vades Reip. te ciuile bellum non excitaturum, si postulatus fueris, & de tuo prius, quàm de Manilij capite in consilium iudicis mittam.

De Catone. Cato cùm in Senatorem nocẽtem & infamem iudex sederet, & tabellæ à Pompeio missæ fuissent, rei Senatoris laudationẽ continẽtes, eas è quæstione submouit, legem recitando, ne Senatoribus tali auxilio vti liceret. Sic Pompei audaciam, Catonis libertas vicit.

De Aelio Mantia. Aelius Mantia Formianus libertini filius vltimæ senectutis L. Libonem apud Censores accusabat. In quo certamine cùm Pompeius ætatẽ exprobrans ab inferis illum excitatum dixisset ad accusandum, Non mentiris, inquit, Pompei, venio enim ab inferis Libonem accusaturus: sed dum illic moror, vidi cruentum Domitium Aenobarbum deflentem, quòd summo genere natus, patriæ amantissimus, & vitæ integerrimæ, tuo iussu fuerit occisus. Vidi Brutum ferro laceratum, querentem & tua perfidia & crudelitate fuisse

cæsum. Vidi Carbonem acerrimum patriæ tuæ, patrisq; tui defensorem in tertio consulatu catenis vinctum, à te esse trucidatum. Vidi eodem habitu Perpennam sæuitiam tuam execrátem, multosq; vna voce indignantes, quòd indemnati sub te adolescentulo carnifice occidissent.

Diphilus Tragœdus, Apollinaribus ludis versum accepit, quo scriptum erat, Misetia nostra magnus est, directis in Pompeium Magnum manibus pronuntiauit, inquiens, Veniet tempus cùm grauiter gemas.

M. Castritius libertate inflammatus, dum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carbone consule iubente decretum fieri, quo sibi obsides à Placentinis darentur, nec summo eius imperio obtemperauit, nec viribus cessit, atque dicenti se multos habere gladios, respondit, Et ego annos. Quocirca tot legiones, tam robustæ senectutis reliquias obstupuerunt.

Seruius Galba Iulium Cæsarē consummatis victorijs in foro ius dicentem, in hunc modum est allocutus, C. Iuli Cæsar pro Cn. Pompeio genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? dependam? palàm bonorum Pompei venditionem exprobrando. Itaq; æs alienum Pompei ex suo fisco solui iussit.

Celesius vir iuris ciuilis scientia clarus, nullius gratia aut authoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam componeret. Hoc animi indicio victoriæ eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem cùm multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, & amici, ne id faceret, monerent, duas res magnam sibi licentiam præbere respondit, senectutem & orbitatem.

Ex Græcis.

Mulier quædam à temulento Philippo immeritò damnata, Prouocarem ad Philippum, inquit, sed sobrium: significans eum ebrium resipiscere, iustioremq; sententiam retulit. Igitur æquitatem, quam ferre non poterat, extorsit, ac præsidium potius à libertate, quàm ab innocentia mutuauit.

Senectutis vltimæ Syracusana quædam mulier, Dionysij tyrannidis impatiens sola, quotidie matutino tempore deos, vt superstes esset Dionysius, orabat. Quo agnito, eam accersit, curq; ita faceret, interrogauit. Tum illa, Cùm puella essem, tyrannum habebamus, quo carere cupiebam. Eo interfecto, tetrior aliquanto, sceptrum occupauit, cuius obitum auidius exoptabam. Tèrtium te superioribus importuniorē habemus. Itaq; timeo, ne te absumpto, in locum tuum deterior succedat. Quaprópter tantam mulieris libertatem Dionysius punire erubuit.

Theodorus Cyrenæus Lysimacho regi mortem minitanti, Magnifica res, inquit, tibi contigit, quia Cantharidis vim assecutus es. Cumq; hoc dicto accēsus cruci eum affigi iussisset, Terribilis (ait) hæc sit purpuratis tuis, mea quidem nihil interest, humi'ne, an in sublimi putrescam.

L I B I D O.

Vincit sanctos dira libido. *Seneca in Hip.*
Sed quia cæcus inest vitijs amor, omne furorum *Claudian.lib.*
Despicitur, suadentq; breuem præsentia fructum:
Et ruit in vetitum damni secura libido.
Ingenium est omnium *Teren. in Ad.*
Hominum ab labore procliue ad libidinem.

L I C E N T I A.

O quisquis volet impias *Hora. Ode 24. lib. 3*
Cædes, aut rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam.
Nam deteriores omnes sumus omnes licentia. *Teren. in Heaut.*
Quodcumque inciderit in mentem, volet,
Neque id putabit, prauum an rectum sit quod petet.
Tu rem perire, & illum non poteris pati.
Dare denegaris: ibit ad illum ilicò,
Quem maximè apud te valere sentiet:
Abiturum se abs te esse ilicò minabitur.
Verùm nimia illa licentia *Idem in Adel.*
Profectò euadet in aliquod magnum malum.
Procliuior vsus *Claud. Eunuc.*
In peiora datur, suadetq; licentia luxum,
Illecebrisq; effrena fauet: tunc viuere castè
Asperius, cùm prompta venus, tum durius iræ
Consulimus, cùm pœna patet.
Cui peccare licet, peccat minus ipsa potestas. *Ouid. 3. Amor.*
Semina nequitiæ languidiora facit.
Minimum decet liberè, cui multum licet. *Sen. in Troad.*
Cui plus licet quàm par est, plus vult quàm licet.
Quanto plus liceat, tam libeat minus.
Quid liceat nescimus adhuc, & cuncta licere credimus? *Ausonius.*
Quid licet, ingratum est: quod non licet, acrius vrit. *Ouid. de fastis.*
Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata. *Idem lib. 3. de fine tut.*
Sic interdictis imminet æger aquis.
Id facere laus est, quod decet, non quod licet. *Sen. in Oda.*
Sed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit *Claud. de 4. Honory consul.*
Occurrat, mentemq; domat respectus honesti.

L I N G V A.

Ex Poëtis.

Post adfert animi motus interprete lingua. *Hor. in Arte.*
Crede mihi, distant mores à carmine nostro: *Ouid. 2. Trist.*
Vita verecunda est, musa iocosa mea est.
Nec liber indicium est animi, sed honesta volūtas
Plurima mulcendis auribus apta refert.
Innocuos censura potest permittere luxus. *Martial. 1. Epigramm.*
Lasciua est nobis pagina, vita proba est.
Turpe reos empta miseros defendere lingua, *Ouid. 1. de fast. tut.*
Quòd faciat magnas turpe tribunal opes.
Viuendum est rectè cùm propter plurima, tum his *Iuuen. Sat. 9*
Præcipuè causis, vt linguas mancipiorum
Contemnas. Nam lingua mali pars pessima serui.
Nil melius lingua, lingua nil peius eadem: *Fausti.*
Tristia cum dulci toxica melle gerit.

Hesiodus. Si tibi corda tument, vultus oon indicet iram.
Turpe sequi est sceleratum bominem : maledicere cuiquam
Iosandum est, qui iam vita laudetur honesta:
Nunquam à te, nunquam misera obiurgetur hooestas.
Diuinum dooum est, diuumq; æterna voluntas.
Qui loquitur parcè, linguam oec in omnia soluit,
Thesaurum præ se gerit ille: ea gratia magna est,
Vt linguam moderes, meditataq; verba loquaris.
Si quemquam verbo lædes, læderis & ipse.

Apophthegmata.

Chilo Lacedæmonius dicebar ooo committeodum esse vt lingua præcurrat mentem : admonens prius esse cogitãdum quid loquaris, quàm lingua prorũpat in verba : oescit enim vox missa reuerti.

Theophrastus dicebat potius esse fidendum effreni equo, quàm verbo iocomposito. Nemo oon metuit insidere equo effreoi, at plus est periculi à lingua effreni.

Zeno dicebat saòus esse pedibus labi, quàm lingua: eoq; conuiuia vitabar, quòd ibi solutus vino, & aliorum sabulis prouocatus, facilius labi posset.

L I S.

Plut. de Polit. Publicæ cootradictiooes & controuersiæ, si priuatas offensiones subducas, leuiores effici solent.

Eurip. in And. Paruo ab inióo conteoóooem magnam hominibus lingua suppeditat : hoc verò sapientes homines maximè caueot, amicis noo fabricare litem.

Metaph. 5 Opinionum diuersitas, liòs causa est.

Hesiodus. Multi liògant in soro, oon tam vt aliquid consequantur, quàm vt alios vexeot atque molestent.

Ibidem. Ille sorum & lites vitare debet, qui sibi non est cõscius magnarum diuitiarum.

Cic. ad Attic. Nihil bono viro ac quieto magis conuenit, quàm abesse à ciuilibus controuersijs.

LITERARVM LAVS.
Ex Latinis, & primùm Ex Cicerone.

Cic. 4. ad Here. Artes virtuòs suot magistræ.

de Orator. Suauitate scientiæ nihil est homini iucundius.

de Nat. Deo. Scienria nulla res est præstanòor.

Pro Arch. poë. Si ex literis delectatio tantùm peteretur, tamen banc animaduersiooem bumanissimam & liberalissimam iudicaremus. Nam cæteræ oeq; temporum suot, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescẽtiam alunt, senectutem oblectant, secuodas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt soris, pernoctaot nobiscum, peregrinantur, rusticantur: quòd si ipsi neque attingere, neque sensu oostro gustare possumus, tamen ea mirari debemus, etiam cùm in alijs videamus.

5 Fami ad Lucerium Studijs ac literis res secuodæ ornantur, aduersæ adiuuantur.

In Salust. An vllum putas fieri posse ciuem egtegium qui noo sit ijs eloquentiæ artibus & bonis disciplinis eruditus? An vlla alia esse putas rudimenta & incuoabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur?

2. Tuscul. Vt ager quãuis fertilis, sine cultura fructuosus esse oon potest, sic sine doctrina animus.

5. de Finib. Multi cùm in potestate esseor bostium ac tyranoorum, multi cùm in custodia, multi in exilio, dolorem suum doctrinæ studijs leuarunt.

Pro Sylla. Literæ posteritatis causa repertæ suot, quę obliuioni subsidio esse possunt.

Pro Arch. poë. Exempla omnia iacerent in tenebris, nisi literarum lumen accederet.

2. de Legib. Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poëtæ versu seminari potest.

Pro Arch. poë. Alexander cùm io Sigæo ad Achillis tumulum astitisset: O fortunate, ioquit, adolescens, qui tuæ virtuòs Homerum pręcooem inueneris. Et verè: oam nisi illa ars extitisset, idẽ tumulus, qui corpus cootexerat, oomeo etiam obruisset.

Orat. ad Brut. Non tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe oescire.

Ibidem. Nescire quid antea, quàm oatus sis, acciderit, id est semper esse puerum.

2. de Inuent. Præclarum mihi videtur adeptus is, qui quare bomines bestijs præstant, ea in re bominibus ipsis antecellat.

Q. fra. Plato tum denique beatas fore Respub. putauit, si aut docti, aut sapieotes homines eas regere cœpissent: aut qui regere cœpissent, omne suum studium in doctrina ac sapieotia collocassent.

1. de Orat. Quis in eo summè elaboraodum non arbitretur, vt quo vno homines bestijs præstant, io boc hominibus ipsis antecellat?

In Literis non est desperandum.

2. de Oratore. Quibus natura mioora data suot, tamen illud assequi possunt, vt his quæ habeant modicè & sciẽter vtantur.

3. de Orat. Nihil est quòd quisquam magnitudinem artium, ex eo quod senes discunt, pertimescat. Namque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem in studijs detineotur, aut sunt tardissimi.

3. de Oratore. Literæ discuotur facilè, si & tantum sumas quantum opus sit, & habeas qui docere fideliter possit, & scias etiam ipse discere: ita vt facilis vsus doctrinam cõfirmet, mediocris opera tribuatur, memoria, studiumq; permaneat.

1. de Orat. Noo est ioterdictum aut à rerum natura, aut à lege aliqua, atq; more, vt singulis hominibus oe amplius quàm singulas artes nosse liceat.

3 de Orat. Magni eius interest, qui discere vult, vtrum voum omnia, an omnia oeminem, sed aliud alium putet coosequi posse. Si enim putabit omnia posse peoes vnum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur facultatem: si is desperabit, in paucis se exercebit: ipsis enim conteotus erit.

In Orat. Multi sunt qui desperaoone debilitati, experiri id oolunt, quod se assequi posse diffidunt: sed par est omoes omoia experiri, qui res magnas, & expetendas concipiuot. Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingeoij vis deficiet,

aut

aut minus iostructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem, hooestum est in secundis ternijsq; consistere. Non enim in poetis Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro. Nec verò Aristotelé deterruit in philosophia à scribendo, amplitudo Platonis. Nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia cæterorum studia restinxit: nec solùm ab optimis studijs excellẽtes viri deterriti noo suot, sed ne opifices quidem se artibus suis temouerunt, qui aut Ialysi non potuerunt, aut Veneris Coæ pulchritudinem imitari, nec simulacro Iouis Olympij deterriti reliqui, minus experti sunt quid efficere, aut quò progredi possent: quorum tanta mulotudo fuit, tanta in suo cuiusq; genere laus, vt cùm summa miremur, inferiora tamen probemus. In oratoribus verò, Græcis quidem, admirabile est quantum inter omnes vous excellat. Attamen cùm esset Demosthenes, multi oratores magni & clari euaserunt, nec antea defuerant, nec postea. Quare non est cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. Nam neque illud ipsum quod est optimum, desperãdum est: & in rebus præstanóbus magna sunt ea, quę sunt optimis proxima.

3 de Orat. Natura nulla est, quæ non habeat in suo genere res complures, disimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur.

2.de Diuin. Non dubium est quin multi, cùm ita naó essent, vt quædam contra naturam deptauata haberent, restituerentur & corrigerentur à natura, cùm se ipsa reuocasset, aut arte, aut medicina: aut quorum lioguæ sic inhærerent, vt eloqui non possent, hæ scalpello resectæ liberarentur. Multi etiam naturæ vitium meditaoone atque exercitatiooe sustulerunt vt de Demosthene dicitur.

Literarum laus.

1.de Orat. In Demosthene tantum studium fuisse, tantusq; labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ, industria, diligentiaq; superaret: cumq; ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset discere, perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. Deinde cùm spiritus eius esset angustior, tantum cootinenda anima in dicendo est consecutus, vt vna continuatione verborum binæ ei contentiones vocis, & remisiones continerentut. Quineóam coniectis in os calculis, summa voce, versus multos vno spiritu proferte consuescebat: neq; is in loco consistens, sed inambulans, atq; ascensu iogrediens arduo.

2.de Diuin. Nihil est quod longitiquitas temporis efficere non posit.

2.Finibus. Quærendi defatigatio turpis est, cùm id quod quęritur, sit pulcherrimum.

In Lælio. Non est cõsentaneum vllam rem hooestam, actiooem've, vt sollicitus sis, aut non suscipere, aut susceptam deponere. Quòd si curam fugimus, virtus fugienda est, quæ necesse est vt eum aliqua cura, res sibi contrarias aspernetur, atq; oderit, vt bonitas malioam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo.

Sine studio & ardore quodam amotis, io vita nihil fit quicquam egregium. *1.de Orat.*

Diligentia in nmnibus tebus plurimùm valer: hæc præcipuè colenda est nobis, hæc semper adhibenda, nihil est quod oon hæc assequatur: qua vna virtute omnes reliquæ virtutes continentur. *2.de Orat.*

Parum valet doctrina, nisi industria, labore, diligẽtia comptobetur. *3.ad Heren.*

Quæ booa sunt, fieri meliora possunt doctrina: & quæ oon optima, acui tamen aliquo modo & corrigi possunt. *2.de Orat.*

In omni disciplina, infirma est artis præceptio sine summa asiduitate exercitationis. *3.ad Heren.*

Nulla ars literis sine interprete, & aliqua exercitatione percipi potest. *Cum Trebatio*

Studia nihil prosunt perueniendi aliquò, nisi illud, quod eò quò teodas, ferat deducatq;, cogooris. *1.de Orat.*

Ex Græcis.

Quinetiam insignem numerum sophismatum *Aeschylus.*
Inueni per literas: literarum autem compositio
Memoriam ptoduxit omnium opificem Musarum matrem.

Orario sanè vtilis est ægrotantibus. *Philemon.*
Veluti splenium vlceri aptè impositum
Inflammarionem sedat, sic & orario.

Otatio commoda, remedium est timoris hominum. *Euripides.*

Nullus me ex montibus rudis rusticus, *Philetas.*
Auferet aloum sublato ligone.
Sed qui callet verborum elegantiam, & post multos labores
Variorum sermonum rationem oouit.

Non desinam Musis Gratias *Euripides.*
Commiscere suauissima coniunctione,
Ne viuam alienus à Musis.

Ah miser, quàm debilem tibi fortunam
Dedit dæmon: sermones tui autem valde sapiunt.

Ego remedium obliuionis statuens, solùm
Ex consonis & vocalibus literis syllabas iuugens,
Autor fui hominibus vt literas scirent.
Ita vt absens vltra maris æquora,
Res quæ illic gerantur io ædibus omnes rectè intelligat,
Et moriens liberis aliquot literas
Scribendo animum aperiat, qui acceptis literis cogooscitur:
Mala autem quæ contentionibus hominum agitantur,
Codicillus dirimit, nec falsa loqui sinit.

Etenim ego quæcumq; capiti olim largitus sum *Callimachus.*
Flaua cum odoratis vnguenta corollis,
Omnia statim odorem amiserunt: & quæ dentes
Intra, & ventrem itigratum subiuerunt,
Eorum quoque nihil in crastinum remansit: quæcumque verò in aures
Recondi, ea mihi sola adhuc adsunt.

Ille oon solùm inuenit quomodo colloquamur *Philemon.*
Inuicem, longo tempore alter ab altero absentes:
Neque quomodo nullus vnquam in posterum
Ex oobis quicquam obliuiscatur, sed inspiciens
Quæ quouis tempore gesta sunt cognoscat, verùm etiam
Medicum aõimæ reliquit literas.

Arbitror equidem ô Nicocles, pulchra esse monum *Isocrates.*

numeta corporum etiam imagioes: verùm multò pluris faciendas mentis & actionum icoões, quas in solis oraóotibus artificiosè compositis spectare licet.

Democri. Plurimùm ad persuasionem sermo valet.

Socrates. In bello quidem ferrum auro præstat ad defendẽdum se: in vita autem erudióo liberalis diuitijs.

Plato. Oratio, tanquam bonus figulus, elegaǹo specie animum ornat.

Luscinijs tantum est canendi studium, vt certantes emoriaotur, spiritu citius deficiẽte quàm cantu: ita nonnulli literarum immodico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullo vinci volũt erudióone, pereunt in ipso conatu.

Rhododaphnes arboris folia quadrupedibus veoena sunt, hominibus verò præsidia aduersus serpentes: ita literæ diuinæ sobrijs ac prudentibus salutarem præbẽt alimooiam, stultis autem, & impijs, maioris impietatis ministrant occasionem.

Vino modico nerui & oculi iuuantur, eodem copiosiore læduntur: sic literis modicè gustatis, adiuuatur vita, eadem læditur, si quis immodicè incumbat.

Quemadmodum in opalo gemma, multarũ gemmarum dotes eminent, oempe carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi virens mare, cunctaq; hæc pariter incredibili mixtura lucentia: ita multorum virtutes in vno hoc eminent, aut in sacris literis simul inuenitur, quicquid apud vllos Ethnicos scriptores placere potest.

Draconites nec poliri potest, nec artem admittit, alioqui elegans & translucẽs: ita diuina scriptura suum habet nitorem, nec artificium philosophiæ aut rhetorices admittit.

Apophthegmata.

Cùm Alexander delato ad ipsum scriniolo, quo nihil inter opes Darij preóosius repertũ fuerat, interrogaretur ad quem vsum destinandum esset, Huic optimè seruandus dabitur Homerus. Sentiens nullum esse thesaurum illo preóosiorem.

Diogenes cùm quendam ad philosophiam hortaretur, illeq; dixisset Diogeni, Non sum idoneus ad philosophiã: Quid igitur viuis, inquit, si oulla obi rectè viuendi cura est? Atqui natura dat viuere, philosophia rectè viuere. Non autem in hoc vtuit homo, vt tantùm viuat, sed vt rectè.

L ANTE O.

LOCVS.

Ex Latinis.

Sen. epist. 28 NOn tantùm corpori, sed etiam moribus, saluber locus est eligendus.

Ibidem. Omni loco hene viuere positum est.

Idem epist. 53 Ad tranquillitatem multum locus confert.

Epist. 71 Veteres inquilinos indulgẽtia loci, & consuetudo etiam inter iniurias detinet.

Plinius secun. lib. 18 Loci salubritas non incolarum colore detegitur, quoniam assueti in pestilentibus durant.

Cic. 3. de Nat. deo. Apertiora sunt ingenia, & ad iotelligendum aptiora eorum, qui terras incoluot eas, in quibus aër sit purus, quàm eorum, qui vtuntur crasso cælo atq; concreto: qoinetiam cibo quo vtaris, ioterest ad menós aciem.

Ex Poëtis.

Misce stultitiam consilijs breuem. *Hor. Oda. 12. lib. 4*

Dulce est desipere in loco.

Difficile est tamen hîc remis vtaris, an aura *Ouid. 1. Trist.*
Dicere, consilium resq; locusq; dabunt.

Singula quæq; locum teneant sortita decenter. *Hor. de Arte.*

Ex Græcis.

Maximum omnium locus est: capit enim omnia. *Thales.*

Viri faciunt loca honorata, non loca viros. *Agesilaus.*

Locorum incommoditas, & angustia rixam parit. *Demosthenes.*

Homini fœlicitatem locus nõ aufert: sicut nec virtutem, nec animi præstantiam. *Democritus.*

Quibus in locis calamitosus aliquis fuit, ad istos accedere nequaquam gaudet. *Ibidem.*

Neq; enim locorum interualla funditus tollũt amicióam, sed officia & actionem. *Arist. lib. 7 Eth. cap. 4*

Diogenes obiurgatus quòd intraret loca spurca ac parum honesta, Et sol, inquit, subit latrinas, nec tamen inquinatur. Senóens probum virum ex loco oon deteriorem fieri.

Aristippus in conuiuio sedere iussus in loco omniũ infimo: Hunc locum, inquit, illustrare vultis, ac honorificum reddere: significans ex hominis dignitate hooorem addi loco.

LOQVACITAS.

Ex Apophtheg. Eras.

Ex mulóloquio pleraque nascuntur incommoda.

Quidam hoc præclarum existimant, si nunquam sileant, cùm id sit certißimum fatuitatis argumẽtum: vt contrà, silenóum, vbi loquendi tempus non est, prudeotiæ signum est.

Muloloquium non solùm molestum est auditori, sed & ad persuadendum inutile, præsertim apud principes, tum varijs curis occupatos, tum auribus fastidiosis.

Peculiaris erat Lacedæmonijs verborum paucitas: vnde & ab ea regione breuiloquentia Lacotismus dicitur.

Stolidi oratoris inaois loquacitas responso indigna est.

Frustrà de his verba fiuot, ad quæ perficienda non suppeót facultas.

Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi sermone longiore quàm causa postulet, adeò nusquam non placebat frugalitas. Nam ad causam oon magnam adhibere superuacuam rerum copiam, luxuriæ genus est.

Effectu caret loquacitas: taciturnitas autem certiora habet coosilia.

Breuiloquentia ducem decet maximè.

Multa verba nequaquam arguunt sapientem opióonem.

Est aliqua sapientis pars, silenóo stultióam tegere.

Indecenter is magnificè loquitur, cui vires oon suppemnt oraoonì pares.

Nihil est violentius aure tyranni: apud bonos et iã principes admooeodi libertas verbis placidioribus est temperaoda.

Silentij

Silentij tuta sunt fidi præmia.

Multis verbis veritas non eget: & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehensa sunt.

Orationis expedita breuitas est probanda.

Prius cogitàdum quid loquaris, quàm lingua prorumpar in verba.

Aduersus nil malè meritum, audire maledicam linguam, iniuriæ genus est.

Nihil oratione melius, si parcè promas linguæ thesaurum.

Nihil effutiendum est, si quid liberius dictum sit in conuiuio.

Abderitarũ legatus apud Agidem multa locutus, cùm vix finem dicendi fecisset, rogassetq; quid ciuibus esset renuntiaturus, Renuntia, inquit Agis, quantum temporis ad dicendum tibi opus fuit, tantum me silentem audisse.

Anaxandridas cuidam opportuna loquenti, sed pluribus quàm sat erat, Hospes, inquit, re necessaria in non necessaria vteris. Significans honestum non egere prolixa oratione, quòd seipsum facilè commendet.

Cùm Samiorum oratores ad Cleomenem venissent, & oratione longiori vsi fuissent, dixit, Quæ primùm recensuistis, non memini, ne media quidem intelligo: quæ dixistis postrema, non probo.

Ctesiphõtem eiecerunt Lacones, quòd profiteretur se de quauis re proposita totum diem posse dicere, dicentes boni oratoris esse, sermonem rebus habere parem.

Phocioni in concione sedenti, cùm quidam dixisset, Videris cogitabundus Phocion: Rectè, inquit, coniectas. Cogito enim si quid detrahere queam ijs quæ dicturus sum apud Athenienses. Exoptãs quæ ad rem facerent, verbis quàm paucissimis complecti.

Ex Poëtis.

Plau. in Asin. Nam meritò loquaces habemur omnes,
Nec mutam profectò repertam vllam esse
Hodie dicunt mulierem vllo in seculo.

Oui. 2. de Arte. Eximia est virtus præstare silentia rebus:
At contrà, grauis est culpa, tacenda loqui.

Hor. lib. 1. epist. ad Sceuam. Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multò minus, inuidiæq;.

Ibid. ad Lollium. Percontatorem fugito: nam garrulus idem est.

Ex Græcis,

Plutarchus. Multa cognoscendi studium
Comitatur garrulitatis vitium.

Euripides. Nulla fides linguæ est.

Idem. Loquacitas est deambulatio linguæ.

Socrates. Multarum rerum cognitio aut valde iuuat, aut valde lædit habentem. Iuuat quidem virum dextrũ, & modestum: lædit autem eum, qui facilè quemuis sermonem & apud quemuis loquitur.

Euripides. Si continuè & multa, & celeriter loqui, signum esset prudentiæ, hirundines multò nobis sapientiores dicerentur.

Idem. Decorum silentium corona est viri. Loquacitas antem nec iucundũ aliquid habet, & mala est conuersationi, & inutilis ciuitati.

Aeschin. Nec ex manu dimittentis lapidem ponderosum facile est cohibere, nec ex lingua sermonem.

Tyrannicum quiddam est, multa scire loqui.

Dicendi modus non penes loquentem, sed penes audientem est.

Auaritia quædam est omnia velle dicere, & nihil audire.

Intempestiua inter potandum garrulitas plerosq;, dum nugantur, transuersum rapit, & animi libidini inseruire cogit. Plutarchus.

Fieri non potest, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. Idem.

L ANTE V.

LVCRVM.

Ex Latinis.

Avarus animus nullo satiatur lucro. Sen. epist. 95

Nullus, nisi ex alterius damno, quæstus est. Isid. de bo. lib. 3

Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Cic. 1. Off.

Malo emere quàm rogare. 6 Alex. in Verr.

Emptum cùm male est, semper pœnitet. Pub. Senior.

Quid non facit, aut patitur mercator?

Vix salua ea demum erit ciuitas, in qua pluris venũdatur piscis quàm bos. Cato.

Qui pretiosa magno emunt, desperant se ad maturitatis tempus peruenturos. Socrates.

In magna inopia quicquid emi potest, vile est. Quint. Decl. 12

Ex Græcis.

Res partim emuntur pecunia, vt domus: partim tempore & diligentia, vt liberalis disciplina. Diogenes.

Eos lucri cupidos esse intelligo, qui propter inexplebilem auiditatem, minima quæq; atq; vilia, & nullius pretij mirum in modum sitiunt, & in his etiam lucrum quærunt. Plato in Hipp.

Si quis ô Socrates, rectè lucri cupidum definiat, eum, vt puto, lucri cupidum arbitrabitur, qui studet ijs, & decẽs existimat in ijs lucrum quærere, ex quibus boni viri lucrari nunquam auderent.

SOCR. Malos dicebas omnia lucra tam exigua, quàm magna cupere? Non'ne igitur secundum sermonem tuum vniuersi homines & boni pariter atq; mali lucri cupidi essent? Non rectè igitur vituperabit quispiã lucri cupidos, cùm ipse quoq; lucri cupidus sit.

Lucrum turpe, accusatio naturæ est. Plutarchus.

Omnis homo lucri cupidus est.

Lucrum est indigentiæ auxilium. Arist. Eth. 8

Necessarium est in omni ciuitate aliquid vendi, & aliquid emi. Polit. 6

Fidelis terra, infidele mare, insatiabile lucrum est. Beant.

Damnum potius quàm turpe lucrum est eligendum. Diogenes.

Nisi lucrum esset, nemo improbus esset. Diphil. apud

Non in omnibus lucrum tibi proponas. Volat.

Parua lucra maiora detrimenta afferunt. Hom. 7. Iliad.

Vt paucis dicam, quantumuis sapientem animum lucrum vi superat. Apud S. tob.

Spes mali lucri, initium est iacturæ. Xenophõ apud

Lucrum iustitiæ præferunt impij. Stob.

Agricolæ & mercatores ab admittendo bello melius deterreri non possunt, quàm si eis negotiationis euersio, illis agrorũ vastatio proponatur. Ibidem. Demosth.

Turpia

Nessedon. Turpia lucra fuge: nam sunt æqualia damnis.

Ex incerto au-ctore. Committitur cædes lucri gratia, spoliantur templa, amicitia violatur, fides negligitur, patria proditur: in summa, nihil non malorum patratur.

Eusebius. Boni principis hoc vnum est proprium lucrum, omnia sic facere, vt in ipso imperio, & post, iustitiæ ac bonorum omnium à subiectis testimonium habeat.

Chilo Lacedæmonius damnum aiebat turpi lucro esse præferendum: nam illud semel dolere, hoc semper. Iactura rei facilè sarciri potest, fama cõtaminata vix vnquam diluitur.

Thales per iniuriam ditescere vetuit: quòd lucrũ fraude partum, damnum sit, non lucrum.

Anaxagoras post diutinam peregrinationem domũ reuersus, possessiones suas desertas reperit, dixitq;, Nisi ista periissent, ego saluus non essem. Nam sæpenumero prospera sunt homini, quæ videntur aduersa, & quod damnum putatur ingens, lucrum est maximum.

Ex Poetis.

Horat. Oda 12. lib. 4. Verùm pone moras, & studium lucri,
Nigrorumq; memor dum licet ignium.

Tibull. Eleg. 3. lib. 2. Lucra petens habili tauros adiungit aratro,
Et durum terræ rusticus vrget opus.
Lucra petituros freta perq; patentia ventis
Ducunt instabiles sydera certa rates.

Plau. in Pseud. Si lucri quid detur, potius rem diuinam deseram.

Plau. in Capti. Non ego omninò lucrum omne esse vtile homini existimo.
Odi ego aurum: multa multis sæpe suasit perperam.

LVXVRIA.

Socrates aiebat multos in hoc viuere, vt ederent, biberentq;, se contrà, ob id edere ac bibere vt viueret: quòd his rebus non ad voluptatem, sed ad naturæ necessitatem vteretur.

Diogenes luxuriosum quempiam in diuersorio cõspiciens vescentem oleis, Si sic prãdisses, inquit, non ita cœnares: sentiens non esse frugalitatis, quòd cœnaret oleas, sed quòd stomachus nimis lauto prandio grauatus, nihil appeteret in cœna. Nam tenue prandium optimè condit cœnam.

Idem ad eum, qui plus æquo obsonijs, ac luxui indulgebat, illud Homericum accommodabat: Nate mihi fueris breuis æui: significans illum sibi luxu mortem acceleraturum.

Cato senior aiebat se mirari, quomodo seruari posset ea ciuitas in qua pluris veniret piscis quàm bos. Præcipuus olim luxus erat in piscibus: vnde legimus mullum sex millibus emptum.

Stratonicus, cùm Rhodi ageret, taxans eius gentis luxũ, dicebat illos ædificare, perinde quasi essent immortales, obsonare quasi breue tempus victuros. Audius enim fruimur his, quæ breui scimus auferenda.

Cùm Diocli periisset vxor, & in funebri cœna, nihilo secius opsonia voraret, & interim fleret, tũc Theocritus Chius, Desine minister, inquit, nihil profeceris, opsonijs indulgens. Sentiens illi semper flêdi fore materiam, si pergeret deliciari.

Tiberius Cæsar Attilio Butæ prætorio, qunm per luxum ad inopiã redactus esset, & paupertatem deploraret, Serò, inquit, experrectus es. Dormiunt temulentæ ac luxui dediti verius quàm viuunt. Nam vita vigilia est.

Heraclitus in seditione rogatus, quo pacto ciuitas in concordiam posset redigi, poposcit calicem aquæ frigidæ, & paululum farinæ inspersit: dein epoto calice discessit, nec verbum addidit: hoc pacto innuens ita demum ciuitatem carituram seditionibus, si repudiatis delicijs, assuescerent paruo contenti esse.

Immodica L. Luculli ciborum luxuria effecit, vt Xerxes togatus ipse dictus fuerit. Instruebatur cõuiuium quinquaginta millibus, cùm in Apolline cœnabatur: qua voce ludificatus est Pompeium, & Ciceronem, quibus famosam illam adposuit cœnam, ea conditione, vt de domestico appatatu nihil mutaretur.

Cùm ab eodem Prætor Romanus in ludorum apparatu vestes petijsset ad cœnam instruendam, ducentas detulit purpureas. Ex quo trito omniũ sermone prouerbio, abijt, Loquitur vt Cato, viuit vt Lucullus.

Aelij Veri cœna, nulla hominum memoria portentosior fuit, quæ sexagies centum millibus sestertijs instructa est: duodecim, qui cũ eo accubuerunt, singulis abeuntibus congesta dono sunt vasa argentea, aurea, crystallina, & myrrhina: tot enim generibus poculorum in cœna fuerant vsi. Sua cuiq; data est mula pretiosissimè instructa, qua domum veheretur.

Heliogabalus insania verius, quàm luxuria correptus, piscinas rosea impleuit aqua, balsamum infudit lucernis, gemmas miro artificio sculptas apposuit calceis, croco strauit triclinium, porticum scobe auri. Nunquam iterum cum aliqua fœmina congressus est, præterquam vxore: nunquam iterum aurea veste vsus est.

Cleopatra Aegypti regina, ab irato Antonio in iudicium vocata, cùm in Siciliam ex Aegypto fugeret, nauim incredibili pompa subiuit, purpurea habentem vela, sericeosque rudentes, remos argento exornatos. Ipsa sub aurea vmbella in Veneris speciem ornata in media naui sublimior stabat, circumfusa virginum choris. Ad fluminis ripas puellæ insignes aureis thuribulis odoramenta illi perfundebant. Egressa naui in conuiuio, quoniam pepigerat cum Antonio se plus impensæ vno bolo, quàm Antonium magno conuiuio absumpturam, ingentem vnionem, cui similis magnitudine, specieque nunquam visus erat, ab aure detraxit, atq; aceto maceratum absorpsit.

C. Caligula imperator, luxu perditus, nunquam nisi in odoribus lauabatur, citreoq; ligno naues ædificabat, auro, gemmisq; earum puppibus ornatis. In eis quoque odoratas arbores, herbasque plantabat, & viridaria porticibus auratis circumsepta construebat. Circum Campaniæ littora, inter sonos cantusq; ac scorta nauigabat. In conuiuijs, aureo pane, aureis piscibus mensas instruebat. Pulmẽta, maceratis margaritis conficiebat. Denique ne intactum aliquid relinque-

ret, sororibus se commiscuit.

Aelius Verus, quẽ Adrianus adoptauit, lectos rosis violisq; sternebat: fortasse arbitratus, Scipiones, Fabricios, Brutos, Publicolas, Cincinnatos, atq; alios priscos, quorum sudore, & sanguine partum fuit imperium, ita lectos, cùm bella gererent, statuisse.

L. Verus, qui cum Antonio regnauit, cùm in bellum Persicum proficisceretur, conuiuium exhibuit, in quo omnes conuiuæ, gemmatis & crystallinis vasis biberẽt. Omnibus ferculis pocula, seruiq; mutabantur, quos omnes conuiuis donabat, cum argenteis curribus, quibus omnes ad domos suas deducerẽtur. Impensa conuiuij circiter centum atq; sexaginta sestertiorum nummorum millibus constitit. Vt fulgentiore capillo esset, auri limatura comam perfundebat.

C. Sergi' Orata ne æquoris libidini subditus esset, æstuarijs fluctus intercipiebat, diuersos piscium greges intercludebat, ita vt nulla tam sæua tempestas incideret, qua non oneratæ mensæ essent varietate piscium.

Ex Græcis.

Prima luxuriæ elementa à Lydis profecta sunt, qui natiuo lanæ candore non contenti, eam omnium primi infecerunt. Quasi natura rerum omnium parens, non potuerit in re tam parua humano generi gratificari, si id vtilissimum illi visum fuisset.

Detestabilior Asia, quæ aurum prima intexuit: Babylonia, quæ vestem varijs coloribus acu distinxit: Hetruria, quæ purpuram vestibus prætexuit.

Alcibiades purpureis in prætoria naui velis vsus est: ac si concharum cruor, quòd marinæ sint, magis ad naualem expediret cursum, quàm linum candens.

Ptolemæus vir delicatissimus, mille conuiuas mille aureis poculis saginasse fertur.

Plato cùm Agrigentinos videret magnis impensis ædificare, & sumptuosas cœnas apparare, Agrigentini, inquit, ædificant, quasi semper victuri: & cœnant, quasi semper morituri.

Timotheus luxum reprehendens, dicere solebat, Cui nihil satis est, eidem nihil turpe.

Nihil abiectius est luxuria, auaritia & arrogantia: nihil autem præstantius magnanimitate, mansuetudine, & humanitate.

Ex Poëtis.

Claudian. lib. 2 Nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries prædulce malum, quæ dedita semper
Corporis arbitrijs, hebetat caligine sensus,
Membraq; Circæis effœminat acrius herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, toruos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.

Iuuen. Sat. 6 Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cùm virides gemmas collo circundedit, & cum
Auribus extensis magnos committit elenchos.

Sen. in Hippo. Quisquis secundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu, semper insolita appetens,
Tunc illum magnæ dira fortunæ comes
Subit libido: non placent suetæ dapes,
Non tecta, sani mores, aut vilis cibus.
Cur in penates rarius tenues subit
Hæc delicatas eligens pastis domos?
Cur sancta paruis habitat in tectis Venus?
Medium sanus vulgus affectus tenet,
Et se coërcet modico? contrà diuites,
Regnoq; fulti, plura, quàm fas est, petunt?
Quod non potest, vult posse qui nimium potest.

Rupêre fœdus impius lucri furor, Ibidem.
Et ira præceps, quæq; succensas agit
Libido mentes: venit imperij sitis
Cruenta facinus, præda maiori minor
Pro iure vires esse.

Inde aspice latè Silius Italic. lib. 3
Florentes quondam luxus quas verterit vrbes.
Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.

Proloquar, atque vtinam patriæ sim verus aruspex, Propert. lib. 4
Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

Nam cætera regna Claudian. lib. 3
Luxuries vitijs, odijsq; superbia vertit.
Sic malè sublimes fregit Spartanus Athenas,
Atq; idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit
Assyrio, Medoq; tulit moderamina Perses.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, *ille* Pers. Sat. 5
In venerem putris: sed cùm lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tunc crassos transisse dies, lucemq; palustrem,
Et sibi iam ferè vitam ingemuêre relictam.

O tetrum genus Senec. in Hipp.
Non vlla vinctum lege melioris soli.
Feræ quoq; ipsæ veneris euitant nefas,
Generisq; leges inscius seruat pudor.

Nec vaccam vaccæ, nec equas vrit amor equarũ. Ouid. lib. 9. Met.
Vrit oues aries, sequitur sua fœmina taurum.
Sic & aues coëunt, interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.

O prodiga rerum Lucanus lib. 3
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
Dicite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat.

Quò feror? obscœnæ procul hinc discedite flãmæ. Ouid. 9. Met.
Compesce amoris impij flammas precor. Sen. in Hipp.
Totum per orbem exortum est maximum malum Idem in Oct.
Iniuria pestis blanda.

Sapientia vino obumbratur. Adag.

Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Curas, vigoremq; animi impedit, somno accommodatum: cessitq; in prouerbium, Sapientiam vino obumbrari. Plin. lib. 14. cap.

Indulgere genio. Curare cuticulam.

Indulge genio, carpamus dulcia. Pers. Sat. 5
Ire domum, atq; Hor. in Sermo.
Pelliculam curare iube.
Me pinguem, & nitidum, & bene curata cute vises, Idem in epist.
Cùm ridêre voles Epicuri de grege porcum.
Et assiduo curata cuticula sole. Persius.

Pontificalis cœna.

Absumet hæres Cæcuba dignior Hor. in Odis.

Seruat

Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

Thericlei amicus.

Dictum est in bibosos. Thericleus enim poculum primus excogitasse fertur.

Sale perunctus hic adiuuabitur.

In eos dicebatur, qui vel ætate, vel vino delitarent. Temulenti enim sale & oleo perungebantur, id aduersus ebrietatem remedium existimantes.

Pergræcari.

Pergræcari est genialem agere vitam. vnde Plaut. in Mostell.
Dies, noctesq; bibite, pergræcamini.
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.
Cic. in Verrem act. 1 Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more bibebetur.

E clibano boues.

Vsus erit, quoties splendorem conuiuij, aut edacitatem insignem efferemus.
Aristophanes. Accepit inde, & apposuit totos boues
E' clibano nobis.

Risus Ionicus.

In molles & voluptarios dicitur, quòd Iones essent luxuriosissimi, vnde Horat. in Odis:
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Risus Megaricus.

In eos qui patum tempestiuè iocantur in senes, qui lusus indecoros, ac iuueniles voluptates cōsectantur.

Abronis vita.

De molliter, ac deliciosè viuentibus. Sumptum ab Abrone quodam notæ luxuriæ homine.

Vixit, dum vixit, bene.

Catullus. Viuamus mea Lesbia, atq; amemus.

Ex amphitheto bibere.

In eos qui largius ac meracius biberent. Amphithetum enim erat poculi genus, ex omni parte nullum certum fundum habens.

Bos in stabulo.

De inutilibus, luxuriosis, & in otio vitam agentibus.

Sybaritica mensa.

De conuiuio dicebatur nimium apparato, natum à gentis huius luxo. Apud Sybaritas enim mulieres ab anno priore ad conuiuium vocabantur, quò se per otium auro & gemmis exornarent.

Apicius Imperator sexcentorum struthionum capita, vna cœna exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit & cōuiuium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum, sed per singula lauarentur, & mulieribus vterentur.

Iam verò licebit nobis oauigare, dormire, in festis spectare, conuiuio accipi, sybarissare. Aristophanes.

Sine Cerere & Baccho friget venus.

Verum herclè hoc verum est, sine Cerere & Libero friget venus. Teren. in Eun.
Abscote vino, nulla tunc adest venus. Euripides.
Ventri inant ooo inest formarum amor. Cynicus.
Amara veous est, dira quos premit fames.
Saturo veous adest, famelico nequaquam adest. Euripides.
Saturis veous adest, cæterùm infœlicibus Athenæus.
Miserisq; nulla adest venus mortalibus.
Vinum bibeoti suaue, lac Cypriæ deæ. Aristophanes.
Fames amorem sedat: id si sit minus, Incerti autoris.
Tempus medetur: sin nec ista extinguere
Flammam queant, tum restat vt fuoem pares.



M ANTE A.

MAGISTRATVS.

Ex Latinis: primùm ex Cicerone.

MAGISTRATVS, lex est loqnens. Cic. 3. de Leg. Magistratibus opus est, sine quorum Ibidem. prudentia & diligentia ciuitas esse non potest, quorum descriptione omnis Reip. moderatio cōtinetur.

Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda Ad Lentulum. viris, laudata fuit in vno perpetua sententiæ permansio.

Quæritur in re domestica, continentiæ laus: in publica, dignitatis. Pro Flacco.

Artium studio à tebua gerendis abduci contra officium est. 1. Off.

Nulla te conciliare facilius possuot multitudinis 2. Off. beneuolentiam ij qui Reipub. præsuot, quàm abstinentia.

Qui Reipubl. præsunt, legibus similes sint, quæ 1. Off. ad puniendum non iracundia, sed æquitate feruntur.

Qui Reipub. præsunt, duo Platonis præcepta te- 1. Off. neant: vnum, Vt sic ciuium vtilitatem tueantur, vt quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, vt totum corpus Reipub. curent, nedum partem aliquam tueantur, reliquas deserant. Vt enim tutela, sic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, noo ad eorum quibus commissa est, gereoda est.

Magistratus boni est, cùm auxilia Reipub. labefa- Pro Rabirio. ctari, conuellíq; videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; ciuium, suam salutem posteriorem salute communi ducere, intercludere omnes seditiooum vias.

Magistratus munus proprium est, intelligere se ge- 1. Off. rere personam ciuitatis, debereq; eius dignitatē & decus sustinere, seruare leges, iura q; describere, atq; fidei suæ commissa meminisse.

Boni magistratus est non solùm videre quid aga- Pro Mur. tur, sed etiam prouidere quid futurum sit.

Bono viro non minori curæ est, qualis Respubl. In Lælio.

ii 2 post

post mortem suam futura sit, quàm qualis bodie sit.

2. Offic. Caput est in omni procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur vel minima suspicio.

Max. lib. 4 Prætoris manus non solùm à lucro pecuniæ, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes esse debent.

In Lelio. Nullo casu arbitror constanti viro contingere posse, vt vlla officij fiat intermissio.

Ad Cornif. Nulla vicissitudo impedire officiũ & fidem debet.

Pro Milone. Nimis multa audire cogũtur, nec aliter fieri potest, quibus tota Respub. commissa est.

Plin. iunior. Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus.

Idem. Ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit.

Ad Q. fratr. Epist. 1 Huc omnia sunt referenda ab ijs qui præsunt alijs, vt qui eorum in imperio erunt, sint quàm beatissimi: estq; eius non modò qui socijs & ciuibus, sed etiam eius qui seruis, qui mutis & pecudibus præsit, eorum quibus præsit commodis, vtilitatiq; seruire.

Pro Sest. Sudandum est ijs, qui magistratus gerunt: pro communibus commodis adeundæ inimicitiæ: subeundæ sæpe pro Repub. tempestates: cum multis audacibus, improbis, nonnunquã etiam potentibus dimicandum.

Ex lege Agraria. Si populo consulis, remoue te à suspicione alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil nisi populi vtilitatem & fructum quærere.

2. Off. Est boni magistratus, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere.

2. Off. Hi qui Rempub. tuebuntur, imprimis operam dabunt, vt iuris & iudiciorum æquitate suum quisque teneat, vt neq; tenuiores propter imbecillitatẽ circumueniantur, neq; locupletibus ad sua vel tuenda vel recuperanda obsit inuidia.

2. Off. Imprimis videndum est ei, qui Rempub. administrabit, vt suum quisq; teneat: & earum rerum sit copia, quæ sunt necessariæ.

3. de Legib. Magistratus, non obedientẽ & noxium ciuem mulctã, vinculis, & verberibus coërceat: ni par, maior've potestas, populus've prohibessit.

Pro Mil. Munus eorum esse debet, resistere leuitati multitudinis, & proditorum temeritati.

2. de Legib. Est ei, cui Respub. commissa est, necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & salutis aptè ad persuadendum edat suis ciuibus, qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, consolari possit afflictos: factaq; & consulta fortium & sapientum cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodere. Plerumq; tamen ad honores adipiscendos, & ad Rempub. gerendam, nudi veniunt & inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati.

2. Off. Nullum est vitium tetrius, quàm auaritia, præsertim in principibus & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæstui Rempub. non modò turpe est, sed sceleratum & nefarium.

3. de Leg. Senatorius ordo vitio careat, cæteris specimen sit: nec veniat quidem in eum ordinem quisquam vitij particeps.

Imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, & Aemilios, quos in deorum immortalium cœtu ac numero repono. Amemus patriam, cõsulamus bonis, præsentes fructus negligamus, posteritati & gloriæ seruiamus. Id esse optimum putemus, quod erit rectissimum. Speremus quod volumus: sed quod acciderit, feramus. Cogitemus denique virorum fortium corpus esse mortale: animi verò motus & virtutis gloriam sempiternam. Pro Sest.

O conditiones miseras administrandarum ciuitatum & prouinciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum: vbi seueritas est periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes prætores expectant, præsentibus inseruiunt, abeuntes deserunt. In Plan.

Similia ex Plutarcho.

Vt mulieres laborãtes citta, aut stomacho nauseantes, malos quosdam cibos ingerunt, ac paulò pòst reuomunt: sic populus per stultitiam quosuis creat magistratus, ac eosdem paulò pòst abijcit.

Qui nauẽ gubernant, aliena voce, iussuq; vtuntur: sed qui Rempub. administrãt, in seipsis sapientiã habeant oportet, vt non sit opus aliena voce.

Alexander Bucephalum iam senem ab alijs equis gestandum curabat, donec ad hostem ventum esset, vt integer ad pugnam veniret: ita senum magistratuum vtendum opera, vt eis adimatur, quantum potest laboris, ad necessitatem vsus illorum reseruetur.

Nauis gubernator quædã suis manibus facit, quædam per alios: & aliquãdo alijs ad clauum admissis, ipse in proram demigrat: sic in Repub. non debet vnus occupare omnia munia, sed alijs vicissim dare locum. Rectius enim fiunt, quę multorum manibus peraguntur.

Histrio sic affectus ad mores addet fabulæ de suo, vt præscriptum tamen & numeros non prætereat: ita qui magistratum gerit, sic administret, vt præscriptum regis non exeat.

Non est infirmior manus, quòd in digitos sit dissecta, sed ad operandum agilior: ita negotia multis communicata, in Repub. plenius conficiuntur.

Medici morbos, quos non possunt prorsus tollere, ad summa corporis in apertum euocant: sic magistratus, si clàm ciuitatis vitijs mederi non potest, supplicijs eget.

Vt qui præternauigatis Syrtibus, iuxta portum frangit nauem, nihil magni fecit: ita qui vno, aut altero magistratu rectè gesto, in summo naufragium facit.

Qui simul & Rempub. tractat, & artem sedentariam exercet, perinde facit, atq; ille qui mulierẽ ingenuam ac probã, detracta stola, datoq; præcinctorio in officina detineat.

Vt Herculem parum decebat, exuto leonis exuuio, vestis Milesia, cùm seruiret Omphale: sic parum decorum ciuili viro, deposita quam gessit persona, ad

na, ad otiosam ac voluptariam vitam se conferre.

Arbores inuidæ, vetulæq; suboascentes arbusculas vmbra sua premunt, nec sinunt efflorescere: nõ sic faciendum senioribus magistratibus, sed inuitandi potius & adiuuandi iuuenes.

Vt in magna tempestate, validissimo clauo, optimo gubernatore, plurimis fulturis opus est: ita magnas & turbulentas res administranđ summa sapientia opus est.

Vt qui primò musicem discũt, citharas aliquot perduot & obterunt: ita magno Reipub. malo administrat magistratum, qui rudis accedit & imperitus.

Vt magis probatur medicina, quę vitiosas corporis partes sanat, quàm quæ exurit: ita melior est magistratus, qui ciues improbos corrigit, quàm qui tollit è medio.

Ex Græcis.

Arist. Rhet. 2 Vbi præses fuerit philosophus, ibi ciuitas erit fœlix.

Ethic. 1 Ars gubernandi ciuitates, principatum tenet in omnibus artibus.

Polit. 1 Naturaliter regens dignior est regno.

Polit. 3 Melius est ciuitatem regi à viro optimo, quàm à lege optima.

Id. apud Stob. Oportet prudentes magistratus, non propter officium, sed virtutis causa, admirationem sui parere, vt etiam immutata fortuna, eisdem laudibus digni censeantur.

Id. apud eund. Vt ad ignem, sic ad Rempub. accedendum est, nec nimis propè, ne vraris, nec longius, ne frigeas.

Plato de Regno Perfecta gubernatio apud vnum vel paucos, multitudo non potest regere.

Plat. apud Volat. Non populus causa gubernatoris, sed gubernator causa populi fit.

Plato epist. 9 Vocante te patria ad Rempub. gubernandam, absurdum est forsan non parere, præsertim cùm simul accidit, vt aditus paucis hominibus relinquatur.

Plato de Leg. Dial. 6 Custodes legum diligenter præuideant, primùm ne fiant delicta: deinde facta, prout ius postulat, puniantur.

Plut. in Polit. Statim leges ac mores mutare populi, omnisque ea legibus moderari extemplò velle, non modò non facile, verùm ne tutum quidem omnino est, vt res quæ multo tempore, & in gentibus viribus indiget.

Ibidem. Vir ciuilis, & Rempub. tractare incipiens, ciuium moribus consentaneus viuat, & se ad eorum naturam accommodet, atque scitè consectetur ea quibus populus soleat delectari, & adduci facilè, donec opinione virtutis & fide iam comparata, autoritati inniti possit.

Simonid. apud Plutarch. Quæuis Reipub. administratio inimicitias & dissidia quædam affert.

Ibidem. Magni atq; perstrenui animi est, vel paruas ciuitates curandas suscipere.

Ibidem. Magistratum, quem diu gesseris, deponere difficile.

Ibidem. Boni ciuis esse videtur, quodcumque patriæ munus delatum fuerit, admittere, & id pro virili parte curare, etiamsi humilius videatur, quàm eius æstimationi, cui demandatur, conueniat.

Ibidem. Non decet Rempub. gessisse, sed gerere.

Mirabor non si tyrannum, sed si gubernatorem videro senem. Plut. de conuiuio. 7. Sap.

Magistratus, iudexq; nec pro iustis orandus, nec pro iniustis exorandus. Cato apud Plutarch.

Oportet leges quidem acriter statui: mitius autẽ, quàm ipsæ iubent, pœnas sumere. Stob.

Viros tales ijs rebus præfice, quas tu peragere non possis, seu ipse præstiturus sis culpam eorum, quę illi deliquerant. Isocrates apud Stob.

Administrans Rempub. Respub. priuatas existimes, priuatas verò, publicas. Ibidem.

Magistratus non prudentes tantùm, sed benignos esse oportet. Pythag. Ibid.

Periode periculosum est, vt insanienti gladium, sic improbo viro magistratum committere. Stob.

Apud quos maxima virtus, præmia proponuntur, apud illos optimi etiam viri Rempub. gubernant. Idem.

Ideò ad administrationem Reipub. non accedendum: quia si malè rexeris, dijs displicebis: si bene, ciuibus. Chrysipp.

Bonus princeps à magistratu discedens, nõ ditior, sed clarior euadat. Bion.

Magistratum quem gesseris, ornes: teipsum verò non immutes. Ibidem.

Nec nautam amo nimis audacem, nec continentem præsidem. Euripides.

Non decet noctem integram consiliarium virum dormire, cui commissi populi, & tantæ res curæ sunt. Homer. Iliad. 6

In publicis officijs priuata persona deponenda est, & sumenda publica. Demosthenes.

Iustis quidem æquus & iustus: malis verò Euripides.
Omnium maximus hostis in terra.
Ego enim illum, qui iniustitia infamis
Ad aram assidet, lege neglecta,
Adducerẽ ad pœnam dandum, nihil metuẽs deos.
Nam virum malum semper malè affici conuenit.
Amicis autem sæpe donantibus aurum,
Non recepit ad se: neq; mores
Seruiles exhibuit pecunijs persuasus.
Peccantes verò ipsos, non fortunam,
Oderat: nullam enim culpam habet fortuna,
Vt accusari debeat propter malum gubernatorem.
Quando præ ira populus in furorem agitur,
Aequè ac ignis vehemens vix extingui potest.
Si quis verò ipso intento paulatim
Relaxans sequatur, occasionem obseruans,
Forsan interim spiritus sublimes remittet, quibus remissis,
Facilè impetrabis ab eo, quantum volueris.
Misereri oportet iustorum hominum, non improborum.

Nemo malus est, qui peccauerit inuitus. Sophocles.

Qui prius condemnauerit, quàm causam luculenter audiuerit,
Is malus est, quia malè credidit. Menander.

Sapientum est peccata diligenter & rectè
Indicare: quod autem temerè ac negligenter fit, malum est. Charemon.

Quæ nunc à quibusdam benignitas nominatur,
Vitam omnem remisit ad improbitatem.
Nullus enim iniuriam faciens pœnam luit. Menander.

Contumeliosè quidpiam agentem, pati quoque conuenit. Pindarus.

Moschion. Tu tandem absq; ira suscipe verba,
Quæ tibi profero: auditorem enim nactus
Sermo beneuolum, non frustrà narrabitur.

Oportet auditorem, & reuera prudentem iudicem,
Antequam narretur sermo, vitam considerare
Dicentis, qualisnam sit, cuias, & summam studij
A puero sui quorsum direxerit: qui enim est
Proditor sui ipsius, & malus ætatis ac formæ suæ custos,
Talis imprimis ciuitatem totam pessundat.
Nec enim turpe putant huiusmodi homines repulsam pati,
Cùm nihil non audeant: dudum namq; pudorem
Omnem exuerunt apud alias fores.
Itaq; aggreditur omnia impudenter
Quilibet ipsorum, audax est vndequaq;.

Plato. Ergo maximi criminis pœnam dare à malitia liberari est. Sic est. Facit enim modestiores iustioresq; ipsa pœna, & improbitatis medicina fit.

Lysias. Iudicantes eadem mente præditos esse decet, qua legislatores ipsos.

Aeschynes. Idem dicere oportet tum oratorem, tum legem. Cùm autem aliam vocem lex, aliam orator edit, iustitiæ legis suffragari oportet, non dicentis impudentiæ.

Antiphon. Si peccandum sit, iniustè reum absoluere, quàm iniustè perdere melius fuerit. Illud enim quidem peccatum est, hoc verò impietas.

Isocrates. Imperium gerens, nullius mali opera ad gubernandum vtitor. Illius enim peccatorum causæ in te referentur.

Impera, vbi prius didiceris parêre.

Bion dicebat bonũ principem à magistratu discedentem, non ditiorem, sed clariorem euasisse.

Agathon dixit, Principem oportet trium meminisse: primùm quòd imperet hominibus, deinde quòd secundum leges, tertiò quòd non semper imperet.

Isaeus. Qui puniunt iniustos, ijs reliquis iniuriam fieri prohibent.

Plutarchus. Thebis iudicum imagines visuntur absq; manibus, & summi iudicis oculi conniuent: eò quod iustitia nec muneribus capiatur, nec hominum vultu flectatur.

Themistius. Principatum & imperium verum mihi gerere videtur ille princeps, qui auro inexpugnabilis, rationi facilis captu sit, libertatem exerceat, magnanimitatem laudet, & contumaciam sibi vicinam caueat.

Eusebius. Illum qui alijs præest & præcipit, non potestate solùm regendi ac imperandi, sed dignitate prudentiaq; subditis antecellere conuenit.

Homines inobediẽtes sunt illi, qui cùm iniustè viuant, alijs præesse volunt. Obedientiam autem facilem ad ea, quæ princeps vel ipse, vel per aliũ præcipit, apud subditos efficiet quiuis, qui quæ ipsum facere decet, diligenter exequitur, & eorum quæ agere conuenit subditis sese exemplum præbet.

Boni principis & magistratus hoc proprium est lucrum, & instar infinitorum aliorum, omnia sic facere, vt & in ipso imperij tempore, & post id, iustitiæ ac bonorum omnium à subiectis testimonium habeat.

Vir princeps ac priuatus quilibet intelligat, quòd qualis fuerit ipsarum rerum actionumq;, quas agit natura, talem quoq; ex ipsis memoriam & famam sit consecuturus. His consideratis, ita demum alterutram viam ingrediatur, vel eam quæ perducit ad infamiam, vel quæ ad memoriæ splendorem: diligenter secum æstimans vtra fama honorabilior ei futura sit, eoque anteponenda.

Magistratum vel principatum gerẽs ne reminiscaris inimicitiarũ, & dissensionum, si quæ tibi prius cum aliquibus intercesserunt. Non enim ad regnandum promotus es, vt teipsum vlciscaris, sed vt imperio tuo subditos ab aliorum insidijs securos & tutos custodias: & vt custos sis recti, & magnæ deæ Iustitiæ minister. Itaq; si quid admiseris præter eius sententiam, aut deceperis ipsam, tum ab ipsa, tum à constitutis circa eam genijs custodibus, & vltoribus vindictam expectato.

Inter inimicos iudex constitutus, iustum examina, & sententiam ad eius momentum inclina. Iustitia enim & præfectus ei genius digniores sunt, maiorisq; haberi merentur, quàm vt *inimicitiæ* gratificeris.

Si in magistratu constitutus, inimicitiæ *memor fueris*, in deteriorem conditionem teipsum des, & grauitate quæ requiritur in principe, teipsum priuabis apud conscios tibi, quòd inimicitiæ honestissimum nomen communices, & pro iudice ac principe causam agentium, hostis eorum turpissimo nomine appellandus sis.

Potestatem morte damnandi non in eo sitam esse puto, quòd quis dominus sit sententiam contra aliquem ferẽdi, sed in hoc quòd qui potestatem habet, sibi ipsi imperat.

Propter quæ alios, vt mala, reprehendis, ea tumet facere caue.

Homines se mutuò accusant: aliqui falsis criminibus, alij vera incensantes. Contrà aliqui laudant, nonnulli veritate neglecta gratificantes. Optimum igitur fuerit, vt siue priuatus quispiam, siue princeps huiusmodi verbis non facilè aut statim credat: sed rebus ipsis examinans, quid de ipsis sentiendum sit, ac veritatem ipsorum scrutetur.

Principatum quem geris, ornes: teipsum verò non immutes.

Magistratum nactus non extollaris, sed idem permaneas: sic enim deposito magistratu non priuatus existimaberis, eò quòd te illustrauerit.

Vir bonus qui gentis alicuius, aut ciuitatis imperium suscepit, non propter fiscum, aut dona capiendi, & à diuitibus pecuniam comparandi causa, similis est homini, qui pretiosum aliquod depositum accepit. Vt hic enim qui depositum retinet, vt custodiat, sumit, & vt integrum reddat ei, qui deposuit, quandocunq; repetiuerit: sic magistratum non ob quæstũ priuatum, sed subditorum salutem, omnia facere oportet.

Quisquis intolerabiles pœnas exigit, legitimis non contentus, ac belluinæ iracundiæ locum dans, non intelligit se præter fas in eiusdem naturæ genus contumeliosum esse.

Fac ea quæ iudicaueris esse honesta, etiamsi postquam feceris, ingloriius futurus sis. *Pythagoras.*

Damnandi, nec absoluẽdi sunt, qui aliquid dignum exilio

exilio aut vinculis, aliave pœna committunt. Si quis verò temerè absoluent, lucri aut voluptatis gratia, iniustè facit: & iniustitiam ei cordi esse necessarium est.

Iustitiæ & virtutis maximam partem habet, qui bonore dignos bonorat.

Ne magis alios homines reuereare quàm teipsum: neque magis delinquas, si nemo resciturus sit, quàm si omnes homines. Sed teipsum maximè verearis, & hanc animo tuo legem constituas, vt nihil absurdum committas.

Homines meminerunt magis malè, quàm benefactorum. Sic enim fieri decet: quemadmodum illum qui reddidit depositum, laudari non oportet: qui verò non reddidit, vituperari & puniri debet. Similiter de principe res habet: Non enim ideò creatus est vt læderet, sed vt iuuaret.

Non fieri potest, vt se res habet, quin principes etiam valde boni iniqua faciant.

Prudens apud Stoicos nemini veniam dat. Qui enim veniam dat, putat eum qui peccauit, non sua culpa peccasse, cùm omnes ex propria malitia peccent. Præterea bonum virum negant esse mitem & æquum: mitem enim deprecari & mitigare, quam quis meritus est, pœnam. ac nihil differre, aliquem esse mitem, aut putare leges constitutas delinquentibus pœnas imminuédas esse: item existimare legislatorem indignas pœnas præscribere.

Quis adeò quadratus est, qui per omnem fortunæ immutationem consistat, accommodans se principibus simul & subditis? Quis diuersimodæ hominum rerumq; naturæ inseruiens, animęstatum liberum ac minimè seruilem custodierit?

Sopater. Quod attinet ad honores, quos principes sibi vendicant, non tantùm ne sis inferior, sed etiam vt excellas, si fieri potest, operam dato. Est enim ridiculum de nominibus contendentem, rerum quibus imponuntur, nullam rationem habere: & falsò appellari honoris studiosum, subditis verò magni quandoq; damni authorem esse.

Idem. Eum qui malefacere plus quàm malè affici cauet, omnia promptè tolerare oportet. Cæterùm de ijs, quorum exequutionem deprecari non licet, doctrinam adhibeto, ita moderans ne videaris imperare. Nihil enim grauius est in potestate versantibus, quàm euidens reprehensio. Sic igitur apud eos verba facies, tanquam admonens præscientes, aut rem ipsorum iudicio committens, aut interrogans super ijs, quæ tu ipse satis nouisti. Ambitiosos honore obsequijsq; tibi concilia: illos verò qui subditorum habent rationem, voluntatis propriæ commonefacito.

Interdum dicendi admonendiq; libertati locus est dandus, vbi nihil periculi subditis imminet. Id enim potius eligendum est, quàm bona fortuna aliquando. Cùm verò periculum aliquod subditis fuerit, tum liberius loquens, præter quod iuuenili oratione sua tot homines prodit, ambitionis vitio affectus apparet.

Ne respiciat magistratus ad falsas vulgi opiniones, sed veritatis rationem omnibus præferto. Non apparentem gloriam cum subditorum damno vsurpet: nec infamiam coniunctam subditorum vtilitati, declinet. Honorem quidem superioribus deferri Reipubl. constitutio iubet: cætera verò obsequia, vel vt ipsi aliquid assequamur, vel vtilitatis gratia subditorum præstamus.

Ciuilis prudentia principibus ad hominum vtilitatem conuersatur.

Ciuiliter prudens principem ambitiosum laudabit, vt à malo instituto ipsum auertat.

Imperio dignus fieri debes, non Reip. statu, sed virtutis & animi erga subditos excellentia. Scias igitur te subditorum singulis præstare communi pro omnibus cura, & sollicita gubernatione pro vniuersa Rep.

Quos prius non cognoscebas, & nihil ad te pertinere putabas: illos princeps factus reuerearis oportet, ceu iam notos & familiares & amicos. Homero certè non satis fuit principem patrem appellasse: sed ad patris vocabulum adiunxit mansuetum, simul & parentibus, & bonis principibus tale nomen conuenire ratus.

Curam subditis debitam tribuito: illis verò, quos vsu cognoueris bonos, morum quoque familiaritate tibi conciliato. Fugienda est superbia, & pertinacia: sui obliuisci, propter breue impetium pusillanimitatem arguit. Curandum est tamen, ne dum probrosos malitiæ excessus vitamus, in alterum improbitatis vitium turpiter impingamus.

Non ira in subditos vtendum est, neque peccantibus institutum suum sine reprehensione relinquendum. Nam iracundiæ principem ab insanis nihil differre signum est: hoc verò leuitatem ad peccandum in subditis gignit.

Præbe teipsum simul & clementem, & malis infensum: lentè quidem puniendo clementiam, malis autem indignando, improbitatis odium præ te ferens: vt hoc quidem fugienda esse mala, illud autem non nimis implacabilem ijs qui peccauerunt, esse fortunam, documento fit.

Abstineant dicterijs vere imperantes. Nam qui ridiculis gaudet, imperij maiestatem imminuit.

A conuiuijs purus sit magistratus. Hoc enim præcipitis priuatorum hominum iracundiæ symbolum est.

Admonitionum duo genera, alterum acriter obiurgans, alterum leniter curans, argumenta mihi videntur probi principis.

Imperandi modum singulorum moribus accommodato decenter, cum probis moderatè, cum supinis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautionibus denique leniter agens.

Desiderandum quidem est animam, quoad eius fieri potest, à vitijs puram esse: interim tamen cogitabis homini congenitum esse peccare. Quocirca qui punit homines tanquam impeccabiles, modum transgreditur rectę castigationis. Exhibeas autem teipsum magistratui ornamentum, nec externis adumbrationibus glorieris.

Verum principem oportet non rectè tantùm imperare, sed humaniter. Turpe enim fuerit pastorem oues odisse. Quinetiam legitimus esse debet: sic enim demum principis dignitatem habebit. Scientia enim rectè iudicare poterit, potestate punire, humanitate beneficia conferre: denique ex legibus ista omnia secundum rationem agere. Optimus autem erit princeps, qui Arch. Pythag.

lege diuina vtetur, qualis futurus est, qui nihil sui gratia facit, sed omnia propter subditos.

Iamblichus. Promouet imperator verus subditos ad honesta studia, & conuenientem singulis dignitatem attribuit, atq; ciuitates optimis studijs implet.

Hyperides. Incipientibus malè agere, viam obstruat magistratus. Cùm enim semel radices egerit, & inueterata fuerit malitia, tanquam congenita ęgritudo, difficilis extinctu est.

Plato. Nemo rectè ius dicere, aut hominés decenter indicare poterit, qui non vtrumq; aduersariorum audierit. Sermones enim vt purpura & aurum melius dijudicantur si conferas inuicem. Nam cur dicendi tempus aduersariorum vtrique conceditur, aut cur iudex vtrosque se auditurum iurat, nisi quod causæ melius & iustius à iudicibus iudicentur?

Iudicium non antè feras, quàm audieris ambos.

Iustum est misereri non improborum hominum, sed eorum, qui immeritò infœlices sunt.

Demosthenes. Non iustum est, neque facto peccantem seruari sermone, neque reipsa rectè facientem sermone perdi. Sermonis enim vitium in lingua est, facti autem in animo.

Bias damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus est. Et cùm dixisset quidam: Quid fles, cùm penes te sit condemnare hominem, vel absoluere? respondit: Quia necessarium est naturæ condolere, legi autem suffragari.

Cùm in omnibus iudicijs præteritam vitam considerare oportet, tum in illis causis maximè, in quibus vita accusatur.

Iamblichus. Quemadmodum supputato satius est vti, quàm ita manere: sic etiā improbo mori, quàm viuere.

Dignus est diuinibus malis, quàm egentibus succensere. His enim necessitas veniam quodammodò parit apud humaniter indicantes: illis verò qui cum diuinijs mali sunt, nullum habent iustum prætextum. Ad multa sanè paupertas etiam ingenuos adigit mala, ob quod iustius est eos misericordiam consequi, quàm vnà perdi.

Iamblichus. Verus princeps magna cùm dignitate & bonitate præest, munera subditis exhibet: victus abundantis, salutis, & vitæ tranquillitatis author est. Hunc enim finem sibi proponit, vt subditos fœlices efficiat. Et tum sanè præ cæteris subditis eximius est, cùm illi beatam vitam agunt.

Inter omnia principum opera plurimi facio, nempe vt præ cæteris nihil parcant in largitionibus, nec tanquam in lance trutinæ æqualia pro æqualibus commutent, & gratias ingenuè proferant. Huiusmodi gratiarum decus, imperij coronam appellauerim.

Si graue austerumq; imperium benignitate temperetur, concinnum, mite & mansuetum redditur, quale imprimis amant subditi.

Principem oportet aut magistratum legibus præfectum, syncerè purgatum esse iuxta summam legum rectitudinem, nec seductione aut fraude falli per ignorantiam, nec vim inferentibus concedere, nec occasione iniusta allici. Nam seruatorem legum tam incorruptum oportet esse, quàm summè fieri potest in humana natura.

Cato maior pessimum dicebat esse principem, qui sibi ipsi imperare nequiret.

Quemadmodum si nauim gubernaturus sis, artem gubernandi prius perdiscas necesse est: ita ciuitatem recturus, regendi disciplinam addiscito. Vt enim illic nauis tuæ fidei committitur, ita hic tota Resp. gubernanda tibi est.

Si propositus ornamenta quædam ciuitati consecrare, teipsum pulcherrimo mansuetudinis, & iustitiæ, & beneficentiæ ornamento primùm decores.

Ciuitatem beneficijs obstringes, non tectis in sublime structis, sed animis promotis. Præstat enim in paruis domicilijs magnos animos habitare, quàm in magnis ædibus humilia mancipia latere, ceu feras in suis lustris.

Non lapidum ex Eubœa & Sparta varietate ciuitates construito, sed disciplina ciuium & magistratuum animos exornato. Animis enim hominum, non lapidibus bene habitantur ciuitates.

Si ceteris imperare ciuibus, ne tantum magnificentia ædificiorum, quantum fortitudo ciuium tibi curæ sit.

Vt nec anser clangore, nec ouis balatu terretur: ita ne te stolidæ multitudinis vox terrefaciat.

Quemadmodum bonus equorum domitor, non bonos tantùm pullos alit, feroces autem famelicos relinquit, sed ambos ex æquo nutrit, magis verò castigat alterum, & cogit similem fieri meliori: sic prouidus vir, & ciuilis facultatis peritus, bonos ciues beneficijs demereri, malos autem non statim perdere conatur: sed de alimento minus eis prospicit, instruit verò, & vehementius vrget illum qui rationi & legi obstiterit.

Quod ciuitatis est, maturè pendas: & nunquam exigetur à te, quod ad eam non pertinet.

Quemadmodum sol non expectat preces & præstigias, vt exoriatur, sed ilicò fulget, ac salutatur ab omnibus: ita neque tu expectaueris plausus, strepitus & laudes, vt benefacias, sed sponte confer beneficia, & æquè ac sol amaberis.

Iudicandum est secundum scientiam, non multitudinem, quicquid rectè iudicare debet. *Plato.*

Conuenit ô boue vir, vt qui ciuitatem regit, plurima sit prudentia prægditus.

Qui cum ratione castigat, ille non præteriti causa criminis pœnam sumit: nec enim quod factum est, infectum reddiderit: sed futuri gratia ne denuò delinquat vel hic ipse, vel alius, qui castigari ipsum viderit.

Non infœlix, sed malus semper castigandus est, vt fiat melior.

Quid ais ô Socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate? Essent autem tales maximè, quicumque fuissent cum sanis plurimis, & ægrotantibus conuersati. Iudices item similiter, qui varia hominum ingenia essent experti. *Na. i de Rep.*

Digni quidem laudibus honorandi sunt: delinquentes verò castigandi.

Ratio ex philosophia assidens principi, & veluti custos in mente recondita, quicquid in potentia periculosum est, demit, & salubre tantum relinquit. At multi regum sine mente, imperitos statuarios imitantur, qui Colossos putāt ita demum magnos videri, si multum distentos & hiantes fecerint. Nam illi principes, grauitate vocis, vultus asperitate, difficultate morum, magnitudinem *Demosthenes.*

tudinem imperij exprimere se putant.

Quemadmodum amussis planè recta, omnia, quibus admouetur, dirigit: sic princeps, vbi primùm sibi ipsi imperare didicit, & animum rectè instituit, ita demum subditos regit.

Tot tantorumq; bonorum, quæ dij largiuntur, nullus est fructus, aut vsus sine lege, iure & principe. Ius, finis est legis: principis opus, lex: princeps autem, imago Dei cuncta administrantis.

Potestas malitiæ coniuncta, robur affectibus addit. Itaq; Dionysius tum se imperio maximè frui dixit, quũ statim, quod liberet, faceret. Quamobrem ingens est periculum ei quid facto opus sit, consulere, qui facere potest quæ voluerit. Si malitia potestatis cursum adipiscatur, affectum quemuis promouet.

Ad omnia futurus æquus iudex, legum constitutiones ante omnia discat. Nam ad faciendum eum virum qui didicit bonum, scripta legum præ cæteris doctrinis maximè conferunt. Neque enim temerè miranda diuinaq; lex, nomen menti proximum possidet.

Xenophon. Equidem & istud magnum argumentum esse virtutis in principe opinor, si subditi libenter ipsum sequantur, & in periculis vnà perseuerent.

Decet nos de exilio iudicantes, non temerè ac perperam, sed iustè pieq; agere: neq; tumultu de rebus iudicare, sed cum silentio iusta cognoscere.

Qui de malis pœnas non sumunt, bonos affici volunt iniurijs.

MAGNANIMITAS.

Senec. Epist. 39 Magnanimi est, magna contemnere, & mediocria malle, quàm nimia.

Idem Epistol. 71 Magno animo de rebus magnis iudicandum est.

Arist. de Virt. & vit. Magnanimitas virtus est, per quam vtraq; fortuna, virtusq; & ignominia feruntur.

Arist. ibidem. Magnanimitas est pulchrè ferre & fœlicitatem, & infœlicitatem, & honorem, & ignominiam: non admirari nec delicias, nec clientelas, nec potestatem, nec victorias: habere autem animi altitudinem, & magnitudinem. Est autem magnanimus, nec vitam magnifaciens, nec vitæ amans, simplex moribus & generosus, iniuria potens lacessiri, & non vindex: sequitur autem magnanimitatem simplicitas & veritas.

Idem Ethic. 5 Magnanimitas est ornatus omnium virtutum.

Arist. Ethic. li. 4 cap. 3 Magnitudo animi magnis in rebus cernitur. Magnusq; demum is & magnanimus est putandus, qui res magnàs quidem, sed quibus dignus sit, sibi deberi iudicat.

Qui exiguos honores meritus est, quos sibi tribui æquum censer oportere, is non magnanimus, sed moderatus est iudicandus.

Ibidem. In honore & dedecore magnanimus ita animo affectus est, vt ratio æquitasq; postulat. Gloria enim magni viri se esse dignissimos, idq; pro dignitate arbitrantur.

Quoniam maximis honoribus magnanimus dignus est, idem optimus sit necesse est.

Magni fortisq; animi proprium videtur, quod in quaque virtute magnum & excellens ducitur.

Magno animo virum nequaquam pericula fugere decet, aut cuiquam facere iniuriam.

Quocirca videtur magnitudo animi quasi splendor quidam & ornamentum esse virtutum omnium.

Vix in quoquam vera animi magnitudo reperitur: siquidem esse sine singulari quadam & eximia bonitate nullo pacto potest.

Imprimis ac maximè in gloria magnanimus cernitur. Attamen in diuinis & magistratibus, & in secundis rebus & aduersis affectus erit, quàm moderatissimè fieri possit: neq; prosperis lætabitur rebus, aduersisq; mœrebit.

Magno animo excelsoq; viri, rerum contemptores esse videntur. Atq; etiam secundæ res ad animi magnitudinem pertinent. Nam & nobiles & gloria digni putantur.

Veritate ad iudicandũ magnanimus ducitur, pleriq; autem magis temeritate: paruifacit parua pericula, nec ijs se offert, nec ea optat: magnis ac grauibus se obijcit, in quibus vitæ non parcit.

Magnanimus beneficia confert, & accepto beneficio pudore afficitur: idem maius beneficium reddit quàm accepit. De ijsq; loqui solent magnanimi, de quibus benemeriti sunt: non autem de ijs, qui beneficia contulerunt.

Est etiam magni viri, nullo omninò, aut vix egere, opitulari vltrò: aduersusq; eos, qui in magistratu sunt, magnum: aduersus mediocres, modestum se gerere.

Non solet magnanimus ad ea commeare omnia, quæ sunt in honore & pretio. Quietus est & cunctator, nisi magnus honos agatur, aut res magna. Paucas res agit ille quidem, sed magnas & dignitatis plenas apertè odit, & apertè diligit: magisq; ex veritate pendet quàm ex opinione: dicit ac gerit palàm omnia: non cum alijs, nisi cum amico coniungitur, quòd id putet esse seruile: nihil mirabile ei videtur, nec recordatur iniurias: nec de hominibus sermonem habet. Atq; etiam is est, qui res honestas & præclaras fructuosis anteponat.

Magni viri incessus tardus sit necesse est, vox grauis, constans & firma oratio.

Magnanimitas virtus est, per quam vtraq; fortuna, honorq; & ignominia feruntur.

Vide titulum de Fortitudine.

Exempla ex Græcis.

Epaminondas, maxima fœlicitas Thebarum, & prima Lacedæmoniorum clades, cùm apud Leuctram & Mantineam secundo prælio contudisset hostes, traiectus hasta, sanguine & spiritu deficiente, quæsiuit an clypeus suus esset saluus, deinde an fusi hostes penitus forent. Quæ postquam ex animi sententia comperit, Non finis meæ vitæ, inquit, commilitones, sed melius initium aduenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur. Thebas ductu meo, & auspicijs captas video: fortis & animosa Sparta iacet: armis nostris, amara dominatione Græcis liberata est: orbus quoque non morior, quoniam mirificas filias Leuctrã & Mantineam relinquo. E corpore suo deinde hastam educi iussit, eoq; vulnere expirauit. *De Epaminõd.*

Leonides desperatis aliquando rebus alacri animo suos ad id præliũ, quo perituri erant, cohortatus est, inq *De Leonida.*

est, inquiens, Prandete, commilitones mei, tanquam apud inferos cœnaturi. Lacedæmonij perinde ac si victoria esset promissa, ductori intrepidè paruerunt.

De Brasida. Brasidas vir magnanimus, eadem ipsa, quam è vulnere hastam eduxisset, hostem interemit.

De Cinegiro. Ciniger Atheniensis in Marathonia pugna cùm palantes Medos ad naues compulisset, nauem hostium dextra tenuit, qua ferro amputata, læua remoratus est. Cæterùm hac hostili vi abscisa, ob duplicem cladem nihilo remissior, naue mordicus defixit. Ambabus itaque manibus amissis, ceu fera rabida morsu dimicauit, cùm alia vi non potuit.

De Aristomene. Aristomenes Messenius trecentos vno prælio Lacedæmonios interfecisse memoratur, cùm totidem victos etiam iugulare magnum fuerit.

De Tomyri. Tomyris Scytharum illustris regina, à Cyro exercitu obsessa, nequaquam territa congregatis copijs, & belli dux facta, cùm nauali opere obsistere posset, eum cum exercitu Araxem transire passa est, & suos intrare fines: arbitrata mulier sagax, longè melius Cyri rabiem intra suos terminos, quàm extra posse expugnari. Itaq; filio adolescentulo tertiam copiarum partem concessit, vt Cyro obuiã pugnaturus procederet. Filio verò calliditate Cyri interempto cum copijs, nec ijs adhuc exterrita Tomyris, cum residuo copiarum, fugam simulauit, quam cùm Cyrus persequeretur, eum inter gelu, & horridos montes deduxit atq; conclusit, ac deleuit. Cyri denique caput ex corpore auferri iussit, & in vtrem sanguine suorum plenum immitti mandauit, inquiens, Sanguinem sitisti Cyre, sanguinem bibe.

De duabus puellis Syracus. Cùm tota Gelonis regis stirps à Syracusis cladibus esset exhausta, & ad vnicam filiam Harmoniam esset redacta, & in eam ab inimicis impetus fieret: nutrix eius æqualem illi puellam regio cultu ornatam, hostilibus gladijs obiecit: quæ ne ferro trucidaretur, admirata illius animũ Harmonia, tantæ fidei superesse non sustinuit, reuocatosq; interfectores, professa quænam esset, in cædem suam conuertit.

De Alexandro. Alexander cùm milites in traijciendo flumine segniores videret, fluminis altitudine territos, ipse scuto suo innixus, primus fluuium tranauit.

Idem in India aliam vrbem oppugnans, primus scalis appositis in vrbis murum euasit. In quibus cùm effractis scalis cum duobus tantùm commilitibus remansit, multisq; acceptis vulneribus, nunquam de se hosti dedendo verbum fecit: sed confossus, ad suos se recepit.

Cùm Philopœmenes Megalopolitanus in castris cum Antigono Macedonum rege esset, nimio pugnæ ardore non expectato signo, primus in hostes irruit. Prælium itaque dum continuaret, vtramq; coxam sagitta perfossus, altera coxarum in contrariam partem versa, sagittam in duas partes effregit. Eo igitur vulnere non inualidior factus, redintegrata pugna, tantum animi suis iniecit, vt eo die Antigonus Philopœmenis virtute victor euaserit.

Adolescens Lacedæmonius cùm domino, cui seruiebat, in cæteris diligentem nauasset operam, iussus matulam ferre, parere recusauit, ob rei obscœnitatem amissæ libertatis memoria: dominumq; indignatum aspiciens, dixit, Disce alios emere: & ab altioribus ædium fenestris se præcipitem dedit.

De Eleazaro Iudæo. Eleazarus Iudæus, cùm diu contra Romanos Hierosolymis arma tulisset, post captas Hierosolymas in arcem se cum nongentis viris recepit. In ea obsessus à Sabino Flauio Romano, cùm euersi essent muri, paruaq; sui tuẽdi reliqua esset spes, non fuga, non pace cum hoste salutem sibi consulere voluit: sed plena fortitudinis oratione confirmatis suorum animis, eos in hanc sententiam traxit, vt sorte decem eligerent, à quibus omnes vnà cum liberis occiderentur & vxoribus. Illi itaq; decem succensa arce, ne quid prædę ad hostem perueniret, integra ab incendio ea tantùm seruauêre, quæ victui parata erant. Postbæc ipsi quoq; decem ad id facinus relicti, mutuis se vulneribus trucidarunt. Neque ex tanto numero vllus superfuit præter fœminam vnam, quæ audita illius deliberationis atrocitate, in subterraneos cuniculos se recepit, cum quinque pueris, dum res perageretur, latitans.

De Abisai Hebræo. Abisais Hebræus iter faciens, leonis, qui in fossam inciderat, rugitum sentiens, solo fuste armatus, in fossam intrepidus descendit, statimq; leonem occidit.

De Lysimacho. Lysimachus adhuc priuatus ab Alexandro Magno in conclaui vnà cum leone feritatis immensæ inclusus, quanquam sciret se morti expositum, nequaquam animo concedit: cæterùm chlamyde in caput belluæ iniecta statim gutture ea veste circumuoluto, feram tandiu tenuit, quòd eam oppresit.

De Socrate. Socrates Delphico oraculo sapientissimus mortalium iudicatus, semper eodem fuisse vultu traditur: neq; hilarior visus dies illi fuit, in quo vxorem duxit, aut is in quo venenũ hausit. Damnatus publicè est, venenoq; sublatus: cuius supplicij tanta sequuta est pœnitentia, vt accusatoribus insigniter mulctatis, statua sit illi publicè decreta.

De Alexandro. Alexander Macedo, tanta armorum vi, & animi magnitudine claruit, vt nemo fortium imperatorum aut regum, rerum gestarum gloria illum sit æmulatus: nullus tantum terrarum subegit armatus: nihil ille arduum in bello tentauit, quod non sit demum adeptus. Tantum enim terrarum cepit, quantum obequitare potuit.

Ex Latinis.

De Sceua Cent. Sceua Centurio in Dyrrachina munitione tuenda Cæsarianorum fortissimus iudicatus est. Enimuerò sagitta oculo excusso, femore, & humero transfixis, scuto centum & viginti ictibus perforato, fortiter tamen portæ suo præsidio creditæ custodiam retinuit.

De Scæuola. Mutius, qui à clade manus Scæuola fuit appellatus, Porsenæ castra ingressus regium scribam pro rege interfecit. Captus, suiq; erroris admonitus, dextram flammis iniecit, vt ea parte, qua erratum erat, à seipsa pœnam exigeret. Tunc rex vnius ciuis Romani fiducia commotus, pacem vniuersæ ciuitati reddidit.

Valerius Cocles, Scæuolæ æqualis, eodem bello, Hetruscorum impetum solus tandiu sustinuit, quoad

quoad pons, quo hostes erãt in vrbem irrepturi, fuisset ab ijs, qui in tutum refugerant, à tergo abruptus. Tunc verò à suis exclusus, quamlibet hostium manum secum conserendam prouocans, viso omnium in se hostium impetu, in subiectum Tyberim desiliens, incolumis ad suos enatauit.

De M. Seruil. M. Seruilius vicies & ter amplius ex prouocatione pugnauit, ac semper victor in castra reuersus est.

De M. Sergio. M. Sergius non prospera, sed nouerca fortuna vsus, fortiter in acie dimicans, dextram primùm manum amisit: duobus deinde stipendijs, ter & vicies est vulneratus, & ob id neutra manu, neutro pede validus, militauit: deinde vno tantùm seruo vsus, bis à Pœnis captus, bis vincula effugit: sinistra duntaxat manu decertauit, dextram sibi ferream confecit, duodena hostium castra cepit in Gallia, fortunam denique ipsam vicit.

De Rom. milit. In Cannensi pugna cùm Romanus miles ad retinenda arma inutiles manus haberet, spoliare se conantis Numidæ ceruicem complexus, os naribus & auribus corrosis deforme reddidit, & in vlt onis morsibus expirauit.

De Manlio. Admiranda Manlij fortitudo fuit. qui nondum expleto decimoseptimo anno, spolia de hostibus retulit: primus inter Romanos corona murali donatus, ciuicas sex, & septem ac triginta militaria dona per virtutem assequutus, tres ac triginta aduerso corpore cicatrices ostendebat: vulnere in homero, & coxa accepto, Pub. Seruilium magistrum equitum ab hostibus circumseptum liberauit: insuper captum penè à Gallis Capitolium defendit.

De L. Sylla. L. Sylla cùm in Archodemo fusam aciem suam ab Archelao Mithridatis duce videret, ex equo cõfestim descendens, signo accepto in medios hostes irruens, exclamauit, Hic, ô Romani milites, mori delibero: sed vos cùm rogabimini vbi ducem vestrum amiseritis, mementote petentibus respondere, in Archodemo. Hac ipsius voce moti milites, ad ordines regressi, redintegrata pugna victores tum hostes in fugam verterunt.

De Aul. Ionio. Aulus Ionius Valens, Centurio Augusti, viribus onustum plaustrum solus, dum deponeretur, onus sustinebat: currum magna equorum vi tractum manibus in contrarium reuocabat.

De Caton. filio. Catonis filius in prælio fortiter pugnans gladium amisit. Quamobrem iratus generosus adolescẽs, nequaquam sibi viuendum existimabat, si tali spolio potiretur hostis: quinetiam qui in bello arma amittebat, capite puniebatur. Is igitur collecta iuuenum manu, per medias cædes, per medios hostes impetu viriliter facto, gladium tandem in maximo armorum, & cadauerum aceruo reperit.

MALEDICENTIA.

Ex Latinis.

Cic. pro Planc. Nihil est tam volucre, quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil latius dissipatur.

Ex Apophtheg. Erasm.

Qui passim maledicunt omnibus, eos palam est id naturæ vitio facere, non ex eorum merito quibus obtrectant.

Maledicentia contemnenda est, quę non à iudicio, sed ab omni morbo proficiscitur.

Aduersus nihil malè meritum, audire maledicam linguam, iniuriæ genus est.

Turpiter obijcit alteri vitium, à quo ipse immunis non est.

Periculosè maledicit alteri, cui vel idem, vel simile, vel diuersum, sed deterius vitium potest obijci.

Res omnium rerum nocentissima est calumnia.

Sæpenumero accidit, vt qui alios insectantur, ipsi grauioribus madeant vitijs.

Imprudenter in alterũ vitium torquet, si in promptu est, quod ipsi vicissim obijciatur.

Ex Græcis.

Amans obtrectationem res est mulierum genus: paruas enim occasiones sermonum si nactæ fuerint, plures insuper ioserunt. Voluptas quædam est nihil sani sibi inuicem loqui. *Eurip. in Phœn.*

Pœnas dat, quisquis bonis maledicit. *Plutarchus.*

Non debes alijs detrahere, quòd vni sis obsequentior. *Idem Prob. 2*

Habet hoc obtrectatio, vt etiamsi fidem faciat, tamen auditor prius de eo sentiat, qui narrauit.

Aduersus malitiam calumniandi nihil est tutum.

Homines alij alijs multa possunt obijcere. *Homerus.*

Quòd omnia nos pueritiæ mala sequuntur, causa est, quòd inter execrationes parentum creuimus.

Quid interest, vtrum deos neges, an infames?

Leontychidas Aristone natus, cuidam renunnianti, Demarati amicos malè de eo loqui: Per deos, inquit, nihil miror: nullus enim eorum de quoquã bene loqui posset. Docens contemnendam esse maledicentiam, quæ non à iudicio, sed ab animi morbo proficiscitur. Vnde Sallust. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quàm morbo animi ista tua petulantia vti. *Maledici improbi non audiendi.*

Nuntianti cuidam Socrati, quendam de ipso malè loqui: Nimirum, inquit, non didicerunt bene loqui.

Aristippus à quodam conuitijs lacessitus, tacitus abijt. At quum maledicus insequeretur abeuntem, dicens, Cur fugis? Quoniam, inquit, tibi potestas est maledicendi, mihi verò non audiendi.

Cùm quispiam in Catonem seniorem grauius fuisset debacchatus, dixit, Impar mihi tecum certamen est. Nam vt tibi & malè audire, & dicere facillimum est, ita mihi maledicere insuaue: malè audire, insolitum.

MALEDICENTIÆ ADAGIA.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.

Cùm dixeris quæ vis, quæ non vis audies. *D. Hieronymus in Ruffinum.*

Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ nõ vult audiet. *Teren. in And.*

Benedictis si certasset, audisset bene. *In Prolog. Phor.*

Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua. *In Prol. Andr.*

Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet: sciat responsum, non dictum esse. *In Prolog. Eun.*

Talia

Homer. Iliad. v. Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.
Hesiod. in Opera & dies. Fors male dicenti dicentur plura vicissim.
Si quod prior ipse
In eodem. Aut verbũ, aut factũ, dicas've, geras've molestum,
Ad te cum duplici rediturum fœnore noris.
Euripides. Si dixeris nobis malè,
Mala inuicem permulta, nec falsa audies.
Sophocles. Etenim solet, qui dicta temerè iecerit,
Audire nolens verba, quæ dixit volens.
Idem. Qui multa temere verba fudit, is solet
Audire nolens, quæ volens dixit malè.
Plautus. Contumeliam si dices, audies.
Caecilius. Audies malè, si malè dicas mihi.
Euripides. Infrænis oris vectigal calamitas.
Chilo. Non est maledicendum ijs, quibus cum animus alioquin audituri sumus, quæ nobis adferant molestiam.
Quint. citat. Nec malè respondit, malè enim prior ipse rogarat.

Execrationes serere.

Execrationes serebant, qui diris aliquem deuouebant.

Mæsonica dicteria.

Dicteria petulantius iacta, prisci Mæsonica vocabãt.

MALITIA.

Ex Poëtis.

Malitia hominum maximè crevit

Ovid. 5. Trist. Siue locum specto, locus est inamabilis, & quo
Esse potest toto tristius orbe nihil:
Siue homines, vix sunt homines hoc nomine digni,
Quamq; lupi sæuæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum,
Victaq; pugnaci iura sub ense iacent.
Sen. in Hippol. Inuenit artes bellicus Mauors nouas,
Et mille formas mortis. hinc terras cruor
Infecit omnes fusus, & rubuit mare.
Tunc scelera adempto fine per cunctas domos
Iêre, nullum caruit exemplo nefas.
A fratre frater, dextera nati parens
Cecidit, maritus coniugis ferro iacet,
Perimuntq; fœtus impiæ matres suos.
Taceo nouercas.
Idem in Octau. Sed in parentis viscera intrauit suæ
Deterior ætas: eruit ferrum graue,
Aurumq; , sæuas mox & armauit manus.
Partita fines, regna constituit, nouas
Extruxit vrbes, tecta defendit suis
Aliena telis, aut petit, alienæ imminens.
Iuuen. Sat. 1 Nil erit vlterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient, facientq; minores.
Omne in præcipiti vitium stetit.
Plau. in Bacch. Aedepol næ tu illorum mores perquàm meditatè tenes, sed etiam vnum hoc,
Ex ingenio malo malum inueniunt suo.
Nulli amici sunt: inimicos ipsi in se omnes habent:
Atq; se, cùm frustrantur, frustrari alios stolidi Existimant.
Idem in Trin. Noui ego hoc seculum moribus quibus sit: malus bonum malum
Esse vult, vt sit sui similis: turbant, miscent mores mali.

Catull. Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamq; omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno sanguine fratres.
Destitit extinctos natus lugere parentes:
Optauit genitor primæui funera nati,
Liber vt innuptæ potiretur flore iuuentæ.
Ignaro mater substernens se impia nato,
Impia non verita est diuos scelerare penates.
Omnia fanda, nefanda malo permixta furore,
Iustificam nobis mentem auertêre deorum.
Quare nec tales dignantur visere cœtus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Malus infelix, etiam si ditissimus.

Iuuen. Sat. 4 Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
Porticibus? quanta nemorum vectetur in vmbra?
Iugera quot vicina foro? quas emerit ædes?
Nemo malus fœlix.
Horat. lib. 1. Epist. Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.
Iuuen. Sat. 2 Nemo repentè fuit turpissimus: accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuêre monilia collo.

Malus omnis seruus est, etiamsi rex sit.

Boet. Metr. 2. lib. 4. Quos vides sedere celso
Solij culmine reges
Purpura claros nitente,
Septos tristibus armis,
Ore toruo comminantes
Rabie cordis anhelos,
Detrahat si quis superbis
Vani tegmina cultus,
Iam videbit intus artas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido versat
Auidis corda venenis.
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens.
Mœror aut captos fatigat,
Aut spes lubrica torquet.
Ergo tum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit quod optat ipse
Dominis pressus iniquis.
Claudia. de 4. Honorij Consul. Tu licet extremos latè dominêre per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
Seruitij patiêre iugum, tolerabis iniquas
Interius leges. tunc omnia iure tenebis,
Cùm poteris rex esse tui.

Mali à statuis nihil differunt, nisi quòd illorum imago viuit.

Iuuen. Sat. 8 At tu
Nil nisi Cecropides, truncoq; simillimus Hermæ.
Nullo quippe alio vincis discrimine, quàm quòd
Illi marmoreum caput est, tua viuit imago.
Senec. in Med. Nullum ad nocendum tempus angustum est malis.
Iuuen. Sat. 3 Quis nunc diligitur, nisi conscius? & cui feruens
Aestuat occultis animus, semperq; tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet vnquam,
Participem qui te secreti fecit honesti.

Mali

Mali omnia ex sententia habent, boni contrà: sed tolluntur in altum, vt lapsu maiore ruant.

Sen. in Hippol. Sed cur idem, qui tanta regis,
Sub quo vasti poodera mundi
Librata suos ducunt orbes,
Hominum nimium ades securus,
Non sollicitus prodesse bonis,
Nocuisse malis?

Boet. Metro 5. libr. 1. Cur taotas lubrica versat
Fortuna vices? premit insontes
Debita sceleri noxia pœna.
At peruersi resident celso
Mores solio, sanctaq; calcant
Iniusto iure colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris, iustusq; tulit
Nomen iniqui.
Nil periuria, nil nocet ipsis
Fraus mendacij coëmpta coloro.
Sed cùm libuit viribus vti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudeant subdere reges.
O iam miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non vilis.
Homines quatimur fortunæ salo.

Claud. lib. 1. in Ruffinum. Sed cùm res hominum tanta caligine volui
Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios rursus, labefacta cadebat
Religio, causæq; viam oon sponte sequebar
Alterius, vacuo quæ semina currere motu
Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras,
Fortuna, ooo arte regi, quæ numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel oescia nostri.
Iam ooo ad culmina rerum
Inuictos creuisse queror: tolluntut in altum,
Vt lapsu maiore ruant.

Plau. in Bacch. Mali sunt homines, qui bonis dicunt mala.

Plaut. in Pœn. Malo benefacere tantundem
Est periculum, quantum bono malefacere. Iuuenal. Sat. 15

Plaut. in Asin. Terra malos homines nunc educat.

Sen. in Agam. Fortiter malum qui patitur, idē pòst potitur boon.
Exprome, clades scire qui refugit suas,
Grauat timorem: dubia plus torquent mala.

Sen. in Herc. fu. Quisquam'ne segnis tanta tolerauit mala,
Maiora quisquis timuit?

Teren. in Andr. More hominum euenit, vt quid sim nactus mali,
Prius rescires tu, quàm ego illud quod tibi euenit boni.

MALVS VIR.

Ex Platone.

Plato 5. de Rep. Dialog. SOCR. Cognoscendi insani & mali sunt, tam viri quàm mulieres: nihil tamen ex eorum dictis & factis vel agendum est, vel imitandum.

12. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Mali ignauiq; semper puniendi sunt, vt meliores fortioresq; euadant: infortunati verò, minimè: nihil enim proficitur.

Malorum & bonorum præmium.

Plato in Axio. SOCRAT. Quibuscunque in vita melior aspirauerit dæmon, ij sedes incolunt piorum, vbi omnes horæ scatent omnigena fructuum vbertate, fontes puris labuntur aquis, varijs prata floribus vernant, conuentus sunt philosophorum, theatra poëtarum exultantium coronæ, musicique concentus. Adhæc instructa diligenter conuiuia, & ipsa se suppeditans affluentia victus. Non enim frigus illis, non æstus est grauis, sed temperatus aër funditur, mitibus solis radijs illustratus. Hic etiam initiatis est dignatio quædam, & religiosa ibidem quoq; sacra peragunt.

At illi, quibus per scelera vita fuerit peracta, per Tartarum à Furijs ad Erebū, chaosq; rapiuntur, vbi impiorum est locus, inexplebilesq; Danai filiarum vrnæ: vbi Tantali sitis, præcordia Tityi, Sisyphi saxum, cuius finis ab alio incipit rursus labore. Ibi circumlabentibus eos feris, indesinenter lampadibus adusti, & omnium pœnarum cruciatu afflicti, tormentis laniantur immensis.

Impossibile est, mala penitus extirpari. Plato de Scien.

Malum bene sopitum ne moue. Idē de Summo bono.

Qua quid bonum, hac pulchrum: qua quid malum, hac turpe. Idem.

Qui malus est, & sapiens habetur, eò plura peragit mala, quò acutius cernit. Plato de Rep.

Ex Aristotele.

Malum est facile, & bonum difficile. Arist. Ethic. 1

Malum minus est eligendum. Ethic. 5

Pessimum est contrarium optimo. Ethic. 8

Virtus, & malitia determināt nobiles, & ignobiles: seruos, & liberos. Arist. Polit. 1

Agens malum sponte, peior est agenti per vim. Metaph. 5

Malus honore dignus non est. Ibidem.

Malus mittit manum ad impossibilia. Polit. 5.

Minus malum enī boni speciem gerit quodāmodo. Ethic. 5. cap. 1

Neque enim pudore parere solent mali, sed metu: nec deterret eos à facinorosa vita ipsa turpitudo, sed pœna. Cùm enim in vita animi perturbationibus obediant, suas voluptates persequuntur, fugiuntq; dolores contrarios. Hos igitur nulla orationis vis, à peruersa illa & facinorosa vita ad rectam honestamq; deducere potest. Ethic. 10. cap. 9

Malus in eo cernitur, quòd voluptatibus corporis præter modum perfruitur, non necessarijs. Mali enim epulis delectantur, vino, & libidine, sed non vt ratio postulat. Ethic. 7. cap. 14

In malis nihil firmum, nihil stabile est: quippe qui sui similes nō permaneant. Ad tempus amicitias colunt, cùm sua improbitate inuicem flagitijsq; oblectant. Ethic. 8. cap. 8

Ex Plutarcho.

Sicut corpus ex valetudinario ortum corpore, obseruari debet: sic malitiæ innatam similitudinem in adolescentum pullulantum moribus. Plut. de sero numin. vind.

Improbitas ex seipsa supplicium sibi astruit. Ibidem.

Malitia in potestate latere non potest. Idem de Doctr. Princip.

Magnus artifex in fœlicitatis est malitia & improbitas. Idem de Curios.

Fortuoa non est infœlicitatis effectrix, nisi improbitatis præsidio. Ibidem.

Peruersitas morū, omnem fortunā inamœnā facit. Idem de Virt. & Vitio.

Actior est in nocendo malitia, quàm in iuuando amicorum dilectio. Idem de Amic. & Adulat.

De sera. num. vind. Vir malus est,& is qui malum laudat,& qui à bono vituperatur. Mali semper timent.

Euripides.

Eurip. in Hec. Malus homo,semper nihil aliud quàm malus.

Ibidem. Malus malè peribit.

Idem in Alcest. Malus supplicium dat suis affectibus in posterum.

Idem in Helen. Nullus vnquam bonam fortunam habuit, malus existens.

Et viuens malus,& mortuus punitur.

Stob. Improbi quò fuerint indigniores ad honores promoti,hoc & negligentiores fiunt,imprudentiaq; magis & audacia pleni.

Idem. Semper aliquem dolum & machinam sibi prætexit improbitas.

Aeschylus. Mali homines fortunati non sunt tolerabiles.

Isocrates. Malis timendus est finis vitæ : bonis autem, vitæ ignominia.

Epictetus. Vt fortuna malum est corporis vinculum,sic animi malitia.Nam qui corpore solutus est,vinctus autem animo,seruus est. Contrà qui corpore ligatus est,animo autem solutus,is liber est.

Plutarchus. Omnis sanè malitia rectè cõparatur igni. Vtrumq; enim pabulo destitutum extinguitur.

Malorum inexplebilis est animus.

Similia ex Plutarcho.

Mali non omnes lædunt.

Vt in malis somnijs nonnulla turbat animum ęgritudo, sed præterea nihil efficiunt : sic mali, sed impotentes, non admodum lædunt.

Quidam Homeri versus capite diminutos excerpunt, multa integra & pulchra prætermittentes. Idem faciunt, qui de paucis vitæ malis queruntur,tot commoditatibus dissimulatis.

A praua vxore facilè diuortium feceris:malitia autem visceribus insidet, nec potes illi repudium scribere.

Mali malis geniti sunt.

Vt scorpius non tantùm putandus est habere aculeum,cùm ferit, sed semper est obseruandus : ita malis prognati,etiamsi non peccent, tamen venenum habent.

Malè conscium animum.

Vt quibus domi multum est malorum, gaudent apud alios versari : ita animus sibi malè conscius sua horrens de alienis agit, & malitiam suam apud alios pascit.

Sicyæ quod est pessimum attrahunt : sic quidam suis bonis non fruuntur, sed malis expendendis discruciantur.

Ex Latinis.

Senec. Epist. 68 Nullum sine autoramento malum est: auaritia pecuniam promittit,luxuria varias voluptates.

Epistola 76 Tantum quotidie nequitia proficit, vt satis consequatur,qui inter pessimos non est.

Idē de Ira lib. 3 Adeò præualuit nequitia, vt innocentia non rara, sed nulla sit.

Cic. 5. Actio. in Verrem. Ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia, & audacia, quàm cuiusuis virtus & integritas.

Paradox. 2 Improbo nemini bene esse potest.

Pli. Iun. in Pan. In his quę à malis benefiunt,hic tenendus est modus,vt appareat authorē displicuisse non factum.

Plerumq; plus valet malorum improbitas, quàm bonorum fauor. Eras. in Apop.

MALI ADAGIA.

Malum conduplicatum,aut renouatum.

Ignem igni ne addas, ne calamitatem adiungas calamitati. Plin.

Ne ignis ad ignem accedat. Plutarchus.

Oleum camino addere.

Adde poëmata nunc,hoc est,oleum adde camino. Hora. in Sat.

Quid oleum flammæ adijcimus? D. Hier. ad Eust.

Oleo incendium restinguere.

Si quem aspexerit incendio conflagrantem, pice atq; oleo vult restinguere. Lucian. in Tim.

Hydram secas.

Ita vnum incommodum tollis,vt in eius locum alia plura recipias. Horat. in Odis.

Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Malum malo medicari.

Bene ominata loquere,ne malum malo
Medicans,hancce noxam adaugeas tibi. Soph. in Aiac.

Morbum morbo addere.

Ne tu mihi morbo laboranti alterum
Appone malum: nam sat hoc premor morbo. Eurip. in Alcest.

Morbo quidem morbum addidisti tu alterum. Sophocles.

Dedecori res ista profectò dedecus addit. Homer. Iliad.

Lutum luto purgare.
Lis litem serit.

At lis seritur de lite vicissim. Zenodotus.

Litem parit lis,noxa item noxam serit. Phocylides.

Refricare cicatricem.

Appij vulnera non refrico. Cic. ad Attic.

Ne aut refricare obductam Reip. cicatricē viderer. In Rullum.

Post bellum tumultus.

Vbi quis post calamitatem vnam, in aliam nouam rursus incidit.

De fumo ad flammam.

De eo qui ex dubijs rebus, se in præsens exitium coniecit.

MALVM MALE VITATVM.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin.
Absit vt illic tum fueris cùm faucibus vndas Homer. Odyss.
Illa resorbuerit:neq; enim è discrimine tanto
Ipse vel eripiat Neptunus.verùm age Scyllæ
Vicinus scopulo celeri præteruehe cursu,
Quandoquidē comites sex multo perdere præstat,
Quàm vt semel exitium, quotquot sunt, auferat omnes.

Fumum fugiens in ignem incidi.

Ignorau eram autem, quòd, iuxta prouerbium, ex fumo in ignem compellerer. Lucia. in

Nam frustrà vitium vitaueris illud, Horat.

Si te

Si te aliò prauum detorseris.
In Arte. In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.

MALVM ASSVETVM.

Callum ducere. Vnde Fabius libr. 12. Et ingenio adbuc alendo callum inducere.

Assueuit malis.

Homer. Odyss. Iam minimè plagas tolerare tudis, neq; ictus.

Dies adimit ægritudinem.

Soph. in Aiace. Tempus enim facilis Deus.
Ouidius. Quod malè fers, assuesce, feres. bene multa vetustas Lenit.
Eurip. Alcest. Tempus dolorem leniet.
Cic. Tusculan. Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, vt ijsdem manentibus malis, non modò leniatur ægritudo, sed in plerisq; tollatur.
Epistol. Nam quod allatura est diuturnitas, id nos præcipere consilio prudentiaq; debemus.
Iphicles. Tempus molestijs medetur omnibus.
Euripides. Medicus dedit qui temporis morbo moram, Is plus remedij, quàm cutis sector dedit.
Terentius. Aut ego ingenio profectò ad miseriam natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus.
Iam tuli & antè mali multum, multumq; laborum Fluctibus & bellis: age & hoc accessit illis.

Vsus est altera natura.

Satyricus. Custode & cura natura potentior omni.

Malorum præteritorum memoria grata.

Ex incerto Authore. Meminisse malorum suaue qui seruatus est.
Magnoperè est iucunda viro renouata dolorum Mentio, qui permulta tulit, permultaq; gessit.

MALI RETALIATIO.

Temeraria mala.

Quoties mala quæ quis in alios impegerit, in ipsius caput retaliantur.

Neoptolemi vindicta.

Vbi quis idem patitur, quod in alios fecit.
Euripides. In faro illi est gladio Delphico mori.
Pers. Sat. 4 Cædimus, inq; vicem præbemus crura sagittis.
Horatius. Cædimus, & totidem plagis consumimus hostem.

Eodem bibere poculo.

Plaut. in Cas. De ijs qui ijsdem afficiuntur incommodis.
Aristophanes in Equitibus. Vt senex eodem poculo hoc, quo bibi, biberet.
Ille nobiscum haud eodem potat vnquam poculo.

MALVM VERTENS BONO.

Nunc bene nauigaui, cum naufragium feci.

Quoties id quod videtur incommodum, fortuna præter spem vertit in bonum.

Laqueus auxiliari videtur.

Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui vertitur in commodum.

Malo vni obnoxium esse præstat, quàm duobus.

Vni quàm geminis præstat inuolui malis.

Malum accersitum, ac retortum.
Suo se iugulare gladio.

Atq; hûc telo suo sibi, malitia sua, à foribus pellere. *Plaut. in Amph.*
Heu patior telis vulnera facta meis. *Ouid. in Epist.*
Aut tuo, aut nostro (vt dicitur) gladio res conficiatur necesse est. *Cic. pro Cecina.*
In tuum ipse mucronem incurras necesse est. *Idem.*
Hic est defensionis tuæ mucro: in eum incurrat oratio tua necesse est. *Idem.*
Quæ quidem tela à nobis, vt fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. *Lucia. in Pisc.*
Incidit in foueam quam fecit.
Suo sumeoto sibi malum accersiuit.
Ipse homo sibi à me malam tē accersit iumēto suo. *Plaut. in Amph.*
Suo ipsius laqueo captus est.

Hanc techinam in teipsum struxisti.

Itaq; commentum in tuum ipsius exitium reperisti. *Lucianus.*

Turdus sibi malum cacat.

Inutiles quicumq; liberos serit,
Quid aliud hunc, quàm sibi creare dixeris
Ipsi dolores, atq; risum maleuolis? *Soph. in Antig.*

Ipse sibi mali fontem reperit.

Nunc mali fons est repertus, vt videtur, omnibus. *Aeschylus.*
Ipsus sibi mali reperit coagulum.

Cornix scorpium rapuit.

Scorpius è terra prorepserat, idq; vidente *Arabius.*
Coruo, qui cælo victitat in liquido,
Corripuit visum, fugitq; : sed hic vt humum ales
Contigerat, telo mox ferit atq; necat.
Ecce tibi quod in huoc auis insidiosa parabat,
Inde sibi accuiit ipsa necem misera.

Irritare crabrones.

Ne fors crabrones, qui huic insedere sepulchro, *De Archiloch.*
Irrites, tacitum carpe viator iter.
Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, *Plautus.*
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius.
Sin obsequaris, vna te soluas plaga.

Leonem stimulas.
Oedipodem scorpium excitas.
Anagyrim commones.
Capra contra sese cornua.

MANSVETVDO.

Ex Apophtheg. Eras.

Mansuetudinem cum iustitia oportet esse coniunctam in principe.
Est quidem præcipua virtus in principe comitas & mansuetudo: veràm ob malum ingenium hæc ita téperanda est, vt principi sua cōstet autoritas.
Principis in facinorosos lenitas, quid aliud est quàm in bonos crudelitas?
Erga improbos mansuetudo nimia, inutilis est ciuitati.
Barbaricæ feritatis est in prostratos sæuire.
Ita temperanda est clementia, ne nobis sit vitio.
In colloquijs adhibenda est sermonis comitas.
Comitatis est benignè polliceri: sed quoniam

omnibus opera præstari non potest, eligendi sunt quibus illam impertias.

Potentia, comitate & clementia diuturna fit: ferocia verò, breuis.

Non verè victor est, qui iracundiæ vindictam flagitanti frænum nescit imponere.

Beneuolentiam maximè conciliat benignitas.

Ira contentioq; melius soluitur blandis verbis & benignitate, quàm repugnando.

Plato. Mansuetudo est sedatio motus, qui ab ira solet excitari, temperatio animi modetata.

Idem. Mansuetum hominem & ingeniosum & virilem difficilè reperies.

Arist. de Virt. & Vit. Mansuetudo virtus est animosæ partis, qua prædiri ægtè mouentur ad iram.

Ibidem. Mansuetudinis est posse ferre modetatè obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec esse de facili mobilem ad iras, esse autem moribus comem, ac mitem, & ingenio quieto & stabili.

Plut. de Polit. Hominem homini nihil alind mansuetum & mitem reddit, quàm beneuolentiæ, iustitiæ, & probitatis fides.

Archidamidas cuidam Charillum laudanti, quòd pariter erga cunctos fuisset mitis ac mansuetus: Et qua fronte, inquit, laudetur is, qui erga sceleratos se mitem præbet? Innuēs mansuetudinem cum iustitia coniunctam esse debere.

Cùm Cleomeni quispiam diceret, bonū principem erga omnes placidū esse oportere: Sed hactenus inquit, ne sit contemptui: significans erga improbos mansuetudinem nimiam inutilem esse. Est quidem in imperatore præcipua virtus comitas, sed ob malorū ingenium autoritate tēperanda.

M ANTE E.
MEDICINA.
Ex Latinis.

Cic. 2. de Natura Deor. Aegri, quia non omnes conualescunt, non idcircò nulla medicina est.

Sulpit. apud Cic. in Epist. Noli imitari malos medicos, qui in alienis malis profitentur se tenere medicinę scientiam, seipsos curare non possunt.

2. Officiorum. Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum, sine vsu, & exercitatione consequi possunt.

Senec. Epist. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio.

Idem Epist 98 Non gaudet ægroto medicus elato.

Idem de Ira. Nulla dura videtur curatio, cuius salutaris videtur effectus.

Idē de Clemē. Non minus sunt turpia principi multa supplicia, quàm medico multa funera.

Quint. Decl.8 Non medicina sanat, sed quicquid videtur sanum esse, medicina est.

Ibidem. Maxima medicorum pars esse cœpit, sanare posse.

Ibidem. Iniquissimum est, desperationem vocare, quoties remedium medicinæ non inuenit.

Idē Declam. eadem. Nemo magis desperat, quàm qui se negat nosse languorem.

Ibidem. Medicina mortuorum sera est.

Declam. 15 Non expectes, vt statim gratias agat, qui sanatur inuitus.

Nulla ars medicina inconstantior est, nec sæpius mutatur, cùm sit fructuosior nulla. *Plin. Sec. lib. 29*

Medici famam nouitate aliqua aucupantes, animas nostras statim negotiantur. *Ibidem.*

Vt quisque inter medicos loquendo pollet, illicò imperator nostræ vitæ, cædisq; fit. *Ibidem.*

Multa millia gentium sine medicis degunt, nec tamen sine medicina. *Ibidem.*

Non medicinam antiqui damnabant, sed artem. *Ibidem.*

In hac artium sola euenit, vt vnicuiq; se medicum esse professo statim credatur, cùm sit periculum in nullo mendacio maius. *Ibidem.*

Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoq; tantùm hominem occidisse impunitas est. *Ibidem.*

Lues morum nō aliunde maior, quàm è medicina. *Ibidem.*

Imperatoribus vna medicina imperat. *Idem lib. 24*

Medicamenta si forrè in mensa ponuntur, non prosunt. *Idem lib. 18.*

Medicinæ ab animo hominis pendentes non omittendæ. *Ibidem.*

Medicinæ præcipuè efficacissimus magister vsus. *Ibidem.*

Medici futurorum incerti, præsentibus indicijs certam valetudinem promittunt. *Terent.*

Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus eloquijs prosequuntur. *Plin. Iun. lib.*

Medici quanquam in ægritudine nihil serui, ac liberi differunt, mitius tamen liberos tractant. *Ibidem.*

Medici nihil quod nociturum sit in corporibus ægris relinquunt. *Curt. lib. 6*

Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur. *Oui. 1. Metam.*

Non eadem ratio, sentire, & demere morbos.
Sensus iners cunctis tollitur arte malum. *4. de Ponto.*

Eripit interdum, modò dat medicina salutem. *2. Trist.*

Mala est medicina, vbi aliquid naturæ perdit. *Pub. Mimus.*

Ex Græcis.

Omnis cura eò tendit, vt bonum & vtile ei, qui curatur, afferat. *Plat. de Sanit.*

Non potest oculus mederi, nisi prius caput, nec caput absq; totius corporis medicina curatur. *Ibid. de Temp.*

Rhetor non semper persuadet, nec medicus semper sanat. *Arist. Top. 2*

Fabrum sanitatē fecisse accidens est, quoniam non est aptus ad faciendā sanitatē faber, sed medicus. *Idem Metaph.*

Eo quis facit ferculū delectabile, medicus autē vtile. *Ibidem.*

Medendi ars, ratio sanitatis est. *Metaph.*

Medici non apud sanos, sed vbi sunt ægroti, conuersare debent. *Plutarchus.*

Medicorum præstantissimi ad repentinos fluxuum impetus, medicinarum confestim non afferunt remedia. *Plutarchus.*

Medicina inter artes liberales elegantiæ, ornatus, iucunditatis nulla minus complectitur, magnam verò contemplationem de sanitate suis studiosissimis exhibet. *Idem.*

Medicus vir multis alijs æquandus. *Homer. Iliad.*

Medicus garrulus, ægrotanti secundus morbus est.

Multorum medicorum visitatio me perdidit.

Vir medicus aliorum instar multorum est
In excidēdis telis, & benigna pharmaca inspergēdo. *Homerus.*

Medicus ægritudini futurum tempus præuidens, *Euripides.*

Melius ita medetur, quàm si corpus secaret.

Sicut medici solent dicere.

Mimnermus. Leues affectus, multò maiores esse, & graues plus quàm timendū sit exaggerant, seipsos vt extollāt.

Philemon. Homini facile est alij consulere,
Ipsum verò præstare difficile.
Quod in medicis apparere video,
Qui de continentia apud ægrotos perquàm bene
Omnes loquuntur: deinde vbi morbo afficiuntur,
Ipsos facientes videre est, quæ pridem prohibebāt
Alijs: tum & ægrotus & speculator similes sunt.
Nam neq; medicus vllus, si diligenter circunspicias,
Amicos suos bene valere cupit:
Neq; miles ciuitatem sine malo aliquo videre.
O quàm malè habet
Quiuis medicus, si nemo malè habuerit.
Soli medico & aduocato
Occidere licet impunè.

Demosthenes. Missa facite huiusmodi lucra, alimentis similia quę medici ægrotantibus exhibent. Nam illa nec vires augent, neq; mori sinunt.

Trophilus medicus interrogatus, quis perfectus medicus fieret, dixit: Ille qui possibilia & impossibilia discernere potest.

Musonius. Medicina est scientia, non solùm contemplatiua, sed etiam actiua.

Plut. de Dimit. Si quis nos interrogaret, qua re dempta, nihil medicina, vel eius instrumētis opus habituri simus, responderemus, si morbi à corporibus abirent, & omninò non fierent, aut facti statim recederent. Est enim medicina ad hoc vtilis, vt morbi abigantur.

Arist. Ethicor. Constat medicum hoc modo non spectare valetudinem, vt in vniuersum spectet, sed singulorum: medetur enim singulis.

Idem Ethic. 10 Non medici habendi sunt ij, qui quæ medicorū libris traduntur, habent cognita, sed etiā ægrotos curari posse: & quemadmodum sint adhibendæ curationes, suis cuiusq; expositus affectionibus.

Medicus, qui Pausaniam inuisebat, dixisse fertur, Nihil habes mali: Non, inquit Pausanias, te medico vtor. Hoc ipsum, quòd nihil haberet mali, adeò non acceptum ferebat medicis, vt eos solos iudicaret prospera frui valetudine, qui medicis non vterentur.

Pausanias cùm ab amico argueretur, quòd de medico quodam malè loqueretur, à quo nec vlla re læsus esset, nec cuius fecisset periculum, Si fecissem, inquit, periculum, nequaquam viuerem.

Medico cuidam dicenti Pausaniæ, Ad senectutem peruenisti: Ob id, inquit, quòd te medico non sum vsus.

Idem medicū eum censebat optimū, qui nō fineret ęgrotos extabescere, sed quàm primùm sepeliret.

MEDIOCRITAS.

Ex Cicerone.

1 Off. Nihil est quod tam deceat, quàm in omni re seruare mediocritatem.

1 Off. His rebus quæ tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, honestatem & decus conseruabimus.

3 Off. Mediocritas ad omnē vsum, cultūq; vitæ referenda est. In omnibus rebus mediocritas est optima.

Orat. ad Brut. Modus est optimus, decus ipsum tenere, nec progredi longius.

Suus cuique modus est: tamen magis offendit nimium, quàm parum. *De Orat.*

Ex Platone.

In Amat. SOCR. Compuli eum vt cōcederet reliqua omnia, quæ circa corpus versantur, temperata quidem prodesse quàm plurimum, pauca verò vel nimia nihil. Et ille moderata iuuare cōfessus est. At quę ad animam spectant, cùm moderata adhibentur, conducunt magis quàm immoderata.

In Phileb. SOCR. Mensura commensuratioq;, pulchritudo planè ac virtus vbiq; fit.

Ibidem. SOCR. An posthac mensuram illam moderationemq; considerandam restat, voluptas'ne an sapientia eius sit capacior? PR. Id quoq; quod nunc infers, exploratu perfacile est. Reor equidē nihil voluptate, eiusq; exultatione immoderatius inueniri posse, nihil contrà, mente & scientia moderatius.

4. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Qui mediocres diuitias possidet, & ipse quoq, moderatus sit, medium laudabit.

6. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Quod moderatum est & mediocre, immoderato & excedente mirum in modum ad virtutem præstat.

7. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Mea quidem ratio, rectam vitā censet, nec voluptates sequi omninò, nec fugere omninò, dolores debere, sed medium potius illum habitum sequi, quem & ipse modò tranquillitatem vocabam, & omnes Dei proprium esse, diuino quodam oraculo conijcientes rectè fatemur. Hunc habitum sequi debet, quisquis hominum diuinus est futurus.

Aliquando dimidium plus est quàm totum. *Plat. de Leg.*

Principium, dimidium operis. *Ibidem.*

Ex Aristotele.

Quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto est melius: & quanto magis recedit, tanto est peius. *Polit. 4*

Aequale id dicitur, quod medium est inter rem quę præstat, & eam quæ vincitur. Rei autem medium appello, quod æquè abest ab vtraq; extremitate: idq; apud omnes vnum idemq; valet. *Eth. lib. 2. cap 6*

Nostra ratione id medium est, quod nec transit modum, nec deserit nimium & parum. Exuperationem artifice somnes vitant, mediocritatem & exquirunt, & persequuntur.

Omnis ars & scientia ita deniq; præclarè munus suum exequitur, si mediocritatem intuetur: ad eamq; sua omnia opera refert, quia nimium & parum, omnem præstantiam laudemq; artis labefactat.

Mediocritas virtus quædam est, cùm perfecti sit indagatrix. Ob eam causam, nimiūm & parum in vitio est: vt mediocritas in virtute.

Virtus, habitus est animi iudicio susceptus, in mediocritate positus.

Mediocritas duorum vitiorum est, quorū alterum eo quòd superat, alterum eò quòd parum est, cernitur.

Temperantiæ & fortitudinis nec nimium est nec parum, quoniam mediocritas quōdammodo in summo sita est.

Medio in quibusdam repugnat magis parum, in quibusdam nimium.

Quę plus absunt à medio, eadē ipsi magis repugnāt.

Omnes qui mediocritatem inuestigant & exquirunt, primùm ab eo debent, quod magis ei contrarium est, discedere.

Ergo hoc quidem perspicuũ est, perfectum & medium habitũ in rebus omnibus esse laudabilem.

Ex Poëtis.

Ouid. 2. Metam. Altius egressus cælestia tecta cremabis,
Inferius, terras: medio tutissimus ibis.
Postquam manus vltima cœpto
Imposita est, geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus, motaq; pependit in aura:
Instruit & natum: medioq; vt limite curras
Icare, ait, moneo, ne si demissior ibis,
Vnda grauet pennas: si celsior, ignis adurat,
Inter vtrumq; vola.

Hor. Od. 10. li. 2. Rectius viues Lycini, neq; altum
Semper vrgendo, neq; dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Senec. in Oedip. Fata si liceat mihi
Fingere arbitrio meo,
Temperem Zephyro leui
Vela, ne pressæ graui
Spiritu, antennæ tremant
Lene, sed modicum fluens
Aura, nec vergens latus
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me media vehat
Vita decurrente via.
Gnosium regem timens
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincere, & falsis nimis
Imperat pennis puer,
Nomen eripuit freto.
Callidus medium senex
Dædalus librans iter
Nube sub media stetit,
Alitem spectans suam.
Quicquid excessit modum,
Pendet instabili loco.

Idẽ in Agam. Fœlix mediæ quisquis turbæ
Partem quietus aura stringit
Littora tuta, timidusq; mari
Credere cymbam remo terras
Propiore legit.

Boët. Metr. 4. lib. 2 Quisquis volet perennem
Cautus ponere sedem,
Stabilisq;, nec sonori
Sterni flatibus Euri,
Et fluctibus minantem
Curat spernere pontum
Montis cacumen alti,
Bibulas vitet arenas.
Illud proteruus Auster
Totis viribus vrget:
Hæ pendulum solutæ
Pondus ferre recusant.
Fugiens periculosam
Sortem sedis amœnæ,
Humili domum memento
Certus figere saxo.
Quamuis tonet ruinis
Miscens æquora ventus,
Tu conditus quieti
Fœlix robore valli
Ducens serenus æuum
Ridebis æthereas iras.

Terent. in Andr. Nam id arbitror
Apprimè in vita esse vtile, ne quid nimis.

Martial. lib. Illud quod mediũ est, atq; inter vtrũq;, probamus.

Ouid. 8. Meta. Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deseruitq; ducem cæli cupidine tactus,
Altius egit iter, rapidi vicinia solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos,
Remigioq; carens non vllas percipit auras,
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.

Idem 1. de Trist. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarijs nomina fecit aquis.

Ibidem. Vitaret cælum Phaëton si viueret, & quos
Optauit stultè, tangere nollet equos.

Pont. in Herc. Oeteo. Quisquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit vnum præbere diem,
Patriosq; puer concitat axes,
Nec procul solitum percurrit iter,
Sed Phœbeis ignota secat
Sydera flammis errante rota,
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cæli cùm peregerat iter,
Tenuit Latias Dædalus oras,
Nullíq; dedit nomina ponto.
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriasq; puer
Despicit alas, Phœboq; volat
Proximus, ipse dedit ignoto
Nomina ponto.

Ouid. 3. de Trist. Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit, vt tacta surgere posit humo.
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto
Occurrit regi flebilis vmbra suo.
Quid fuit vt tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quòd hic altè, demissius ille volabat.
Nam pennas ambo non habuere suas.

Lucanus lib. 1. bel. Ciuil. In se magna ruunt, lætis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum.

Hor. lib. 1. Epist. Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum.

Horat. Sat. 1. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,
Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

Ouid. de Trist. Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes, prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Effugit hybernas demissa antenna procellas:
Lataq; plus paruis vela timoris habent.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Tu quoq; formida nimium sublimia semper,
Propositiq; precor contrahe vela tui.

Catullus. O quid solutis est beatius curis?
Cùm mens reponit, à peregrino

Labore

Labore fessi venimus larem ad nostrum,
Desideratoq́; acquiescimus lecto.
Claud. de Senat. Veronensi. Fœlix qui proprijs æuum transegit in aruis,
Ipsa domus puerum quem videt ipsa senem.
Qui baculo nitens, in qua reptauit arena,
Vnius numerat secula longa casæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas nobilis hospes aquas.
Non freta mercator timuit, non classica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ nescius vrbis,
Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis non Consule computat annum,
Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Hor. lib. 1. epist. Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Nec quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Lucr. lib. 5 Diuitiæ grandes homini sunt viuere parcè
Aequo animo: neque enim est vnquam penuria parui.
Plaut. in Paen. Modus omnibus
In rebus soror est optimum habitu, nimia omnia
Nimium exhibent negotium hominibus ex se.
Idem in Aulul. Ego virtute deûm & maiorum nostrorum diues sum satis.
Istas magnas factiones, animos, & dotes dapsiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purputam
Nihil moror, quæ in seruitutem sumptibus reddunt viros.
Claud. in Ruf. lib. 1 Viuitur exiguo melius: natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.
Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu,
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,
Non ventus quateret populos, non machina muros.
Hor. lib. 1. epist. Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.
Non domus & fundus, non æris aceruus & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas.

MEMORIA.

Ex Cicerone.

2. Tuscul. Memoria est signatarum rerum in mente vestigium.

Cato Maior. Memoria minuitur, nisi exerceas eam: nũquam tamen senem quenquam audiui oblitum, quo loco thesaurum obruisset.

2. Academ. Memoria non modò philosophiam, sed omnis vitæ vsum, omnesq́; artes vna maximè continet.

1. de Orat. Rerum omnium thesaurus memoria: quæ nisi custos inuentis, cogitatisq́; rebus & verbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiamsi præclarissima fuerint, in oratore peritura.

Meminisse dulce est, quod durum fuit pati.

Cic. pro domo sua. Etsi optabilius est vitæ cursum conficere sine dolore & iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus adfert desideratum esse à suis ciuibus, quàm omninò nunquam fuisse violatum.

Cic. Luceio, famil. lib. 5 Habet præterit doloris secura recordatio delectationem.

Iucunda est præteritorum malorum memoria. *2. de Finibus.*

Suauis est præteritorum malorum memoria. *Ibidem.*

Iucundi sunt acti labores. *Ibidem.*

Non tam cumulus bonorum iucũdus esse potest, quàm molesta decessio. *1. Tuscul.*

Ex Apophtheg. Eras.

Non expetenda est honorifica memoria, nisi rectè factis promerita est.

Tantum scimus quantum memoria tenemus.

Facilè meminimus quæ volumus, at non licet obliuisci quæ volumus.

Tenacissima est iniuriæ memoria, at beneficij breuissima.

Veritas multis verbis non eget: & rectius meminimus quæ paucis verbis comprehensa sunt.

Memoria hominum adeò labilis est, vt ægrè reperias duos, qui quæ simul audierunt, eodem modo referant.

Fortior forsan memoria est, quę nullum subsidium extra se habet. *Sen. epist. 8. 9*

Omnis disciplina memoria constat, frustraq́; docemur, si quicquid audimus, præterfluat. *Quint. lib. 11*

Multum signa faciunt, & ex alia memoria venit alia. *Ibidem.*

Exultat animus, magnorum virorum memoriam perlustrans. *Val. Max lib 4*

Stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obliuisceris. *Curt. lib. 4*

Mallem obliuionis quàm memoriæ artem. Memini enim eorum quæ volo, obliuisci non possum quæ nolo. *Themist. apud Cic. 4. de Finib.*

Cassius Seuerus, quum ex Senatusconsulto libri illius exurerentur, Nunc, inquit, superest vt ipse viuus comburar, qui illos edidici. Quod enim memoriæ insculptum est, nisi cum vita eripi non potest.

Memorem immemorem facit, qui monet quod memor *Plau. in Pseud.*
Meminit.

Prima languescit senum *Sen. in Oedip.*
Memoria, longo lassa sublabens situ.

Memoria ingrata.

Ingratus est, quisquis beneficio affectus immemor est.

Semper qui seruatus est, ingratus natura est.

Simulatque quis misericordia affectus est, perijt beneficium.

Obliuiscuntur omnes qui beneficium acceperunt.

Pulcher thesaurus est reposita gratia.

Post donum celerrimè senescit gratia.

Beneficium qui accepisti tempestiuum, in tempore repende.

Beneficium confer, quatenus potes tamen.

Munera iusta & da & accipe.

Beneficium vbi acceperis memento, & vbi dederis obliuiscere.

Ex Græcis.

Quemadmodum & reliquas animæ facultates ex actionibus ipsarum deprehendimus, ita memoriam quoque possumus animæ facultatem esse reconditam ex rebus siue sensu siue cogitatione *Ex Porph. de Anima.*

 percepe

perceptis. Aristoteles memoriam definit habitũ imaginationis, tanquã simulachri illius rei, à qua orta est imaginatio.

Cùm ad facultatem imaginandi sensus peruenit, tum illa quæcumq; tandem affectio, phantasma dicitur. Excitata igitur sentiẽdi facultate à sensu, id quod offert rei sensilis imaginem, vnde phantasma natum est, imaginis & simulachri rationẽ habet ad rem ipsam phantasia perceptam: & sic imago quædam est in facultate phantastica rei, quæ sub sensum cecidit. Cùm autem circa phantasiam, retentio & habitus phantasmatis fit, memoria nominatur, quæ brutis quidem est quoq; communis. Proinde Aristoteles ait bruta meminisse, non autem reminisci: solum verò hominẽ vtrumque facere.

Plato in Craty. Memoria vel nomine suo Græco mansio potius, quàm motio dicitur.

In Tim. CRIT. Profectò quæ in pueritia discimus, diutius, firmiusq;, vt fertur, meminisse solemus.

Plato in Phil. Sensus cõseruationem rectè quis memoriam mea sententia nuncupabit.

Plato de 8.ente. Mater musarum memoria est.

Ex Aristotele.

Arist. de Mem. Phantasmatum habitus memoria nominatur: & eorundem ruminatio, reminiscentia est.

Non omnes qui memoria præcipuè pollent, reminiscentia quoq; valent: sed plurimum accidit, vt memoria præcellant, qui tardo ingenio sint: reminiscentia, qui vigore animi, celeritate, docilitateq; præstent.

Memoria à Phantasia differt, quòd hæc, motio est sensus, aut cogitationis agentis: illa verò, ceu pictura animæ quædam est. Motus enim à sensu factus, in anima quodammodo signat & imprimit formas, quales ab annulis imprimuntur. Propterea illis non existit memoria, qui morbo aut ætate valde commouentur, cùm motus & signaculum velut in aquam fluentem adigatur.

Iuuenes admodum, & senes, memoria non valent: defluunt enim illorum typi, quòd in iugi sint incremento: horum autem, quòd natura in sene ad occasum prona minuitur.

Memoria laborãt & celeres, & tardi: celeres, quòd humidiores sint quàm par est, vnde sisti & inhærere imagines non possunt: tardi, quòd rigeant plus æquo, vnde propter duritiem typos non admittunt.

Maxima studiorum conseruatio est, si non scribantur, sed ediscantur. Fieri enim non potest, quin scripta nobis excidant.

Memoria scriba est intus manens.

Arist. Elench. 1 Minus conseruant orationes homines perturbati.

De Mem. Eorum, quæ frequenter intelligimus, citò reminiscimur.

Ibidem. Memoria non est futurorum, nec præsentium, sed præteritorum, vnde sensus est præsentium: opinio seu fides, futurorum: & memoria, præteritorum.

Bonitas memoriæ attribuitur iunenibus.

Plut. de Educ. lib. Rerum præteritarum memoria ad futurorum consultationem exemplar quoddam existit.

Epicurus. Faciendus est ex iugi memoriæ exercitatione habitus.

Rerum præteritarum recordatio, vtpote secundarum, addit animos vulgo: sapienti non item, humanarum inconstantiam consideranti. *Dionys. in 1. Olymp.*

Exempla Græcorum.

Mithridates rex Ponti duabus & viginti nationibus, quibus imperabat, sua cuique lingua ius dicere solebat, & pro concione singulas sine interprete affari.

Cyrus rex, qui immensos ductauit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit: sic L. Scipio.

Cyneas Pyrrhi legatus postridie quàm Romam venerat, Senatum & equestrem ordinem proprio nomine salutauit.

Memoria iactura.

Memoria quo pretiosior, eò magis iniuriæ obnoxia. Quidam enim olim lapide ictus, literas prorsus oblitus est. Alius tecto præcipitatus, matris & propinquorum tactus est obliuione. Messalæ Coruino oratori grauiter ægroto, seruorum & sui ipsius nomen excidit.

Latinorum.

Cæsar dictator scribere & legere vno tempore, dictare & audire solebat: epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut, si non aliud ageret, septenas.

MENDACIVM.

Ex Cicerone.

Tollendum est ex rebus contrahẽdis omne mendacium. *3. off.*

In virum bonum non cadit mentiri, emolumenti sui causa. *3. off.*

Cùm iudici dicenda sententia est, meminerit se Deum habere testem, id est, mentem suam, qua nihil homini dedit ipse Deus diuinius. *3. off.*

Nihil est turpius vanitate. *1. off.*

Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. *1. off.*

Qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quàm ad mendacium perduci consueuit. Et quæ pœna à dijs immortalibus periuro, hæc mendaci constituta est. Non enim ex pactione verborum, quibus iusiurandũ comprehenditur, sed ex perfidia ac malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, dij immortales irasci ac succensere consueuerunt. *Pro Rosc. Com.*

Vbi quis semel peierarit, ei credi postea, etiamsi per plures deos iuret, non conuenit. *Pro C. Rab. Postb.*

Non ex libidine aut simultate aut leuitate testium. causæ honestorum hominum ponderari debẽt. *Pro Sylla.*

Ementiuntur sæpe homines in eos quos oderunt. *In Partit. Orat.*

Si qui ob emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, ijs credere non conuenit. *Pro Font.*

Autoritatẽ nullam debemus, nec fidem commentitijs rebus adiungere. *2. de Diuin.*

Tenue est mẽdaciũ, perlucet si diligẽter inspexeris. *Sen. epist. 80*

Ex Poëtis.

Mihi scelus videtur me parẽti proloqui mendaciũ. *Plau. in Bac.*

Quid

Teré. in Heaut. Quid dicam? quam causam adferam? SYR. Quin nolo mentiare.

Apertè, ita vt sese res habet, narrato.

Plau. in Persa. Mendacium ædepol dicis, atq; haud te decet.

Plau. 5. Amphi. ALC. Cur negas? AMPHIT. Quia vera didici dicere.

Iuuen. Sat. 3 Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum
Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus
Astrorum ignoro: funus promittere patris
Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam
Inspexi, ferre ad nuptam quæ mittit adulter:
Quæ mandat, norint alij.

Mendacij calumnia vitam labefactat.

Mendacium odit, quisquis sapiens est, & probus.

Ex Fabio Quit. Mendacium dicere aliquando sapienti concessum. lib. 2.

Ibidem. Aliquando exigit communis vtilitas, vt etiam falsa defendantur.

Idem Decla. 13 Magis odimus mendacium, quod simile vero est.

Declam. 18 Mendacio paratur autoritas.

Quint. Decl. 11 Quidam cùm nullum crimen obijcere possint, de mendacij magnitudine veritatem captant.

Liuius Deca. 4. lib. 4 Vana pro veris sæpissimè valent in bello.

Mendacem memorem esse oportet.

Plin. Secund. lib. 22 Amor grauis falsæ rei lapsum fidei parit ingentem.

Ex Græcis.

Hom. Odyss. 9 Mendax ab hoste non differt.

Mentiens nemo celat alios multo tempore.

Mendacium veritatis opus aliquando est.

Aristot. Docentes alios, mentiri non debent.

Aristot. apud Diog. lib. 5 Mendax hoc lucratur, vt cùm vera dixerit, ei non credatur.

Plut. de Edu. lib. Mentiri, seruile est vitium, & cunctis mortalibus insectandum.

Theophrast. Sæpe delinquentibus promptissimum est mentiri.

Ibidem. Mendacium de seipso duplex est.

Ibidem. Mendacium non veterascit.

Ibidem. Mendaces castigandi à pueris.

Pythagoras. Tantum distat mendacium à veritate, quantum auris ab oculo.

Apollonius. Mendacium illiberale est, veritas generosa.

Charond. Honestatem, ac veritatem quisq; colat, turpitudinem atq; mendacium oderit: nam hisce notis virtus & malitia discernuntur. Quare statim à pueris assuefacere oportet, castigando quidem mentiendi studiosos, veritatis autem, amando.

Plato de Rep. Dial. 3 Quinetiam pluris facienda veritas est. Si enim dijs inutile mendacium est, hominibus autem pro medicamento est vtile, quare medicis publicis concedédum, priuatis autem non attingédum? Patet igitur Rempub. administrátibus, si quibus alijs mentiri licet, vel hostium, vel ciuium causa ad communem ciuitatis vtilitatem. Reliquis autem à mendacio abstinendum est.

Epænetus dicere solebat, mendaces omnium scelerum & iniuriarum autores esse.

Anacharsis aiebat se mirari, qui fieret, vt Athenienses, qui prohiberent mentiri, in cauponum tamen tabernis palam mentirentur. Qui vendunt vel emunt merces lucri causa, quemcumq; possunt, fallunt: quasi quod priuatim esset turpe, honestum reddatur, si fiat in foro. At in contractibus maximè fugiendum est mendaciũ. Sed tum maximè mentiuntur homines, quum maximè negant se mentiri.

Qui mendacio clarißimis familijs se inserere conati sunt obscuro loco nati.

Hernphilus Equarius medicus C. Marium septies consulem auum sibi vendicando, ita se extulit, vt Coloniæ veteranorum complures, & splédida municipia, collegiaq; ferè omnia patronum adoptarent.

Ea fuit alterius impudentia ignoti & obscuri, vt Octauiæ Augusti sororis filiũ fingere ausus fuerit, vt eodem tempore sanctissimi penates & veri sanguinis memoria spoliarentur, & falsi contagione inquinarétur. Sed cùm ad summum audaciæ gradum ferretur, imperio Augusti remo triremis publicæ affixus est.

Repertus est etiam qui se Q. Sertorij filium esse diceret, quem vt eius vxor agnosceret, nulla vi compelli potuit.

Trebellius Calca asseueranter se Clodium tulit. Et quidem dum de bonis eius contenderet, in Cétumuirale iudicium adeò fauorabilis descendit, vt vix iustis & æquis sententijs, consternatio populi vllum relinqueret locum.

Multo fortius ille, qui in domum Cn. Asidionis erupit, filiumq; eius patrijs penatibus expulit, vociferando non illum, sed se Asidione esse natum. Verùm postquam à Syllana violentia Cæsariana æquitas reduxit gubernacula imperij Romani, iustiore principe Remp obtinente, in publica custodia spiritum posuit.

Barbarus quidam ob eximiam similitudinem, cùm Cappadociæ regnum affectaret, tanquam Ariarathes esset, qui à M. Antonio interemptus fuerat, quanquam pene totius Orientis suffragijs fultus esset, iustissimas pœnas mendacij & dementiæ tulit.

MENS.

Ex Græcis.

Mens libro & tabulæ rasæ similis. *Plato de Summo bono.*

Plus temporis proficit anima & mens in ignorantia, quàm in scientia. *Arist. de Ani.*

Mentis delectationes sunt, cognoscere creatorem, considerare opera cælorum, & sapientiam suam. *Idem de Morte*

Mens cernit, mens audit: reliqua surda cæcaq; sunt, & rationis indiga. *Plutarchus.*

Præcipuus animi morbus dementia est. *Idem de Morbo anim.*

Velocissima enim omnium rerum mens est: nam per omnia discurrit. *Thales.*

Mens optima, vates est, & bonum consilium. *Euripides.*

Mens virtutis studiosa adinuenit artem ad laudanda bona, & ad mala vituperanda. *Arist. de Polit.*

Mens & veritas omnis in agendo posita est. At verò mentis eius, quæ cognitione cernitur, non actione, aut effectione, omnis est in falsi veriq; cognitione posita præstantia & vitiositas. Omni enim rationi ac menti, hoc opus propositum est. Cuius verò mentis omne opus in agendo & ratiocinando est, eius est appetitioni rectæ congruens propria veritas. *Arist. 6. Ethic.*

Mens sua quisq, est, vel maximè. Atq; etiam mens abundat *Idem lib. 9. Ethi.*

abundat præceptorum copia. Et quoniam ijsdē rebus semper mouetur, & offenditur, & nō alijs, aliàs fit vt doleat, gaudeatque rebus suis vnà secum maximè.

Ex Latinis, primùm ex Seneca.

Sen. epist. 8 Mens bona non emitur, nec commodatur: & puto si venalis esset, non haberet emptorem.

Ibidem. Cogita in te præter mentem nihil esse mirabile, cui magno nihil est magnum.

Epist. 32 Quid aliud voces mentem & animum, nisi Deum in humano corpore hospitem?

Epist. 34 Non mens huius in recto est, cuius acta discordant.

Epist. 51 Cogēda mens est, vt incipiat, deinde non est opus acerba medicina.

Ibidem. Corpus multis eget rebus: mens ex se crescit, seipsam alit, se exercet.

Epist. 99 Fortuna omni valentior est mens: beatæ ac miseræ vitæ sibi causa est.

Epist. 115 Rege incolumi, mens omnibus vna est: eo autem amisso, rumpitur fides. Rex noster, est animus: hoc incolumi cætera manent in officio.

De Ira lib. 2 Quodcumq; sibi imperat mens, obtinet.

Epist. 121 Maximum est mentis argumentum, ab altiore venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta, si exire non metuit. Scit enim, quò exiturus sit, qui vnde venerit, meminit.

Idem de Clem. Humana mens facilius sequitur, quàm ducitur.

Ex Cicerone.

Opus est te animo bene valere, vt corpore possis.

In Catone Maior. Animus, nec cùm adest, nec cùm discedit, apparet.

2. de Legib. Mentes omnium immortales sunt, sed bonorum, fortiumq; diuinæ.

In Somn. Scip. Sic habeto te non esse mortalem, sed corpus hoc.

2. Off. Mentis vis duplex est: vna in appetitu posita: altera in ratione, quæ docet quid faciendum, fugiendumque sit, ita vt ratio præsit, appetitus verò obtemperet.

3. Tuscul. Errat qui vllum corporis: aut fortunæ vitium, animi vitijs grauius existimat.

2. Offic. Vt multò maiora sunt opera animi quàm corporis: sic eæ res, quas persequimur ingenio, ac ratione, grauiosiores sunt, quàm hæ, quas viribus.

5. Tuscul. Corpus tandiu gaudet, dum præsentem sentit voluptatem: mens verò præsentem percipit pariter cum corpore, & prospicit venientem, nec præteritam præterfluere sinit.

Ibidem. Corpus quasi vas est mentis & receptaculum.

Pro Marcello. In animis hominum multæ sunt latebræ, & quasi recessus.

Ennius apud Cic. 3. Tuscul. Animus æger nec pati, nec perpeti potest.

1. de Finib. Vt ciuitas in discordia non potest esse beata, nec in discordia dominorum, domus: sic mens à seipsa dissidens, nullam liquidæ voluptatis partem gustare potest.

1. Tuscul. Illud modò videto, vt Deum noris, etsi ignores & locum & faciem: sic animum tuum notum esse oportet, etiamsi ignotas locum & formam.

Ex Poëtis.

Mens temporalibus dedita rebus maximè hebetatur.

Boëtius Metro 12. lib. 3. de Euridice.

Vos hæc fabula respicit,
Quicumq; in superum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui Tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quicquid præcipuum trahit,
Perdit, dum videt inferos.

Conscia mens, vt cuiq; sua est, ita concipit intra — Ouid. Fast.
Pectora, pro facto spemq; metumq; suo.

Omnia peruersæ poterunt corrumpere mentes, — Ouid. 1. de Trist.
Stant tamen illa suis omnia tuta locis.

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro, — Manil. lib. 4
In cælumq; redire animas, cælumq; venire?
Exemplumq; Dei quisque est in imagine parua. — Ibidem.

Est Deus in nobis: agitante calescimus illo. — Ouid. Fast.
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Summum crede nefas animam præferre pudori, — Iuuen. Sat. 8
Et propter vitam viuendi perdere causas.

Mens sibi conscia recti.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet, — 3. Fast.
Sed nos in vitium credula turba sumus.

Est aliquid magnis crimen abesse malis. — Ibidem.

Stabilem quando optima facta — Valer. Flac. lib. 1
Dant animum, maiorq; pijs audacia cœptis.

Hic murus aheneus esto, — Hor. 1. lib. epist.
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Qui non deliquit, decet — Plau. in Amph.
Audacem esse, & confidenter pro se & proteruè loqui.

Semper cauere, hoc dictum sapientissimum est, — Idē in Rudēn.
Ne conscij sint ipsi maleficij sui.

Quæ'nam summa boni? mens quæ sibi conscia recti. — Auson. apud Ausonium.

Mens mali conscia.

O cæca nocentum — Statius lib. 2. Thebaid.
Consilia! ô semper timidum scelus!

Inuigilant animo, scelerisq; parati — Idē Lib. 3. Theb.
Supplicium exercent curæ: tunc plurima versat
Pessimus in dubijs augur timor.

Nihil est miserius, quàm animos hominis conscius. — Plau. in Most.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi — Iuuen. Sat. 13
Displicet autori: prima est hæc vltio, quòd se
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis prætoris vicerit vrnam.

Cur tamen hoc tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multò sæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadamanthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum, — Infrà.
Facti crimen habet, cedo si conata peregit?
Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo, &c.

Multa miser timeo, quia feci multa proteruè, — Oui. 3. Amor.
Exemplīq; metu torqueor ipse mei.

MERE

MERETRIX.

Plaut. in Truc. Meretrix meum herum
Miserum sua blanditia intulit in
Pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.
Ibidem. Nam mihi hæc meretrix,
Quæ hîc habet Phronesium suum nomen, omnē
Ex pectore euomit men Phronesim.
Idē in Truc. Meretricem ego idem esse reor,
Mare vt est: quod des deuorat, nunquam abundat.
Des quantum vis, nusquam
Apparet neq; datori, neq; acceptrici.
Terē. in Hecyra. Nec pol istæ metuunt deos, nec hos respicere deus opinor.
Hor. Ode 13. lib. 4. Quò fugit Venus heu? quo've color decens?
Quò motus? quid habes illius? illius
Quæ spirabat amores,
Quæ me surpuerat mihi?
Plau. in Truc. Meretricem esse similem sentis condecet,
Quemquam hominem attigerit, profectò aut malum aut damnum
Dari: nunquam amatoris meretricem oportet causam noscere,
Quin vbi nil det, pro infrequente eum mittas militia domum.
Nec vnquam probus quisquam erit amator, nisi qui rei
Inimicus est suæ. nugæ sunt, nisi quod modò cùm dederit,
Dare iam iubeat denuò. Is amatur apud nos, qui quod dedit,
Iocatur datum: dum habeat, tum amet: vbi nihil habeat,
Alium quæstum capiat: æquo animo ipse, si nihil habeat,
Alijs qui habent, det locum. probus est amator, qui
Relictis rebus suam perdit rem.
Plau. in Asin. Esca est meretrix.
Idē in Menæch. Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat, videt.
In Pænulo. Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.
Nimis in sibi meretrix repperit odium ocyus
Sua immundicia, quàm in perpetuum vt placeat mundicia sua.

METVS.

Ex Cicerone.

2. Off. Rerum omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas, quàm diligi: nec alienius, quàm timeri.
2. Philipp. Clarum esse ciuem, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui verò, in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.
2. Off. Beneuolentiæ vis est maxima, metus imbecillis.
2. Off. Nulla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna.
2. Off. Multorum odijs nullæ opes possunt obsistere.

Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expetit. *2. Off.*
Oderint, dum metuant. *Philipp. 1*
Timor non diuturni magister est officij. *Philipp. 2*
Malus est custos diuturnitatis, metus: contraque fidelis est ad perpetuitatem beneuolentia. Id igitur amplectamur vt metus absit, charitas retineatur. *2. Off.*
Milies perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse viuere. Præsidium charitate & beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis. *Philipp. 2*
Plus in metuendo est mali, quàm in eo ipso quod timetur. *Ad Torq. fam. 6*
Maior est ea vis, quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco sæpe, & certo de statu dimouet, quàm quæ ad corpus nostrum, vitamq; peruenit. Itaq; saucij sæpe homines cùm corpore debilitantur, animo tamē non cedunt, neq; eum relinquunt locum, quem statuerunt defendere. Atq; alij pelluntur integri, vt non dubium sit quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum sit. *Pro Cæcina.*
Exercitus maximi sæpe pulsi ac fugati sunt terrore ipso, impetuq; hostium, sine cuiusquam non modò morte, verùm etiam vulnere. *Ibidem.*
Magna est stultitia, idipsum, quod verearis, ita cauere, vt cùm vitare fortasse potueris, vltro accersas, & attrahas. *Ad Brutum.*
Omnes quorum vita in alterius manu posita est, sæpius illud cogitant, quid is possit, cuius in ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere. *Pro lege Mani.*
Nos omnia tum venientia metu augentes, tum mœrore præsentia, rerum naturā quàm errorem nostrum damnare malumus. *3. Tuscul.*

Ex Seneca.

Imbecillæ mentis est, formidare inexperta. *Sen. epist. 40*
Omnium animos mala aliena, atq; repentina sollicitant, nec ad ictum tantùm, sed ad crepitum exagitamur. *Epist. 74*
Quicquid expectatum est diu, leuius accidit. *Epist. 79*
Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. *Ibidem.*
Necesse est multos timeat, quem multi timent. *De Ira. lib. 2*
Vtrumq; timidi est, velle & nolle mori. *In Trag.*

Ex Quintiliano.

Non est innocentiæ metus, cùm timentur aliena tormenta. *Declam. 7*
Vitium est, omnis animi perturbatio. *Idem lib. 5*
Paruulis noctium turbamur offensis: excitant nos exigui plerumq; motus, vox incerta longinqua, & aliquando ipsum silentium. *Idem Declam. 2*

Ex Plinio.

Natura docet quæ timenda sunt. *Plin. Sen. lib. 8*
Dolendi modus est, timendi verò non item. *Plin. Iun. lib. 8*
Ingeniosior est ad excogitandum metus amore.
Apud alios timor timorem, apud alios ratio vincit rationem. *Idē in Paneg.*
In pauore simile est consilium alienum prudentiæ suo præferri.
Timor est emendator acerrimus.

Nemo

Curt. lib. 10 Nemo ei ſatis fidus eſt, quem metuit.

Idem lib. 11 Metus plurimum confert ad diligentiam cuſtodiendi.

Trepidario conſcientiæ indicium eſt, non memoriæ vitium.

Canis timidus vehementius latrat, quàm mordet.

Strenuis metus eſt, velocior tamen ſpes.

Veget. lib. 3 Non timentur quæ ex vſu ſunt.

In Hiſt. Sat. Dum metus languet, audacia creſcit.

Ibidem. Metus periculumq́; exhortationem audire non ſinunt.

Iuſtiorem cauſam ſortes metuunt.

Prudentius eſt timere, quàm ſperare.

Liuius Dec. 1. lib. 2 Externus timor, maximum in vrbe concordię vinculum.

3. Dec. 7 Metus ſemper malus interpres.

Ex Poëtis.

Quod metuit auget, qui ſcelere ſcelus obruit.

Seneca in Agamem. Quos cogit metus

Idem in Thyeſt. Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.

Virg. 4. Aeneid. Degeneres animos timor arguit.

Teren. in And. Verecundia liberi eſt, ſerui verò metus.

In Eunuch. Primus metus adimit conſilium, recogitatio verò reddit confidentiam.

Ouid. Epiſt. 13 Vires ſubtrahit ipſe timor.

Pub. Mim. Stultum eſt timere quod vitari non poteſt.

Martial. lib. 2 Quid ſi me tonſor, cùm ſtricta nouacula ſupra eſt,
Tunc libertatem, diuitiasq́; roget,
Promittam? nec enim rogat illo tempore tonſor:
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.

Seneca Trag. 1 Opprimit leges timor.

Ibidem. Qui pauit varios metus,
Veros fatetur.

Horat. lib. 1 epiſt. 14 Nam qui cupiet, metuet quoq́; : porrò
Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.

Virg. 9. Aenei. Pedibus timor addidit alas.

Sen. in Thyeſt. Leue eſt miſerias ferre, perferre graue.

Ex Græcis, primùm ex Platone.

Plat. 5. de Rep. Dial. SOCRAT. Conſtat quòd iunior in ſeniorem niſi iuſſu principum ſæuiet nunquam, neque cædere audebit, vt decens eſt, neque ignominia vlla afficere: metus namque & pudor cuſtodes ſunt ad hæc prohibenda ſufficientes. Pudor quidem non permittit eos, quos parentes ſuſpicantur, violare. Metus autem ab iniuria abſterrebit quemque timentem, ſcilicet ne cæteri omnes, partim vt filij, partim vt fratres, partim vt patres, oppreſſo ſuccurrant.

Plat. 3. de Leg. Dial. ATHEN. HOSP. Hæc omnia eos maiori inter ſe beneuolentia copularunt, præſens inquam metus, & qui à legibus iampridem inerat, quem ſeruientes legibus aſſequuti ſunt. Hunc ſæpe pudorem in ſuperioribus nominauimus: cui ſeruire omnes oportere diximus, quicumq́; boni futuri ſunt: quo quiſquis afficitur, liber eſt & interruptus. Ac niſi præſens ille metus pudori huic iunctus fuiſſet, nunquam ex huiuſmodi concurſione illi prouocati, & vnà conuenientes, deorum templa, maiorum ſepulcra, patriam ipſam, cæteroſque familiares atque amicos defendiſſent, vt feciſſe narrantur, ſed ſparſi alius aliò abiſſent.

De Senſi. Vbi timor, ibi & pudor.

Ex Ariſtotele.

Res timoris planè cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. *Ariſt. Ethic. 3*

Homines perturbati minus conſeruant orationes. *Elench. 1*

Alteratio ſubita non habet principium. *Phyſic.*

Sapiens non omninò perturbationibus caret, verùm perturbatur modicè. *Idem apud Diogen.*

Animal magni cordis, naturaliter eſt pauidum: parui verò, eſt audentius. *De Animal.*

Metus eſt mali expectatio. Ea autem metuimus omnia quæ mala ſunt, vt dedecus, paupertatem, morbum, amicorum penuriam, mortem: ſed tamen non in his omnibus fortis cernitur. Sunt tamen quædam pertimeſcenda, idque præclarum eſt, quæ eadem turpe ſit non timere, vt dedecus. *Ethic. 3*

Boni viri color non mutatur, nec timet nimium. *Homer.*

Pauor non ſolùm excutit, ſed quoduis etiam conſtitutum, quemuis conatum, quemuis mentis impetum. *Phocyl.*

Mali ſemper timent. *Idem.*

Quod timent, facilè oderunt omnes. *Idem.*

Quod in præſens nihil perturbat, expectatum nihil conficit. *Epicurus.*

Omnia meticuloſa ſuadentur, cùm per hoſtilem pes graditur terram. *Eurip. in Phoeniſſ.*

Timiditas eſt, & quod maius eſt amittere, & quod minus eſt, capere. *Ibidem.*

Nemo beatus eſt, qui in metu eſt, qui ſuſpectam habet vitam. *Idem in Ion.*

Qui habent vnde viuãt, grauatim militatũ abeunt, & pericula formidant. *Demoſthenes.*

Agricolæ & mercatores ab admittendo bello melius deterreri nõ poſſunt, quàm ſi eis negotiationis euerſio, illis agrorum vaſtatio proponatur. *Idem.*

Ad terrorem incutiendum quædam vltra fidem, verecundè tamen amplificantur. *Idem.*

Timor orationis eſt vinculum. *Hyper.*

Metus adulationem parit, ſed beneuolentiæ expers eſt. *Democritus.*

Virtus tribus ex cauſis promouetur, metu, cupiditate, pudore. Metum incutere lex poterit: pudorem, conſuetudo: bonis enim moribus aſſuetos turpe quid admittere pudet. Doctrina verò parit cupiditatem. *Hippodamus.*

Philippus Macedo quum ſubactis Græcis admoneretur, vt ciuitates præſidijs contineret, ne deficerent: Malo, inquit, diu bonus & commodus, quàm breui tempore dominus appellari. Sentiens metum malum eſſe diuturnitatis cuſtodem.

Metus ex conſcientia. *Adag.*

Fures clamorem timent.

In eos, qui ſibi conſcij, metuunt ne deprehendantur: aut qui peracto maleficio fugitant. Vnde Virgil.

Et cùm clamarem, quò nunc ſe proripit ille,
Tityre coge pecus, tu poſt carecta latebas.

Funiculum fugiunt miniatum.

In eos, qui funguntur officio non ex animo, ſed metu pœnæ.

Conſcientia mille teſtes.

Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.

Metus infamiæ.

Cùm hominum de nobis opinione commouemur, quominus conſilium mutemus. Vnde quadrabit illud Homeri Iliad. ζ.

Troianos ac Troianas vereorq́, pudetq́.

Abſque baculo ne ingreditor.

Cautus metuit.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq́;
Suſpectos laqueos, adopertum miluius hamum.

In tempore cauenda pœna mali.

Adag. Verùm nos multo ante modum, finemque velimus.

Samiorum mala metue.

Samiorum mala metue, id eſt prodidonem time.

Volam pedis offendere.

De ijs qui metu periculi fugiunt.

M. ANTE I.
MILITARIS ARS.

Ex Cicerone.

Pro Muræna. REi militaris virtus præſtat cæteris virtutibus: omnia noſtra ſtudia, & hæc forenſis laus, & induſtria latent in tutela, ac præſidio bellicæ virtutis: & ſimulatq; increbuit ſuſpicio tumultus, artes ilicò noſtræ conticeſcunt. Omnia deniq; quæ ſunt in imperio, in ſtatu ciuitatis, ab ijs defendi & firmari putantur, qui militari virtute antecellunt.

Pro Muræna. Multò plus adfert dignitatis rei militaris, quàm iuris ciuilis gloria. Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille vt eò, quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. Tu actione inſtituis, ille aciem inſtruit. Tu caues ne tui conſultores, ille ne vrbes aut caſtra capiantur. Ille tenet & ſcit vt hoſtiũ copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus eſt in finibus propagandis, tu in regendis.

Pro Muræna. Duæ ſunt artes quæ hominem locare poſſunt in ampliſſimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni. ab hoc enim pacis ornaméta retinentur: ab illo, belli pericula repelluntur.

Miles.

Plutarchus. In te militari reuereri duces, ſimul & fortitudinis, & imperio parentis milites non tenue eſt argumentum.

Idem. Parere imperatori melius eſt, quàm hoſtem necare.

Apud Stob. Miles ducem magis metuat, quàm hoſtem.

Quint. Decl. 3. Verecundum militem apud ſanctas imperatoris aures minus pudet confiteri, quàm queri.

Cæſar de bell. Gall. lib. 7. Non minus in milite modeſtiam & continentiam, quàm virtutem atque animi magnitudinem deſidero.

Veget. lib. 3. Quis credat militem bellicoſum, cuius diſsimulatione, ſitu ac ferrugine arma fœdantur?

Ibidem. Qui victoriam cupit, militem imbuat diligenter.

Idem lib. 5. Facilius eſt ad virtutem nouos inſtruere milites, quàm reuocare territos.

Ibidem. Milites pœna & timor in ſedibus corrigunt, in expeditionibus ſpes & præmium faciunt meliores.

Liuius lib. 3. Dec. 3. Animi militum imperatore in acie viſo accenduntur.

Idem lib. 9. Dec. 1. Miles horridus eſſe debet, non cælatus auro, & argento, ſed ferro & armis fidens.

Ibidem. Milites in imperatorem indignati, ex induſtria torpent in aere.

Deuotus miles non ſentit ſua, cùm benigni ducis intuetur vulnera.

Pulchrior eſt miles in prælio cæſus, quàm in fuga ſaluus.

Ex Apophtheg. Eraſ.

Non perinde refert quàm multos educas milites in prælium, vt quàm ſtrenuos & exercitatos.

Bonus miles inſtitutione fit.

Facilius eſt nouum inuenire imperatorem, quàm nouum & exercitatum militem.

Turba militum niſi adſit, dux cordatus ac vigilans nulli eſt vſui.

Periti bellatoris eſt non minus ſcire fugiendi arté, quàm pugnandi.

Ii demum vtiles ſunt bello milites, quibus decretum eſt in prælio, aut vincere, aut mortem oppetere.

Nihil in bello præclarè rei geret, cuius animum mortis metus occupat.

Militis non eſt dare conſilium, ſed vbi res poſtulat, bonam nauare operam.

Lucan. lib. 10. bell. Ciuil. Nulla fides, pietaſq; viris, qui caſtra ſequuntur
Venaleſq; manus ibi fas vbi maxima merces.

Milites duce percuſſo diffugiunt.

Ouid. 3. Faſt. Diffugiunt Tyrij quò quemq; agit error: vt olim
Amiſſo dubiæ rege vagantur apes.

Val. Flacc. Argonaut. lib. 4. Bebrycas extemplo ſpargit fuga, nullus ademti
Regis amor: montem celeres, ſyluamq́; capeſſunt.

Ex Græcis.

Militia.

Menander. Domi manendum eſt, & in libertate:
Militia enim non fert vllam opulentiam,
Sed vitam quæ in diem viuitur, ac temerariam,
Quam experimur minimè ſalutarem eſſe.
Facilè impetitur conuitijs, vt apparet,
Militis habitus, & hominis peregrini.
Elegans miles, haud vllus effici poteſt.

Apollod. Statim factus es miles pro homine libero.

Philemon. O miles, non homo, qui paſceris
Quemadmodum victimæ, vt cùm tempus fuerit, immoleris.

Antiphan. Quis non mercenarius eſt mortis ô chariſſima
Qui gratia viuendi accedit moriturus?

Xenoph. Robur in milite prudentiæ iunctum conducit: ſine ipſa verò plus lædit poſsidentes. Idem corpora exercentium ſe ornat, animi ſtudia obtegebrat.

Archidamus Lacedæmoniorum Rex, cùm vidiſſet filium

filium suum nimis temerè cootra Athenienses pugnantem : Aut vites tibi sunt augendæ, dixit, aut audacia minuenda.

Clitarchus historiographus dixit: Omnis audacia, virium mensuram excedit.

Aratus Sicyonius, laudante quopiam virum desperatum & audacem, ac idcircò in hellis eximiũ: differre dixit magnifacere virtutem, & vitam nihili facere.

Eusebius. Homines tantùm robori, velocitaõ & viribus augendis student: animum verò, per quem existũr, negliguntngnotaotes se illa solùm excolere, quæ cum brutis communia habent, & quidem imbecilliora quàm multa ex brutis : diuinissimam verò sui partem, qua dijs aliquo modo similes reddi possent, neglectui habere.

Animi præsentiam in tebus arduis laudato, si raõoni coniuncta sit: impetum verò sine ratione, andaciam vocato, & oderis.

De imperatoribus militia, & consilio ad bellum pertinente.

Sophocles. Raõonibus hominum opeta nutriuntut.
Consilia hæc effecerunt, non manuum tobur.
Rationes, manuum viribus præpollent.

Agathon. Viri prudẽtia facit, vt bene babitentut ciuitates,
Itemq; familia : & ad bella magnum eius momentum est.

Euripides. Consilium sapienter initum, multas manus
Vincit : imperitia verò cum multitudine deterius malum est.

Exiguum est viri robur, præualet autem animi industria.

Semper eoim virũ imperitũ & robnstũ corpote
Minus ómeo, quàm imbecillum & sapientem.

Impetatotes quidem innumeros fieri licet:
Sapientem verò vix vnum aut alterum longo tempore.

Vonam vit esses tam prudens coosilio, quàm potens manu.

At non idem homo omnia scire
Idooeus est: sed aliud alij munus obtingit.
Te quidem pugnare, illos consultare decet.
Exigua hasta valida pooor est, quàm dux infiniti exercitus.
Hoc etiam non paruum decus est nobili
Viro, si fuerit imperatot, & gloriosum inde nomeo consequatur.
Odi cùm quis imperatot io tegione
Noo omoibns vbiq; lenia adhibuerit remedia.

Non ob facta succensere oportet,
Cùm nihil aliud inde sit vtilitatis consequuturus.
Sed res, si tectè instituerit, fœliciter succedet.

Impetatoriã artem in hoc sitã esse puto, vt bene
Cognoscas hostem, quo maximè pacto possit capi.

Oporter autem imperatorem
Simul existentem iustum, tegere exercitum.

Robur cum imperitiá sæpius damoosum est.

Cautus imperatot, audaci præferendus est.

Eurip. in Phoen. Victoria hominum cruẽta est, & pugnas manuũ
Fraudibus inuoluit furtiuis; at veritatis via
Simplex est: mendacijs autem Mauors amicus.
Nosti quòd audere impossibilia, viri sit nõ sapiẽtis.

Idem in Ione. Pietatem secunda spirante fortuna decet
Colere: cùm verò quis hostes malè afficere
Voluerit, nulla lex impedimento est.
Quisquis exercitui imperat, cũ nunquã fuerit miles,
Is planè hecatomben hostibus educit.

Thucydides. Transacto bello constantior pax fit : in tranquillitate autem nolle hellum mouere, haud æquè periculo vacat.

Quæcumq; ad necessitatem redacta sunt, vt præsens negotium, consilia non admittunt, sed periculum turpe postulant.

Xenophon. Socratem aiunt dicere solitum, quòd oporteat militem magis metuere ducem quàm hostes, si talis sit futurus vt custodias seruet, amicis ab stineat, & hostes circa tergiuersationem aggrediatur.

Thucyd. Solet humanum genus perpetuò cedentibus imperare, cauere autem à resistentibus.

Xenoph. Non similiter quisquam meliorem partem occupandi studio eõam contra suos bellum gessent. Verùm ne deteriotem conditionem habeant, omnes bellum cient : ad obtinendum verò potiorem, non ita. Sed cupiunt quidem, si quis permittat : sin prohibeantur, nihil iniuriæ ab illis se passus arbitrantur qui aduersati ipsis fuerint.

Thucydid. Soliti sunt, qui freti suis viribus vicinos inuadunt, quiescẽtem regionem suam audacius *cum exercitu* aggredi: illum verò, qui etiam *extra fines eis* occurrit, & per occasionem *bellum prior* incipit, minus promptè sustinere.

Existimare tria esse bellum rectè gerendi capita, velle, reuereri, ac obedire ducibus.

Autarchiatæ milites imbecillos in itineribus nunquam viuos relinquunt.

Nicolaus de Moribus. Triballi phalanges quatuor in pugnis instituunt: primam ex imbecillibus, alteram ex optimis & fortibus viris, tertiam ex equitibus, postremam ex mulieribus, quæ ipsos in fugã conuersos conuinjs insectantes reõnent.

Anósthenes inquiebat precari & optare oportere, vt bona multa citra fortitudinẽ hostibus cõongerẽt. Nam ea nõ possidenõum, sed vincentũ esse.

Demosthenes. Turpe est seipsos decipere, ac omnia quæ difficilia fuerint, differendo in rebus omnibus nimis esse tardos, & ne hoc quidẽ intelligere posse, quòd oporteat illos, qui rectè bellum gesturi sint, non sequi res & occasiones à tergo, sed ipsas antecedere. Nam & imperatnrem similiter exercitui præesse oportet, vt ea faciant, quæ ipse iusserit, non autem cogantur res, quomodocumq; euenerint, sequi.

Plutarchus. Rhetores Athenis Iphicrati & Timotheo adductũ Charetem homioẽ robustũ ostendebãt, atq; talẽ imperatorẽ constituendũ volebãt. Timotheus autẽ, Noo per deos, inquit, sed talis ille sit *qui im*peratori gestaturus est stragula: imperator verò, tũ quę ante ipsum, tũ quę à tergo sunt prospiciat.

Anógonus olim hostibus ingruentibus cedens, dixit se non fugere, sed vtilitatẽ retrò sitã persequi.

Lamachus præfectum quendam manipuli peccantem reprehendebat : & cùm ille diceret se nuoquam posthac similiter peccaturum, Non licet, inquit, in bello bis delinquere.

Antigonus ioterrogatus quomodo oporteret hostes aggredi, dixit: aut dolo, aut vi, aut apertè, aut per insidias.

Demades Rhetor in pugna ad Chæroneam à Philippo captus, cùm Philippus inter pocula hæc

verba

verba iactaret: Vbi nunc est nobilitas Athenarũ? Cognosceres, inquit, ô rex, si Philippus Atheniẽsibus, Chares autem Macedonibus imperaret.

Agesilaus interrogatus quæ imperatorem habere oporteret, dixit: Aduersus hostes audaciam, erga subditos beneuolentiam, in opportunitate verò rationem & consilium.

Epaminondas Thebanus, magno & egregio exercitu conspecto, sed sine duce: Quanta bellua, dixit, absq; capite.

Iphicrates rogatus, quisnam esset, quòd in concione adeò se efferret, num eques, aut grauis armaturæ miles, aut sagittarius, aut peltam gerẽs? Nihil horum sum, dixit, sed istis omnibus imperare noui.

Chabrias optimos imperatores esse dixit, qui res hostium ootissimas haberent.

Quicumq; consilijs contra hostes iuuat, potior est quàm qui ipsos sine prudentia pugnandi robore aggreditur.

Turpius est viros alicuius dignitatis indecẽti fraude, quàm vi superare. Hoc enim ex iusta causa roboris, quod fortuna largita est, obtingit: illud verò per insidias iniqui animi.

Hostes aliquis hoc pacto vehementissimè læserit, si rebus istis eos afficiat, à quibus sibi maximè ipsos metuere certò resciuerit. Proculdubio enim ea quæ maximè terribilia ipsis videntur, inprimis metuunt.

Pyrrhus interrogatus an Antigenidas, an Satyrus melior esset tibicen: Mihi, inquit, præstare videtur dux, qui multos incitat: ionnẽs quæri oportere non inutilia, sed necessaria.

Annibal cùm audisset Stoici cuiusdam argumẽta, quibus probabat solum sapientem, imperatorẽ esse, risit: existimans fieri non posse vt militaris sciẽtia pareatur sine vsu & experiẽtia in rebus ipsis.

Pyrrhus ad quendam promittẽtem se traditurum ei artificium instruendi aciem, qui in acie ounquã fuerat, dixit, non opus esse sibi imperatore, cuius aures tubæ sonus nunquam circumierit.

Philippus aiebat præstantiorẽ esse ceruorũ exercitũ imperante leone, quàm leonum, ductore ceruo.

Iphicrates exercitum sic oportere constitutum esse dicebat, ceu vnum corpus: ita vt locò thoracis phalangẽ habeat, manuũ amicos, pedum equites, capitis autem loco imperatorem.

Philippus interrogatus quos amaret præcipuè, & quos maximè odisset, respõdit: Proditurus quidẽ imprimis amo: eos verò qui iam prodiderunt, odi maximẽ.

Timotheus quærenti quid ioter imperatoriam artem, & oratoriam discriminis esset: Idem, dixit, quod inter bellum & pacem.

Neque vel amicis beneficium maius præstiteris in bello, quàm si inimicus ipsis esse videaris: vel magis hostibus vllo pacto nocueris, quàm si amicitiam ipsorum simules.

Militia misera. Philippus quum appararet in pulchro loco castra metari, & moneretur illic non esse pabulum pro iumentis: Qualis, inquit, est nostra vita, si etiam ad asinorum commoditatem viuere cogimur?

Militis officiũ. Phocion Macedonibus in Atticam irrumpẽtibus, milites ætate florentes eduxit: quorum mulos ad ipsum concurrentibus, hortãtibusq; vt colle quodam occupato ibi collocaret exercitum; O Hercules, inquit, quã multos video duces, milites verò perpaucos: Notans iuuenilem ætatem & temeritatem, quæ duci præire conaretur, quum militis sit non dare consilium, sed vbi res postulat, bonam nauare operam.

Ateas hunc in modum scripsit Philippo, Tu quidẽ imperas Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui & cũ fame & cũ siti pugnare queant. Significãs Scythas ad bellũ esse magis idoneos. *Miles durus.*

Iphicrates censebat militem & diuitiarum & voluptatum auidum esse oportere: dicens illum audacius pericula subiturum, quò suis cupiditatibus suppeditaret. *Miles diues.*

Epaminondas quum studeret Bœotos, otio dissolutiores, continenter in armis habere, his verbis illos adhortatus est, Posthac consultate viri: nam si ego militiæ præfectum agam, vobis militandũ est: adimens illis spem otij. *Militia laboriosa.*

Militem scutatum senserat Epaminondas à captiuo quodam magnam pecuniarũ vim accepisse: cui dixit, Mihi redde clypeũ, tibi cauponã emito, in qua vitã degas. Posthac enim noles eodẽ modo subire periculum, cùm diues sis. Significãs timidũ esse Plutum. Magis enim metuit mortem, qui domi habet vnde possit suauiter viuere. *Miles diues.*

Scipio maior in Sicilia percontanti cuidam, cur classem educeret in Africam; trecentos viros armatos ostendit sese exercentes, præterea turrim excelsam mari imminentem. Et ait, Nullus horũ est, qui non conscensa turri semet in mare præcipitet, si iussero: Sen̄tiens non perinde referre, quam numerosam educas multitudinem, modò fortis dux educat exercitatos, & dicto audiẽtes. *Miles dicto audiens.*

Cato senior dicebat sibi inuisum esse militem, qui ambulans moueret manus, pugnans moueret pedes, clariusq; stertetet, quàm inclamaret: pessimum autem imperatorem, qui sibi non posset imperare. *Miles bonus.*

Lucullus imperator ad direptionem incitantibus, dixit se malle vnum militem Romanum ex hostium manibus eripere, quàm vniuersas hostium fortunas sibi vendicare. *Militaris cura.*

Alexãder Seuerus in expeditionibus militẽ, qui de via in alicuius possessionẽ deflexisset, pro qualitate loci virgis & fustibus cædi iubebat, inquiẽs, Vellésne hoc in agro tuo fieri, qd facis in alieno.

Probus non patiebatur militem esse otiosum, sed multa opera militari manu perfecit, dicẽs: Annonam gratuitam militem comedere non debere.

Militaris disciplinæ exempla.

Ex Latinis.

M. Brutus cùm Lycios trãs Xanthũ fluuiũ cõpulsos vrbe exclusisset, indicio comperit, subter aquam nando, vrbẽ repetere. Tetẽdit itaq; occultè retia cum tintinabulis supernè appositis, quo indicio incidisse hostes in retia significaretur. Multi hoc modo capti sunt, cæteri à conatu simili deterriti, extortes esse maluerunt.

P. Cornelius Scipio, consul in Hispaniam missus, vt Numantiæ insolentiam, superiorum ducum culpa nutritam contunderet, cùm castra intrauit, edixit vt omnia ad voluptatem comparata auferrentur. Itaque inde duo scortorum millia

abierunt. Hac turpi voluptatum sentina vacuefactus Romanorum exercitus, qui se fœditatis ictu paulò antè maculauerat, erecta virtute, acrē illam & animosam Numantiam incendio exustam, solo æquauit.

C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam sanguine sibi iunctum, quem obsidioni Liparitanæ ad auspicia repetenda Messanam transiturus præfecerat, virgis cæsum militiæ munere inter pedites fungi coëgit, quòd eius culpa ager incensus, & penè castra fuissent capta.

Metellus cùm in Africa Iugurthino bello, exercitum Spurij Albini indulgentia corruptum, consul accepisset, omnibus imperij neruis ad reuocandam pristinæ militiæ disciplinam connixus est. Protinus namque lixas è castris submouit, cibumq́; coctum venalem proponi vetuit: nemini nem militum, seruorū iumentorumq́; ministerio vti passus est: castra subinde mutauit, & ea vallo, fossaq́; aptissimè confestim cinxit. Itaque multas ex eo hoste sibi victorias peperit, cuius tergum sub ambitioso imperatore, Romano militi videre non contigerat.

Posthumius Tiburtus dictator, A. Postbumium filium, quem ad generis penetraliumq́; sacrorum successionem propagandam genuerat, cuius infantiæ blandimenta sinu atque osculis fouerat, quem puerum literis, quem iuuenem armis instruxerat, sanctum, fortem, & amātem patris, ac patriæ, quòd sponte sua bostes fudisset, victorem ferire securi iussit.

Manlius Torquatus, Latino bello filium consulem, quòd prouocatus à Geminio Metio Tusculanorum duce, ad dimicandum ignaro patre descendisset, gloriosam licet victoriam, & opima spolia referentem, in morem bostiæ mactari iussit: satius esse iudicans, patrem forti filio, quàm patriam militari disciplina carere.

Papyrius dictator, Q. Fabium Rutilianum magistrū equitum, quòd aduersus eius imperiū exercitum in aciem eduxisset, virgis cædi iussit. Et si enim magister esset equitum, & fusis Samnitibus victor in castra redijsset: tamē neq; successu prospero, neq; virtute, neq; nobilitate sua pœnā effugit. Deinde precibus exercitus occasionē Fabio in vrbē confugiēdi dedit, vbi frustrà Senatus auxiliū implorauit. Itaq; pater Fabij etsi post dictaturam, tertiumq́; consulatum rem ad populū deuocasset, & auxilium Tribuniplebis supplex implorasset pro filio, neq; hac re seueritas Papyrij refrænari potuit. Tandem cùm ab vniuersis ciuibus, & Tribuno plebis rogaretur, testatus est non pœnam illam se Fabio, sed Romano populo, & Tribunitiæ concedere potestati.

Q. Metellus, cùm apud Trebiam quinq; cohortes in quadā statione collocasset, easq́; viribus hostiū depulsas vidisset, eādem stationē repetere iussit, nō quòd speraret locū amissum recuperari posse, sed vt prætеritæ culpam pugnæ in sequentis certaminis periculo puniret. Edixit porrò, vt si quis fugeret, pro hoste baberetur & interficeretur: qua seueritate compresis milites loci iniquitatē, & hostium multitudinem superarunt.

Q. Fabius Maximus ferocissimæ gentis animos contundere cupiens, mansuetum alioqui ingenium ad sęuitiam reuocauit. Omnium enim, qui ex Romanorum præsidijs ad hostes transfugissent, captiq́; essent, bracbia abscidit, vt defectionis metum cæteris inijcerent.

Africano superiore nihil mitius: is tamen ad firmandam disciplinam militarem aliquid amaritudinis ab alienissima crudelitate sibi mutuandum existimauit. Siquidem deuicta Carthagine, grauius in Romanos, qui ad Pœnos transierant, quàm in Latinos transfugas animaduertit. Hos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit: illos autem, tanquam perfidos socios, securi percuti iussit.

Agè quàm grauiter Senatus tulit, quòd Quintum Petilium consulem fortissimè aduersus Ligures pugnantem occidere milites passi essent? Legioni neque stipendium, neq; æra dari voluit, quòd pro imperatoris salute bostium telis se non obtulerant. Itaque in Curia eius cineres clari acquieuerunt.

Idem Senatus, cùm Annibal sex millium Romanorum, quæ in castris capta habebat, redimendorum potestatem ei concessisset, conditionem spreuit: memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, si honestè mori voluissent, *turpiter* capi non potuisse.

Cùm Tullus Hostilius militaribus *copijs Fidenas* esset aggressus, quæ surgentis imperij nostri incunabula crebris rebellationibus torpere passæ non sunt, Metius Suffetius dux Albanorum, dubiam & suspectam semper societatis suæ fidem repentè in acie ipsa detexit: detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle consedit, pro adiutore speculator pugnæ futurus, vt aut victis insultaret, aut victores fessos aggrederetur. Non erat dubium, quin id militum nostrorum animos debilitaturum esset, cùm eodē tempore & bostes confligere, & auxilia deficere cernerēt. Itaq; ne id fieret, Tullus prouidit: concitato enim equo, pugnātium globos percurrit, prædicans suo iussu secessisse Metium, eumq́ue cùm ipse signum dedisset, inuasurum terga hostium: quo imperatoriæ artis consilio metum fiducia mutauit, proq́; trepidatione, suorum pectora alacritate repleuit.

Sextus Tarquinius, Tarquinij Superbi filius, indignè ferens Gabios patris viribus expugnari non posse, armis potentiorem rationem excogitauit, & se ad Gabios contulit, tanquam parentis verbera, quæ perpessus erat, & sæuitiam fugiens: ac paulatim verborum lenocinijs, & blandimentis compositis in vrbe autoritatem consequutus, familiarem suum ad patrem misit, quid fieri vellet quæsiturū. Tunc pater senili astutia, iuuenili calliditati dum respondere vellet, & fidei nuntij parum crederet, nibil respondit, sed in horto altissima papauerum capita baculo decussit. Adolescens cognito patris silentio, Gabiorum excellentissimos enecandos sibi præcipi facilè perspexit. Sic spoliatam ciuitatem patri tradidit.

Roma capta, cùm Galli Capitolium obsiderent, solamq́; ciuitatis potiendæ spem in fame reponerent, perquàm callido cōsilij genere vsi Romani, panes ex locis compluribus iecerunt. Quo spectaculo obstupefacti Galli, infinitamq́; frumenti copiam

copiam nostris superesse credentes, ad pactionẽ obsidionis omittendæ Romanos compulerunt.

Cùm alterum Italiæ latus Annibal laceraret, alterum inuasisset Asdrubal, ne duorum fratrum copiæ iunctæ intolerabili onere fessas Romanorũ vires opprimerent, hinc Claudij Neronis consilium vegetũ, illinc Liuij Salinatoris inclyta prouidenna effecit. Nero enim compresso in Lucanis Annibale, præsentiam suam hosti mentitus, opem collegæ mira celeritate tulit. Salinator in Vmbria proximo die dimicaturus, summa dissimulatione Neronem noctu castris recepit cum exercitu: quo euenit ne Asdrubal cum duobus se præliaturum prius sciret, quàm vtriusque virtute prosterneretur. Ita infamis Punica calliditas, Romana prudentia elusa, Annibalem Neroni, Asdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

Q. Metellus Proconsul cùm in Hispania bellũ aduersus Celtiberos gereret, vrbemq; Trebiã gentis eius caput, viribus expugnare non posset, diu ac multum consilio intra pectus agitato, itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atq; alias regiones petebat: modò hos obsidebat mõtes, modò ad illos trãsgrediebatur. Interrogatus itaq; ab amicissimo cur tam inopinata fluctuatione vteretur, & incertum seu sparsum militiæ genus sequeretur, Absiste, inquit, istud quærere: nam si huius consilij mei tunicam consciam esse censerem, continuò eam cremari iuberem. Postquam verò totam Celtiberiam errore implicauit, cùm aliò cursum direxisset, subitò ad Trebiam reflexit, eamq; inopinatam & attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset, ad vltimam senectutem ei armato apud mœnia Trebiæ sedendum foret.

Ex Græcis.

Mithridates Rex Ponti à Lucullo victus, cùm fugiẽs hostem haberet vestigio hęrentem, multum auri onus sequentibus abiecit. Cæterùm dum Romanus prædæ cupidus aurum diripit, maiorem prædam è manibus labi patitur.

Annibal Barchinus, qui astu Punico potius quàm viribus, sæpius Romanos vicit quàm alius, magna quidem arte à Fabio interclusus, per Cassinatẽ saltum in apertũ euasit. Bobus enim sarmẽtis ad cornua accensis, in aduersum mõtem obscura nocte adactis, Romanum exercitũ terruit.

Idem fractis Carthaginẽsium opibus, patria pulsus, ad Antiochum Syriæ regem profectus est, cui naualem aduersus Romanos victoriã noua arte parauit. Romanam classem, ingenti serpentũ vi adortus, quos figulinis inclusos dolijs medio certamine in aduersum hostẽ effudit: quo metu subita trepidatio extitit, & turpis fuga orta est.

Carthaginensium Senatus in militia summa vsus violẽta est, à quo duces bella prauo consilio gerẽtes, etiamsi prospera fortuna subsequuta esset, cruci tamen affigebantur. Si bene gessissent, dijs immortalibus: si malè, ipsorum culpæ imputabant.

Clearchus Lacedæmoniorum dux dicebat imperatorem à militibus potius quàm hostem metui debere: quòd aperte denuntiabant futurum, vt spiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ accepturum ferre dubitassent: idq; à duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum mouebãt, vt aut viui armis in cõspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur.

Agathocles Syracusarum rex, cùm eius vrbem Carthaginenses occupassent, exercitum in Africã traiecit, vt metum metu, vim vi discuteret: neq; sine effectu. Nam repentino eius aduentu metu perculsi Pœni, libenter incolumitatem suam salute hostiũ redemerunt. Agathocles autem Syracusarũ mœnia, si tueri perseuerasset, illa bello vrgerentur: bona pacis fruẽda securæ Carthagini reliquisset: nunc inferẽdo quæ patiebatur, dũ aliena potius lacessit opes, quàm suas tuetur, quo æquiore animo regnũ deseruit, eò tutius recepit.

Lacedæmonij Isadam puerũ adhuc, quem lex nondum ad pugnam vocabat, quoniam exiliens gymnasio strenuum se pręstiterat, corona donauerunt: quoniam verò nondum ætate postulante, & cum insolitis armis in hostes irruerat, pœna affecerunt.

MISERIA.

Ex Cicerone.

Præstans valetudine, viribus, forma, acerrimis integerrimisq; sensibus, etiamsi libet, velocitatẽ da, diuitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui hæc habeat, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo, is erit profectò miserrimus. *5. Tuscul.*

Beatus est nemo, qui ea lege viuit, vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. *Philipp. 2*

Cui vita potest esse vtilis, cùm eius vitæ cõditio sit, vt qui illam eripuit, in maxima & gratia & gloria futurus sit? *3. Off.*

Ita viuere vt non sit viuendum, miserrimum est. *Cic. C. Mario. famil. 7*

Ex Poëtis, primùm ex Ouidio.

Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes. *5. Trist.*
Non habet in nobis vllius ira locum.
Elige nostrorum minimum, minimumq; malorũ:
Isto, quo quereris, grandius illud erit.
Quàm multa madidæ cælantur arundine fossæ,
Florida quàm multas Hybla tuetur apes,
Quàm multæ gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta solent,
Tam me circunstat densorum turba malorum.
Crede mihi, vero est nostra querela minor.
His qui contentus non est, in littus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.

Miser timet assiduè deteriora.

At Agmon *14. Metam.*
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asperi
Quid superest, quod iam patientia nostra recuset
Ferre viri dixit? quid habet Cytherea quod vltra
(Velle puta) faciat? nam dum peiora timentur,
Est locus in voto.

Miserrimus nihil timet.

Sors autem vbi pessima rerum est,
Sub pedibus timor est, securaq; summa malorum.

Miser mortem optat, vt miseriæ finem.

Lib 3. Melam. O vtinam à nostro secedere corpore possem.
Nec mihi mors grauis est posituro morte dolores.
Idem epist. 10 Occurrunt animo pereundi mille figuræ,
Morsq; minus pœnæ, quàm mora mortis habet.

Ex Plauto.

Miseria caret inuidia.

Plaut in Truc. Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis.
Nam inuidere alij bene esse, tibi malè esse, miserum est.
Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur, rem habent.

Quis miser, quis miserior, quis miserrimus sit.

In Captiuis. Miser homo est, qui ipse sibi, quod edat, quærit, & id ægrè inuenit.
Sed ille est miserior, qui & ægrè quærit, & nihil inuenit.
Ille miserrimus est, qui cùm esse cupit, quod edat, non habet.

Ex Tibullo.

Tibull lib 2. Eleg 1 Ah miseri, quos hic grauiter Deus vrget: at ille
Fœlix, cui placidus leniter afflat amor.
Ausonius. Fortunæ inuidia est immeritus miser.

Miseri suspiciosi sunt, seq; negligi semper credunt.

Teren. in Adel. Omnes, quibus res sunt minus secūdæ, magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis.
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Ex Seneca.

Sen. in Thyest. Erras, malorum sensus accrescit die.
Leue est miserias ferre, perferre est graue.
In Hercule Oet. Nunquam est ille miser, cui facile est mori.
In Agamemn. O quàm miserum est nescire mori.
In Troade. Nemo se credit miserum, licet sit.
Tolle fœlices, remoueto multo
Diuites auro, remoueto centum
Rura qui scindat opulenta bobus,
Pauperi surgent animi iacentes.
Est miser nemo, nisi comparatus.
In Hercule furente. Quemcumq; miserum videris, hominem scias.
Miseris colendos maximè superos reor.
In Agamemn. *In Hercule Oet.* Misera mens est incredula.
In Oedipo. Nullus est miseris pudor.
In Hercule furē. Quod nimis miseri volunt,
Hoc facilè credunt:
Imò quod metuunt nimios,
Nunquam amoneri posse, nec tolli putant.
In Thyeste. Proprium hoc miseros sequitur vitium,
Nunquam rebus credere lætis.
Rideat fœlix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
In Troade. Dulce mœrenti populus dolentûm,
Dulce lamentis resonare gentes,
Lentius luctus lachrymæq; mordent
Turba quas fletu simili frequentat.
Ferre, quam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat.
Aequior casum tulit, & procellas *Ibidem.*
Mille, qui ponto pariter carinas
Obrui videt.
Solent extrema securos facere mala. *In Oedip.*
Si vis Vlysse cogere Andromachem metu, *In Troade.*
Vitam minare, iam mori votum est mihi.
Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit, *Ouid. 4. de Po.*
Et sensus cum re consiliumq; fugit.
Crede mihi, miseris cælestia numina parcunt, *Lib 3 de Ponto.*
Nec semper læsos & sine fine premunt.

MISERICORDIA.

Nihil minus videtur partibus aduocati conuenire, quàm reo capite periclitanti subsidium miserationis auferre. *Quint. Decl. 9*
Quod vltimum miseris est, miserationem perdere. *Declam.*
Fauor & misericordia acres primos impetus habēt, paulatim consilio & ratione quasi restincta concidunt. *Plin. Iun. lib. 9 Epist.*
Difficile est simul & misereri, & sapere. *Plutarchus.*
Qui flagitiosum miseratur, non mores miseratur, sed hominem. *Aristot.*
Miserendum immeritò infœlicibus. *Stob.*
Misericordiæ inuidia præstat. *Pindarus.*
Nemo misericordiam consequi dignus est, qui nemini miseretur: neque dignus est venia, qui nemini dat veniam. *Demost. contra Midiam.*
Quam quisque natura legem erga reliquos omnes habet, eandem vicissim erga ipsum alios habere æquum est. *Idem 1. Orat. contra Aristog.*
Absit, iudices, pauperes despiciatis: sufficiens enim satisq; graue eis est supplicium ipsa paupertas: neq; eos, qui labore & industria ex æquo & bono viuere volunt. *Ibidem.*

Ex Poëtis.

Misericordiæ nullus est post mortem locus.

Statius lib Syluar. Ad manes ignare fugis, nec flectere parcas,
Aut placare malæ datur aspera numina Lethes.
Ouid ad Liuiam de morte fil. Supprime iam lachrymas: non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.
Propert. lib Desine Paule meum lachrymis vrgere sepulchrū,
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Vide Titulum de Inferno.

Misericordia imploratio.

Ouid. 15. Met. Tantùm miserere, precesq;
Supplicis exaudi: tibi enim succumbimus vni.
Sen in Troade. Pedibus admoueo tuis
Miserere matris, & preces placidus pias,
Patiensq; recipe, quoq; te celsum altius
Superi leuarunt, mitius lapsos preme.
Plau. in C Nunc obsecro te vnum hoc,
Quoniam nobis dij immortales animum ostenderunt suum,
Vtq; herum me fuisse tibi atque esse nunc conseruum velint,
Quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per precem,

Per ſortunam incertam,& per mei te erga bonitatem partis,
Perq́; conſeruitium cōmune, quod boſtica euenit manu,
Ne me ſecus bonore boneſtes, quàm ego te, cùm ſeruiebas mihi:
Atque qui fueris,& qui nunc ſis,meminiſſe vt memineris.

Claud. lib. 2. in Eutropium. In te iam ſpes vna mihi:pro fronde Mineruæ
Has tibi protendo lachrymas,ſuccurre ruenti,
Eripe me tandem,ſeruilibus eripe regnis.
Ne'ue adeò cunctos paucorum crimine damnes,
Nec noua tot meritis offenſa prioribus obſtet.
Iamiam flecte animum:ſuprema pericula ſemper
Dant veniam culpæ.

Virgil. 1. Aen. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Senec. in Troad. AGAMEMN. Cur dextra regi ſpiritum eripit tua?
PYRR. Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit.

M ANTE O.

MODERATIO.

Ex Apophtheg. Eraſ.

DEcet eum,qui multa poſsidet, non pro libidine,ſed pro ratione viuere.

Pernicioſæ ſunt diuitiæ, ni adſit animus diuitijs ſuperior, qui poſsit earum vſum non ex copia, ſed ex neceſsitate moderari.

Admirabilis Leonidæ moderatio fuit, qui vati triſtia nuntianti non tantùm non ſuccenſuit,ſed & famæ & vitæ eius conſultum velit.

Hîc moderatio adhibenda eſt, vt princeps nec amicos alienet tyrannica ſæuitia, nec patiatur illos regia familiaritate abuti,ad quiduis audēdum præter ius aduerſus plebeios, qui nimium irritati ſæpe ſuos reges excuſſerunt.

Satis vindictæ eſt, quod licet quum libet vlciſci, quum illis nihil aliud ſit reliquum quàm malè loqui.

Moderata vitæ cura, calcar addit ad ſortiter agendum, & immodicus mortis pauor ab egregijs factis deterret.

Quæ moderata ſunt,in longum tempus durant,& hoc ipſo meliora ſunt.

Non eſt tutum eos maledictis irritare, quibus in manu eſt,quum velint,re ipſa lædere.

Hoc non ſolùm moderationis & clementiæ, ſed eximiæ cuiuſdam magnanimitatis eſt documentum,ingratorum ſibilos regem negligere.

Nihil aure tyranni violentius: apud bonos etiam principes admonendi libertas verbis placidis eſt temperanda.

Calor ætatis vix ſinit iuuenes ſeruare modum.

Moderatio in omni re eſt optima.

Quod excedit modum, tametſi vitioſum eſt, tamen ad excitandam aliorum ſocordiam conducibile eſt.

Tutiſsimum eſt mediocribus ac parabilibus delectari.

Ariſtippus. Moderatur voluptati,non qui penitus abſtinet,ſed qui hoc modo vtitur,vt non abripiatur cum ipſa. Vt naui & equo moderatur, haud qui nō vtitur, ſed qui quo libuerit, ducit.

Moderata ſeruitus eſt,quæ dijs obnoxia fuerit: immoderata, quæ hominibus.Deus verò moderatis lex eſt. Plato.

Si modicum modico coniunxeris, Menander.
Idque frequenter feceris, ſtatim fiet hoc quoque magnum.

Modus in omni re optimus. Cleobulus.

Latinorum exempla.

Animi moderatio.

P.Valerius,qui populi maieſtatem venerando,Publicolæ cognomen aſſequutus eſt, cùm exactis regibus imperij omnē vim,omniaq́; inſignia ſub Conſulatus titulo haberet,inuidioſum magiſtratus faſtigium, moderatione ſua, ad tolerabilem habitum deduxit. Legem comitijs centuriatis tulit,ne quis magiſtratus ciuem aduerſus prouocationem verberaret,aut necaret. Aedes ſuas diruit,quòd excelſiore loco poſitæ,inſtar arcis habere viderentur: ſic quantum domo inferior, tantū gloria ſuperior euaſit. Spurium Lucretium collegam vltro maiorem natu aſſumpſit, cui priores faſces transferri iuſsit.

Furij Camilli ex magna ignominia ad ſummum imperium tam moderatus tranſitus fuit, vt cùm capta à Gallis Roma,præſidium eius Ardeæ exulantis ciues petijſſent, non prius Veios ad accipiendum exercitum iret, quàm de dictatura ſua omnia ſolemni iure acta comperiſſet.Magnificus Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica victoria: ſed iſta cunctatio longè admirabilior. Multò enim ſeipſum, quàm hoſtem ſuperare operoſius eſt, nec aduerſa proſpera feſtinatione fugientem,nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

M. Rutilius Cenſorinus, Furio moderatione par, iterum Cenſor creatus,populum ad concionem vocatum, quàm potuit grauiſsima oratione corripuit, quòd eam poteſtatem ſibi bis detuliſſet: cuius maiores, quia magna videretur, tempus coarctandum iudicaſſent. Vterq; rectè, & Cenſorinus,& populus: alter enim vt moderatè honores crederent, præcepit: alter ſe moderato credidit.

L.Quintius Cincinnatus, cùm honorem eius P.C. continuare vellent,nō ſolùm propter illius egregia opera,ſed etiam quòd populus eoſdem Tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat,vtrumq; diſcuſsit, Senatus ſtudium ſimul inhibendo,& Tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo: atque vnus cauſa fuit, vt ampliſsimus ordo, populuſq́; tutus eſſet ab iniuſti facti reprehenſione.

Fabius Maximus, cùm à ſe quinquies, à patre,auo, proauo, maioribuſq́; ſuis ſæpenumero conſulatum geſtum animaduerteret, in comitijs,quibus filius ſummo conſenſu creabatur conſul, quàm potuit conſtanter,cum populo egit,vt aliquando honoris huius vacationem Fabiæ genti daret, non quòd virtutibus filij diffideret, ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione efficacius,quę etiam patrios affectus,qui potentiſsimi ſunt,ſuperauit?

Africano Superiori à maioribus nostris præmia persoluta sunt: illi enim statuas in Comitio, in Rostris, in Curia, in ipsa denique Iouis optimi maximi cella posuerunt. Imaginem eius triumphali habitu indutam Capitolinis puluinaribus decorauerunt. Continuum per omnes vitæ annos consulatum, perpetuamq; dictaturam ei obtulerunt, quorum nihil neq; plebiscito dari, neq; senatusconsulto decerni sibi voluit: & penè tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum egerat in emerendis.

M. Marcellus, qui primus & Annibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit: cùm in consulatum eius Siculi questum de eo venissent, vltro de ijs admittendis retulit, querentesq; de se patienter sustinuit: iussos etiam à Leuino discedere, vt defensioni suę interessent, remanere coëgit. Deinde vtraq; parte perorata, etiam excedentes Curia subsequutus est, quò liberius Senatus ferret sententiam: improbatis quoq; eorum querelis, supplices & orantes, vt ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit.

C. Claudius Nero, Liuij Salinatoris in Asdrubale opprimendo particeps gloriæ fuerat, & tamen eum triumphantem equo sequi, quàm triumpho, quẽ ei Senatus æquè decreuerat, vti maluit: quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. Sine curru ergo triumphauit, eò quidem clarius, quòd illius victoria tantummodò laudabatur, huius etiam moderatio.

Metellus Macedonicus cum Scipione Africano dissenserat, eorumq; à virtutis æmulatione profecta contentio, ad graues inimicitias progressa fuerat. Sed cùm interemptum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit, mœstoq; vultu, & confusa voce, Concurrite, concurrite, inquit, ciues, mœnia nostræ vrbis euersa sunt. Eodem enim tempore, & quantum amisisset principem, & qualem haberet, recognouit. Idem filios suos monuit, vt funebri eius lecto humeros subijcerent, atque exequijs illum honorem vocis adiecit, non fore vt postea id officium ab illis maiori viro præstari posset. Vbi tot in Curia iurgia? vbi tam multæ pro Rostris altercationes? vbi maximorum ciuium & ducum tantorum togata prælia? Omnia nimirum ista præcipua veneratione prosequenda deleuit moderatio.

Q. Scæuola, testis in reum productus, cùm id respõdisset, quod salutem periclitantis magnoperè læsurum videbatur, discedens adiecit: Ita sibi credi oportere, si & alij idem affeuerassent: quoniam vnius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli. Itaque & religioni debitam fidem, & communi vtilitati salubre consilium reddidit.

Cato posterior, summæ moderationis speculum, Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & sanctitate in vrbẽ deportauerat: cuius ministerij gratia, Senatus iussit, vt prætorijs Comitijs extra ordinẽ ratio eius haberetur. Sed ipse id fieri passus non est, iniquum esse affirmans, quod nulli alij tribueretur, sibi decerni: ac ne quid in persona sua nouaretur, campestrem experiri temeritatẽ, quàm Curię beneficio vti, satius esse duxit.

M. Bibulus cùm in Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus occisos esse cognouit. Quorũ interfectores ad eum vinctos Cleopatra misit, vt grauissimæ cladis arbitrio suo vltionem exigeret. At ille, dolorem moderationi cedere coëgit, carnificesq; sanguinis sui intactos ad Cleopatram remisit, dicens potestatem huius vindictæ non suam, sed Senatorum esse debere.

Moderatissimo animo extitit Germanicus Cæsar, Caligulæ Imperatoris pater. Nam cùm post Augusti mortem, exercitus Imperatorem eum creare vellet, priuatam vitam agere contentus, magna vi, ne id ageret, obstitit.

Triarium Maternum post Commodi Imperatoris mortem, exercitus Imperatorem creare voluit. Retinentibus itaque militibus eum, & electione hortantibus assentiri, relicta veste, quam milites apprehenderant, nudus ab eis profugit.

Occiso in Persica pugna Iuliano, Romanorum Imperium ad interregnum venerat. Magnis itaq; precibus vniuersus exercitus egit, apud Sallustium Palatij præfectum, vt imperij honorem susciperet. Sallustius corporis valetudinem prauam excusauit, & Iouinianus nulla publica autoritate eum honorem vsurpauit.

Aurelius Diocletianus Imperator, cùm virtute partum imperium multos annos texisset, ingentiq; animo tueretur, vt senio grauati se sensit, ne ipsius imbecillitate imperium euerteretur, in iuniorum manu deposuit, qui magis prospera vterentur valetudine. Vbi autem multis annis priuatam egisset vitam, hortantibus Maximiliano atque Galerio, vt imperium resumeret, rescripsit se herbarum ordinem, quas in horto seuerat, viderent, nunquam ipsos de resumendo imperio mentionem ei facturos. Nam cùm inter rarissimos fuerit qui bene imperare scirent, multos in ancipiti constituit, quare is se maiorem ostenderit, acquirendo'ne, ac regendo imperio, an ille sponte sua deponendo. Longe enim plus se imperium egere, quàm se imperio ostendit.

Alexander Seuerus Imperator, vix annos sexdecim natus, cùm à Senatu Imperator creatus, ob animi magnitudinem, & Parentis patriæ, & Magni cognomine decoraretur, nunquam hos honores suscipiendos esse duxit. Oportere enim aiebat, vt res gestæ, maturiorq; ætas ea nomina pararent. Nomina igitur, quæ alij ad honestandam fortunam asciscere sibi laborarũt, ipse adolescens adhuc oblata, singulari animi moderatione, non admisit.

Idem adeo Senatum, legesq; in honore habuit, vt se pene æqualem alijs faceret. Cumq; à coniuge accusaretur, quòd Augustalem maiestatem ad imum nimium redigeret, respondit, se tutiorem duraturamq; magis eam fecisse: neq; enim amori minus dabat virium, quàm alij armis & timori. Coniugem gemmis vti pretiosioribus non est passus, quàm cæteræ Romanæ ciues: & si quæ dono datæ erant, eas vel vendi iussit, vel templis obtulit: affirmans se nolle ab vxore pomparum exempla proficisci.

Augustus lata lege de adulterijs, cùm apud eum adolescens patrari cum Iulia filia adulterij accusaretur, indignatione motus, adolescentem cædere cœpit. Cùm autem is exclamasset, violari ab

Augusto legem,repentè eius ira concidit,adolescentemq; dimisit: eoque die præ dolore cibo abstinuit: adeò grauiter à se erratum duxit,quòd legem,quam eondiderat,ipse violasset. Etsi enim legibus præesset, æquum tamen ducebat, non minus se,quàm alios,legibus parere debere.

Aelius Adrianus Imperator,quo die imperij culmē attigit, cuidam, cum quo graues exercuerat inimicitias, & ob id Imperij amplitudine territus erat,palam dixit, Euasisti. eo enim verbo,singulari animi moderatione ostendit, non decere eum,qui publicam induit personam,priuatas am plius vlcisci inimicitias.

Paulus Aemilius,Perseum Macedonum regem captiuum, ad genua sua procumbentem, dextra manu subleuauit, quem mensæ & lateri suo adesse voluit.

Pompeius Tigranem hostem Armeniæ regem, cui diadema, quod ad commouendam misericordiam abiecerat, resumere præcepit, eum in reguum & pristinam sedem benignus restituens.

Ex Græcis.

Archytas Tarentinus Pythagoræ præceptis diu se immersit. Postquam autem in patriam rediit, ac rura sua villici negligentia corrupta, & perdita reperit: Sumpsissem,inquit,de te pœnas,nisi iratus essem. Maluit eum impunitum dimittere, quàm propter iram grauius iusto punire.

Plato, cùm aduersus delictum serui vehementius exarsisset, veritus ne modum vindictæ transgrederetur, Speusippo amico castigandum tradidit: deforme sibi futurum existimans, si commisisset, vt parem reprehensionem culpa serui, & Platonis animaduersio mereretur.

Dion Syracusanus, patria pulsus à Dionysio tyranno,Megaram petierat: vbi cùm Theodorū principem eius vrbis domi conuenire vellet,neq; admitteretur,diu,multumq; ante fores retentus,co miti suo, Patienter hoc ferendum est, ait:forsitan enim & nos,cùm in dignitatis gradu essemus,tale quid fecimus. Qua tranquillitate consilij ipse sibi exilij conditionem reddidit placidiorem.

Thrasybulus populum Athenienſem triginta tyrannorum sæuitia sedes suas relinquentem,& va gam miserè vitam exigētem, animis pariter atq; armis cōfirmatum in patriam reduxit: plebis scitum interposuit, ne qua præteritarum mentio rerum fieret. Hæc obliuio labentem ciuitatis statum in pristinum habitum reuocauit.

Cùm à piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus, quidam iactum emisset, & extracta magni pōderis aurea tabula Delphica esset, orta cōtrouersia cui deberetur,placuit Apollinis oraculum consuli. Deus respondit illi mensam esse dandam, qui sapientia cæteros præstaret. Tunc illi Thaleti mensam dederunt: ille cessit eam Bianti,Bias Pittaco,is alij: deinceps per ordinem septem Sapientum ad Solonem peruenit,qui ad Apollinem transtulit.

Antiochus à L. Scipione vltra Taurum mōtem imperij finibus summotus, cùm Asiam prouinciā, vicinasq; ei gentes amisisset, gratias agere populo Romano non dissimulanter tulit,quòd nimis magna procuratione liberatus,modicis regni ter minis vteretur: & sane nihil est tam præclarum, tam magnificum,quod non moderatione temperari desideret.

Aristides Atheniensis cùm inter decem Prætores cum Miltiade aduersus Darium creatus fuisset,& ex ducum multitudine expeditionem corruere animaduerteret (per vices enim ad singulos imperandi munus transibat) vt ei sors imperandi contigit, partes suas in Miltiadem artis militaris peritissimum transtulit. Hac enim animi moderatione sibi præturam ademit, vt patriæ victoriam traderet.

Lydiades Megalopolitanus, diu possesso vrbis imperio, nulla necessitate impulsus, ad priuati hominis statum se contulit: longè pluris priuatum otium faciens, quàm vrbis,in qua natus erat, principatum.

Agis Lacedæmoniorum rex, etsi opibus atq; delitijs superare alios posset,non solùm augendi fortunas suas desiderio abstinuit, sed renouatis Lycurgi legibus,voluit,vt inter ciues omnes fortunæ æquarentur: opes suas omnes in commune trāstulit,abijtq; Lacedęmonijs se opibus æquauit.

Insigne moderationis documētum Xenocrita Cumæa præstitit, cuius maritus Aristotinus, cùm Cumas tyrannide premens occisus fuisset, vellentq; eam ciues honore commodisq; cumulare, quòd ipsa, ob patriæ charitatem, & matrio, & principatu priuata fuisset,præ modestia animi, omnibus, quæ offerebantur,spretis,solùm mariti corpus ad sepeliendum voluit.

Cùm insolens atque immodestus iuuenis pugno faciem Socratis percussisset,nihil aliud egit, dixitq;,nihil sibi permolestum esse,nisi quòd nescirent homines, quando cum galea domo egrediendum esset.

Aristides nullo crimine, sed inimicorum inuidia; Athenarum patria pulsus, non in blasphemiam prorupit, sed cùm vrbe egrederetur, deos rogauit,vt ea fœlicitate Athenas complecterentur,ne vnquam Aristidem oporteret meminisse.

AGESILAI.

Agesilaus interrogatus, quo pacto posset aliquis tutò imperare, nullo stipatus satellitio, respondit: Si sic imperet suis,vt pater liberis. Significans reges beneuolentia ac benefactis ciuium animos sibi adiungere debere: cōtra illud, Oderint dum metuant.

Idem,sciscitante quodam quid fructus Spartę attulissent Lycurgi leges, Voluptatum contemptum, inquit: iudicans non alia re magis Reipublicæ corruptelam nasci,quàm ex delitijs.

Idem, maxima Asiæ parte subacta, cùm constituisset ad regem Persarum proficisci, vt eum compesceret,reuocatus ab Ephoris,ob Spartam Græcorum obsidione cinctam,paruit: dicēs bonum imperatorem legibus parere oportere. Offerebatur rei bene gerendæ occasio, inuitabat illum Græcorum affectus,vt instituta perageret: sed legum autoritatem omnibus anteposuit.

Idem aliàs Ephoris scripsit: Asiam magna ex parte subegimus, Barbaros expulimus, frequenter in Ionia conflixjmus: attamen quoniam pro magistratus

stratus autoritate iubetis, vt istuc ad diem præscriptum adsim, consequor epistolam, ac fortaſsis anteuertam etiam. Nec enim mihi principatum gero, sed tum Reipub. tum socijs & amicis Reip.

Idem parta de Bœotijs victoria, omnium gestorum maxima, domum reuersus nihil de pristino victu, vitæq; modestia mutauit, ob tantos rerum successus, nec tot egregijs facinoribus nihilo factus est insolentior.

Idem cùm Lysandrum inimicũ sepultum resodere vellet, & quidã Ephorus consuleret, ne id ageret, senis consilio paruit, & à cœptis conquieuit, doctus non solùm publicis legibus obtemperare, sed etiam priuato senioris consilio. Vir excelsi animi plus apud se valere publicam vtilitatẽ voluit, quàm priuatum odium, simulq; perspexit indecorum esse simultatem exercere cum sepulto.

Idem, qui clàm ipsi aduersarẽtur, eos secum in militiam deducebat, atque ex ijs nonnullos duces exercitus euehebat: qui cùm in magistratu se improbè & auarè gesſiſſent, & ob id in ius vocati periclitarentur, Agesilaus illis patrocinabatur: sic ex clanculatijs hostibus amicos sibi reddebat. Quibus rebus factum est vt neminẽ haberet aduersarium. Quid hac prudentia moderatius, qua mederi maleuolis maluit, quàm vlcisci?

Megarensi cuidam multa iuueniliter de sua ciuitate aduersus Agesilaum iactanti, Adolescens, inquit, tua oratio magnis opus habet viribus. Significans indecenter eum magnificè loqui, cui vires non suppetunt orationi pares.

Idem moriens mandauit ijs qui aderant, ne quam fictilem, aut aliam corporis sui imaginem facerent. Si quod, inquit, præclarum facinus geſsi, hoc erit monumentũ mei. Sin minus, ne omnes quidem statuæ, mei memoriam illustrabunt.

Probus Aemilius posteaquam ingenti strage fregiſſet Corinthiorum vires, eosq; intra mœnia compuliſſet, multis hortantibus vt vrbem oppugnaret, negauit id suæ virtuti conuenire, qui peccantes ad officium cogeret, non qui nobiliſsimas Græciæ ciuitates subuerteret.

Agis primus, quodam dicente Philippum effecturum, ne Lacedæmonijs pateat iter in Græciam, Nobis, inquit, patria sufficit ad illic viuendum. Pectus ad vtrumq; paratum, & ad proferendum imperium si contingat, & ad boni consulendum fortunam, licet mediocrem.

Anaxilas, cuidam admiranti quòd Ephori regibus nõ aſſurgerent, Ob hoc ipsum, inquit, quòd Ephori sunt: hi enim regibus imperant, demum & occidunt.

Antalcidas quum in Samothracia initiaretur, rogatus à sacerdote quid egregium patraſſet in vita: Si quid, inquit, mihi tale peractum est, sciunt ipsi dij: Existimans ineptum commemoratione suorum gestorum se dijs commẽdare, qui siue prædicaret, siue sileret, nihilominus nouerant.

Demaratus cuidam percontanti cur Sparta exularet, quum eſſet rex, Quoniã, inquit, leges sunt in ea potentiores: Significans regem apud Lacedæmonios principem esse ciuitatis, at non legum dominum, sed his non minus obnoxium regem quàm ciues. Insigne moderationis specimen dedit, æquo animo ferens exilium autoritate legum indictum.

Cùm Persa quidam apud Demaratum iactitaret, quòd amasium eius puerum eſſet venatus: Non per deos, inquit, tu venatus, sed mercatus es. Significans non esse speciosum pecunia vincere.

Theopõpus interroganti quo pacto quis regnum tutò poſsit tueri, Si, inquit, amicis cõcedat iustam libertatem, pro viribus interim aduigilans ne subditi afficiantur iniuria. Multis enim principibus exitio fuit, quòd multa amicis permitterent, ciues iniuria affectos negligerent.

Cùm Pylij decretum edidiſſent, quo Theopompo summi honores tribuebantur, rescripsit, Mediocres honores tempus ipsum auget, immodicos abolet.

Cleomenes Argiuis nonnullis illum conuitio laceſſentibus, vt periurum & impium, Vobis, inquit, potestas est mihi malè dicendi, at mihi potestas est vobis faciendi malè. Admonuit nõ esse tutũ eos maledictis irritare, quibus in manu est, cùm velint, lædere.

Cùm improbus quidam ipsum cõuitijs inceſſeret: Num ideò, inquit, tu maledicis omnibus, ne si velimus respondere, otium habeamus de *tua* dicendi viciſsim malitia?

Leonidas, cuidam obiicienti quòd *excepto regno* nulla re cæteris præstaret, At, *inquit*, *nisi cæteris* eſſem melior, non eſſem rex. Vbi enim non reges naſcũtur, sed suffragijs eliguntur, cæteris meliores iudicantur.

Lysander maledico cuidam à quo conuitijs petebatur, Dic, inquit, aſsiduè ô amicule, dic dic, nihil omittas, vt animum malis plenum valeas exonerare. Ingenti animi moderatione, maledicum ne ira quidem dignum existimauit, quum in promptu eſſet vltio.

Lacon quidam cùm adulterũ apud deformem vxorem deprehendiſſet, Miser, inquit, quæ tibi fuit neceſsitas? Itaque sibi temperauit in adulterum deprehensum, misertus hominis, qui graui quadam neceſsitate huc cõpulsus videretur, vt cum deformi rem haberet.

Chilo Lacedæmonius, dum admoneret simultates tam acriter non esse exercendas, vt præcludatur omnis in gratiam reditus, dicebat, Ama tãquam osurus, & odi tanquam amaturus.

Idem, potẽtiæ mansuetudinem adiungendam esse dicebat, vt à suis non tam metum extorqueat, quàm reuerentiam impetret. Reuerentiæ comes est amor, metus odium.

Socrates quum quendam salutaſſet, nec ab eo resalutatus eſſet, non molestè tulit: amicis autem admirantibus, & hominis inciuilitatem admirantibus, dixit, Si quis nos præteriret peius affectus corpore quàm nos sumus, nequaquam illi succenseremus: quur igitur illi succenseam, qui peius affectus est animo quàm nos sumus?

Idem nuncianti quòd quidam de ipso malè loqueretur, Nimirum, inquit, non didicit bene loqui.

Idem cuidam admiranti quòd in eum non commoueretur, à quo cõuitijs impetebatur, Mihi, inquit, non maledicit, non enim ea mihi adsunt, quæ dicit, nec in me hærent.

Aristippus in disputatione confutatus à quodam homine audaci, eodemq; furioso ac stolido, cùm

illum

illum gestientem videret, & inflatum victoria, Ego, inquit, redargutus abeo, sed suauius dormiturus te, qui redarguisti.

Cn. Pópeius de se liberè profitebatur, quòd omnẽ magistratũ, quem gesserat, & citius esset nactus quàm ipse expectasset, & citius deposuisset, quàm ab aliis esset expectatum. Quòd citò suscepisset imperium, vel fortunæ fuit, vel præmaturæ virtutis: quòd maturè deposuit, animi moderati erat, non ad tyrannidem spectantis.

Pyrrhus, quum amici suaderent, vt quendam maledicum expelleret, Satius est, inquit, vt hic apud paucos nobis maledicat, quàm apud omnes.

Scipio Africanus consulatum appetebat: verùm vbi sensit Pompeium amicum aliis fauere, ipse à petitione destitit: dicens se malle consulatum cedere, quàm amicum perdere.

Otho Syluius Imperator iam destinata morte, Cocceium fratris filium sic extremis verbis est adhortatus, O fili, nec prorsus obliuiscaris habuisse te patruum Cæsarem, nec admodum memineris. Noluit illum obliuisci, ne suorum curam deseretet: rursum noluit valde meminisse, ne mortem patrui vlcisceretur.

Antoninus Pius rogatus cui filium commendaret, vobis, inquit, si promeruerit, & diis immortalibus. Fauorem noluit suæ autoritati tribui, sed filii meritis.

Antisthenes, qui nos maledictis incesserẽt, eos magis tolerandos dicebat, quàm qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non lædunt, si quis contemnat.

Arcesilaus, quum hospites quosdam vnà cum amicis exciperet cõuiuio, & deesset panis, Quàm res est apta, inquit, conuiuiis apparandis esse sapientem. Sentiens Philosophos in rebus vulgaribus minus sapere quàm idiotas.

Zeno rogatus quo pacto esset affectus erga conuitia, Perinde, inquit, atque si legatus absq; responso dimittatur. Significans eos, qui non habent quid respondeant, ad conuitia solere confugere, eoq; non pluris fieri oportere, quàm si nihil esset responsum.

Phocion dux Atheniensis, cùm pro concione diceret, & maledicus quidam petulantissimè in illum debaccharetur, locum dedit maledico. Postquã autem ille finem dicendi fecisset, Phocion reuersus in suggestum est placido vultu.

MONITIO.

Ex Græcis.

Monere alium facilius est, quàm seipsum.

Euripides. Non quidem vacat. Sed nescio quomodo homini infœlici
Iucundum est narrare sua mala, & ea denuò deplorare.
Cõdoleto. nam æger lachrymis fusis,
Ab ærumnis leuatur.
Rusticitas quædam est ne in miserabili quidem fortuna lachrymas fundere.
Cum amicis prosperè agere iucundum est:
Si quid autem, quod absit, mali contingat,
Viri beneuoli faciem coram intueri iuuat.
Nullum est aliud hominibus remedium doloris,
Quàm boni viri & amici adhortatio.
Si quis autem hac ægritudine laborans,
Solus perturbat & iterum componit animum,
In præsentia gaudens, duplo postea dolore afficitur.
Omnes in discernendis & leuandis calamitatibus
Proximorum, plus sapiunt, quàm domesticis fortunis.
Oprandum est tibi à diis vt nunquam periculum facias,
O Phædime, vllius eiusmodi rei, neq; cognoscas,
Quòd facilius sit alterum admonere.
Monere facilius est, quàm sustinere patiendo.
Leuius tunc hominem dolores affligunt, *Callimachus.*
Et vna pars ex multis aufertur,
Quum quis aut comiti suo, aut surdis
Auris dolores postremò quamuis temerè narrauit.
Sed ô amici, huius enim gratia veni,
Opem ingressi ferte, si quam potestis.
Dercippe ac Mnesippe, quicũq; nostrũ audiuerũt, *Menander.*
Aut affecti sunt malè ab aliquo,
Omnibus confugium patet ad benignos amicos.
Nam cùm absq; ludibrio casus suos lugere potest,
Et alium sibi condolentem familiariter vider,
Vnusquisq; præsenti maximè,
Quò minus ægrè ferat, leuatur tempore.
Suaue quid est amici sermo tristanobus.
Plurimùm potest apud infortunatos,
Præsentes sibi videre qui condoleant.
Quid rei est, quod me videre vult? *Philemon.*
An sicut ægrotantes in magno dolore,
Vbi viderint medicum, non amplius dolent:
Ita quum quis tristitia laborat,
Minus habet mœroris, præsentẽ intuitus amicum?
Medicos equidem scio
De abstinentia apud ægrotos quàm optimè
Omnes disserere: si quid autem ipsis acciderit,
Ea tunc facere omnia, quę prius aliis prohibebant.
Tum similis res est dolere, & contemplari.
Inest etiam verbis quædam voluptas, *Sophocles.*
Quum obliuionem inducunt malorum.
Maximos & prudentissimos homines,
Huic similes esse videre licet,
Bene consulendo alicui infortunato:
Vbi verò fortuna viri prius agentis prosperè
Consuetam eius vitam retrorsum egerit flagello,
Multa & prudenter dicta tunc inutilia sunt.
Scio: sed oportet dolores tempore flecti.
Oportet quidem: sed facilius est hoc dicere, quàm tolerare mala.
Hei mihi, quis est qui dolere nesciat ob mala?
Quis audiens ista non fundat lachrymas?
Celebre istud hominum dictum est, *Moschion.*
Quòd alium admonere labor sit modicus:
Iniuriam verò sibi ipsi illatam sustinere,
Omnium esse maximum inter homines onus.
Tristitiæ mederi nouit beneuolus amicus: *Soteas.*
Nam consolatio maximum est remedium tristitiæ:
Luctum dispellens, iramq; obliuio cunctis
Nascitur inde malis. Sed hoc etiã scitè dictum est:
Tristanti quidẽ gratus & iucundus amici sermo est,
Nimis autem desipienti, admonitionem & consilium præstat.
Medicos ægrotis, amicos infortunatis consulere oportet. *Philemon.*

Non

Non difficile est alicui malè affecto
Illum qui bene appetit cibum dicere, ne doleas:
Et pugilem increpari ab illo qui nullum certamen subeat.
Ipsum verò pugnare non est facile.
Adeò inter se differunt dictum & factum.

Ex Latinis.

Oui. 2. de Pōto. Acer & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.
Idem 5. de Trist. Nec te credideris, quia non facis ista, moneri.
Vela damus, qusmuis remige puppis eat.
Qui monet vt facias, quod iam facis, ille monendo
Laudat, & hortatu comprobat acta suo.
1. de Rem. Am. Impatiens animus, nec sdhuc tractabilis arte
Respuit, atq; odio verba monentis habet.

Monitio loco temporeq; congruo fieri debet.

Ibidem. Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
Flere vetat? non hoc illa monenda loco est.
Vtq; Machaonijs Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere sensit opem:
Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,
Admonitu cœpi fortior esse tuo.
Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,
Vt solet infuso vena redire mero.

MORA.

Ouid. 11. Meta. Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.
Idem 1. de Rem. Amoris. Vidi ego quod fuerat primò sansbile vulnus
Dilatum longæ damna tulisse moræ.
Idem Epist. 13 Longa mora est nobis omnis quæ gaudia differt.
Da veniam fassæ, non patienter amo.

Mora in amore vires magnas amanti præbet.

1. de Rem. Am. Nam mora dat vires: teneras mora percoquit vuas:
Et validas segetes, quod fuit herba facit.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus vmbras,
Quo posita est primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Lucanus lib. 1. bell. Ciui. Tolle moras, semper nocuit differre parstis.
Serpm est capendi tempus in medijs malis.
Sen. in Thyeste. Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris.
Sil. Ital. lib. 4 Mora sæpe malorum
Manil. 4. Astr. Dat causas.
Sen. in Agam. Quod ratio nequit, sæpe sansuit mora.
Ibidem. Omnis nimium longa properanti mora est.

MORES.

Ex Cicerone.

Mores crescunt cum ætate,

Cic. 5. de Finib. Cupiditas agendi aliquid adolescit vnà cũ ætate.
1. de Orat. Habẽda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes esse velimus.
De Clar. Orat. Magni interest quos quisq; audiat quotidie domi, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam loquantur.
3 ad Heren. Quæ acciderunt in pueritia, meminimus optimè sæpe.
Pro Rab. Posth. Id est difficile, quod cùm spe magna sis ingressus, id non exequi vsq; ad extremum.

Mores corrupti.

A multis ipsa virtus cõtemnitur, & venditatio quædam, atq; ostentatio esse dicitur. *Philip. 5*
Iustitia vacillat, vel iacet potius: omnesq; hæ virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in societate generis humani. *3. Off.*
Virtuti & gloriæ maximè inuideri solet. *2. de Orat.*
Iam pudori, probitati, virtuti, rectis studijs, bonis artibus nihil est loci. *Cic. Tit. fam.*
Est huius seculi labes quędam & macula, virtuti inuidere, velle ipsum dignitatis florem effringere. *Pro Cor. Balb.*
Durior est conditio spectatæ virtutis, quàm incognitæ. *Brut. Con.*
Cuius est spectata multis, magnisq; rebus singularis integritas, minus admirabilem facit honestissimi facti gloriam. *Philipp. 5*
Sapientia & magnitudo animi, qua omnes res humanæ geruntur, tenues, & pro nihilo putantur. *2. de Orat.*
Videmus quanta sit in inuidia, quantoq; in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & industria. Si tantulum oculos deiecerimus, præsto esse insidias: si vllum locum aperuerimus suspitioni aut crimini, accipiendum esse statim vulnus, esse nobis semper vigilandum, semper laborandum videmus. Inimicitiæ sunt? subeantur. labores? suscipiantur. Etenim tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ. Hominũ nobilium non ferè quisquam nostræ industriæ fauet: nullis nostris officijs beneuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere disiuncti sint, ita dissident à nobis animo ac voluntate. *7. Act. in Ver.*
Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis. *Pro Plancio.*
Ad multorum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia & audacia, quàm cuiusquam virtus & integritas. *5. Act. in Ver.*
Quis est qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? A quo enim expectatur, & celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. *2. Officiorum.*
Fraudis atq; insidiarum plena sunt omnia. *De Petit. Cons.*
Largitione corrupta sunt suffragia. *3 de Leg.*
Malè se res habet, cùm id quod virtute effici debet, tentatur pecunia. *2. Officiorum.*
Qui opibus plus valẽt, etiã autoritate plus possunt. *Cic. Lib. Fam. 1.*
Hoc tẽpore obsequium amicos, veritas odiũ parit. *In Lælio.*
Omnes qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, quàm officio paupertatem tueri. *2. ad Herenn.*
Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est. *1. de Inuent.*
Sunt homines qui rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamque conuertunt. *3. de Nat. Deor.*
Sunt homines quos libidinis, infamiæq; suæ neq; tædeat, neque pigeat: qui quasi de industria in odium offensionemq; populi irruere videantur. *2. Act. in Verr.*
Sunt quidam non re, sed nomine homines. *1. Officiorum.*
O superbiam inauditam, in facinore gloriari. *Ad Brutum. Famil. 11.*
Est in quibusdam tanta peruersitas, vt inuentis frugibus, glande vescantur. *Ad Brutum. Orat.*
Nõ minus interest quos ascíscas præceptores, quàm quos nactus sis parentes. Etenim vt liberi referunt fermè maiorum ingenium vnde prognati sunt, ita præceptorum vita demigrãt in quos instituunt. Et honestæ vitæ institutio ab illis potissimùm

funum petenda est, qui virtutem ipsis factis præstiteruot,ooo ab ijs qui compositis arte verbis de virtute ougantur.

Sola virtus primùm, ac statim à teneris vnguiculis discenda:nec vlla æui portio artibus friuolis danda,quæ vt in pueris habent osteotatioonem plausibilem, ita nec graodibus decoræ sunt, oec ad seria vocatis vtiles.

Quemadmodum canes ad venatum habiles reddit educatio, ita viros bello & Reipub. vtiles reddit recta institutio.

Visum est Laconi ioeptum, per omnem vitam de virtute disputare, veluti de re controuersa: cùm oporteat statim à prima ipsa adolescentia certissima habere decreta animo impressa de honesto, & secundum virtutem exerceri, non quætere, quemadmodum faciunt Philosophi, qui magna cootentione inter ipsos de summo bono ac malo digladiantur,oe in hoc quidem consentientes quid sit virtus ac beatitudo.

Ne oobis quidem nobilitas, qnam miramur hominum vulgus, ductumq; ab Hercule genus profuerit, oisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus extitit,ac per omnem vitam quæ hooesta sunt,& discamus & exerceamus.

Eruditi qui sunt,rectéq; educati, probant quid pro raoone temporis expediat.

Satis erit ciues honestè fuisse iostitutos, si sua spoote videbunt,qu:d pro tempore facto sit opus.

Multum habet momeoo ptincipis integritas, sed multo plus ciuium institutio.

Si adolescétes malè morati euadant,id primæ ætatis formatoribus potissimù imputaodum est.

Mores sunt vulgarium, vt alienæ inuideant, suam autem deploteot sortem. Suadet loqueotis vita, non oraoo.

Noo absq; discrimine mores ciuitatis corruptæ vitijs ad meliorem frugem reuocantur.

Quemadmodum plantæ ac semina, sic homioum mores ad regionis habitum immutantur.

Matronæ nihil pulchrius, nihil pretiosius,quàm liberi rectè educati.

Quemadmodum laudi est apud Barbaros oatum, Græcorum disciplinas scire:ita turpe apud Græcos natom,ad Barbarorum mores degenerasse.

Nemo alieois factis dehonestatur, sed suis quisque moribus æstimandus est.

Menos integritati, corporis etiam babitum & cultum oportet congruere.

Multa bene oata ingenia pereunt vitio iostituentiû.

Sic est multorum ingenium,vt si desiot inimici, in quos naturę maltiâ exerceant,amicos impetant.

Erudiuo perniciosa est,si io animû inciderit prauis affectibus corruptû:& quò quæq; disciplina sanctior,hòc fit perniciosior,si contigerit improbo.

Qui tam prauo sunt iogenio,vt eos irrideât,qui de ipsis beoe meriti sunt, grauius oocét, si quis illos malefactis prouocet.

Regium est,cùm bene facias,malè audire.

Non habeodi pro liberis sunt,qui degeneraot à paternum institutione.

Quales oascâtur liberi, oullis in mann est:atvt recta institutione euadant booi,oostræ potestatis est.

Qui naturâ probus est, vbique & apud omness probus est.

E sermonis procacia colligitur & morum impudentia.

Generosa indoles,si accedat institutio,magno bono est patriæ: sin ad vitia degeneret,magnû adfert malum.

Naturæ beneficio viunnt & ignauissimi: at hooestè mori non contingit,nisi virtute præditis.

Maxima pars incommodorum,ob quæ vulgò malè audit senectus,ab ioteperantia vitæ proficiscitur.

Res efficax est oatora, sed potentior est iostitutio, quæ malam naturam corrigit.

Sibi quisq; dat mores,mlnisteria casus assignat. *Seneca Epist. 1.*

Plura moribus,quàm viribus vincimus.. *Quint. Decl. 3.*

Ea magna voluptas est, æqnalem, ac parem verbis vitam agere, atq; ita viuere, vt omois oratio moribus consonet. *Cat.in Sallust.*

Ex Græcis.

Quot mores hominum,totidem Respub. *Plato de Rep.*

SOCRAT. Si quo io homine hæc concurrant, vt in animo pulchri mores insint,& in corporis specie illis singula correspondeant consentiantq;, eandem suscipienoa raoonem, pulcherrimû hoc erit ei qui inspicere posit spectaculum. *3.de Rep.Ocol.*

SOCR. An virtutem aliud quàm bonum dicimus? Et bæc nobis positio stabilis permanet,virtutem scilicet esse bonum. *Idem in Meno.*

SOCR. Quinetiam virtute boni sumus? ME. Sumus. SOCR. Et si boni,vtiles? omnia quippe bona vtilia. ME. Sic est. SOCR. Ergo & virtus vtile quiddam. *Ibidem.*

In te frequenti cognoscuntur habitus. *Arist. Ethic. 3.*

Qualis vnusquisque est,ita viuit. *Ethic. 4.*

Eorum quæ in moribus fugienda sunt,tria sunt geoera, vitiositas, impotentia,& feritas. Vitiositati, virtus: impotentiæ, continentia repugnat. Feritaō autem contraria maximè est virtus ea, quæ heroica est ac diuina. *Ethic. 7.cap.1*

Mores quodâmodo antè ioesse oportet virtuti accommodatos, qui & virtutis amore, & turpitudiois offeosiooe moueantur. Difficile autem est, cû his legibus oô sis educatus ab ineuote ætate, rectam vitæ viam ad virtutem fereotem assequi. *Ethic. 10*

Præscribi debent legibus educatio & studia, quæ minus molesta futura sunt, si consuetudo adhibeatur. Nec fortasse satis est ab ineunte ętate educationem rationemq; viueodi rectam sequi, sed confirmatis iam ætatibus omnes oportet in his ipsis studijs versari, ad eamq; adiungere cooluetudinem. *Ibidem.*

Diuersitates morum nequaquam ad dilectionem sunt aptæ. *Idem Occo. lib.*

Mores booi approbant verba. *Plu.de Off. and.*

Ne sis nimiû moribus facilis, neu nimium difficilis. *Demet. Phaler.*

Habebis in oegooo memoriam, in occasiooe cautiooem,in moribus generositatê,in labore coostantiam, in diuitijs amiciôam, io oratiooe persuasionem, io silentio ornatum, io sententia iustitiam, io audacia fortitudinem, in actione potentiam,in natura pietatem. *Ibidem.*

Sis in adolescenoa côtinens, io media ætate iustus, io seoectute sapiens,in morte sine dolore. *Bsfad.*

Nec vinum austerum est aptum potioni, nec mores agrestes conuersationi. *Soc.apud Stob.*

Mores iusti peculium sunt pretiosissimum, *Ibidem.*

mm Mos

Ibidem. Mos bonus stabilior est lege.
Mores dicentis, non verba persuadent.

Ex Poëtis.

Ouid. 3. de Arte aman. Maius opus mores composuisse suos.
Prima sit in vobis morum tutela, puellæ
Idem de Fac. medica. Ingenio facili conciliante placent.
Certus amor morum, formam populabitur ætas.
Plaut. in Trin. Nunc mores nihil faciunt quod licet,
Nisi quod lubet: ambitio iam more sancta est, libera est à legibus.
Scuta iacere, fugere hostes more habent licentiam.
Petere honorem pro flagitioso, more fit: mores
Leges perduxerunt iam in potestatem suam magis qui sunt
Obnoxij, quàm parentes liberis: eæ miseræ etiam
Ad parietem sunt fixæ clauis ferreis, vbi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius, neque
Istis quicquam lege sanctum est: leges mori seruiūt, mores autem
Rapere properant, quà sacrum, quà publicum
Plau. in Pers. Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.
Plaut. in Trin. Mores mali, quasi herba irrigua, succreuerunt vberrimè.
Seneca in Aga. Nam sera nunquam est ad bonos mores via.
Quem pœnitet peccasse, penè est innocens.
Teren. in Adel. Sedulò moneo quæ possum pro mea sapientia.
Verum quid facias? vt homo est, ita morem geras.
In Heautontim. Quàm multa iniusta ac praua fiunt moribus.

M O R S.

Ex Cicerone.

1. Tuscul. Mors, est discessus animæ à corpore.
1. Tuscul. Mors somno similis est.
Ibidem. Somnus, imago mortis.
2. Tuscul. Necesse est mori.
1. Tuscul. Moriendum est omnibus: estque finis miseriæ in morte.
1. Tuscul. Qui id quod vitari non potest, metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest.
1. Tuscul. Quæ potest esse vita iucunda, cùm dies & noctes cogitandum sit iamiam esse moriendum?
Ibidem. Non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam longè potest abesse.
Ibidem. Vtrum viuere, an mori sit melius, dij immortales sciunt: hominē quidem scire arbitror neminem.
Ibidem. A malis mors abducit, non à bonis.
Ibidem. Ipse animi discessus à corpore fit sine dolore, & fit plerumq; sine sensu, nónunquam etiam cum voluptate: totum hoc leue est, qualecumque sit: fit enim ad punctum temporis.
Ibidem. Tunc erimus beati, quum corporibus relictis, cupiditatum & æmulationum erimus expertes.
Ibidem. Pellantur istæ ineptiæ penè aniles, ante tēpus mori miserum esse. Quod tandem tempus? naturę'ne? At ea quidem dedit vsurā vitæ tanquam pecunię, nulla præstituta die. Quid est igitur quòd cōqueraris, si repetit cùm vult? ea enim cōditione acceperas. Quę verò ætas longa est? aut quid omninò homini longum? non'ne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes assequuta est senectus? Omnia ista perinde, vt cuique data sunt, pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur.

Mortuorum corpora nihil sentiunt in sepultura: quantum autem consuetudini famæq; dandum sit, id curent viui, sed ita vt intelligāt nihil ad mortuos pertinere. *Ibidem.*

Cùm ab amicis rogaretur Diogenes, vbi vellet inhumari, Projjcite, inquit, me inhumatū. Tum amici, Volucribus'ne & feris? Minime, inquit: sed bacillum prope me, quo abigam, ponite. Quî poteris? illi: nō enim senties. Quî igitur mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentienti? *1. Tuscul.*

Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantoperè contempsit, vt cùm adduceretur damnatus ab Ephoris, & esset vultu hilari atq; læto, dixissetq; ei quidam inimicus, Contemnis'ne leges Lycurgi? respondit: Ego verò illi maximam gratiam habeo, quòd me ea pœna mulctauerit, quam sine mutuatione & sine versura possem dissoluere. *Ibidem.*

Cyrenæo Theodoro, cùm Lysimachus rex crucem minaretur, Istis quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori *quidem nihil* interest, humi'ne an in sublimi putrescat. *Ibidem.*

Theodorus Lysimacho mortē minitanti, Magnum verò, inquit, effecisti, si Cantharidis vim consecutus es. *5. Tuscul.*

Socrates, vt est apud Platonem, cùm se morte mulctatum videret, Magna me spes, inquit, tenet iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem: sed tempus est iam hinc abire me, vt moriar, vos vt vitam agatis. *1. Tuscul.*

Theophrastus moriens, accusasse Naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnā, quorum id nihil interest, hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitā dedisset: quorum si ætas potuisset esse longior, futurum fuisse, vt omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum, vita erudiretur. *3. Tuscul.*

Vt Cygni præuidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur: sic omnibus & doctis est faciendum. *1. Tuscul.*

Duæ sunt viæ, duplicesq; cursus animorum è vita decedentium. Nam qui se humanis vitijs contaminarunt, & se totos libidinibus dediderunt, ijs deuium est quoddam iter seclusum à consilio deorum. Qui autem se integros castosq; seruarunt, quibusq; fuit minima cum corporibus contagio, suntq; in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, à quibus sunt profecti, facilis patet reditus. *Ibidem.*

Vetat dominās ille in nobis Deus, iniussu hinc nos suo demigrare. Quum verò iustam causam Deus ipse dederit, næ ille mediusfidius vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamē illa vincula carceris ruperit, leges enim vetant: sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic à Deo euocatus atque emissus exierit. *Ibidem.*

Sunt qui se gratum mortuis facturos existimant, si grauiter eos lugeant. Accedit muliebris superstitio quædam: existimant enim dijs immortalibus *3. Tuscul.*

se facil

se facilius satisfacturos, si eorum plaga perculsi, afflictos se & straros esse fateantur.

1. Tuscul. Qui mortem non timet, magnum is sibi pręsidium ad bearam vitam comparault.

In Ad Torq. Pa. 6 Omnium rerum mors est extremum.

Cato maior. Morti nihil est tam simile, quàm somnus.

Ibidem. Moriendum certè est, & id incertum an eo ipso die.

Ibidem. Quis est, quamuis sit adolescés, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum?

Ibidem. Commorandi nobis natura diuersorium dedit, nõ habitandi.

Ex hac ipsa vita discedendum est, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.

Ibidem. Hoc meditatum ab adolesceotia debet esse, mortem vt negligamus, sine qua meditatione, tranquillo quis esse animo non potest.

Ibidem. Mortem omnibus horis impendentem timés, quis tranquillo animo possit consistere?

Ibidem. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.

Ibidem. Animus erigens se, posteritatem ita semper prospicit, quasi cùm è vita excesserit, tum deniq; victurus sit.

Ibidem. Si quis Deus mibi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem: nec verò velim, quasi decurso spatio, à calce ad carceres reuocari.

Ibidem. O præclarum diem, in quo ad illud diuinum animorum consilium, cœtumq; proficiscimur, & ex hac turba & colluuie discedimus.

Ibidem. Animus nõ me deserens, sed respectans, in ea profectò loca discedit, quò mihi ipse cernit esse viuẽdum & veniendum.

Ibidem. Necesse est aliquod esse extremum, & tanquam in arborũ baccis, terræq; frugibus, maturitate tempestiua, quasi vietum & caducum: quod ferendum est molliter sapienti.

Ibidem. Non est iniussu Imperatoris, id est Dei, de præsidio ac statione vitæ discedendum.

Ibidem. Abeunt omnia vnde orta sunt.

1. Tuscul. Nemo confidat semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit.

Cato Maior. O dij boni, quid est in hominis vita diu? Mihi ne diuturnũ quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cùm enim id aduenit, tum illud quod præterijt, effluxit: tantũ remanet quod virtute & rectè factis sis cõsecutus. Horę quidem cedunt & dies, & menses, & anni, nec tempus præteritum vnquam reuertitur, nec quid sequatur, sciri potest.

1. de Finibus. Nemini exploratum esse potest, quomodo se habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum.

Cic. Tit. Fam. 5 Homines nos esse meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, neque esse recusandum, quò minus ea, qua nati sumus, conditione viuamus, ne'ue tam grauiter eos feramus casus, quos nullo cõsilio vitare possumus, euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse noui nobis cogitemus.

Pro Sestio. Corpus hoc murtale est, animi verò motus sempiterni.

Paradox 2. Mors terribilis est ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur: non ijs, quorũ laus emori nõ potest.

In Som. Scip. Sic babeto te non esse mortalem, sed corpus hoc:

Vestra quæ dicitur vita, mors est. Som. Scip.

Tibi & pijs omnibus est animus in custodia corporis retinẽdus, nec iniussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à Deo defugisse videamur. Ibidem.

Nisi Deus istis te corporis custodijs liberauerit, ad cælum aditus patere non potest. Ibidem.

Nos si quid tale acciderit, vt à Deo denunciatum videatur, vt exeamus è vita læti, & agentes gratias pareamus, emittiq; nos è custodia, & leuari vinculis arbitremur, vt aut in æternum, & planè nostram domum remigremus, aut omni sensu molestiaq; careamus. Sin autem nihil denunciabitur, eo tamẽ simus animo, vt horribilem illum diem alijs, nobis faustum putemus: nihilq; in malis ducamus, quod sit vel à dijs immortalibus, vel à Natura parente omnium constitutum. 1. Tuscul.

Honesta mors nunquam est fugienda, sæpe etiam appetenda. Mutius ad Cic. Fami. lib. 11

Emori nolo, sed me esse mortuum nihil existimo. Epicharmus.

Quis est, aut quotusquisque, cui mors cùm appropinquet, 3. de Finib.

Non refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu?

Ex Apophtheg. Eras.

Honesta mors est, oppetere pro amicis liberandis.

Magis metuunt mortẽ, qui domi habent vnde possint suauiter viuere.

Morientibus præcipuum solet esse solatium spes vindictæ.

Vt tyranni viuunt insuauius ijs qui mortem vehementer optant, ita mortẽ perinde metuunt, quasi vitam suauissimè degant.

Optimum est exire de vita, quum res sunt prosperrimæ.

Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus: contrà, mortis obliuio multos inuitat ad licentius peccandum.

Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium rediturus est.

Mors quidem mala non est, sed iter ad mortem miserum est.

Somnus, mortis est imago.

Ille non viuit, qui in perpetuo mortis metu viuit.

Mors omnium malorum sensum adimit.

Ex Seneca.

In hoc certè fallimur, quòd mortem prospicimus: magna pars eius iam præterijt: quicquid ætatis retro est, mors tenet. Seneca Epist. 1

Si quid te vetat bene viuere, bene mori non vetat. Epist. 17

Semel incidi, quàm semper premi satius est. Epist. 19

Nemo non ita exit è vita, tanquam modò intrauerit, quæcunq; vis occupa.

Adolescentem, senem, medium inuenies æquè timidum mortis, æquè inscium vitæ. Epist. 22

Quid est turpius, quàm in ipso limine securitatis esse sollicitum.

Non repentè in mortem incidimus, sed minutatim procedimus, quotidie morimur: quotidie enim dimittitur aliqua pars vitæ. Hunc etiam, quem agimus diem, cum morte patimur. Epist. 24.

In vtrumq; admonendi, & firmandi sumus, vt ne

nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus. Vir fortis & sapiens nõ fugere debet è vita, sed exire.

Epist.25 Vnus dies de omnibus fert sententiam.

Epist.26 Quia incertum est, quo loco te mors expectet, tu illam omni loco expecta.

Meditare vtrumq;: commodius est vel mortẽ transire ad nos, vel nos ad mortem.

Cogitare mortem qui discit, libertatem iubet: qui mori discit, seruire dediscit.

Epist.30 Viuere noluit, qui mori nõ vult. Vita enim cum exceptione mortis data est.

Quis queri potest, in ea conditione se esse, in qua nemo non est?

Tu mortem vt nunquam timeas, cogita.

Epist.32 Pulchrum est consummare vitam ante mortem.

Epist.36 Mors, quam pertimescimus, ac recusamus, intermittit vitam, non eripit: veniet iterum qui nos reponat in lucem dies.

Quoniam infantes, ac pueri, ac mẽte lapsi mortem non timent, turpissimum est, eam securitatem rationem nobis non præbere, ad quam stultitia perducit.

Epist.61 Ante senectutem curaui vt bene viuerem, in senectute vt bene moriar: bene autem mori, est libenter mori.

Ibidem. Ad mortem prius, quàm ad vitã, præparandi sumus.

Epist.78 Nihil interest, quo loco desinas: desine quocunque voles: tantùm bonam clausulam impone.

Epist.94 Mors per omnes it: qui occidit, cõsequitur occisum.

Epist.110 Quem putas perijsse, præmissus est.

Ibidem. Cui nasci contingit, mori restat: interuallis distinguimur: exitu æquamur.

Ibidem. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Tunc in tenebris vixisse te dices, cùm totam lucem totus aspexeris, quam nũc per angustissimas oculorum vias intueris, & tamen illam admiramur procul.

Epist.116 Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum fuit.

Lib.8. de Breui. vita. Mors misera non est: aditus ad mortem miser est.

Ex Quintiliano.

Declam.2 Nulla mors inquietior, quàm quæ statim tota est.

Declam.4 Neminem inuenies mori volentem, qui non inueniat aliquem vetantem.

Ibidem. Pro incolumitate hominis, natura commenta est, vt periremus inuiti.

Ibidem. Solus vixit, quantum voluit, qui mori mauult.

Declam.11 Mortem quisquis damnatis præstat, indulget.

Declam.17 Nihil est delicatius exitu.

Ibidem. Mors semper imparata miseris, negata cupientibus.

Ibidem. Vtrumq; timidi est, velle, & nolle mori.

Max.lib.6 Quid refert, humi'ne, an in sublimi putrescas?

Max.lib.9 Humanæ vitę conditionem primus & vltimus dies continet.

Max.lib.9 Non solùm fortior, sed etiam sapientior est aliquando mortis, quàm vitæ cupiditas.

Plin. Iunior lib.1 Luctuosissimum mortis genus est, quod non ex natura.

Ibidem. In ijs, qui morbo finiuntur, magnum in necessitate solatium.

Ibidem. Impetu procurrere ad mortẽ, commune cum multis: cùm deliberatione autem, ingentis animi est.

Ibidem. Qui voluptatibus dediti quasi in diem viuunt, viuendi causas quotidie finiunt: qui verò posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, ijs nulla mors non repentina est, vt quæ semper inchoatum aliquod abrumpat.

Dum suppetit vita, enitamur vt mors quàm paucissima, quæ possit aboleri, inueniat. Idem lib.4

Effugit mortem, quisquis contempserit: timidissimum quemq; consequitur. Eod. lib.4

Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quàm odisse vitam. Idem lib.5

Ex Poëtis. Ex Horatio.

Inter spem, curamq;, timores inter, & iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum, Hora.lib.1.Epi
Grata superueniet, quæ non sperabitur hora.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Ode 4.lib.1. Carm.
Regumq; turres. Omnes vna manet nox, Ode 28.lib.1
Et calcanda semel via leti.
Mista senum ac iuuenum densantur funera, nullum
Sæua caput Proserpina fugit.
Scilicet omnibus, Ode 14.lib.2
Quicumq; terræ munere vescimur,
Enauiganda, siue reges,
Siue inopes erimus coloni.
Mors & fugacem persequitur virum, Ode 2.lib.3.
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoq; tergo.
Neq; vlla est Sat.6.lib.2
Aut magno, aut paruo leti fuga.
Mors vltima linea rerum est. Lib.1.Epist.
Puluis & vmbra sumus. Lib.4

Ex Seneca.

Tibi crescit omne
Et quod occasus videt, & quod ortus. Chor. in Her. furen.
Parce venturis tibi, mors: paramur.
Sis licet segnis, properamus ipsi.
Prima quæ vitam dedit hora, carpsit.
Certo veniunt ordine Parcæ. Ibidem.
Nulli iusso cessare licet,
Nulli scriptum proferre diem.
Recipit populos vrna citatos.
Tunc solamina cantibus Idem in Her. Oeta.
Quærens flebilibus modis,
Hoc Orpheus cecinit Gethicis
Leges in superos datas.
Et qui tempora digerens
Quatuor præcipitis Deus
Anni disposuit vices
Nulli non auidas polo
Parcas stamina nectere.
Quàm varia leti genera mortalem trahunt, Idem in Hipp.
Carpuntq; turbam, pontus, & ferrum, & doli. Idem in Theb.
Eripere vitam nemo non homini potest,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

Mortem qui non timet, dijs simillimus est.

Qui vultus Acherontis atri, Idem in Agam.
Qui Stygia tristem non tristis videt,
Audetq; vitæ ponere finem,
Par ille regi, par superis erit.

Mors miseris solatium.

HECVB. Fœlix Priamus, In Troad.
Dicite cunctæ, liber manes

Vadit

Vad t ad imos, nec feret vnquam
Victa grauium ceruice iugum.
CHOR. Fœlix Priamus, dicimus omnes,
Secum excedens sua regna tulit,
Nunc Elysij nemoris tutus
Errat in vmbris: interq; pias
Fœlix animas Hectora quærit.
Contempsit mori,
In Oedipo. Qui non concupiscit.
Pers. Sat. 5. Viue memor leti, fugit hora: hoc quod loquor inde est.
Auso. in Chilo. sententijs. Viue memor mortis, immemor vt sis viue salutis,
Tristia cuncta exuperans.
Auso. in Peri. sententia. Mortem optare, malum est: timere, peius.

Ex Martiale.

Martial. lib. 2. Epigr. Expectant curæq;, catenatiq; labores:
Gaudia non remanent, sed fugitiua volant.
Hæc vtraq; manu, complexuq; assere toto:
Sæpe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, Viuam:
Sera nimis vita est crastina, viue hodie.
Id. lib. 2. Epig. Ipse iubet mortis te meminisse Deus.
Id. lib. 4. Epig. Nullo fata loco possis excludere, cùm mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.
Martial. lib. 4. Epigram. Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit: obseruant quem statuere diem.
Diuitior Crispo, Trasea constantior ipso,
Lautior & nitido sis meliore licet.
Addit nil penso Lachesis, fusoq; sororum.
Explicat, & semper de tribus vna negat.

Ex Lucretio.

Lib. 3. Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat, ab imo
Omnia suffundens mortis nigrore, nec vllam
Esse voluptatem liquidam, puramq; relinquit.
Lu. 3 de natura. Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat,
Nec deuitari letum pote quin obeamus.

Ex Vergilio.

Verg. de Mecænat. obitu. Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita rapit, sed tamen illa senes.
Heu mortem inuisam, quæ sola vincibus armis
Elatos frænas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, æternaq; fœdera seruans.
Quæ magnos paruosq; teris, quæ sortibus æquas
Lib. 5. Aeneid. Imbelles, populisq; duces, seniumq; iuuentæ.
Nate dea, quò fata trahunt retrahuntq;, sequamur:
Quicquid erit, superāda omnis fortuna ferendo est.
Stat sua cuiq; dies: breue, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.
Ibidem. Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum, rebus sublata secundis.

Ex Ouidio.

Ad Liuiam. Fata manent omnes, omnes expectat auarus
Portitor, & turbæ vix satis vna ratis.
Tendimus hûc omnes, metam properamus ad vnam.
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Ibidem. Fortunæ arbitrijs tempus dispensat vbiq;.
Illa rapit iuuenes, sustulit illa senes.
Quaq; ruit, furibunda ruit, totumq; per orbem
Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.
Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat: Lib 3. de fine ti.
Omnibus obscuras inijcit illa manus.
Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis: Ad Liuiam.
Stant rata, non vlla fila tenenda manu.
Nec letum timeo, genus ac miserabile leti:
Demite naufragium, mors mihi munus erit. Ouid. 1. Trist.
Vna tamen spes est, quæ me solatur in istis, 4. Trist.
Hæc fore morte mea non diuturna mala.
Maxima pœna mihi est ipsum offendisse, priusq; 5. Trist.
Venisset mallem funeris hora mihi.
Mors tantùm vellem matrem mea fallere posset. 13 Metam.
Mater obest, minuitq; necis mihi gaudia, quamuis
Non mea mors illi, verùm sua vita gemenda est.
Est honor & tumulis animas placare paternas, 2. Fast.
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Omnia debentur fato, paulumq; morati 10. Metam.
Serius aut citius sedem properamus ad vnam.
Tendimus hûc omnes, hæc est domus vltima.

Ex Lucano.

Sortilegis egeant dubij, semperq; futuris Lib 9. bel. Ciuil.
Casibus ancipites, me non oracula certum,
Sed mors certa facit, pauido, fortiq; cadendum est. Luca. lib. 8 bell. Ciuil.
Mors vltima pœna est Lib. 2.
Nec metuenda viris.
Sed quò fata trahunt, virtus secura sequetur.

Ex Plauto.

Neque est In Rudente.
Melius morte in malis rebus.
Dum ne ob malefacta pereo, parui æstimo, Idem in Capti.
Si ego hîc peribo.
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile:
Qui per virtutem peritat, non interit.
Instabilis est sors rerum, pro libidine fata agunt homines. In Bacchid.
Neq; est melius morte in malis rebus. In Rudente.

Ex Iuuenale.

Mors sola fatetur Satyr. 10.
Quantula sunt hominum corpuscula.
Quoties huic talis ad illos Idem Sat. 3.
Vmbra venit, cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum tedis, & si foret humida laurus,
Fata regunt orbem: certa stant omnia lege, Sat. 9.
Longaq; per certos signantur tempora cursus.

Ex Propertio.

Longius, aut propius mors sua quemq; manet. Lib. 2.
Quid genus, aut virtus, aut optima profuit illi Idem lib. 3
Mater, & amplexum Cæsaris esse focos?
Aut modò tam pleno fluitantia vela theatro,
Et per maternas omnia gesta manus?
Occidit, & misero steterat vigesimus annus:
Tot bona tam paruo clausit in orbe dies.
Sed tamen hûc omnes, hûc primus & vltimus ordo,
Et mala, sed cunctis ista terenda via est.
Exoranda canis tria sunt latrantia colla,
Scandenda est torui publica cymba senis.
Ille licet ferro cautus se condat, & ære,
Mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nerea non facies, non vis exemit Achillem,
Crœsum aut Pactoli, quas parit humor, opes.

Claudian. lib. 3. de rapta Proserp.

Sub tua purpurei veniunt vestigia reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti:
Omnia mors æquat.

Petrild. Corint.

Lex vniuersi est, quæ iubet nasci & mori.

Stat. lib. 2. bell. Pun.

Et pace & bello cunctis stat terminus æui.
Extremumq; diem primus tulit.

Ex Statio.

Stat. li. 9. Theb.

Mille modis leô miseros mors vna fatigat.

Lib 3. Syluar.

Fœlix ô si longa dies, si cernere vultus
Natorum, virideisq; genas tibi iusta dedissent
Stamina, sed media cecidere abrupta iuuenta
Gaudia, florentesq; manu scidit Atropos annos.
Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Puhentesq; rosæ primos moriuntur ad austros,
Aut vbi verna oouis expirat purpura pratis.
Omoia functa

Lib. 2. Sylua.

Aut moritura vides: obeunt ooctesq;, diesq;,
Astraq;, nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populus mortale genus, plehisq; caducæ
Quis fleat ioteritus? hos bella, hos æquora poscũt:
Ortum quicquid habet, finẽ omet: ihimus omnes,
Ibimus: immensis vrnam quatit Aeacus vmhris.

Tibul. eleg. 7. lib 1.

Hunc cecinere diem parcæ fatalia nentes
Stamina, non vlli dissoluenda Deo.
Quis furor est eoam bellis accersere mortem?
Imminet, & tacito clàm venit illa pede.

Corn. Gall.

Omoibus est eadem leti via: oon tameo vnus
Est vitæ cunctis, exitijq; modus.
Hac pueri atq; senes patitet, iuuenesq;, ferentur:
Hac par diuiobus paupet egenus erit.

Boet. Metro. 1. lib. 1.

Mors homioum fœlix, quæ se oec dulcibus annis.
Inserit, & mœstis sæpe vocata venit.
Heu heu, quàm surda miseros auertitur aure,
Et flentes oculos claudete sæua oegat.

Sill. Ital. li. 12. bell. Pun.

Soluitur omoe decus, leto niueosq; per artus
It Stygius color, & formæ populantur honores.
Ambrosiæ cecidere comæ, violataq; ceruix
Marmoreum in iugulum collo lambẽte recumbit:
Haud secus Oceano rediens Cythateius ignis,
Cùm se venari iactat splendore refecto,
Si suhita inuadat nubes, hehetatur in atris
Decrescens tenehris, languentia lumina coodit.

Veterum Poëtarum.

Mortalibus omoibus vita excedete necesse est.
Vita improha mors optahilior est.
Aut viuere citra molestiá, aut mori fœliciter oportet.
Mortalis natus cùm sis, mortuum oe irrideas.
Pulchrum mori, quibus vita iniuriam adfert.
Præstat non viuere, quàm miserè viuere.
Quem amat Deus, is moritur iuueois.
Nuoquam beatum censui sumptuosum mortuum.
Mori non turpe, sed turpiter mori.

Ex Græcis.

Ex Platone in Gorgia.

Nam mori quidem nullus formidat, nisi omninò rationis expers, atque ignauus: ioiustè autem se gerere aliquis formidat. Mulris enim peccatis refertam animam ad inferos descendere, extremum omnium est malorum.

In Phadone.

Est certè ô Cebes, maximè omnium ita, vt mihi videtur: oeque nos hæc ipsa quasi decepti confessi sumus: sed re vera reuiuiscentia est, atq; ex mortuis viuẽtes fiunt, mortuorũq; supersuot animæ, atq; bonis quidem melius est, malis verò peius.

De Leg. Dial.

Mors vltimum ooo est, sed extrema magis sunt inferorum supplicia: quæ licet verissimè narrentur, auertete tamen huiusmodi animos nequeunt: quoniam si auerterent, oulli qui parentes sceleratè pulsarent, vnquam reperirentur.

In Gorg.

SOCRAT. Mors quidem est, vt mihi videtur, nihil aliud quàm rerum duarum, animę scilicet & corporis, à se inuicem dissolutio.

In Phæd.

SOCR. Putamus'ne aliquid esse mortem? Aliquid certè, inquit Simmias. Nunquid aliud, inquit, quàm animæ à corpore solutionem? Esseq; id mortuum esse, scilicet solutum ab anima, corpus per se seorsum esse? Seorsum quoque à corpore animá solutam, ipsam per seipsam existere? Nunquid mors præter hoc aliud est? Nihil aliud, inquit Simmias.

SOCR. Tunc cõpotes euademus eius quod affectamus, sapienoæ scilicet, cùm mortui fuerimus, quemadmodum significat ratio: dum autem viuemus, nequaquam: nempe si nihil cum corpore purè discerni potest, è dunhus alterum: aut nullo modo possumus scieotiam consequi, aut post mortem. Tũc enim animus ipse per seipsum erit seorsum à corpore, prius verò nequaquam. Atq; dum viuimus, ita, vt videtur, proximè ad *scientiam* accedemus, si quàm mioimum *cum* corpore commercium habuerimus, *neque* quicquam cum illo communicauerimus, nisi quãtum summa cogat oecessitas: neque huius natura replehimur, sed ab eius cõtagione cauebimus, quoad Deus ipse nos soluat: atq; ita puri, & à corporis Insamia liberati, vt consentaneum est, cum talihus erimus, cognoscemusq; per nos ipsos syncerum quodlibet, id est forsitan ipsum verum. Nam impuro quidem purum attiugere oefas est.

In Axio.

SOCR. Quin tu igitur hanc omnem discutis ineptiam, illud cogitans, quòd soluta simul hac compage, animoq; rursus in proprium restituto locum, relictum istud corpus terrenum, atq; raoonis expers, amplius nequaquam est homo?

Ibidem.

SOCR. Discessus è vita, mali cuiusdam est in bonum commutaoo.

Ibidem.

SOCR. Audiui etiam Prodicum quandoq; dicentem, quòd nihil quicquã neq; ad viuentes mors, neq; ad defunctos pertinetet.

Ex Demosthene.

In Orat. de Cor.

Mortalibus omnibus vitæ finis est mors, etiam si quis in domũcula conclusum se conseruet: decet autem viros fortes & strenuos semper omnia quę præclara sunt, aggredi, spem honam velut propugnaculum, sibi propooeotes, & fortiter quicquid dederit Deus, ferre.

Ex Orat. Fune.

Qui in animis omnium mortaliũ insitum atq; innatum viuendi desiderium contemoendum duxerunt, & honestè mori malueruot, quàm viuentes Græciam videre in miserijs & calamitaóbus versari, non'ne singularem & præstaotissimam omni oraóooe virtutem suam reliquerunt?

3. Epistola.

Omnibus omnium peccatorũ terminus est mors.

Mortuorum cura habenda est.

Idẽ ex Ora.

Quantum quidem ciuitas de ijs, qui io bello perierunt, sit sollicita, cùm ex alijs rebus prospicere licet, tom maximè ex hac lege, per quam qui ad funera hæc publicam orationem habiturus eligi solet,

solet, sciens à frugi & probis viris facultatū possessiones, & voluptatum vsum non magnifieri, sed eorum omne studium in virtute & laudibus esse, orationibus ijs, quæ illis ea maximè præstareot, illos ipsos oportere honoribus afficere dixit, vt quam, cùm adhuc viuerent, præclaram famam & gloriam nacti essent, eas quoq; defunctis ipsis tribueretur.

Ex Orat. de dote contra Boeotum. Qui natura liberi fuot, etiamsi cum patribus adhuc viuentibus altercati fuerint, eos tamen vita functos laudibus exornant: qui verò censentur filij, cùm ex illorum satu non sint, vt facilè cum viuis ipsis dissentiuot, nihil pudet eos defunctis ipsis maledicere.

Contra Nico. Leges defendite, & mortuorum curam habere, ne eorum nomen & familia pereat.

De Coron. Ecquis omnium non nouit, viuentibus quidem hominibus subesse quandam aut maiorem, aut minorem inuidiam: mortuos porrò ne hostium quidem vllum præterea odisse?

Ad Leptinem. Illa est ex legibus Solonis, quæ videntur rectè se habere, nemini defuncto maledicendum.

Contra Macartatum. Solon in legibus, & Deus in oraculo mandat, vt cognati & affines mortuis inferias certis diebus exhibeant.

Ex Orat. funeb. Nulla potest dici vel verior, vel honestior causa, cur hostium dominus propinquis & familiaribus defunctorum amicus esse velit, quàm rursum pro toto dimicare maluerit, quàm virtutis eorum admiratio.

Ibidem. Diligenter exquirens atq; considerans, satis dignè pro defunctis verba facere, vnū eorum quæ fieri nequeunt, esse reperi.

Ex Orat. de Falsa legat. Cùm aliorum bonorum nulla sit defunctis communio, sed ob res præclarè gestas laudationes eorum, qui sic interierunt, sunt veluti propria merces: neque enim amplius tunc eis aduersatur inuidia.

Mors inevitabilis est.

Aeschylus. Mors sola deûm non amat munera.
Non vllus ei sacrificat, aut libat in templis.
Nullam habet aram, non celebratur hymnis,
Sed ab ea dæmonum sola, aliena est Suadela.

Homer. Iliad. 9 Obnoxij prædæ sunt boues, & pinguia pecora,
Et tripodes acquiri possunt, & equorum flauicoma capita:
At hominis anima, vt redeat, neque per prædam,
Nec aliter capi potest, vbi semel emigrauerit è vallo dentium.

Philetas. Iter feci ad inferos,
Per quod nullus retrorsum viator redijt.

Simonides. Nihil ad inferos quàm somnus transit inanis.
Silentium inter vmbras est, & oculis offunduntur tenebræ.
Omnia perueniunt ad vnam voraginem diram,
Et magnæ virtutes, & diuitiæ.
Mors etiam profugum assequitur.

Euripides. Corpus resoluitur, cùm spiritus emigrauit.
Mors autem imminet
Etiam illi, qui domi desidet extra pericula.

Menander. Immortalitas comparari non potest, ne si collegeris quidem
Infinita talenta, quot habuisse Tantalus fertur:
Sed morieris, eaq; relinques alteri.

Sophocles. Antiquus momento cadunt exiguo corpora.
Quisquis verò mortalium nimis mortem extimescit,
Is stultus est: fortuna hæc curat.
Nam vbi tempus aduenerit moriendi,
Ne ad Iouis quidem vestibula perueniens effugerit aliquis.

Anacreon. Cans iam nobis tempora sunt, albetq; caput,
Et non amplius gratiosa iuuentus adest: sed dentes produnt senium.
Nec amplius longum vitæ suauis tempus superest.
Quamobrem sæpe suspiro, tartarum
Metuens: terribilis enim est Plutonis spelunca,
Et descensus ad ipsam horrendus.
Nam qui semel descendit, redire non potest.

Euripides. Cunctis mortalibus mors debetur.
Et nullus hominum certò nouit,
An victurus sit diem crastinum.

Diphilus. Cùm sis natus mortalis, mori ne timeas.

Aristophanes. Mortem metuere magna stultitia est:
Omnibus enim nobis hanc pati fatale est.

Posidippus. Inter ea quæ homo diuinitus sibi dari optat,
Nihil optat quod immortalitate melius sit.

Plato. Hoc mors nominatur, solutio & separatio animæ à corpore.

Porphyrius. Quòd natura ligauit, id soluit natura: & quod anima ligauit, id ipsa rursum soluit. Ligauit autem natura corpus in anima: anima seipsam in corpore. Natura igitur corpus ab anima soluit: anima verò seipsam soluit à corpore.

Epictetus. Perturbant homines non res ipsæ, sed rerum opiniones: vt mors nihil terribile: alioqui & Socrati visa foret: sed ipsa opinio solùm de morte terrorem incutit. Igitur cùm impedimur, perturbamur, aut dolemus, nūquam alium, sed nos ipsos, hoc est opiniones nostras accusemus.

Ibidem. Quemadmodum in nauigatione, vbi in portum ventum est, si exeas aquatum, incidit vt obiter in vis cochleas aut bulbulos colligas: animum tamen ad nauigium intentum habere conuenit, & sæpe respicere an gubernator vocet, & si vocet, omnia illa abijcere, ne vinctus eò conijciaris instar pecudū: sic in vita, si pro cochlea aut bulbulo, vxorcula nobis, aut filiolus præbeatur, nihil prohibebit eis vti: si autem gubernator vocet, curre ad nauigium, relinquens hæc, neque conspiciens. Si autem sis senex, nunquam procul à nauigio discede, ne fortè vocatus desis.

Gorgias Leontinus iam vicinus morti, viribus deficiēs, sensim in somnum delapsus iacebat: & si quis ipsum ex familiaribus interrogaret, quid ageret, respondebat, Iam somnus incipit me fratri suo tradere.

Socrates. Relinquenda est anima, nec lachrymis & fletibus turbanda. Fatum enim ferre boni viri est.

Aeschines. Mors non est terribilis, sed violenta affectio circa mortem horrenda est.

Cùm omnibus ex æquo mors fatalis sit, nō tardè, sed gloriosè mori fœlicitas est.

Arimnestus interrogatus quod maximum homini bonum esset: Bene mori, respondit.

Simile quid nobis accidit & illis quibus exilij causa verteodum est solum. Fœlices enim ex eis sunt, qui statim vltrò exeunt: qui autem id facere noluot, per vim pelluntur.

Gorgias orator iam senex interrogatus an libenter moreretur: Maximè, dixit: nam tanquam ex putri & diffluente domuncula non inuitus discedo.

Epicurus. Mors nihil ad nos. Nam quod dissolutum est, sensu priuatur: quod autem sensus expers est, nihil ad nos.

Hermachus. Mors facilè contemni potest. Causa enim efficiens irrita fit, quando patiens interijt.

Porphyrius. Duplex est mors: altera vulgo cognita, cùm corpus ab anima soluitur: altera philosophorum, cùm anima à corpore: & non necessariò altera sequitur alteram.

Metrodorus. Aduersus alia quidem, munimenta parari possunt: quod verò ad mortem attinet, omnes homines ciuitatem immunitam habemus.

Mortis laus.

Euripides. Audi, vt animo tuo gaudium inijciam,
Non nasci & mori rem similem puto.

Theognis. Optimum est hominibus omninò non nasci,
Nec intueri radios feruidi solis,
Genitum verò quamprimum ad orci migrare portas,
Et iacere copiosa obrutum tellure.

Neoptole. O mors, vtinam te capere nostri arbitrij esset, vt te mihi sumerem
Omnium primo: quantumuis enim inimica, gratissima mihi fores.

Euripides. Si quid est infra tellurem,
Opto autem nihil esse. Nam si habituri sumus
Illic etiam curas morituri nos homines,
Nescio quò quis se vertat. Mors enim
Maximum existimatur malorum esse remedium.

Sophocles. Vltimus morborum medicus mors est.

Menander. Dilectus dijs in iuuentute moritur.

Leonidas. Bono animo perge, ad inferos ducentem
Viam incedens. Non enim difficilis est,
Nec tortuosa, nec vllis erroribus plena.
Sed est rectissima, & decliuis
Tota, ac vel à cæcis conficitur.

Euripides. Iam satis ô vita durasti: desine tandem, priusquã nouus aliquis casus
Aut meis opibus, aut corpori meo accidat.

Sotades. Mors omnium mortalium portus est.

Aeschylus. O mors, ne quæso patiar repulsam, quominus ad te veniam.
Tu sola malis incurabilibus mederis:
Et nullus dolor sequitur mortuos.

Sophocles. Hoc nihil aliud est, quàm vt moriar.
Mortuis enim nullus accedit labor.

Astydamas. Vale, & gaude, si quid apud inferos gaudij est:
Vt esse puto. Vbi enim nulla vitam tristitia turbat,
Ibi gaudium est malorum obliuione fœlix.

Euripides. Quis nouit an viuere sit, quod nos vocamus mori,
Mors autem vita? Veruntamen homines
Aegrotant viuentes: defuncti autem
Nihil ægrotant, nec mala experiuntur.

Anaxagoras aiebat duas esse mortis doctrinas; alteram, tempus antequam nati sumus: alteram, somnum.

Democritus. Homines aliqui naturæ mortalis dissolutionem ignorãtes, conscij verò sibi vitæ infœliciter actæ, omne dum viuunt tempus miserè turbantur ac metuunt, mendacia confingentes de tempore mortem sequuturo.

Idem. Satius est gloriosam mortem, quàm ingloriam vitam
Adipisci. Et bona mors est tali homini.

Sophocles. Oportet nos ratiocinantes
Plorare natum, vt maxima ingressum mala:
At mortuum, vitæq; subductum malis,
Efferre lætos, gratulantesq; ædibus.

Trophonius & Agamedes cùm Delphicum templum construxissent, mercedem ab Apolline petebant: quam ille se daturum ipsis cùm promisisset, septimo pòst die, eodem mortui sunt.

Cleobis & Biton, cùm ipsorũ mater Cydippe Iunonem rogasset, vt optimam rem filijs donaret, eò quòd iugum ipsimet subijssent, matremque ad templum perduxissent, vitam statim finiuerunt.

Causiani nascentes lugent: mortuos autem beatos reputant.

Demosthenes. Quis ignorat, quòd nulli non viuentes, alij magis, alij minus, obnoxij sint inuidiæ: mortuos verò ne hostis quidem vllus ignominia affecerit?

Menander. Multos mors ceu maximum malum perterret, ob ignorantiam rei. Fit enim mors per dissolutionem ægroti corporis, & ob læsionem compaginum eis. Est autem compago, articulatio corporis. Moritur autem corpus, cùm nnn amplius ferre potest hominem. Et hoc ipsum mors est, corporis dissolutio, & corporei sensus abolitio.

Themistius. Si immortalitatis opinio peruetusta sit, quomodo fit vt mortis metus sit inter omnes timores antiquissimus? Non enim recens est & nouum, lugere mortuũ. Tum Timon: Si hoc modo contemplari libuerit, immortalitas nobis apparitura videtur. Primùm mortis nomen τοῦ θανάτου, hominem è vita migrantem, non ad locum sub terram referre, sed extollere videtur ἄνω εἰς θεὸν: hoc est, sursum ad diuinam sedem. Anima enim veluti à vinculo corporis, quod expirauit, soluta, tum demum verè respirans seque recreans, Deo sociatur. Deinde morti oppositam τὴν γένεσιν, id est, generationem, contemplare, quomodo contrarium quid indicet, nempe inclinationem quãdam deorsum, & νεύειν ἐπὶ γῆν, id est, nutationem in terram, cùm rursum descendit illa pars, quę moriente homine ascendit, vnde genethliũ, hoc est natalitium diem vocant, ὡς ἀρχὴν γενομένην ἄθλων, id est, eò quòd principium sit certaminum & laborum multorum.

Idem. Ita perijsse dicimus animam, vbi mutata est & ad vniuersi ordinem reuersa: quod in corpore viuens fore nescit, antequam moriatur. Mortis autem affectum subire simile est initiationi in magnis aliquibus sacris. Primùm errores vitam occupant, & discursus fatigantes, ac veluti per tenebras itinera suspecta ac inutilia fiunt. Dein ante finem vitæ nihil non graue superuenit, horror, tremor, sudor, ac stupor. Post mortem verò mirabilis quædam lux occurrit, aut loci puri, & amœna prata excipiunt defunctos, in quibus voces, choreæ, & venerabiles de rebus sacris narrationes resonant: illic homo iam perfectus, initiatus, sui iuris factus, coronatus obambulans sacra celebrat: conuersatur viris sanctis, profanam

oam in terra & impuram turbã inspiciens: mortis autẽ metu & dubitatiooe de meliori defunctorum statu in terrestribus malis permanet.

Dum anima copulata est corpori, tale quid ei accidit, quale Vlyssi. Nam vt ille ad caprificum hæret bat, ooo amore eius, sed metu subiacentis Charybdis: sic anima corpori inhæret, ooo ob gratiam eius & beueuolentiam, sed mortis incertitudinem pertimescens. Habent enim dij vitam mortalibus absconditam, vt sapiens Hesiodos canit. Itaque non carneis quibusdam vinculis animam corpori astrictam reddiderunt, sed vnicum ei vinculum, vnamq; machinã moliti sunt, incertam dubiamq; illorum, quæ mortem sequutura sunt, opiniooem inserentes. Nam si anima liquidò cognosceret, quæ defunctos homines manerent, iuxta Heraclitum, nulla vtique vi retineretur.

Plato in Apologia Socratis. Duorum alterum mors est. Nam aut taoquam nihil omoinò fit, sensum nullum vllius rei retinet is qui decessit è vita: aut permutatio quædam & transmigratio animæ ab hoc m alium locum. Siue ergo oullus remanet sensus, sed tanquam somnus quidam est, in qoo quis somnium cernit nullum, admirabile lucrum erit in morte.

Plato in Phæd. Cygni cùm se breui præsentiũt morituros, dulcius canunt, quàm antea, gratulãtes quòd ad Deum, cuius erant famuli, commigraturi sint. Homines verò mortem expauescentes, cygnos falsò criminantur, quòd lugentes mortem ob dolorem, cantum emittant. Profectò haud animaduertunt oullam esse auem, quæ caoter quando esuriat, aut alio quouis afficiatur incommodo. At mihi neque eæ aues præ dolore videntur canere. Sed quia Phœbo sacri sunt, præsagiunt alterius vitæ bona: ideoq; gestiunt ea die alacrius, quàm superiori tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conseruum, neque deterius vaticinium à Phœbo habere, neque ignauius è vita decedere.

Idem in Cratylo. Quioetiam audiui beoe ominando moriendum esse: quiescite igitur, & sustinete.

Herodotus in Terpsic. Apud Thraces, puero edito, propinqui eum circumsidentes cum fletu prosequuntur, recensentes quæcumque necesse est illi, quòd vitam ingressus sit, perpeti humanas calamitates. Hominem fato functum, per lusum atq; lętitiam terræ mandant, referentes quot malis liberatus sit in omni fœlicitate.

Plato in Axiocho. Vita peregrinatio qoædam est, qua deceoter, modesteq; transacta, oportet alacriter ad fatalem locum discedere: molliter verò se habere, ac ægrè pueri more diuelli, nequaquam prudentiæ præ se fert adultioris ætatem.

Ibidem. Mors oeque circa viuos, oeq; circa defuoctos est. Quomodo dicis istud, Socrates? Quoniã circa viuos quidem tioo est: defuncti verò non existunt.

Mortis & vitæ comparatio.

Euripides. Non idem est ô fili, viuere ac mori.
Hoc enim nihil est: illud verò spem fouet.

Simonid. Tempus est breue viuendi: qui verò semel conditus fuerit
Sub terra, iacet mortalis per omne æuum.

Antiphan. Nullus vnquam ô domine mortuus est, mori cupiens & promptus.
Sed cupidos viuendi crure detrahit
Charon vel inuitos, & ad locum sacrum perducit
Epulantes, & omnia habentes abudè.
Pestis autem remedium est contra immortalitatẽ.

Menander. Quàm iucundum est viuere, si quis cum illis viuerit quos probat.
Istud est viuere, non sibi viuere soli.
Et mori iocundum est, cui oon viuere licet vt libet.
Istum fortunatissimum esse dico, qui sine molestia cootemplatus
Res illas venerandas, mox rursum illuc abijt, vnde veoerat:
Contemplatus inquam solem, commune sydus, aquam,
Nubes, ignem. Hæc enim, etsi vixerit anoos centũ,
Præsentia videbit: etsi paucos admodum annos,
Nihil aliud istis videbit augustius.
Nundinas esse quasdam puto tempus homiuum
Istud, solemoes & populosas,
In quibus magna est turba, mercatus, fures, aleæ, colloquia.
Si primus abieris, diuertes melius,
Viaticum habens: oulli infensus abijsti.
Qui verò immoratur, fessus tandem perijt,
Et miserè consenescens, aliqua re fit indigus,
Vexatur, hostes reperit, insidijs alicunde impetitur.
Ac demum, quum in hoc seculum venerit, infœlici morte defungitur.

Sophocles. Multo satius est mori, quàm vitam agere miseram.
Præstat enim ooo esse, quàm viuere malè.

Euripides. Equidem olim si quem videbam per ciuitatem
Cæcum, ab itioeris duce errantem:
Ah dæmooum tristi conuicia dicebam fortunæ,
Quòd ille miser procul esset à morte seiunctus.
Nunc autem cootra seotentiam priorem meam
Lapsus infœlix ego sum. O vitæ cupidi mortales,
Qui posteram iotueri lucem
Semper cupiďs, plurimorum oous malorum.
Adeò vitam homioes amant.
Scimus quidem viuere: præ inscitia verò viueodi,
Nullus noo relinquere metuit hoc solis iubar.

Apollodo. Tranquillè viuere iucuodum. Beata est vita
Et veneranda, si fuerit cum alijs quoque trãquillis.
Inter feras autem & simias versantem oportet
Esse simiam, ô vitam miseram.

Euripides. Ego illos, qui beoe mortui suot,
Potius viuere dixerim, quàm illos qui inhonestè viuunt.

Aeschylus. Mors gloriosior est, quàm vita mala.
Mors fœlicior est, quàm vita mala.
Satius est ooo nasci, quàm natum esse.
Vnde quæso nomen haberet Pluto,
Ni diues optimarum esset rerum? sed vnum tibi dicam,
Quantùm hæc inferiora præstent illis quæ Iuppiter habet.
Nam si trutines, plena statera lanx
Deorsum vergit: inanis autem ad cælum.
Nunquam enim sic coronis redimiti,
Propooeremur in funeribus, nec vnguentis delibuti,
Nisi statim vt descendimus, bibere nos oporteret.

Propt

Propterea beati etiam appellantur.
Nam singulis ita loqui moris est: beatus mortem obijt:
Obdormiuit fœlix: non enim amplius tristabitur.
Et sacrificamus ipsis libamina in exequijs,
Quemadmodum dijs, & inferias fundimus.

Menander. Quidnam boni mortuus haberet,
Quum nos viuentes nihil habeamus?

Euripides. Mortuus autem fœlicior fuerit,
Quàm viuus. Vita enim non bona, magnus labor est.

Sophocles. Quisquis calamitosus vitam desiderat,
Aut malus & inuidus est, aut animus ei in doloribus occalluit.
Turpe est illum hominem longam sibi cupere vitam,
Qui nunquam interquiescit à malis.
Quid enim ipsa dies delectare potest, quotidie
Aliquid addens, & procrastinans mortem?
Non emerim ne verbulo quidem hominem,
Quem vanæ spes fouent.
Nam aut honestè viuere, aut honestè mori,
Generosum oportet,

Aeschylus. Quid iuuat viuere vitam, quæ tristitiam parit?

Euripides. Viuos oportet beneficijs demereri. Omnis enim mortuus
Terra est, & vmbra, res nihili, nullius momenti.

Diogeni quum dixisset quidam, Molesta res est viuere: Non, dixit, sed malè viuere.

Epictetus. Magis necessarium est mederi animæ, quàm corpori. Mori enim melius est, quàm malè viuere.

Pyrrhon aiebat nihil interesse inter vitam ac mortem. Et cùm quidam ad eum diceret, Quur igitur tu non moreris? Quia nihil interest, respondit.

Ibidem. Mirabilis est natura, &, vt Xenophon inquit, vitæ cupida. Corpus igitur istud omnium sordidissimum amamus, & colimus. At si oporteret quinque dies solùm vicini corpus curare, non sustineremus. Vide enim qualis res sit, diluculo surgentem alienos dentes fricare, & post aliquod opus necessarium illas partes abluere. Reuera mirum est amari corpus istud, cui tot indies ministeria sunt exhibẽda. Hanc peram farcio, & rursus euacuo: quid isto molestius? Sed oportet me Deo inseruire. Quamobrẽ maneo, & sustineo lauare corpus istud miserũ, pascere, vestire. Quum verò iunior essem, etiam aliud quidpiã mihi imperabat, & sustinebam tamen ipsum. Quur igitur nõ sustinetis, quũ natura corpus vobis aufert, quod prius dederat? Amo, inquit, ipsum. Atqui amorem etiam eius natura tibi dedit. Sed eadẽ, inquit, dimitte nunc ipsum, & non amplius occupator.

Si quis senex nõ moriatur, deos incusat, quòd negotium ei facessant, hoc tempore, quo ipsum iam quiescere conueniret. Et nihilominus quum mors accesserit, vitam desiderat, medicum accersit, & orat, ne quid in medendo promptitudinis ac diligẽtiæ prætermittat. O mirabiles homines, qui nec viuere, nec mori volunt.

Longiori vitæ sed deteriori, breuior sed melior ab omnibus omninò præferenda est.

Plato in Apol. Socratis. Sed nunc abeundi tempus est, mihi morituro, vobis victuris. Vtri verò nostrum ad meliorem statum adeant, omnibus incertum est, præterquàm Deo.

Apollonius. Homini fortunato breuis est vita, infortunato longa.

Idem. Omnia quamcumq; ob causam nascentia, dissolui oportet. Immortalis enim natura solis diuinis conuenit. Quicquid ab artifice ex aliqua materia compositum est, corruptionem subit. Siquidem & plantis omnibus, ferro, & lapidibus mutatio contingit morti similis: arboribus & lignis, putredo: lapidibus, dissolutio: ferro, ferrugo. Quinetiam mundum aiunt, quoniam genitus est, in ignem dissolutum iri. Homini quoque, & feris omnibus, è vita migrare omninò necessariũ est.

Inter viuẽdum non exiguus labor, nec breuis tristitia homines fatigat. Nec enim ea quæ ad corpus pertinent, satis bene possident, nec sanitate continua fruuntur. Sed neque voluptates faciles contingunt, quum semper aliquid triste præcedat: quicquid verò suaue nobis continent, id omne fugacem delectationem habet.

De morte dubium est, an naturam veræ vitæ contineat, quum vitam aliqui mortem appellent. Quanta verò bona exhibeat nos constanter excipiens, inde patet, quòd molesta animis corpora, & malorum causas, ipsa dissoluit elementis suis, ea restituens, quæ prius ab ipsis veluti mutuata fuerat.

Mors animas ad opacum locum deducit, vbi iudices ac veraces dij, de iustis iniustisq; sententiam ferentes sedent. Tum animæ iudicijs victoriam nactæ, ad campos Elysios mittuntur: ac fiunt amicæ & sociæ heroum, quorum olim famam omnes admirabantur, & regibus ac imperatoribus semper adhẹrẽt. Malas verò & improbas, infœlix mutatio suscipit, nec amplius luce fruũtur.

Plato in Gorgia. Quinetiam grauis est vita. Neq; miror, si verum sit hoc Euripidis dictũ: Quis nouit vtrũ viuere mori sit, mori autẽ viuere? Et nũc fortè re vera mortui sumus. Audiui iam à sapiente quodam, nos nunc mortuos esse, corpusq; nostrum nobis sepulchrum esse: partemque illam animæ, in qua cupiditates sunt, perinde se habere, ac si persuadendo, vicissimque dissuadendo, sursum deorsumq; agitetur.

Xenophon. Mors mihi nec honesta, nec turpis esse videtur. Terminus autem vitę non omnibus idem est, quum firmitas aut imbecillitas virium à prima natiuitate dissimilis, inæqualem annorum ætatem efficiat. Causa verò aliquando turpis, aliquando honesta & decora mortem promouet.

Plato in Axio cho. Soluta semel hac cõpage, animoq; rursus in proprium locum restituto, relictũ istud corpus terrenum, & rationis expers, nõ amplius est homo. Nos enim anima sumus, animal immortale, mortali inclusum munimento.

Cæterùm in vita tanquam in theatro tandiu permanendum est, quandiu rerum & operum huius vitæ iucundum fuerit spectaculum.

In mortuos non exercenda est contumelia.

Hom. Odyss. Nefas est super viris defunctis gloriari.

Archilochus. Temerarium est vmbram hominis mortui affligere

Viuos castigare decet, non mortuos.

Malum est viris defunctis conuiciari.

Euripides. Mors contentionum finem hominibus
Habet: quid enim inter mortales maius esse potest morte?
Quis durum saxum basta vulnerans
Dolore afficiet? Et quis in mortuos contumelius dolorem eis cieat?

Aeschylus. Vita functos, si libet, beneficijs prosequere.
Nam iniuriam illis inferre facile quidem factu est.
Verùm Nemesis superior nobis est,
Et ipsa iustitia mortuum vindicat.

Diodorus. Homini mortuo vnusquisque, licet admodum
Inimicus anteà fuerit, conciliatur.

Euripides. Decet, vt qui viuunt, mortuis
Honores tribuendo, infernale numen colant.

Archilochus. Mortuos Misericordia benignum numen sequitur:
Viuentes autem aliud iniustissimum, nempe inuidia.

Sophocles. Oportet mortuo viuentem inseruire & auxiliari, vt pote moriturum & ipsum.

Menander. Insigni cupiam viro proni sumus omnes
Inuidere viuo, mortuum autem laudare.

Sophocles. O Menelaë, qui sermonem habuisti sapientem, vide
Ne tu ipse iniurius fias mortuis.
Quid iuuat mortuos, qui non amplius sunt, affligere?
Aut mutam terram contumelijs afficere?
Postquam enim, qui iucunda discernit,
Et molesta, sensus iam interierit,
Corpus in posterum instar est surdæ petræ.

Chilo. Defunctum non maledictis afficias, sed beatum prædices.

An non illiberale quiddam, cogitationisq́; auaræ, muliebris, ac vilis esse videtur, cadauer expoliare, hostemq́; putare mortui corpus, cùm aduersarius abierit? Num censes eos, qui hoc agunt, differre à canibus, qui aduersus lapides iactos irascũtur, eo qui iecit dimisso? Nihilo equidem differre arbitror. Quare à rapinis huiusmodi abstinendum est: victoriæ namq; obsunt.

Mortuorum memoria non statim euanescit.

Euripides. Nullus hominum fidus est amicus tumulo.

Sophocles. Mortuos etiam grati sermones deserunt.
Papæ, quàm citò apud homines mortui
Gratia diffluit, & deserta apparet.

Archilochus. Nullus inter ciues à morte honorabilis aut clarus
Fit, sed potius viuentis gratiam aucupamur
Viui. Pessimè autem erga mortuum agitur.

Aeschylus. Cùm defunctus est quispiam, omnis hominum gratia perit.
Rari planè sunt amici post funus constantes,
Etsi prius coniunctissimi. Nam in præsentia habere præpollet.
Gratia pietatis, quæ coràm fieri solebat,
Interit, cùm quis domo effertur.

Euripides. Deus sæpe quos plurimi facit, eos citius aufert è vita.
Non mihi sine luctu mors eueniat, sed mortuus
relinquam dolores, & suspiria.

Arist. de Cælo & mund. Maximum & optimum bonum est hominibus sortiri finem bonum.

Mors senum sine tristitia est, quia nullo eis dolore contingente moriuntur. *Idem.*

Mors maximè omnium est terribile. Est enim vltimum vitæ. *Ethic. 3*

Nihil in vita mali est ei, qui sentit, nihil in vitæ priuatione mali esse. *Epicurus.*

Hoc quidem iam apparet, res & secundas amicorũ & aduersas, ad eos pertinere qui occiderint: sed ita, vt neq; ex beatis miseros faciant, neque aliud quicquam generis eiusdem. *Arist. Ethic. 1. cap. 11*

Mortem sibi ipsi consciscere, fugientem vel inopiam, vel amorem, vel molestiam, fortis animi magnique non est, sed angusti potius & timidi. *Idem lib. 3*

Qui pro amicis & patria mortem non dubitant oppetere: ijdem sibi quidem magnum decus assumunt, & diuitias pro nihilo ducũt, quo maiores opes amici consequantur.

De morte non vulgari, exempla.

Tullus Hostilius fulmine ictus cum tota domo cõflagrauit. Singularem fati sortem, qua accidit, vt columen vrbis in ipsa vrbe captũ, ne supremo quidem funeris honore à ciuibus decorari posset, cælesti flamma in eadem conditione redactum, eosdem penates, & regiam, & rogum, & sepulchrum haberet.

In erpiendo spiritu idem potuit gaudium, quod fulmen. Duarum enim mulierum, nunciata clade, ad lacum Trasimenum accepta: altera mater sospiti filio ad portam obuia facta, in eius complexu expirauit: altera, cùm falso mortis filij nuntio mœsta domi sederet, ad primum cõspectum redeuntis exanimata est.

M. Iuuentius Talua consul, cùm in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis literis, decretas ei à Senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta, ante focum collapsus, mortuus humi iacuit.

Q. Catullus Cimbrici triumphi cum Mario particeps, ab eodem Mario propter ciuiles dissensiones mori iussus, recenti calce illito, multoque igni percalefacto, cubiculo se inclusum peremit.

L. Cornelius Merula, Consularis, & flamẽ Dialis, ne ludibrio insolentissimis victoribus esset, in Iouis sacrario, venis incisis, mortis contumeliæ denuntiationem effugit, effusoq́; eius sanguine foci maduerunt.

Herennius Siculus, quo aruspice & amico vsus fuerat Graccbus, cùm eo nomine in carcerem duceretur, in poste illiso capite, in ipso ignominiæ aditu concidit, ac spiritum deposuit.

Consimili mortis impetu C. Licinius Macer, vir Consularis & Prętorius, repetundarum reus, M. Ciceronem, id iudicium cogentem, quẽdam ex suis iussit alloqui, se non damnatum, sed reum perijsse. At protinus sudario, ore & faucibus coarctatus, incluso spiritu, pœnam morte præcurrit.

Drusus Pompeius, Claudij Cæsaris filius, cùm puer ludens, iactum in sublime pyrum ore excepisset, idque altè in guttur descendisset, anima præclusa mortem obijt.

Fabius Prætor, hausto in lacte pilo, præcluso spiritu animam

animam egit: adeò parua re hominis mors persæpe constat.

Sylla dictator morbo pediculari dies suos finiuit.

Appianus & Priscus furiosi effecti, morbibus alternis sese dilaniarunt.

Aurelianus eo die, quo Domitiani imperatoris filiam in vxorem accepit, ad sonitum ioculatorũ, tandiu iocatus est, quousq; spiritum ibidem exhalauerit.

Tarquinius Priscus, cùm ad mensam sederet, os piscis ita trãsuersum est in gutture, vt nocte illa miserabiliter expirarit.

Pompeius Cæsar, & Crassus, quibus omnes Chaldæi auspices præclaro fine morituros eos in patria promisere, cæsi sunt omnes ferro, duoq; longè ab Italia fuerunt inhumati.

Ex Græcis.

Aeschylus in Sicilia mœnibus vrbis egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis, perinde ac lapidi eam illisit, vt fractæ testudinis carne vesceretur: eoque ictu interemptus est fortioris Tragœdiæ origo.

Coma frater Diogenis cuiusdam latronum ducis, ad Rutilium consulem Romanum productus, cùm de viribus & conatibus fugitiuorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligendum, caput operuit: innixusq; genibus, compresso spiritu inter ipsas custodum manus, exoptata securitate acquieuit. Tot queant se miseri, quibus extingui, quàm superesse vtilius est, trepido & anxio consilio, quanam ratione vita exeant, quærentes: ferrum acuant, venena tẽperent, laqueos apprehendant, vt corporis atque animi infirmo vinculo cohærens societas dirimatur. Nihil horum Coma: sed intra pectus inclusa anima, finẽ sui reperit. Enimuerò minimo studio retinendũ bonum, cuius caduca possessio tam leui afflatu violentiæ concussa dilabi potuit.

Homerus poëta, cùm quæstionem à piscatoribus propositam soluere nõ potuisset, dolore absumptus creditur.

Euripides ab Archelai regis cœna domũ hospitalem repetens, canum morsibus laniatus obijt.

Sophocles vltimæ iam senectutis, cùm in certamẽ tragœdiam iam dimisisset, ancipiti sententiarum euentu diu solicitus, aliquando tamen vna sententia victor, causam mortis gaudium habuit.

Philemon vi immoderati risus absumptus fuit. Paratas enim ficos asello comedente, puerum vt illum abigeret, inclamauit: qui cùm comestis omnibus superuenisset, Quoniam, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. Ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorũ prosequutus, senile guttur salebris spiritus prægrauauit.

Anacreon dum passæ vuæ succo tenues & exiles viriũ reliquias foueret, vnius grani pertinacior in aridis faucibus humor assumpsit.

Milo Crotoniates, cùm iter faciens, quercum in agro cuneis adactis fissam vidisset, fretus viribus, accessit ad eam, insertisq; manibus diuellere conatus est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata compressit, eumq; cum tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit.

Polydamas athleta speluncam tempestate subire coactus, nimio incursu aquæ labefactata ea, ac ruente, cæteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit: sed põdere omni humano corpore potentiore pressus, dementis fati sepulchrum habuit. Quocirca hi documento sunt, nimio membrorum robore, vigorem mentis hebescere: quasi abnuente natura vtriusque boni largitionem, ne supra mortalem sit fœlicitatem, eundem & valentissimum esse, & sapientissimũ.

Xenocrates Chalcedonius Philosophus, noctu sine lumine domum perambulans, patellæ caput incommodè adeò illisit, vt eo effracto moreretur.

Thales Milesius, cùm senio confectus ludos in theatro spectaret, sedens calore sitiq; interijt.

Heraclitus Ephesius, cùm hydropisim curandi gratia bouino stercore perunctus, sub sole maneret, & fortè solus relictus esset, à canibus, cùm feram esse putarent, dilaniatus fuit.

Præ gaudio perierunt Græca vanitate capti Diagoras Rhodius, & item Chilon Philosophus, cùm filios Olympicis ludis victores deoscularentur.

Dionysius Syracusanus tyrannus, magna fœlicitate potitus, modestè semper antea fortunam tulerat: accepto autem nuncio de victoria inter Tragæos parta, nimio gaudio repentè mortuus est.

Diodorus Dialecticus, cùm tam citò, vt voluisset, quæstionem à Stilpone propositam non dissolueret, repentina anxietate pressus animam egit.

Empedocles, cùm lacum Aetnæ montis inuestigaret, decidit in igneam foueam, incendioq; consumptus est.

Apophthegmata.

Quum Philippus irrupisset in Peloponnesum, & quidam diceret, Periculum est, ne acerba patiãtor Lacedæmonij, nisi Philippo reconcilientur: tunc Damindas dixit, O semiuiri, quid nobis acerbè poterit accidere, qui mortem contemnimus. *Mortis contemptus.*

Tectamenes, postquam Ephori capitis sententiam in ipsum pronuntiassent, abijt ridens. Rogantibus qui aderant, an etiam contemneret Spartanorum leges, Non, inquit: quin gaudeo potius, quòd hęc mihi mulcta soluẽda est, quam eam nec indixerim cuipiam, nec à quopiam mutuo acceperim.

Hippodamus octogesimum annum agens, simul cum Agide iussus est Spartam ire, aduersus Archidamum qui aciem instructã haberet, dixitq; An non honestius est vt pro Sparta fortem bonumq; virum præstans mortem oppetam? Ac statim sumptis armis, stansq; regi ad dextram pugnando interijt.

Callicratidas, apud Arginusas cùm esset nauali pugna conflicturus, ac naucleros diceret, bonum esse ab eo loco soluere, quòd hostiũ naues multo plures essent: Quid tum, inquit postea? Atqui fugere ignominiosum est Spartæ: contrà mori, aut vincere, honestissimum.

Idem, ante cõflictum peracto sacrificio, quum aruspex nuntiaret, ex incensis exercitui quidem victoriam,

ctoriam, sed imperatori mortem portendi, nihil territus, Haud penes vnum, inquit, sunt res Spartæ: me siquidem mortuo nihil deterius acceptura est patria, sed si hostibus cessero, aliquid decedet patriæ. Itaque pugnam aggressus, pugnando interijt.

Leonidas, Ephoris percontantibus, si quid præterea facere decreuisset, Nihil aliud, inquit, quàm barbarorum transitum impediturus, & pro Græcis moriturus.

Chilo Lacedæmonius mortem sic contemnendam esse dicebat, vt nihilo secius curam habeas incolumitatis. Non enim est fortitudinis, sed amentiæ, semet in vitæ discrimen conijcere: at quoties ineuitabilis vrget necessitas, aut honesta causa suadet, mortem contemnere, fortis est animi.

Socrates vxori muliebriter ploranti, & dicenti, Mi vir, innocens morieris? Quid, inquit, num me nocentem mori malles? Mors in ipsis nequaquam est deflenda, qui præter meritum occiduntur: his verò deplorandi sunt, qui ob malefacta dant pœnas.

Mortuis parcendum. Chilo vetabat de mortuis malè loqui, quòd ignauum videretur eos incessere lingua, qui respondere non possunt, ac turpe esset cum vmbris ac laruis luctari.

Mors sancta. Socrates, Critoni suadenti, vt si vitam ipse suam negligeret, saltem liberis etiamnum paruulis, & amicis ab ipso pendentibus se seruaret incolumem, Liberi, inquit, Deo curæ erunt: amicos hinc discedens inueniam vobis aut similes, aut etiam meliores, ne vestra consuetudine diu cariturus, quoniam vos breui eodem estis commigraturi.

Mors somnus est. Idem dicebat mortem esse similem somno profundo, aut diutinæ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium rediturus est.

Mortis metus. Cùm Corinthum nauigaret Aristippus, & suborta tempestate expalluisset, nauta quispiam id animaduertens, quæsiuit, Cur vos philosophi mortem non esse formidandam prædicatis, cùm in discrimine expalleatis? nos indocti non timeamus? Quoniam, inquit, non de pari anima tibi mihiq; cura est ac metus. Ego timeo animæ Aristippi, tu non times animæ nebulonis.

Mors an mala. Diogenes rogatus numquid mali esset mors, Quo pacto, inquit, mala esset, quum præsentem non sentiamus? Quod autem abest, nulli malum est. Dum sentit homo, viuit: nondum igitur adest mors: quæ si adsit, abest sensus. Malum autem non est, quod non sentitur.

Mors liberat à cruciatu. Idem Antisthenem morbo laborantem cùm inuiseret, cum sica ingressus est. Ad quem cùm Antisthenes dixisset, Quis me hisce doloribus liberabit? Diogenes prolata sica, Hæc, inquit.

Mortis solatiũ. Ex his qui cum Phocione erant morituri, quidam indignè complorabat sortẽ suam. Quem ita consolatus est Phocion, Nõ tibi, inquit, satis est cum Phocione mori? maximum enim solatium est, cum innocente mori innocentem.

Mors belli. Epaminondas dicere solebat pulcherrimum esse genus mortis in bello mori, quòd hæc mors cum laude fortitudinis coniuncta sit, modò bellum pro patria geratur.

Idem accepto vulnere, cùm sentiret esse letale, non prius ferrum eduxit, quàm audisset Thebanos vicisse: Tum satis, inquit, vixi: inuictus enim morior. & educto ferro protinus efflauit animam. *Mors generosa.*

Postquam Epaminondas Pelopidam liberum reduxisset, aiebat se gratiam habere Alexãdro, per quem expertus esset, se non tantùm ad bellum, sed etiam ad mortem animatum esse.

Cleopatra metuens Antonij sæuitiam, confugit in monumentum, misitq; qui dicerent illam spontanea morte perijsse. Id credẽs Antonius, & ipse parans sibi adferre vim, dixit, O Cleopatra non doleo quòd te caream, nam mox vnà futuri sumus, sed quòd ego tantus imperator, fortitudine victus sum à fœmina. Victum se putabat, quòd illa prior spontaneæ mortis gloriam occupasset. *Mors spõtanea.*

Otho Syluius imperator, cùm mori destinasset, sensit eos qui ab ipso deficere cœperant, pro desertoribus corripi ac detineri: vetuit ne cuiquam fieret iniuria, dicens, Adijciamus vitæ & hãc noctem. *Mors destinata*

Antoninus Pius, morte instanti dixit amicis, Quid me fletis, ac non magis de communi morte, pestileq; otiaq; cogitatis? Philosophia docuerat hominem & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parantibus autem abire, dixit, Si iam me dimittitis, vale vobis dico, vos præcedens. Petijt ab amicis veniam discedendi, ac veluti peregrè profecturus iussit illos valere, admonens interim fore, vt illi præcedentem sequerentur. *Mors peregrinatio.*

Apud Aegyptios in diuitum epulis, vnus cadauer ligneum ostendebat, dicens: In hunc intuens & pota, & te oblecta, talis post mortem futurus. Dubites quo animo id fecerint, vtrum vt moderatius voluptatibus fruerentur, conditionis suæ memores, an auidius mox abituris. *Mortis memoria.*

Anaxagoras cuidam molestè ferenti, quòd non in patria, sed peregrè moreretur: Bono animo es, inquit: idem enim vndelibet ad inferos est descensus. *Mortis locus.*

Bion aiebat facilem esse ad inferos viam. Nam illuc homines abeunt clausis oculis. Morientibus enim clauduntur oculi. *Mors facilis.*

Gorgias Leontinus extremæ iam ætatis, quum sentiret letalem somnum obrepere, amico qui assidebat percõtanti, quo pacto se haberet: Somnus inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratrem appellat mortẽ. *Mors senilis.*

Nihil à morientibus fingitur. *Quint. Decla. 7*

Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis est: habui enim illos tanquam amissurus, amisi tanquam habeam. *Seneca 64*

Accensam lucernam nemo molestè fert, extinctam dolent omnes: ita nasci iucundum, mori inamabile. *Mors tristis ex Seneca.*

Vt nemo miratur liquefactum, quod potuit liquescere, sectum, quod erat sectile: ita mirandum nõ est mortuum esse, qui mortalis erat.

Vt fœlicior est, quem ventus acrior citò in portum pertulit, quàm quem venti segnes, & longa tranquillitas lenissimo tædio delassarunt: ita beatior, quem festinata mors statim his vitæ malis eximit.

M ANTE V.

Mulieris vituperium.

Ex Latinis.

Cic.3.de Orat. FAcilius mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quòd multorum ſermonum expertes ea tenent ſemper, quæ prima didicerunt.

Idem 2. de Leg. Mulieris famã multorũ oculis lux clara cuſtodiat.

Max.lib.7 Mulier quæ vini vſum appetit immoderatè, & virtutibus omnibus ianuam claudit, & vitijs aperit.

Ex Poëtis.

Pub. Mimus. Mulier domui damnum eſt, & ſalus

Idem. Mulieris æmulatio totam turbat domum.

Idem. Theſaurus malorum, mulier eſt mala.

Idem. Aut amat, aut odit mulier: non habet medium.

Idem. Malo in conſilio fœminæ vincunt viros.

Fœmina cùm par eſſe cœperit, ſuperior efficitur.

Ex Plauto.

Mulier bona.

Plau. in Stich. ANTIPH. pater. Vbi facilimè ſpectatur mulier, quę ingenio eſt bono?

PANAG. filia. Cui malè faciundi eſt poteſtas, quæ ne id faciat, temperat.

ANTIPH. Haud malè iſthuc, age tu altera, vtra ſit conditio penſior,

Virginem ac viduam habere? PANEG. Quanta mea ſapientia eſt,

E malis multis, malum quod minimum eſt, id minimum eſt malum.

Qui poteſt mulieres vitare, vitet, vt quotidie

Pridie caueat, ne faciat, quod ſe pigeat poſtridie.

ANTIPH. Quæ tibi mulier videtur multò ſapientiſſima?

PANEG. Quæ tum, quum res ſecundæ ſunt, ſe poterit noſcere,

Et quæ æquo animo patietur, ſibi eſſe peius, quàm fuit.

Mulier mala.

In Trucul. Malè quod mulier incœpit, niſi efficere id perpetrat,

Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſeræ miſeria eſt.

Si bene facere incœpit, eius eam citò odium percipit.

Nimiſq; paucæ ſunt defeſſæ, malè quæ facere occœperint,

Nimiſq; paucæ efficiunt, ſi quid occœperint bene facere.

Mulieri nimio male facere melius eſt onus, quàm bene

In Aulul. Nec mutam profectò repertam vllam eſſe

Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.

Idē in Menæh. Mulier pulchra nuda, erit quàm purpurata pulchrior,

Poſtea ne quicquam exornata eſt bene, ſi morata eſt malè.

In Pœnulo. Apageſis, negotij in muliere quantum vna eſt! ſi verò duæ,

Sat ſcio maximo vni populo cui lubet, plus ſatis dare

Potes ſunt, quæ noctes dieſq; in omni ætate ſemper

Ornantur, lauantur, terguntur, poliuntur: poſtremò modus

Muliebris nullus eſt: neq; vnquam lauando & fricando ſumus ſaturæ.

Peculi probam nihil habere addecet Idē in Caſin.

Clàm viro.

Eò tacent, quòd tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens. In Rudent.

Sed quid faciundum eſt mulieri malæ atque malitioſæ? In Mil. glorioſ.

Ea ſibi immortalis memoria eſt, meminiſſe, & ſempiterna.

In mala vxore, atque inimico ſi quid ſumatur, ſumptus eſt. Ibidem.

Multa ſunt mulierum vitia: ſed hoc è multis vnum maximum eſt, In Pœnulo.

Cùm nimis placent, nimiſq; operam dant, vt placeant viris.

Tacita bona eſt mulier ſemper magis quàm loquens. In Rud.

Negotij ſibi qui volet vim comparare, nauem & mulierem, hæc duo In Pœnulo.

Comparato: nam nullæ magis res duæ *plus negotij* habent,

Fortè ſi occœperis exornare, neque vnquam hæ duæ res ſatis ornantur.

Mulier dotata.

Argentum accepi dote, imperium vendidi. In Aſi.

Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.

Dotatæ mactant & malo & damno viros.

Dummodò morata veniat, dotata eſt ſatis. Ibidem.

Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala, quæ reticet, ſi quid Idē in Perſa.

Peruersè fieri videt.

Quid peius muliere, atque audacius? Idē in Milite.

Illecebroſius fieri nihil poteſt nox, mulier, vinum Idē in Bacchid.

Homini adoleſcentulo.

Miſerius nihil eſt quàm mulier. Ibidem.

Viſcus merus veſtra eſt blandicia.

Neq; eis vlla ſatis

Ornandi ſatietas eſt: atque hæc vti loquor nunc modò

Docta dico. Nam noa vſq; ab aurora, ad hoc quod eſt diei,

Poſtquam illuxit aurora, nunquam ceſſauimus ex induſtria

Ambæ lauari, atque fricari, aut tergeri, aut ornarier,

Poliri, pingi, fingi: & binæ vnà ſingulis

Quæ datæ nobis ancillæ, ex nos lauando, eluendo operam

Dederũt, ab gerundaq; aqua ſunt viri defeſſi duo.

Ex Ouidio.

Mulier caſta eſt ea, quæ ſeipſam cuſtodit, non quam vir.

Dure vir, impoſito tenerę cuſtode puellæ Ouid.lib. 3. de ſuo ar.

Nil agis: ingenio quæq; tuenda ſuo eſt.

Si qua metu dempto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt,

Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.

Vt iam ſeruaris bene corpus, adultera mens eſt,

Nec

Nec custodiri,ol velit,vlla potest.
Nec mentem seruare potes,licet omnia claudas.
Omnibus exclusis iotus adulter erit.
Ibidem. Centum fronte oculos,centum ceruice gerebat
Argus,& hos vnus sæpe fefellit amor.
In thalamo Danaë saxo ferroq; perenni,
Quæ fuerat virgo tradita,mater erat.
Ouid.2. de Arte Sed neque fuluus aper media tam sæuus in ira est,
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes,
Nec lea cùm catulis lactantibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læsa pede,
Fœmina quàm socij deprensa pellice lecti
Ardet,& in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammasq; ruit,positoq; decore
Ardet,vt Aonij cornibus icta Dei.
Hoc bene compositos & firmos rumpit amores.
Crimina sunt cautis ista timenda viris.
1. de Arte. Vt redit,idq; frequens lõgum formica per agmen,
Granifero solitum dum vehit ore cibum:
Aut vt apes,saltusq; suos,& olenoa nactæ
Pascua,per flores,& thyma summa volant:
Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos.
Copia iudicium sæpe morata meum est.
Spectatum veniunt,veniunt spectentur vt ipsæ.
Ille locus casti damna pudoris habet.
3. de Arte. Sed neq; ramosa numerabis in ilice frondes,
Nec quot apes Hyblæ,nec quot in Alpe feræ,
Nec mihi tot cultus oumero comprendere fas est,
Adijcit ornatus proxima quæque dies.
Fœmina caniciem germanis inficit herbis,
Et melior vero quæritur arte color.
Fœmina procedit densissima crinibus emptis,
Proq; suis alios efficit ære suos.
Quid de veste loquar ? non iam segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.
Idem. Fœminea vestri potiuntur lege marió.
Et vix ad cultus nupta,quod addat,habet.
Deianira Herculi apud Ouid. Fama Pelasgiadas subitò peruenit ad vrbes
Decolor,& factis inficianda tuis.
Quem nunquam Iuno, seriesq; immensa laborum
Fregerit,huic Iolen imposuisse iugum.
Plus tibi,quam Iuno,nocuit Venus,illa premendo
Sustulit,hæc humili sub pede colla tenet
Te'ne ferunt geminos pressisse viriliter angues,
Cùm tenet io cunis,iam Ioue dignus eras?
Cœpisti melius quàm desinis:vltima primis
Cedunt.dissimiles hic vir,& ille puer:
Quem nõ mille feræ,quẽ oon Stheneleius hostis,
Non potuit Iuno vincere,vicit amor.
3. de Arte. Nupta virum timeat,rata sit custodia nuptæ.
Hoc decet,hoc leges,iusq;,pudorq; iubent.
2. de Arte. Verba puellarum folijs leuiora caducis,
Irritaq;,vt visum est,ventus & vnda ferunt.

Ex Propertio.

Mulierum incontinentia.

Propert.lib.3.de Incont.mulier. Obijcitur toties à te mihi oostra libido,
Crede mihi,vobis imperat ista magis.
Vos vbi contempti rupistis frena pudoris,
Nesciós captæ mentis habere modum.
Flamma per incensas cious sedatur aristas,
Fluminaq; ad fontis sint reditura caput,
Quàm possit vestros quisquam deprendere cursus,
Et rapidæ stimulos frangere oequitiæ.
Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo,
Quæ voluit liquido tota subire Deo.
Nam quid Medeæ referam,quo tempore matris
Iram natorum cæde piauit amor?
Quid've Clytemnestræ,propter quá tota Mycænis
Infamis stupro stat Pelopæa domus?
Tuq; ô Minoa venundata Scylla figura
Tondens purpurea regna paterna coma.
Hanc igitur dotem virgo desponderat hosti.
Nise,tuas portas fraude reclusit amor.
Quos igitur öbi custodes:quæ limina ponam, Idem lib. 2. ad Cynthiam.
Quæ nunquam supra pes inimicus eat?
Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest:
Quam peccare pudet Cynthia,tuta sat est.
Sed vobis facile est verba, & compooere fraudes. Idem lib. 2. ad Amicam.
Hoc vnum didicit fœmina semper opus.
Quid mirare,meam si versat fœmina vitam, Idem lib 3. de Imperijs.
Et trahit ad dictum sub sua iura virum?
Omphale intanmm formæ processit honorem
Lydia Gygeo öncta puella lacu,
Vt qui lustrato fixisset in orbe columnas,
Tam dura traheret mollia pensa manu.
Non sic iocerto mutantur flamine Syrtes, Lib.2.ad Amicã
Nec folia hyberno tam tremefacta ooto,
Quàm citò fœmioea non constat fœdus in ira,
Siue ea causa grauis,siue ea causa leuis.

Mulierum visio nocet.

Qui videt,is peccat:qui ooo te viderit,ergo Lib.3
Non cupiet:fati crimina lumen habet.

Ex Iuuenale.

Mulier mala, voluntatem pro ratione habet.

Pone crucem seruo,meruit quo crimine seruus Iuuen. Sat. 6
Supplicium?quis testis adest?quis detulit?audi,
Nulla voquam de morte hominis cootagio longa est.
Ah demens,ita seruus homo est,nil fecerit,esto,
Hoc volo,sic iubeo:sit pro raoone voluotas.
Imperat ergo viro.
Mulier sæuissima tunc est, Iuuen. Sat. 10
Cùm stimulos odio pudor admouet.

Muliere superba atq; diuite nihil intolerabilius.

Malo Venusinam,quàm te Cornelia mater Idem Sat. 6
Gracchorum,si cum magnis virtuóbus adfers
Grande supercilium,& numeras io dote triũphos.
Intolerabilius nihil est,quàm fœmina diues. Ibidem.

Mulieres in culpa deprehensa, illico ad fraudes & conuicia prorumpunt.

Nihil est audacius illis Ibidem.
Deprensis,iram atq; animos à crimine sumuot.

Mulierum ornatus maximè crenis.

Hic vltra vires habitus nitor,hîc aliquid plus Sat. 3
Quàm saos est,interdum aliena sumitur arca.
Commuoe id vitium est,hîc viuimus ambitiosa
Paupertate omnes.

Mulieres litigiosæ sunt in omnibus.

Nulla ferè causa est,in qua non fœmina litem Sat. 6

Mouerit:accusat Manilia,si rea non est.
Componunt ipsæ pro se,formantq; libellos.

Mulierum ira immitigabilis est.

Ibidem. Credamus Tragicis quicquid de Colchide torua
Dicitur,& Progne:nil contra conor:& illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus,sed
Non propter nummos.minor admirario summis
Debetur monstris,quoties facit ira nocentem
Hunc sexum,& rabie iecur incendente feruntur
Præcipites:vt saxa iugis abrupta quibus mons
Subtrahitur,cliuoq; latus pendente recedit.

Ex Seneca.

Senec.in Hipp. Sed dux malorum fœmina,& scelerum artifex
Obsedit animos,cuius incestæ stupris
Fumant tot vrbes,bella tot gentes gerunt,
Et versa ab imo tot populos premunt.
Idem in Hercule Oetæo. O quàm cruentus fœminas stimulat dolor,
Cùm patuit vna pellici & nuptæ domus.
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta
Minus est timenda,nulla non melior fera est.

Mulieres in crimine deprensæ,scelus scelere velant.

In Hippolyto. Deprehensa culpa est,anime quid segnis stupes?
Regeramus ipsæ crimen,atq; vltrò impiam
Venerem arguamus:scelere velandum est scelus.
Tutissimum est inferre,cùm timeas,gradum.
Ibidem. Quid sinat inausum fœminæ præceps furor?
Nefanda iuueni crimina insonti parat.
In scelere quærit crine lacerato fidem.
Decus omne turbat,capitis humectat genas.
Instruitur omnis fraude fœminea dolus.

Mulier fortem quemuis vincit.

Sen.in Her.fur. Fortem vocemus,cuius ex humeris leo
Donum puellæ factus,& claua excidit,
Fulsitq; pictum veste Sidonia latus?
Fortem vocemus,cuius horrentes comæ
Maduere nardo,laude qui notas manus
Ad non virilem tympani mouit sonum,
Mitra ferocem barbara frontem premens?
In Hippol. Natus Alcmena posuit sagittas,
Et minax vasti spolium leonis,
Passus aptari digitis smaragdos,
Et dari legem rudibus capillis.
Crura distincto religauit auro,
Luteo plantas cohibente socco.
In Octauia. Mulier,dedit natura cui pronum malo
Animum,ad nocendum pectus instruxit dolis,
Sed vim negauit,vt ne inexpugnabilis
Esset,sed ægras frangeret vires timor.

Mulier corrupta semel,rarò postea abstinebit.

Hor.Sat.6.lib.2. Sic tibi Penelope frugi est,quæ si semel vno
De sene gustarit,tecum partita lucellum:
Vt canis à corio,nunquam absterrebitur vncto.
Tibull.Eleg.4.lib 3 Ah,crudele genus,nec fidum fœmina nomen,
Ah pereat,didicit fallere si qua virum.
Catullus de vxore sua. Nulli se dicit mulier mea nubere malle
Quàm mihi,non si se Iuppiter ipse petat.
Dicit,sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento,& rapida scribere oportet aqua.
Tit.Calphurnius Eclog.3 Mobilior ventis ô fœmina,sic tua Phyllis,
Quæ sibi(nam memini)si quando solus abesses,
Mella etiam sine te,iurabat amara videri.
Credere pastores leuibus nolite puellis. Idem.

Ex Terentio.

Proh deûm atque hominum fidem,quod hoc genus est?& quæ coniuratio? Ter.in Hecyra.
Vt omnes mulieres eadem æquè studeant,nolintq; omnia?
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperies,
Itaque adeò vno animo omnes socrum oderunt nurus:
Viris esse aduersas æquè studium est, similis pertinacia.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad maliciam.
Nosti mores mulierum, dum poliuntur, dum comuntur, In Heautontim.
Annus est.
Imò certè noui ingenium mulierum: In Eunucho.
Nolunt,vbi velis:vbi nolis,cupiunt vltro.
Quæ casta est?de qua mentiri fama veretur. Auson. in Sap. Senten.
Quæ dos matronis pulcherrima?vita pudica. Ibidem.
Mulieres sunt fermè,vt pueri,leui sententia. Teren.in Phor.

Ex varijs poëtis Græcis.

Vitæ egestas est viris mulier.
Mulieri cuilibet ornamentum silentium adfert.
Mulieris bonæ est,tueri domum.
Mulieri ornatus mores sunt,& nō ornaméta aurea.
Mulier iusta,vitæ salus est.
Mulierem bonam nancisci non facile est.
Vxorem funerare satius,quàm ducere.
Mulier prorsus res est, quæ magnos sumptus facit natura.
Mulieri ne credas tuam vitam.
Mulier nihil nouit,nisi quod vult.
Mulier proba gubernaculum est domus.
Mulieri imperare non concedit natura.
Mulier domui damnum est,& salus.
In mulieré fidem non licet videre.
A mulieribus perit magnus orbis.
Viuere non oportebat mulierem multis de causis.
Thesaurus est malorum mala mulier.
Feris omnibus immanior,mala mulier.
Ignis,aqua,& mulier,tria mala necessaria.
Telæ,mulierum opera sunt,& non conciones.
Venenum est aspidis mala mulier.
Par est leænæ,mulieris crudelitas.
Mulieris honestum est,videre bonos mores.
Bona planta est in vita mulier.
Molestia præsens semper est mulier.
Cum leone viuere,quàm cum muliere præstat.
Plenum malorum est onus,mulier.
Sponsa sine dote non habet loquendi libertatem.
Nihil muliere deterius est,vel bona quidem.
Multi mulierum causa incidunt in calamitates.
Sordes mulier est argentea.
Iucundum malum est viris,mulier.
Superba res est,formosa mulier.
Pro vxore & amico labor assiduè suscipiendus.
Procella domestica viris est mulier.
Quàm insidares est muliebris natura.

Pessima

Borbon. Pessima res vxor: poterit tamen vtilis esse,
Si properè moriens, det tibi quicquid habet

Idem. Aëre quot volucres insunt, quot in æquore pisces,
Tot mala, tot fraudes, mens muliebris habet.

Ex Demosthene.

Ex Græcis.

Ex Orat. contra Neæram. Plurimi facienda est mulier in morbis, quæ adsit homini ægrotanti.

Contra Boet. Multo magis profectò sunt vir & vxor soliti contentiones & inimicitias inter se subortas propter liberos mitigare, quàm propter iracundiá communes liberos odio habere.

Contra Neærã. Meretrices quidem, voluptatis gratia habemus: concubinas verò, propter quotidianam corporis curationem: vxores porrò, ad legitimos liberos procreandos, & fidelem custodiam rei domesticæ.

Contra Neæram. Ne mulieri liceat ingredi fana publica, cum qua fuerit adulter deprehensus: quòd si ingrediatur, impune ferat quicquid patitur præter mortem.

Ex Orat. Fune. Durum est parentibus orbari liberis, & charissimis senectutis suæ educatoribus priuari: sed præclarum est amplissimos honores, memoriam virtutis, & eos publicè comparatos conspicere, sacrificijsque & certaminibus dignatos immortalibus. Molestia plenum, liberos orphanos relictos, patre in prælio fuso: præclarum verò est, paternæ virtutis, & gloriæ hæredem esse.

Ex Euripide.

Euripides. Dira quidem est vis marinorum fluctuum,
Et vehemens fluuij, feruentis & impetus ignis.
Est dira paupertas, & alia innumera.
Sed nullum immanius malum est muliere.
Neque huiusmodi malum aut scribi posset,
Aut verbis exprimi. Quòd si deûm aliquis
Mulierem formauit, opificem se malorum esse
Sciat maximum, & hominibus inimicum.

In Hippolyto. Dispereatis. Nunquam equidem saturitas me capiet odij
In mulieres, etiamsi quis dicat eadem semper à me repeti:
Nam & illæ semper similiter malæ sunt.
Aut igitur aliquis eas resipiscere doceat,
Aut me quoque sinat eis insultare semper.
Inter omnes alias res, maximè inexpugnabilis est mulier.
Hostibus eueniat inimicas habere mulieres.

In Medea. Mulier in cæteris meticulosa est,
Viribus imbellis, ad ferri faciem timida:
Cùm autem offensa fuerit in re matrimonij,
Non est alia mens crudelior muliebri.
Si quis mulieribus ex antiquis malè dixit,
Aut nunc id facit, aut facturus est olim:
Illorum ego omnium maledicta breuiter comprehendam.
Nam neque pontus, neque terra genus alit
Huiusmodi: quod nouit qui id semper experitur.
Muliebre genus vnum, excepta parente, odi.
Mulier mulierem defendere solet.
Quisquis mulieri maledicere desinit,
Infœlix profectò, & non sapiens vocabitur.
Fit enim quodammodò mulier inimica
Omnibus qui prius familiares erant, vbi coniuncta est secundo marito.

In Andromа. Multa inuenire poteris machinamenta: mulier enim es.
Timidorum dominorũ vxores habent audaciam oris.
Mulierem oblectat, præsentia mala
In ore semper habere.
Muliebris mens, inuidiosa res est,
Et maximè infensa maritis semper.
Miserum est reptilium ferarum
Remedia hominibus Deorũ quempiá constituisse.
Quod verò grauius est malum quàm vipera & ignis,
Mulieris nullus dum inuenit pharmaca
Malæ.
O pessima, & mulier! Quid enim aliud dicens
Quàm hoc, maiori quis opprobrio te afficeret?
Sic enim dici solet, mulieribus artes
Curæ esse: viros autem plus valere hasta.
Nam si dolis acquirere victoriam liceret,
Nos sanè viris imperaremus.
Tecum senuio. Vbique sumus inferiores
Semper, si destituamur viris omnes mulieres.
Ignis enim loco alium ignem maiorem producimus
Nos mulieres, multò difficiliorem impugnatu.
Papæ, quantò infœlicius mulierum genus est
Quàm virile. Nam in bonis rebus
Multùm inferius est, malis autem superat.
O res mortalium, ô muliebres animi,
Quanta nos ægritudine Venus afficit?

In Medea. Omnium quæ animata sunt, & mente prædita,
Mulieres miserrima stirps sumus:
Quas primùm oportet magnis opibus
Maritum comparare, & corporis dominum
Accipere, quod omni malò deterius est.
Quòd si viris curæ essent radij textorij,
Mulieres verò delectarentur armis,
Vtrique sua scientia amissa,
Tum illi, tum nos nihil essemus amplius.

In Hippolyto. O Iuppiter, cur adulterinum malum hominibus
Mulieres in lucem solis constituisti?
Nam si genus humanum producere volebas,
Non ex mulieribus gignendum erat ipsum,
Sed homines oportebat tuis in templis ponentes
Aut æs, aut ferrum, aut auri pondus,
Semen liberorum pretio redimere.
Odi mulieres: te verò præcipuè,
Quæ cùm malè egeris, blandè loqueris.

In Medea. Mulieres in rebus bonis imperitissimæ sumus,
Malorum verò omnium artifices doctissimæ.

In Orest. Mulieres semper in calamitatibus impediunt
Viros, ita vt infœliciores fiant.

In Phœnissis. Mulieres natura sunt ad vituperandum pronæ.
Quòd si exiguam dicendi ansam nactæ fuerint,
Plurima adijciunt. Volupe enim est
Mulieribus, nihil sani inuicem loqui.

Ex Menandro.

Menander. Vehementer metuenda est mulier, cùm verbis benignis vtitur.
Difficile est ex mulieris sermone aliquid fide dignum accipere.

Idem. Atqui cogito miser ego, qui expectabam

Beneficium ex muliere accepturum me, ne modò
Mali quidpiam patiar, & bene res habebit.
Rarum enim est mulieris beneficium.

Idem. Vbi mulieres, ibi omnia mala sunt.
Non admodū solet quidquam veri dicere mulier.

Ex Homero.

O quàm infidum est ingenium muliebre.
Nosti enim qualis sit mens in pectore mulieris.
Illius vult domum augere, qui ipsam duxerit vxorem;
Priorum verò liberorum, & primi mariti
Defuncti non meminit amplius, neq; moratur.

Ex Hesiodo.

Quisquis mulieribus credit, furibus, aut impostoribus credit.

Idē in Theogo. Ex hac enim ortum est exitiale genus, & muliebris sexus,
Qui damnum ingens cum viris mortalibus habitat,
Non miseræ paupertatis, sed tantùm saturitatis comes,

In Operibus. His ego loco ignis malum dabo, quo omnes
Animo delectantur suum diligentes malum.
Et animum impudentem moresq; fraudulentos inserere Vulcano præcepit.
Imposuit eius pectori nuntius Deorum Argicida
Mendacia, blandosq; sermones, & ingenium subdolum.

Ex Alexide.

Non est impudentius vllum animal
Muliere: ex me ipsa coniecturam facio.
Non est vel murus, vel pecuniæ,
Vel aliud quicquam custoditu tam difficile, quàm mulier.

Antiphon. Ego hoc vnum mulieri credo,
Quòd à morte non reuiuiscat:
In cæteris verò omnibus diffido, donec mortua fuerit.

Antiphanes. Homo valdè lippiens, dum mala
Plurima patitur, vnum hoc boni habet,
Quòd interea mulierem non videt.

Phocylides. Ex quatuor hisce animalibus natum est
Genus mulierum, cane, apicula,
Torua sue, & equo iubato.
Ex equo, nata est agilis, velox, discurrens, pulchritudine præstans.
Ex torua autem sue, neque bona, neque mala est.
Ex cane verò, molesta & fera est. Ex apicula autem,
Bene regit rem familiarem, & nouit operari.

Aristot. 2. de Animal. Fœminæ omnes minus sunt animosæ, quàm mares, præter vrsam & pantheram.

Ibidem. Mulier melioris est pietatis, quàm vir, sed maioris inuidiæ, & malitiosior est viro, & facilius decipit.

Ibidem. A mulieribus malè regitur ciuitas.

Plut. de Præcep. connu. Mulierum nullum in tenebris discrimen.

Ibidem. Nisi sermonum optima semina mulieres suscipiat, & participes eruditionis virorum fiant, absurda multa, prauaq; consilia, cogitationes & affectus malos pariunt.

Mulier nec alios videre, nec ipsa videri debet, præsertim quæ eleganter ornata sit. Vtrumque enim ad res inhonestas incitamentum est. *Euripid.*

Mulierem non in ciuilibus negotijs, sed in domesticis oportet esse ingeniosam. *Ibidem.*

Mulierum naturæ variæ, ex Simonide.

Mulieris mentem seorsim fecit Deus,
Primum aliquam ex sue setosa produxit,
Cui omnia domi luto inquinata
Inornataq; iacent, & humi deuoluuntur.
Ipsa illota, cum vestibus immundis
In stercore sedens pinguescit.
Aliam verò Deus ex maligna vulpe fecit
Mulierem omniscìam, neq; ipsam mali
Neque boni quidquam latet.
Nunc autem bona est sæpenumerò,
Nunc mala rursus, aliàs alijs prædita moribus.
Aliam ex cane, maledicam, & parenti suæ similem,
Quæ omnia audere, & omnia scire vult:
Vndequaque autem circumspiciens, & oberrans
Latrat, etsi neminem viderit.
Ipsam verò compescere neq; minis vir potest,
Nec si iratus excusserit ei saxo
Dentes, neq; si benigniter alloquatur,
Etiamsi iuxta hospites consederit.
Sed pertinaciter inutilem clamorem exercet.
Aliam ex tellure formatam cælicolæ
Marito dederunt in damnum. Nam neq; mali
Neq; boni quidpiam callet huiusmodi mulier.
Sed comedere solùm nouit, haud aliud opus.
Et cùm duram hyemem Deus fecerit,
Ipsa frigens ad ignem propius sellam attrahit.
Aliam ex cinere, & dossuario asino constituit Deus:
Quæ vix necessitate minisq; adacta,
Tandem omnia facit & operatur
Quæ viro placent. Interim autem aliquid furtim deuorat
Noctu & interdiu: quinetiam in foco comedit.
Ad opus autem venereum
Quemuis aduenientem suscipit socium.
Mulierem autem ex mari genitam nunc mihi considera.
Interdum ridet, & hilarem se præbet;
Ita vt hospes eam domi videns laudaret, inquiens:
Haud est mulier vlla melior, quàm ista
Inter omnes homines, neq; elegantior.
Interdum contrà intolerabilis est tum visu,
Tum accessu. Tunc enim furit
Adeò, vt appropinquare nemo sustineat, veluti canis circa suos catulos.
Omnibus est implacida, infensaq;,
Ac similis in amicos & hostes.
Quemadmodum mare aliquando tranquillum
Et innoxium stat, ingens gaudium nautis
Aestiuo tempore; aliquando autem furibundum
Grauisonis procellis agitatur.
Huic maximè similis est huiusmodi mulier
Ingenio. Variam enim naturam pontus habet.
Aliam ex mustella creauit, miserum & triste genus.
Huic enim nihil pulchrum, desiderandum,
Iucundum, aut amabile prorsus inest:

Sed aliena eſt à Venereo complexu,
Et præſentem maritum faſtidio habet,
Et furando multùm vicinis damnum infert.
Aliam equus ceruice iubatus genuit,
Quæ ſeruilia opera,& laborem abhorret,
Neq; molam attingeret,neq; cribrum
Leuaret,neq; ſtercus foras proijceret,
Neq; iuxta furnum,ad euitandam fuliginem,
Sederet. Neceſſariò autem virum amat.
Abluit ſordes quotidie
Bis,aut ter,& vnguentis vngitur:
Et comas perpetuò pexas gerit,
Denſas,& floribus obumbratas.
Talis ſanè mulier pulchrum eſt ſpectaculum
Alijs:habenti verò damnoſa,
Niſi rex fuerit,aut princeps aliquis,
Quem eiuſmodi res oblectent.
Natam autem de ſimia præcipuè omnium
Iupiter viris maximum malum contulit.
Talis mulier faciem turpiſsimam habens
Per vrbem ingreditur,nulli non irriſa.
Ad ceruicem vix poteſt flecti ob breuitatem,
Nares exiles habet.O miſerum virum,
Qui malum huiuſmodi amplectitur.
Nouit enim omne genus conſiliorum,& mores,
Inſtar ſimiæ,neq; ridere ſolet.
Neminem beneficijs demeretur:ſed illud ſpectat,
Et quotidie conſultat ſecum,
Vt malum aliquod facinus,idq́; maximum,edat.
Cæterùm ex apicula natam qui duxerit,fœlix eſt:
Vt quæ ſola nihil reprehenſione dignum habeat.
Floret eius opera,& augetur res familiaris,
Amansq́; cum amato ſeneſcit marito,
Enixa pulchram & celebrem progeniem.
Hæc excellit inter mulieres
Cunctas,& diuina quædam gratia circundat eam.
Non gaudet cum mulieribus conſidere,
Vbi venereos narrant ſermones.
Eiuſmodi vxores viris largitur
Iupiter optimas & prudentiſsimas.
Sed etiam reliqua genera conſilio Iouis
Omnia exiſtunt,& apud viros manent.
Iupiter enim maximum malorum creauit
Mulieres,etſi fortè prodeſſe videantur:
Habenti verò maximè ſentitur malum.
Nunquam enim hilaris diem tranſigit
Totum,quiſquis cum vxore degit.
Nec citò famem à familia arcebit
Inimicam contubernalem,hoſtem deorum.
Imò quando vir ſibi maximè lætari videtur
In domo , ſiue diuinitus , ſiue alicuius hominis gratia,
Tum verò mulier inuēto quod culpet, ad pugnam armatur.
Vbi enim mulier eſt,ne hoſpes quidem
Ad domum veniens beneuolè ſuſcipitur.
Porrò quæ maximè bona eſſe videtur,
Ea plurimùm obeſſe ſolet
Hianti & ſtupido marito. Vicini autem
Etiam illum videre gaudent aberrantem.
Nam vnuſquiſq; ſuam collaudat memor
Vxorem,alterius verò reprehendit.
Nec agnoſcimus æqualem nobis obtigiſſe ſortem.
Iupiter hoc ipſum fecit maximum malum,
Et vinculo conſtrinxit indiſſolubili.
Quamobrem aliqui mortem obierunt
Pro vxore pugnantes.
Mulier multò quàm vir promptior eſt ad aſtutias & malignitatem. *Democritus.*
Mulier ad credendum facilis eſt, præſertim in calamitatibus. *Carus prol.ocil.*

DE MVNDO.

Ex Latinis Poëtis.

Mundus æternus eſt,principio & fine carens.

Hæc æterna manet,diuisq́; ſimillima forma. *Manil.lib.1. Aſtronom.*
Cui neq; principium eſt vſquam,nec finis in ipſo,
Sed ſimilis toto remanet,perq́; omnia par eſt.
At manet incolumis mūdus,ſuaq́; omnia verſat, *Ibidem.*
Quæ nec longa dies auget,minuitq́; ſenectus,
Nec motus puncto currit,curſuq́; fatigat.
Idem ſemper erit,quoniam ſemper fuit idem.
Non alium videre patres,aliumve nepotes
Aſpicient.

Mundus ordine ſitus eſt.

Sed facies quæcumq; tamen ſub origine rerum *Lib.1*
Conuenit,& certo digeſtum eſt ordine corpus.
Quicquid ſubduxit flammis,natura pepercit *Ibidem.*
Succubitura oneri,formas diſiungere tantùm
Contenta,vt ſtellis oſtendere ſydera certis.
Linea deſignat ſpecies,atq; ignibus ignes
Reſpondent,media extremis,atq; vltima ſummis.

Mundus ſphæricus eſt,cum partibus ſuis.

Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam *Idem lib.1*
Aeris,& toto pariter ſublata profundo:
Nec patulas diſtenta plagas,ſed condita in orbem
Vndiq; ſurgentem pariter,pariterq́; cadentem.
Hæc eſt naturæ facies:Sic mundus & ipſe
In conuexa volans,teretes facit eſſe figuras
Stellarum,ſoliſq́; orbem lunæq́; rotundum.
Qui ſeſe neſcit tantus in cæcum chaos *Seneca in Octa.*
Caſſurus iterum.

Mundus in Chaos reſoluetur.

Sic cùm compage ſoluta *Lucan.lib.1*
Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos,omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent,ignea pontum
Aſtra petent,tellusq́; extendere littora nolet,
Excutietq́; fretum:fratri contraria Phœbe
Ibit,& obliquum bigas agitare per orbem
Indignata,diem poſcet ſibi,totaq́; diſcors
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.

Ex Platone.

Intellectum alicui ſine anima dari non poſſe certum eſt. Hac ratione quidem mentē animæ,animam verò corpori dedit: totumq́; ita mundum conſtituit, vt pulcherrimum naturæ opus, optimumq́; foret. Dicendum eſt hunc mundum animal eſſe, idq́; intelligens, re vera, diuina prouidentia conſtitutum. *Plat.in Timeo. lib.31*

Ita diuina arte fabricatus eſt mundus, vt omnia in ſeipſo,& à ſeipſo patiatur,& agat. Ratus enim eſt ille auctor,mundum,ſi ſibi ipſe ſufficiat,præſtan- *Ibidem.*

 tiorem

tiorem fore, quàm si aliorum adminiculis egeat: nec ei manus occessarias esse duxit, quia neque capiendum quicquam erat, neq; repellendum.

Ibidem. Dies, noctes, & menses, & annos, qui ante cælum non erant, tunc nascente mundo nasci iussit, quę omnia temporis partes sunt.

Ibidem. Quoniam ita mundus dispositus est, si quis dictorum quicquam sursum esse dixerit, vel deorsum, non iniuriâ errare videbitur. Medius enim locus in ipso, neque sursum, neq; deorsum dici debet, sed medius.

Mortalia, & immortalia viuentia mundus hic sortitus, atq; inde completus, ita denique factus est, visibile visibilia comprehendens animal. Intelligibilis Dei imago, sensibilis, maximus, interminatus, pulcherrimus, perfectissimus cælum vnũ, hoc atq; vnigenitum.

Mundus communis patria.

Musonius. Quid autem, an non communis omnium hominum patria est mundus ipse, quẽadmodum censebat Socrates? Itaque non putandum te re vera exulare à patria, si migres inde vbi natus & enutritus es: sed tantùm te quadam vrbe esse priuatum, tum aliàs, tum si existimari velis bonus & æquus.

Cyrus Theodo. Quæcunq; sensibus est obnoxia
Natura mundi, quis dubitat illam sibi
Constare nostris legibus & firmarier?
Nugatus est olim Empedocles inscius,
Cùm lite dixit mundum condimm state.

Callicratides. Mundus Græcè cosmus appellatur, vt qui per communem omniũ diacosmesin, id est decoram administrationem, ad vnum optimum dirigatur. Est verò optimum Deus ipse, qui animal cæleste & incorruptibile, principium & causa rerũ omnium existit.

Eccades. Mundus cùm omnia producat & generet, nõ iuste de singulis hominibus iudicat. In terra namque semper mala sunt, & magnis malis gaudet mundus. Omnes enim qui aliquid egregium inuenire voluerunt, siue mechanicum opus, siue sapientem disciplinam, in malum mortis finem inciderunt, à genitore mundo malè affecti.

Zophantes. Homines in mundo tanquam in exilio sunt: plurima terra grauantur, adeò vt à parente sua ægrè extollantur, nisi quis diuinior flatus miserũ hoc animal meliori parti coniungat, sacrum genitoris aspectũ monstrans qui à nemine conspici potest.

MVNDITIA.

Ex Ouidio.

Munditiæ placeant, fuscentur corpora campo:
Sit bene conueniens, & sine labe toga.
Lingua nec rigeat, careant rubigine dentes,
Ne vagus in laxa pes tibi pelle natet.
Quid si præcipiam, ne fuscet inertia dentes,
Oraq; suscepta mane lauentur aqua?
Nec malè deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,
Inq; caua nullus stet tibi nare pilus,
Nec malè odorati sit tristis anhelitus oris,
Nec lædat nares virq; paterq; gregis.

Sint modici risus, paruæq; vtrinq; lacunæ,
Et summos dentes ima labella tegant.
Est & in iocessũ pars non temnenda decoris,
Allicit ignotos, illa fugatq; viros.
Carpe cibos digitis, est quidem gestus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.
Ne'ue domi præsume dapes, sed desine citra
Quàm cupias, paulo quàm potes, esse minus.
Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi,
Officium præstent, mensq; pedesq; suum.
Iurgia præcipuè vino stimulata caueto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.
Occidit Euricion stultè data vina bibendo.
Aptior est dulci mensa merumq; ioco.

MVNERA.

Carmina laudantur, sed munera magna petuntur. *Ouid. 3. de Ar.*
Dummodò sit diues barbarus, ille placet.
Qui dabit, ille tibi magnus sit maior Homero. *1 de fas..lib.*
Crede mihi, res est ingeniosa, dare.
Ipse licet venias Musis comitatus Homere, *2. de Arte.*
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Munera, crede mihi, placant homines q;, deosq;. *3. de Arte.*
Placatur donis Iupiter ipse datis.
Quid faciet sapiens? stultus quoq; munere gaudet.
Ipse quoq; accepto munere mitis erit.
Multiplicat tamẽ hunc grauitas authoris honorem, *4. de Ponto.*
Et maiestatem res data, dantis habet.
Sic acceptissima semper *Epist. 16*
Munera sunt, author quæ pretiosa facit.

Munera danti prosunt.

Dignus es argento, fuluo quoq; dignior auro. *3. de Ponto.*
Sed te, cùm donas ista, iuuare solent.
Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane. *Martia. 5. Epig.*
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.
Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habẽt, *Terent. in Phor.*
Vt semper aliquid addant diuitioribus.
Et diffidit vrbium *Horat. Ode. 16. lib. 3*
Portas vir Macedo, & subruit æmulos
Reges muneribus, munera nauium
Sæuos illaqueant duces.

Munus munere pensandum.

Archelaus rex, cùm Socratem ad se vocasset, multa promittens, Socrates respondit se nolle ad eum venire, à quo acciperet beneficia, cùm illi reddere non posset paria.

Cùm Alexander Phocioni centum talenta dono misisset, percontatus est Phocion cur illa sibi vni mitteret illis respõdentibus: Quoniam te vnum virum bonum indicat: Ergo sinat, inquit, me talem & haberi & esse. Significans Remp. administrantea, nec à muneribus capiundis temperãtes, nec bonos esse viros, nec tales haberi debere.

Cùm Demosthenes ab Harpalo poculum ingens accepisset, Corydus parasitus inquit. Hic alios bibulos appellat, quum ipse magnã pateram attraxerit. Attrahit qui domum accipit, & attrahit vinum qui bibit.

MVSICA.

Ex Platone.

Plato 3. de Re. Dialog.
SOCR. Quicunq; permittit vt musica animũ suum assiduè

assiduè circumsonās occupet & demulceat, perq; aures veluti infundibula, harmonias infundat, suaues, blandas, molles, ac flebiles, atq; ætatem suam in modulis animum delinientibus consumit, is primum quidem, si quid iracundum habebat, tanquam ferrum demollit, & vtile ex inutili efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet: post hæc iam liquefacit animum & resoluit, donec distillando exhauriat animositatē omnem, exscindatq; tāquam neruos ex animo, ex quo animum quasi segnem militem efficit. Sic est omninò. At si à principio hominem nacta sit natura, sine animi robore, citò hoc perficit: sin autem animosum, vires animi frangens, ad iram reddit præcipitem, vt minimis quibusque offensiunculis irritetur, ac facilè iterū efferuescat. Vnde ex animosis iracundi atque morosi effecti, sunt molestia & fastidio pleni.

Musicus imitandus. Oportet imitari musicum, qui postquam proprium vocis tonum didicit, tum demum conatur medium constituere, vt & grauibus & acutis conueniat, & neque abrumpat, neque vt inferior relinquat locum suum.

MVTATIO.

Plato.

7. de Leg. Dial. ATH. HOSP. Crebra in laudandis vituperandisq; moribus innouatio, grauissima enī, vt arbitror, & plurimum formidanda.

Ibidem. ATH. HOSP. Mutationem aio omnibus in rebus prçterquàm malis esse periculosissimam: in temporibus omnibus, in ventis, in diæta corporum, in moribus animorum, in omnibus simpliciter, præterquàm in malis.

Ibidem. ATH. HOSP. Omni ratione conandum, ne pueritia in cantibus & saltationibus noua vnquam audeat imitari, ne'ue vllus ad nouitatem pueros voluptatum blandimentis alliciat.

Seneca Epist. 2 Nusquam est, qui vbiq; est.

Ibidem. Non conualescit planta, quæ sæpius transfertur.

Quintil. lib. 3 Quidam, vt aliquid sui viderentur afferre, etiam recta mutarunt.

Cic. ad Q. Frat. Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subitò euellere.

Cic. pro Murena. Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpe turbat omnia, & totam opinionem, & parua nonnunquam commutat aura rumoris.

Idem 3 Off. Sæpe tempore fit, vt quod plerumq; turpe haberi soleat, habeatur non turpe.

1. Offi. Tempore commutatur officium, vt non sit idem.

Cato maior. Abeunt omnia vnde orta sunt.

Pro Sylla. Non potest quisquam nostrum subitò fingi, nec cuiusquam vita mutari, aut natura conuerti.

Philipp. 5 Minimis momētis maximæ temporum inclinationes fiunt.

Max. lib. 4 Vindex insolentia, varietas humanæ cōditionis est.

Pli. iunior li. 5 Plerumq; mutatis rebus ea quoque mutata videntur, quæ manent.

Pub. Mim. Nescis quid optes, aut fugias, ita ludit dies.

Hora. li. 2. Car. Quid quisq; velit, nunquam homini satis est cautum in horas.

Verg. 3. Georg. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Simul parta decora vnius horæ fortuna euertere solet. *Liuius lib. 10. Decad. 3*

Meliora præteruolant, deteriora succedunt. *Senec. Epist. 109*

Tam facilè seruum tuum, ingenuum videre potes, quàm ille te seruum. *Senec. Epist. 2*

Ex Græcis.

Vitæ genus aliud, atq; aliud identidē mutare à molestijs perturbationibusq; animū eximere nequit. *Plut. de Tranq. animi.*

Permutatio, res tristis: cui verò semper malè est, nihil dolet, ex consuetudine infœlix existens. *Eurip. in Herc. furente.*

Clarissimæ olim vrbes, nunc nihil sunt: quæ nunc maximè superbiunt, eandem aliquando fortunam experientur. *Demosthenes.*

Quanta res est miseratio mortalium, qui nonnunquam eorum, quos oppugnarunt, opem implorare coguntur. *Ibidem.*

Omnia mortalia propter necessitatem naturæ in mutationibus voluuntur, dum aut à meliore in deteriorem statum transeunt, aut cōtrà: res enim natæ augentur, aut vigent: vigentes senescunt, & tandem corrumpuntur. *Eurip. in Hipp.*

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca. *Ibidem.*

Similis est vita theatro: quocirca sæpius pessimi quique honoratissimum inter homines tenent locum. *Demosthenes.*

Inconstantia fastidit amicos. *Plutarchus.*

Mutatio status.

Exempla Latina.

Cn. Cornelius Scipio Asina consul, à Pœnis apud Liparas captus, cùm bello omnia perdidisset, lætiore fortunæ vultu cuncta recuperauit. Consul etiam iterum creatus à duodecim securibus, ad Pœnorum catenas peruenit: rursus à Punicis vinculis ad summa imperij peruenit fastigia. Sic ex consule captiuus, & ex captiuo consul denique factus est. *De Corn. Scip. ex Val. Max.*

Crasso pecuniæ magnitudo nomen diuitis dedit. Sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem immisit: si quidem bona eius à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. Itaq; amara suggillatione nō caruit, cùm egens ambularet, diues ab occurrentibus salutabatur.

Q. Cepio, Præturæ splendore, triumphi claritate, consulatus decore, maximi Pontificis sacerdotio, Senatus patronus dictus est. In publicis tamen vinculis animum deposuit, corpusq; eius funesti carnificis manibus laceratum, magno cum horrore fori totius Romani conspectum est.

C. Cæsar, cuius virtutes aditum sibi in cælum struxerunt, inter primæ iuuentutis initia, priuatus Asiam petens, à maritimis prædonibus exceptus, quinquaginta se talentis redemit.

Manlius Torquatus, adeò hebetis & obtusi cordis inter initia iuuentutis existimatus est, vt à patre Manlio amplissimo viro, quòd domesticis & publicis vsibus inutilis videbatur, rus ablegatus fuerit: postea patrē rem iudiciali periculo liberauit: filium victorem, quòd aduersus imperium suum cum hoste conseruisset manum, securi percussit: patriā Latino tumultu fessam speciosissimo triūpho recreauit. Huius itaque fortunæ nubilo contemptu

temptu iuuentus perfusa fuit, vt senectutis eius decus lucidius enitesceret.

Scipio Africanus superior, quem dij immortales nasci voluerūt, vt esset in quovis tus se per omnea numeros hominibus ostenderet, solutioris vitæ annos adolescētiæ primos egit, & remotos à luxuriæ crimine: sed tamen Punicis trophæia ceruicibus imposito iugo teneriores.

Caius Valerius Flaccus, secundi belli Punici temporibus luxu perditam adolescentiam inchoauit. Cæterùm à P. Licinio flamē factus, vt facilius à vitijs recederet, ad curam sacrorum animo cōuerso, vsus duce frugalitatis religione, quārum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum postea modestiæ & sanctitatis specimen euasit.

Nihil Q. Fabio maximo adolescente magis infame fuit, nihil in senectute eadem ornatius nostra ci uitas habuit. Gallica enim victoria, sibi, ac posteris Allobrogici cognomen peperit.

L. Sylla, ad Quæsturæ suæ comitia vsq;, vitam libidine, vino, ludicræ artis amore inquinatam perduxit. At eius virtus, quasi perruptis nequitię, qua obsidebatur, claustris, catenas Iugurthæ iniecit: Mithridatem compescuit: belli socialis luctus tepressit: Cinnæ dominationē fregit. Quare duos in Sylla fuisse credideris Syllas, vnum adolescentulum turpem, & virum fortem.

Titus Aufidius cùm Asiatici publicani exiguā admodum particulam habuisset, postea totā Asiam procōsulari imperio obtinuit: nec indignati sunt socij, eius parere fascibus. Gessit se integerrimè, miroq; modo demonstrauit, pristinum quæstum suæ fortunæ, præsens verò dignitatis incrementum moribus suis imputari debere.

Appius cùm se à Triumuiris proscriptū nosset, opes, quas habebat, seruis suis diuisit, & cū eis nauem conscendit, vt in Siciliam traijceret. Orta tempestate, serui eum in lembum demiserunt, & ipsi cum naui atq; opibus abiere: sed pro iustitia agente Deo, paulò pòst cum naui demersi sunt serui: Appius autem, in Siciliam ventorum vi incolumis perlatus est.

Aulus Vitellius, à Galba in Germaniam ad regendos exercitus missus, in viaticum pecuniarum rationē nullam habebat, dum ea vrbe discederet via explicare à creditoribus se potuit: is tamen ex tam humili fortuna, in Germania creatus imperator, Romam venit, Augusti nomine salutatus. Cæterùm tam breui, fœlicitatem in luctum conuertit fortuna, vt vinctum Vespasiani militarea duces per vrbem traxerint, apposito gladio sub mentum, ne vultum obtegere ab iniuria posset, cùm cœno sordibusq; eum pueri incessserent, cæsus in hunc modum, ad scalas Gemonias coniectus, ad quas aliorum corpora proijciebantur, quibus ius sepeliendi negatum erat. Tam variam vim fortunæ habuit, vt paruo tempore vtriusque fortunæ casus grauiter tulerit.

Maximianus Herculeius, Diocletiani iussu è priuato Augustus factus, non multò pòst eiusdē imperio, ad pristinū vitæ gradum reuersus est. Tandem in fuga deprehensus vitam miserè suspendio finiuit.

Ex Græcis.

Perditæ luxuriæ Athenis olim fuisse fertur Polemō, & infamia gaudens, qui è conuiuio domum rediens, vino grauis, vnguentis delibutus, sertis capite redimito, Xenocratis scholam ingressus est, vt clarissimum eloquium & prudentissima præcepta temulentiæ lasciuia eleuaret. Tunc verò Xenocrates omissa re quā disserebat, de modestia ac temperantia loqui cœpit: cuius grauitate sermonis resipiscete coactus Polemon: primùm coronam capite detractam proiecit: paulò pòst oris conuiualis hilaritatem deposuit: ad vltimum totam luxuriam exuit, & ex infami Ganenne, maximus Philosophus euasit: peregrinatus est huius animus in nequitia, non habitauit.

Themistocles adolescens ita omni vitiorum labe cōspurcatus fuit, vt pater abdicationis notam illi iniungere, mater suspendio vitam finire, ob filij turpitudinem tentarit. Tandem Graij sanguinis virorum clarissimus extitit, medium Europæ, & Asiæ, vel spei, vel desperationis pignus fuit: hæc enim salutis suæ patronum habuit, illa vadem victoriæ assumpsit.

Alcibiadem duæ quasi fortunæ partitæ sunt. Altera ei nobilitatem eximiam, opum copiam, fauorem ciuium, formam præstantissimam, summa imperia, flagrans ingenium assignauit. Altera, *exilium*, venditionem bonorum, *inopiam*, *odium patriæ*, violentam mortem inflixit.

Ad inuidiam vsque Polycratis Samiorum tyranni abundantissimis bonis vitæ fulgor excessit: eius enim spes rei peritæ fructum apprehendebat: vota nuncupabantur simul, & soluebantur: velle ac posse in æquo positum erat. Hunc tamen, cuius fœlicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit, Orontes, Darij regis præfectus, in Micalensis montis vertice, cruci affixit.

Dionysius cùm à patre Syracusanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, dux exercituū, rector classium, equitatu potens, propter inopiam literas puerulos Corynthi docuit. Eodem tempore, ne quis nimiū fortunæ crederet, magister ludi factus ex tyranno monuit.

Consimilem fortunæ volubilitatem expertus est Siphax rex, qui primùm eò claritatis est euectus, vt validissimorum populorum, non tantùm arbiter, sed & victor victoriæ existeret: parui tēporis interiecta mora, catenatus à Lælio ad Scipionē imperatorem pertractus est, cuiusque dexteram rex arroganti manu attigerat, eius genibus supplex procubuit. Itaque caducæ hominum opes, affluunt subitò, repentè delabuntur, nullo in loco, nulla in persona, stabilibus nixæ radicibus cōsistunt: sed incertissimo fortunæ flatu huc atq; illuc actæ, quos in sublime extulerunt, improuiso recursu destitutos in profundo cladium miserè immergunt, & inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicant.

Infœlicissimo exitu fortunatā vitam terminauit rex Perseus Macedonię rex, qui amisso regno, ingenribusq; thesauris, à Paulo Aemilio in triumphum ductus, perpetuo carceri dānatus est. Cuius cùm vigiles tæderet, somno ab eis prohibitus, eo tormento perijt. Nec verò his malis ipsius fortuna cōtenta fuit, sed filium eius Alexandrum in eam coniecit miseriā, vt scribendo assiduè vitā finierit.

Mutat

Mutatio morum & Fortuna.

Ex Græcis.

Magna fuit morum mutatio Diogenis, qui Sinope Pontica vrbe ortus, monetæ adulterinæ infamia notatus, à patria pulsus fuit. Is postea Philosophiæ intentus, in tãto odio opes habuit, vt nudus degeret, & nautico dolio, pro domo, vteretur, nec ab vllo pecuniam acciperet.

Alcibiades Atheniensis in exilium compulsus, Lacedæmonem se contulit: vbi suprà quàm dici possit, celeriter ad Laconicũ morem transijt, vt Spartiatarum vnus, non Atheniensium videretur. Fuit vario ingenio, nec ad rem tantùm vnam idoneo, in quo Chamæleontis natura imitatrix omnium propè colorum, exprimeretur.

Sæuus in regno Dionysius iunior, multum paternæ crudelitatis referens, regio tamen solio deiectus, & Corinthum profectus, omnem adeò prioris vitæ fastum exuit, vt tam subita in homine mutatio hominibus esset suspecta, tanquam ad tempus simulata.

Cimon Atheniensis, stultus & insolens primis annis fuisse traditur: sed crescente ætate, pueritiæ infamiam in laudem vertit. Atheniensium longè princeps liberalitate, omnibusq; ciuilibus disciplinis factus est: adeò vt Themistocli, qui Græciã seruauit, omnium iudicio prælatus fuerit.

Antigonus, Lysimachus, Ptolemæus, Alexandri successores, quandiu regijs insignibus abstinuere, clementer imperium exercuere: cæterùm diademate recepto, vis pro Iustitia placere cœpit, pro æquitate libido, pro clementia fastus: postremò prioris fortunę obliti, histriones imitari ausi sunt, qui vitam & mores cum vestibus vno die sæpius mutant.

Demetrium, & Antonium Triumuirum nemo abstinentia, labore, fortitudine & solertia vicit in re bellica: in otio verò, nemo luxuria, temulentia & libidine æquauit.

Abarthomius, qui hortos Alexandro irrigare consueuerat, ab eo Sidoniæ rex constitutus est, vt facto Alexandri magnitudo testata maneret.

Hermia Eunuchus Athenas profectus, vt studijs operam daret, audito per tempus aliquod Platone, doctus euasit: Asiam, quæ patria erat, virtute sua vrbis imperium sibi peperit.

Ex Latinis.

Caligula, ex humili sæuus & truculentus factus ita est, vt non infacetè de eo dictum sit, nullum vnquam hominem humilius seruiuisse, crudelius imperasse neminem.

Fabius Romæ nobilissimo genere ortus, à prima ætate, quam multis insecerat notis, absumptis perditè paternis opibus, Gurgitis sibi cognomen est assequutus. Cæterùm relictis primæ ætatis libidinibus, in eam temperãtiam peruenit, vt Censor creari meritò posset. Senex insigne virtutis ac modestiæ exemplum se patriæ præbuit, cui iuuenis in venere & gula nimis atram nubem obtenderat.

Longè magis varia fuit Cæsaris Tiberij vita, qui ab Augusto socero Rhodum relegatus, ad imperiũ conscendit, atque ciuilis bonitatis studiosum se ostendens, omnem rerum administrationẽ consulibus permisit, & ad id patientiæ perductus est, vt in Senatu perexignæ dignitatis Senatores ei contradicerent. Cæterùm cum ætate mutatisq; moribus, adeò immanis euasit, vt mortuum populus Romanus exclamauerit in Tyberim esse proijciendum.

Nero, à prima ætate matris obseruantissimus apparuit, vt qua bonitate esset, clarius perspiceretur. Damnatorum supplicia graui odio prosequebatur. Vectigalia populo imposita imminuit: Senatoribus fortunæ casu ad inopiam vergentibus, de publico stipendia proposuit. Sed postquam eius ætas inualuit, in matrem impius, mortem eius procurauit: Senatores, clarissimosq; alios permultos interemit: nec contentus, tormentis interesse voluit, multas in se tanquam factæ essent, coniurationes finxit, vt sæuiendi materiam haberet.

M. Otto, à prima ætate impudicitiæ nota laborauit, & iniustitiæ · sed à Nerone in Lusitaniam missus, eã singulari iustitię laude rexit. Factus postea imperator, ad primam libidinem conuersus est: denique moriens, animi fortitudine Catonem Brutumq; superauit, breui vitæ cursu sæpius morum mutatione facta.

Domitianus primis imperij initijs non tantùm abhorrebat ea loca, in quibus humanus sanguis effunderetur, verùm etiam ea, in quibus ad vescendum cæderentur animalia: sed ex bono in pessimum conuersus, leui de re nobiles permultos occidit, bonaq; eorum publicauit: mortuorum bona inuasit. Prorsus igitur ab abstinentia, ad ingentem rapacitatem se transtulit.

Antonius Caracalla, in prima iuuenta, si quem ad supplicium deduci vidisset, oculos in aliam partem manantibus lachrymis auertebat. Is postea mortuo patre immanis factus, Antonium Getam fratrem, item Senatores, permultosq; alios crudeliter interemit.

M V T V V M.

Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum. *Plaut. in Trin.*
Quum iam repetas, inimicum amicum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarũ rerũ exoritur optio:
Vel illud, quod credideris perdas, vel illum amicum amiseris.
Nam ego talentum mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, vendidi amicum.

Mutuum reddendum.

Præsertim vt nunc sunt mores, eò res redijt: *Terent. in Phor.*
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.

Prodigiosa est fides, si etiam depositum reddatur.

Nunc si depositum non inficietur amicus, *Iuuen. Sat. 13*
Si reddat veterem cum tota erugine follem,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna tabellis,
Quæq; coronata lustrari debeat agna.
Postq̃ accepisti, redde ô homo, & accipies rursum.
Vsuræ seruos liberos faciunt.

N ANTE A.

Nascimur non nobis solum, sed Reipub. & posteris.

Ex Cicerone.

Cic.1.Off. ON solùm nobis diuites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeq́; Reipublicæ.

In Lælio. Bono viro non minori curę est, qualis Respub. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit.

Non nobis solùm nati sumus, ortusq́; nostri partē patria vendicat, partem amici.

1.Off. Vt ad Architam scribit Plato, non sibi soli se natum homo meminerit, sed patriæ, sed suis, vt perexigua pars illi relinquatur.

Cato maior. Non dubitat agricola, quamuis senex, quærenti cui serat, respondere, dijs immortalibus, qui me non accipere tantummodò à maioribus voluerunt, sed etiam posteris tradere. Idemq́; laborat in eis, quæ sciunt nihil omninò ad se pertinere: serunt arbores, quæ alteri seculo prosint.

Natura quàm doctrina vtilior.

Cic.5.de Finib. Multi sine vlla doctrina naturā ipsam sequuti, multa laudabilia fecerunt.

Pro Archia Poëta. Sæpius ad laudem atq; virtutem natura sine doctrina, quàm sine natura valuit doctrina.

3.de Orat. Omnes tacito quodam sensu, sine vlla arte aut ratione, quæ sunt in artibus ac rationibus recta ac praua dijudicant.

2.de Nat. deor. Meliora sunt ea, quæ natura, quàm quæ arte perfecta sunt.

1.de Nat. deor. Nulla ars imitari solertiam potest naturæ.

2.de Nat. deor. Omnis natura artificiosa est, & habet quasi viam quandam & sectam, quam sequatur.

Natura quisque sequatur.

Cic.2.Tuscul. Quam quisq; norit artem, in ea se exerceat.

1.Off. Suum quisq; noscat ingenium.

1.de Orat. Quisq; ad id quod facere potest, detrudendus est.

3.de Oratore. Diligentissimè hoc est eis, qui instituunt aliquos, atq; erudiunt, videndum quò sua quemq; natura maximè ferre videatur.

1.de Orat. Natura primùm, atq; ingenium, ad discendum vim affert maximam.

1.Offic. Ad quas artes aptissimi erimus, in ijs potissimùm elaborabimus: sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenij nō erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si nō decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus. Nec tam nobis enitendum est, vt bona quæ nobis data non sunt, sequamur, quàm vt vitia fugiamus.

1.Off. Quem potissimum vitæ cursum sequi velimus, in hac deliberatione ad suam cuiusq; naturam, consilium omne est reuocandum.

1.Off. Tuenda sunt cuiq; nō vitiosa, sed propria, quæ contemplantes expendere oportebit quid quisq; habeat sui, eaq; moderari, nec velle experiri quàm aliena deceant: id enim maximè quemq; decet, quod est suum cuiusq; maximè.

Naturæ non attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas, quòd nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua: id est repugnante & aduersante natura. 1.Offic.

Hoc genere hominum propè, vt qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis (quòd sermo hominum ad memoriam patrū virtute celebretur) cupidissimè persequantur. P.C.Rabir. Posth.

Natura, dux optima.

Natura, dux optima. Cato Maior.

Mater rerum omnium natura. Parad.4.

Omnium est natura communis. 5.de Finibus.

Sua cuiusq; animantis est natura. Ibidem.

Sua cuique natura est ad viuendum dux. Ibidem.

Multis signis natura declarat quid velit, ac quærat, ac desideret: tamen obsurdescimus nescio quomodo, nec ea, quæ ab ea mouentur, audimus. Lælius.

Facilè indicat natura vim suā, cùm homines, quod facere ipsi non possunt, id rectè in altero fieri iudicant. Lælius.

Si tales nos natura genuisset, vt eam ipsam intueri, eademq́; duce optima vitæ cursum cōficere possemus: haud erat sanè, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret, cùm natura sufficeret. Nunc verò paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusq́; deprauatis sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingenijs nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simulatq; editi in lucē, & suscepti sumus, in omni continuò prauitate versamur: vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cùm verò parentibus redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni natura confirmata cedat. 3.Tuscul.

A natura ipsa desciscimus, vt nobis optimam naturam inuidisse videamur. 3.Tuscul.

Omnes natura duce vehimur. 1.de Nat. deor.

Natura duce errari nullo modo potest. 1.de Legib.

Homo naturę obediens, homini nocere nō potest. 3. Off.

Naturam ducem si sequamur, nunquam aberrabimus. 1.Off.

Nos naturā sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorū auriūq; cōprobatione, fugiamus. 1.Offic.

Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ asciscit, in bonis. 2.Tuscul.

Quicquid homini natura insuum est, eo vti decet: & quicquid agat, agere pro viribus. Cato Maior.

Omnia quæ secùdum naturam sunt, habenda sunt in bonis. Cato Maior.

Nihil censeamus esse malum, quod natura hominibus datum sit. 1.Tuscul.

Nihil in malis ducamus, quod sit vel à dijs immortalibus, vel à natura parente omniū constitutum. 1.Tuscul.

Nihil est aliud Gigantum more pugnare cum dijs, quàm naturæ repugnare. Cato Maior.

Natura non perit.

Vt gemmæ quamuis abijciantur in lutum, fulgorem tamen & proprietatem non amittunt: sic multi, qui quamuis in tenebris inuolui fuerint, non tamen optimam naturam, quam non ab homine, sed ab ipso Deo genitam putamus, non amiserunt. In Vatin.

Vt

3.de Nat. Deo. Vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis, naribusq; domiorum ea, quæ profluétia tetri essent aliquid habitura: sic oatura res similes procul mandauit à sensibus.

Cato Maior. Vt nauem & ædificium idem destruit facillimè, qui construxerit: sic hominem eadé optimè quæ coo glutinsuit, natura dissoluit.

5.de Finibus. Quum dispicere cœpetimus, & sentire quid simus, & quid ab animantibus cæteris differamus, tum ea insequi iocipiemus, ad quæ nati sumus.

Pro Arch. Poë. Ego multos homioes excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor. Etiam illud adiúgo, sæpius ad laudem atq; virtutem, oaturam sine doctrina, quàm doctrinam sine natura valuisse. Atque idem ego cootendo, cùm ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam, confirmatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere.

Naturam incusantes.

Plut. in Moral. Qui de natura queritur, quòd quædá genuerit homini noxia, dissimulatis tot bonis: perinde facit, ac qui Nilú calumniatur, alioqui frugiferú, quòd crocodilum, aut aspidem nutriat: nec postea velit frui prognans frugibus, sed tantùm queratur de venenis, quæ nutrit. Aut si quis in copiosa oratoris oratione, quæ multis exuberet virtutibus, de pauculis voculis temerè elapsis cauilletur.

Vt ex eodem luto licet fingere animantia, ac rursum confundere, atq; continenter aliud ex alio facere: sic natura ex eadem materia maiores oostros genuit, nos deinde, atq; alios.

Sen. Epist. 32 Noo desiderabis artifices, si naturam fueris affecutus.

Ibidem. Ad parata nati sumus, nos omnia difficilia fastidio facimus.

Epist. 94 Aequius est oos oaturæ, quàm nobis parere naturam.

Epist. 98 Ad deteriores faciles sumus: quia nec dux potest, nec comes deesse, & res etiam sioe duce, sine comite procedit. Non pronum tantùm iter est ad vitia, sed præceps.

Idem Epist. 117 Curam nostri nobis natura mandauit: sed vbi nimium indulseris, vitium est.

Ibidem. Satis natura homini dedit roboris, si illo vtamur, si vires nostras colligamus, ac totas pro oobis, certè noo contra oos concitemus.

Quint. lib. 8 Similis est ars plerumq; naturæ.

Idem lib. 11 Habet etiam natura nostra sublime quiddam, & erectum, & impatiens superioris.

Plin. Senior lib. 16 Natura in eisdem locis mutatur.

Ibidem. Naturam omnem expetimentis assequi non possumus.

Salust. in coniur. Catil. Naturæ iniquitas falsò ab hominibus accusatur.

In Hist. Sen. Prima pietatis magistra, natura est.

Plin. Iunior in Paneg. In alio sua quemq, oatura delectat.

Ex Poëtis Latinis. Ex Ouidio.

Natura renouatrix rerum dignissima est.

Ouid. 15. Met. Nec species sua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.

Natura potentior est arte.

Huc licet è toto solertia confluat orbe, — Id. 9. Metam.
Ipse licet reuolet ceratis Dædalus alis,
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Attibus efficiet? oum te mutabit Ianthe?
Dijq; mihi faciles quicquid voluere, dederunt.
Quodq; ego, vult genitor: vult ipsa sorcerq, futurus,
At non vult natura, potentior omnibus istis.

Natura celari non potest.

Heu quàm difficile est, crimen noo prodere vultu? — 2. Metamor.
Quà licet, & possum, luctor celare furorem, — Epist. 15
Sed tameo apparet dissimulatus amor.

Corrupta est hominum natura.

Quod licet, ingratú est: quod noo licet, acrius vrit: — Lib. 2. Amor.
Quod sequitur, fugio: quod fugit, ipse sequor.
Nitimur in ventum semper, cupimusq; negata. — 3. Amor.
Quicquid seruatur, cupimus magis, ipsaq; furem — Ibidem.
Præda vocat.
Aliudq; Cupido, — 7. Metamor.
Mens aliud suadet: video meliora, proboq;, deteriora sequor.
Nil nisi turpe iuuat, curæ est sua cuiq; voluptas: — Lib. 2. de Arte.
Hæc qnoq; de alterius grata dolore venit.

Natura vnusquisque sua femina sequitur.

Format enim natura prius oos intus ad omnem — Horat. de art.
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit,
Pòst adfert animi motus interprete lingua.
Naturam expellas furca, tamen vsq; recurret, — Lib. 1. Epist. ad Fuscum.
Et malè perrumpet furtim vestigia victrix.
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Natura hominum peruersa.

Discit enim citius, meminitq, libentius illud — Ibidem.
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.
Hic satus ad pacem, hic castreosibus vtilis armis: — Propert. lib. 2. ad Mecœnat.
Naturæ sequitur semina quisque suæ.
Viuitur exiguo melius. Natura beatis — Claud. lib. 2. in Ruff.
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.
Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu.
Classica noo fremereot, non stridula fraxinus iret,
Noo ventus quateret puppes, noo machina muros.
Ad mores facilis natura reuerti. — Id. in Eutrop. lib. 2

Natura paucis contenta.

Mensura tamen quæ — Iuuen. Sat. 14
Sufficiat census, si quis me consulat, edam.
In quaotum sitis atq; fames, & frigora poscunt:
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quaotum Socratici cœperunt aote peoates.
Nunquam aliud oatura, aliud sapieotia dicet.

A natura insita, vix relinquuntur.

Tamen ad mores natura recurrit — Sat. 13.
Damnatos, fixa, & mutari nescia.

Natura non occultatur.

Rubet auditor cui frigida mens est, — Idem Sat. 1
Criminibus: tacita sudant præcordia culpa,
Inde iræ & lachrymæ.

Lucan. lib. 4 Discite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat. non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.
Non auro, myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
Vita redit: satis est populis, fluuiusq;, Ceresq;.

Natura celari non potest.

Corn. Gal. Certè difficile est abscondere pectoris æstus:
Panditur & clauso sæpius ore furor.
Tibull. lib. 4 Hei mihi, difficile est imitari gaudia falsa,
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Senec. in Thyest. Multa sed trepidus solet
Detegere vultus: magna nolentem quoq;
Consilia produnt.

Ex Græcis.

Plat. 2. de Rep. Dialog. Nonne & natura ad studiū ipsum idoneus? GLAVC. Quidni?

9. de Rep. Dial. SOCR. Videtur natura ex eorum numero esse, quæ ad intelligentiam homines eleuant, qualia nos perquirimus.

Natura cum doctrina.

In Phædro Platonis lib. 26 SOCR. Quippe si tibi natura, vt sis orator, tribuerit, accedente doctrina, & exercitatione, excellens eris orator: si quid verò tibi horum defuerit, mancus eris.

Plat. Dialog. de Iusto. SOCR. Consentaneū est, vt arbitror, naturā optimam, si sub diuersa forma nutriatur, deteriorem euadere, quàm ignauam. ADIM. Est vtiq;. SOC. Hac itaq; ratione dicimus animos, si malè fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera, & extremam nequitiam ex ignauo potius ingenio, quàm generoso educatione corrupto procedere?

Natura, fortuna, & arte omnia constant.

Plato de Leg. Dial. 10 ATH. HOSP. Res omnes quæ fiunt, quæ futuræ sunt, & quæ factæ, vel natura, vel fortuna, vel arte fieri nonnulli aiunt. Maxima dicunt, natura, fortunaq; fieri: arte verò minora, quam dicunt accepta à natura magnorum operum generatione fingere, fabricareq; minora omnia, quæ artificiosa ab omnibus appellantur.

Arist. Phys. 2 In natura nihil est superfluum.
Ibidem Natura agit propter finem.
Ibidem. Qui tentat demōstrare naturā esse, ridiculū tentat.
Ibidem. Natura multa complet, quæ sunt per artem: & ars multa, quæ sunt per naturam.
Idem de Cælo & mundo. Natura nihil molitur absque ratione, nec casu, nec frustra.
Idē 3. de anima. Natura non deficit in necessarijs, nec abundat in superfluis.
Idem de Morte & vita. Natura maximè seruatur in locis proprijs.
De animal. 12. Natura constituit rem nobiliorem in loco nobiliori, vt cor in medio.
Ibidem. Natura est perinde ac paterfamilias & prudens rector.
Boni, aut mali, natura non efficimur.
Idem 2. Ethic. Ethic. 6. Facilius est consuetudinem mutare quàm naturam.
Natura maximè delectabile sequitur, & fugit triste.
Homo homini natura amicus.
Plutar. de Fort. & vir. Natura suapte natura se offert ducem ad honestum capessendum.
Erasm. in Epist. Natura principum facilima est.

Naturæ operatio, fortuna non indiget. *Plut. de Fort.*
Ingens naturæ vis est. Malum enim hominem nullus bene educando bonum reddidit. *Euripides.*
Gratia est habenda naturæ beatæ, quæ necessaria parabilia fecerit: difficilia autem paratu, non necessaria. *Epicurus.*
Quæ tibi tanta fœlicitas videtur, vt eius gratia naturam existimes hominibus nouercam, brutis verò parentem esse? An propter magnitudinem, celeritatē, visusq; aciem ita censes? At hominum propria vis, in animi ratione consistit. *Plutarchus.*
Neq; natura sine arte sufficit *Simylus.*
Cuiquam omninò quocunq; in studio:
Nec ars per se sine præsidio naturæ.
Quòd si ista duo simul conueniant,
Adhuc desiderantur sumptus,
Amor, exercitium, opportunitas, tempus,
Natura, voluntas, ordo, diligentia
Sapientes faciunt, bonosq; viros.
Natura cuiusq; vnūquodq; ad suam virtutem ducit. *Musonius*

Natura varia.

De Seuero sic iudicauit Senatus, illum aut nasci non debuisse, aut non debuisse mori: quòd cùm crudelis esset, tamen Reipub. videretur vtilis ob alias virtutes.

Socrates aiebat optimè natis, ingenuisq; adhibendam esse rectam institutionem. Idem enim in ijs vsu venire quod in equis, in quibus qui feroces sunt, ac generosæ indolis, si à primis annis instituantur, egregij euadunt: sin minus, efferati, intractabiles, & ad nihil vtiles.

NAVIGATIO.

Ex Latinis.

Magna pars hominum quæ nauigatura est, de tempestate non cogitat. *Senec. de Tranquil. anim.*
Maris nauigatio, mortis causa. *Plin. Senior lib. 19*
Mare nauigare coēgit auaritia. *Lib. 33*
Improbè Neptunum accusat, qui iterū naufragium facit. *Pub. Mim.*
Difficilè naufragium patitur qui ventorum rationem diligenter inspexerit. *Veget. lib. 4*

Ex Poëtis. Ex Ouidio.

Nauita sollicitus quoq; ventos horret iniquos, *Lib. 1. de fasti.*
Et prope tam letum, quàm prope cernit aquam.
Quòd si concussas Triton exasperat vndas,
Qui tibi nunc toto est, nullus in ore color.
Tu generose voces fœcundæ sydera Ledæ,
Et fœlix dicas quem sua terra tenet.
Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest: *Dido apud Ouid.*
Perfidiæ pœnas exigit ille locus.
Illi robur, & æs triplex *Hor. Od. 3. lib. 1*
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti.
Audax omnia perpeti *Ibidem.*
Gens humana ruit per vetitum nefas.
I nunc, & ventis animam committe dolato *Iuuen. Sat. 12*
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda.

Senec. in Medea. Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasq; suas post terga videns
Animam leuibus credidit auris.
Dubiaq; secans æquora cursu
Potuit tenero fidere ligno,
Inter vitæ mortisq; vias
Nimium gracili limite ducto.

Ter. in Hecyra. Non herclè verbis
Parmeno dici potest tantum, quàm re ipsa, nauigare incommodum est. PARM. Ita'ne est? SOS. O fortunate, nescis quid mali præterieris,
Qui nunquam ingressus es mare. Nam alias vt omittam
Miserias, vnam hanc vide: dies triginta, aut plus ea
In naui fui, cùm interea mortem semper expectabam miser:
Ita vsq; aduersa tempestate vsi sumus.

Ad nauigandum lucri cupiditas impellit.

Tibull. eleg. 9. lib. Lucra perituros freta perq; patientia ventis
Ducunt instabiles sydera certa rates.
Proper. lib. 3. de Morte Pæti. Ite rates curuæ, & leti quoq; texite causas.
Ista per humanas mors venit acta manus.
Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas:
Fortunæ miseras auximus arte vias.
Anchora te teneat, quem non tenuere penates?
Quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
Ventorum est quodcumq; paras, haud vlla carina
Consenuit: fallit portus & ipse fidem.

Nauigantes ne naufragium patiantur, merces pretiosas in mare abijciunt.

Iuuenal. Sat. 12. Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
Cùm plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ nullum prudentia cani
Rectoris conferret opem, decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum adeò medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea sunt, dicebat, cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream, teneris quoq; Mecœnatibus aptam.

Nauigationis periculum.

Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 2. Dij maris, & cæli, (quid enim nisi vota supersunt?)
Soluere quassatæ parcite membra ratis.
Verba miser frustra non proficientia perdo,
Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ.
Terribilisq; Notus iactat mea verba, precesq;,
Ad quos mittuntur non sinit ire deos.
Ergo iidem venti, ne causa lædat in vna,
Velaq; nescio quò, votaq; nostra ferunt.
Me miserum, quanti montes voluuntur aquarum,
Iam iam tacturos sydera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles,
Iam iam tacturas tartara nigra putes.
Quocumq; aspicio, nihil est nisi pontus, & aër:
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter vtrumq; fremunt immani murmure venti,
Nescit cui domino pareat vnda maris.
Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest.
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit.
Rector in incerto est, nec quid fugiat'ue, petat'ue,
Inuenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.
Scilicet occidimus, nec spes est vlla salutis,
Dumq; loquor, vultus obruit vnda meos.
Hei mihi, quàm tutum est fragili confidere ligno,
Ostendêre breui, ventus & vnda, mora. *Strozæ.*
Namq; ea dum mitor pelago prouectus aperto,
Decrescunt montes, littora diffugiunt.
Pòst vbi conspectu tellus summota recessit,
Hinc Notus, hinc Boreas, Eurus & inde ruunt.
Vndiq; conuulsum feriunt mare, dumq; tuetur
Quisq; suas partes, diripuêre salum.
Inuoluêre diem nubes, cæcæq; tenebræ
Insurgunt, & nox incubat atra mari.
Intonat horrisono cælum se murmure miscens,
Et sua terribilis Iuppiter arma ciet.
Ignea discussis erumpit nubibus æthra:
Deucalioneæ præcipitantur aquæ.
Nunc ferit immenso Neptunus sydera fluctu,
Et nunc diductis terra aperitur aquis.
Tollitur in cælum, summoq; in gurgite pendet,
Tartara mox præceps fertur ad ima ratis.
Hæc vbi dicta, cauum cõuersa cuspide montem *Verg. 1. Aeneid. de Aeolo & Aeneam inuisa.*
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto,
Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant:
Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Vna Eurusq;, ruunt, Notusq; creberq; procellis
Africus, & vastos voluunt ad sydera fluctus.
Insequitur clamorq; virum, stridorq; rudentum.
Eripiunt subitò nubes cælumq; diemq;
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuêre poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemq; viris intentant omnia mortem.

Tu latius vide primum Aeneidos librum.

Ex Græcis.

Fidelis terra, infidele mare, insatiabile lucrum. *Demet. Phale.*
Vt nauigatio iuxta littus, sic ambulatio circa mare iucundissima est. *Plutarch.*
Qui nauigant, tantum à morte distant, quanta est nauis crassitudo. *Anacharsis.*
Securissima è nauibus est, quæ in portum venit. *Ibidem.*
Boni gubernatoris est, ventorum se flatibus accommodare: viri autem sapientis, animi affectibus. *Aristot. apud Stob.*
Iucundum est, ex terra mare intueri. *Callimach.*
In terra pauperem esse præstat, quàm diuitem nauigare. *Menander.*
Nihil est quidquam deterius quàm mare, *Homer.*
Ad confundendum hominem quantumuis robustum.
Quisquis mare nauigat, is aut insanit, *Europ.*
Aut mendicus est, aut mori cupit. Ex his tribus
Non fieri potest, quin vnum saltem verum sit.
Mare nauigantes planè sunt homines miseri, *Sophocl.*
Quibus neq; dæmon, neq; deorũ aliquis vnquam
Diuitiarum dignam tribuerit gratiam.
Leuibus enim freti ventis longas negotiationes
Magno cum periculo semper adeunt homines perditi,
Propter quas aut lucrantur, aut pereunt.

Aratus in Phaenomenis. Tunc ingruunt Austri, cùm Capricorno
Cooritur Sol. Tuoc est in aere frigus
Nautæ rigenti infestissimum. Veruntamen
Iam totum annum sub carinis mare
Agitatur. Similes autem vrinantibus mergis
Sæpenumerò de nauibus mare circunspectantes
Sedemus ad littora conuersi. Illa verò adhuc eminus
Alluuorur: modicum autẽ lignum mortẽ prohibet.
Philetas. Terram aliquando ostendent dij, ounc verò licet
Velocium ventorum duntaxat intueri templum.
Antiphanes. Infœlix qui marinam agit vitam.
Homerus. Parum enim declinat mortem,
Vbi vehementium ventorum tempestas est ingens.
Sophocles. Quodnam tibi gaudium maius obtingeret,
Quàm si terram nactus sub denso tecto
Stillicidium audires tranquillo animo?
Eurip. Nauis maxima melior est, quàm parua scapha.
Menander. Magni quæstus, facilè aut diuites
Temerè nauigãtes redduot, aut mortem inferunt.
Antiphanes. In terra pauperem esse præstat, quàm diuitem nauigare.
Euphorion. Illum autem vitæ cupidum mare submersit,
Et cubiti supra aquam extensi apparebant,
Inutiliter nimis palpitantes filij Dolopionis
Infœlicis: omoem verò vitam in aqua dimisit,
Manus temerè iactans io summo: salsugo autem ei os impleuit.
Antiphanes. Pecunias respiciens mercator, superbit:
Quarum aliquando omnium dominus fit ventus.
Eurip. Fœlix ille est, q bona fortuna fruẽs domi manet,
Et merces in terra habet, nec denuò oauigat.
Ex Moschi Bucolicis. Cùm ventus leniter mare glaucum aspirat,
Timidus me sollicitat animus, nec amplius Musa
Grata est, sed multo magis desidero magnũ mare.
At quãdo resonat canum Pelagus, & vnda mariua
Incuruata spumet, ac plurimi fluctus agitantur,
Tunc ego respiciens terrã, & arbores, à mari fugio:
Terraque mihi fida videtur, & statim opaca sylua placet.
In qua magno spirante vento pinus canit.
Malam profectò piscator vitam degit, cui domus est nauis,
Et labor in mari, & piscium vaga venatio.
Mihi verò dulcis dormitur somnus sub comosa platano,
Et murmur auditum iuxta fontem delectat,
Qui suauiter sonans, nihil perturbat agentem ruri.
Quandiu salua fuerit nauis, siue magna, siue parua, tandiu & nautam, & gubernatorem, & quemuis deinceps strenuos oportet esse, ac id curare ne quis vel sponte vel inuitus nauim subuertat. Vbi verò mare iam superauerit nauim, inanis est diligentia.

N ANTE E.

NECESSITAS.

Cice. 3. de Orat. Necessitas cogit, quod non babeas, aliunde sumere.
Teren. in Adel. Placet tibi factum Mitio? MIT. Non, si queam
Mutare: nunc cùm nequeo, æquo animo fero.
Ausonius. Faxis vt libeat quod necesse est.
Sil. Ital. Moras extrema recusant.

Hora. Od. 3. lib. Aequa lege necessitas
Sortitur insignes & imos.
Omoe capax mouet vrna nomen.

Necessitas homines, & animalia ingeniosa facit.

Manil. lib. 1. Astronom. Sed cùm looga dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemq;
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcumq; sagax teotando repperit vsus.
Pers. Sat. prim. Quis expediuit psittaco suum χαῖρε,
Picasq; docuit nostra verba conari?
Magister artis iogeniq; largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
A necessitate omnia in seruitutẽ redigũtur statim.
Præ necessitate multa facimus mala.

Ex Platone.

SOC. Necessitas omnibus in rebus cuiq; grauis est. *In Phaed.*
SOCR. Non quod faciendum est, facientis otium expectare vult, sed necessitas cogit facientẽ, opus ipsum obseruata semper occasione prosequi. *2. de Rep. Dial.*
ATH. HOSP. Necessitatem nec Deus, vt dicitur, violabit. *5. de Leg. Dial.*
ATH. HOSP. Sic natura necessitas ipsa obtiouit, qua cum deorum oullum dicimus aut pugnare nunc, aut ounquam pugnaturum. *7. de Leg. Dial.*

Diomedea necessitas. *Adag.*

De ijs, qui vi adacti, non sponte quid faciunt. Vsurpatur à Platone lib. de Rep. 6. Diomedea, vt dicitur, necessitas est, facere omnia, quæcumque isti probarint.

Nemo cogendus amicus.

Si volet, iouitum hunc haudquaquam abduxero quôquam. *Homerus in lib. de Phoenice.*

Necessitas magistra.

Catum è rudi reddit magistra necessitas. *Suidas.*

Fatum immutabile.

Non etenim diuûm mens vertitur astricolarum. *Hom. Odyss. 3*

Quod factum est, infectum fieri non potest.

Agathon. Etenim illud vnum ipsi negatum est & Deo, vt
Infecta reddat, facta quæ fuerint semel.
Homer. Iliad. 6 Ista, molesta licet, ante acta valere sinamus.
Phocylid. 6 Ne've malis iam præteritis animum excruciaris.
Quod semel est factum, fieri iosectum haud queat vnquam.

Aliquot aduersis prælijs secundo Punico bello, exhausta militari iuuenture Romana, Senatus, authore Tib. Graccho consule, censuit, vt serui ad propulsaodum hostium impetum publicè emereotur: ob idq; per tribunos pleb. tres creati sunt, qui quatuor & viginti millia seruorũ comparauerunt. Ex Apulia etiam à fidiculis septuaginta atq; ducenti ad supplementum equinatus sunt empo. Itaq; ciuitas, quæ ad id tempus ingenuæ originis capite censos habere milites fastidierat, eadem è cellis seruilibus extracta corpora, & à pastoralibus casis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum exercitui suo adiecit.
Cannensi clade adeò Respub. Romana debilitata fuit, vt spolia hostium templis affixa, dijs consecrata, instrumenta militiæ futura conuellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: ad iudi-

caror

catorum etiam, & capite damnatorum sex millia conscriberentur: quæ si per se aspiciantur, aliquid ruboris habeant.

Ob Cannensem cladem cùm Octacilius, qui Siciliam, & Cornelius Mammula, qui Sardiniã Proprætores obtinebant, & stipendia, & classibus frumenta peterent, Senatus rescripsit, ærarium longinquis expensis non sufficere: proinde quo pacto tantæ inopiæ succurrendum esset, ipsi viderent. His literis numquid imperij sui gubernacula abiecit? Siciliam, Sardiniam Romæ nutrices, bellorum stabilimenta, necessitate iubente dimisit.

Roma ab Annibale oppressa, cùm trecenti Prænestini permanerent, euenit, vt ex his quidam murem captum ducentis denarijs potius vendere, quàm ipse leniendæ famis gratia consumere mallet: sed auaro fame consumpto, deorum prouidentia, manubijs sordium suarum frui non licuit.

C. Mario. & Cn. Carbone consulibus bello ciuili cum L. Sylla diffluentibus, Senatusconsulto aurea atq; argentea templorum ornamenta, ne militibus stipendia deessent, conflata sunt. Digna causa erat, hi'ne, an illi crudelitatem suam ciuium proscriptione satiarent, vt dij immortales spoliarentur. Non ergo patrum voluntas, sed necessitatis truculenta manus illi consultò stylum suum impressit.

Iulius Cæsar, cùm armis Mundam clausisset, & aggeri extruendo materia deficeret, hostilium cadauerũ congerie, altitudinem quam desiderauerat instruxit, eamq; tragulis & pilis, quia roboreæ sudes deerant, magistra nouæ molitionis necessitate vsus vallauit.

L. Antonius Consul, ab Augusto Perusia obsessus, in eas cõmeatuũ angustias deductus est, vt cùm in seruos quod alimenti habebat, non consumere decreuisset, è quorum numero nonnulli fame conficiebantur: ne ad hostes transitẽt, aut desperatione acti hostes in vrbem inducerent, seruis carceres impleuit, atq; illic fame eos confecit.

Nero Imperator ex immensis delicijs, quibus antea immodicè vtebatur, omniũ odio eum premente, in serui sui domum profugit, atq; illic vrgente siti, qui gemmatis vasis assueuerat, è caua manu poculum sibi fecit: & cùm calcei deessent, & ipsi nudis pedibus per loca asperiora trãseundum esset, pronus per terram in quadrupedis formam perrexit: atq; ne acuti cannarum stipites læderent, vestem subdidit.

Cùm Augustus Maximus, crudelitatis magnitudine defessum Senatum populumq; Romanũ ad defectionem compulisset, atque is armatus ad vrbem tenderet, Aquileiam vrbem in itinere, quòd Senatui parêret, obsessam in eam necessitatem redegit, vt cùm in arcus chordas non haberent, fœminarum suarum comis ad illud opus vterentur.

Ex Græcis.

Cretenses obsidione Metelli ad vltimam vsque penuriam compulsi, sua iumentorumq; suorum vrina sitim sedarunt: quia dum vinci timent, id passi sunt, quòd eos ne victor quidem pati coëgisset.

Numantini à Scipione, vallo & aggere circundati, cùm omnia, quæ famem eorum trahere poterant, consumpsissent, ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt. Itaque capta iam vrbe, complures inuenti sunt, artus, & membra trucidatorum corporum, sinu suo gestantes.

Caliguritani quò perseuerantius interempti Sertorij cineribus obsidionẽ Cn. Pompeij frustrantes, fidem præstarent, quia nullum iam aliud in eorum vrbem supererat animal, vxores suas, & natos ad vsum nefariæ dapis verterunt.

Babyloniorum vrbem cùm Darius obsideret, à quo desciuerant, vt commeatum quem in vrbe habebant, diutius extenderent, ex toto fœmineo sexu, cùm singulas viris omnibus delegissent, reliquas strangulauerunt, ne in eis alendis, illorum nutrimenta consumerent, per quos vrbs defenderetur.

Cambyses Persarum rex, suscepta aduersus Aethiopes expeditione, deficientibus alijs humano generi consuetis alimẽtis, milites decimabat, quorum carnibus in aliorum alimenta vteretur. Miserandum profectò vitæ genus, comitis adempta vita vitam suam propagare: cùm qui eò aleretur cibo, longè eo qui decimatus fuerat, infœlicior dici posset.

Athenienses à Demetrio obsessi, tanta laborarunt necessitate, vt mure delapso è tecto, pater cum filio, vt eum sibi quisque caperet, non verbis, sed etiam pugnis decertauit, fame ita vrgente, vt non modò bestia immunda vesci abhorrerent, verùm etiam insitum à natura affectum, atque reuerentiam obliuiscerentur.

Carthaginenses postremis Romanorum armis à Mancino Consule deuicti, cùm Carthaginem euersam viderunt, ad obstruendam classem cùm materia deesset, trabibus, tabulisq; priuatarum ædium vsi sunt. Et cùm antè Romanis arma tradidissent, omni, quod in vsu erat, ferro consumpto, ad noua conflanda arma, ex auro argentoq; alia sibi confecere.

Hierosolymitani exilij tempore cùm Iudæi arctius à Romanis obsiderentur, reperta sunt in priuatæ mulierculæ domo puerilia membra, quibus infœlix mater occultè vescebatur.

NEGLIGENTIA.

Negligentia nascitur ex re bene gesta. Liuius lib 3. Dec 3

Plerisque longiori tractatu vis quædam accidit, & pondus: vtq; corpori ferrum, sic oratio animò non ictu magis, quàm mora imprimitur. Plu. Amator li.2

Incitantur homines ad cognoscenda quæ differuntur. Idem lib.9

Magnum iræ remedium est negligentia. Sene. li. de Ira.

In ipsa mora malorum sunt remedia. Eurip.

Cunctantem maximè Mars odit. Idem in Herat.

Omnium nostra vita cunctando perijt, & hinc est, quòd vnusquisque nostrùm inter negotia moritur. Epic.

Perpetua cunctatio facit actiones imperfectas. Demetr. Ibid.

Temporis dilatio lucrum non affert. Ibidem.

Plerumq; sera pro nullis sunt. Quintil. Decl. 2

Maxima vitæ iactura, dilatio est. Seneca de Breuit. vitæ.

N ANTE O.

NOBILITAS.

Ex Latinis.

Cic. pro Sestio. OMnes boni semper nobilitati fauemus, & quia vtile est Reipub. nobiles esse homines dignos maioribus suis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum senex de Repub. meritorum memoria, etiam mortuorum.

Senec. Epi. 44. Generosus est ille, qui ad virtutem bene est à natura compositus.

Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires.

Max. lib. 7. Cedit interdum generosus spiritus vtilitati, & fortunæ viribus succumbit.

Salust. in bell. Iugurt. Nobilibus in bello delinquentibus, fortunæ bona patrocinantur.

Curt. lib. 7. Nobilis equus virgæ vmbra regitur: ignauus nec calcari quidem.

In Hist. Sax. Bonum nobilitatis hoc est, quod nos à maiorum nobilitate degenerare non sinit.

Ex Poëtis.

Nobilitas generis improbo ac desidioso non prodest.

Ouid. Epist. 11. Quid iuuat admoto per auorum nomina cælo
Inter cognatos posse referre Iouem?

Idem 13. Meta. Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Ouid. 3. de Trist. Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ:
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.
Pugna suum finem, cùm iacet hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcunq; minor nobilitate fera est.
Vir optimus nunquam fuerit ignobilis.

Iuuen. Sat. 8. Stemmata quid faciũt? quid prodest Põtice, lõgo
Sanguine censeri, pictosq; ostendere vultus
Maiorum, & stantes in curribus Aemilianos?
Quis fructus generis tabula iactare capaci,
Famosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis malè viuitur?

Ibidem. Quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantùm
Insignis? Nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
Aethiopem cygnum, paruam extortamq; puellam
Europen: canibus pigris, scabieq; vetusta
Leuibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est
Quod fremit in terris violentius. Ergo cauebis,
Et metues, ne tu sis Creticus aut Camerinus.

Ibidem. Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit, acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
Nec per conuentus, nec cuncta per oppida, curuis
Vnguibus ire parat nummos raptura Celæno,
Tunc licet à Pico numeres genus, altaq; si te
Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter maioresq; ipsum Promethea ponas.
De quocunq; voles prosuum tibi sumito libro.
Quòd si præcipitem rapit ambitus atq; libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectant hebetes lasso lictore secures,
Incipit ipsorum contra te stare parentum

Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Nobilem fieri pulchrius est, quàm nasci.

Malo Venusinam, quàm te Cornelia mater *Iuuen. Sat. 6*
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

Pulchrius multo parari, quàm creari nobilem. *Auson. in Sobriis sentent.*

Qui genus iactat suum, aliena laudat. *Senec. in Herc. fur.*

Fortes creantur fortibus: & bonis *Horat. Oda. 4 lib. 4*
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Nobiles generis, si malè viuant, se & suos deturpant.

Doctrina sed vim promouet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vtcumq; defecêre mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Qui bono sunt genere nati ingenio malo, *Plaut. in Mili.*
Suapte culpa de genere capiunt genus, ingenium improbant.

Nobilem superbum esse non decet.

An deceat pulmonem rumpere ventis, *Persius. Sat. 3*
Stemmate quòd Thusco ramum millesime ducis,
Censorem've tuum, vel quòd trabeate salutas?
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui.

Nobiles natura sunt omnes, propter virtutes.

Quid genus, & proauos strepitis? *Boetius Metro. 6. lib. 3*
Si primordia vestra
Autoremq; deum spectes,
Nullus degener extat,
Ni vitijs peiora fouens
Proprium deserat ortum.

Non ebore, & gemmis, non auro vera paratur *Strosa.*
Nobilitas: aliquid maius habere decet.

Ex Græcis.

De nobilitate parum laudis prædicare possum. *Euripides.*
Bonus enim vir mihi nobilis videtur.
Qui verò non iustus est, licet à patre meliore,
Quàm Iupiter sit, genus deducat, ignobilis mihi censetur.

Superflua est oratio, nobilitatem
Si mortalem laudauerimus.
Olim enim cùm primum nati sumus,
Et mater tellus homines formauit,
Omnibus consimilem largita est faciem.
Peculiare nihil habemus. Sed vna generis eademq; origo
Nobiles ac ignobiles produxit.
Tempus autem legibus arbitrarijs nobilitatem efficit mage gloriosam.
Sed in prudentia nobilitas sita est: ac intellectus
Non à diuinijs, sed diuinitus datur.

Tutissima generis laus est, *Alcydamas.*
Virum collaudare, qui iustus fuerit
Et moribus optimus, ac eundem vocare nobilem.

Sed

Sed huiusmodi vel vnum inuenire difficile est,
Et inquirentes ipsum infiniti sunt.

Euripides. Non tandem sapientis vos qui vanis opinionibus
Pleni erratis, ex conuersatione autem homines
Iudicabitis, & ex moribus nobiles?
Tales enim fœliciter inhabitare ciuitates,
Ac domos: carnes verò hominum inanes
Simulacra fori sunt. Neq; enim hastam
Forte brachium magis expectat, quàm imbecillum.
Nam in animo istud situm est, & alacritate.

Theodect. Equidem nunquam laudaui nobilitatem,
Quæ dominis vteretur indignis.

Epicharmus. Perdet me genus. Ne nomines, si me amas,
Mater ad singula genus tuum. Quibus enim natura
Nullum adfuerit bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta,
Et genus suum, ac auos enumerant quot habuerint.
At ne vnum quidem videris, aut nominaueris, cui
Non sint aui: aliter enim quomodo nati essent?
Quòd si tamen iudicare id nequeunt propter aliquam
Loci mutationem, aut penuriam amicorum,
Quid propter hoc ignobiliores habendi sunt illis, qui auos suos numerant?
Quisquis suapte natura procliuis ad bona fuerit,
Nobilis est, matre quamuis genitus Aethiope.

Euripides. Parcamus viris nobilibus, parcamus:
Malos autem, vt merentur, respuamus.
Haud equidem scio qua ratione consideranda sit
Nobilitas. Fortes enim natura,
Et iustos, quamuis è seruis natos,
Nobiliores esse dico, quàm inani gloria tumidos.

Menander. Nullum opinor esse generis discrimen.
Sed si rectè consideremus, genuinus
Idem qui bonus: malus autem nothus est.

Euripides. Nimirum in agendo fœlicitas nobilitate præstantior est.

Sophocles. In hominum genere vna produxit ex patre & matre
Lux nos omnes: neq; præstantior
Alius alio natus est. Sed sequitur aliquos
Sors infortunij, alios nostrum opes, & fœlicitas.
Sunt qui necessariò seruitutis iugo premantur.

Antigonus rex Bionem philosophum de ignobilitate criminatum interrogauit: Quis, & cuias es? vbi tua ciuitas est? vbi sunt parentes? Cui Bion respondit: Atqui, ô rex, bene facis, cùm indiges sagittarijs, quòd non interrogãdo genus, sed scopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos etiam explora, non vnde nati, sed qui & quales sint.

Sostratus tibicen cùm ei parentum obscuritas obijceretur à quodam: Atqui, dixit, ob hoc ipsum admirationi magis esse debebam, quoniam genus à me incipit.

Anacharsis cùm per comitium Scytha nominaretur: Genere, dixit, non ingenio aut moribus.

Phalaris. De nobilitate, non minus quàm de alijs bonis gloriari non indignum est. Ego autem præter virtutem, nullam agnosco nobilitatem: reliqua verò cuncta fortunam existimo. Nam humili genere natus, regum & omnium hominum nobilissimus fieri potest. Contrà, aliquis parentibus bonis ortus, malus euadere potest, ac vilissimis quibusq; ignobilior. Glorieris itaq; de laudibus animæ, non de maiorum nobilitate in obscuriori posteritate iam extincta.

Democritus. Pecudum nobilitas in bono validoq; corporis habitu sita est: hominum autem, in bonitate morum.

Diogenes interrogante quodam qui omnium nobilissimi essent, dixit, Cõtemptores opũ, gloriæ, voluptatis, & vitæ: contrarijs autem, paupertate, obscuritate generis, labore, & morte superiores.

Socrates sciscitanti quid esset nobilitas: Animæ, inquit, & corporis bona temperies.

Plutarchus. Quid enim aliud nobilitatem esse putamus, quàm opes antiquas, aut veterẽ gloriam? quorum neutrum in nostro arbitrio est: sed alterum inconstantis fortunæ, alterum propter humanam intemperiem est. A duobus igitur alienis superbũ istud nobilitatis nomen pendet. Atqui diuitiæ non reddunt nascentes sibi similes: virtutis autẽ à iusto animi habitu profectæ facultas, ad posteros diffundi potest. Et hæc vera nobilitas est, similitudo secundum iustitiam.

Non Midæ regis diuitiæ nobiliores Aristidis paupertate fuerunt, licet hic ne sepulturæ quidem sumptus reliquerit: Phrygis autem sepulchro omnia cedere potuerint. Socratis generis humilitas, ex obstetrice & statuario nati, an non Sardanapali gloria nobilior fuit? Xerxem quoq; non æstimo nobiliorem Cynægyro fuisse, cui propter patriam suam amputata manus est: ille autẽ vitæ suæ fuga consuluit, magni regni vice magna timiditate præditus.

Neque frumentum optimum iudicamus quod in pulcherrimo agro natum est, sed quod commodè nutrit: neq; virum bonum, aut amicum beneuolũ, qui genere clarus, sed qui moribus egregijs fuit.

Aristot. De nobilitate planè dubito, quosnam oporteat nobiles appellare. Nam apud sapientes in dubium vocatur, an studio digna sit, & pretiosa. Lycophron nobilitatem cum alijs bonis confert, formamq; ipsius obscuram esse dicit: in verbis autem magnificentia eius habetur: re vera autem ignobiles nihil à nobilibus differunt.

Stobæus. Dubitatur quemadmodum de boni essentia, qui nobiles sint appellandi: aliqui enim nobiles putant esse qui ex bonis parentibus nati sint. Nam propter Aristidis virtutem, etiam filiam eius generosam esse dicunt.

Simonides interrogatus, nobiles qui essent, respõdisse fertur, qui maioribus longo tempore diuitibus natus fuit.

Theognis dicebat homines laudare quidem nobilitatem, affinitatem autem potius inire cum ditioribus.

An obsecro non præstat ille qui diues fuerit, quàm qui proauum aut alium inter maiores suos diuitem habuerit, at ipse pauper sit? Nobiles sunt prisci homines, nostri verò temporis meliores. Virtus recens antiquiori melior esse videtur, & vnumquemq; plus à patre suo quàm auo accepisse. Præstat autẽ, si quis virtutis amator sit, quàm si talem auum ex maioribus habuerit.

Vtrum consentaneum est meliores esse naturas nobili in genere, quàm ignobili? Manifestū quòd in nobili. Non'ne bene nati, si bene etiam educantur, ita demum ad virtutem perueniunt? Necesse est. Consideremus itaq; illis nostra comparantes, an Lacedæmoniorum, Persarumq; reges ignobiliori quàm nos genere orti videantur.

Nobilibus parentibus ac bonis, liberi similes non semper euadunt.

Hoc quoque Phocylides dixit, plurimos esse genere nobiles,
Quos neque dicendo, neque consulendo vlla gratia sequitur.
In copiosa hominum multitudine aliquando reperitur
Bonus ignobili genere natus, & rursus claro
Aliquis valde malus. Ita nihil constans aut fidum est homini.

Menander. Exitiale mihi genus erit. Ne quæso mater commemores, si chara tibi sum,
Genus tuum in singulis. Nam quicumq; natura
Nullum habuerint sibi bonum proprium,
Illi confugiunt ad monumenta
Genusq; suum, & auorum recensent numerum.
At ne vnum quidem videre est aut nominare, qui
Non habuerit auos. Nam aliter quomodo natus esset?
Quòd si tamen illos enumerare nequeat propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum solitudinem,
Quid hanc ob causam ignobiliores iudicandi sunt auos suos recensentibus?

Euripides. Hæc sola pecunijs comparari non possunt,
Generositas inquam, & virtus: formosus autem
Puer, etiam ex malis parentibus gigni potest.

Sophocles. Nunquam amplius, ô viri, admirabor hominem,
Qui obscuro genere natus, alicubi peccat:
Cùm illi, qui videntur esse nobiles,
Huiusmodi verba loquendo delinquunt.

Epicharmus. Nullus est locus vn quam desertus,
In quo omnes aut improbi gignatur, aut probi.

Euripides. Vnicuiq; natura generis est patria.
Nobiles quidem sunt multi, sed degeneres.
Multi enim nobiles, mali sunt.
Iam enim vidi generoso parente natum,
Nullius esse pretij: & rursus ex malis, boni filij generantur.
Plures fiunt deteriores: pauci verò patre nobiliores.

Quùm iuuenis quidam strenuo patre natus, ipse verò parum bonus miles creditus, patris stipendia peteret, Antigonus ad eum dixit: Atqui ego adolescens, non paternæ, sed propriæ fortitudinis, mercedem largior.

Nobiles sunt, qui parentibus bonis, & claris orti sunt.

Euripides. Pecuniæ quidem domesticæ nos deficiunt,
Nobilitas autem & generositas manent.
Papæ, nobili patre nasci
Quantam vim habet ac authoritatem.
Quamuis enim pauper sit, qui honesto loco natus est,
Honore tamen afficitur: & animo suo reuoluens
Patris nobilitatem, suis moribus proficit.
Non parum adfert momenti, si nobilis
Exercitus dux fuerit, & gloriosa fama insignis.
In liberis virtus nobilium
Concipitur: & generosæ nuptiæ præstant opulentis.
Egregia & insignis est inter homines nota,
Bona stirpe nasci: & successus augetur
Propter nobilitatis nomen hominibus dignis.

Idē in Aeoli. Nihil est tam honorificum liberis,
Quàm honesto & bono patre natos esse,
Et ingenuas vxores ducere. At si quis amore victus
Obscuram affinitatē contraxerit, illum non laudo,
Vt qui voluptatis gratia proli suæ dedecus relinquat.
Calamitatibus enim nobilitas subsidio est
Multò magis ignobilitate. Nos enim in mala
Delapsi extrema, inuenimus amicos.
Hunc ego puerum tanta modestia pręditū noui,
Et bonis conuersando pietatem coluisse.
Quo pacto igitur ex tali homine malus
Nasceretur? nullus hoc mihi persuadebit vn quam.
Ipsa generis nobilitas spem facit, quòd futuri sint domini regionis.
Nobilitatem deformium coniugum,
Liberorum gratia non pauci colunt:
Et dignitati magis quàm pecunijs student.
Quòd si generosus es, vt ais,
Iudicato quis, & vnde sis oriundus. Nam honestum
Genus nullo sermone potest contaminari.

Plutarchus. Absurda est sophistarum contra nobilitatem calumnia, qui vulgaris etiam & omnibus notissima non considerant: nempe quòd generandæ sobolis gratia generosi equi & canes emantur: item vitium, olearum, & reliquarum arborum optima quæq; semina. Homini autem nihil ad futuram successionem, generis nobilitatem conferre putant: sed tantundem valere siue Græcam, siue barbaram originem. Neq; credunt latentia quædam principia & semina virtutis in generatione liberis communicari.

Nunc cōstat, cur ex maioribus olim, aut diuitibus, aut bonis nati, meliores videantur esse illis, qui bona propinquiora possident. Propinquius autem bona possidet, qui bonus est, quàm qui auū habuerit virtutis studiosum. Itaque nobilis est, quicumq; bonus est.

Euripides nobilem esse dicebat, non eum qui maioribus longo iam tempore bonis natus esset, sed eum qui vir bonus esset.

Nobilitas, virtus est generis. Virtus autem laudabilis, studioque digna est. Item genus, in quo multi studiosi, bonique fuerint, laudem studiumque meretur.

Non diuites, neque boni, sed qui à priscis diuitibus, atque antiquis bonis descenderint, nobiles iudicandi sunt iuxta vulgi sententiam. At neque simpliciter nobiles sunt, qui à bonis maioribus nati sunt: sed illi tantùm, qui progenitores esse possunt. Si quis igitur ipse bonus est, non pollet autem hac naturæ facultate, vt multos sibi similes generet, principij rationem ad posteritatem non habet.

Arietes,

Theognis. Arietes, asinos, equos quærimus Generosos. Et vnusquisque cupit hæc animalia ex bono genere Parare sibi. Vxorem verò malam maliq; generis du cere parui facit Vir bonus, si modò pecuniarum addatur copia. Neq; mulier viri recusat nuptias, Modò sit diues: bono enim præfert opulentum. Adeò coluntur opes, vt illarum gratia bonus mali generis vxorem ducat, Et malus bonum sibi genus asciscat.

Nobilem qualem esse oporteat.

Menander. Honesto loco natos, & bene educatos Etiam in aduersa fortuna rationem habere decet bonæ famæ.

Euripides. In hoc obsecro mihi gratificare, & imitare mores Iusti genitoris. Hæc enim est liberis gloria Pulcherrima, si quis bonis parentibus natus, Moribus eos similibus referat, & patrisset. Nobiles ac honestos in primis decet vt perseuerét habere pulchritudinem in facie, temperantiam in anima, in vtrisq; fortitudinem, & in verbis gratiam.

Sophocles. Hominem ingenuum ludibrio esse, multò Turpius est; dolere autem, humanum. Voluptas contumeliæ iuncta hominem liberum, mea quidem sententia, neutiquam decet. Formosi debebant esse nobilissimi, Liberi autem vbique magnanimi.

Menander. Dixisti vt decebat te, & non acerbè. Pulchrum est enim genus, sui specimen honestum præbens. Nobilis, famæ potius honestatem, quàm plausum popularem sibi comparat.

Euripides. Omnia scio, quæ nobilem scire conuenit, Tacere, vbi opus est: & loqui, vbi tutum: Et videre, quæ fas est: & non videre, quę nefas aspici: Et moderari ventrem. In malis enim versatus Ingenuos didici mores.

IGNOBILITAS.

Euripides. Stultitia, hæreditarius morbus à patre est. Sic enim solent mali generare malos. O fili Creontis, quàm verum est hoc dictum, Ex bonis viris liberos gigni bonos: Ex malis autem, patris naturæ similes. Vbi fundamentum generis non iactum fuerit Rectè, necessum est ptolem infœlicem fieri. Dij boni, quàm vera est vetus hæc sententia, Ex malo patre probum filium nasci non posse. Ingens profectò naturæ vis est. Malum enim hominem Nullus bene educando bonum reddiderit. Nusquam tantæ sunt apud homines tenebræ, Nec vllum tale hypogeum, vbi suum ingenium Homo ignobilis abscondens, sapiens fieri posset.

Epicharmus. Tantum non suffocor, cùm nobilitatem aliquis homo nihili & malus nominat, qui moribus ignobilis est. Faciem aspectu deformem possidens, Mores etiam huiusmodi habes.

Ex malo enim natura malum producit, Quemadmodū ex vipera, rursum vipera nascitur. Vulnus insligi non potest, si quis feriat Iuncis palustribus, nec ex matre mala Filij nascuntur, qui fortiter hastam tractent. Seruilis euadit etiam magnanimus vir, Qui conscius fuerit parentum malis. Vnicè verò vitam adiuuari dicunt, Cùm animus adsuerit iustus ac bonus. Cæterùm improbos homines fortuna redarguit, Ceu speculum admotum puellæ faciem arguit. Cùm nobilis quidam, sed improbus, ignobilitaté obijceret Socrati: Mihi quidem, dixit, genus dedecori est, tu verò generi.

Iphicrates Harmodio cuidam, generis probrū obijcienti, Meum, inquit, genus à me habet originem, tuum verò in te desijt. Cicero etiam in Sallust. Ego maioribus meis virtute mea præluxi, vt si prius cogniti non fuerint, à me initium accipiant memoriæ suæ.

Appio Claudio, qui in ambiéda Censura erat competitor, iactante se quòd ciues omnes nominatim salutaret, quum Scipio propemodum nosset neminem: Vera narras, inquit Scipio: nam mihi studio fuit, non vt nossem multos, sed ne cuiquā essem ignotus.

Nobilitas singularis est, quæ fit propter diuitias, vel virtutes, vel aliquid aliud propter quod homo honoratur. Arist. Rhet. 1.

Nobilitatis genus & ciuitatis est, sui iuris antiquos esse præsides & principes, & multos insignes ex istis prodijsse. Ibidem.

Nobilitas est primogenitorum. Idem 2. Rhet.

Nobilitas est virtus, & diuitiæ antiquæ. Polit. 3

Pulcher libertatis ac licentiæ thesaurus est, bonis procreatum esse parentibus. Plutarchus.

Ingenuitas tendit ad pudorem. Eurip. in Alcest.

Vnus heroicus vir totam gentem illustrat. Demost. Liberat.

Generosi animi, hostium successus prædicari non sinunt æquis animis. 1. Olynth. Ibidem.

Illum, qui natura generosus est, impensius laudamus. Pythagoras.

Generosior Codro. *Prouerbia.*

Ironia est in eos, qui maiorum fumosis imaginibus, & natalium antiquitate gloriantur.

Generosior Sparta.

De ijs qui excellenti sunt animo, nec timidi, & omnis seruitutis impatientes.

Virtus nobilitatem parit.

Quibus virtus in pretio est, ij ad illustrem nobilitatem perueniunt.

Fumosæ imagines.

In eos, qui peruetustam generis nobilitatem iactāt. Vnde Iuuenalis: Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ Atria, nobilitas sola est, atq; vnica virtus.

Domi nobilis.

Qui non opibus tantùm, aut potentia clarus est, sed ex nobilibus nobilis prognatus est, domi nobilis dicitur.

NOMEN.

Ex Latinis.

Sen. epist. 96 Discite omnia præter virtutem mutare nomina.
Quint. lib. 8 Errori par est, paruis dare modum excedentia nomina, nisi cùm ex industria risus inde captatur,
Sen. epist. 29 Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi videaris, quàm alijs.
Plin. Senior. Authorum nomina non supprimenda sunt.
Plato de Sopiā. Nomina pueris pulchra sunt imponenda.
Arist. Polit. 8 Denominatio fit ab affine, & digniore.
Eurip. in Helen. Multi varijs regionibus nomina habent eadem, & ciuitas cum ciuitate, & mulier cum muliere.
Demosth. 1. Nomina cum re consentiunt.
Olynth. Non decet ex nominis significatione de moribus iudicare.

NOVITAS.

Oui. 3. de Pont. Est quoq; cunctarum nouitas gratissima rerum.
Tit. Calphur. Eclog. 7 Vilia sunt nobis, quæcumq; prioribus annis
Vidimus, & sordet quicquid spectauimus olim.
Hor. 1. lib. epist. ad Lollium. Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est,
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.
Plut. in Amat. Semper noua & pulchra stupesco.
Hom. Odyss. 1 Cautio enim hæc hominum longè est celeberrima vulgo
Et gratissima, quæ nuperrima venit in aures.
Pindarus hymno. 9. Olymp. Lauda vinum vetus, sed nouorum hymnorum flores.
Horat. in epist. Indignor quicquam reprehendi, non quia crassè
Compositum, illepide'ue putetur, sed quia nuper.
Athenæus lib. 3 Alienum amamus, proximum contemnimus.

NOVERCA.

Stob. Qui liberis suis nouercam superinduxit, non honore dignus, sed infamis sit, vtpote dissensionis author domesticæ.
Euripides. Nihil boni aiũt nouercam cupere filijs spurijs, quarum reprehensionem vita.
Idem in Alcest. Inimica consequens nouerca liberis prius genitis, vipera nihilo clementior est.
Idē in Andro. Nunquam duplicia connubia laudauero mortaliũ, nec binas matres habentes liberos.

N ANTE V.

NVPTIÆ.

Nuptialia præcepta.

Anaxandrid. Difficile tibi dico, & arduum ô filia
Iter est, ad patrem abire domum
A marito, cuiuis honestæ mulieri.
Reciproca enim ista via infamis est.
Euripides. Nunquam oportet virum sapientem mulieri
Remittere frænum, neque sinere vt liberè imperet.
Nihil enim fide dignum habet. Si quis verò consequitur
Bonam vxorem, fortunatus est accepto malo.
Antiphan. Ne coloribus ornare corpus velis,
Sed potius animum factis & moribus synceris.
Euripides. Sed nunquam mentem habentes permittere oportet, quibus vxor est,
Vt domum ad ipsam ingrediantur aliæ
Mulieres: docent enim res malas.
Alia quæstus gratia matrimonium corrumpit:
Alia, cùm peccauerit, multas morbi sui vellet habere socias,
Multæ autem ex stultitia. Hinc est quòd domus virorum malè habeant.
Aduersus hæc igitur bene munite
Seris & pessulis ædium fores.
Nihil enim bonum introitus externi
Mulierum efficiunt, sed varia & mala.
Naumachius. Hic tibi sit maritus, quemcumque parentes decreuerint.
Et si fuerit prudens, fœlicissima es: sin aliter
Virum sortita fueris, istum quoq; ferre necesse est.
Quòd si quis prudens aliquid tibi dixerit,
Obedias, nec ab ipso dissentias. Esto autem ei
Magis blanda, cùm aliqua cura afficitur.
Viro enim indignanti consilium & solatium est coniunx.
Externa negotia, quæ conficere potest, ipsi relinques:
Tibi verò cura rei familiaris sit, & custodia domus.
Nec ipsum interroges de rebus, quas nefas est mulieres
Nosse. Si tamen velit te in consilium adhibere,
Statim sermoni eius ausculta: serò autem responde cum ipso
Deliberans. Et nihil promitte, nec adhortare,
Tanquam æqualiter cum ipso rem gestura: exitus enim vanus est.
Prudenti mulieri, quæ virgo nupsit, sat est maritus: neque ipsam
Videbit alter lecto nudatam,
Principiò stultè agentem tolera: est enim necessarium,
Sæpius & morbum sustine quantumuis anxia:
Celatoq; in pectore tuas curas, neque dicas
Omnibus quæ facit, nec omnia parẽtibus indices.
Sed sola desipientem instituas, idque leniter, vt decet.
Nam contumelia prudentem quoque virum irritare potest.
Sæpius autem oratio lenis, etiam insipientem virum demulcet.
At si malis socijs coniunctus, malus euadat,
Ne aduersus ipsum ô filia contendas,
Sed instiga socios vt inter se dissentiant.
Facilis enim est ratio dissipandæ societatis
Malæ, ac socijs amicum reddendi bonis
Et prudentibus.
Sic igitur charum virum ex pectore ames.
Et intelligat maritus tuus euidenter, quòd liberos
Ex animo diligas. Haud enim talis existit,
Vt non sentiat amorem, nec fidele ingenium agnoscat.
Sed audi ô virgo, hæc omnia tibi obseruanda sunt.
Neq; procliuis ad risum, neque tristis esto.
Nec otiosa prorsus, sed labores subeas moderatos.
Neque tuis famulis duram, aut valde lenem
Te præbeas: negligentiores enim domini semper damnum patiuntur.

Timentibus autem seruis domini facilè cum confidentia imperant.
Externos amores reijce, priusquam ab alijs
Reuera cognoscas studia, & mentem ipsorum.
Improbam anum domi nunquam receperis.
Multorum benè conditas familias pessundederunt anus.
Sed neque loquacem mulierem ubi associes:
Egregios mulierũ mores improbi sermones corrumpunt.
Nunquam nimis afficiaris auri studio, neque in collo.
Purpureum hyacinthum geras, viridem've iaspin,
Quibus stulti superbiunt. Tu verò ornatu
O virgo inani non indiges, neq; in speculo
Manu discernens tuam contempleris formam:
Sed neq; circa comã multiplices contexe nodos,
Neque sub genis tuis oculos colore nigro inficias.
Haud enim mulieribus natura dedit corpus imperfectæ
Formæ, vt & alia opus esset in corpore machinari.
Antiphanes. Cùm latere velis aliquod negotium, mulieri
Ipsum aperies? At quid interest, siue mulieri,
Siue omnibus in foro præconibus narrare?
Euripides. Frustra laboramus muliebre genus custodiẽdo.
Nam quæ non vltro iusta fuerit,
Quid opus est illam custodire, ac amplius delinquere?
Menander. Excedis ô mulier limites vxoris,
Per atrium. Nam vestibuli fores, vltra
Domum esse ab ingenua matrona existimantur.
Vlterius autem persequi, & in viam currere,
Canis est opus, idq; conuitijs affecti, ô Rhode.
Sophocles. Mulieris fœlicitas est, si diligatur à marito.
Euripides. Quod mulieribus turpe est, in muliere tolerabile est.
Quid est quòd magno labore muliebres nuptiæ
Custodiantur? Nam quæ bene educatæ sunt, amplius
Peccant in familias, quàm quæ neglectæ.
Idẽ in Andr. Non decet duabus mulieribus virum vnum imperare.
Sed vnicam spectantes furtiuam Venerem
Contenti sunt coniuges, qui bene conuersari voluerint.
Philemon. Bonæ matronæ est ô Nicostrata,
Non imperare viro, sed obedire.
Mulier autem vincens virum, ingens malum est.
Euripides. Ne matrem tuam ô mulier, amoribus virorum
Vincere studeas. Parentis enim malæ
Fugiendi mores sunt prudentibus liberis.
Idem in And. Neque si mulieres noxium sumus malum,
Viros mulieribus consimiles natura fieri decet.
Ibidem. In cæteris minus offendi potest mulier,
At si marito priuetur, vita frustratur.
Aequalis est vis & vxori
Quæ iniuriam à viro patitur, & marito
Qui vxorem desipientem domi habet.
Malarum mulierum introitus me perdiderunt.
Docere te ô filia volo
In puerili ætate non vltra illam sapiendum esse:
Inter virgines autem virgineos mores seruandos:
Quum verò sub egregij viri lænam veneris,
Reliqua studia viris finito.
Ne ducas vxorem: si verò semel acceperis magnã
Dotem, & vxorem ferre tacitum oportet.
Plurimum autem refert, ne vnquam vir sapiens
Nimis custodiat vxorem in penetralibus ædium.
Desiderant enim oculi rerum externarum voluptatem.
In quibus si abundè versetur,
Aspiciens omnia & vbique præsens,
Visumq; saturans, liberatur crimine.
Nam & mares semper appetunt quod latet.
Quisquis autem vectibus & seris
Custodit vxorem, cùm sibi sapiens videatur,
Stultus est, & nihil sapit.
Si qua enim mulier animo foras spectat,
Vel telo & penna citius abscedit:
Ita vt etiam Argi plurimis oculis prædiõ pupillas latere posset,
Vnde præter malum, ingens quoq; ludibrium fit,
Et vir simul & vxor inutiles pereunt.
Euripides. Difficiles res sunt mulierum apud viros:
Et bonæ etiam cum malis mixtæ
Odio habemur, adeò sumus infœlices.
Idẽ in Medea. Ad salutem præcipuum est,
Vxorem à viro non dissentire.
Percontanti cuidam mulieri, quomodo celebris euasura esset, respondit Pythagoras: Contexens telam, & meum curans coniugium.
Hyperides. Oportet mulierem egredientem domo hunc ætatis terminum attigisse, vt qui non cognoscunt ipsam, cuiusnam sit mater, nõ autem cuius vxor, interrogent.
Domi coram viro liceat vxori ornare se vt libeat: ornaméta autem, quæ sumit domum egressura, non ad maritum, sed ad alios spectant.
Mulierem decet non tam viri minas, quàm legis vocem timere.
Herodotus. Mulier cum veste simul & pudicitiam exuit.
Bonæ mulieris virtus est, maritum conuersantem non offendere.
Democritus. Sermo parcus mulierem ornat, & ipsius ornamenti parcitas ei decora est.
Mulieri parere, extremum dedecus est viro.
Hippocrates. Veruntamen aliquo opus habet mulier, à quo castigetur. Habet enim in natura lasciuiam, quę nisi quotidie amputetur, luxuriatur & syluescit instar arborum.
Eusebius. Optimus consensus est nuptiarum, si vterq; coniunx temperantiam exerceat.
Mulier nec alios videre, nec ipsa videri debet, præsertim quæ eleganter ornata fuerit. Vtrumque enim ad res inhonestas incitamentum est.
Plutarchus. Talis pecuniarum societas connubio iũctis maximè conuenit, vt vnam in substantiam rebus omnibus cõfusis ac mixtis, non hanc partem propriam, illam alienam, sed omnia propria, ac nihil alienum arbitrentur.
Romanus quidam, cùm eum amici reprehenderent quòd pudicam vxorem, locupletem & formosam repudiasset, calceum protendit: Nam & hic, inquit, nouus est & pulcher, sed nemo vestrum nouit vbi me premat. Oportet igitur, non doti, non formæ, vxorem credere, sed operam dare, vt quibus vir tãgitur moribus, eos nõ molestè, sed grato animo ferat.
Vt medici febres eas, quæ ab incertis causis eueniunt, magis suspectas habent, quàm quæ manifestas

festas habent causas: sic latentes paruæq; viti ac vxoris offensæ, magis eos disiungunt & vitæ cõsortium labefactant.

Inexpugnabilis res est vxor legitima, si omnia in se collocans, dotem, genus, pharmacum, moribus & virture compararet beneuolentiam.

Ornamentum mulieris, vt inquit Crates, est quod ornat. Ornat autem, quod honestiorem mulierem facit: talem verò præstat, non aurum, non smaragdus, sed quæcumque moderationis & pudoris specimen adhibent.

Theano vestem indués, brachium nudauit: & cùm quidam dixisset, O pulchrũ cubitum: At nõ publicum, inquit. Pudicæ autem mulieris non cubitus modò, sed neq; oratio publica esse debet, nec minus sermo, quàm nudatio corporis formidari: quoniam affectus, mores, ac animi dispositio in sermone planè conspiciuntur.

Apud Elienses Phidias Venerem fecit testudinem calcantem, indicans mulierũ esse munus, & ędes custodire, & silentium. Debet autem vxor aut cũ marito aut per maritum loqui, non ægrè ferens, si aliena lingua, tanquam tibicen loquatur gratius. Romanorum legum lator, munera vicissim dare, & accipere vetuit cõiuges, non quidem ne rei cuiusquam particeps fieret, sed vt omnia cõmunia existimarent.

Mulier prudens maritum ira clamantem cum silentio audiat: silẽtem & placidum eum alloquatur: occludat aures: in susurrationes caueat, ne ignis igni addatur.

Theano interrogata quot diebus muliẽr post viri cõgressum pura fieret: A proprio viro, cõfestim, inquit: ab alieno autem, nunquam.

Philonis vxor interrogata, quamobrem sola ex alijs in conuentu non gestaret ornatum aureum, dixit: Quoniam pro ornamento mariti virtus mihi sufficit.

Theano, quærenti quod officium esset mulieris, respondit: Viro suo placere.

Demades aiebat pudorem in muliere, pulchritudinis arcem esse.

Iamblichus. In hoc conuenient, vt mas imperet, obediat mulier. Erit autem imperij genus, non quale dominorum est, vbi superioris vtilitas curatur: nec quale artium, vbi inferioris tantùm cura est: sed simile ciuili, in quo communis vtilitas ex æquo promouetur.

Dion. Pietas muliebris est, amor eius erga maritum. Risus autem in muliere cõtinuus, deterior est iracundia. Idcirco maximè viget in scortis, & pueris stolidioribus. Mihi sanè facies magis ornari videtur lachrymis, quàm risu. Lachrymis enim vt plurimum bona aliqua doctrina coniungitur: risui verò, lasciuia.

Est autem prima mulieris virtus, temperantia, qua virum & colit, & amat. Viri propria sunt, exercitum aut Rempub. gubernare. Mulieri verò peculiare est custodire domũ, manere domi, bene tractare maritũ. Vtriusq; cõmunia sunt, fortitudinẽ, iustitiam, & prudentiã amplecti. Nam vt corpus habere sanũ vtrisq; prodest, sic animæ sanitas.

Nuptiarum laus.

Euripides. Satis magnum regnum est marito liberi, & vxor.
Aequalem enim calamitatem viri esse iudico,
Liberis priuari, & patria, & pecunijs,
Et vxore sedula. Potius enim est, quàm solas pecunias possidere,
Vxorem ducere virum, quæ modò pudica sit.
Quæuis mulier prudens marito suo inseruit.

Apollonides. Papæ, ô mulieres! Certè inter homines
Non aurum, non regnum, non diuitiarum luxus
Voluptates tam eximias præbet,
Quàm boni mariti & vxoris piæ
Voluntas iusta, & legitimè affecta.

Theognis. Nihil est suauius ô Cyrne, quàm vxor bona.
Testis ego sum, tuq; vicissim meę veritatis esto testis.

Euripides. Mulieris virtutes pro dignitate laudare,
Sapientis alicuius fuerit & docti viri.
Virum qui familiam perdit, prohibet vxor
Bona ei coniuncta, & seruat domum.
Optimę sunt diuitię generosam inuenisse coniugẽ.
Virtutis est penu generosa mulier.
Astrictus nuptijs haud amplius est liber:
Vnũ verò hoc habet commodũ, quoniam affinitati
Bonæ coniunctus, ab omni peccato sibi cauet.
Bona possessio viri est vxor beneuola.
Mulier marito malis aut morbis affecto
Suauissima res est, si ritè in domo versetur:
Mitigans enim iram & tristitiam eius
Animum exhilarat, & occurrit amplectens.

Arsen. Spartanorum lex mulctam statuit, primam, nõ ducenti vxorem: alteram, serò ducenti: tertiam & grauissimam illi, qui malam duxerit.

Pittacus quẽdam interrogabat, quamobrem vxorem ducere nollet: qui cùm respondisset, Quoniam si formosam duxero, habiturus sum communem: sin deformẽ, pœnam: Haudquaquam, dixit: sed si pulchram duxeris, nõ erit tibi pœna: sin deformem, non habebis communem.

Cassius pro Lucullo. Sæpius vxoris beneuolentia in maritũ, etiam filios superat. Nam vitæ cõmunio stabiliorem amicitiam reddit.

Demosthenes. Meretrices voluptatis gratia habemus: concubinas, ad quotidianam corporis curam: vxores verò, vt liberos legitimos gignamus, & rei domesticæ fidam custodem præficiamus.

Cùm quidam diceret apud Musonium, nuptias sibi videri impedimento ad philosophandum, dixit Musonius, Atqui nec Socrati, nec Crateti impedimento fuere, quorum vnusquisque cohabitauit vxori: nec vllos nominare possis, qui melius philosophati sint. Crates licet domo, bonisque humanis omnibus careret, lanbulum nullum haberet proprium, in publicis tamen Athenarũ porticibus egit, tum noctu, tum interdiu cum vxore. Nos autẽ qui domo progredimur, & famulos ministrantes habemus, dicere tamen audemus philosophiam nuptijs impediri? Sunt nuptiæ secundum naturam, si quidquam aliud.

Opifex hominis marem cum fœmina conuersari & iungi voluit, bipartitò genus nostrum diuisit, dein cupiditatem vehementem iniecit vtrique conuersationis cum altero, vt mas fœminam appeteret, fœmina marem.

Si dixeris vnicuiq; tem suam absque muliere esse curandam, reddes hominem nihil vel à lupo, cæterisq; feris differentem, quæ rapacitate viuunt, nulli parcẽtes, sine mutua opera degentes.

At si

At si fateatis hominem apicu'æ similem esse, quę sola viuere nequit, sed ad commune opus congenerum suarum tota inclinat, operam suam omnem proximis coniungens: hoc pacto efficietur, oportere singulos ciuitatem suam curæ habere, & familias in ea constituendas esse. Nuptiæ autem principium sunt constitutionis familiæ.

Quisquis homines nuptijs priuat, is abolet familiā, ciuitatem, totum denique genus humanū, quòd nulla iusta & legitima fit absq; nuptijs generatio.

Nullam necessariam magis, aut suauiorem coniunctionem, quàm viri & mulieris reperias. Nam quis sodalis sodali, aut fratet fratri, aut filius parenti tam fuerit amicus, quàm vxor marito est? Cuius absentia adeò desideratabilis est, quàm viri vxori, & vxoris viro? Aut cuius præsentia magis idonea fuerit ad leuandam tristitiam, vel augendum gaudium, vel calamitatem mitigandam? Quibus'nam verò communia omnia existimantur, & corpora, & animæ, & opes, præterquàm & viro & vxori? Has igitur ob causas viri ac mulieris amicitiam antiquissimam omnium iudicant.

Non parentes plus se à liberis diligi requirūt, quàm coniuges quibuscum nupti sunt.

Admetus, cùm hoc diuinitus ei offerretur, vt duplum ætatis sibi destinatæ viueret, si quem suo loco moriturum exhiberet: parentes quidem licet decrepiti, mortem pro ipso subite detrectauerunt: vxor autem Alcestis admodum iuuenis mortem pro marito exoptauit.

Quòd nuptiæ magnum quid, & studio dignū sint, hinc patet: quòd dij ipsarum curam gerunt, quare magnis coluntur honoribus: primùm Iuno, Pronuba inde dicta, deinde Cupido, & Venus. Nam istos omnes hoc imprimis agere arbitramur, vt virum & mulierem ad liberorum procreationem coniungant. Cùm igitur tanta numina tueantur & curent nuptias ac liberorum generationem, cur eas diceret aliquis mulieri non conuenire?

Hierocles. Maximè necessaria est oratio de nuptijs. Vniuersum enim genus nostrum ad societatem natum est. Prima autem societas est, quæ fit per nuptias.

Ibidem. Quandoquidem vbicumq; licet, prudentem imitari oportet, prudenti autem nuptiæ ceu bonum proponuntur, nimirum & nobis conueniēs. Videtur ipsa natura ad nuptias nos admonere. Nō enim gregales nos solùm, sed vt bini ageremus, fecit: & huic societati commune & vnum opus, liberorum scilicet procreationem, & vitę stabilis conuersationem proposuit.

Ibidem. Non errauerit, qui domum sine nuptijs mancam esse dixerit. Nuptiæ primùm diuinum re vera fructum producunt, liberorum scilicet procreationem, qui & nobis valētibus, omnibus in negotijs opem ferunt, & ætate confectis veri sunt auxiliarij: familiares in secūda fortuna socij lætitiæ: in aduersa verò condolentes rerum tristium successores.

Præter liberorum procreationē vtilis est cum muliere cōuictus. Primùm enim externis laboribus attritos suscipit nos officiosè tractans, & cum omni studio recreans: deinde tristitiæ obliuionem inducit. Cùm vita solitaria est, ac expers beneuolentiæ, solatium præsens est mulier, interrogans aliquid de rebus externis & domesticis, vnde ingens mentis alacritas nascitur.

Ad vitam fœlicitet transigēdam duo requiruntur, auxilium à conatis, & affecta beneuolentia. Nihil autem reperias quod æquè cum alio afficiatur & condoleat ac mulier, neque magis cognatum quàm liberos.

Nō aliud est domus ornamentū maius, aut splēdidius viro & vxore. Non enim sanè sublimes muri, fornices lapidibus ornati, non picturæ, domus sunt ornamēta: sed viri & mulieris coniugium, qui sacri sunt dijs nuptialibus, nihilq; non commune habent ad corpora vsque, imò ad ipsas animas: liberos alunt, & instituunt, deniq; eorum quæ ad vitam necessaria sunt, curam gerūt.

Non tarò admiratus sum illos, qui molestam opinantur cum vxore vitam. Nec enim per Iouem vxor onus aut molestia est: imò res molestas ipsa leuat. Nihil enim tam onerosum est, quod non facilimè concordes ferant vir & vxor. Non paucis intolerabiles sunt nuptiæ, non quòd sua culpa, aut suapte natura talis sit cum vxore societas. Sed ducūtur quas non oportebat, non procreationis liberorum, aut vitæ sociandæ gratia: sed aut propter magnitudinem dotis, aut excellentiam formæ. Sic vsu euenit, vt difficilis ac intolerabilis sit eiusmodi societas, quòd ceu malis cōsiliarijs vsi, de moribus sponsæ nulla cura habita, in suam perniciem nuptias celebrant, & coronatis foribus pro vxore tyrannum sibi ipsis introducunt.

Nobilis, animosus, placidus, & ciuilis iuuenis, considerat domum & vitam perfectam, consistere nō aliter posse, quàm cum vxore & liberis: secus enim manila foret. Certè vt greges & armenta vtcumq; pinguia, sine fœturis grata non sunt sic neq; ciuitas, nec familia. Antipater.

Ciuitas seruari non potest, nisi optimi quiq; ciues, & generosorum filij, tanquam prioribus arboris pulchræ folijs marcescentibus, vxores tempestiuè ducerent, & liberos ceu germina quædam generosa patriæ successores relinquerēt, vt ipsam florere semper, & in vigore perpetuo durare efficerent.

Profectò quisquis vxorem & liberos expertus non est, verissimam & genuinam ignorat beneuolentiam. Sunt enim amicitiæ quædam, similes leguminū mixtionibus, quæ inuicem apponuntur: viri autem & vxoris amor mixtioni aquæ & vini, quæ per totum fit. Re vera vndequaque commiscetur coniugalis amor, cùm non solùm opes, & liberos, & animam, sed etiam corpora soli coniuges habeant.

Aliæ societates aliorsum declinant: vxores autem solæ mariti animum necessariò respiciunt. Parentes siquidem vnicum hunc vitæ scopum liberis seruandum proponunt, vt suis coniugibus placere conentur, & perpetua eos beneuolentia prosequantur.

Cōiunx in ægritudinibus & sinistra fortuna marito
Suauissima est, si domum honestè inhabitet,
Iram suauiter mitigans, & molestias
Animi iucunditate leuans, ac fraudes amicorum.
Quemadmodū si quis vnā dūtaxat manū habens,

alicunde alteram adipiſcatur, facilius multò aliquid apprehendet: ita qui vxorem duxit, facilius fruetur ſalubribus vitæ commoditatibus. Nam coniuges pro duobus oculis quaternos habent: & pro duabus manibus, totidem alias. Proinde feſsis alteris, reliquæ ſuum officium præſtant.

Coniugium quod vnius membri vice ex geminis coaleſcit, fœlicius in vita omnia adminiſtrat.

Plato 6. Leg. Quod ad nuptias attinet, his verbis conſolari debemus: quòd naturæ perpetuitatem promouere oporteat, & filios filiorum relinquendo ſemper Deo miniſtros pro ſe ipſo tradere.

Gignere debemus & educare liberos, vitam ceu lampadem alijs poſt alios tradendo.

Nuptiæ non bonæ.

Anaxādrides. Quiſqnis vxorem ducere deliberat, non delibetat
Rectè: nam vbi deliberauit, ſtatim ducit:
Quod malorum vitæ multorum initium eſt.
Nam ſi quis pauper pecunioſam vxorem
Duxerit, non vxorem, ſed dominam habet,
Cuius famulus eſt. Quòd ſi duxerit
Nihil ei afferentem dotis, iterum fit ſeruus.
Oporteteoim deinceps vnius loco duos alere.
Duxit aliquis turpem, non amplius iucunda eſt ei vita.
Formoſa ſi ducitur, non eſt illa
Magis mariti ſui quàm vicinorum.
Itaq; nullo modo malum cauere potes.

Alexis. Quis quæſo ſanus, & mente conſtans vnquam auder
Vxorem ducere, cùm vitam antè multò ſuauius egerit?
An non ſatius eſt homini prudenti
Infamem fieri potius, quàm vxorem ducere,
Si pauper fuerit? infames enim non finit
Lex, magiſtratum nactos imperare proximis.
Poſtquam verò duxeris vxorē, ne tui quidē ipſius dominum
Eſſe tibi licet: ſed pœnas ſolùm & litigia
Quotidianæ vitæ poſsidemus.

Menander. O ter infœlix, quiſquis in paupertate duxit vxorem,
Et liberos gignit. Stolidus ſanè vir eſt,
Qui neceſſarias quoque res non cuſtodit.
Neque ſi quid acciderit infortunij, in reliqua vita
Emendare aut obtegere id poteſt pecunijs,
Sed vitam omnibus detectam & miſeram
Detegit tempeſtate oppreſſus: triſtium habens
Partem omnium, bona verò conſequi non valens.

Naumachius. Pulchrum ſanè eſt, corpus habere caſtum, indomitamq; manere
Virginem, & puris cogitationibus perpetuò gaudere:
Nec onus laborioſa circa ilia ferentem,
Neq; trementem ſuſpirioſas Lucinæ parturigines:
Sed permanere quaſi reginam inter imbecillas mulieres,
Splendidum animæ oculum ad illam vitam emittendo,
In qua glorioſæ & veræ ſunt nuptiæ, vbi cōmixta
Diuinis verbis lumine plenas meditationes parit.

Philippides. Dicebam tibi ne vxorem duceres, ſed ſuauiter viueres.
Bonum eſt illud Platonis dogma,
Non eſſe ducendam vxorem, neq; fortunæ
Oportere ſe pluribus negotijs auctum objicere.

Bini ſunt cum vxore iucundiſsimi dies, *Hipponactis.*
Alter quo ducitur, alter quo mortua effertur.
Nihil eſt in inclyta terra muliere grauius.
Noui expertus: fœlix ille qui ignorat.

Nullus vnquam mihi amicus vxorem ducat. *Epicharmus.*
Tu qui vxorem ducere ſtatuiſti, ſcito quòd *Menander.*
Bonum habebis, ſi minus malum delegeris.

Nuptiales leges non bene conditæ ſunt. *Euripides.*
Oportet enim hominem fœlicem quamplurimas habere
Vxores, ſi modò victus domi ſuppeteret.
Nunc autē ad vnam ſolùm reſpiciunt vehementer
Periclitantes: inexperti enim morum
Sponſas in ædibus conſtituunt homines.

Fœlices aio homines innuptos, & ſine liberis. *Idem in Alceſt.*
Vna enim eſt anima, cui pro ſe ipſa dolere, onus eſt mediocre.

Nunquā plus exhilarare nuptias, quàm grauare dixerim. *Ibidem.*
Multos diuitijs & genere glorιantes,
Dedecore ſtulta domi mulier affecit.

Hominē ſolū quantumuis anguſta fortuna alit. *Philemon.*
En vxorem hanc ego tibi trado *Ariſtophanes.*
Phædram. Videor autem mihi additurus ignē igni.

Vxorem habere, & liberorum eſſe parentem, *Menander.*
O Parmeno, multas in vita ſolicitudines adfert.

Sæpe in hunc modum conſideraui muliebrem naturam, *Sophocles.*
Quòd nihil ſit: puellæ quidem adhuc cum parente
Suauiſsimam omnium vitam agimus.
Vbi verò ad pubertatem hilares peruenimus,
Pellimur foras, atq; diuendimur,
Procul à dijs patrijs, atq; parentibus:
Aliæ viris peregrinis, aliæ barbaris,
Aut in veras familias, aut auxiliares.
Et hæc, vbi nox vna tantùm nos coniunxerit,
Approbāda nobis ſunt, & rectè habere exiſtimāda.

Egregiè viues, ſi vxorem non habueris. *Philetes.*
Bonam vxorem conſequi non facile eſt. *Diphilus.*
Sepelire vxorem, quàm ducere, melius eſt. *Chæremon.*
Aſtrictus nuptijs, non amplius liber eſt. *Hippoth.*
Similes ſunt ſenectus & nuptiæ. *Theodect.*
Vtramq; enim conſequi deſideramus:
Poſtquam verò nacti fuerimus, triſtamur.

Infortunium extremum, nuptiæ ſunt. *Antiphanes.*
Paternæ opes verè beato poſsidendæ ſunt. *Menander.*
Quæ verò domum ingrediuntur cum vxore,
Neque tutam ſui poſſeſsionē, neq; lætam præbent.

Thales roganti matri vt vxorem duceret, nondum eſſe tempus, dixit: deinde maior natu, non amplius eſſe tempus.

Plato interroganti cuidam, an vxore ducta philoſophari deberet: Cùm neſcias, inquit, te ſolum ſeruare, an humeris etiam vxorem te ſeruaturum putas?

Mulier eo die quo proſtituerit corpus, & pudicitiæ modum deſeruerit, ſtatim animū immutat, ita vt familiares pro inimicis habeat, alienos autem ſibi fidos reputet, ac de honeſtis & turpibus contrariam opinionem induat. *Lyſias.*

Cùm ſemel vxor beneuolentia in maritum priuata eſt, minimè vitalis ei reliqua vita eſt. *Lycurgus.*

Epaminondas rogatus, quidnam vtilitatis caperet vir

vir innuptus:respondit,Pro patria mori non dubitare.

Antiphanes. Iste dies, ista nox noui genij, nouæ sortis principium adsert Magnū profectò homini certamen, nuptiæ sunt. Nam si vxor incommoda cōgerit, quo pacto leuabis calamitatem?

Graue est voluptates sibi comparare existimantem dolores asciscere. Nihil quidē suauius vxore grata. Sed eidem rei cui iucunditas inest, in vicino est molestia.Nam voluptates non solæ accedūt, sed comites earum sunt tristitiæ & labores.

Constat quòd etsi vxor viro charissima fuerit, non minus tamen ei facessit negotij circa amores aut dolores, quàm ipsemet sibi. Quòd si insuper liberi nascantur, iam omnia curis plena sunt, & iuuenilis animi exultatio dispetit: & facies haud eadem amplius est.

Nuptiæ nunc prosunt, nunc obsunt, pro diuersis coniugum moribus.

Theodec. Quando maritus vxorem domum ducit,
Non solùm, vt videtur, vxorem accipit,
Sed vnà cum ipsa quoque introducit
Aut bonum sibi dæmonem, aut contrarium.

Susarion. Malum sunt mulieres: verūtamen ô populares,
Hoc sine malo domum inhabitare non licet:
Nam & vxorem ducere, & non ducere, malum est.

Euripides. Non omnes aut infortunati sunt in nuptijs,
Aut fortunati. Calamitosus est autem, qui inciderit
In malam mulierem: fœlix, qui in bonam.

Menander. Mulier sumptuosa, res est molesta, neque sinit
Maritum pro arbitrio viuere. Fit tamen aliquid
Boni ex ipsa: affectum enim ægritudine
Virum magna diligentia curat,
Infortunatum non deserit, & defunctum
Sepelit, ornatq; familiariter. Respicienda tibi
Hęc sunt, vbi quid ex rebus quotidianis molestum fuerit.
Sic enim omnia feres: at si recensueris
Id semper quod molestum est, non vicissim considerans
Bona simul narranda, ferre tandem non poteris.

Hesiodus in Operibus. Haud enim vxore melius quidquam vir acquirit
Bona: mala verò nihil est deterius
Clanculum abligurïente, quæ virum vtcumque egregium
Vrit sine torre, & ad crudam impellit senectam.

Philippides. Deformem vxorem duxisti, sed diuitem.
Cubes igitur iniucundè, suauiter epulans.

Euripides. Quisquis omnes vno sermone vituperat
Mulieres simul, rudis est, non sapiens.
Multæ enim cùm sint, aliam inuenies malam,
Aliam verò animo præditam generoso.

Menander. Vxorem ducere, si quis veritatem consideret,
Malum quidem est, sed necessarium malum.

Euripides. Nihil sanè deterius existit mala
Muliere: bona verò eximiè, nihil
Esse melius scio: differunt autem ingenia.

Idem in Ant. Quid enim viro calamitosius fuerit, quàm non potiri fida vxore?
Quibuscumque hominibus bene cōstitutæ sunt nuptiæ,
Illorū beata est vita: quibus autem malè cesserint,
Tum domi, tum foris infortunati sunt.

Sophocles. Adeò nullum incommodum maius muliere
Mala vir habere potest: neq; moderata, melius.
Vnusquisque autem, quæ sibi contigerunt expertus, narrat.

Hesiodus in Theogonia. Sic etiam malum viris mortalibus mulieres
Iupiter altitonans fecit socias operum
Molestorum, & alterū malū pro bono largitus est.
Quicumque nuptias fugiens, & plena curis mulierum opera
Vxorem ducere noluerit, & perniciosam senectam attigerit
Sine liberis curantibus eū, hic alimoniæ non inops
Viuit: defuncti autem opes diuidunt
Alieni raptores: ille verò, qui nuptias celebrauit,
Et vxorem duxit solicitam, & prodentem,
Aequalia bona malis in vita sortitur.

Euripides. Ne quid agas temerè, neque tuis malis
Cōparans adeò accuses vniuersum genus mulierū.
Multæ enim de nobis æmulatione dignæ sunt,
Aliæ verò ex numero malarum.

Epicharmus. Vxorem ducere, perinde est ac ter senas
Aut tres tesseras fortuitò iacere.
Nam si compositam moribus acceperis,
Fœlices habebis nuptias:
At si frequenter exeuntem domo, loquacem, & sumptuosam duxeris,
Non vxorem habebis, sed instructum per vitam infortunium.

Euripides. Quæuis mulier proba marito suo inseruit:
Improba verò, per vecordiam contemnit virum.
Miserrimum est muliebre genus, postquā odio haberi cœpit.
Nam quæ peccarunt, etiam immeritis
Dedecori sunt mulieribus. Et cōmunicāt vituperiū
Malæ non malis. Et quantum ad nuptas attinet,
Nihil beneuolentiæ videntur erga viros gerere.

Musonius, vitæ ac generationis liberorum communionem, caput esse nuptiarum dicebat. Siquidē sponsum & sponsam hoc nomine inter se conuersari oportet, vt simul & viuant, & liberos gignant, & omnia cōmunia existiment, nihil verò propriū, ne corpus quidē suum. Permagni enim facienda est hominis generatio, quæ tali coniugio producitur.

Omninò cōmunis vita in matrimonio requiritur, & mutua viri & vxoris cura. Huiusmodi curam & procreationem liberorum vnusquisq; desiderās nuptias cōtrahit. Vbi igitur hęc procurandi diligētia perfecta est, & perfectè à coniugibus exercetur, tum nuptiæ se habent vt cōuenit, & æmulationē merentur. Optima enim est huiusmodi communio. Vbi verò vterq; suā tem solùm considerat, altero neglecto, ibi necessariò societas perit, & res coniugum malè se habent.

De vxoris petitione, & nuptijs.

Eurip. Quicumq; nuptias fato sibi nō destinatas ambiūt,
Frustra laborant. Vxor autem viro fatali
Manens, etiam absq; omni cura domū ingreditur.
Ne gignas liberos dijs inuitis.
Quicumq; nuptias aut genere præstantiores contrahunt,
Aut multarum opum gratia, vxorē ducere nesciūt.
Vxor enim imperans domi
Subijcit maritum, ita vt non sit liber amplius.
Opes autem nuptijs acquisitæ vxoris

Inutiles sunt,ac citò dissoluuntur.

Menander. Si quis pauper nuptias contraxerit,
Et allatas ab vxore pecunias acceperit,
Hic dat seipsum,non illam ducit.

Res duæ potissimū vxorē ducturo coosiderādæ (suot,
Nempe aut facies blanda,aut booi mores.
Hæc enim colunt beneuolentiam mutuam.

Hesiodus in operib. Ducas autem virginem, vt bonis moribus ipsam instituas,
Omnia diligenter circuospiciens, oe vicini tuas nuptias irrideant.

Theognis. Canes &equos nobis ô Cyrne quærimus
Nobiles:& libet ex bona progenie
Suos iniri. Malam verò vxorem maliq; patris filiā ducere non curat
Vir bonus,modò ei dotem magnam adferat.

Euripides. Adhortor omnes bomines,
Vt ex bonis viris bonos liberos gignant.
Sic enim ounquam malus euentus accidet.

Homo in animæ suæ partibus,hoc primum dispositionis vestigiū habet. Sunt enim atimæ partes raoo,animositas,& cupiditas.Ratio quidem patrisfamilias, & principi consimilis est, vtpote oatura senior,& ad iudicandum maximè apta.Cupiditas cùm sit muliebris,tenera,& mollis, mulierem repræseotat.Animositas autem impetu & feruore plena, rationi obediēs, iuuenem repræsentat.Animositatis affectus , vnitas est, quæ generat & definit:cupiditas verò binari' est numerus,qnoniā finitur:aoimositas suapte natura impar est,cupiditas verò,aliunde pendens & par.

Oportet musicum imitari,qui postquam proprium vocis tonum didicit , tum demum conatur mediā cōstituere,vt & grauibus & acutis conueniat, & neq; abrūpat.Eodē modo ouptiæ cōcinnādæ sunt iuxta ptopriū animæ tenorem,vt & in læta, & aduersa fortuna inuicem vnanimes degant.

Nicostrat. de Nupt. Noo tam parentum nobilitas & gloria,quàm vxor respiciēda est. Multæ enim perquàm honestis & claris parētibus ortæ , malæ & impudicæ deprehēsę sunt.Non desunt qui nullā ducendā sibi vxorē existimāt,nisi diuitē. Verùm hîc apparet egregia seruitus,si quis seipsum vxori pecuoijs affluēti submittat. Quòd si quis meæ sentenoiæ fuerit, vel paruam dotem libeoter capiet.

Etenim multò præstat vxorem viraginem , & ruri nutritam inquirere sibi , quæ idonea sit,si oportuerit vel aquam haurire , vel ignem accendere, non tamen illiberalis,aut mechanici ingenij.Etenim hæc exercitia mulierem robustā reddunt.

Musonius. Vxorē ducturos oportet, nō generis nobilitatem, neq; doris magnitudinem,neq; formā corporis, inspiçere.Non enim opes,aut forma,aut nobilitas magis pnssunt vel societatē promouere,neq; ad meliorē liberorum procreationē quidquā faciunt. At corpora nuptijs idonea sunt,quæ sana, formæ mediocris,& ad laborē valida sunt : hæc enim minus lasciuorum insidijs exposita sunt, & corporis labores fortius subeūt, & liberos sufficienter procreāt.Ingenia verò habēda sunt optima,quę ad tēperantiā,omnē deniq; virtutē aptissima sint. Nā quæ nuptiæ quæso citra concordiā honestæ sunt?aut quæ societas vtilis?Quomodo autē cōcordes inter se fuerint homines improbi? Nihilo certè magis quàm ligno recto cū incuruo,aut duobus curuis inter se conueniet.

Nuptias frugales,& æquales opibus celebrato. Chilo.

Cleobulus dixit,filias viris elocādas esse ætate virgines,sed prudentia matronas.

Pericles Atheoiensium imperator, duobus eius filiam ambientibus, quorum alter diues ac imperitus erat,alter verò pauper & studiosus:elocauit eam pauperi,inquiens illum, qui diues fieri possit,meliorem esse quàm qui iam sit.

Democritus dixit , quòd ille qui booum generum nactus sit,inuenerit filium:qui verò malum,& simul filiam perdiderit.

Themistocles,cùm consuleretur,vtrum bono viro pauperi,ao minus probato diuiti filiam collocaret:Ego , inquit, malo virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro.

In nuptijs, vtriusq; ætas consideranda est.

Incommoda est vxor iuuenis viro seni. Theognis.
Non enim gubernaculo instar nauis regi potest,
Nec anchoris detineri: sed abruptis funibus,
Sæpius de nocte alium portum babet.

Malū est iuuenem vxorē viro iuueni cōiungere. Euripides.
Diuturnior enim est marium vigor,
Fœmineū verò corpus pubertate citius destituitur.

Si nobis amicus es,lectum iuuenilem sequere. Euripides.
Ego enim iam natu grandis, oon sustinebo tibi conuersari.

Aetate matura vxorem ducito. Hesiodus.
Neq; multò mioor natu trigiota anois:
Neque multò maior. Istæ enim tempestiuæ sunt nuptiæ.
Virgo autem pubescens anno decimoquarto , nubat decimo quinto.

Nuoc iuuenes adhortor omnes, Euripides.
Ne in senectute nuptias celebrent,
Sed paulatim in iuuentute liberos procreent.
Nihil enim voluptatis habet,
Et res est inimica mulieri vir seoex.

In nuptijs contrahendis.non nobilitas, nec diuitiæ,sed mores spectandi sunt.

Ego nihil banc legem Diodorus.
Sancio,& approbo iuxta hanc sententiam facere.
Melius enim est beoe educatam ducere
Vxorem sine dote, quàm cum pecunijs malè,
Præsertim cùm vitæ particeps futura sit.

Hoc sanè modo vxores ducere oos oporteret Menander.
Omoes,vt fructum inde perciperemus:
Non quidem res inutiles inquirere,
Quisnam eius, quā ducit,auus,aut quę fuerit auia.
Ipsius autem sponsæ futuræ,mores,
Qua cū victurus est,nō examinare, neq; inspicere,
Sed ad mensam proferre dotem,vt
Bonum'ne sit argentum,trapezita videat,
Quod non per quinq; menses domi māsurum est.
Eā verò quæ per omnē vitā iotus perpetuò sedebit,
Nullo modo considerare,sed temerè sibi ducere
Ingratam,iracundam,molestam,si ita cootigerit,
Et loquacem. Filiam meam circum ducam
Per totam ciuitatem.Vos qui ipsam ducere vultis,
Dicite,præmeditantes quantum malum
Accepturi sios.Necessū enim est mulierē esse malā.

Si ducenda vxor est,ex claro genere ducat Euripides.
Et bono,quisquis sibi consultum volet.

Malum

Hippomaches. (margin)

Malum verò coniugium non appetat,
Neque si dotes aureas secum adferret vxor,
Nūc vxores ducite, ducite inquā, & mortē obite
Aut veneno ex mulieribus, aut fraude.
Quicumque diuitiarum aut nobilitatis respectu
Malam duxerit, stolidus est: parua enim mala
Prudentē potius quā magna domi habere oportet.

Hippomaches. Nuptiæ optimæ sunt viro prudenti,
Qui mulierē bonis moribus præditā domi accipit.
Hæc enim dos sola domum conseruat.
Quicumque verò vxorem huiusmodi duxerit,
Hic pro domina laboris sociam habet
Beneuolam & constantem per omnem vitam.

Euripides. Multos autem diuitijs & genere gloriantes
Stulta domi mulier infames fecit.
Si mentem habeas, bene est: sin minus, quid opus est formosa
Vxore, nisi probo fuerit ingenio prædita?

Antiphanes. Haud vllum est onus grauius
Re vera, quàm vxor dotem ferens copiosam.

Euripides. Hæc illecebra est: non forma, ô mulier,
Sed virtutibus oblectantur mariti.
Quisquis vxorem ex asse hæredem ducere cupit
Diuitem, is vel pœnam iratis luit dijs,
Vel infœlix esse vult sub nomine fortunati.

Item in Andr. Honestius est hominibus pauperem bonum, quàm malum & diuitem
Generum habere & amicum: tu verò nihil es.
Quemadmodum speculi ex auro, argentoq; confecti nulla fuerit vtilitas, nisi formā similē repræsentet: ita neq; diuitis vxoris fructus vllus est, nisi vitā exhibeat marito similē, & ingeniū concors.

O ANTE B.

OBEDIENTIA.

Ex Latinis.

Senec. de beata vita. DEo parere libertas est.

Gell. lib. 1. Corrumpitur atq; dissoluitur imperantis officium, si quis ad id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondet.

Plin. Iunior in Pang. Maior est obsequij gloria, in eo quod quis minus velit.

Curt. lib. 6. Suis quique parent placidius.

Idem lib. 7. Vtilius parere dicto, quàm afferre consilium.

Idem lib. 8. Obsequio mitigantur imperia.

Pub. Mim. Bis peccas, cùm peccandi obsequiū accommodas.

Idem. Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.

In Hist. Sat. Potentiori omnia parent.

Ex Apophth. Imperare & parere imperio, ars omnium pulcherrima: quæ duæ res à ciuilibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam.

Non sunt gerendo magistratui idonei, qui legibus ac magistratibus nesciunt obsequi.

Parêre dicitur, qui quod didicit optimum esse factu, facit.

Ex Poëtis.

Plau. in Trinū. Pater, adsum,
Impera quod vis: neque tibi ero in mora, neque latebrosè me abs tuo
Conspectu occultabo.

Ibidem. Feceris par tuis factis cæteris, patrem
Tuum si percoles. per pietatem nolo ego cum improbis te viris,
Gnate mi, neque in via, neque in foro vllum sermonem exequi.

In Sticho. Certum'ne est
Neutram vestrarum persequi imperiū patris? PIN. Persequimur.
Nam quò dedisti nuptum abire nolumus.

Teren. in And. Neq; isthic, neq; alibi, vsquam erit in me mora.

Ibidem. Facis vt te decet,
Cùm isthoc, quod postulo, impetro cum gratia.

Olympius Nemesian. Et parêre decet iussis, & grata iubentur.

Magistris obediendum est.

Martial. lib. 1. Epigramm. Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contaminare manus.
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.

Ex Græcis.

Aristot. Oecon. Quanto quis diligentius obsequitur, tanto maiorem gratiam obtinebit.

Apud Stob. Nullum est maius, quàm inobedientiæ malum.

Xenoph. apud Stob. Quæ hoc tēpore habemus bona, ob nullam aliam causam adepti sumus, quàm ob præstitam obedientiam patri, aut principi.

Ibidem. Obedientis ciuium, fœlicitas vrbis.

Iamblic. hus. Itaq; in hoc etiam conuenient maritus & vxor, vt mas imperet, mulier obediat.

Socrates. Viros oportet, ciuitatis legibus obedire, vxores autem maritorum ingenijs.

OBLIVIO.

Obliuio vnde.

Aristot. de Memoria. Obliuiosi sunt, tum qui præceleres & impendiò volucres sunt, tum qui hebetes admodū & tardi: alteri, quòd humidiores sint, quàm necesse est, in quibus sisti & inhærere imagines nequeāt: alteri, quòd rigeant plus æquo, vnde propter duriciem typos non admittant.

Idem Topic. 3. Obliuisci eorum, quæ quis fœdè egit, bonorū est: reminisci autem, malorum.

Eurip. apud Plut. Verè sapientis est ineptiarum obliuio.

Eurip. in Orest. O veneranda obliuio malorum, quàm es sapiens, & miseris optabilis dea.

Aristot. Obliuio, exitus est memoriæ.

Idem. Obliuio odiosa est.

Obliuio non fit repentè, sed paulatim.

Ex Poëtis.

Lethes fluuius obliuionem inducit.

Virg. 6. Aeneid. Has omnes vbi mille rotam voluere per annos,
Lethęum ad fluuium Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant
Rursus.

Silius Italicus lib. 13. Sacro certamina fonti
Lethæos putat latices obliuia mentis
Extrema, hinc auro fulgens iam lucis honorem
Sentit, & admoto splendet ceu sydere lunæ.
Hac animæ cælum repetunt, ac mille peractis
Oblitæ Ditem redeunt in corpora lustris.

Sen.in Troade. Dediscit animus serò, quod didicit diu.

Plau.in Capt. Mos est obliuisci hominibus,
Neq; nouisse, cuius nihili sit faciunda gratia.

Oui.2.de Pont. Non ego, si biberes securæ pocula Lethes,
Excidere hæc credam pectore posse tuo.
Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit,
Calthaq; Pæstanas vincet odore rosas:
Quàm tibi nostrarum subeant obliuia rerum,
Non ita pars fati candida nulla mei est.

Pub.Mim. Iniuriarum remedium est obliuio.

O ANTE C.

OCCASIO.

Ex Apophtheg. Eras.

ADuersus hostes nulla prętereũda est occasio. Pro tẽpore, proq; re nata variandus est sermonis habitus.

Scriptura non mutatur, cùm pro varietate occasionum vir probus & sapiens cogatur sæpe mutare consilium.

Inimici per occasionem vtiles sunt nobis, per quos non licet impunè, secureq; negligentes esse.

Occasionis modum nosse oportet. Is autem sapientiæ terminus est.

Qui enim intempestiuè quamuis doctè canunt, illi non approbantur, sed crimen stultitiæ subeunt.

Occasio neglecta. Antiphanes adolescens qui prius Themistoclem fugerat amantem, ac fastidierat, vbi vidit illum gloria celebrem, & potentia clarum, adijt illum blandiens: cui Themistocles, O adolescens, serò quidem ambo, sed tamen sapere cœpimus. Sentiens illum non arripuisse conditionem sese offerentem sibi.

Plut.de Amici. & adul. Opportunitas non obseruata, cùm omnibus quidem rebus infert malum ingens, tum verò maximè in admonendo detrahit vtilitatem.

Demosthenes. Cupidæ occasiones tandem oblatæ arripiuntur.

Idẽ 1.Olynth. Grauissimæ sunt, & sapientissimæ occasionum conciones, eędemq; perspicuę, nec sine pernicie negliguntur.

Ibidem. Occasionis vox nihil aliud est, quàm diligens temporis, & cæterarum circunstantiarum consideratio.

Demosthenes. Nihil prætereundum est quod ad rem pertineat.

Idẽ ad Leptin. Paruæ occasiones, magnarum rerum causæ existũt.

Idẽ de Cherron. Occasio parua, & prima quæque offensio celeriter omnia distulit atq; euertit.

Idem contra Aristoge. Oportet eum, qui vobis Remp. administrare vult, non subitò affectibus ad iracundiam impellentibus obtemperare, sed rationi, rebus ipsis, & tẽpori seruire. Opportunitate celeriter res concidunt.

Orat.3.in Philip. Vos, si iam resistatis, prudenter facturos dicam. Si verò reieceritis, ne hoc quidem, cùm volueritis, facere poteritis.

Ex Orat.de Fœdere Alexand. An existimans ipsam rei bene gerendæ occasionẽ aliquando valere etiam absq; iure id quod conducit, efficere: iam verò cùm in id ius simul & occasio & vtile consentiunt, aliud quoddam tempus expectabitis vestræ simul & aliorum Græcorum libertatis recuperandæ?

Olynth.1. Qui rectè occasione vsi non sunt, ij ne si boni quidem aliquid à dijs acceperint, eius recordantur.

Occasionis descriptio.

Ausonius. Sum dea quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris sum: Mercuriusq;
Fortunare solet, tardo ego, cùm volui.
Crine tegis faciem? cognosci nolo. Sed heus tu,
Occipiti caluo es? ne teneat fugiens.
Quæ tibi iũcta comes? dicat tibi. Dic rogo, quæ sis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas:
Nempe vt pœniteat, sic Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? si quando volaui,
Hæc manet: hanc retinent, quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Ouid.de Rem. Amor. Temporibus medicina valet: data tẽpore prosunt,
Et data non apto tempore vina, nocent.

Veget.de re mil. Occasio in prælio amplius iuuare solet, quã virtus.

In Histo. Sax. Occasione dimidium negotium conficis.

OCVLI.

Ex Latinis.

Quint.Decl.8 Vitijs nostris in animum per oculos vis est.

Idem Decl.2 Non inuenies debilitatẽ, quæ magis cum paupertate conueniat, quàm visus priuatio.

Oculi augent dolorem.

Cic.ad Torq. Oculi augent dolorem, quia ea, quæ cęteri audiũt, intueri coguntur, nec auertere à miserijs cogitationem sinunt.

Ad Curion. Acerba audire tolerabilius est, quàm videre.

Cic.3 de Orat. Facilius ad ea, quæ visa sunt, quàm ad ea, quæ audita sunt, oculi mentis feruntur.

Cic.1.de Natura Deor. A consuetudine oculorum animum abducere, difficillimum.

1.de Nat.deor. Nihil est difficilius, quàm à consuetudine oculorũ, mentis aciem abducere.

Arist.Elench.2 Difficile est multa simul inspicere.

Demosthenes. Oculi morum iudices.

Euripides. Quiuis homo delectatur, dum lumen videt.
Idem oculorum est iudicium.

OTIVM.

Ex Poëtis.

Catulus ad Lesbiam. Otium Catulle tibi molestum est.
Otio exultas, nimiumq; gestis.
Otium reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

Ouid.lib.1.de Ponto. Cernis vt ignauum corrumpunt otia virtus?
Vt capiant vitium, ni moueantur, aquæ?
Et mihi si quis erat dicendi carminis vsus,
Deficit, estq; minor factus inerte situ.

Lucan.lib.1.bell.Ciuil. Variam semper dant otia mentem.

Ouid.1.de Pōt. Otia corpus alunt, animus quoq; pascitur illis:
Immodicus contrà carpit vtrumque labor.

Otium ignauum.

Ouid 5.Trist. Eleg.12 Adde quòd ingenium longa rubigine læsum
Torpet,

Torpet,& est multò quàm fuit antè minus.
Fertilis,assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Vertitur in teneram cariem,timisq; debiscit,
Si qua diu solitis cymba vacabit aquis.

Ouid.de Remed.Amor. Otia si tollas, periêre cupidinis arcus:
Contemptæq; iacent & sine luce faces.
Quàm Platanus riuo gaudet,quàm populus vnda,
Et quàm limosa canna palustris humo,
Tam Venus otia amat.

Horat.lib.1.Epist. Nos numerus sumus,& fruges consumere nati,
Sponsi Penelopes,nebulones,Alcinoiq;,
In cute curanda plus æquo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies,&
Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Nihili est,qui piger est,nimisq; id genus odi malè:vigilare
Decet hominem,qui vult sua tempori officia conficere.
Non illum expectare oportet,dum herus se allusci-tet officium.
Nam qui dormiunt libenter,sine lucro,& cum malo requiescunt.

Ouid.lib.1.de Remed.Am. Quæritur Aegysthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est,desidiosus erat.

Teren.in And. Ita vt ingenium est omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem.

Pub.Mim. Arcum intensio frangit,animum remissio.

Ennius. Otio qui nescit vti,plus negotij habet,
Quàm cùm est negotium in negotio.
Nam cui quod agat,institutum est,nullo negotio
Id agit,studet ibi,mentem atq; animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit,quid velit.

Ex Græcis.

Empedocles. Quisquis victum abundè possidens,
Rem domesticam socordia sua neglexerit,
Canibus autem delectatus,id vnû sequutus fuerit,
Vir ille in domo quidem & ciuitate otiosus erit.
Amicis verò nullus.Perijt enim natura,
Vbi quis à dulcedine voluptatis vincitur.

Idem Hipol. Quæ bona sunt scimus,& cognoscimus,
Sed opere non facimus,alij propter pigritiam.
Alij voluptatem houestati præponentes:
Sunt enim multæ voluptates vitæ,
Et longæ confabulationes, ac otium, iucundum malum.

Idem in Hecub. Quisquis non assuetus est experiri aduersa,
Fert ille quidem,sed dolet imposita iugo ceruice,
Et sanè mortuus multò fœlicior foret,
Quàm viuus. In malis enim vitam agere labor est ingens.

Philemon. Neque nauta, si non per vndas vectus, apprehenderit terram, vnquam seipsum seruare poteris: Neque vir pauper qui nullam didicit artê unde viuere potest. Sed pecunias posidemus,prædia, & domos. An ignoras fortunæ vices? Illa citò pereunt. Quòd si nostrûm aliquis ad fortunæ portum appulerit, demittêda est illi anchora, securitatis gratia. Sin temerè iactatus ineptum flatum sequatur, nullam in senectute paupertatis auxiliatem habebis salutê. At dices,sodales,amici, & parentes mihi collationem conferent. Quin tu potius opta non periculum facere de amicis.
Sin minus,nosces nihil aliud te ipsum esse,quàm vmbram.

Hesiodus. Illi pariter indignantur, & dij & homines, qui otiosus
Vixerit,fucis absq; aculeis similis studio,
Qui apum opus sine labore comedunt.

Sophocles. Nihil boni parit otium inane.
Deus enim otiantibus haud assistit.

Menander. Homo sanus otiosus,quàm febricitans,multò
Miserior est:bis enim tantum comedit inutiliter.

Alexis. Nam qui gaudet edere
Quotidie semper,ac facere cibis
Nullum opus dignum:sed circuire in otio
Ferians,insensissimum est vitæ malum.

Euripides. Multi mortalium hoc vitij habent,
Vt quamuis mente sapiant,nolint tamen obsequi
Animo suo,vt plurimùm ab amicis victi.

Hesiodus. Multa vir otiosus,vana spe ductus,
Dum eget victu,mala secum ipse meditatur,
Spes autem inutilis indigentem virum fouet
Sedentem in conuenticulis, cui non satis victus suppetit.
Idem est otiosus & malus ciuis:
Nullus enim otiosus,quamuis deos ore prædicans,
Colligere victum sine laboribus potest.

Demosthenes. Quis adeò stupidus est per deos, qui non videat bellum illinc huc aduenturum, si negligentes fuerint? Quod si fiat,timeo, Athenienses, ne similiter vt illi qui pro magnis vsuris facilè mutuã pecuniam accipiunt,postquam breue têpus abundarunt,postea ipsam quoq; sortem amittunt: ita nos etiam si diu socordes fuerimus,& omnia voluptatis gratia fecerimus, multa tandem & difficilia præter voluptatê nostram facere cogamur, & de regione nostra periclitemur.

Eusebius. Otium tabefacit corpus,animam verò socordia: exercitatio verò ad speciem Deo simillimam, ipsam euehit.

Plato lib.3 de Leg. Turpe illud & illiberale videri debet, vt ciuium aliquis per totam dormiat noctem, nec primus excitetur & surgat,ita vt hoc toti familiæ pateat.

APOPHTHEGMATA.

Otium dijs inuisum. Charillus percontanti cuidam quamobrem deorum statuæ apud Lacedæmonios ponerentur armatæ, Ne iuuenes nisi armati deos comprecentur. Significans dijs gratam esse fortitudinem, inuisam ignauiam: simulq; iuuentutem armis ferendis assuescere debere, quo minus indulgerent delicijs,& vtiliores bello euaderent.

Chilo dicere solebat adamandam esse quietê, quoties datur honestum otium.

Otium turpe. Socrates dehortabatur iuuenes,nô solùm ab otio, sed ab actionibus infrugiferis. Siquidê eos otiosos appellabat,qui alea,compotationibus suis,& scortis ætatem absumerent. Iuxta illud Hesiodi,
Non probrû est operari,ast est cessatio probrum.

Insulam quandam Capreis vicinam,in quam otiari cupientes secedere solebant,Cæsar Augustus appellare solitus est ἀπραγόπολιν: ἀπραγία enim, negotiorum vacuitatem sonat.

Cùm Lucullus post obita militiæ munera se voluptatibus dederet, & Pôpeium incusaret, quòd præter ætatem multis negotijs vellet implicari,

Magis inquit præter ætatem est, ſenem delicijs vacare, quàm imperium gerere. Taxans illorum iudicium, qui ſenibus nihil agendum putant.

Otium Rege indignum. Dionyſius cuidam percontanti, num eſſet otioſus, Abſit, inquit, vt hoc mihi vnquam accidat. Senſit turpiſsimum eſſe regi vacare vnquam à Reipub. negotijs.

Otium ſapientis. Scipio maior ſi quando vacans à negotijs bellicis in literis verſaretur, dicere ſolebat ſe nunquam minus eſſe otioſum, quàm cùm eſſet in otio. Tẽpus id non in otio, aut voluptatibus, ſed in Reip. commodis conterebat.

Quã moleſtum. Publius quidam natione Syrus, quum ſuper cœnã eſſet orta quæſtio, quod moleſtum eſſet otium, & alius aliud opinaretur, reſpõdit, Podagrici pedes. Otium vt rem ſuauiſsimã expetunt omnes, ſed otium podagrici cum ſummo cruciatu coniunctum eſt.

Theſſalus quidam interrogatus, quinam eſſent deterrimi, Qui, inquit, à negotijs bellicis otiũ agũt.

Scipio Naſica quibuſdam dicentibus res Romanas iam in tuto eſſe, extinctis Pœnis, & Græcis in ſeruitutem redactis, Imò, inquit, nũc demum ſummo in periculo ſumus, poſteaquam nulli ſuperſunt, qui nos ab otio abſtrahant.

Turbo Adriani Cæſaris præfectus, admonitus ab eo, vt curam haberet ſuæ valetudinis, & vacaret à negotijs, reſpondit, Non decere Cæſaris præfectos niſi ſtantes mori. Ignauum ſentiens in lecto decumbentem expirare.

Xenocrates è diſputatione diſcedens ſolitus eſt diſcipulos admonere: Videte pueri, vt otium in re quapiam honeſta collocetis. Significans otium omnia mala docere adoleſcentes.

Appius Claudius dicere ſolitus eſt, populo Romano longè melius commiti negotiũ quàm otium. Sentiens homines bellis excitari ad virtutem, in pace defluere ad voluptates, ex quibus Rerumpublicarum exitium naſcitur.

Dicebat Socrates otium poſſeſsionẽ eſſe omnium optimam. Otium autem ſenſit non ignauiam, ſed à tumultuoſis negotijs & cupiditatibus animi tranquillitatem.

O ANTE D.

ODIVM.

Odium ex diſsimilitudine, amicitia ex ſimilitudine contrahitur.

Cic. pro Cluẽtio. MAgnam vim habet ad coniungendas amicitias, ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo.

Cato maior. Pares cum paribus facillimè congregantur.

In Lælio. Nihil eſt quod tam attrahat & alliciat ad amicitiam, quàm ſimilitudo, qua fit vt bonos boni diligant, aſciſcantq́; ſibi quaſi propinquitate coniunctos, atq; natura. Nihil eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quàm natura. Hinc conſtat bonis inter bonos quaſi neceſſariam beneuolentiam eſſe.

In Lælio. Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur: nec ob aliam cauſam vllam boni improbis amici eſſe nõ poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maximè poteſt eſſe, morum, ſtudiorumq́; diſtantia.

Odium vetus vix occidit.

Hoc naturâ eſt inſitum, vt quem timueris, quicum de vita fortuniſq́; contenderis, cuius ex inſidijs euaſeris, hunc ſemper oderis. *Cic. pro Sylla.*

Non eſt prudentis, errantes odiſſe, alioquin ipſe ſibi odio erit. *Seneca de Ira. lib. 1*

Infixa nobis eſt auerſatio eius rei, quam natura damnauit. *Idem Epiſt. 99*

Vt optabile eſt, plus fauoris mereri, ſic proximum, odij minus. *Quintil. lib. 4*

Odiorum ſemper honeſtus occaſus, & dum ſimultates nihil aliud habent, quàm nocendi cupiditatem, ſpecioſa in melius animi mutatio eſt. *Idem Decl. 9*

Perpetua res eſt, odiſſe ſine cauſa. *Quint. Decl. 14*

Multorum odijs nullæ opes ſufficere poſſunt. *Cic. 2. Offic.*

Quem metuunt, oderunt: quem quiſq; metuit, periiſſe deſiderat. *Ibidem.*

Non tam ea quæ ſunt recta, probantur, quàm quæ praua ſunt, faſtidijs adhærent. *Idem 2. de Ora.*

Odium cæcum eſt. *Plutarchus.*

Odia ſoluenda, non autem inimicitiæ. *Ibidem.*

Exempla Græcorum.

Amilcar tanto aduerſus Romanum populum flagraſſe fertur odio, vt quatuor puerilis ætatis filios intuens, eiuſdem numeri catulos leoninos in perniciem imperij Romani ſe alere prædicauit.

Annibal adeò maturè patris veſtigia ſubſequutus eſt, vt in Hiſpaniam traiecturo patri, octo annorum natus ad altare iurauerit ſe, cùm primum per ætatem potuiſſet, acerrimum hoſtem populo Romano futurum.

Annibal ſignificare cupiens, quanto odio inter ſe Carthago & Roma diſsideret, inflicto in terram pede, ſuſcitatoq́; puluere, tunc inter eas fore belli finem dixit, cùm alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta: in puerili pectore tantum vis odij potuit.

Ex Romanis.

Populus Romanus cùm à Senatu videret Appium Claudium iuniorem conſulem cum Tito Quintio Capitolino creari, ingenti commotus odio, quo gentem Appiam proſequebatur, ac ſimul indignatus, comitio exceſsit, ne ad honores euehi quenquam ex ea gente conſpiceret.

Grauius odium in patritios exercuit, cùm per noctem occupato Capitolio ab Appio Herdonio cum quatuor Samnitum millibus, Conſules Valerius Publicola, & C. Claudius, populum ad recipiendam arcem vocarunt. Immobilis enim populus manſit, ceu nihil hoſtes curaret, captamq́; patriam à prædonibus diripi ſufferre quàm patritijs morem gerere malebat: neq; antè de ſententia deduci potuit, quàm petitam legem ei Senatus conceſsit.

Ex Græcis.

Odium fratrum, & domeſticorum.

Armauit dira regni cupiditas Eteoclem, & Polynicẽ fratres, vt alter alterum auito ſolo & patrio deturbaret. Nec hactenus malũ quieuit, de ſumma rei inter illos dimicatũ. Verùm dum ambo vincunt, vterq; victus eſt: mutuis ambo vulnerib9 cõfoſsi,

ſeipſos & regnum à patre acceptum perdidere.

Eadem odij peſtis Perſis aliquãdo exitio fuit. Nam Cambyſes Cyri filius dum virtutem & robur fratris plus nimio odit, capitaliterq; huic, quẽ oderat, inſidiatur, nequiſsimis ſeruis aditum fecit ad ſuum abſentis regnum occupãdum, fratre è medio ſublato. Excidit itaq; è regno, ſua potius, quã fratris culpa: & dum domeſticam ferre non poteſt fidem, alienam tulit perfidiam.

Domeſtico hoc odij veneno conuulſa fuerunt duo finitima regna, Ptolemæorum ſcilicet in Aegypto, & Antiochi in Syria. Fœdiſsimis vtraq; domus cædibus, tragicisq; exemplis, ob inteſtinam diſcordiam ſigillata. Cleopatra omnium deterrima, matrem toro expulit: filias viduas fecit alterno fratrum matrimonio: liberorũ vnum in exilium egit, alterũ interficere conata eſt: cui poſtea ſuorum ſcelerum debitas exoluit pœnas.

Seleuce filia Cleopatræ, ſororem in Syria occîdit, inuito renitenteq; marito: & quod omnium maximè fuit deteſtabile, quia à ſimulachro Deæ, ad quam confugerat, non poterat regia mulier abſtrahi, brachia iuſsit computari.

Ariſtobolus Iudæorum rex, & frater, dum inter ſe hoſtili animo de regno decertarent, regnum & vrbem in qua nati erant, perdiderunt: & quod malorum cumulo acceſsit, templum, quod in vrbe fuit anguſtiſsimum, bello prophanatum eſt, magnaq; ex parte dirutum.

Dum Scipio Africanus patris & patrui memoriam gladiatorio munere celebraret in noua Carthagine, duo regij filij, patre nuper mortuo in arenam proceſſerunt, polliciti q; ſunt ibi ſe de regno præliaturos. Eos cùm Scipio monuiſſet, vt verbis contendere, quàm ferro dimicare mallent, vter regnare deberet, minor corporis viribus fretus, intro certamine, pertinacior impietas fortunæ iudicio mulctata eſt.

Ex Romanis.

Tullia minor, ſororem: Tarquiniorum maior, fratrem ſuſtulit, vel potius vterq; coniugem. Idem furor regem ſenio confectum ſolio deturbatum Curia deiecit, deiectum & exanimem impiæ filiæ calcauit currus: verùm ſoceri manes à genero breui pœnas exegerunt, patris vmbra à ſcelerata Tullia. Ambo enim cum filijs regno eiecti, exulare coacti ſunt, regnumq; malè partum maximo omnium exemplo amiſerunt.

Maxima fuit inter Antoninum, & Getam fratres, ſuper Romano imperio diſcordia: tanta quidem, vt alter alterum veneno tollere tentarit: nihil inſidiarum inuicem intermiſerint. Non eos mater Iulia vnquam in gratiam reſtituere potuit. Ad extremum impatiens Antoninus, atq; totius imperij cupiditate motus, cædem molitur, ingrediens ergo fratris cubiculum, eum ſupra matris pectus nequiter obtruncat.

O ANTE F.

OFFICIVM.

In officio ſemper manendum eſt.

Cic. Offic. NVlla vitæ pars, neque publicis neq; priuatis, neque forenſibus neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neq; ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt. In eoq; excolendo ſita eſt vitæ honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo.

Nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec ſimultate à via recta oſtendemus oportere deduci: nec ab vlla re honeſta, periculi, aut laboris magnitudine. *3. ad Heren.*

Nullo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe contingere, vt vlla fiat officij intermiſsio. *In Lælio.*

Nulla laſsitudo impedire officium & fidem debet. *Cic. Cornif. Famil. 12.*

Pericula, labores, dolorem etiam optimus quiſque ſuſcipere mauult, quàm deſerere vllam officij partem. *1. de Finibus.*

Artium ſtudio à rebus agendis abduci, contra officium eſt. *1. Offic.*

Si quis, omiſsis ſtudijs honeſtiſsimis rationis & officij, conſumit omnem operam in exercitatione dicẽdi, is inutilis ſibi, perniciosus ciuis patriæ adhibetur: qui verò ita ſe armat eloquentia, vt nõ oppugnare commoda patriæ, verùm pro ijs pugnare poſsit, is mihi vir & ſuis & publicis rationibus vtiliſsimus, atq; amiciſsimus ciuis fore videtur. *1. de Inuent.*

Officium bene exequi ſapientis eſt, contrà verò ſtulti.

Si malè rem gerere inſani, contrà bene, ſani eſt. *Horat. lib. 2. Sat 3*

Vigilare decet hominem.

Qui vult ſua tempori conficere officia. *Plaut. in Rud.*

Nam qui dormiũt libenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt.

Hoc patrium eſt, potius conſueſacere filium *Teren. in Add.*

Sua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.

Hoc pater & dominus intereſt: hoc qui nequit,

Fateatur ſe neſcire imperare liberis.

Officium diſcipuli.

Phyllirides puerum citharæ præfecit Achillem, *Ouid. lib. 1. art.*

Atque animos molli contudit arte feros.

Qui toties ſocios, toties exterruit hoſtes,

Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.

Quas Hector ſenſurus erat, poſcente magiſtro,

Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

Qui præceptorem ſancti voluere parentis *Iuuen. Sat. 7*

Eſſe loco, metuens virgæ iam grandis Achilles

Cantabit patrijs in montibus.

Ex Græcis.

Opus, officiũq; hominis neceſſariò eſt, animi actio rationi conſentanea, aut certè à ratione non aliena. *Ariſt. Ethic. lib. 1. cap. 7*

Vt tibicen, quiq; ſigna conficit, omnisq; artifex, cui aliquod opus propoſitum eſt, in opere ipſo finem, perfectionemq; artis ſtatuit: ſic homini cuilibet, ſi quod eſt eius officium, faciendum eſſe videtur. *Ibidem.*

Actionis honeſtæ, & officij finis, eſt ipſum officium. Ob eamq; cauſam Periclem cæterosq; tales homines, prudentes exiſtimamus, quòd ſuæ, aliorumq; vtilitati conſulere poſſunt. *Ethic lib. 6. cap. 5*

Non obſcurum eſt, non eſſe eidem officia tribuenda omnia. *Lib. 9 cap. 2. Ethic.*

Quoniam alia parentibus, alia fratribus, alia ſodalibus, alia beneficis tribuenda ſunt officia: ſuum cuique ac proprium, quodque deceat, tribuendum eſt. *Ibidem.*

Virtut

Lib. 4. cap. 1. Ethic. Virtutis proprium est officium in alios beneficia conferre potius, quàm ab aliis accipere: & quæ recta sunt & honesta, facere, quàm flagitiosa & turpia non facere.

Negotia suscipimus, vt in otio simus: & bella gerimus, vt in pace viuamus. Ac virtutum quidem vsus, & munera earum, quæ ad actionem rerum valent, in ciuilibus, bellicisq; rebus vigent maximè, quæq; in his versantur officia, negotiosa videntur.

Arist. lib. 4 c. 7 Est autem ciuile officium in negotiis, eique præter Reipub. administrationem proposita sunt imperia & honores.

Lib. 10. cap. 2. Officia omnia quæ nobis erunt cum aliquibus, ex vsu & coniunctione erunt iudicanda.

Lib. 9. cap. 7 Officia vrbana & bellica præstant officiis virtutum.

O ANTE L.

Olitor quandoq; opportuna loquitur.

3. Tuscul. Saepe sub sordido palliolo latet sapientia.

Philipp. 7 Summi gubernatores in magnis nônunquam tempestatibus à vectoribus admoneri solent.

O ANTE M.

Ex Cicerone.

Omnia bona appetunt, seq; & sua diligunt.

Cic. 3. de Finib. Seipsos omnes natura diligunt.

Omnis natura est diligens sui.

4. de Finib. Omnis natura est conseruatrix sui.

3. de Finib. Omne animal simul atque est ortum, applicatur ad se diligendum, estq; in se conseruando occupatum.

4. de Finib. Omne animal ipsum sibi commendatum est, vt se & saluum in suo genere, incolumeq; esse velit.

4. de Finib. Omne animal seipsum diligit: ac simul vt ortû est, ita agit se vt conseruet.

5. de Finib. Omne animal vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit.

1. Offic. Principio generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ ei nocitura videntur, omniaq; quæ sint ad viuendum necessaria, inquirat, & paret, vt pastum ac laubula.

Pro Milone. Est non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expresimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.

Pro Milone. Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, vt omnẽ semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.

4. Tuscul. Naturâ omnes ea quæ bona videntur, sequuntur, fugiuntq; contraria.

4. Tuscul. Vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus.

3. de Nat. deor. Appetuntur ea quæ secundum naturam sunt, declinantur côtraria: & omne animal appetit quædam, & fugit à quibusdam.

Ex Cicerone.

Omnes malunt sibi esse rectè, quàm alteri.

Nemo est tam demẽs, tamq; parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quàm suam diligat. In Vatin.

Sibi vt quisque malit quod ad vitæ vsum pertinet, quàm alteri acquirere, concessum est non repugnante natura. 3. Offic.

Nostræ vtilitates nobis omittendæ non sunt, aliisq; tradendæ. 3. Offic.

Qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primùm capitis aiunt esse custodem oportere. Philip. 11.

Nemo ferè est qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorem, quàm reo præbeat. Pro Deiotaro.

Tibi potius quàm cuiuis sis amicus. Cic. Dolabella lib. 9 Epist.

O ANTE N.

Onus non est quod sponte suscipitur.

Onus non est appellandum, quod cum lætitia feras ac voluptate. Cic. 5. Academ.

O ANTE P.

OPES.

Ex Latinis.

Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. Curt. lib. 8

Nulli aliena respicienti sua placent. Seneca de Ira.

Proprium desinit esse, quod commune alteri est. Quintil. lib. 7

Id cuiusq; est proprium, quo quisque fruitur. Cic. in Epist.

Nihil meum est, aut cuiusquam, quod eripi, quod amitti possit. Paradox. 4

Multa quæ libera fuerant, transferunt in ius possideonum. Quintil. Decl. 1

Primus diuitiarum modus est, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. Senec. Epist. 2

Is maximè opibus fruitur, qui opibus non indiget. Idem Epist. 14

Opes bona insidiosa sunt, & sperantibus meliora, quàm assecutis: si quid in illis esset solidi, aliquando & implerent. Idem Epist. 15

Multis parasse opes non miseriarum finis fuit, sed mutatio. Idem Epist. 17

Nihil refert, vtrum animus æger in opibus, vel in paupertate ponatur, malum suum illum sequitur. Ibidem.

Securius diuites erimus, si scierimus, quàm non sit graue pauperes esse. Idem Epist. 18

Magnus est ille, qui in opibus pauper est, sed securior, qui caret opibus. Idem Epist. 20

Nemo alius est Deo dignus, quàm qui opes contempsit, quarum possessione tibi non interdico, sed efficere volo, vt illas intrepidè possideas: quod vno consequeris modo, si etiam sine illis beatè victurum persuaseris tibi, si illas tanquam exituras semper aspexeris. Epist. 18

Breuissima ad opes per contemptum opum via est. Epist 63

Quisquis opes sine ratione possidet, non diu possidet. Epist. 75

Opes quia non concupiscendæ sunt, laudantur: sed concupiscuntur, quia laudata sunt. Epist. 83

Maiore tormento possidetur pecunia quàm acquiritur. Epist. 116

Vtinam

Ibidem. Vtinam qui bonores petituri ſunt, cum ambitioſis, vtinam qui opes optaturi ſunt, cum diuitibus deliberarent: profectò vota mutaſſent.

Neminem diuitem pecunia facit, imò contra: nulli non maiorem ſui cupiditatem pecunia incuſsit: quæris quæ ſit huius rei cauſa, plus incipit habere poſſe, qui plus habet.

Idem de Vit. beat. Sapiens noo amat opes, nec reſpuit poſſeſſas diuitias, ſed contemnit.

Ibidem. Apud ſapientem opes ſunt in ſeruitute: apud ſtultum, in imperio: ſapiens opibus nihil permittit, ſtultis diuinæ omnia.

Ibidem. Sapiens tunc meditatur paupertatem, cùm in mediis diuitiis coo ſiſtit.

Ibidem. Sapienti quiſquis opes abſtulerit, omnia ſua illi relinquit: viuit enim præſentibus lætus, futuris ſecurus.

Idem de Tranq. anim. Id age, vt opes potius à te, quàm à fortuna petas.

Quintil. lib. 3 Opes, potentia, & fauor cùm plurimum virium dent, in vtranq; partem certiſsimum faciunt morum experimentum: aut enim meliores propter hoc, aut peiores ſumus.

Declam. 13 Satis opum eſt, nihil amplius velle.

Eraſ. in Epiſt. Magnæ opes poſſeſſori faſtum conciliare ſolent, & ſupercilium.

Mart. lib. 7 Malo virum pecuniis, quàm pecunias viro indigere.

Maſſ. in Conuiu. Opes iniuriarum ſuſpicioni obnoxiæ.

Plin. Iunior. Locuples & factioſus curatur à multis, timetur à plurimis, quòd plerumq; fortius amore eſt.

Curtius. Nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt.

Idem lib. 7 Quid opibus nobis opus eſt, quæ nus eſurire faciuot?

Ex Græcis.

Plato de Rep. Partarum, quàm poſſeſſarũ opum, maior eſt amor.

Ibidem. Modeſtis hominibus plurimi facienda pecunia eſt.

Idem Rhetor. Peiores ſunt nuper ditati, quàm ditati ab antiquo.

Ariſt. Polit. Opes ſeditionem efficiuot, & malignitatem.

Idem Polit. 4 Media bonorum externorum poſſeſsio eſt optima, quia facillimum eſt obedire rationi.

Plut. de Polit. Maiori odio diuitem vulgus perſequi ſolet, nihil per benignitatem & gratiam depromentẽ, quàm inopem, qui bona ſubripiat publica. Hoc enim oeceſsitate domina ſtimulante, illud malignitate, atq; contemptu fieri arbitratur.

Idem de Cupid. diuit. Diuitem eſſe, oon eſt diuitias contẽnere, nec immodicas opes poſsidere, ſed non egere ſuperuacuis.

Ibidem. A quibus malis nos liberant diuitiæ? Siue illud quidem adimunt malum, ſui cupiditatem.

Idem. Magnæ diuitiæ facilè acquirũtur, paruæ autem non ſine labore, & multo tempore.

Idem. Homini ſtulto, & nequam, facultatum oullus eſt modus.

Demet. Phaler. Ne opes abſcondas, cùm in eas veneris.

Alexand. Ad quid prodeſt multa poſsidere, & nihil agere?

Chilo. Aurum dat apertum nocumeotum: comprobatur enim auro, cuiuſmodi malorum & bonorum mens ſit.

Bias. Indignum eſt, hominem opum cauſa laudari nolle.

Idem. Rerum nerui, ſunt opes.

Diogenes. Ideò pallens eſt aurum, quia multos habet inſidiatores.

Pythagoras. Nec equus ſine freno, oec opes ſine ratione retineri diu poſſunt.

Nec auratus lectus ægrotum leuat, nec bona fortuna ſtultum. *Socrates.*

Appetitus frænari difficilis: adiunctis verò diuitiis penitus inſanus. *Idem.*

Non amare opes, magna res eſt. Et hoc accidet eis, qui oon poſsideot eas: qui verò poſsident, duplo quàm cæteri amant. *Plato.*

Opes, & virtus haud aliter quã duo in trutina pondera, quorum altero degrauante alleuatur alterum. *Idem.*

In ciuitate tanto booi ſine honore ſunt, quãto magis diuites in pretio. *Idem.*

Opes vitij magis, quàm virtutis miniſtræ. *Idem.*

Pecunia pariter inuenit amicos & honorem. *Sophocles.*

Non eſt pulchrum, diuitẽ eſſe, ſed è rebus pulchris. *Idem.*

Diuitum vita, veluti qui altum nauigium tenent, pauperum verò, qui iuxta littus nauigant. *Ariston.*

Qui ſua vult latere vitia, diuitias quærit. *Theognis.*

Qui animum curat, ſeipſum curat: qui corpus, non ſe, ſed ſua curat: qui verò pecuniam, non ſe, oec ſua curat, ſed valde aliena. *Demoſthenes.*

Magnifici pauperes ſunt, qui immenſas opes cumulant. *Diogenes.*

Malo moriens inimicis opes relioquere, quàm viuens amicos fruſtra rogare. *Simonid.*

Opes honeſtis viris ac bonis bonæ ſunt, improbis verò malæ. *Plut. de Diuit.*

Nequaquam opes proprias habent mortales, ſed qui opes à diis fluentes habent, procuratores ſunt. *Eurip. in Phœ.*

Timidæ ſunt opes, & amantes vitæ. *Ibidem.*

Nec mihi cõtingat moleſtiam habens locuples vita: oec diuitiæ, quæ meum diſcrucient animum. *In Medea.*

Diuites in omnibus inclyti ſuot, & ſpectabiles. *Idem.*

Si ita eſt in diuitiis, idq; perperam, exiſtimatio virtutis. Exiſtimamus enim diuitẽ omnia ſcire rectè. *Eurip. in Hera.*

Cùm opes in omnibus maximum pondus habeãt: tum certè in hoc proſunt, quòd inuitant ad virtutem: paupertas verò ad maleficiendum. *Heſiodus.*

Opes ſi malè collocentur, deſuot: ſi verò rectè, nunquam. *Demoſt. 2. Olyn.*

In omnibus, opibus eſt opus, ſine quibus nihil rectè fieri poteſt. *Ibidem.*

Diuites paruis expenſis magnas opes tueri oõ grauatè debent. *Ibidem.*

Opulenti non liberalitate, ſed parſimonia retinentur. *Lucian. in Tim.*

Nullus continuò iuſtè viuens, ditatus eſt. *Menander.*

Si quem volueris diuitem efficere, ne augeas diuitias, ſed miouas cupiditates. *Epicurus.*

Opes amplæ oõ ægrè, exiguæ verò difficulter nanciſcuntur. *Apollonid.*

Fortuna diuitem hodie, mendicum facit io craſtinum. *Idem.*

Argentum hominibus, ſanguis & anima eſt. *Idem.*

Ne puero gladium, ne puero diuitias, nec viro imperitiam. *Plutarchus.*

Cæcæ ſunt opes, ac ſe inſpicientes obcæcant. *Menander.*

Fœlices ac booos vnà fieri neceſſe eſt: prædiuites autem ac bonos, impoſsibile. *Plato de Leg.*

Ridiculi ſunt opibus operam dantes: cùm eas porrigat fortuna, ſeruet illiberalitas, benignas auferat. *Bion.*

Opes, fortunæ vomitus ſunt. *Idem.*

Fœlix qui ſimul opes, ac mentem habet. *Menander.*

Vinum

Socrates. Vinum immutatur pro vasis: diuitiæ autẽ pro moribus possidentium variant.

Idem. Opes tuas duplici nomine colito, vt à magna iactura facilè te expedias, & vt bono ac studioso homini infortunium patienti succurras.

Plato. Tantas opes habere conuenit, quantæ nec possideoti insidias parent, nec rerum necessariarum inopiam.

Aristippus. Non quemadmodum calceus maior ineptus est ad vsum, ita & possessio copiosior: calcei enim magnitudo vtentem impedit: opibus autem vel vniuersis, vel ex parte aliqua suo tempore vti licet.

Socrates. Sudor prouocatus exercitiis decentior est: sic etiam diuitiæ proprijs laboribus acquisitæ.

Idem. Opes velut amicum liberalem, ac promptum ad honestas actiones assumere oportet.

Stob. Iustissima hominibus possessio est ager.

Ibidem. Possessio tua est, quam animo tuo tenes.

Ibidem. Nobilis possessio, bonus seruus est.

Exempla Græcorum.

Pythius Celenæus tantis opibus affluxit, vt Xerxem & cum eo immensum exercitum ex toto oriente conflatum hospitio exceperit. Donauit Dario Platanum auream, cum aurea vite. Sciscitatus ab eo Xerxes quantum possideret, Parata habeo, inquit, bis mille talenta argenti, quadragies centum millia aureorum nummûm: testatus vectigalia prædiorum satis superque sibi suffectura ad lautè & beatè viuendum.

Latinorum.

M. Crassi, qui in Parthis periit, maior'ne fuerit census, an habendi cupiditas, haud quisquam facilè dixerit. Ferunt sæpe ex eo auditum diuitem esse neminem, nisi qui annuo reditu legionem alere posset. Quòd si hominis animus diues non arca appellanda est, nunquam diues fuit Crassus.

C. Cæcilius Claudius, cùm multa ciuili bello amisisset, reliquit tamen quatuor millia seruorum & amplius, tria millia iuga boum & sexcẽta, reliqui pecoris ducenta septem quinquaginta millia, in numerato pondo sexcenta millia. Fuoeratus est sextertiis vndecim millibus.

Cæsar qui Dictator fuit, duodeuiginti millia tricliniorum strauit Romano populo, immensum auri pondus proludit, in spectaculis, congiario populi: sed hæc spolia, orbis terrarum verius raptnæ, quàm patrimonium.

OPINIO.

Opinione & authoritate quorundam nitimur, non ratione.

Cic. 2. de Natu. deorum. Id ratum habent homines, quod ab eo quem probant, iudicatum vident.

1. de Finibus. Tuemur ea, quæ dicta sunt ab iis quos probamus.

Non tam autoritatis in disputando, quàm raoonis momenta quærenda sunt.

1. de Nat. deor. Quinetiam obest plerumq; iis qui discere volunt, autoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere: id ratum habent, quod ab eo quem probant, iudicatum habent. Nec verò probare soles id quod de Pythagoræis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, quum ex eis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit.

Opinio semel concepta vix deponitur.

Impetrari non potest, quin quale quidque videatur ei, talem quisq; de illo opinionem habeat. *Cic. Brut.*

Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subitò euellere. *Cic. Epist. fa.*

Ex Platone.

SOCR. Ergo si quando tempus sit in quo homo non sit, inerunt tamen ipsi opiniones veræ, quæ sciscitandu expergefactæ, scienoæ fiunt, certè per omne tempus hoc hominis animus sciet. *In Menone.*

SOCR. Cuius hæc gratia dico? Verarum opinionum gratia: hæ quippe stabiles quousq; perseuerant, pulchra quædam opera sunt, omniaq; bona perficiunt. Attamen diu consistere nolunt, sed ex hominis animo confestim confugiunt: quapropter non multi pretij sunt, donec quis illas ratiocinatione à causis ducta l get. Hæc verò reminiscenna est. Postquã verò ligatæ sunt, primò quidem scientiæ fiunt, deinde perseuerantes. Propterea; scientia recta opinione præstantior est, ab eaq; vinculo discrepat. *Ibidem.*

SOCR. Eos qui pulchra hæc multa conspiciunt, ipsum verò pulchrum non vident, neq; eum sequi possunt, qui ad id perducat, & multa intuentur iusta, ipsum autem iustum minimè, eos opinari cuncta dicemus, cognoscere autem nihil eorum quæ opinantur. *5 de Rep. Dial.*

SOCR. An nescis opiniones omnes absq; scientia turpes esse, quarũ quę optimæ, cæcæ sunt? an eos qui absq; intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet cæci sint, recto tamen tramite gradiuntur? ADIM. Nihilo. *6 de Rep. Dial.*

Omnibus in rebus cernitur opinio, nec minus æternis, & quæ fieri nõ possunt, quàm iis quæ in nobis sitę sunt, In falsam ac veram diuidetur opioio, non in malam ac bonam. *Arist. Ethic. 3*

Sunt quidam eorum qui sunt in opinione, qui non pendent animi, sed certò se rem scire existimant. *Ethic 7 lib.*

Opinio nisi casu rationi non contraria. *Aristot.*

Opinio pro veritate obtinet. *Sophocles.*

O ANTER.

ORATIO.

VT in nummo non spectatur elegantia sculpturæ, sed pondus ac materia: ita non refert quàm sit elegãs oraoo, sed quàm grauis & vtilis.

Loquentis orationem commendat forma, rursusq; oratio composita gratiam addit formæ.

Animo ægrotanti medicus est oratio.

Ex Cicerone.

Verba inuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. *Pro A. Cæcin.*

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. *1. de Legib.*

Sermone eo debemus vti, qui notus est nobis. *1. Offic.*

Imprimis prouideamus, ne oratio vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tum solet *1. Off.*

euenir

euenire, cùm studiosè de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, aut maledicè, contumelioseq́; dicitur.

1. de Orat. Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis iudicatur.

Ad Q. fr. Epi. 1 Moderari animo & orationi, cùm sis iratus, aut etiã tacere & tenere in sua potestate motum animi & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ, tamen non est mediocris ingenij.

Cic. ad Q. frat. Diligentissimè linguam cõtinere, mibi virtus interdum nõ minor videtur, quàm omninò nõ irasci.

1. de Orat. Idipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi quũ est necessarium.

3 de Finib. Habẽt suũ modum quæcumq; opportuna dicũtur.

Pro Rosc. Com. Tacere noli, vbi non oportet.

Pro Mil. Non est necesse omnium flagitia proferre.

In Salust. Sæpe grauius offendunt animos auditorũ, qui aliena flagitia apertè dicunt, quàm qui committunt.

Pro Rosc. Ame. Homines notissimos sumere odiosum est, quum & illud certissimum sit, velint'ne hi sese nominari.

Orat. ad Brut. Debemus considerare in omni re, quid aptum sit & consentaneum tempori & personæ, tum quid in dictis factisq́; dedeceat.

Partit. Orat. Oratio debet esse ornatior sententiis, quàm verbis.

Pro lege Manil. Non tam copia quàm modus in dicendo quærendus est.

Cato maior. Decorus est sermo senis, quietus & remissus, facitq́; persæpe sibi audiẽtiam diserti senis compta oratio & mitis.

2. Offi. Difficile est dictu, quãtopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasq́; sermonis.

Ex Græcis.

Oratio intempestiua.

Euripides. Aut dic aliquid silentio melius, aut sile.
Simplex est oratio: ne dixeris. nam dicere
Bene, malum est, si quid incommoditatis afferat.
Nisi continueris linguam, mala tibi contingent.

Antilochus. Nulla est oratio quæ longa videatur, quando
Res ordine proferuntur à dicente.

Isocrates. Potius mordendum est os, quàm hæc dicenda.

Duo tibi tempora dicendi præscribe, vt vel de rebus indubiè tibi perspectis vel necessariis verba facias. In istis enim solis oratio præstat silentio: in aliis verò tacendum potius quàm loquendum.

Pythagoras dicebat, aut oportere silere, aut afferre meliora silentio.

Sapientem inter stultos multa loqui indecorũ est.
Et rursus semper tacere impossibile.

Epictetus. Præfige tibi certum modum, quem obserues tum solus tecum, tum aliis conuersans. Silentium vt plurimum esto, aut necessaria dicantur, idq́; paucis. Deinde operam da, ne in colloquia plebeia descendas: sed si quidem fieri potest, orationem transfer ad aliquid decorum: sin minus, silentium age.

Solon inter pocula tacens interroganti Periandro, an propter verborum inopiam, aut ob stultitiam taceret, respondit: Atqui nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest.

Adolescens quidam ex illis, qui cum Diogene versabãtur, interrogatus ab ipso, tacebat. Tum Diogenes: Non putas, inquit, eiusdem esse, quæ dicenda sint scire, & quando: & quæ tacenda sint, & apud quem?

Cleostratus ei qui dixerat, Non te pudet ebrietatis? respondit: Te verò non pudet ebrium admonere?

Ridiculo sermone, tanquã sale, parcè vtendum est. *Socrates.*

Multarum rerũ cognitio, aut valde iuuat, aut valde lædit habẽtem. Iuuat quidem virum cõmodum: lædit verò illum, qui facilè quemuis sermonẽ, & apud quosuis eloquitur. Oportet antẽ occasionis modum nosse. Qui verò intẽpestiuè cantilenam musicã quamuis doctè cecinerint, illi non approbantur, sed crimen stultitiæ subeunt. *Anaxarchus.*

Similia ex Plutarcho.

Qui abigat homines cestu Veneris, à Venere videatur alienus. Sic qui oratione molestus est, & reddit inimicos, à musis est alienus: quandoquidem oratio ad conciliandos homines est reperta.

Vt monas nõ exit suum finem, dyas autem initium differentiæ infinitum, duplicatur ad multitudinẽ: sic oratio donec apud vnum manet, arcana est: quòd si ad alterum transeat, spargitur in famam.

Vt procliue non est auem è manu elapsam recipere, aut cohibere: ita nec dictum semel ab ore profectum, propterea quòd ab aliis volat ad alios.

Non vt nauem arreptam fluctibus, anchora licet sistere: ita verbum è portu velut in altum emissum.

Vt vas experiamur, aquam, nõ vinum infundimus: ita friuolum quiddam aliquando committẽdum amicis, quò silentij fidem experiamur, vt si effutiant, nihil sit periculi.

Non idem finis sermonis, qui & cursus: nam illic vincit, qui peruenit, hic qui magis ad rem dixit, non qui celerius: imò vincit sæpe, qui posterior dicit.

Celtiberi ita ferrum temperãt, vt infosso in terram quod est terreum, repurgetur: sic Laconica oratio sublatione superuacui fit penetrantior.

Qui castam ac philosophicam orationem meretriciis ac sophisticis laudibus prosequuntur: perinde faciunt atq; ij, qui athletam liliis aut rosis coronant, non lauro aut oleastro.

Vt freno circumagitur equus, vt clauo nauis: ita oratione ducuntur homines.

Perfectus vir in iis verax est & vita & oratione: ea in se inesse confirmans quæ insunt, nec maiora nec minora. *Arist. Ethic. 4*

Omnis quę de perturbationibus & officiis instituitur oratio, minorem quàm facta ipsa, habet autoritatem. *Ethic. 10*

Oratio si vera sit, non solùm ad intelligendum, sed etiam ad viuendum valet plurimũ. Si enim factis & vitæ congruat, tum comprobatur. *Ibidem.*

Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantùm cum singulis loqueremur. *Quintil. lib. 1*

Orationem, quę admirationem nullam habet, nullam iudico. *Idem lib. 2*

Non satis efficit, nec vt debet, plenè dominatur, si vsq; ad aures tantùm valet oratio. *Ibidem.*

Sunt qui diserti esse malunt, quàm boni. *Idem lib. 12*

Nemo est orator, qui non se similem Demosthenis esse velit. *Cic. de opt. gen. Orat.*

Miser, & (vt ita dicam) pauper orator est, qui nullum verbum æquo animo perdere potest. *Quintil. lib. 8*

Philosophum, si adferat eloquentiam, nõ aspernor: si non habet, non admodum desidero. *Cic. 2. Tuscul.*

Gell.lib.14 Scholasticæ declamationes sunt eiusdem hominis, eiusdem fortunę,non tamen eiusdem fœlicitatis.

Salust.in Catil. Oratio virtutis est incuoabulum.

Plin. iunior lib.2 Supremus fœlicitatis cumulus, est laudator eloquentissimus.

Idem lib.3 Malè eloquentia sine moribus discitur.

Ibidem. Inuenire præclarè, enuntiare magnificè, interdum etiam barbari solent:dispooere aptè,figurare variè,nisi erudito oegatum est.

Ex Græcis.

Plut.de Polit. Mores dicentis persuadent,noo oratio.

Plat. de Repu. Ars rectè dicendi,non absq; veritate.

Idem de Rhet. Rhetorica persuadet,sed non docet.

Arist.Rhet.1. Rhetorica docet & iusta persuadere,& horum contraria fugere.

Idem Top.1. Rhetor noo semper persuadet, nec medicus semper sanat.

Plut.de Polit. Ciuile ius, & gratia eloquentiæ nnn in postremis ducenda est virtute magistra, & principe : non enim Rhetoricam suadeodi opificem , sed adiutricem esse debemus existimare.

Idem Proble.1 Rhetorum est agere verbis, philosophari autem licet etiam tacendo.

Plut.de Lib. educ. Timidum orationis genus, ciuile nequaquam est, tenue verò ousquam mouet. Quemadmodum enim corpus non solùm iucolume,sed etiam bonæ habitudinis esse oportet:ita & orationem nõ modò nõ ægram, sed etiam robustã esse cõuenit.

Plut.in Apop. Dicendi peritus, diceodi quoq; tempus cognoscit.

Demetrius. Quantum io bello potest ferrum,tãtum in Repub. prodest eloquentia.

Euripides. Bona causa bonæ orationis semper oratiooem præbet.

Idem. Cùm facundus oratot malè sentieos persuaserit populo,exitium fert Reipub.

Demosthenes. Oratoris est consilium dare,populi rem gerere.

Idem. Noti orator,sed oratio inspectanda.

Idem. Grata,quàm vtilia dicere,difficilius est.

Idem. Oratio ad captum auditorum , & ad rei naturam accommodanda.

Idem. Orator in bona causa autoritate imperandi perditus est.

Idem. Magna eloquentiæ vis potentissimos etiam reges expugnat.

Idem. Cauẽda est oratori præsertim in rebus dubiis affirmatio,quæ contentiosiorem facit auditorem.

Plato. Tanquam bonus figulus,oratio animam ornat.

Oratio,pro supplicatione sumpta.

Ex Poëtis.

Quid potissimum sit orandum.

Iuuen. Sat.10 Attamen vt poscas aliquid,voueasq; sacellis
Exta,& candiduli diuioa tomacula porci,
Orandum est,vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum mortis terrore careotem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera pooat
Naturæ,qui ferre queat quoscunq; labores:
Nesciat irasci,cupiat nihil,& potiores
Herculis ærumnas credat,sæuosq; labores,
Et Venere & cœnis,& plumis Sardanapali.
Monstro quod ipse tibi possis dare:semita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.

Orandus Deus,vt ea qua mediocriter homines possident,conseruet , non vt opes conferat.

Horat.lib.1. Epist.ad Loll. Quid credis amice precari?
Sit mihi quod nũc est, etiam minus,vt mihi viuam
Quod superest æui,si quid superesse volunt dij.
Sed satis est orare Iouem,qui donat,& aufert.
Det vitam,det opes,æquum mĩ animũ ipse parabo.

Iuuen. Sat.10 Prima feras vota,& cunctis notissima templis
Diuitiæ crescant,vt opes,vt maxima toto
Nostra sit arca foro.

Ibidem. Da spatium vitæ,multos da Iuppiter annos.
Hoc recto vultu solum hoc,& pallidus optas.

Oratio Deum mouet.

Virg.4. Georg. Auditq; vocatus Apollo.
Ouid 1.de Art. Flectitur iratus voce rogante Deus.
Martial.18. lib.Epigr. Et dominum mundi flectere verba solent.

Oratio boni exauditur,mali verò minimè.

Plaut.in Rud. Supplicij facilius,si qui pius est,à dijs supplicans,
Quàm qui scelestus est,inueniet veniam sibi.

Oratio ad Deum ob sapientiæ acquisitionem.

Boetius Metro. 9 lib.3 Da pater augustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni,da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.
Disijce terrenæ nebulas & pondera molis,
Atq; tuo splendore mica:tu namq; serenum,
Tu requies tranquilla piis.

Virgil. 2. Aen. Iuppiter omnipotens,precibus si flecteris vllis,
Aspice nos,hoc tantum & si pietate meremur,
Da deinde auxilium.

Senec. in Herc. furente. O magne olympi rector,& mundi arbiter,
Iam statue randem grauibus ærumnis modum,
Fioemq; cladi:oulla lux vnquam mihi
Secura fulsit. finis alterius mali,
Gradus est futuri.

Ibidem. Votum secundet,qui potest nostrum,Deus
Rebus lassis adsit.

Oratio importuna.

Teren.in And. Vides,quàm iniquus sis præ studio, dum id efficies quod cupis.
Neque modum benignitatis,neque quid me ores, cogitas.
Nam si cogites,remittas iam me ooerare iniuriis.

Exempla Græcorum.

Anchises (si fides Poëtis adhibenda sit) ostento commotus, quod circa Ascanium fieri contigit, nocte illa, qua Troia à Græcis est excisa, Iouem precaturus , manus & oculos ad cælum erectos diu teouit.

Aeneas in templo Delij Apollinis,cum his qui aderant,io terram procubuit.Cæterùm in Creta noctu apud deos penates,supinas manus,& oculorum aciem in cælum ablegauit,deos rogaturus.

Dido hospitalem Iouem propitiatura , vinum leuiter libauit,mox alibi aram tenens manibus,orationem peregit.

Athenienses à Lacedæmoniis frequenter bello capti & fracti, humano destituti consilio, diuinum implorantes, Hammonis Iouis oraculum consulere , quid causæ foret,cùm ipsi lectas bidentes, tauros eximios,& eos cornibus inauratis,ad aras mact

mactarent, nihilq; huiusmodi facerent Lacedæmonij, victoria tamē ad eos Lacedæmonios verteretur. Proinde responsum acceperunt tacitam & non ambitiosam Lacedęmoniorū orationem, magis quàm Atheniensium pompam inanem, diis probari: quibus proprium est, multò impensius intueri dantis animum, quàm munus.

Romanorum.

Romanorum rebus bello profligatis, cùm nouus terror ab hostibus impenderet, Romanæ mulieres pacem petituræ, solutis crinibus tēplorum pauimenta verrentes sæpissimè visæ sunt.

Africanus maior, noctu Capitolium deos ascendebat rogaturus: in quo subiit illa admiratione digna reputatio, nunquam eum, tametsi antelucanus locum adiret, à canibus arcis custodibus allatratum.

Romulus Sabino bello, quod circa Capitolium gestum est, cùm turpem suorum fugam sistere non posset, Statori Ioui ædem voto nuncupauit, si Romanum sisteret aduersus hostem. Vix preces effuderat, atq; illicò factus est voti compos: restituta enim acie, non tantùm æquata est pugna, sed ad Curtium vsq; lacum Sabinus, qui victoria exultabat, cum cæde & strage pulsus est.

Efficax Numę precatio, è cælo Iouē elicuit, vel certè elici posse arbitrata est. Tullus enim Hostilius, qui post illum regno potitus est, quia parum scitè id sacrum obiisset, cum tota domo fulminis igne concrematus est.

Tullus Hostilius Fidenati bello ad Tiberis & Anienis profluentem, cùm in Fidenates & Veientes aciem direxisset, cognita Albanorum defectione, duodecim Salios vouit Matri: confestimq; victor euasit, qui pro victo iure habebatur, iam spe & viribus impar hostibus factus.

Tuccia Vestalis iussa causam dicere, crimēq; diluere, quòd ab accusatore intēdebatur, Vestam precata est, vt si castè, sanctèq; eius sacris ad tempus operam dedisset, propositum teneret. Statim ad ripam fluminis progressa multis comitātibus, vt rei euentum cognoscerent, cribrum fluuiali aqua plenum, ad iudices Pontifices detulit. Adiiciunt accusatorem nusquam amplius apparuisse.

Claudia Vestalis pari orationis miraculo illustrata, cùm eius vita calumniam incurrisset, nauem, qua deorum mater vehebatur, Tiberino vado hærentem, Vestam prius suppliciter precata, cingulo alligat: mox eam remolita est, traxitq; aduerso flumine: quod pars Romanæ ciuitatis post multos & varios conatus nequiuerat.

ORATOR.

Cic. de Orat. Nomine oratoris & docti ornandus est, qui scelus, fraudemq; nocentis posit dicēdo subiicere odio ciuium, supplicioq; constringere: idemq; ingenij præsidio innocentiam iudiciorum pœna liberare: idemq; languentē, labentemq; populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare: qui denique quemcumq; in animis hominum motum res & causa postulet, eum dicendo vel excitare posit, vel sedare.

Optimus est enim orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permouet. *Cic. de Opt. gen. orat.*

Itaq; nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit. *Ibidem.*

Necesse est oratori, quem quærimus, controuersias explicare forenses dicendi genere apto ad docēdum, ad delectandum, ad permouendum. *Ibidem.*

Ex Demosthene.

Equidem video oratorum facultatem & vim maxima ex parte in auditorum esse potestate. *Ex Orat. de Corona.*

Oratoria oratio non est magni pretij, neque vocis intensio, sed in idem cum populo consentire, & eosdem odisse ac amare quos patria. *Ibidem.*

Aliæ facultates abundè satis per se sufficiunt, sed vis illa dicēdi, si à vobis auditoribus reclametur, mutila est & manca. *Ex Orat. de Fals. legat.*

Vt vos approbaueritis ac erga vnumquemq; beneuolo animo fueritis, ita orator sapere videbitur. *De Corona.*

Non vnus, neque duo, ista norunt, neq; sub ala (vt aiunt) prouocatio facta est, sed in medio foro multis præsentibus. *Contra Apho.*

Aggressi negotia quæ declarare verbis pro dignitate nemo posit, ipsi quidem eloquentiæ laudem reportant, sed efficiūt, vt de illorum virtute, concepta apud auditores opinio minus appareat. *Ex 8. Or. Proo.*

Nunquam oratores vos neq; improbos neq; probos efficient, sed vos istos quales volueritis. *Ex Ora. de ordinat. ciuit.*

Nihil est grauius, ô Athenienses, quàm quòd iisdem motibus, quos culpant, oratores vtuntur. *Ex 37. Proœm.*

Equidem aquam bibens, nō abs re difficilis & morosus homo sum. *Contra Philip. Orat. 2.*

Quod maius crimen dicere quis posset in virum oratorem, quàm si non eadem sentit, ac loquitur? *De Corona.*

Non est quicquā indignius ac molestius, quàm cùm vir autoritatem habens, & facultate dicendi pręditus, testibusq; abundans audet mentiri: tum enim necesse est, reum non iam de te tantùm dicere, sed etiam de ipso dicente, quod & propter autoritatem credere non par sit. *Contra Callip.*

Videte Athenienses, ne diuersum sit, orationem habere cōmodā, & suscipere negotia vtilia, illudq; oratoris munus sit, hoc hominis mente præditi. Vos itaq; plebei, & potissimùm natu maximi, dicendi facultate summis oratoribus pares nō esse debetis, sed prudentia iis vel similes esse, vel potius vincere. Experientia enim multarum rerum & vsus eam ingenerant. *Ex 37. Proœm.*

Qui infœlicium miserorumq; casus, & mala norunt, videntes non vident, & audientes non audiunt: illi porrò sic se gerunt in iis quæ faciunt, vt constet eos sua tegere incommoda & infamiam metuere. *Orat. 1 contra Aristog.*

Minimè hercle censeo oportere, vt superbi homines & eloquentiæ opinione elati res alienas appetant, aut dicendi promptitudine freti, eripiant: hæc enim improbi sunt sophistæ & flagris digni. *Contra Apho.*

Cùm videritis eloquentiam, aut vocis claritatem, aut aliquam aliam eiusmodi virtutem in viro bono & munifico vigere, congratulari & vnà excolere vos omnes oportet. Commune enim vobis omnibus aliis id bonum est: sed cùm in sordido & improbo, & quouis quæstu victo, eum eiicere, acerbeq; audire oportet. *De Fals. legat.*

Olynth. 3 Quò propius ipsi oratione vti videmur, eo magis illi diffidunt omnes.

Ex Orat. funeb. Ipsa orationis elegantia & lepos, auditorum beneuolentia indiget, qua cum si etiam mediocriter dixerit, gloriam reportabit, nec nō sibi conciliabit gratiam: citra hanc etiam, si bene dicēdo excellat, ab auditoribus tamen negligetur.

Olynth. 3 Omnis oratio, si res ac facta absint, vanum quidpiam & inane videtur.

Ad Epist. Phil. Omnis oratio vana est & infrugifera, quæ actionū expers fuerit.

Ora. Liber. Phil. Si ad grauam concionari oportet, quæcumq; oratione prætermiserit aliquis, vt ne molestus sit, eadem de rebus ipsis prætermittentur: si verò orationis venustas & gratia rebus consentanea nō fuerit, damnum affert.

Orat. 1. contra Aristog. Nonnullos animaduerti reorū, qui cùm rebus ipsis damnarentur, nec possent probare se culpa vacare, alij ad anteactæ vitæ moderationem & temperantiam confugiebant, alij ad maiorum suorum præclara facinora, alij ad cetera eiusmodi, per quę iudices ad misericordiā & humanitatē flectebāt.

Ex orat. contra Timocr. Id vnum reliquum est iis, qui causam tutari nō possunt, vt effugia & prætextus quosdam inueniant, qui ablata præsentis causæ memoria in iis vos retineant, quæ ad hoc ipsum crimen nihil spectant.

Ex quibusdam incertis Poëtis.

Vehementius nihil est oratione.
Oratio medicamentum molestiæ est solum.
Sermone mihi persuasisti medicamēto doctissimo.
Seorsum tum dicere multa, & tempestiua oportet.
Viri forma ex verbis deprehenditur.
Verbis pensa, verbis qui suadet tibi.
Mœrorem beneuola scit curare oratio.
Ratione regitur mortalium vita, sola.
Maximum est ira medicamentum, oratio.
Oratio medica est animi affectus.
Verbum intempestiuè dictum subuertit vitam.
Iaculatus verbum aliquis, non recipit rursum.
Animi ægroti est medicamentum, oratio.

ORNATVS.

Nihil magis mulierem ornat, quàm boni mores.

Plau. in Mostel. Mulier rectè olet, vbi nihil olet.
Postea, ne quicquam ornata est bene, si morata est male.

In Penulo. Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collutuunt.
Lepidi mores, turpem ornatum facilè factis comprobant.

Ibidem. Bono ingenio me esse ornatum, quàm auro multo mauolo.
Aurū in fortuna inuenitur, natura ingeniū bonum.
Bonā ego, quàm beatā me esse nimio dici mauolo.
Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.
Magis quidem meretricem pudorem, quàm aurum gerere condecet.

Ornatus mulierum detestatio.

Teren. in Heau. Nosti mores mulierum: dum poliuntur, dum comuntur,
Annus est.

Propert. lib. 1. ad Cinthiam. Quid iuuat ornato procedere vitta capillo,
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,
Teq; peregrinis vendere muneribus?
Naturæq; decus mercato perdere cultū,
Nec finere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non vlla tuæ medicina figuræ est.
Nudus amor formæ non amat artificem.

Ouid. 1. de Remed. amor. Auferimur cultu, gemmis, auroq; teguntur
Omnia, pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe vbi sit quod ames, inter tam multa requiras,
Decipit hac oculos Aegide diues amor.

P ANTE A.

PARENTES.

Ex Cicerone.

Parentes obseruandi sunt, non violandi.



Post redit. in Senatu. PARENTES charissimos habere debemus, quòd ab iis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est.

De respons. Arusp. Parentibus nos primùm natura ipsa conciliat: quos nō alere, nefariū est.

Pro Cluentio. Cuiusmodicumq; mater sit, tamen in iudicio filij, de turpitudine parentis dici vix oportet.

Ibidem. Non modò reticere homines parentum iniurias, sed etiam æquo animo ferre oportet.

Pro Rosc. Ame. Magnam vim, magnam necessitatē, magnam possidet religionem paternus maternusq; sanguis: ex quo si qua macula concepta est, nō modò elui non potest, verùm vsq; eò permanat ad animum, vt summus furor, atq; amentia consequatur.

Cic. Lentulo. Famil. Vim neque parenti, neq; patriæ afferre oportet.

Pro Rosc. Ame. Magna est vis humanitatis, multumque valet communio sanguinis: portentum certissimum est, esse aliquem humana specie, qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignè luce priuarit: cùm etiam feras inter se partus, educatio, & natura ipsa conciliet.

Pro Rosc. Ame. Nullum supplicium satis acre reperiri potest in eum qui mortem obtulerit parenti: pro quo mora ipsum, si res postularet, iura diuina atque humana postulant.

4. Tuscul. Nemo parricidæ supplicio, misericordia commouetur.

Pro Rosc. Ame. Maiores nostri cùm intelligerēt nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas excogitarunt, vt quos natura in officio retinere non posset, ij magnitudine pœnæ, maleficio submouerentur: insui voluerūt in culeum viuos, atq; ita in flumen deiici. Atque videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse, cui repentè cælum, aquam, solum, & solem, ademerunt: vt qui eum necasset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis, quæ tantum scelus attigissent, vterentur: non nudos in flumen deiicere, ne in mare delati, ipsum pollurent, quo violata solent expiari. Denique nihil tam vile, neque tam

tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. Ita viuunt, vt animam de cælo non ducant: ita moriuntur, vt eorum ossa terra nõ tangat: ita fluctibus iactantur, vt nunquam abluantur.

Ibidem. Solon cùm interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentẽ necasset, respondit se neminem id facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod antea cõmissum non erat, ne tam prohibere quàm admonere videretur.

In Lælio. Si quam præstantiam virtutis, ingenij, & fortunæ consecuti sunt nonnulli, impartiant eam suis, cõmunicentq; cum proximis: vt si parentibus nati sunt humilibus, si propinquos habeant infœliciores vel animo vel fortuna, eorũ augeant opes, eisq; honori sint & dignitati, vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint, cùm cogniti sunt, & aut deorum, aut regum filij inuenti, retinent tamen charitatem in pastores, quos patres per multos annos esse duxerunt.

Ex Quintiliano.

Quintil lib. 1 Nato filio pater optimam spem de illo habeat, ita diligentior à principiis fiet.

Declam. 7 Mauult pater corrigere, quàm abdicare.

Declam. 2 Miserrimus est pater, quisquis nouercã inducit filio.

Declam. 5 Nemo vnquam pro liberis plus dedit, quàm qui sibi nihil reliquit.

Ibidem. Parentum diuersitas de filiorum moribus procedit.

Decla. 8 Non est tanta pietas filium obseruasse, quantum facinus occidisse.

Cic. 1. Epist. ad Pom. Quum liberos paruos habemus, & incertum est quàm longa cuiusq; nostrum vita futura sit, consulere viui ac prospicere debemus, vt illorum solitudo ac pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit.

Plin. Iunior lib. 8 Pater cogitet se fuisse liberum iuuenem, & ita hoc, quod est pater, vtatur, vt meminerit se hominem esse, ac hominis patrem.

Liui. 3. Decad. Parentum authoritas vilis est apud liberos.

Ex Poëtis.

Teren. in Adel.
Patrium est potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest: hoc qui nequit,
Fateatur nescire se imperare liberis.

Parentes in puerorum præsentia à malis abstineant.

Iuuen. Sat. 14
Plurima sunt Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris traduntq; parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo.
Sic natura iubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis
Cùm subeant animos authoribus. vnus & alter
Forsitan hæc spernãt iuuenes, quibus arte benigna,
Et meliore luto finxit præcordia Titan:
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnis huiuscetenim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: & Catilinam
Quocumq; in populo videas, quocumq; sub axe.
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vsquam.
Nil dictu fœdum, visuq; hæc limina tangat,
Intra quæ puer est. procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Hospite venturo cessabit nemo tuorum.

Ibidem.
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela.
Hic lauet argentum, vasa aspera tergeat alter.
Vox domini infremit instantis, virgamq; tenentis.
Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Ne perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emundat seruulus vnus.
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem.

Parentes mali nullam liberos obiurgandi libertatem habent.

Iuuen. Sat. 14
Nam si quid dignum censoris fecerit Ira,
Quandoquidem similem tibi se, nõ corpore tãtùm
Nec vultu dederit, morum quoq; filius, & cùm
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, & post hæc tabulas mutare parabis.
Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,
Cùm facias peiora senex? vacuumq; cerebro
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?

Parentes auaritiam sectari filios docent.

Iuuen. Sat. 14
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis & vmbra,
Cùm sit triste habitu, vultuq;, & veste seuerum.
Nec dubie tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum
Certa magis, quàm si fortunas seruet easdem
Hesperidum serpens, aut Ponticus.

Parentes mali peiores habent filios, si ad auaritiam nutriti sint, & filij tandem in parẽtes insurgunt, iusto Dei iudicio.

Iuuen. Sat. 14
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et læuo monitu pueros producit auaros,
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo, quem si reuoces, subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas: adeò indulgent sibi latius ipsi.
Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem late, & rapientem cuncta videbis.

Teren. in Hecau.
Matres omnes filiis
In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria
Solent esse.

Parenti nihil surripiendum.

Plau. in Pseud.
Egon' patri surripere possim quicquam cauto seni,
Atq; adeò si facere possem, pietas prohibet.

Teren. in Adel.
Ea ne me celet, consuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.

Plau. in Pseud.
Probum patrem esse oportet,

Qui natum suum esse probiorem, quàm ipsus fuerit, postulet.

Plaut. in Stich. Gratiam à patre si petimus, spero ab eo impetrassere: aduersari verò, sine dedecore,
Et scelere summo haud possumus.

Parentes de liberorum absentia non adeò tristari debent, vt illi id sentiant.

Terẽ. in Heaut. Aut ego profectò
Ingenio egregiè ad miseriam natus sum, aut illud falsum est,
Quod vulgò audio dici: Diem adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filio ægritudo:
Et quanto diutius abest, magis cupio, tanto magis desidero.
CHRE. Pessimè isthuc in te atq; illum consulis,
Si tam leni, & victo animo esse ostenderis.
Nam si semel animum tuum intellexerit ille,
Prius perditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te emittas filium, hui
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris,
Tibi autem porrò vt non sit suaue viuere.
Nam deteriores omnes sumus licentia.
Quodcunq; inciderit in mentem, volet:
Neq; id putabit, prauum an rectum sit, quod petet.

Parentes velint, nolint, liberos natura diligunt.

Senec. in Hipp. O nimium potens
Quanto parentes sanguinis vinculo tenes
Natura? quàm te colimus inuiti quoq;?
Occidere volui noxium, amissum fleo.

Parentum est monere liberos, vt se eolant, & malos fugiant.

Plau. in Trinũ. Feceris par tuis factis cæteris, patrem
Tuum si percoles: per pietatem, nolo ego cum improbis te viris,
Gnate mi, neq; in via, neque in foro vllum sermonem exequi.

Parentes in honore habendi.

Virg. 2. Aeneid. Eia age chare pater, ceruici imponere nostræ:
Ipse subibo humeris, nec me labor ille grauabit.
Quò res cumque cadent, vnum & commune periclum,
Vna salus ambobus erit.
Ascanium, Anchisenq; patrem, Teucrosq; penates
Commendo sociis.
Idem lib. 9 Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus,
Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ.
Hanc ego nunc ignaram huius, quodcumque pericli est,
Inq; salutatam linquo: vox, & tua testis
Dextra, quòd nequeam lachrymis perferre parẽtis:
At tu oro solare inopem, & succurre relictæ.
Hanc sine me spem ferre tui, hac audentior ibo
In casus omnes.

Ex veteribus quibusdam incertis.

Velis parentibus ante omnia honorem deferre.
Parentes cole, & amicos affice beneficiis.
Spera te colentes parentes, prosperum rerum successum habiturum.
Dij maximi prudentibus patentes sunt.
Satis viues, in senectute alens parentes.
Existima tibi ipsi parentes esse deos.
Aduersus filium indignationem non alit probus pater.

Ex Græcis.

In parentes officium.

ATH. HOSP. Putare quisquis debet, omnia quæ possidet, eorum esse qui genuerunt, & educarũt, ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat, primùm quidem externa bona, deinde etiã corporis. Postremò quæ ad animum pertinent, hæc omnia videlicet mutuò data persoluens, & pro curis doloribusq; parentum, in senecta recentes reddens, quando maximè indigent. *Plat. 4. Dial. de Leg.*

ATH. HOSP. In verbis per totam vitam parentes venerari maximè decet. Leuiũ enim volatiliumq; verborum grauissima imminet pœna. *Ibidem.*

ATH. HOSP. Cuius pater & mater, vel horum parentes senio confecti, quasi thesaurus quidam domi iacent: is putet nunquam aliud sibi tale simulachrum magis efficax domi suæ affuturum, si rectè, vt decet, ab eo colitur. *11. de Leg. Dial.*

ATH. HOSP. Existimãdum est, nullum apud deos magis honorandum simulachrum nos habere debere, quàm patres & auos senio cõfectos, matresq; simul, quibus honoratis deus gaudet. *Ibidem.*

Ex Demosthene.

Par est parentibus definitum ex vtrisque præmium & à natura, & à lege, iustè referre, & vltrò soluere. *Ex orat. 4. contra Philip.*

Equidem eum perfidum & diis inuisum, non modò hominibus esse existimo, qui parentes negligit. *Orat. 1. contra Aristogit.*

Vbi pater est & filij iam viri facti, fortasse & eorum liberi, ibi necesse est varias & nulla in re similes esse voluntates. Non enim iidem sunt sermones & facta iuuentutis, quæ senectutis: veruntamen adolescentes quæcumq; agunt, si modò sint modesti, sic faciunt, vt clam habere conentur, ne parentes & senes offendant, dissimulant id se videre. Et senes vicissim, si fortè sumptus iusto maiores viderint, aut potationem aut ludos immoderatos, sic ista vident, vt non vidisse videantur. *Ibidem.*

Ab initio ætatis, in omnibus disciplinis clari & illustres fuerunt, ea exercentes, quæ quamq; ætatem decerent, iisq; omnibus quibus par erat gratum facientes parentibus, amicis, familiaribus.

Parentum & maiorum virtutes imitandæ sunt.

Turpe est, ô Athenienses, turpe inquam, ordinem magnitudinis animi vestri deserere, quem maiores vobis tradiderunt. *Ex orat. de Ordinat. ciuit.*

Multa & præclara pedestri certamine naualiq; prælio pugnantes trophæa statuerunt, de quibus etiã nunc gloriamur. Atqui vos considerare oportet ipsos hæc erexisse, non vt nos ipsa spectantes solùm admiraremur, sed etiam vt eorum qui erexerunt, virtutes imitemur.

Vobis solis Athenienses licet præ cæteris hominibus *Ex orat. de Fals. lega.*

bus domesticis vti exẽplis, & maiores quos iure laudatis, re & factis imitari: tametsi prælia neque expeditiones, neque pericula, in quibus clari & illustres fuerunt, imminere tempora non sinunt, sed vos præsenti viuatis in otio, eorum verò prudentiam imitemini: ea enim vbique opus est.

De Ordinat. ciuit. Hac potentia opus esse censeo, nemini imperare, neq; verbo, neq; facto iniusto, sed nostra facta vt maioribus digna sint, perpendere, non orationes quæ in suggesto habentur.

Ibidem. Non alienis exemplis, sed domesticis vsi, quæ facienda sunt, faciatis licet.

Ex Ora. ad Phi lipp. epist. Cogitare turpissimum est, patres vestros multos labores magnaq; pericula contra Lacedæmonios bellum gerentes sustinuisse: vos autem ne pro his quidem, quę iustè assecuti vobis tradiderunt, velle fortiter vos defendere.

De Falsa lega. Scire vos oportet quòd in ijs rebus desideris, ob quas mortem maiores vestri passi sunt.

Ex 14. Proœm. Reliqui omnes homines aliorum exẽplis vsi, cauti magis ipsi fiunt: vos autem, ne auditis quidem aliorum infortunijs metuere potestis.

Orat. 1. contra Aristog. Turpissimum quidem est, maiores vestros pro legibus tuendis etiam mortem oppetere non dubitasse: vos autem in eas delinquentes, & prorsus euertere conantes, nolle punire.

Orat. 2. contra Aristog. Nõ puto maiores hęc tribunalia & porticus vobis ædificasse, vt eiusmodi homines in eis saginetis, sed contrà vt coërceatis & puniatis, ac ne quis æmuletur aut expetat improbitatem.

Plato de Leg. Preces parentum aduersus filios sæpe audiuntur.

Aristot. Ethi. 8 Matres plus diligunt filios, quàm patres.

Ibidem. Pater tria filio beneficia dat, causam existendi generando, causam viuendi educando, & causam discendi informando.

Ibidem. Parentes amant liberos, tanquam aliquid sui existentes: filij verò parentes, vt ab illis aliquid existentes.

Ibidem. Pater abnegare potest filios, & non contrà.

Plutarchus. Quicquid à filijs speramus, natura sibi totum vendicat.

Idem. Cùm paupertatem malorum extremum confiteamur, hanc haud aliter, ac grauem & difficilem morbum liberis tradere formidamus.

Idem. Plerosque ego parentes vidi, quibus amor nimius, ne amarent, causa extitit.

Ibidem. Ante omnia opus est, vt patres non solùm nihil peccando, sed etiam honestè singula agendo, manifestum sese filijs exemplar præbeant, vt in eorum vitam se, vt in speculum, intueantur.

Diogenes. Quæcumq; parentibus stipendia intuleris, eadem ipse à filijs expecta.

Aristot. Parentes, qui filios erudiendos curant, multò honorabiliores sunt ijs, qui solùm generant: eos enim viuendi tantùm, illos autem bene, beateq; viuendi autores esse.

Stob. Patris minæ non valde terrent filium.

Ibidem. Suauis pater, prudentior est, quàm iracundior.

Ibidem. Patris beneuolentia meliorem efficit filium.

Ibidem. Emendandi sunt liberi, non tam duriter tractando, quàm verbis suadendo.

Arist. de Ani. Consuetum est fœminas sollicitas esse circa filios, non mares.

Ibidem. Nouam prolem domi procreare vis: maximas inimicitias filijs tuis concitas.

Patres erga liberos quales esse oporteat: & quod vtrique naturali quadam necessitate mutuò afficiantur.

Non est auditu suauior sermo, quàm qui prolatus *Menander.*
A patre ad filium, laudem eius continet.
Nunquam re vera neq; filio suo pater
Solet minari, nec amans amatæ.
Quicumque durum patrem habet adolescens,
Et odiosum domi, magnum malum possidet.
Qui durissimus filio videtur in admonendo,
Verbis quidem asper est, re ipsa verò pater.
Si filio quod petit, promptè exhibeas,
Habebis eum verè tutorem vitæ tuæ, non insidiatorem.

Vehementem in liberos amorem Deus dedit hominibus. *Euripides.*

Sapientes oportet liberos natu minores castigare. *Hippothous.*
Patrem oportet facilè ferre *Euripides.*
Liberos amoribus captos, absq; contumacia:
Et filios patris amores. Non enim spontaneus est
Hominibus amor, neq; voluntarius morbus.
Est autem valde ineptus ille,
Qui deorum necessitatibus mederi vult.
Vna quædam est communis hominum lex,
Et diuinitus institutum, quod apertè iam dico:
Vt videlicet nullum non animal natum ex se fœtum amet.
In cæteris autem peculiares sunt leges.
Equidem autumo patri charos esse liberos,
Et liberis parentes, nec auxiliares
Alios sibi fieri posse iustiores aio.

Anacharsis Scytha interrogatus, qua de causa non operam daret proli, respõdit: Quia nimis essem amaturus liberos.

Cùm liberi tibi sint, & familia parata, *Euripides.*
Nouam domi prolem procreare vis,
Maximam inimicitiam tuis concitans.

Patris increpatio, suaue remedium est. Plus enim vtilitatis quàm mordacitatis habet. *Socrates.*

Non vos latet, ô viri, amorem in liberos affectum esse laudabilem, & longè alium quàm pecuniæ & diuitiarum amorem. Liberorum amor cælitus naturæ alligatus est, & planè ab aurea illa, infractaq; catena pendet, quam natura perpetuò cõterens, & obeuntibus nascentia coniungens, ne in nihilum relabatur, sibi cauet. Quamobrem philosophus propter prolis amorem non erubescit. *Themistius.*

Pueris maximè oportet distribuere pecunias, & simul ipsorum habere curam, ne quid in manibus habeant incustoditum. Sic enim multò magis parci, promptioresq; ad acquirendum fiunt, ac mutuò certant. *Democritus.*

Licet pueros non magno sumptu ita instituere, vt tum pecuniæ, tum corpora ipsorum, custodia instar muri, & salute muniantur.

Filijs bene male've institutis vniuersa domus paterna eodem modo gubernabitur, quo & filij affecti sunt. *Plat. in Lachete*

Cùm de temperantia agitur, omnes seniores patres sunt: iuniores autem, cognati: mulieres quæcumque pepererunt aliquando, matres. Modestia enim & temperantia puerilis, omnium refert, ac vnam & communem cognationem facit. *Gaza.*

Socrates apud Xenophont. Qui filijs multis opibus prospiciunt, vt autem boni & egregij euadant, negligunt, simile quid agūt equos alentibus, quos belli disciplinam non docent, multum verò pabuli exhibent. Sic enim equos habituri sunt pinguiores, sed rerum quas præstare oportebat, imperitos. Eodem modo peccāt, qui filijs agros multos comparant, ipsosmet verò negligunt. Possessiones enim magni pretij æstimationem habebunt, ipsi autem viles erunt: cùm contrà oporteret custodientem re possessa pretiosiorem esse. Itaque si quis filium magni pretij hominem effecerit, quamuis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus est. Animus enim facit vt res multæ, aut paucæ appareant: quippe bono, quicquid possidet, moderatum est: rudi autem & inepto, modicum.

Exempla Græcorum.

Patrum in liberos indulgentia & charitas.

Aegæus procul nauim intuitus, qua Theseus filius ex Creta victor vehebatur, quòd non candida essent illi vela, quæ filij incolumitatem & lætitiā testarentur, sed funesta & atri coloris, Theseum perijsse ratus, ex alta specula in subiectum sese Pelagus præcipitauit.

Solon cùm Miletum peregrè venisset, & frequenter cum Thalete sapiente cōgrederetur, ac fortè ambo in publico deambularent, tum illi mors filij nunciata est. Ad quem atrocem nuntium vir alioqui sapientiæ fama nobilis, consternatus animo repentè se humo afflixit, capillum & barbam vtraque manū vellicans, fœdansq́; iniectu pulueris ora, palliumq́; cœpit laniare. Ad quod tali persona indignum spectaculum, cùm ex toto foro ingens factus esset concursus, & ipse muliebri cum eiulatu indecorè iaceret, tum Thales, cuius opera fuerat is nūtius allatus, inquit, Bono sis animo, Solō, filius tuus viuit: at experiri volui, an vxorem ducere, & liberos procreare, expediar sapienti, vt tibi persuasum est: sed iam non modò conducit, verùm multum obest, quando ex sapientibus insani fiunt filiorum causa.

Seleucus Syriæ rex magnum patriæ charitatis exēplū dedit, qui coniugem Stratonicem vnicè dilectam, Antiocho filio concessit, postquam medici iudicio illum periturum intellexisset, nisi obuiam iretur, adeò mulieris forma captus erat.

Carthaginienses matres cùm tertio bello Punico ex omni nobilitate lectissimi adolescentes in Siciliam obsides mitterentur, eos fletu & lamentatione querula, ad naues vsque comitatæ sunt. Tum ex ijs quædam à filiorum complexibus auulsæ, vbi nauim portu egressam viderunt, dolore stimulante in subiectos fluctus desilierunt.

Olympias magni Alexādri mater cùm intellexisset illam pincernam filium veneno necasse, quia in vinum sæuire non contigerat, illius ossa refossa dissipari iussit. Sic vlta est filij mortem.

Parysatis Cyri minoris mater multò atrocius insectata est filij interfectores: quorum vnum Charetem decem dies excruciatū à tortoribus oculis priuari iussit, auribus liquefactum plumbum infudit. Metroclatem ob eandem noxam, duabus scaphis insertum, ficisq́; & melle pastū, vermibus erodendum reliquit. Metasabatem pelle enudatum, diuaricatumq́; atrociter tribus palis affixit.

Ariobarzanes filio suo Cappadociæ regno cessit in conspectu Cn. Pōpeij: qui cum tribunal conscendisset, & filium humiliorem locum obtinentem conspexisset, non sustinuit intra se collocatum intueri, sed protinus sella descendit, & diadema in caput eius transtulit, hortatiq́; cœpit vt eò trāsiret, vnde ipse surrexerat. Exciderunt lachrymæ inueni, cohorruit corpus, delapsum diadema est, nec quò iussus erat, progredi potuit: lætus erat, qui regnum deponebat: tristis, cui dabatur. Filiū regem appellauit, diadema sumere iussit, & curuli sella considere coëgit.

Ptolemæus primus Aegypti rex cùm adhuc prospera valetudine vteretur, non solùm regno cessit minori natu filio, verùm tanquam cum eo stipendia ageret, inter vigiles eius fuit, maiori affectus gaudio quòd regis pater esset, quàm quòd ipse rex fuisset.

Cùm quidam Agesilaum arundini insidentem, & cum filio equitantem vidisset, nimiamq́; indulgentiam, tanquam rege indignam reprehendisset, dixit Agesilaus, Nunc tace: cùm verò & tu pater euaseris, tunc etiam patres imitaberis.

Romanorum exempla.

Agrippina Domitij Neronis mater, dum ambitiosè nimis imperium illi astruit, Chaldæos sciscitata, an imperaturus esset filius, futurum comperit, vt is demum imperaret: verùm ita vt matrem interficeret. Interficiat, inquit, modò imperet.

Bello Punico secūdo Romanis legionibus ad Trasimenum & Cannas fusis, multi Romanorum iuuenum falsò crediti sunt perijsse. Cùm verò repentè matribus oblati, tantam lætitiæ molem illarum animis effudêre, vt velut subita ruina oppressæ, inter oscula & complexus expirarint.

Antistiæ mater ob repudium à Cneo Pompeio filiæ missum, mortem sibi consciuit, doloris & ignominiæ impatiens.

Fabius Rutilianus quinque consulatibus summa gloria peractis, omnibusq́; meritis virtutis & vitæ stipendijs, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculosum conficiendum grauatus non est, penè ipso duntaxat animo sine corpore militaturus. Idem triumphantis currum, equo insidens, sequi, quem ipse paruulum triumphis suis gestauerat, in maxima voluptate posuit: nec accessor gloriæ illius pompæ, sed author spectatus est.

Concitatioris & ardentioris erga filium beneuolentiæ fuit Octauius Balbus, Proscriptus à Triumuiris, cùm domo clàm postico esset egressus, postquam intus filium trucidari, falsò clamore intellexisset, ei se neci, quam effugerat, obtulit: pluris nimirum illud momentum, quo illi præter spem videre filium incolumem contigerat, quàm salutem suam æstimans. Miseros adolescentis oculos, quibus amantissimum sui patrem ipsius opera sic expirantem intueri contigit.

Lucius Gellius omnibus honoribus ad censuram vsque

vſque defunctus, cùm grauiſsima crimina de filio, in nouercam commiſſum ſtuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet: non tamen ad vindictam procurrit continuò, ſed penè vniuerſo Senatu adhibito, in cōſilium expoſitis ſuſpicionibus, adoleſcenti ſe defendendi poteſtatem fecit, inſpectaq; cauſa, abſoluit eum tum conſilij, tum etiam ſententia ſua.

Cato ſenior nunquam tot tantiſq; occupationibus detentus fuit, vt cùm recèns natus filius lauandus eſſet, omnia non relinqueret, vt ipſe lotioni ſemper intereſſet: cui poſtquam ætas ad diſcendum idonea fuit, nunquam alium quàm ſe magiſtrum dari voluit. Et cùm ab amicis moneretur, vt eam curam alicui ſeruo erudito traderet, reſpondit, ferre ſe non poſſe, vt ſeruum filio aures vellicantem inſpiceret: noluit inſuper vt filius literariam inſtitutionem deberet. Quod ſi nunc fieret, non tam ſæpe contingeret, vt ex generoſa arbore pro primo, arbutei fœtus legerentur.

Blauius filiusque à Triumuiris proſcripti fuerunt. Itaque cùm in Siciliam abire decreuiſſent, ad maritimam vrbis partem ſeorſim profecti ſunt. Cùm autem pater falsò filium, qui anteceſſerat, in Triumuirorum milites incidiſſe, & ab eis cæſum fuiſſe accepiſſet, ad ipſos milites vltrò ſe contulit, atque ab eis vt interficeretur, impetrauit.

Gordianus ſenior Africæ proconſul, à Pœnis & exercitu aduerſus Maximinorum crudelitatem imperator creatus, cùm filium à Maximinis cæſum accepiſſet, præ mœroris magnitudine clàm ſe in cubiculo ſuſpendit.

Parentum in liberos ſeueritas.

Artaxerxes Perſarum rex, quinquaginta filios habuit: hi autem Darij impulſu, in ſenem cōiurant, quòd pellicem vnam Aſpaſiam nomine Dario petenti negaſſet. Pater omnis patriæ pietatis immemor, Darium concepti ſceleris conuictum cum numeroſa illa fratrum cohorte, extremo affecit ſupplicio, coniugibus & liberis interfectis, vt ex tanta nuper ſobole ne progenies quidem vlla ſupereſſet. Nec ipſe multum inde ſuperuixit huic domeſticæ cladi, morbo & mœrore confectus.

Phœnix Amyntoris filius, qui Achillē ad Troiam comitatus eſt; matri gratificaturus, patris interfecit pellicem. Prætulit Amyntor proprium affectum domeſticæ pietati, filiumq; dirè execratus domo ac patria pulſum, perpetuo mulctauit exilio.

Cùm Pauſanias Lacedæmonius cum Perſis aduerſus patriam conſpiraſſet, atque ab Ephoris ad vrbem reuocatus, animaduertiſſet illud agi, vt comprehenderetur, in Palladis Aſylum confugit; vnde cùm religio eſſet eum deducere, in eó incluſum ad mortem fame compellere decreuerūt. Quod cùm mater intellexiſſet, ante alios ad obſtruendas templi fores materiā pertulit, quanquam illum vnicum haberet: & is præter multas virtutes, quibus ornatus erat, multas quoq; inſignes victorias peperiſſet.

Non minus ſeuera erga filium Damatria Spartana fuit, quæ cùm vili & ignauo eum animo acceſſiſſet, domum reuerſum manu ſua occidit.

Tigranes Armeniæ rex in venatione collapſo equo cùm humi iaceret, præſenteſq; duo eſſent eius filij, ſtatim vt à caſu ſurrexit, maiorem natu interimi iuſsit, regnumq; minori natu filio tradidit, quòd patrem iuuiſſet, & ex caſu dolorem ſe accepiſſe oſtendiſſet.

Cùm aduerſus Græcos ingentem exercitum duceret Xerxes, & rex Byſaltidum nullo modo adduci poſſet, vt eius imperata faceret, aut cum eo aduerſus Græcos militaret: filij ſpreto paterno imperio Xerxē ſequuti ſunt. Itaque finito bello, cùm ſex ex eis domū reuerſi, nihil ſibi ob id impendere à patre periculi exiſtimarent, ipſe ob ſpretum imperium ira ſucceſus, omnibus oculos erui iuſsit.

Herodes Iudæus falſis ſuſpicionibus criminatos Ariſtobulum & Alexandrum filios, crudeliter in carcere enecari iuſsit: vt non immeritò Auguſtus diceret, malle ſe Herodis porcū, quàm filiū eſſe. Nam porcis non vtebatur: filios autem ſeuerè occiderat.

Iunius Brutus Romanæ libertatis aſſertor, duos adoleſcentes filios publicè interfecit proditionis conuictos, quòd de regibus, quos ipſe eiecerat, in vrbem reducendis cum Aquilijs & Gellijs cōſilium agitaſſent. Magnum fortunæ ludibrium, vt domus ea, vnde publica libertas orta fuerat, propemodum extincta fit.

Manlius Torquatus filium ſecuri percuſsit Latino prælio, quòd contra imperium in hoſtem dimicaſſet. Nec profuit iuueni, quòd hoſtilibus ornatus ſpolijs ad patrem rediſſet. Valuit plus apud Manlium imperij maieſtas, quàm paterna pietas.

Caſsius filium, qui Tribunuſpleb. Agrariam legem primus tulerat, multiſq; alijs rebus populi animos amore ſibi deuinctos tenebat: poſtquam illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum conſilio, affectati regni crimine damnauit, verberibuſq; affectum necari iuſsit, ac peculium eius Cereri conſecrauit.

Aulus Fuluius filium iuuenem, ingenio & literis inter æquales nitentem, amicitiam Catilinæ ſecutum, in medio itinere abſtractum, ſupplicio mortis affecit: præfatus non ſe illum Catilinæ aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam genuiſſe.

PARSIMONIA.

Parcus diuitiarum cuſtos infœlix. *Stob.*

Parcus non melior ſacrilego. *Idem.*

Parcus ter miſer. *Idem.*

Parci parant ſe ceu aliæ vitæ. *Idem.*

Sera parſimonia in fundo eſt. Non enim tantùm minimum in imo, ſed peſsimum remanet. *Senec. Epiſt. 1*

Non intelligunt homines, quàm magnum vectigal ſit parſimonia. *Cic. in Parad.*

Res familiaris quæri debet ab ijs rebus, à quibus abeſt turpitudo: conſeruare autem diligentia & parſimonia, eiſdem etiam rebus augeri. *Cic. 2. Offic.*

Sera parſimonia eſt, tunc ſeruare cùm deficit. *Vege. lib. 1*

Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè. *Lucret. lib. 5*

Plus

Claud. lib. 2. Plus est seruasse repertum,
Quàm quæsisse decus.
Ouid. de Arte amand. Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.
Casus inest illic, hic erit artis opus.

PARCITAS.

Philemon. Si præsentibus non vtimur,
Absentia quærimus: his quidem nostra culpa,
Illis verò per fortunam priuabimur.
Apollodor. Odi fortunam iunctam infortunato corpori,
Si quis enim per diuitias suauiter agere potest,
Miserè tamen viuit, quid aliud quàm fortunam
Accuses, quòd se homini infortunato sociauerit.
Euripides. Ego non opes quantæ sint aspexerim: sed num qui ipsas
Posside, superior, vt dominus, sit possessis.
Si quis fortunatus & opulentus
Nihil egregium domi instituat,
Hunc ego nequaquam beatum nominauerim,
Sed potius fœlicem diuitiarum custodem.
Inhumana est imperitia, in statu ne quidem miserabili lachrymas
Fundere: hæc verò est malitia, cùm opes affatim suppetant,
Neminem mortalium beneficijs demereri, parcitate victum improba.
Quisquis domi gaudet rem abundare,
Et ventrem interea defraudans corpus miser macerat,
Is mihi sacrilego melior non esse videtur,
Neq; patricida, aut sanguine iunctis inimico.
Menander. Nunquam prædiuitem fœlicem existimaui
Hominem, bonis qui non vteretur suis.
Neque lucrum vndecumque captes: sed pudor adsit,
Quominus per nefas conquiras opes. Semper sibi timet
Ter miser ille, qui præ parcitate
Odium sibi peperit, partis opibus duplo maius.
Theocritus. Decoque lenticulam, strius tibi pastor auare,
Quàm læsisse manus resecas dum falce cyminum.
Menander. Inhumana res est, duritas viræ.
Apollod. Propemodum caput malorum nominasti,
Auaritiæ etenim insunt omnia.
Antiphon. O infœlices illos, quibus lucri ergo
Turpia videntur honestis præferenda.
Quippe prudentia accipiendo obnubilatur.
Menander. Diuitias, rem instabilem commemoras.
Eas si tibi mansuras censes,
Perpetuò custodi, nulli alij
Hominum communicans, solus ipsarum ubi dominus.
Si verò te teipsum quidem, licet omnia fortunæ bona babeas,
Quid est ô pater quòd istorum inuideas alicui?
Fortuna enim alij fortassis alicui indigno
Omnia quæ tute nunc habes, te spoliato, donabit.
Quapropter sentio oportere te, quandiu
Dominus es, ipsis liberaliter vti, pater,
Omnibus opem ferre, dites efficere
Per te quàm plurimos vt possis amicos.
Hæc enim virtus immortalis est: atque si fortè exutus omnibus fortunæ bonis fueris,
Iterum ab illis, quoe antea beastri, capies.
Longè præstantior est aperta viri amicitia,
Quàm opertæ auri diuitiæ, quales tu defodisti.
Eusebius. Vir cui magnæ sunt opes recōditæ, quibus pro suo arbitrio ad res necessarias vti non audeat, similis est ærario quæstori publicum thesaurum suum esse persuaso. Quantum etenim ad opinionem, ex æquo vterq; diues est. Vsum verò diuitiarum, qui proprius est possidenti, non hic magis quàm ille habet.
Theopompus. Si dominus amplissimæ fortunæ tristē vitam transigat, næ ille mihi omnium qui sunt, quiq; futuri sunt hominum, est miserrimus.
Qui parci præter modum sunt, instar apicularum operantur, tanquam perpetuò victuri.
Democritus. Stolidi parcorum filij, vbi quid à patria consuetudine deciderint, perire solent: non secus quàm qui inter gladios saltant, si vel semel aberrauerint in vnico gladio, vbi pedibus niti debebant, intereunt. Est verò difficillimum ne in vno quidē aberrare, cùm sola pedum angusta vestigia relinquantur.
Parsimonia & esuries, bona: suo autem tempore, sumptus etiam. Porrò vir bonus discernet.
Antiphon. Non desunt qui præsentem vitam non viuunt, sed magno studio se parant, ceu vitam quandam aliā victuri. Interea tempus ipsos deserit.
Metrodorus. Aliqui in vita præparant quæ ad vitam pertinent, victuri post id quod viuere dicimus: non aduertentes, letale nobis omnibus ipsum generationis effusum esse pharmacum.
Democritus. Veruntamē auaritia & tenacitas cogit aliquos depressis domi cupiditatibus, apud alios ingurgitari sumptuosis alimonijs. ijsq; frui, ceu bello partis, strenuè comessando. Deinde malè affecti discedunt, postridianam cruditatem pro mercede ingurgitationis habentes.
Theocritus multos diuites non dominos rerum suarum, sed tutores esse dicebat.
Eusebius. Virum qui magnas opes reconditas habuerit, nec aliam ob causam, quàm vt reponat, conquirentem, quò semper aliquid præsentibus addat, etsi locupletem, nihil tamen neque sui, neque alterius vtilitatis gratia insumentem, haudquaquam diuitem esse dixerim: sed custodē, & alienis pecunijs comparandis natum, qui sæpenumero sibi labores creet, & res nihil ad se pertinentes augeat.
Xenophon. Ego non illos qui plurima habent, & custodiunt plurima, fœlices existimo: nam hoc pacto qui mœnia tuentur, fœlices forent, vt qui omnia in ciuitatibus custodiant. Sed eum, qui tum plurima iure possederit, tum plurimis honestē fuerit vsus, quod ad pecunias attinet, fœlicissimum esse statuo.
Socrates. Hominis auari diuitiæ, quemadmodum sol post occasum, neminem viuentium exhilarant.
Epicurus. Semel nati sumus, bis nasci non licet: sed necessarium est vitam finiri. Tu verò, qui ne crastinum quidem diem in tua potestate babes, tempus differs.
Antiphon cùm vidisset quendam multum argenti ferre, rogauit, vt sibi mutuò daret cū fœnore. Ille verò noluit, vt qui diffideret omnibus, & neminem iuuaret. Itaque quodam in loco argentum

tum recondit. Et cùm animaduertisset quidam, suffuratus est. Reuersus postea qui pecuniam absconderat, nihil inuenit: vnde magno dolore commotus est, & ob calamitatē, & quòd roganti mutuò noo dedisset pecuniam. Cùm itaque incidisset in virum cui mutuare prius noluerat, infortunium suum deplorauit, vtpote qui peccasset, & pœnitere se dixit quod ei obsecutus nō fuisset. Ille bono animo ipsum esse iusit, atq; existimare lapidem eodem in loco à se depositum fuisse. Omninò enim oe cùm babebas quidem argentum, eo vtebaris. Quamobrem etiam nūc ne putaueris te vlla te priuari. Illud enim quo quis nec vsus, nec vsurus est, nihil siue præsens siue absens, magis minus've lędit. Nam cùm Deus alicui oon perfectè bona largiri instituit exhibita pecuniarum copia, bonæ mentis inopem facit, atque ita oblato altero vtrisque priuat.

PARVM ET RARVM.

Arist. Polit. 5 Quod est parum, quasi nihil differt ab eo, quod est nihil.

Plat. de Anima Nihil est rarius quàm valde magnum, aut valde minimum reperire hominem.

Cic. in Lælio. Omnia præclara rara: nec quicquam difficilius, quàm reperire, quod sit ex omni parte absolutum.

Sen. Epist. 120 Nunquam parum est quod satis est, nunquam satis est quod multum.

Cic. pro Flacco. In minimis rebus sæpe res magnæ deprehenduntur.

Pli. Senior li. 5 Paruum nihil tam est, quod gloriam parere oon possit.

Erasm. in Epist. Non sic iobæreas minimis, vt maxima penitus excidant.

Lucan. lib. 1 Parua noonunquam causa rem ingentem molitur.

Rerum raritas pretium facit.

Iud. super Pli. Quò rarior vsus, eò plausibilior.

PARVVM.

Ex Platone.

10. de Leg. ATH. HOSP. Parua difficilius quàm magna videntur, & audiuotur: facilius autem tenentur seruoturq;: & prouidentia gubernantur parua omnia & pauca, quàm eorum contraria.

Ex Poëtis.

Hor. Oda. 16. lib. 2
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in meosa tenui salioum,
Nec leues somnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

Idem Oda 23. lib. 3
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ,
Immetata quibus ingeta liberas
Fruges, & Cererem feruot.
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumq; laboribus
Aequali recreat sorte vicarius.

Lucan. lib. 5. belli Ciuil.
O vitæ tuta facultas
Pauperis, aogustiq; lares. O munera oondum
Intellecta deûm, quibus hæc cotingere templis
Aut muris potuit, nullo trepidante tumultu
Cæsarea pulsante manu?

Sen. in Her. fur.
Alium mulos gloria terris
Tradat, & omneis fama per vrbes
Garrula laudet, cæloq; parem
Tollat, & astris.
Alius curru sublimis eat,
Me mea tellus lare secreto
Tutoq; tegat.
Venit ad pigros cana seoectus
Humiliq; loco, sed certa sedet,
Sordida paruæ fortuna domus.
Altè virtus animosa cadit.

Tibull. Eleg. 1
Diuitias alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera magna soli.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Hor. lib. 1. epist. ad Fuscum.
Ceruus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, dooec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frænumq; recepit.
Sed postquam victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, oon frænum depulit ore.
Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, domioum vehet improbus, atque
Seruiet æternum, qui paruo nesciet vti.
Cui non conueniet sua res, vt calceus olim,
Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret.
Lætus sorte rua viues sapieoter Aristi.

PASSIO.

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Sen. in Her. fur.
Qnod fuit durum pati,
Meminisse dulce est.

Horatius.
Gaudeot vbi vertice raso
Garrula securi oarrare pericula nantæ.

Virgilius.
Forsao & hæc olim meminisse iuuabit.

Etsi optabilis est vitæ cursus conficere sine dolore & iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratum esse à suis ciuibus, quàm omninò nunquam fuisse violatum. Cic. Pro domo sua.

Habet præterio doloris secura recordatio delectatiooem. Cic. Luceio Famil. lib. 15

Incunda est memoria præteritorum malorum. 2. de Finib.

Iucundi sunt acti labores. Ibidem.

Noo tam cumulus booorum iucundus esse potest, quàm molesta decessio. 1. Tuscul.

PATIENTIA.

Sen. in Herc. Oetæo.
Paoens, quisquis nouit famulnm
Regemq; pati. Pepulit vires,
Vultusq; suos variare potest:
Pondusq; malum, casus animo
Qui tulit æquo.

Ouid. 1. de Remed. amor.
Posse pao, facile est, tibi ni patienoa desit.
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

Lucan. lib. 9
Gaudet paoenoa duris.
Lætius est, quoties magoo sibi constar booestum.

Sil. Ital. lib. 6
Absiste ô iuuenis lachrymis, patientia cunctos

Hos

Hos superat casus: longo reuirescet in æuo
Gloria, dum cæli sedem, terrasq; tenebit
Casta fides, dum virtutis venerabile nomen
Viuet, eritq; dies tua, quò dux inclyte fata
Audire horrebunt, à te calcata minores.

Horat. Oda 24. lib 2 Durum, sed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

Ouid. 3. Am. Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim.
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.

Ibidem. Multa, diuq; tuli: vitijs patientia victa est.

Leniter ex merito, quicquid patiare, ferendum est.
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Plau. in Asin. Fortiter malũ qui patitur, idem pòst potitur bonũ.

Manil. lib. 4 Sors est sua cuique ferenda.

Pub. Mim. Cuiusuis doloris remedium est patientia.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Furor fit læsa sæpius patientia.

PATRIA.

Cic. Inuect. 1. in Catilinam. Patria communis est omnium nostrûm parens.

1. de Orat. Nõ potest cognatio vlla propior esse, quàm patriæ.

Philipp. 5 Ipsa patria dici vix potest, quid charitatis, quid voluptatis habeat.

Ad Quir. post redit. Patria nihil dulcius, nihil charius in vita esse debet.

In Vatin. Patriæ charitas est maxima.

Cice. Cassio Famil. 12. Commune patriæ solum & charum est, & delectabile.

4. in Catil. Nullus locus est domestica sede iucundior.

Famil. 4 Nullus locus nobis dulcior esse debet patria.

1. de Oratore. Nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis, ac tãta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxis tanquam nidulum affixam, vir sapientissimus immortalitati anteponat.

1. Off. Chari sunt liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?

De resp. Arusp. Patriæ nos primùm natura conciliat.

5. Tuscul. Patria est vbicumque est bene.

2. Off. Si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sunt patria & parentes, quorum beneficijs maximè obligati sumus.

Famil. 4 Sapientis est carere patria, & duri nihil desiderare.

Ad Attic. 8 Pro patria & in patria mori præclarum.

In Vatin. Nemo est tam ingratus, tam impius, tamq; nullius humanitatis, qui si patriæ merita resumere velit, non eam magis quàm seipsum diligat.

Philipp. 13 Nullus est casus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus.

In Vatin. Omnia quæ à nobis gerũtur, non ad nostram vtilitatem & commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus.

1. Off. Non solùm nobis nati sumus, ortusq; nostri partẽ patria vendicat, partem amici.

4. ad Herenn. Nullum est periculum quod sapiens pro salute patriæ vitãdum arbitretur: hæc enim secum loquitur, Non mihi soli, sed etiam, atq; adeò multò potius natus sum patriæ. Vita quæ fato debetur, saluti patriæ potissimùm soluatur.

Pro Milone. Nihil est præstabilius viro, quàm periculis patriam liberare: beatiq; sunt hi, quibus ea res honori fuerit.

2. de Finib. Pericula, labores, dolorem etiam optimus quisque pro patria, & pro suis suscipit: dolores denique mauult suscipere, quàm vllam officij partem deserere.

Quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum est. At qui patriæ pericula suo periculo expetunt, hi sapientes putandi sunt, qui eum quem debent Reip. honorem reddunt, & pro multis perire malunt, quàm cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam quam à natura acceptã propter patriam conseruaueris, naturæ cùm cogat, reddere: patriæ cùm roget, non dare: & cùm possis cum summa virtute & honore pro patria interire, malle per dedecus & ignauiam viuere: & cùm pro amicis & parentibus adire periculũ velis, pro Repub. in qua sanctissimum illud patriæ nomen continetur, nolle in discrimen venire. *4. Ad Herenn.*

Cùm dies & noctes, omnia nos vndique fata circunstent, non est dubitandũ, eum spiritum, quẽ naturæ quisq; debet, patriæ reddere. *Philipp. 10*

O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria potissimùm est reddita. *Philipp. 14*

Quum omnibus definita sit mors, optandum est magis vt vita, quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quàm reseruata naturæ videatur. *Pro Sestio.*

Debemus gratia eorum virtutem memoria prosequi, qui pro patria vitam profuderunt. *Philipp. 14*

Omnibus qui patriam conseruarint, adiuuerint, auxerint, certus est in cælo & definitus locus, vbi beati æuo sempiterno fruantur. *In Somn. Scip.*

Ex Apophtheg. Eras.

Egregiè inculpatus est, cui nihil obijci potest præter patriam.

Nemo patriæ parem refert gratiam, etiam si vitam impendat.

Non tam refert vnde natus sis, sed qui sis.

Patriæ potius nascimur quàm gloriæ.

Non infirmum est erga patriam meritum, si non solùm te præstiteris egregium virum, sed aliquẽ tibi similem gignas, educesq; patriæ.

Non videndum an gloriæ satis, sed an patriæ satis vixerimus.

Vrbis libertas est vitæ charior: nec turpiter occumbit, qui pro patria pugnans moritur.

Patriæ periclitantis potius est habenda ratio, quàm priuatæ incolumitatis.

Patriæ subleuandæ curis immori pulchrum est: at patriam in extremo discriminum nostra cessatione deseri, turpissimum est.

Patriam tuam mundum existima. *Bruno de Vita beata.*

Aequæ virtutis est, & bona patriæ auxisse, & mala in se transferre voluisse. *Val. Max. lib. 2*

Patria est, vbicumque vir fortis sibi sedem elegit. *Curt. lib. 6*

Patriæ memoria dulcis. *Liuius lib. 5*

Graue est, patriam perdere: grauius, timere: grauissimum vtrumque.

Ex Poëtis.

Rursus amor patriæ ratione valentior omni, *Oui. 1. de Pont.*
Quod tua fecerunt scripta, retexit opus.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos *Ibidem.*
Ducit, & immemores non finit esse sui.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?

Huc

Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.
Cùm bene sint clausæ cauea Pandione natæ,
Nititur in syluas quæque redire suas
Assuetos tauri saltus, assueta Leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.

Ob Patria liberationem Romani non solum ornamenta in commune proponebant, sed & vitam expendebant

Sil. Ital. lib. 11. Sed enim non fœmina cessit
Mente æquare viros, & laudis poscere partem.
Omnis præ sese portans capitisq; manusq;
Antiquum decus, ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit, belloq; ministrant.
Ibidem. In medium certamine magno,
Priuatæ cumulantur opes, nudare penates,
Ac nihil arcanos vitæ melioris ad vsus
Seposuisse iuuat, ait & sine nomine vulgus.
Corpore sic toto, ac membris Roma omnibus vsa,
Exangues rursus tollebat ad æthera vultus.
Idem lib. 9. de Scæuola. Stabat cum primis mediæ certamina pugnæ
Aspera semper amans, & par cuicunque periclo
Scæuola, nec tanta vitam iam strage volebat,
Sed dignũ proauo lethum, & sub nomine mortẽ.
Is postquam frangi res, atque augescere vidit
Exitium, breuis hoc vitæ quodcunque relictum
Extendamus, ait.
Idem lib. 2. belli. Iamq; hoc ne dubites longæui nate parentis
Accipe, & æterno fixum sub pectore serua,
Succensete nefas patriæ, nec fœdior vlla
Culpa, sub extremas fertur mortalibus vmbras,
Sic docuere senes.
Horat. Ode. 2 lib. 3 Dulce & decorum est pro patria mori.
Melius exilium est tibi,
Senec. in Theb. Quàm reditus iste: crimine alieno exulas,
Tuo redibis?
Ouid. 1. Fast. Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,
Et volucri vacuo quicquid in orbe patet.
Idem. 1. de Pō. Est aliquid, patrijs vicinum finibus esse.
Stat. lib. 5 Omne homini natale solum.
Horat. 2. Carm. Præferre patriam liberis regem decet.

Ex Græcis.

Plutarch. Non sufficit patriam, parentesq; amauisse & ciues, sed amare.

Cato apud Dio. Quibusdam est patria dedecori, quidam sunt patriæ dedecori.

Aristot. Nemo glorietur quòd magnæ vrbis ciuis sit, sed quòd sit dignus, magna & illustri patria.

Apud Stob. Sic erga patriam ingratam: vt erga matrem nos gerere debemus.

Ibidem. Quicquid patriæ prodest, id etiam singulis ciuitatibus prodest.

Eurip. Vnicuique natura generis est patria.

Ex Platone.

Plato in Crit. SOCR. An sic es sapiens vt te latuerit & patri & matri & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendã? atque esse venerabilius quiddam sanctiusq;? & in superiori sorte, tũ apud Deos, tũ apud homines mentis cõpotes esse patriã collocandam collareq; eam oportere magis, eiq; obedire ac rigidius se gerenti mitius assentiri quàm patri, & si quid iubeat vel dissuadere illi quantum liceat, vel facere, & patientissimè sustinere quicquid iusserit patiendum? Ac siue mandauerit te verberari, siue in vincula coniici, siue in prælium miserit ad vulnera excipiẽda mortemq; subeundam, obediendum est omnino.

Ex Demosthene.

Arbitratur ingenuorum quisque nõ patri & matri solùm se esse natum, sed etiam patriæ: quid verò interest? quòd qui parentibus se solùm esse natum existimat, fatalem naturalemq; mortem expectat: qui verò etiam patriæ, ne hanc seruientem videat, mortem oppetere non dubitabit, magisq; metuenda esse reputabit ignominiam & infamiam, quas in seruiente necessitate ferre necesse est. *Ex or. de Coron.*

Non solùm ad patrem & maiores suos viritim genus ortumq; suum referre vnicuique licet, sed ad totam communiter patriam, cuius omnium cõsensu indigenæ sunt. *Ex orat. funeb.*

Quid adeò est infœlix qui seipsum, parentes, sepulchra, patriam parui quæstus gratia prodere velit? *Ex orat. de clas.*

Cui vtilia sunt eadem tempora quæ & ciuitatis hostibus, is amator patriæ nullo modo esse potest. *De Corona.*

Fieri nõ potest vt leges & iusiurãdum ijs curæ sint, qui in perniciẽ eorũ quæ patriæ prosunt seipsos vendiderunt, sed ipsis nominibus solis contenti seducunt eos qui velut perfunctoriè & frigidè ibi ac non sedulò & accuratè cõcionibus intersunt, neque existimant hoc præsens ocium aliquando futurum causam magni & horrendi tumultus. *Ex orat. de fed. Alex.*

Eos qui patriæ consulunt Athenienses, quærere oportet, non eum cuius desperationis sunt socij, sed eum potius cuius & mentis prudentiam, & diligentiam sectentur. *Orat. 2. contra Aristog.*

Ex Euripide.

Conuenit omni ratione & arte
Amantes patriam salutem eius moliri.
Ne fatigeris dum patriam recuperare studes.
Natale solum, vt conuenit, gratissimum est hominibus.
Neque verbis eius dulcedinem exprimere possim.
Multo enim auro & opibus antecellit patria
Ad inhabitandum prudenti viro. Nam quod naturæ cognatum est & familiare, nescio quam sui dulcedinem mortalibus in vita præstat.
Verumtamen miserandum est tempus quo patriæ fines relinquuntur.
Quid paterna charius esset viro tellure?
Quòd si non esses pessimus, nunquam ciuitas
Tua contempta, regionem istam laudasses.
Meo quidem iudicio non rectè sapit,
Qui spretis patriæ terræ finibus,
Alienam laudat, & moribus gaudet alienis.
Tu verò ô mea tellus & genitorum patria,
Vale. Nam viro, licet malis plurimis obruatur,
Nullũ est suauius solum, quàm quod nutriuit eum.
Spartam sortitus es, istam orna:
Nos verò ex nostra parte Mycenas ornabimus.
Domi manere oportet, ac permanere liberum,
Aut non amplius viues, illum qui rectè beatus est.
Beatum existimo te ob vitam tuam plurimum.
Optimum est, si terrã nunquã expertus es alienã. *Eurip.*
Beatus ille qui fortunatus domi manet. *Sophocles.*
Patriã ornabo pulchram ciuitatem, neque inter *Theognis.*

populum

Sophocles. Excellens, neque malis viris morigerans.
Nunquam equidem inimicum patriæ virum, in amicitiam
Receperim meam, hoc sciens, quod
Patria est quæ nos seruat, & dum in ipsa fortunata degimus, confabulamur.
Inuicem hanc ego ciuitatem promoueo.
Quid aliud est patria priuari, quàm malũ magnũ?
Quid exulibus adeò malum euenit?
Vnum sanè maximum, quòd exul non habeat dicendi libertatem.

Homer. Odyss. Moriatur: non enim indecorum est ei defendenti patriam mori.

Euripid. Cæterùm Vlysses desiderabat
Suæ patriæ vel fumum exeuntem videre.
Quàm nihil est patria suauius, atque parentibus.
Verùm necesse est
Cunctos amare patriam: quod siquis secus ait,
Verba funditare gaudet, animum tamẽ in patriam conuertit.

Eusebius. Patriæ quæ semper suscipit, & alit omnes, & quæ nobis maiores nostros exhibuit, ius itemq; deorum indigetum honores, magis ac magis semper augere oportet.

Pythagoras interrogatus quomodo se oporteat gerere erga patriam ingratam, vt erga matrem, respondit.

Timotheus dux Atheniensium cùm audisset vnum è collegis dicentem: An putas, ô Timothee, gratam nobis futuram patriam? modò nos, respondit, patriæ dignas referamus gratias.

Lacones qui ad regem Persarum venerant vt pœnas darent propter legatos, dimissi sunt, & virtute sua à rege rogati, vt secum manerent. At quomodo dixerunt, patriam relinquere possemus, cuius gratia tantum itineris morituri confecerimus?

Aristides interrogatus, qua de re in exilio maximè tristatus fuisset: respondit, propter patriæ dedecus malè audientis sui causa exilii.

Seriphius quidam cùm ciuitatis suę prauitas obijceretur: mihi quidem, dixit, patria dedecus est, tu verò patriæ.

Cùm Persæ vastarent Græciam, & Pausanias Lacedæmoniorum dux quingentis auri talentis acceptis à Xerxe, Spartam proditurus esset, in templo Mineruæ, fame necatus est, illiusq; cadauer à matre extra fines Spartæ proiectum.

Demaratus. Cùm Tegeatis bellum esset contra Phaneatas, consultatumq; fuisset de mittendis Trigeminis fratribus, qui pro victoria pugnarent: sententia recepta vtrinq;, Tegeatæ tres Rheximachi filios miserũt, Phaneatæ autem Demostrati. Commissa itaq; pugna duo Rheximachi cæsi sunt, tertius verò Critolaus nomine, simulata fuga singulos persequentium seorsim occidit. Quum autem omnes perquàm humaniter amplecterentur, sola soror ipsius Demodice, non congratulata est: occiderat enim desponsatum sibi maritum. Hoc ægrè ferens iuuenis virginem occidit, vnde cædis à matre accusatus, crimine absolutus est.

Idem. Cùm Athenienses aduersus Eumolpum Thracum regem belligerarent, Erechtheus Atticæ rex oraculum accepit se victurum hostes, si maximam natu filiarum Proserpinæ immolaret. Filiam ad aras truncauit, patrię desiderio victricis, & commisso prælio potitus est victoria.

Est patria velut alter deus, & primus maximusq; parens. Quare qui nomen ei imposuit, à re ipsa non temere patriam nominauit, vocabulo quidẽ à patre deducto, prolato tamẽ fœminina terminatione, vt ex vtroque parente mixtum esset. hæc itaque ratio innuit, patriam vnam ex æquo duobus parentibus colendam esse. *Hierocles.*

Quemadmodum stultus quidem fuerit, qui digitum vnum pluris facit, quàm simul quinque: prudens verò, qui maioris quinque quàm vnum facit. Sic qui seipsum præ patria seruare vult, stolidus est, & impossibilia desiderat. At qui patriam sibi ipse præponit, is & diis charus est, & mente prudentior.

Si quis non connumeretur multitudini, sed seorsim consideretur, propriæ tamen saluti multitudinis salutem præfert. Nam si tota ciuitas pessum ierit, vnius ciuis salus consistere non poterit: sicut manus corrupta cùm est, non saluus permanere potest vnus digitus.

Quicquid patriæ prodest, id singulis particulatim est commune. Etenim totum nullum est sine partibus. Et vicissim quod ciui fuerit vtile, ciuitati quoque conuenit. Nam & quod chorearum duci, quatenus choreas agit, ex vsu est, idem toti choro prodest.

Aio destrui oportere omnem & perturbationem & morbum animæ suæ, ab illo, qui officio suo in patriam satisfacturus est. Oportet etiam leges patriæ, tanquam alteros deos obseruare. Si quis verò leges aut violare, aut innouare conabitur, hic omni studio prohibendus, & modis omnibus oppugnandus est.

Consuetudines patriæ, fortasse ipsis legibus vetustiores, non minus quàm leges obseruandę sunt. Quæ verò geri tantùm in ciuitate recepta sunt, neque patria censenda sunt, & forte ne consuetudines quidem omnino.

In Patriam Charitas.

Græcorum exempla.

Aristides vir alioqui iustissimus ab officio deflexit pro salute patriæ: & Cratis Cleomenis mater, vltro pro patria se obsidem cum nepotibus dedit. Midias & Calliphõ Athenienses deprecati sunt excidium patriæ à Cornelio Sylla.

Agesilaus Lacedæmonius, quo nullus Græcorum dux ex re bellica maiorem laudem reportauit, quicquid sibi gratia ab externis gentibus, aut à ciuibus debebatur, id omne in patriæ, quæ illi charissima fuit, vsum & ornamentum vertisse dicitur.

Codrus Atheniensium rex, Attica regione hostium exercitu ferro & igne iam vasta, oraculo intellexit, eum victorem exercitum fore, cuius dux in bello caderet. Eoq;, in hostium castris edictum fuit, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam agnouit, depositis imperij insignibus, famuliarem cultum induit, ac palantum hostium globo se obiecit, vnumq; ex ijs falce percussum, in cædem suam compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum est.

Ab

Ab eodem pietatis in patriã fonte promanauit animus Thrasybuli: is cùm Athenas triginta tyrannorũ dominatione liberare exoptaret, & parua manu ingentis exercitus molem aggrederetur, & quidam dixisset, quantas tibi tandem Athenæ, per te libertatem consequutæ, gratias debebunt? respondit, Dij faciant, vt quantas ipse illis debeo, videar retulisse: quem inclitum affectum destructæ tyrannidis opus laude cumulauit.

Themistocles quem virtus sua victorem iniuria patriæ imperatorẽ Persarum fecerat, vt se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio, exceptũ patera tauri sanguinẽ hausit, & ante ipsam aram, quasi quædam pietatis clara victima, concidit.

Cùm inter Carthaginem & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad vltimum placuit, vtrinque eodem tempore iuuenes mitti, & locum, in quem ij conuenissent, finem ambobus haberi populis. Verùm hoc pactum duo fratres Carthaginẽses nomine Phileni perfidia occurrere, citra cõstitutam horam maturato gressu longius promotis terminis. Quod cùm Cyrenẽsium iuuenes, diu de fallacia eorum questi, dixerunt sic eum finem ratum fore, si Phileni viuos se ibi obrui passi essent: illi autem nulla interposita mora corpora sua his terra operienda tradiderunt: qui quoniam patriæ, quàm vitæ suę longiores terminos esse maluerunt, bene iacent manibus & ossibus suis.

Aristoteles supremæ vitæ reliquias similibus ac rugosis membris vix custodiens adeò studiosè pro patriæ salute incubuit, vt eam hostilibus armis solo æquatam in lectulo Atheniensi, Macedonum manibus eriperet. Ita vis non tã strata, Alexandri, quàm restituta Aristoteli notũ est opus.

Lycurgus ordinãdis legibus, quibus Lacedæmonij viuerẽt, præfectus, cùm eas diligenter scripsisset, populo ostendit sibi Delphus eundũ esse: rerum gratia ad leges pertinentium. Et ne interea dum abesset, incepta per leges turbarentur, populum iureiurando adegit, se contra ipsas non iturum, quoad Delphis rediisset. Profectus igitur cùm leges ab ipso rectè cõditas esse intellexit, ne ipso Lacedæmonem redeunte populus se iuramento solutum putaretur, decreuit antè perpetuò exulare, quàm redeũdo salutem Lacedæmoniorum, quę illis constabat legibus, indiscrimen adducere. Itaque monitis Lacedæmonijs, quę responsa ab oraculo accepisset, sibi mortẽ cõsciuit, maiori charitate patriã, quàm vitam suam prosequutus.

Cum Lacedæmonij peste infestissima laborarent, ob interfectum (vt credebãt) Xerxis caduceatorem, illorum finem malorum nunquam se habituros existimarunt, nisi prius pro cæde Xerxi satisfecissent. Itaque edixerunt vt si quis pro patria mori vellet, is ad Ephoros se cõferret. Spartius & Bulides oblati se morituros ad Xerxem in Persidẽ vsque profecti sunt. Quod plurimũ miratus Xerxes, non solùm iniuriæ satisfactionem cum vita eis dono dedit, sed ingentibus promissis apud se eos retinere voluit: qui vterque respondit, Quid arbitraris, ô rex, tanti apud nos esse posse, vt à patria nos separet, cuius gratia tam longum iter emensi, vitam ipsam effundere voluimus?

Cleomenes Spartanus, aduersus Antigonum & Achęos cum Ptolemęo fœdus inierat, matremq; ac filium mãsuræ cum eo fidei, obsides dederat. Cùm autem mater eius resciuisset Cleomeni pacem Achæos honestissimis conditionibus offerre, scripsit ne propter vetulæ corpus eam pacem omitteret, quam patriæ honestam & salutarem duceret.

Latinorum exempla.

Nemo vsquam pro patria tantum ausus est, quantum Mutius Sceuola, qui, sine spe vlla fallẽdi, hostem Porsenam Hetruscorum regem ferro petijt, vt Romam seruitutis periculo eximeret. Consilio destitutus, atrociter in semetipsum sæuijt, vt rex illi iure iratus sæuire desierit, supplicij atrocitate motus.

Nullus vnquam securior mortis apparuit Curtio, qui, vt patria incolumis esset, prudẽs volensque præcisa omni spe salutis, in profundam sese voraginem præcipitauit.

Decij eundem affectum secuti, se caputque suum dijs manibus deuouẽre. Sic latino bello ad Vesuuium, ille Gallico in Sentinati agro: vterq; patriæ, Romanarumque legionum, quàm propriæ vitæ amantior.

Pompeius & M. Crassus quia Capitolini Iouis oraculo persuasum habuerunt, ad rempub. pertinere, vt eo consulatu abeuntes, quem discordi animo gesserant, cum fascibus odium, & simultatem deponerent, in conspectu Romani populi inter se pacificati sunt.

Superior Scipio Africanus virtute admirabili, ne respub. extingueretur prouidit: siquidem cùm accepta Cannensi clade, vrbs Romana nihil aliud videretur? Tribunus militum admodum iuuenis, stricto gladio mortem vnicuique minitando, iurare omnes, nunquam se patriam relicturos coẽgit: pietatemque non solùm ipse plenissimã exhibuit, sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

Secundo Punico bello cùm exhaustum ærarium esset, nec deorum cultui sufficeret, publicani vltro Censores aditos hortati sunt, vt omnia sic locarent tanquam respub. pecunia abundaret, seque præstituros cuncta, nec vllum assem nisi bello confecto petituros, polliciti sunt.

Sola in patriam charitas Cassium Chęream Tribunum, mouit, vt Caligulam, qui eam crudelissimè lacerabat, manu sua occideret, cuius rei nunquam adduci potuit, vt pœniteret, etsi ob eam ipse rem morte affectus fuit.

PAVPERTAS.

Egens est, qui non satis habet & is cui nihil satis potest esse. *Cic. 4. ad herenn.*

Improbi & auari quoniam incertas, & in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt: nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis, non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. *Parad. ultimo.*

Pauperes.

Copiæ paruæ singulorum sunt. Eorum autem qui ijs egeant, infinita multitudo.

Vel nos in mare proximum
Gemmas,& lapides,aurum & inutile,
Summi materiam mali
Mittamus,scelerum si bene pœnitet.

Plau. in Rud. Miserum istud verbum& pessimum est habuisse, & nihil habere.

Martial. lib. 5 Semper eris pauper,si pauper es Aemiliane,
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Idem lib. 11 O quantum cogit egestas!

Plau. in Aulu. Verisimile non est,hominem pauperem
Pauxillum paruisacere,quin nummum petat.

Lucan. lib. 1 Fœcunda virorum
Paupertas fugitur:totoq; arcessitur orbe.

Plau. in Persa. Quanquam res nostræ,pater,sunt pauperculæ
Modicæ,& modestæ:melius est tamen ita viuere
Nam vbi ad paupertatem accessit infamia.
Grauior paupertas fit,fides sublestior.

Teren. in Adel. Paupertas mihi onus visum est, & miserum & graue.

Plau. in Stich. Paupertas omnes artes edocet,vbi quem attigit.

Pub. Mim. Hominem experiri multa paupertas iubet.

Ex Seneca.

Sene. Epist. 2 Honesta res est,læta paupertas.

Ibid. m. Cui cum paupertate bene conuenit,diues est.

Idem Epist. 4 Magnæ diuitiæ sunt, lege naturæ composita paupertas.

Epist. 14. Nudum latro transmittit,etiam in obsessa via:pauperi pax est.

Epist. 16 Si ad naturam viuas , nunquam eris pauper : si ad opinionem,nunquam eris diues.exiguum natura desiderat:opinio immensum.

Epist. 17 Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ:paupertas expedita est,& secura.

Epist. 25 Panem & aquam natura desiderat , nemo ad hæc pauper est.

Epist. 114 Paupertas nulli malum est,nisi repugnanti.
Vnum paupertatis præsidium est,manus habere.

Sen. de bello Gall. lib. 7 Animi est mollicies, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse.

Gell. lib. 9 Magna indigentia nascitur non ex inopia magna, sed ex magna copia:multa enim desiderantur ad multa,quæ habemus,tuenda.

Quintil. 2. Paupertas certissima est, cùm alicuius indigeas, vti eo nō posse,quia ignores, vbi proiectum iaceat, quod desideras.

Quintil. Decl. 9 Odi pauperem auxilium diuiti dantem.

Idem lib. 3 Pauperes satis stipendij pendunt, si liberos educāt.

Ex Græcis.

Paupertatis laus.

Plut. de virt. Indigentiæ legem fauere,æquum est.

Ibid. Paupertas à diuinis securitate solū differre videtur.

Idem de Cup. Diuit. Nemo pauper est earum rerum quæ naturæ sufficiunt.

Plut. de Amore prolis. Cùm paupertatem malorum extremum censeamus : hanc non aliter , ac grauem ac difficilem morbum liberis tradere formidamus.

Idem Apop. Malo virum pecuniatum indigentem , quàm pecunias viri.

Dem. Phaler. Cùm sis pauper , non diuitibus irascaris, nisi forte videaris valde proficere.

Plutarchus. Diuinus ille est,qui nullius indiget : proximus, qui paucis.
Ne properes ditescere,ne citò fias pauper.

Pauperes in bona locupletū inuadere non audent. Demosthenes.

Paupertas integritatis signum. Aeschines.

Non aspernandi pauperes,satis ipsis in ipsa paupertate est mali. Demosthenes.

Difficile fuerit inuenire pauperem cognatum. Menander.

Si iuuenis simul sapiens & pauper vnus homo fuerit,admiratione dignum est. Euripides.

Homine paupere nihil fortunatius est , mutationē enim in deteriorem statum non expectat. Diphilus.

Paupertas secundum naturam non turpis est , illa verò quæ propter turpem causam accidit,turpis est. Idem.

Paupertas subsidium est ad philosophiam. Diogenes.

Propter paupertatem nullum vnquam torqueri vidi:propter malitiam multos. Idem.

Fames nunquam produxit adulteria, nec pecuniarum inopia luxuriam : breuis quædam est temperantia,paupertas:& compendiosa legum obseruatio penuria. Idem.

Paupertas,virtus est per se docta. Idem.

Animæ timiditati medearis, nec paupertatem metuas. Idem.

Quisquis in paupertate viuit,angustè & tenuiter viuere vult. Philem.

Inopia prompta est in perpetrandis malis. Idem.

Vir inops solitarius est. Idem.

Paupertas non parua ægritudo est. Sophocles.

Nullus homini maior hostis est,quàm paupertas.

Pauper ad omnia formidolosus est , & se putat ad omnia sperni. Menand. r.

Dij semper largiuntur tenuiter,tenuis fortunæ hominibus. Callimachus.

Turpe est,simul & pauperem,& imbecillum reddi. Aristophanes.

Pauperum omnium finis est, nox:obumbrat enim ipsorum mala vbique. Idem.

Diuites non adeò misereri solent infœlicium,quàm pauperes. Anaxagoras.

Paupertas & diuitiæ nomina sunt indigentiæ, & saturitatis,quamobrem nec diues dicendus est vir dignus,nec pauper indignus. Democritus.

Neminem vidi tyrannidem execrari propter paupertatem:omnes verò propter diuitias. Diogenes.

Fames omnia reddit dulcia præter seipsam. Antiphanes.

Paupertas enim magistra morum est.
Res leuissima omnium malorum te cruciat
Paupertas.Quid enim ea mali esset, cui vel vnus
Amicus opem ferens,facilè mederetur?
Pauperes semper existimantur Deorum esse, Menander.
Nam homines frugi moderatis & necessarijs rebus
contenti sunt.

Diues quidē es:cætera verò non intelligere videris. Polybius.

Inest enim diuitijs aliquid vitij.

Paupertas autem sortita est sapientiam propter infortunia.

Diuitias inter postrema bona collocato Alexis.

Nulla enim possessio inconstantior est.

Reliqua verò vt par est cum habētibus perseuerāt.

Paupertas secundum naturam , non turpis est : illa verò quæ propter turpem causam accidit, infamiam inurit. Apollonius.

Paupertimi fuerunt optimi Græcorum : Aristides Nicomachi filius,Phocion,Epaminondas,Pelopidas,Lamachus,& Socrates.

Paupertatis genera sunt duo : aut enim animi , aut fortunæ culpa,homines fiūt pauperes. Sed fortu- Phauorinus.

næ quidē mederi licet, dando, muniēdo, operādo, & ipsa frugalitate: animo autē non ita. Non enim eisdē rebus vtriq; indigēt: sed alter circumit panis frusta petens, alter non offas nec buccellas petit.

Arcesilaus paupertatē esse quidem asperam aiebat, quemadmodum & Ithacam, sed bonam prolis nutricem, vt quæ assuefaciat frugalitati & abstinentiæ, & virtutis efficax gymnasium sit.

Diogenes. Paupertas virtus est per se docta.

Paupertatem impedimento esse philosophiæ, diuitias autem ad eam promouere, nō rectè dicitur: ex abundantia enim à literarum studio prohibētur homines, pauperrimi autem vt plurimum philosophantur.

Theognis. Multò sanè plures satietate quàm fame perierunt.

A paupertate ad Temperantiam, à diuitijs autē ad contraria coguntur homines. Nimirum is cui licet statim quælibet assequi, non amplius quidquam laborare solet: sed opera diuitiarum vtens à nulla voluptate abstinet.

Crates in sutrina quadam Aristotelis orationem hortatoriam legisse dicitur, quam ille scripsit ad Themisonem Cypriorum regem, inquiēs, nemini tot commoditates ad philosophandum obtigisse. Nam opes eum habere plurimas vnde sumptus facere posset ad excolendū ingenium. Hæc eo legente sutor auscultauit, calceos interim suēdo. Tum Crates dixit: Operæpretium facturus mihi videor, si ad te sermonem hortatoriū scripsero: quoniam plures tibi video ad philosophandum commoditates esse, quàm Themisoni Aristoteles obtigisse dixerit.

Serui sese alunt, ac dominis mercedem pendunt, liber autem homo seipsum alere non poterit? Quinetiam varijs curis pauper solutus, lōgè plus ocij habere videtur, cùm nihil possideat, agendumq; habeat.

Aristides fortuna pauperrimus, omnium Atheniēsium honoratissimus fuit: quare cùm Athenienses tributa ciuitatibus constituere vellent, illum huic negotio præfecerunt, neminem ipso iustius constituturū arbitrati. Callias etsi Atheniensium ditissimus magis operam dedit Aristidis amicitiæ, quàm Aristides Calliæ.

Lysandro Spartano nemo fuit vsquā honoratior: at idem non habuit vnde filiabus suis dotem largiretur.

Xenophon in conuiuio. Tu verò, ô Charmides, qua de re potissimum gloriaris? Ego, inquit, ob paupertatem mihi placeo. SOCR. Per Iouē, ob rem gratiosam tibi places: Est enim paupertas minimè inuidiosa, & de acquirenda ea non certatur: sed, licet incustodita, seruatur, & neglecta augetur.

Paupertatis vituperium.

Euripides. Quicumq; splendidā & generosam originē habēs
Indiget victu, is genere quidem fœlix est:
Paupertate verò, inferior, propter quam dolet,
Et præ animi pudore manuum opera detrectat.
Paupertas mala docet hominem vi necessitatis:
Non enim superare possumus fluctuū altitudinē:
Nam viget adhuc paupertas malum nobis infensissimum: fugiunt autem opes.
Nullū extat paupertatis templum odiosissimæ deæ.
Odi reuera illos, qui sapiunt quidem,
Ad pecuniam verò comparandam nihil sapiunt.
Facile ô Gorgia contemnitur pauper,
Etsi planè iustam causam dixerit. Nam dicere
Aliquid, accipiendi gratia duntaxat existimatur,
Et sycophanta statim qui vestem attritam
Induit, vocatur: etsi ipsemet iniuriam patiatur.

Diphilus. Paupertas impijs admixta moribus
Funditus perdit, ac subuertit vitam.

Sophocles. Paupertas nō parua ægritudo est se possidētibus.

Menander. Pauper ad omnia formidolosus est,
Et se putat ab omnibus sperni.

Crates. Non est paupere miserior vllus. Quamuis enim natura
Studiosus & bonus fueris, si pauper, ludibrio habeberis.

Theognis. Vah misera paupertas, quid meis incumbens humeris
Dedecore tum corpus afficis, tum mentem nostrā?
Et me turpia nolentem, malaq; multa vi doces,
Bona inter homines & honesta scientem?
Quilibet enim paupertate astrictus, neq; dicere
Neq; facere quicquā potest, sed vincta ei lingua est.

Idem. Oportet fugiendo paupertatem, vel in pontum ingentia cete nutrientem
Præcipitem se dare, ô Cyrne, aut ab excelsis rupibus cadere.
Paupertatem animum corrumpentem, nunquam indignatus alicui
Neq; malam, ô Cyrne, pecuniarū inopiā objicias:
Iupiter enim bilancem aliàs aliter inclinat,
Modò ad diuitias, modò ad inopiam pecuniarum.
Semper autem oportet tum in terra, tum in amplo mari
Molestæ paupertatis solutionem quærere.

Alcæus. Durum quiddam paupertas est intolerabile malum, quæ magnum
Populum domat cum perplexitate sorore.

Hesiodus. Nunquam homini noxiam paupertatem & animū corrumpentem
Objicere sustineas, vt pote donum Deorum immortalium.

Aristophan. Lux paupertatis
Omnia in se mala & grauia cunctis ostendit.

Menander. Quicumq; pauper in ciuitate vult viuere,
Hic seipsum tristiorem reddere cupit:
Nam vbi aliquem delicijs & otio vacate
Potentem inspexerit, tum demum sese videt
Quàm infœlicem & miseram agat vitam.
Turpe est simul & pauperem ac imbecillem reddi.

Aristophan. Pauperum omnium finis est nox.
Obumbrat enim ipsorum mala vbiq;.

Paupertatis & diuitiarum comparatio.

Antiphanes. Potius est honestè pauperem esse, quàm diuitem malè.
Illud enim misericordiam, hoc reprehensionem meretur.

Menander. Satius est, si quis consideret vt par est,
Non multa iniucundè, sed pauca iucundè possidere,
Et paupertatem sine molestia potius, quàm diuitias acerbas.

Euripides. Malum sanè consilium ad fortitudinem sunt
Diuitiæ hominibus, ac nimiæ deliciæ.

Paupertas

Paupertas autem,licet infœlix alioqui,nutrit tamẽ
Laborantes liberos fortiores & præstantiores.
Nemo pauperes sibi comparat amicos.
Sunt illi quidem genere clari,pecuniarum verò
Inopes,vnde nobilitas perit.
Theognis. Aequè diuites sunt,quibus multum argenti est,
Et auri,& agri feraces tritici,
Equiq; & muli:& is cui omnia contigerunt.
Vnde venter,latera,& pedes iucundè afficiuntur
A puero & muliere.
Omnes enim abundantes
Pecunias gerens secum,nemo ad inferos venit,
Neq; muneribus datis mortem effugerit quisquam,
neq; graues
Morbos,aut ingruentem malam senectutem.
Antiphanes. Diuitiis mala velantur:
Paupertas autem res conspicua & humilis est.
Theognis. Alij malitiam posident obuelatam
Diuitiis, alij virtutem perniciosa paupertate obnu-
bilatam.
Euripides. Homo nihili & perpetuò infœlix,
Melius illo habet qui aliquando fœlix fuit:
Cùm enim hactenus bonorum expers fuerit,
Nescit se infortunatũ semper vixisse,ac malè affectũ.
Ita satius est bona nunquam expertum esse:
Experti enim memores apud se cogitant,
Qualis eram olim
Cùm inter homines aliquando fœliciter agerem.
Critias. Sapiente paupertate diuitem ruditatem
Contubernalem habere domi præstat.
Euripides. Malim pauca posidens & in diem sufficientia
Sine molestia viuere,quàm diues ægrotare.
Hipponactes. Siquis multum auri in domo clauserit,
Et paucas ficus cum duobus aut tribus hominibus,
Cognoscet quanti ficus præ auro æstimaturi sint.
Menander. Diuites ego putabam
Quos mutuari nihil opus est,non lugere
Noctu,neq; hinc inde iactantes se per noctem
Dicere,hei mihi:sed suauem & placidum quendam
Somnum dormire:pauperes verò solùm ita affici.
Nunc autem etiam vos qui fœlices
Vocamini,similia nobis facere video.
Solent homines diuitum quidem
Sermones iudicare sapientes:cùm verò aliquis
Ex tenui familia,vir pauper benè dixerit,
Ridere.At ego frequenter sapientiores
Diuitibus viros pauperes video:
Theognis. In magna perplexitate voluitur mihi tristis animus:
Summam enim paupertatem nondum euasimus.
Vnusquisq; virum diuitem colit,pauperẽ negligit:
Et omnibus hominibus eadem planè mens est.
Euripides. Ego secundum vulgo celebratam sententiam.
Optimum esse homini dico,non nasci.
Ex tribus autem hominum generibus suam vni-
cuiq; victoriam tribuo.
Alius diues,alius genere nobilis est,
Alius pauper,de istis enim tribus dicere proposui.
Vir igitur prædiues,genere autem obscurus
Doloribus afficitur,sed pulchrè dolet,
Manibus interim aperiens iucundissimum thala-
mum diuitiarum.
Quod si præsens opulentia amittatur,qui prius
Diues erat,eò nunc miseriore casu,Ioue irato,iacet.
Quisquis verò splendidam & generosam originem
habens,
Indiget victu,is genere quidem fœlix est,
Paupertate verò inferior,propter quam dolet,
Et præ animi pudore manuum opera detrectat.
Cæterùm homo nihili & perpetuò infœlix,
In hoc cæteros vincit,quòd cùm hactenus
Bonorum omnium expers vixerit,
Nesciat se infortunatum ac malè affectum semper
fuisse.
Ita satius est bona nunquam expertum esse.
Per Iouem maximum,ô Sosia,putabam *Philemon.*
Ego hactenus pauperes solùm viuere
In mœrore:diuitum autem vitam,
Planè hilarem esse,lætitiamq; afferre.
Nunc verò differre quotidianis
Sumptibus duntaxat vtrorumq; vitam video:
Molestias verò plures habere,qui maiores diuitias
posident.
Diuitiæ semper multas calamitates afferunt. *Philetas.*
Inuidiamq; & contumeliam,& odij plurimum pa-
tiuntur,
Multaq; negotia,& molestias infinitas habent,
Et plurimum in agendo, ac victum colligendo oc-
cupantur.
Deinde posthæc mala diues statim moritur
Ac opes suas ad deliciandum aliis relinquit.
Proinde iucundior mihi paupertas fuerit
Et possesio mediocris,vitaq; solicitudine vacua,
Quæ tum diuitiis,tum molestiis careat:
Omnis enim pauper magna mala lucratur, id est,
securus ab eis euadit.

In paupertate fœlix aliquis poterit manere,in diui- *Idem.*
tiis autem & magistratibus,minimè. Tantum ex-
cellit paupertatis bonum, vt nullus vir bonus &
mentis compos paupertatem cum diuitiis inho-
nestis velit immutare.

Paupertas homines & in artibus præstantiores, & *Anaximenes.*
in rebus ad vitam pertinentibus prudentiores
reddit. Grauis enim est sapienti magistra pau-
pertas.

Diogenes cùm ei vitio daretur paupertas : infœlix, *Democritus.*
dixit, quid ais? At ego neminem vidi tyrãnidem
gerere propter paupertatem , omnes verò pro-
pter diuitias.

Socrates dicere solebat , si res meæ mihi non suf-
ficiunt,at ego ipsis sufficio,& sic etiam ipsæ mihi.

Pauperum vita similis est nauigationi iuxta littus: *Aristonymus.*
diuitum autem,ei quæ in profundo pelagi fit.Illis
enim facile est funem eiicere,appellere & nauim
extrahere:diuitibus non item.

Ne fugias paupertatem sed iniustitiam.Nullus enim
eò quòd pauper esset,mortem obiit, sed quia in-
iustus. Neq; vitam laudabilem aliquis degit qua-
tenus diues est,sed quatenus iustus.

Vt Priamus in solio sedere non sustinebat,etsi mul-
ta domi essent solia , sed sedebat sese in luto vol-
uens:ita nonnulli in magna rerum copia propter
auaritiam nihil gustant,nec attingunt: Imò plura
à formicis & muribus absumũtur,quàm ab ipsis.
Et veluti Laërtes in angulo turis vna cum ancil-
la,quæ cibum ei apponebat,sese macerabat : res
autem ipsius proci exhauriebant : Item vt Tan-
talo in palude stanti fructus supra caput depen-
debant , at quando cupiebat vel potum vel fru-
ctus arripere,statim palus exsiccabatur : ita quo-
rundam illiberalitas,vinum,fruges & cætera abii-

cit:& quamuis cupiunt,non quidem gustant.

Plato in Phed. LY. Si egeois gratificandum est maximè, conuenit omninò nō meliores homioes, sed paupertimos iunare. Maximis enim liberati malis gratias ingentes habebūt. Proprijs quoq; & priuatis sumptibus oon coouocandi amici erunt, sed esurientes & supplices.

Demosthe. contra Eubulid. Multa vilia & seruilia negotia liberos homines ac ingeouos paupertas agere cogit, ob quæ misericordiam potius quàm interitum demerentur.

Ibidem. Absit, iudices, pauperes despiciatis: sufficiens enim satisque graue eis est supplicium ipsa paupertas, neq; eos qui labore & industria ex æquo & booo viuere volunt.

De Corona. Ego oeq; si quis paupertatem vituperat eum prudentem esse iudico: oeq; si quis in rerum copia educatus fuerit, ob id gloriari debet.

Idem Orat. 4. contra Philip. Rebus oecessariis noonullos priuare, est multos homines reddere maleuolos & à rebus publicis alieoos.

Ex Græcis.

Paupertatis exempla.

Democritus Abderites diligens naturæ contemplator vsq; adeò diuitias cootempsit, vt non modò aliunde oblatas oon acceperit, sed eas etiam, in quibus natus erat, spontè publicarit. Itaq; oihil præter ingenium possedit, vel quia ooluit, vel quia oon debuit.

Phocion Atheniensis grande auri pondus, quod ab Alexandro dono offerebatur, pertinaciter repudiauit: testatus se auro Regio oon egere. Dignus de quo quæratur maior'ne fuerit Alexander, an Phocion, qui aurum Alexandri cootempsit.

Diogenes ita in omni vita paupertatem coluit, vt aduersus calorem & frigus dolio contentus fuerit: poculum fregit rusticum, cauis manibus potantem intuitus. Tam fœlix ab Alexandro iudicatus est, vt Diogenem malle se esse dixerit, quàm alium quenquam, si non rex & Alexander esset.

Phocionis vxor cùm à nobilissima quadā, monilia, & torques muliebriter ostentarētur. At meus, inquit, ornatus nō est talis, sed Phocion me ornat.

Aristides Atheoiensis multò iustius se paupertate gloriari posse credidit, quàm Calliā Atheniēsium ditissimū opibus amplissimis: dictitans nulli pauperiem indecoram esse, nisi qui iouiò ferrent.

Epaminondas Thebanus cuius virtute, egregijsq; facinoribus nemo audiendo satis expleri posset, in tāta rerum decessit ioopia, vt domi eius vouum duntaxat ferreum spiculum, nihilq; aliud necessarium repertum fuerit. Ita publica impensa tumulatus est.

Aglaus Psophidius Arcadum pauperrimus ouoquā agelli sui terminos excessit paruuli ruris fructibus cootentus: quem tanquam fœlicissimum Gygi regi Lydiæ prætulit Apollinis oraculum.

Socrates philosophorū omnium luculentissimus, pauper semper fuit, nudis pedibus incedens, sordido palliolo contentus, hooores & omnia terrena contemoeos.

Anaxagoras posteris Philosophiæ studia sitiēōbus, insigne paupertatis reliquit exēplum. Is enim patrimoniū amplum suis sponte cōcessit, pauperq; studiis adhæsit, inquiens oeminem & virtutes & diuitias possidere.

Cleanthes Stoicus qui Zenonis Cittici scholæ successit, diebus aduersus igoorantiam, noctibus aduersus paupertatem depugnauit. Nam inopia cogente, ex puteis ad hortos irrigandos aquam noctu hauriebat, qua mercede de studiis liberalibus interdiu vacaret. Cùm illi pecunia non suppeteret ad papyrū emeodam, boum ossibus, & testis fictilibus perscribere solebat, quæ à Zenone præceptore acceperat.

Ex Latinis.

Cornelia Gracchorum mater, cùm Campaoa quędam matrona apud illam hospita ornamenta sua pulcherrima ostenderet, traxit eā sermooe, quousq; è schola redirent liberi, & hæc ioquit ornamenta mea sunt.

Abundè patet quid viuus possederit Valerius Publicola, cui mortuo lectus funebris defuit. Is cùm acceptissimos tres Consulatus populo Romano gessisset, maximorum operum prætextu titulum imaginum auxit, patrimonio tamen ad exequias non sufficiente decessit.

In C.Fabricij, & Q. Aemilij ædibus nihil argenti, præter deorum patellam & salinum inuentum est. Illi etiam prædiuites, qui ab aratro, vt Consules fieret accersebantur, deliciarum ignari, vastissimas glebas plurimo tum sudore versabant: imò verò quos pericula Reipub. Imperatores accersebāt, angustia rei familiaris, bubulcos fieri coēgit.

Attilius Calatinus qui à Senatu ad imperium suscipiendum euocatus est, semen aspergēs inuentus fuit: sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt, ingentes hostium copias pessumdederūt, quæq; modò arantiū boum iuga rexerant, triumphalis currus habenas retinuerūt.

Nec fuit iis rubor eburneo scipione deposito, agrestem stiuam aratri repetere. Potest pauperes consolari Attilius: sed multo magis docere locupletes quàm non sit oecessaria solidæ laudis cupidini anxia diuitiarum comparatio.

Attilius Regulus primi Punici belli gloria, cladesq; maxima, cùm io Africa insolentissimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob res fortiter gestas in annum proximum cognouisset imperiū, Consulibus scripsit, Villicum suum in agello mortuum esse: ideoq; petere vt sibi successor mitteretur, oe deserto agro noo esset vnde vxor ac liberi sui alerentur. Quæ postquam Senatus à Consulibus accepit, statim Attilij agrum locari colendum, ac liberis præberi, resq; quas amiserat publicè redimi iussit.

Quintius Cincinnatus septem agri iugera possedit: ex iis tria, quæ pro amico ad ærarium obsignauerat, mulctæ nomine amisit. Pœnam quoq; pro filio Cæsone, huius agelli reditus soluit. Ei tamen dictatura aratri delata est. Illiusq; domus tantum patuit, quantum antea rura patuerant.

M.Valerius Leuinus, qui Corintho potitus est, cuius spoliis non solùm Roma, sed penè tota Italia exornata est, tam pauca de Corintho aliarumq; vrbium præda retulit, vt à Senatu filia eius de publico dotem acceperit, cùm ipse non haberet.

Cùm secundo Punico bello Cn.Scipio ex Hispania Senatui scripsisset, petēs vt sibi successor daretur, quòd

quòd filiam adultæ iam ætatis haberet nec ei fine se dos expediri posset, Senatus, ne Respub. duce bono careret, quadraginta æris millia ex ærario pro dote in illam contulit.

P A X.

Ex Latinis.

Cic. Philipp. 2. Pax est tranquilla libertas.

Philipp. 7. Dulce est nomen pacis, res verò ipsa, tum iucunda, tum salutaris.

In leg. Agra. Nihil est tam populare quàm pax, qua non modò ij quibus sensum natura dedit, sed etiam tecta atque agri mihi lætari videntur.

Philipp. 2. Pacis nomen dulce est, & ipsa res salutaris.

1. Offic. Paci quæ nihil habet insidiarum semper est consulendum.

Philipp. 12. Pax est repudiāda, si sub eius nomine latitet bellū.

Philipp. 8. Leges aut iudicia esse non possunt, pace sublata.

Ex Poëtis.

Sil. Ital. lib. 11. Pax optima rerum
Quas homini nouisse datum est: pax vna triūphis
Innumeris potior, pax custodire salutem
Et ciues æquare potens.

Ouid. 1. Fastor. Frondibus Actiacis comptos redimita capillos
Pax ades, & toto mitis in orbe mane.
Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi,
Tu ducibus bello gloria maior eris.

Ouid 3. de arte. Candida pax homines, trux decet ira feras.

Tibull. eleg. 2. Interea pax arua colat, pax candida primùm
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ,
Funderet vt nato testa paterna merum.
Pace bidens, vomerq; vigent, ac tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus è lucoq; vehit malè sobrius ipso
Vxorem plaustro, progeniemq; domum.

Ouid. 1. Fastor. Sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

Ex Græcis.

Euripid. O pax opulēta & beatos inter pulcherrima diuos
Desiderium me tui habet, ô quàm tarda moraris.
Atqui metuo ne prius laboriosa vincat senecta,
Quàm iucundum tui tempus inspexero
Cantusq; pulchricolores, communiaque coronis gaudentia.

Idem. Huc ades ô veneranda hanc ad vrbem, ædibus inimicam expelle seditionem,
Insanamq; litem, ferro quæ gaudet acuto.

Aristophan. O pax prædiues, & bubus constans iugum,
Vtinam mihi immuni à bello contingeret
Fodere incuruato, lotoq; diuellere
Panem opimum cum vino, & raphanum ferenti.

Bacchylid. Res maximas mortalibus producit pax,
Nempe diuitias, & suauissimorū cantuum flores.
Hæc efficit vt in pulchris deorum aris boum flauis mandentur
Flammis partes, & lanigerarum pecudum.
Hæc facit vt gymnasia iuuenes, & tibias communiaq; curent.
Tum in ferro ligatis scutorum ansis nigrarum aranearum
Telæ insunt: & hastæ præferratæ,
Ancipitesq; gladij iacent. Non autem æneæ
Resonāt amplius tubæ, neq; dulcē aufert somnum
A genis pugnæ tumultus, qui tabefacit animum:
Qui dulcium conuiuiorum pleni sunt vici,
Et amatoriæ cantilenæ flagrant.

Satis mihi fuerit filum contexere araneæ, *Euripid.*
Modò cum tranquillitate cana senecta fruar,
Et cantem sertis redimitus canum caput,
Librorumque sonos euoluam, quos sapientes celebrauerint.

Inquirunt, vt audio, philosophi, *Philemon.*
Et multum in hoc absumunt temporis,
Quidnā sit bonū, nec dum vllus inuenit quid sit.
Alius virtutem, alius prudentiam, inquit, &
Hæc etiam intricant magis, quàm quid bonum sit.
At rusticus ego terramq; fodiens
Nunc bona quæ sunt pacis inueni, ô Iupiter,
Amabilis illius & benignissimæ diuæ
Nuptias, festa, cognatos, liberos, amicos,
Diuitias, sanitatem, annonam, vinum
Pax confert: quòd si hæc omnia defecerint,
Perijt omnis communiter viuentium vita.

Cùm de bello suscipiēdo suffragia fert populus, *Eurip.*
Tum nullus mortem imminere sibi cogitat,
Sed istud infortunium in alium conijcit.
Quòd si mors ob oculos esset, dum feruntur suffragia,
Nunquam insano belli amore periret Græcia.
Verùm enimuerò omnes homines duplici sermone proposito
Meliorem dignoscimus, item bona & mala,
Et quantum bello potior sit pax hominibus,
Quæ primùm quidem Musis est gratissima,
Aduersa verò luctibus est, sobolisque dexteritate gaudet,
Ac delectatur opibus: illis nos mali relictis
Bella præferimus, & inferiorem
Subijcimus viri virum, & ciuitas ciuitatem.

O stulte, stulte, hæc omnia paci insunt. *Aristophan.*
Vt ruri aliquis in prædio habitet
Immunis à forensibus negotijs,
Proprium possidens iugum boum,
Balantes & audiat oues:
Obsonijs autem vtatur conchis & turdis,
Neque expectet in foro venales pisciculos
Triduanos, magni pretij, contrectatos
Piscium venditoris iniquissima manu.

O veneranda pax largitrix vuarum, quo te nomine appellabo, *Menander*
Et vnde verbum satis magnificum accipiam?
Pax agricolam vel inter saxeta bene nutrit,
Bellum autem etiam in campis malum est.
Nemo tam stultus est, qui bellum præ pace eligat.

Ex Demosthene.

Si pax quæ alijs bonorum causa est, tantarum rerum & tanti tumultus nobis causa fuit, quid aliud id esse dixerit quis, præterquàm quòd muneribus acceptis, hi rem natura præclaram prauè corruperunt? *Demosthen. in orat. de falsa legat.*

Proh Iupiter, est ne aliquis rectè sapiens qui ex verbis potius quàm rebus pacem agentem aut bellum gerentem secum æstimet? nemo profectò. *Orat. 3. contra Philipp.*

Simul atque de Philippo mentio incidit, statim surgit aliquis & dicit, pacem tueri quàm salutare est, *Ex orat. de rebus Cherron.*

est, magnum exercitum alere quàm difficile & durum.

Plato de Rep. Nihil perniciosius ciuitati, quàm diuisio, vt nihil melius, quàm vnio.

Veget. de re milit. Nunquam Imperator ita pari credat, vt non se præparet bello.

Veget. lib. 3. Qui pacem desiderat, præparet bellum.

Liuius lib. 1. Pacem volunt etiam qui vincere possunt.

Liuius lib. 30. Melior est tutior pax, quàm sperata victoria.

Cæsar de bello ciuili. lib. 3. Hoc vnum est tempus de pace agendi, dum sibi vterque confidit, & pares ambo videntur.

Salust. ad pla. Bellum pacis est causa.

Pax diuersis in mentibus esse non potest.

Meneclides inuidens Epaminondæ gloriæ, suasit populo, vt pacem haberent bello potiorem. Cui Epaminondas, Fallis, inquit, ciues tuos, qui ocij nomine eos ad seruitutem vocas. Pax enim bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi.

Crœsus Lydorum rex à Cyro captus, hoc argumento pacem bello prætulit, quòd pacis tempore filij sepelirent patres, in bello contrà patres sepelirent liberos.

PECCATVM.

Non peccandum.

Cic. Parad. 3. Peccare est tanquam transilire lineas.

Parad. 3. Peccare certè licet nemini.

5. Tuscul. Accipere præstat, quàm facere iniuriam.

Ad Attic. 11. Peccati dolor & maximus & æternus est.

1. Offic. Quæ parua videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt ab ijs etiam diligentius est declinandum.

Thucydides. Oportet à peccatis arcere per necessitatem suadelæ coniunctam: bis verò qui deliquerunt, moderatam iustitiæ castigationem inferre: ita vt parua quidem & vulgaria peccata dissimulentur.

Idem. Desiderandum quidem est animam, quoad eius fieri potest, à vitijs puram esse: Interim tamen cogitabis homini congenitum esse peccare. Quocirca qui punit homines tanquam impeccabiles, modum transgreditur rectæ & secundum naturam castigationis.

Maius inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas.

Euripides. Quòd ignarus sis eorum, in quibus peccas, Id tibi magnum est temeritatis & audaciæ incitamentum.

Menander. Nemo dum peccat, rem cognoscit, sed quanta sit peccati magnitudo postmodum videt.

Ex Poëtis.

Ob peccata Deus diluuio omnia viuentia interemit.

Ouid. 1. metã. Pœna placet diuersa, genus mortale sub vndis
Perdere, & omni nimbos demittere cœlo.
Ipse tridente suo terram percussit, at illa
Intremuit, motuq; vias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; satis arbusta simul, pecudesq; virosq;
Tectaq; cumq; suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
Indelecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres.
Iamq; mare & tellus nullum discrimen habebant.
Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes:
Hic vbi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum consorte tori parua rate vectus adhæsit:
Non illo melior quisquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla deorum.
Iuppiter vt liquidis stagnare paludibus orbem
Et superesse virum de tot modò milibus vnum,
Et superesse videt de tot modò millibus vnam
Innocuos ambos, cultores numinis ambos.
Nubila disiecit, nimbisq; Aquilone remotis
Et cœlo terras ostendit, & æthera terris.

Peccatum corrigens proprium, quod sua interest facit.

Ego in hac re nihil reperio quamobrem laudet tantopere Hegio. Terēt. in adelp.

Meum officium facio, quod peccatum à nobis ortum est, corrigo.

Peccatum celatum maius est.

Qood tegitur, maius creditur esse malum. Martial. lib. 3.

Peccatum magnum occultari non potest.

Tutum esse facinus credis, & vacuum metu: Senec. in Hippo.
Erras

Omne animi vitium tantò conspectius in se Iuuen. Sat. 8.
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

Peccatum voluntarium.

Haud est nocēs, quicunq; sponte nō est nocens. Senec. in Herc. Oeteo.
Mens impudicam facere, non casus solet. Idem in Hippo.

Peccatum qui semel vicerit, haud glorietur: non enim absque peccati fomite remanet.

Nec tu cùm obstiteris semel, instantiq; negaris Pers. Sat. 5.
Parēre imperio, rumpi iam vincula dicas.
Nam luctata canis nodum abripit, ast tamen illi
Cùm fugit à collo trahitur pars longa cathenæ.

Peccatum nouum supplicium patitur.

Nos quoq; iampridem scripto peccauimus isto: Ouid. 2. de trist.
Supplicium patitur non noua culpa nouum.

Peccati cognitio pœnam minuit.

Aequo animo pœnam, qui meruere, ferunt. Ouid. 2. de fast.

Peccati confessio misericordiam impetrat.

Numen confessis aliquod patet. Ouid. 10. metā.
Mite deûm numen Bacchus, peccasse fatentem Idem lib. 11.
Restituit, factiq; fide data munera soluit.
Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt, Ouid. 2. de Pōto.
Cùm bene peccati pœnituisse vident.
Quem pœnitet peccasse, penè est innocens. Senec. in Aga.

Peccati nocumenta per mutationes sociorum Vlyssis intelliguntur.

Vela Narinij ducis Boëtius metro 4. lib. 4.
Et vagas pelago rates
Eurus appulit insulæ,
Pulchra qua residens dea,
Solis edita semine

Miser

Miſcet hoſpitibus nouis
Tacta carmine pocula.
Quos vt in varios modos
Vertit herbipotens manus,
Hunc apri facies ſugit.
Ille marmaricus leo
Dente creſcit & vnguibus.
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat, vlulat,
Ille Tigris vt Indica
Tecta mitis obambulat,
Sed licet varijs malis
Numen Archadis alitis
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſoluerat hoſpitis.
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant.
Iam ſues Cerealia
Glande pabula verterant,
Et nihil manus integrum.
Voce corpore perditis
Sola mens ſtabilis ſuper
Monſtra quæ patitur, gemit:
O leuem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra quæ valeant, licet
Corda vertere non valent.
Intus eſt hominum vigor
Arce conditus abdita:
Hæc venena potentius
Detrahunt hominem ſibi,
Diraq; penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere ſæuiunt.

Peccati venia imploratio humillima.

Ouid. 11. meta. Ad cœlumq; manus & ſplẽdida brachia tollens,
Da veniam Lenæe pater, peccauimus, inquit,
Sed miſerere precor ſpecioſoq; eripe damno.

Plaut. in Aſin. Fateor me peccauiſſe, & me culpam commeritum ſcio.
Id adeò te oratum aduenio, vt æquo animo ignoſcas mihi.

Peccato obſtandum primùm, ſecundò peccati modus noſcendus.

Senec. in Hipp. Obſtare primum eſt, velle nec labi via.
Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum,

Peccata æqualia non ſunt, vt Stoici poſuere.

Horat. lib. 1. Sat. 3. Queis paria eſſe ferè placuit peccata, laborant,
Cùm ventum ad verum eſt, ſenſus, moresq; repugnant,
Atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui.
Ibidem. Nec vincet ratio hoc tantundẽ vt peccet, idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus ſacra diuũm legerit.

Peccata vt diuerſa ſunt, ſic & pœna ſit diuerſa.

Horat. lib. 1. Sat. 4. Deniq; quatenus excidi penitus vitium ire,
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia. cur non
Ponderibus, modulisq; ſuis ratio vtitur? ac res
Vt quæq; eſt, ita ſupplicijs delicta coërcet?
Ibidem. Adſit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Peccata in principio reſecanda ſunt.

Tecum prius ergo voluta *Iuuen. Sat. 1.*
Hæc animo ante tubas: galeatum ſero duelli
Pœnitet.
Defenſor culpæ mihi dicet, fecimus & nos *Idem Sat. 8.*
Hæc iuuenes. eſto, deſiſti nempe nec vltra
Fouiſti errorem. breue ſit quod turpiter audes.
Quædam cum prima reſecentur crimina barba.
Helleborum fruſtra, cùm iam cutis ægra tumebit *Perſ. Sat. 3.*
Poſcentes videas. venienti occurrite morbo.
Capienda rebus in malis præceps via eſt. *Seneca in Agamemno.*
Ocyus ite viri, & naſcentẽ extinguite flammam, *Sil. Ital. lib. 1. bell. pun.*
Ne feræ redeant poſt aucta pericula curæ,
Mortalia quiſquis *Statius lib. 5.*
Pectora ſerò videt, nec primo in limine ſiſtit
Conatus ſcelerum, atq; animos infanda parantes,
Excitat illa die ſæuo.
Mygdonij cineres, & ſi quid reſtat Eoi *Claudian. 2. in Eutro. lib.*
Quod pereat regni, certè non augure falſo
Prodigij patuere minæ, fruſtraq; peracto
Vulnere monſtriferi præſagia diſcitis anni.
Cautior ante tamen violentum nauita Corum
Proſpicit, & tumidæ ſubducit vela procellæ.
Quid iuuat errores merſa iam puppe fateri?

Peccata patranda non ſunt, nam ſi homines latent, non Deo occulta ſunt.

Credamus tamen *Seneca in Hipp.*
Aſtu, doloq; tegere nos tantum nefas,
Quid ille rebus lumen infundens ſuum
Matris parens? quid ille qui mundum quatit
Vibrans coruſca fulmen Aetneum manu
Sator deorum? Credis hoc poſſe effici
Inter videntes omnia, vt lateas?
Omne nefas, omnemq; mali purgamine cauſam *Ouid. 2. Faſtor.*
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moris fuit. illa nocentes
Impia luſtratos ponere facta putat.
Actor idem Peleus, ipſum quoq; Pelea Phoci
Cæde per Aemonias ſoluit Acaſtus aquas.
Ah nimium faciles qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.
Fœlix criminibus non erit diu. *Auſon. in clos. ludi ſeptem.*
Nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit *Iuuen. Sat. 13.*
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris vno
Flagitio?

Peccator aſſiduè timet.

Multa miſer metuo, quia feci multa proteruè: *Ouid. 2. de ſine tit.*
Exempliq; metu torqueor ipſe mei.
At mens ſibi conſcia facti *Lucret. lib. 3. de nat. deor.*
Præmetuens, adhibet ſtimulos, terretq; flagellis.
Nec videt interea qui terminus eſſe malorum
Poſſit, nec qui ſit pœnarum denique finis.
Atque eadem metuit magis, hæc ne in morte graueſcant.
Hic Acheruſia fit ſtultorum denique vita.
O cæca nocentum *Stat. lib. 2. Theb.*
Conſilia, ô ſemper timidum ſcelus.
Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem *Iuuen. Sat. 3.*
Et toto verſata thoro iam membra quieſcunt,

Continuo

Continuò templum,& violati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem sudoribus vrget
Te videt in somnis,tua sacra,& maior imago
Humana,turbat pauidum,cogitq; fateri:
Hi sunt qui trepidant,& ad omnia fulgura pallent
Cũ tonat,exanimes,primo quoq; murmure cœli,
Non quasi fortuitu,nec ventorum rabie,sed
Iratus cadat in terras,& vindicet ignis.
Illa nihil nocuit,cura grauiore timetur
Proxima tempestas,velut hoc dilata sereno.

Peccator timet ne aliquando deprehendatur.

Plaut. in Truc. Pertimui postquam
Vna cura cor meum mouit,modò timeo, ne mea
malefacta antiqua
Nunc senex inueniat omnia.

Peccator dolorem quem sentit,ex peccato prouenisse credit.

Iuuen. Sat. 13. Præterea lateris vigili cum febre dolorem
Si cœpere pati,missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt à numine:saxa deorum
Hæc & tela putant. pecudem spondere sacello
Balantem,& laribus cristam promittere galli
Non audent.quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum? vel quæ non dignior hostia,vita?

Peccator obstinatus Deum malorum punitorem negat.

Iuuen. Sat. 13. Si currant igitur cunctos punire nocentes
Quando ad me veniet?
Ibidem. Tandemq; fatebere lætus
Nec surdum,nec Tyresiam quemq; esse deorum.

Peccator hoc seculo laudatur, probus verò arguitur.

Ouid. Epist. 14. Clausa domo teneor,grauibusq; coërcita vinclis,
Est mihi supplicij causa,fuisse piam.
Quòd manus extimuit iugulo dimittere ferrum,
Sum rea: laudarer,si scelus ausa forem.
Terẽt. in Phor. Tristis vultus peruersa tulit
Præmia recti,castos sequitur
Mala paupertas,vinoq; potens
Regnat adulter.

Peccator sæpe extollitur, vt post grauissimè puniatur.

Claudian. lib. 1. Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum
Absoluitq; deos,iam non ad culmina rerum
Iniustos creuisse queror: tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant.

Peccator etiam in hac vita punitur.

Horat. Od. 2. lib. 3. Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede pœna claudo.

Peccandi voluntas pro facto habita,punitur.

Iuuen. Sat. 13. Spartano cuidam responde Pythia vates
Haud impunitum quondam fore, quòd dubitaret
Depositum retinere,& fraudem iure tueri
Iurando,quærebat enim quæ numinis esset
Mens,& an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo,veramq; probauit.
Extinctus tota pariter cum prole,domoq;
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.

Peccatores maximi leuiter puniendi non sunt.

Pectora tanns obsessa malis Senec. in Her. fur.
Non sunt ictu serienda leui.

Peccatores omnes sumus.

Mulier fecit. mirãdúmne id est? Censen' te posse Terẽt. in Hecy.
Vllam reperire mulierem quæ careat culpa?
An quia non delinquunt viri?

Peccatores defendendi non sunt.

Fallimur,& quòdam non dignũ tradimus. ergo Horat. lib. 1. Epist. ad Loll.
Quem sua culpa premit deceptus omitte tueri.

Peccatorum reprehensio seuera.

Quisquis
Ambitione mala,aut argenti pallet amore, Horat. Sat. 3. lib. 2.
Quisquis luxuria,tristiq; superstitione,
Aut alio mentis morbo calet,huc propius me,
Dum doceo insanire omnes,vos ordine adite.
Danda est hellebori multo pars maxima auaris.
Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui precij Plaut. in Asinaria.
Quin pudeat,quin purget sese.
Qui non vetat peccare,cùm possit,iubet. Senec. in Troa.
Turpe nihil fac,neq; disce.
Bis perperam facere idem,non viri est sapientis.
A rebus malis manum liberam habe.
Qui nihil nouit,nihil delinquit.
Bis peccas,cùm peccãti obsequium accõmodas. Pub. Mim.
Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.

PECVNIA.

Pecuniam debere aliud est,aliud gratiam.

In officio persoluendo dissimilis ratio debitæ pecuniæ est,propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddit, non habet gratiam, & qui reddit habet:& qui habet dissoluit. Cic. ad Quir.

Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddit: qui autem debet, is retinet alienum. Gratiam autem,& qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet,refert. Pro Plancio.

Commodè dixit,quicunq; dixit,pecuniam qui habeat,non reddidisse: & qui reddiderit,non habere. Gratiam autem, & qui retulerit, habere: & qui habeat,retulisse. 2. Offic.

Pecuniæ quærendæ non solùm ratio est, sed etiam collocandæ, quæ perpetuos sumptus suppeditet,nec solùm necessarios,sed etiam liberales. 2. Offic.

Pecunia effectrix multarum & magnarum voluptatum:pecunia voluptates pariuntur maximæ. 2. de finib.

Omnia pecunia effici possunt. 3. Act. in Verr.

Ex Græcis.

De pecunijs vtilè partis.

O fili,victus hominum qui fuerit exiguus ac mediocris, laudandus est: nimia verò moles causa mali fit. Euripid.

Præstat

Præstat vita fruens opibus innoxijs,
Quàm domus impiè diuitijs inflata.
Huiusmodi pecunias hominem cōparare decet,
Propter quas in posterum nunquam doliturus sit.
Nunquam mihi eueniat vt à pecunijs victus
Malus euadam, neq; conuerser cum improbis.
Iniustè autem pecunias ne comparato, si voles longo
Tempore in ædibus tuis manere. Nam quæ malè parta
Domi accumulantur, nihil salutis habent.
Diuitiæ iniustæ, & malis hominibus adiunctæ,
Postquam breui tempore vsum sui præbuerunt, statim auolant domo.
Iustè possideas ea quæ habes, sine culpa:
Nam licet exigua seruare, & colere par est.
Nempe vt malus Nauclerus agas, qui aliquando fœlicem expertus fortunam,
Deinde plura desiderans, cuncta simul amisit.
Menander. Fœlix qui simul opes ac mentem habet.
Hic enim opibus, vbi conuenit, rectè vtitur.
Sic discenda sunt omnia, & diuitiæ ferendæ:
Nonnullis enim causa fiunt indecentiū facinorum.
Epictetus. Pecuniæ amicos hominibus conciliant.
Pecunias non proprias homines possident,
Sed res deorum habentes, eas procuramus:
Et cùm opus illis habuerint, iterū nobis auferunt.
Socrates. Vinum immutatur cum vasis: diuitiæ verò pro moribus possidentium variant.
Vt ægrotum lectus aureus nihil iuuat, sic neque stolidum insignis fortunæ fœlicitas.
Isocrates. Pecuniarum collectiones præter ius quæsitas, existimato non diuitias, sed pericula allaturas esse.
Ne putetis accipere, lucrum esse: Insumere, damnum.
Aristoteles. Melius est ad fœlicitatem pauciora possidere, quàm multa cum inuidia:
Nam ista vita laudabilior & suauior est.
Diuitem esse non honestum est, sed ex honestis diuitem esse.
Diligas opum tuarum non abundantem possessionem, sed moderatum vsum.
Opes tuas duplici nomine colito: nempe vt à magna iactura facilè te expedias, & vt bono ac studioso homini infortunium patienti succurras.
Quod autem ad vitam incertam attinet, non nimis, sed mediocriter opes diligi. Præsentibus quidem acquiesce, inquire autem meliora.
Plato in Eryxia. Adolescens Platonem interrogabat quomodo diuitias malum esse putaret, & quomodo bonum. Tum ille respondit: non secus quàm tu nunc honestis quidem bonisq; hominibus bonas esse iudicas: Item scientibus quo loco pecunijs vtendum sit, ijs commodas esse: improbis verò malas. Quinetiam dixit, omnes aliæ res similiter se habent. Nam quales fuerint ipsi vtentes, tales etiam euadere res eis necessum est.
Plato in Rep. Hæc ideò interrogaui, inquā, quia mihi videbaris parum diuitias mirari, quòd plurimùm ij faciūt, qui sibi eas non peperere: qui autem illas pararunt, duplo magis quàm alij amant. Vt enim poetæ poemata sua, & filios patres diligunt, ita qui acquisiuere pecunias, illis student ceu operi suo, non ad vsum necessitatemq;, vt alij. ex quo difficilis eorum est familiaritas, cùm nihil quàm diuitias laudent.

Crœsi quidem & Cyri thesauros extremæ paupertatis damnabimus: vnum verò & solum credemus esse diuitem, ac sapientem, qui habitum nulla re indigentem vbique sibi comparare potuerit. *Musonius.*
Pecuniarum vsus cum prudentia, vtilis est ad exercendam liberalitatem, & populum adiuuandum: cum stultitia verò, communis largitio fit. *Democritus.*
Pecunias comparare, non inutile: iniustè autem id facere, multò pessimum est.
Nec equum sine freno, neq; diuitias sine prudentia gubernare licet. *Pythagoras.*
Plato interrogatus quantas opes habere conueniret, dixit, Quantæ possidenti neque insidias pariunt, neq; rerum necessariarum inopiam.
Cleanthes quęrenti quomodo quis diues euadere posset, respondit, si cupiditatum fuerit inops.
Nemo adeò diues est, qui non pauciora habeat, quàm desideret. At illum qui animo futurus est tranquillo & bene composito, oportet in læta fortuna alios respicere, qui pauciora bona possident: in sinistra autem, infœliciores. Si verò in prospera fortuna, meliorem: aut in aduersa, minus malam spectaueris, perpetua tristitia laborabis. *Phauorinus.*
Virtus omnibus optanda potius est, quàm diuitiæ, quæ stolidis periculosæ sunt. Malitia namq; pecunijs augetur: Et quò quis stultior fuerit, eò procliuior ad luxuriam contumeliamq; fit, vt qui habeat vnde voluptatum suarum rabiem explere possit.
Sudor prouocatus exercitijs, decētior est. Sic etiam diuitiæ proprijs laboribus acquisitæ. *Socrates.*
Diuitias, veluti amicum liberalem ac promptum, ad honestas actiones assumere oportet.
Non quemadmodum calceus maior ineptus est ad vsum, ita & possessio copiosior. Calcei enim magnitudo superuacua, vtentem impedit: opibus autem vel vniuersis, vel ex parte aliqua suo tempore vti licet.
Cùm pecuniæ in Lacedæmoniorum regionem conuectæ fuerunt, qui eas importarant morte damnati sunt. Siquidem Alcameni & Theopompo regibus oraculum hoc redditum erat, Pecuniarum amor Spartam perdet.
Gorgo Cleomenis regis filia, quum Aristagoras Milesius Cleomenem ad bellum suscipiendum hortaretur, magnam pecuniarum vim pollicens, quantoq; magis ille recusabat, tantò plus adderet summæ, Pater, inquit, corrumpet te hic, ni ocyus ædibus eum extruseris.
Cùm Aristippus Socratis discipulus ex quæstu, quem Socraticorum primus fecerat, præceptori misisset viginti minas, remisit Socrates, dicens ipsius genium nequaquam hoc permittere. Aiebat enim se peculiarem dæmonem habere, à quo prohiberetur arcano signo, si quid tentaret parum honestum.
Pelopidas in præfectura rei militaris, quum amici dicerēt illi rei necessariæ, videlicet pecunias colligendi nullam esse curā, ita per Iouem, inquit, necessariæ, sed huic Nicomedi, ostendens hominem claudum, & mancum. Sensit fortibus viris non opus esse pecunia.

PEREGRINATIO.

Cicero ad M. Catum Famil. 2. Omnis peregrinatio obscura & sordida est ijs, quorum industria patria potest esse illustris.

Caluus ad Cic. Famil. 8. Omnibus peregrinantibus gratũ est minimarum quoq; rerum quę domi gerantur fieri certiores.

Ad Treb. Fam. lib. 7. Multi suam rem bene gessere & publicam patria procul.

Cuidam conquerenti apud Socratem, quòd peregrinationes sibi nihil profuissent, Nõ immeritò, inquit, tibi istud euenit. Tecum enim peregrinabaris. Vnde Horatius, Cœlum nõ animum mutant, qui trans mare currunt.

Democritus. Peregrinatio vitæ frugalitatem docet: offa quippe & thorus herbaceus, famis ac laboris dulcissimæ medelæ sunt.

Herodotus. Peregrinus fœliciter agenti peregrino omniũ maximè beneuolus est, & petenti quàm optima dabit consilia.

Menander. Peregrinum sanè conuenit prorsus se accommodare ciuitati.

Plutar. de Pol. Quibus domi nihil boni vsui est, dulcis est peregrinatio.

Pythag. Peregrinus vir iustus non modò ciue, sed etiam cognato maioris faciendus est.

Idem. Peregrini deo curæ sunt.

Ar. 8 Ethic. 4. Distantia loci non separat amicitiam, sed operationem.

Seneca Epi. 2. Peregrinantibus hoc euenit vt multa hospitia habeant, nullas amicitias.

Idem Epi. 40. Tutissimum iter est quod suspectissimum.

Cic. ad M. In externis locis minor est ad facinus verecundia.

Max. lib. 2. Externa vt autoritatis minus habent,

Sic aliquid gratæ veritatis afferre videntur.

Pub. Mim. Peregrinis succurrens paria obtinebit aliquando.

Idem. Cum improbo viro ne facias iter.

Cæsar de bello Gallico lib. 7. Omnia quæ absunt, vehementiùs homines perturbant.

PERFECTIO.

Quint. libr. 12. Non est perfectũ quicquam, quo melius est aliud.

Cic. in Laelio. Omnia prӕclara rara, nec quicquã difficilius, quàm reperire quod sit ex omni parte perfectum in suo genere.

Cæsar de bello Afric. Id integrum est, quod vt fuit est.

Cic. 2. de Inuẽt. Nihil in simplici genere natura omni ex parte bearum atq; perfectũ expoliuit, tanquã cæteris non habitura quod largiatur, si vni omnia concessent.

PERFECTVM.

Aristot. de Poët. 2. Totum & completum & perfectum est, quod habet principium, medium & finem.

Physic. 2. Totum nihil aliud est, quàm congregatio partium.

Physic. 3. Totum & perfectum est, cui nihil deest.

Demosthen. 1. Olynth. Is demum in magnis viris est habendus, qui quicquid è Repub. sit, intelligit, atque idem dicendo explicare potest: quod si id quoq; accesserit, vt strenuè conficiat, nihil ad eius laudes accedere posse videtur.

Demost. in arg. Qui rem in integrum restituere volunt, causam malorum inuestigare & tollere debent.

PERFIDIA.

Ex apophth. Erasm. Nihil eis tutò credi debet, qui in patriam perfidi fuerunt.

Stultè dubitat de peierando, qui facinus periurio par nõ dubitauerit committere, eoq; in atrocibus sceleribus nihil põdeꝛis habet iusiurandum: nam quisquis audet dare venenum, audebit & cum periurio inficiari.

Ex Poëtis.

Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen, *Ouid. 1. Trist.*
Nunc tibi pro vili, sub pedibusq; iacet.
Tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum, *Idem 5 Trist.*
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras:
Tu quoque suscepti curam dimittis amici,
Officiiq; pium tam citò ponis onus.
Sarcina sum fateor, quam si tu tempore duro
Depositurus eras, non subeunda fuit.
Fluctibus in medijs nauem Palinure relinquis.
Ne fuge, ne've tua sit minor arte fides.
Satis diu dedisti verba nobis, satis adhuc tua nos frustrata est fides. *Ter. in Adelp.*
Et scelus accepto Thracis Polymnestoris auro *Propert. lib. 3.*
Nutrit in hospitio non Polydore pio.
In caput alta suum labentur ab æquore retro *Ouid. 1. Trist.*
Flumina, conuersis solq; recurret equis.
Terra feret stellas, cœlum scindetur aratro.
Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpostera legibus ibunt:
Parsq; suum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam,
Et nihil est de quo nunc sit habenda fides.
Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo
Laturum misero quem mihi rebar opem.

PERIVRIVM.

Vt valeant, alij ferrum patiuntur & ignes, *Ouid. epist. 19.*
Fert alijs tristem succus amarus opem.
Nil opus est istis, tantùm periuria vita,
Teq; simul serua, meq;, datamq; fidem.
Ah miser, & si quis primo periuria celar, *Tibull. eleg. 9. lib. 1.*
Seta tamen tacitis pœna venit pedibus.
In prolem dilata ruunt periuria patris: *Claudian.*
Et pœnam merito filius ore luit.
Et quos fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refodit opes.
Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponant, *Iuuen. Sat. 13.*
Et nullo cedant mundum rectore moueri,
Natura voluente vices & lucis & anni,
Atq; adeò intrepidi quæcumque altaria tangunt.

Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum est, quatenus periurium non amittatur. *Lycurg. apud Stob.*

Qui semel à veritate deflexit, is non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium duci consueuit. *Cic. pro Rosc.*

Ex Græcis.

Iuramentis enim & mulier fugit acerbam *Sophocles.*
Parturiginem liberorum: ast vbi malum abierit
Eisdem in retibus capitur,
A præsenti cupiditate victa.
Venereum iusiurandum non constitutam habet pœnam. *Callimachus.*
Iurauit quidem, sed vt aiunt, amatoria
Iuramenta, deorum non subeunt aures.
Idem est meretricis iuramentum, & popularem captantis auram: *Diphilus.*

Vterque

Vterq; enim iurat apud illam, quicum loquitur.

Sophocles. Nullum iusiurandum graue est furi & impostori.

Eurip. Iurauit lingua, sed iniurata mens est.

Menander. Ætate nostra fides omnis confunditur.

Hesiod. Et iusiurandum, quod quidem plurimùm terrestres homines
Lædit, si quis ipsorum spônte peierauerit.

Democrit. Iuramenta, quæ iurant adacti necessitate, non seruant mali homines, postquam periculū euaserūt.

Eurip. Non intellectu caret
Numen, sed potest intelligere quænam sint malè
Facta iuramenta, & necessitate coacta.

Euphron. Nouos tibi confinge deos,
Vt ne sæpius antiquos offendas periuriis.

Eurip. Faciles mihi ad dandam veniam dij videntur,
Si quis iurando mortem effugere cupiat,
Aut vincula, aut malam hostium violentiam.

Eusebius. Aio vnumquemque qui peierandi voluntatem habere videtur, aut qui peierat verbis, etiam si factum, quod comitatur periurium, non contingat, siue per fortunam aliquam, siue quod noluerit ille, cuius erat postulare: nihilo secius periurum esse existimo, & non minus meritum esse pœnam periuris præscriptam, quàm ille, qui re ipsa peierauit.

Chrysippus dicebat differre, verum iurare & fideliter iurare: item peierare & falsum iurare. Id quod iuratur enim, quo tempore iuratur, aut res vera aut falsa sit necesse est.

Xenophon. Hoc primum & præcipuum est, quòd deorum sacramenta nos hostes inuicem esse prohibent. Ea verò si quis neglecta sibi conscius est, ego illum nequaquam beatum existimo. Etenim omnia dijs vbique sunt obnoxia, & æquali potentia reguntur ab ipsis omnia vbiuis gentium.

Baudo tus. Siue firma necessitate non potest firma fides permanere.

Herodotus. Aurum quidem homines Lydio lapidi affricantes quod præstantius est agnoscunt: hominem verò probum nemo potest secum animo perpendens discernere. Oportet autem fideles in amicitia esse, non duplici sententia inquinatum cor possidere, nec periurium sancto iuramento præferre. Nam qui talis fuerit, diuinam quidem vindictam differt, interim verò præsentium acerba fruitione se stultus oblectat. Quis enim ignorat quòd omne malum vindicta sua manet? Quamuis enim non præsens pœna sit, nullum tamen lucrum adfert dilatio temporis, sed tarditas pœnæ grauitate tandem compensatur.

Archetimus ex Erythræa Ioniæ ciuitate in Tenedum venisse dicitur, & apud Cydiam hospitem suum auri magnam vim deposuisse, nihil de homine sinistri suspicatus. Cùm autem aurum ab ipso Cydia reposceretur, contumaciter negauit. Tandem visum est vt negotium totum ad iusiurandum referretur. Cydias igitur fidem suam dijs commissam confirmaturus, dolum excogitauit. Omne simul aurum in ferulā cauatam inclusit, & stans ante templum, ferulā, in qua omnis eius iniquitas latebat, Archetimo tenendam dedit, donec absoluisset iuramentum: deinde manibus eleuatis se accepisse quidē depositum ab Archetimo dixit, sed restituisse. Hoc dicto indignatus Archetimus, ictu vehementi ferulam in pauimentum proiecit, qua dirupta omnis auri moles effluxit. Ex eo deum humana negotia inspicere perspicuum est. Quocirca hæc quilibet respiciens caueat ne sacramenta contempserit.

PERPETVVM.

Nihil perpetuum, nihilq́ non miserum & calamitosum.

Abeunt omnia vnde orta sunt.

Infra lunam nihil est non mortale & caducū, præter animos hominum, deorum munere datos. *Cato maior. Som. Scipio.*

Cœlestia semper spectato, humana illa cōtemnito. *Ibidem.*

Contemnendæ sunt res humanæ. *4. Tuscul.*

Conferto nostram ætatē longissimam cum æternitate, sic breuissima reperietur. *1. Tuscul.*

Quid ei potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitatis omnis, totiusq́; mundi nota sit magnitudo? *Tuscul.*

Altè spectare si voles, atq; hanc sedem & æternam domum contueri: neq; sermonibus vulgi dederis te, neque in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus. *Som. Scip.*

Regna, īperia, honores, diuitiæ, nobilitas, eaq́; quę sūt ijs cōtraria in casu sita, tēporibus gubernātur. *1. Offic.*

Nihil est operæ aut manufactum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas. *Pro Marcello.*

O dij boni, quid est in hominis vita diu? mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cùm enim id aduenerit, tunc illud quod præterijt, effluxit: tantùm remanet quod virtute & rectè factis sis consecutus. *Cato maior.*

Non est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum: quod cū venerit omnis voluptas pro nihilo est habenda, quia posteà nulla futura est. *Pro Marcello.*

Quę ætas longa est, aut quid omnino homini longum? nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequēs, nec opinantes assecuta est senectus? Omnia ista perinde vt cuiq; data sunt, pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur. *1. Tuscul.*

Horæ cedunt & dies, & menses, & anni, nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. *Cato maior.*

Quis est, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? *Ibidem.*

Nulla est tanta vis, tantaq́; copia, quæ nō ferro debilitari, frangiq́; possit. *Pro Marcello.*

Nihil semper suo statu manet. *2. De nat. deor.*

Nihil semper floret: ætas succedit ætati. *Philipp. 11.*

Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. *4. ad Heren.*

Nemo confidat semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit. *2. Tuscul.*

Sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. *Cato maior.*

Ita ratio comparata est vitæ, naturæq́; nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia. *In Lælio.*

Cursus est certus ætatis, & via vna naturę, eaq́; simplex: sua cuiq; parti tempestiuitas est data. *Cato maior.*

Quæ potest esse in vita iucūditas, cùm dies ac noctes cogitandum sit iamiam esse moriendum. *1. Tuscul.*

Nemini exploratū potest esse, quomodo habiturū sit corpus, nō dico ad annum, sed ad vesperum. *2. de finib.*

In vita nihil est nisi propagatio miserrimi tēporis. *Cic. Luccio Famil. 5.*

Quid habet vita commodi, quid non potius laboris?

Seruius Sulpit. famil. 4. Oppida quæ quondam tempore floruerunt, nunc prostrata ac diruta iacent.

P ANTE H.

PHILOSOPHIA.

Philosophiæ laus.

Cic. 3. Academ. Philosophandi ratio triplex, vna de vita & moribus. Altera, de natura & rebus occultis. Tertia de disserendo, & quid verum & quid falsum, quid rectum in oratione, quid prauũ, quid consentiens, quid repugnet iudicando.

3. de orat. Philosophia in tres partes est distributa: In naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in vitam atque mores.

3 offic. Cùm tota philosophia frugifera & fructuosa, nec vlla pars eius inculta ac deserta sit: tum nullus in ea feracior locus est, nec vberior quàm de officiis, à quibus constanter, honesteq; viuendi præcepta ducuntur.

5. Tuscul. Philosophia mater omnium bonarum artium, nihil est aliud, nisi (vt Plato ait) bonum & inuentum deorum. Hæc nos primùm ad deorum cultum, tum ad modestiam magnitudinemq; animi erudiuit, eademq; ab animo tãquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima, vltima, media videremus.

1. de orat. Est laudatarum artium omnium procreatrix quædam, & quasi parens ea, quam philosophiam Græci vocant.

2. offic. Philosophia nihil est aliud, si rectè interpretari volumus, quàm studium sapientiæ.

2. Tuscul. Cultura animi philosophia est, quę extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiẽdos.

2. Tuscul. Philosophia medetur animis, sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.

3 Tuscul. Est animi medicina philosophia: cuius auxilium, non, vt in corporis morbis, petendum est foris, omnibusq; opibus, viribusq;, vt nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.

De cla. Orator. Philosophia mater est omnium bene factorum & bene dictorum.

5. Tuscul. Vitiorum nostrorum omnis à philosophia medicina petenda est.

3. Tuscul. Sine philosophia fieri non potest, vt saluus sit animus.

4. Tuscul. Radicem omnium malorum stirpitus philosophia se extracturam pollicetur: demus ergo nos huic excolendos, patiamurq; nos sanari ab ea: si boni & beati volumus esse, omnia adiumenta & auxilia petamus benè beateq; viuendi.

In Pison. Philosophia virtutes continet, & officij, & benè viuendi disciplinã: quam qui profitetur, grauissimam mihi personam sustinere videtur.

Cato maior. Est philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinemq; cõsultò fugiẽs, eiq; suspecta & inuisa.

Cato maior. Nunquam satis dignè poterit laudari philosophia, cui qui pareat omne tempus ætatis possit sine molestia degere.

De vniuers. Nullum bonum philosophia optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi, deorum consensu, neq; dabitur.

5. Tuscul. O vitę philosophia dux, ô virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum: quid, nõ modò nos, sed omnino vita hominũ sine te esse potuisset? Tu vrbes peperisti, tu dissipatos homines in societatẽ vitæ conuocasti. Tu eos inter se primò domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocũ communione iniunxisti. Tu inuentrix legum, tu magistra morum & disciplinæ fuisti. Tu vitæ tranquillitatem largita nobis es, & mortis terrorem sustulisti.

Nihil est dulcius otio literario, his dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ, & in hoc ipso mundo cœlum, terras, maria cognoscimus. 5. Tuscul.

Thales Milesius, vt obiurgatores suos cõuinceret, ostenderetq; philosophum, si ei commodũ esset, pecuniam facere posse, omnem oleam antequam florere cœpisset, in agro Milesio coëmisse dicitur. Adnimaduerterat fortasse quadam scientia, olearum vbertatem fore. 1. de diuinat.

Qui cæteris rebus pro nihilo habitis rerum naturam studiosè intuentur, & sapientiæ studiosi & philosophi habentur. 5. Tuscul.

Philosophi, virtutis magistri. 2. Tuscul.

Non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed & perpetuitate & constantia: resq; spectari oportet non verba. 5. Tuscul.

In philosophia non verba spectantur, sed res penduntur. Orator ad Brutum.

A philosopho, si adferat eloquentiã, non aspernor: si non habeat, non admodum desidero. 1. Tuscul.

Sunt qui rebus contrariis parum sibi constent, voluptatem seuerissimè cõtemnant, in dolore sint molliores, gloriam negligãt, frangantur infamia. 1 offic.

Quotus quisq; philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, vt ratio postulat, qui disciplinam non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet, quiq; obtemperet ipse sibi, ac decretis suis pareat? Videre licet alios tanta leuitate & iactatione, vt iis fuerit non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, nonnullos gloriæ: multos libidinũ seruos, vt cũ eorũ vita mirè pugnet oratio, quod quidẽ est turpissimũ. 2. Tuscul.

Ex Apophthegm. Erasmi.

Qui experimentis addiscũt administrare regnum, licet ingenio fœlicissimo nati sint, tamẽ & sero, & magno Reip. malo tandem euadunt boni reges. At qui philosophiæ præmunitus præceptis accedit, si adsit mens integra, vix poterit ab honesto deflectere.

Nemo philosophiæ expers, idoneus est regno.

Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & vituperantem: sed philosophi est non ita commoueri, vt ab honesto recedat.

Vulgatum est, neq; solem, neq; aquam, neq; ignẽ magis hominibus vtilem esse, quàm amicos. Sed ingenij philosophici est, vt perinde medici ex bestiis ac serpentibus noxiis vitalia quædam remedia colligunt, ita ex inimicorum odio decerpere aliquid quod vertat in suum bonum.

Delicati pueri ad philosophiam non sunt idonei.

Turpissimũ est philosopho secus docere quã viuit.

Is verè liber est, quem philosophia liberum facit.

Philosophum vt vestis neglectior, ita & oratio decet inaffectata.

Philosophia res est vsqueadeò difficilis, vt eam vel simulare, magna sit pars philosophiæ.

Natura dat viuere, philosophia dat rectè viuere. Illa ad virtutem dociles, non doctos gignit.

Proprium

Proprium est philosophi mederi vitijs hominum.

Liberales disciplinæ velut pedissequæ sunt moralis philosophiæ, quæ cum primis habenda est, & cuius gratia discuntur omnia.

Philosophi libertas molesta est omnibus.

Quod ars medica præstat corpori, hoc philosophia præstat animo.

Non est idoneus philosophiæ discipulus, qui stultum pudorem non possit contemnere.

Sola philosophia præstat vitam veram, tranquillam ac suauem.

Solus philosophus viros vincit.

Præstantius est quod præstat philosophus, quàm quod orator.

Munus oratoris inferius est, quàm vt philosopho conueniat.

Sponte mortem asciscere, posteaquam desijt esse visui ad vitam humanam, est veri philosophi.

Quemadmodum equus indomitus ad omnem modum incommodus est, ob insitiam ac ferociam: ita qui rapitur affectibus, quos sola domat philosophia, ad omnem vitæ consuetudinem inutilis est.

Vulgus legum scriptis arcetur à peccando, philosophus rationem habet pro legibus, non ideo quod rectum est faciens, quia lex iussit, nec à scelere temperans, quia lex vetuit: sed quia nouit illud per se rectum esse, hoc per se turpe.

Ex Seneca.

Epist 5. Satis ipsum philosophiæ nomen, etiam si modestè tractetur, inuidiosum est.

Ibidem. Frugalitatem exigit philosophia, non pœnam.

Epist. 95. Quid aliud philosophia est, quàm vitæ lex?

Epist. 14. Ad philosophiam confugiendum est: ex literæ, non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos insularum loco sunt.

Ibidem. Nunquam in tantũ cõualescet nequitia, nunquam contra virtutes sic coniurabitur, vt non philosophiæ nomen venerabile & sacrum maneat.

Epist. 16. Non est philosophia populare artificium, gubernaculum est per ancipitia fluctuantium, dirigit cursum: hæc adhortabitur vt deum sequaris, feras casum.

Epist. 104. Quantum potes, in philosophiam secede, illa te suo sinu proteget, in huius sacrario aut tutus eris, aut tutior.

Idem de beat. vit. Non præstant philosophi quæ loquuntur, multum præstant, quod loquuntur.

Gellius lib. 5. Degustandum è philosophia, non ingurgitandum in ea.

Seneca epi. 20. Facere philosophia docet, non dicere: & hoc exigit, vt ad legem suam quisq; viuat, ne orationi vita dissentiat, vt inter se ipsa vita sine omnium affectionum dissensione vnius coloris sit.

Columella. Non oratoria disciplina desideratur, quia perfectus orator nunquam repertus est: vel philosophia, quia nullus consummatæ sapientiæ. Sed è contrario plurimi semetipsos adhortantur, vel aliquas partes earum addiscere, quia vniuersas percipere non possunt.

SIMILIA.

Cic. 2. Tuscul. Vt si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur, aut si absurdè canat is qui se velit haberi musicum, hoc turpius est quòd in eo ipso peccat, cuius profitetur scientiam: Sic philosophus in ratione vitæ peccás, hoc turpius est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur, artéq; vitæ professus, delinquit in vita.

Vt medici toto corpore curando, minimæ etiam parti, si condoluit, medentur: Sic philosophia, cùm vniuersam ægritudinem sustulerit, tamen si quis error aliunde extitit, si paupertas momordit, si ignominia pepugit, semper ad eundem fontem reuertendum est. 3 Tuscul.

Ex Plutarcho.

Qui adhortantur & excitant ad philosophiam, nec docent eam, perinde faciunt vt ij qui præmungunt lucernam, nec infundunt oleum. Plutarchus in moralibus.

Non fodit puteos, qui fontes habet, aut nouit: Sic non petit aliunde qualecumque consilium, qui ipse didicit philosophiam.

Qui nauem fregit, tamen spe vehitur: nam fieri potest, vt corpus natans in terram deferatur: At qui excidit à philosophia, totus periit.

Quemadmodũ proci, cùm Penelope potiri non possent, stuprarunt illius ancillas: Ita qui philosophiam non possunt assequi, aliis literis se contaminant.

Vt Tragedi in theatris: ita philosophi in scholis ad finem vsque audiendi.

Iudex in causa nihil tribuens amori, tantùm rem perpendit, ac secundum eam pronunciat: At in audiendis philosophis, multis lapsibus candidè fauendum est.

Vt in curatione non sentitur morbi leuamen, nisi syncerus habitus inducatur: Sic in philosophia non proficitur, nisi paulatim aliquid decedat de stultitia donec in alium mentis habitũ proficiat.

Vt ad lineam applicandus est lapis, nõ ad lapidem linea: Sic vita ad philosophorum decreta corrigenda est, nõ ea sunt ad mores nostros trahẽda.

Vt qui in immenso nauigant mari, ex ipsa ventorum vi, cursusq; tempore coniiciunt se promouisse, etiam si nondũ appareat portus, nusquam tamen consistunt, donec portum attigerint: Ita non conquiescendum in philosophia donec ad perfectum illum sapientis habitum peruentũ sit.

Qui subinde subsistit in via, minus proficit: At in philosophia etiã relabimur in malitiã, intermisso ad honesta cursu, ceu nauis retro acta æstu.

Planetæ cùm desinunt procedere, figuntur: At in philosophia subsistere non licet, assiduè est progrediendum.

Vt statera non potest consistere, sed aut in hanc aut in illam vergit partem: Sic in philosophia qui non proficit ad bonam, mentem, is ad malam reuoluitur.

Vt qui leuiter amant, gaudent quidem amico præsente, absentis facilè obliuiscuntur: at qui penitus amant, non sinunt abesse quod amant: Sic quidam facilè auocantur à studio philosophiæ negotiis: at qui verè amant, omniũ præ illa obliuiscuntur, nihilq; illis sine illa dulce potest.

Non quemadmodum vnguentis cùm adsunt delectamur, cùm non adsunt discruciamur: Ita oportet erga philosophiam esse affectum.

Vt qui vehementer esurit aut sitit, nulla re potest auelli, donec sedauerit appetitum: Sic omnia posthabenda sitienti philosophiam.

Ex poëtis.

Philosophia colentibus se prodest, negligentibus verò obest.

Horat. lib. 1. epist. ad Mecen. Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq;
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt ingrataq; tempora, quæ spem
Consiliumq; morantur agenti gnauiter, id quod
Aequè pauperibus prodest, locupletibus atque
Aequè neglectum pueris, senibusq; docebit.
Restat vt his ego me ipse regam, solerq; elementis.
Non posis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Nec quia desperes inuicti membra Glicotis
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Horat. lib. 1. epist. ad Mecenat. Est quoddam prodire tenus, si non datur vltra.
Feruet auaritia miseraq; cupidine pectus.
Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Posis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes, sunt certa piacula quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.

Iuuen. Sat. 13. Plurima fœlix
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes.

Sen. in Octa. Melius latebam, procul ab inuidiæ malis
Remotus, inter corusci rupes maris,
Vbi liber animus, & sui iuris mihi
Semper vacabat studia recolenti mea.

Horat. 1. lib. epist. Inter cuncta leges, & percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter æuum.

Pers. Sat. 5. Petite hinc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

Philosophia speculatio non parua homini consolatio est.

Sen. in Oct. O quàm iuuabat, quo nihil maius parens.
Natura genuit, operis immensi artifex
Cœlum intueri, solis & currus sacros,
Mundiq; motus, solis alternas vices,
Orbemq; Phœbes, astra quem cingunt vaga,
Lateq; fulgens ætheris magni decus.

Ouid. 1. Fast. Fœlices animæ, quibus hæc cognoscere primùm
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter vitijsq; iocisq;
Altius humanis exeruisse caput.
Non Venus & vinum sublimia pectora fregit,
Officiumq; fori, militiæq; labor.
Nec leuis ambitio, perfusaq; gloria fuco.
Magnarum'ue fames sollicitauit opum.
Admouêre oculis distantia sydera nostris
Aetheraq; ingenio supposuere suo.

Ex Græcis & primùm ex Platone.

Plato in Theæt. lib. 2. Maximè enim philosophi hæc affectio est, quæ admiratio dicitur: neque enim aliud præter hoc est philosophiæ principium.

Ibidem. Videntur hi qui in iudicijs & foro ab ineunte ętate reuoluti sunt ad eos qui in Philosophia, & huiusmodi studijs assuefacti sunt, vt serui ad liberos educati fuisse.

De Insti. dial. 5. Hominem ad quamlibet doctrinam degustandam propensiorem, ad discendumq; promptissimum, & inexplebiliter inhiantem meritò Philosophum nuncupabimus.

Dial. 6. de Inst. Pauci restant homines, Adimante, qui dignè cum Philosophia versentur: hiq; sunt qui bona indole nati ac bene enutriti, ocium ad Philosophiam exilio nanciscuntur.

Habes aliquos qui ciuiles honores spernant, præter viros philosophos? GLAVC. Non per Iouem. *Dial. 7. de Inst.*

Firmitatem, synceritatem, fidem, veram esse philosophiam existimo: alias verò & ad alia declinantes scientias & facultates, si quis ornamenta dixerit, rectè, vt arbitror, appellabit. *Plato epist. 10. ad Aristod.*

Si quando, ô Socrates, philosophari turpe esse ducerem, neque me hominem putarem, nec quẽuis alium sic affectum. *Plato in Ama.*

Ne me ita dicere putes, ô Socrates, quasi philosophantem oporteat singulas artes ad summum prosequi, quemadmodum artifices illos: sed vt liberum eruditumq; decet, vt potis sit percipere quæ ab vnoquoq, artifice proferuntur, atque id præ cæteris qui tum adsunt: præterea ita mente omnia coniectare, vt semper ipse elegantissimus ac sapientissimus omnium in vnoquoque eorum quod è quocunque adducitur, appareat. *Ibidem.*

Pulcherrimas atque maximè congruas animo disciplinas esse existimo, ex quibus maximam quis gloriam in philosophia consequatur: maximam verò gloriam adipisci, si omnium artium peritus sit. *Ibidem.*

Nemini malo ac penitus ignaro philosophandum. *In Lysi.*

Et sæpe aliâs, ô beate vir, hoc animaduerti, & nunc maximè, quod non ab re quicunque diutius in philosophia versantur, vbi ad forum se contulerunt, ridiculi Rhetores prorsus apparẽt. *In Theæt.*

THE. Omnes equidem philosophos diuinos appello, ô Socrates. SOC. Et rectè quidẽ amice. Genus autem philosophorum haud multo facilius, vt ita dixerim, quàm deorũ discernitur. Omnes enim quicunque non fictè sed verè philosophãtur, propter aliorum inscitiam omniformes apparent, dum vrbes circuũt, & velut ab excelsa quadam specula, inferiorum vitam prospectant. Atque hi à quibusdam nihil æstimantur, à nonnullis summopere honorantur. *In Soph.*

SOCR. Philosophia, scientiæ acquisitio est. *In Euthy.*

CALL. Philosophia quidem, ô Socrates, gratiosa res est & venusta, si quis illam moderatè, in adolescentiaq; attingat: sin autem supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. *In Gorg.*

Prudentissimum diuina facit philosophia. *In Phædro.*

SOCR. Quicunque philosophiam rectè aliquãdo attigerunt, nimirum videntur latuisse cæteros homines, quòd nihil aliud ipsi commentarentur quàm mori, atq; esse se mortuos. *Ibidem.*

SOCR. Si pura discesserit, & corporeum nihil secum trahens, vtpote quæ sua cum illo inuita cõmunicauerit, sed fugerit illud semper, seq; in se collegerit tanquam semper id meditata: quod quidem nihil aliud est quàm rectè philosophari, mortemq; re vera facilè commentari: an non est hæc meditatio mortis? *Ibidem.*

Philosophus iracundus, & velox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus. *2. de Rep. Dial.*

SOCRA. Quid vim ipsam mitè & mansuetã, nónne philosophi natura habet: quæ si nimiũ coalescit, mollior fit quàm decet: bene autem si enutritur suauis fit atque modesta? GL. Est vt dicis. *3. de Rep. Dial.*

præferens dixisset, Quid tibi profuit Socrates ô Aristippe? Hoc, inquit, quòd oratio, quam pro me dixisti, vera fuit. Defenderat verum bonum & innocentem. Vt autem talis esset, philosophia præstiterat.

Aristippus cùm famulum in itinere gestantem pecuniã onere premi videret, Abijce, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

Philosophia regina. Idem eos qui liberalibus imbuti disciplinis philosophiam negligerent, dicebat esse similes procis Penelopes, quòd hi cum ancillis rem habuerint, cùm domina potiri non possent. Sensit pedissequas moralis philosophiæ disciplinas esse.

Philosoph. nullius eget. Aristippus talentum à Dionysio petijt, quumq; rex, redarguẽdi nactus occasionem, diceret, Non'ne tu prædicabas philosophum non egere? Da, inquit, & postea de hoc disputabimus. Cùm accepisset pecuniam, An nõ, inquit, rectè dixi philosophum non egere? Non eget qui, cùm opus est, habet vnde accipiat.

Alexander Diogenem ita alloquutus creditur, Adsum, ô Diogenes, tibi subuenturus quando quidẽ te video multis egẽtem: cui Diogenes, Vter nostrûm pluribus eget: ego qui vltra pallium & peram nihil desidero, an tu qui patrio non contentus regno, tot periculis temet obijcis, vt latius imperes?

Diogenes interrogatus an philosophi frugalitatem profitentes vescerentur cibis delicatis vt placentis, dixit, quasi philosophi non essent homines.

Idem percõtanti quid lucri caperet ex philosophia, vt nihil, inquit, aliud, certè quod ad omnem fortunam paratus sum.

Idem cuidam procaciter interroganti, cur quum nihil sciret, se philosophum profiteretur, Si philosophum, inquit, simulo, hoc ipsum est philosophari. Subnotans philosophiam rem esse vsqueadeò difficilem, vt eam vel simulare magna sit pars philosophiæ.

Philosophia ro[...] permissa. Alexandrum hortabatur Philippus Macedo, vt Aristoteli diligẽter auscultaret, daretq; operam philosophiæ, inquiens, Ne multa committas, quæ me fecisse nunc pœnitet. Perspexit egregius princeps neminem philosophiæ expertem regno idoneum fore.

Dionysius iunior expulsus regno, cuidam dicenti, Quid tibi Plato & philosophia profuit? Vt, inquit, fortunæ mutationẽ facilè feram. Nec enim manus sibi violentas intulit, sed Corinthi ludum literarium aperuit.

Demetrius cùm Megaram occupasset, Stilbontem philosophum rogauit num quis militum aliquid rerum abstulisset: Nullus, inquit, neminem enim vidi qui scientiam raperet. Sentiens nihil præter virtutem in bonis esse numerandum.

Philosoph. meretrici similis. Gnathæna meretrix reprehensa à Stilpone philosopho, quòd adolescentes corrumperet, Tu Stilpon, inquit, & ego in eodem hæremus crimine: Tu enim adolescentes amatoria quędam & inania doces sophismata, vt nihil referat cum philosopho versentur an cum meretrice.

Philosoph pro[...] [...]. Rhodi cùm Athenienses darent operam Rhetoricis, Bion philosophiam docebat. Ob id reprehensus, respondit: triticum aduexi, & hordeum vẽdo. Nam philosophia velut triticum est & hominum cibus: hordeum equorum: innuens philosophum loqui, rhetores potius hinnire.

Demetrius cùm exularet ac Thebis inglorius viueret, audissetq; Cratetem philosophum de exilio moderatè ferendo disserentem, Male sit, inquit, negotijs per quæ hactenus talem virum non licuit cognoscere.

Crates Thebanus dicebat philosopho nulla re opus esse. Eoq; pecuniam deposuit apud trapezitam hac conditione vt si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin philosophi, nummos distribueret in plebem. Indoctis opus est pecunia, doctis nec opus nec vtilis. *Philosoph. nulla egere.*

Pythagoras dicebat vitam humanam similem esse solemni hominum conuentui: ad quem alij certaturi veniunt, alij negociaturi, nonnulli spectatores futuri. Ac cęteros quidem omnes esse solicitos, solum spectatorem tranquillum frui celebritate: hunc spectatorem aiebat esse philosophum, qui non ob aliud in hoc mundi theatrum prodijt, quàm vt rerum naturas ac mores hominum contempletur. *Philosoph. mundi spectator.*

P ANTE I.

PIETAS.

Pietas fundamentum est omnium virtutum, parentem vt deum vereri atque non multo secus ac parentes, liberos amare debemus. *Cic. pro Planc.*

Pietati summa tribuenda est laus. *2. de orat.*

Omnibus est amori pietas. *Cic. Catilo [...] mil. 15.*

Pietate aduersus deos sublata, fides etiã & societas humani generis, & vna excellentissima virtus, iustitia tollatur necesse est. *1. de nat. deor.*

Pietas grata est deo. *2. de legib.*

Pietas maximè & religio versatur in animis nostris, cùm rebus diuinis operam damus. *2. de legib.*

Habet suos impetus pietas. *Quinti. decl. 6.*

Prima pietatis magistra natura est. *In vist. [...].*

Quò miserius experitur pietas, eò certius. *Ibidem.*

Sis parum acutus modò sis pius. *Ibidem.*

Mortalis quum sis, ne sapias quæ supra dei voluntatem sunt.

Deum cole, & omnia facies diuino instinctu.

De pietate & loquere & disce.

Nulla vis maior est pietate vera. *Seneca in Thyeste.*

Tam sanctæ pietatis Aeneas fuisse dicitur, vt illæsus per ignem incederet.

Descendo, ac ducente deo flammam inter, & hostes *Verg. 2. Aenei.*

Expedior, dant tela locum, flammæq; recedunt.

Hinc satus Aenas pietas spectata per ignes, *Ouid. 4. Fast.*

Sacra, patremq; humeris, altera sacra tulit.

An magis hunc morem pietas Aeneia fecit, *Ibidem.*

Innocuum victo cui dedit ignis iter?

Cùm foret Aeneæ ceruix subiecta parenti, *2. de Ponto.*

Dicitur ipsa viro flamma dedisse viam.

Non tamen euersam Troiæ cum mœnibus esse *13. Metamorph.*

Spem quoque fata sinunt, sacra, & sacra altera patrem

Fert humeris venerabile onus, Cithareius heros.

De tantis opibus prædam pius eligit illam,

Ascaniumq; suum.

Piet

Euripid. Pietatem secunda spirante fortuna decet Colere.

Pietatis Exempla.

Ex Latinis.

Pietas Coriolani. Coriolanus vir maximi animi, & consilij altissimi, optimeq; de rep. benemeritus, iniquissime damnationis ruina prostratus, ad Volscos Romanis infestos confugit: Apud quos summum adeptus est imperium, euenitq; vt quem pro se salutarem imperatorem ciues habere noluerãt, pestiferum penè ducem aduersum se experirentur: frequenter enim fusis exercitibus nostris, ad mœnia vrbis Volscis aditũ struxit. Quapropter fastidiosus Romanus populus, qui reo non pepercerat, exuli coactus est supplicare, & missi ad eum deprecandum legati, deinde sacerdotes, qui tamen nihil profecerũt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter & mulieres imminens lamentabãtur exitium. Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniam vxorem eius, & liberos secum trahens, castra Volscorum petijt: quam vbi filius aspexit, properè matris complexum vt amens petijt. Illa, ex precibus in iram versa, ait: Sine vt prius, quàm complexum accipiam, sciam an ad hostem, an ad filium venerim, captiua'ne an mater in castris tuis sim. In hoc me longa vita, & infœlix senecta traxit, vt exulem, deinde te hostem viderim? potuisti populari hanc terram, quæ te genuit, atq; aluit? nisi te pepenissem, Roma non oppugnaretur. His, & vxoris, & liberorum fletibus commotus, matrem complexus est Coriolanus, inquiens, expugnasti & vicisti iram meam patria. Precibus huius, cuius vtero conceptus sum, te quamuis meritò mihi inuisam, dono. Continuò igitur Romanũ agrum hostilibus armis liberauit.

Pietas Africani superioris. Eadem pietas Africanum superiorem, vixdum pubertatis annos ingressum ad opem patri in acie ferendam virili robore armauit. Consulem enim eum apud Ticinum fluuium, aduersis auspicijs cum Annibale pugnantem saucium grauiter, interceſſu seruauit suo. Neque illum ætatis infirmitas, aut militiæ tirociniũ, aut infœlicis prælij pertimescendus exercitus, interpellauit, quo minus duplici gloria conspicuus, coronã imperatore simul & patre ex ipsa morte rapto, mereretur.

Lucio Manlio Torquato diem ad populum Pomponius Tribnus pleb. dixerat, quòd filium optimę indolis iuuenẽ, rustico opere grauatum, publicis vsibus subtraheret. Id cùm Manlius adolescens cognouisset, protinus vrbem petijt & Pomponij domum prima luce, eductoq; gladio, minis & terrore compulsum Tribunum iurare coëgit, à patris accusatione recessurum, eoq; effectũ est vt Torquatus crimine liberatus fuerit.

Hanc pietatem æmulatus M. Cotta eo ipso die quo togam virilẽ sumpsit, protinus vt è Capitolio descendit, C. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, postulauit, protractumq; reum iudicio affixit, & ingenium & adolescentiam præclaro opere auspicatus.

C. Flaminius Trib. Pleb. cùm legẽ de Gallico agro viritim diuidendo, inuito & regugnante Senatu promulgasset, precibus, minisq; eius acerrimè resistens, cùm pater ei pro rostris legem inferenti manum iniecisset, priuato fractus imperio, descendit è rostris.

Claudia virgo Vestalis, cùm patrem suum triumphantẽ, è curru violenta manu Tribuni plebis detrahi animaduertisset, mira celeritate vtriusq; se interponendo amplissimam potestatem inimicitijs accensam depulit. Ita alterũ triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Vestæ duxit, nec discerni potuit, vtri plus laudis tribueretur, cui victoria, an cui pietas comes aderat.

Sanguinis ingenui mulierem Prætor capitis crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit, quàm, qui custodiæ præerat, misericordia motus non enecauit, sed aditum ad eam filiæ dedit, ea lege ne quid cibi inferret, existimans futurum, vt inedia consumeretur. Cùm autem iam dies plures intercederent, admiratus quòd tandiu sustentaretur, curiosius obseruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis sui subsidio lenientem. Itaque tam admirabilis spectaculi nouitas, remissionem pœnæ mulieri impetrauit. Quò non penetrat, aut quid non excogitat pietas? Quid enim tam inusitatum quàm matrem vberibus natæ alitam esse? putaret aliquis hoc contra rerum naturã factum esse, nisi diligere parentes prima naturæ lex esset. Pietas filiæ in matrem.

Cimon patri suo sepulturam voluntarijs vinculis emere non dubitauit. Nam etsi maximus ciuis, & dux euasisset, plus tamẽ laudis in carcere quàm in curia assecutus est. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multũm, pietas verò etiam amoris plurimùm meretur.

Filia quædam Romana patrem suum vltimæ senectutis, velut infantem, pectori suo admotũ aluit, custodiæ traditum. Hærent ac stupent hominum oculi, cùm huius facti pictam imaginem vident, casusq; antiqui conditionem, præsentis seculi admiratione renouant.

Externa.

Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus, ad sacra Iunonis peragenda matrem vexerunt, & patrem & matrem per medios Ætnæ ignes portarunt.

Dario rotis sui regni viribus in Argiuorum regionem venienti, & impetum subinde facienti, paulatim cedere cœperunt, & ad vltimas solitudines venerunt. Interrogante igitur Dario per legatos quem fugiendi finem aut quod pugnãdi initium facturi essent, respõderũt se nec vrbes, nec agros cultos habere pro quibus dimicarent: cæterùm cùm ad parentum monumenta venissent, sciturum Darium, quemadmodum Argiui præliari soleant. Quo quidem vno tam pio dicto immanis & barbara gens ab omni se feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerum natura pietatis est magistra.

Crœsi filius, captis à Cyro Sardibus, cùm vnus è numero Persarum, ignarus viri, in cædem eius cõcitato impetu ferretur, velut oblitus quid sibi nascenti fortuna denegasset, ne patrem occideret proclamando, penè iam impressum mucronem iugulo reuocauit.

Pluto

Pluto quidam iuuenis, Italico bello tanto animi & corporis robore armatus fuit, vt cùm obsessæ vrbis suæ claustris præsideret, & Romanus imperator patrem eius captum districtis militum gladijs circundedisset, occisurum se minitans, nisi irruptioni suę iter præberet, solus è manibus eorum senem rapuit.

Pietas erga Fratres.

Scipio maior Senatum supplex orauit ne prouinciæ sors fratri suo erepta ad eum trásferretur, legatumq; se L. Scipioni in Asiam iturum promisit, & maior natu minori, & belli gloria excellens laudis inopi cedere voluit. Itaque clarissimorum cognominum alterum sumpsit Africanum, alterum Asiaticū fratri dedit, triumphiq; prætextam huius excepit, illius tradidit ministerio aliquanto maior, quàm frater Imperio.

M. Fabius Consul, inclyta pugna Veientibus & Hetruscis superatis, delatum sibi summo Senatus & populi studio triumphum non duxit, quòd in eo prælio Qu. Fabius frater eius cósularis fortissimè dimicans occiderat. Quanta fuit in eo pectore pietatis fraternæ charitas, vt propter eam tátus amplissimi honoris fulgor extinctus fuerit?

Miles quidam Pompeij cùm Sertorianum militem acrius sibi in aciem instantem comminus interemisset, iacentemq; spoliaret, vt fratrem esse cognouit, multum conuitio deos insecutus, ob impiæ victoriæ donum, præciosa veste opertum, rogo imposuit, ac protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus suum transuerberauit, seq; super corpus fratris prostratum communibus flammis cremandum dedit.

PIGRITIA.

Plaut. in Bacchid. — Sibi ne inuideatur ipsi ignaui rectè cauent.

Plaut. in Rud. — Opera
Haud fui parcus mea, nimis, homo nihil est, qui piger est:
Nimisq; genus id odi ego male.

Pigri in dies actiones suas procrastinant.

Pers. Sat. 5. — Cras hoc fiet. idem cras fiet? quid, quasi magnum
Nempe diem donas? sed cùm lux altera venit,
Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit vltra.
Nam quamuis prope te, quamuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum,
Cùm rota posterior curras, & in axe secundo,
Cras te victurum, cras dicis Posthume semper.

Martialis lib. 5. Epigr. — Dic mihi cras istud Posthume quando venit?
Quàm longè cras istud vbi est? aut vnde petendum?
Nunquid apud Parthos, Armeniosq; latet?
Iam cras istud babet Priami, vel Nestoris annos:
Cras istud quanti dic mihi posset emi.
Cras viues, hodie iam viuere Posthume serum est,
Ille sapit quisquis, Posthume vixit heri.

Sen. ex epist. — Pigro, supplicij loco, labor est: luxurioso frugalitas pœna est.

Curt. lib. 9. — Nec pigri quidem sua fata disponunt, sed, vnicum bonum diuturnam vitam existumátes, sępe acerba mors occupat.

Idem lib. 8. — Grata est pigritia corporum fatigatis.

Quintil. lib. 10. — Pigri et ingenij contentum esse ijs, quæ sunt ab alijs inuenta.

Cæsar de bello Gallico lib. 6. — Sic sunt animo consternati homines, inassueti laboris, vt omnia quæ imperantur sibi patienda & perferenda existiment.

POENA.

Pœna pro peccato inferenda.

Horat. Sat. 3. lib. 1. — Adsit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas:
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Ouid. epist. 5. — Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est.
Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Claudianus. — Qui fruitur pœna ferus est, legumq; videtur
Vindictam præstare sibi cùm viscera felle
Canduerint, ardet stimulis, ferturq; nocendi
Prodigus, ignarus causæ.

Seneca in Troade. — Si pœna patitur, quæ pati grauior potest?
Famulare collo nobili iugum subeat.

POENITENTIA.

Horat. Ode 24. lib. 3. — Scelerum si bene pœnitet
Eradenda cupidinis
Praui sunt alimenta.

Ouid. 1 de Pōt. — Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,
Cùm bene peccati pœnituisse videt.

Seneca in Thyeste. — Quem pœnitet peccasse, penè est innocens.
Pœnitentia est hominibus iudicium.

POËSIS.

Poësis picturæ similis.

Horat. in arte. — Vt pictura, poësis erit, quæ si propius stes
Te capiet magis, & quædam si longius obstes.
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.

Horat. in arte. — Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Poëta aliquando errat.

Horat. in arte. — Sunt delicta tamen quibus ignouisse velimus.
Nam neq; chorda sonum reddit, quem vult manus, & mens,
Poscentiq; grauem persæpe remittit acutum.
Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Horat. in arte. — Quandoque bonus dormitat Homerus.

Ibidem. — Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vitæ.

Ibidem. — Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci,
Lectorem delectando, pariterq; mouendo.

Faustus. — Delphica, non redolens spirantia numina carmen
Secula, sed fœtens nostra cacumen babent.

Poëtæ effectus, seu intimatio lepidissima eorum circa quæ versari debet.

Horat. in arte. — Ille bonis faueatq;, & concilietur amicè,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensæ breuis, ille salubrem
Iustitiam, legesq;, & apertis ocia portis.

Ille tegat commissa, ideoq; precetur, & oret
Vt redeant miseris, abeat fortuna superbis.

Poetarum dicta obscœna fugienda sunt.

Ouid. 2. de rem. amo. Eloquar inuitus, teneros ne tange poëtas.
Submoueo dotes impius ipse meas.
Ouid. 2. de Pôt. Sunt tamen inter se communia sacra poëtis
Diuersum quamuis quisq; sequamur iter.
Horat. de arte. Natura fieret laudabile carmen an arte.
Quæsitum est. ego nec studium sine diuite vena,
Nec rude quid prosit video ingenium, alterius sic
Altera poscit opem res.

Poëtarum est ficta pertractare, quæ tamen veritati conueniant.

Horat. de arte. Picta voluptatis causa, sint proxima veris.

Poëtarum vtilitas magna est, eo quòd nos multa doceant bona.

Horat. li. 2. epi. ad August. Scribimus indocti doctiq; poëmata passim.
Hic error tamen, & leuis hæc insania quantas
Virtutes habeat, sic collige.

Ex Platone.

Plato de Pub. r. libr. 11. SOCRAT. Poëtarum adminiculis peragendum: hi namq; nobis tanquam patres atque duces sapientiæ sunt.

Plato de furore poetico lib. 14. Quamobrem, ô Socrates, cùm aliquis de alio poëta disserit, neque mentem adhibeo, neq; quicquam existimatione dignum coniectare & conferre valeo: sed oscito prorsus atq; torpeo. Postquam verò Homeri quis mentionem fecerit, confestim excitor, atque mentem adhibeo, & facultas dicendi suppeditare mihi videor.

Ibidem. SOCR. Omnes itaq; carminum poëtæ insignes non arte, sed diuino afflatu omnia ista præclara poëm ita canunt. Res enim leuis, volanlis, atq; sacra poëta est: neq; poëta prius canere potest, quàm deo plenus, & extra se positus, & à mente alienatus sit. Nam quandiu mente quis valet, neque fingere carmina, neq; dare oracula potest.

In Pythagora. lib. 17. Videtur mihi disputatio de rebus Poëticis persimilis esse conuiuijs imperitorum & plebeiorum: qui cùm propter inscitiam nequeant inuicē propria voce colloqui, mercede exhibita tibicines introducunt: & aliena voce conuiuium transigunt. Vbi autem boni & eruditi viri conueniunt, neq; tibicines, neq; cantatrices vllas videbis, sed eos propria voce, remotis nugis, conuiuium celebrare, & alterius interrogationibus & responsionibus modestè disserere, etiam si vinum abundè biberint.

In Phæd. lib. 16. Qui absque furore musarum poëticas ad fores accedit, confidens arte quadam poëtam se bonum euasurum, inanis ipse quidem.

3. de leg. dial. Diuinum Poëtarum genus est, dijs agitur, & sacros concinit hymnos: vnde vera passim cum musis, atque Gratijs tangere solent.

In Lysim. Poëtæ tanquam patres atque duces sapientiæ sunt. Dicunt profectò nō malè dū qui amici sunt, admonent. Homines præterea conciliatoris dei ductu amicos fieri volunt: sic enim aiūt: Deus similem semper ducit ad similem, & notum facit. An non in hæc aliquando carmina incidisti? Incidi. Fortasse & in sapientissimorum scripta, in quibus eadem hæc affirmant, simile simili semper necessariò amicum esse.

In Protag. HOSP. Literas vbi tantùm didicerūt poëtę, ad scriptaq; conuertuntur, poëtarū in primis excellētiū opera illis legēda ediscēdaq; proponunt. quibus monumēta quamplurima, priscorūq; virorū virtute præstantiū gesta laudantur, vt puer æmulatione accēsus pręclara maiorū facinora imitetur.

HOSP. Vbi pulsare citharam didicerunt, rursus poëtarum aliorū modulatione præstantiū cantilenas edocent, quas ad citharam canant, rythmosque & harmonias puerorū animis cōciliare cnnātur, vt minores, modestiores, & cōcinniores effecti, & ad agendū vtiles sint, & ad dicēdū. *Ibidem.*

Prudentiæ, aliarumq; virtutū, poëtæ oēs genitores sunt, nec nō artifices illi qui inuentores dicūtur. *In Conu.*

SOCR. Post ciuiles homines ad poëtas me cōtuli, quasi hîc perspicuè deprehensurus me his esse rudiorē. Acceptis itaq; eorū libris, sciscitatus sum eorū sensa, vt nōnihil ab ipsis prædiscerē. Deprehēdi igitur in poëtis, eos nō sapientia facere quæ faciunt, sed natura quadā ex diuina animi cōcitatione, quēadmodū & hi qui diuino furore afflati vaticinātur. Nā hi multa quidē dicūt atq; præclara: sed eorū quæ dicūt, nihil intelligūt. Tali quodā pacto poëtę affecti fuisse mihi vidētur, & simul animaduerti eos in alijs quoq; ꝓpter poësim oīm se sapiētissimos indicare, in qbus nō sunt sapiētes. *In Apol.*

Quid petitur sacris nisi tantùm fama poëtis, *Ouid. 3. de arte.*
Hoc votum nostri summa laboris habet.
Cura ducum fuerant olim, regumq; poëtæ,
Præmiaq; antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maiestas, & erat venerabile numem
Vatibus, & largæ sæpè dabantur opes.
Ennius emeruit Calabris in montibus hortos,
Contiguus poni Scipio magne tibi.
Nunc hederæ sine honore iacent, operataq; doctis
Cura vigil musis, nomen inertis habet.
Sed famam vigilare iuuat: quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus?
Vatibus æternis cœlo descendit ab alto *Fast.*
Ad noua diuinus facta canenda furor.
At sacri vates, & diuûm sacra vocamur: *Ouid. 3 amor.*
Sunt etiam qui nos numem habere putent.
Est deus in nobis, agitante calescimus illo, *6 Fast.*
Impetus hic sacræ semina mentis habet.
Est deus in nobis, sunt & commercia cœli, *Idem. 3. de arte.*
Sedibus æthereis spiritus ille venit.
Adde quòd insidiæ sacris à vatibus absunt, *Ibidem.*
Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi:
Contempto colitur lectus & vmbra foro,
Vatis auarus *Hora lib 2. epist.*
Nō temerè ē animus, versus amat, hoc studet vnū,
Detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet,
Non fraudem socio, puero non cogitat vllam
Pupillo, viuit siliquis, & pane secundo.
Militiæ quanquam piger & malus, vtilis vrbi.
Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari,
Os tenerum pueri, balbumq; poëta figurat.
Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurē,
Mox etiam pectus præceptis format amicis.
At qui legitimum cupiet fecisse poëma, *Ibidem.*
Cum tabulis animum Censoris sumet honesti,
Audebit quæcunque parum splendoris habebunt,
Et sine pondere erūt, & honore indigna ferentur,
Verba mouere loco, quamuis inuita recedant,
Et versentur adhuc intra penetralia Vestæ.

Obſc

Obscurata diu populo, bonus eruet, atq;
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Que priscis memorata Catonibus, atq; Cethegis.
Nunc situs informis premit, & deserta vetustas.
Adsciset noua, quæ genitor produxerit vsus.
Et vehemens, liquidus, puroq; similimus auro
Fundet opes, latiumq; beabit diuite lingua,
Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
Leuabit cultu, virtute carentia tollet.
Iouian. Litigiosa fugit studiosus iurgia vates.
Non amat insanum musa quieta forum.

Similia.

In Plutarcho. Quemadmodum iuxta Philoxenum, suauissimæ sunt carnes, quæ non sunt carnes, & iucundissimi pisces, qui nō sunt pisces: ita maximè delectet admixta philosophia poësis, & poësi admixta philosophia.

Quidā amethystum adhibent in compotationibus aduersus ebrietatem: multo magis in audiendis poëtis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiant animum.

Vt in his locis vbi multæ nascuntur herbæ ad remediū efficaces, in ijsdē multæ nascūtur lethales: Sic in Poëtis multa præclara, multa pestifera.

Vt Simonides dixit, stupidiores esse Thessalos, quā vt à se decipi possent: Sic qui feliciore sunt ingenio, citius à poëtis corrumpuntur.

Si multi inebrientur vino, nō ob id incidēdæ vites, vt iussit Lycurgus, sed propius admouendi fontes: ita si multi abutuntur poëtica, non protinus abijciēda, sed adhibēda cautio vt fiat salutaris.

Vt mandragora iuxta vites nascens, vinum reddit lenius: ita philosophia admixta poëticæ, moderatiorem efficit eius cognitionem.

Non vt inuenire licet sacra sine tibiis & choro: ita poësim absq; mendacio licet inuenire.

Vt fœdis animantibus scitè effictis delectamur: ita in Poësi, quia est rerum adumbratio, etiam mala rectè effict a delectant.

Vt in parricido, aut incestu depicto, artē laudamus eius qui depinxit, rē ipsam detestamur: itidem in poëtis elocutionē imitabimur, rē execrabimur.

Quædā per se non pulchra, quibusdam ob id bona sunt, quòd apta: ita in poëtis laudantur quædā, quòd personis cōgruant, tametsi alioqui fœda.

Vt periculum fit, si omnes in idē nauis latus inclinent, sed alijs alio inflectentibus nauis optimè libratur: Sic seditio & dissentio poëtarum inter se facit, vt minus inficiant opinionem lectoris.

Quemadmodū medici cātharidas, quæ lethale venenū est, pedibus tamen & alis ad remedium vtuntur: ita licet ex eadem poësi decerpere, quo medearis illius veneno. Nam semper aliquid admiscent, quo significent se dānare quod narrant.

Quemadmodum in vite luxuriantibus folijs ac palmitibus, sæpe fructus occultantur: ita in poëmatibus, figuris ac fabulis luxuriantibus, multa cognitu vtilia fallunt adolescentem.

Quemadmodum in eisdem pascuis apis florem sequitur, capra fruticem, sus radicem, quadrupedia fructū: Sic in poëtis alius aliud quærit, hic historiam, ille sermonis ornamenta, ille probationes, ille præcepta viuendi.

Vt qui subitò è summis tenebris in lucem educitur, magnopere perturbatur, nisi paulatim lumini assueuerit: Sic in poëtis prælegendis philosophorum opiniones inspergendæ in animos puerorum, ne postea ad tam diuersas doctrinæ rationes perturbentur.

Qui biberint ex Clitorio lacu, ijs vini tędium oboritur: ita qui semel poëticem degustarint, à philosophia aborrent, aut cōtrà: siue qui se mundanis voluptatibus ingurgitant, abhorrent ab honestis illis, ac veris oblectamentis.

Vt aromatum, florumq; odor gratior sentitur è longinquo quàm è proximis (offendunt enim naribus admota, quæ procul delectabant): ita sunt, quæ si leuiter attingas, placent: sin accuratiùs excutias, gratiam amittant: quod genus sunt poëtarum fabulæ, aut gentilium historiæ.

Gorgias sophista dicebat tragœdiam esse deceptionem, qua qui alterum decepisset, iustior esset eo qui non decepisset: & qui deceptus esset, sapientior foret eo qui non esset deceptus. Fallit enim Tragœdia ficta tractans argumenta, sed adeò scitè, vt vera credantur.

P ANTE O.

POPVLVS.

Ex Cicerone.

Maximus magister populus. *Cic. 3. Tuscul.*

Populus sine comparatione probat, esse melius non sentit: illud quod est qualecunque est, probat. *De clar. Orat.*

Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. *Pro Rosc. Com.*

Homines opinione non minus famæ, quàm aliqua certa ratione commoueri solent. *Pro lege Manil.*

Fama, & multitudinis iudicio mouentur homines, vt id honestum putent quod à plerisq; laudetur. *1. Tuscul.*

In imperita multitudine est varietas & inconstantia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. *Pro domo sua.*

Qui in oculis est multitudinis, tamen illius iudicio stare nolit: nec quod illa putat, idem putet pulcherrimum. *2. Tuscul.*

Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. *2. de leg.*

Plus apud nos ratio valet, quàm vulgi opinio. *1. Parad.*

Grauior & validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitæ. *Pro Plancio.*

Non comitiis iudicat semper populus, sed mouetur plerunque gratia, cedit præcibus, facit eos à quibus est maximè ambitus: deniq; si iudicat, nō delectu aliquo aut sapiētia ducitur ad iudicandū, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semperq; sapientes ea quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. *Pro Plancio.*

Pictor quidam interrogatus, quem habuisset artis magistrum, digito populum ostendit, sentiens se ad populi iudicium pingere, & obseruando quid quisq; sentiret, quid probaret, aut improbaret, artem fuisse consecutum. *Populi iudiciū.*

Nullum fretū, nullus Euripus, tot motus, tā varias fluctuum habet agitationes, quātas perturbationes, & quantos æstus habet comitiorum ratio. *Pro Murena.*

Dies vnus intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam opinionē parua commutat nōnunquā aura rumoris. Sæpe etiam sine vlla aperta causa fit aliud atque existimamus, vt nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur, quasi verò non ipse fecerit.

Ex Demosthene.

Ex orat. de falsa legat. Populus sanè turba est, & res omnium instabilissima ac imprudentissima, vt in mari fluctus flexibilis & inquietus, qui, vt contingit, agitatur: alius venit, alius recessit, ac nemo Reipub. curam gerit, imò ne meminit quidem.

Ibidem. Ne ostēdite vtilius esse externas amicitias sibi conciliare, quàm populi fidei seipsum committere.

Contra Andr. Pecuniæ comparandę nunquam populus studiosè operam dedit, sed ita gloriæ vt nihil aliud magis expeteret.

De falsa legat. Non est quod præ ceteris magis cauere oporteat, quàm ne aliquis permittatur vt in populo maior potennorq; fiat.

Populus nocētissima bellua. Demosthenes inter fugiendum arcem Palladis suspiciens, sublatis manibus dixisse fertur: O Pallas vrbium domina, cur tribus infaustissimis bestijs delectaris, noctua, dracone, & populo? Populus enim bellua multorum capitum pessimam gratiam referre solet optimè de se meritis.

Plutarc. in moral. Qui captat aues, earum voces imitatur, vt alliciat in laqueos: Sic vt populum in tuam adducas sententiam illius ingenio obseruias.

Vt qui obtuso fræno conatur equum domare, excutitur, equo contemnente frænum, Sic qui populum vincere conatur, non satis instructus potentia, ab imperio deturbatur.

Qui populum ludis, epulis, largitionibus regunt, similes sunt ijs, qui bruta animalia pascunt, aut venantur.

Musici leui chordarum tactu demulcēt, non graui pulsu: Sic orario placida citiùs quàm aspera mouet populum.

Qui venantur bestias, induunt exuuium cerui: qui aucupantur aues, plumatis vtuntur tunicis, cauentq; ne tauris appareant in veste purpurea: aut alba elephantis: Sic qui ferum populum cicurare velit, moribus ac vestitu semet illi ad tempus accommodet.

Qui eqoos domant, primùm blandiuntur, ac mollissimè tractant, vt assuescant fræno: Sic populus lenitate subeundus.

POTENTIA ET POTESTAS.

Quantò potentior aliquis est, tantò miserior ob timorem perpetuum.

Senec. in Thyeste.

Anxius sceptrum tenet, & mouentes
Cunctas diuitias, metuitq; casus
Mobiles rerum: dubiumq; tempus.

Idem in Agamemn.

Regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti,
Dubioq; nimis excelsa loco,
Nunquam placidam sceptra quietem
Certum' ue sui tenuere diem.
Alia ex alijs cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas.
Non sic Lybicis syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus.

Idē in Hercule Oetæo.

Tu quicunque es, qui sceptra tenes,
Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulset.
Cum tot populis stipatus eas,
Cum tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen Erinnys,
Et cùm magnæ patuēre fores
Intrant fraudes, cautiq; doli.

Ibidem.

Cespes Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos:
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora diuitum
Quantos intus sublimes agit
Fortuna metus? Brutia Coro
Pulsante fretum mitior vnda est.

Lucret. lib. 5. de nat. rer.

Nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitam, belloq; fatigant.

Ouid. 1. Metamorph.

Nulla potentia longa est.

Quantò potentior es, tantò humilior sis.

Senec. in Thyeste.

Vos quibus rector maris atq; terræ
Ius dedit magnum necis, atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosq; vultus.
Quicquid à vobis minor extimescit,
Maior hoc vobis dominus minatur.
Omne sub regno grauiore regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Idē in Troade.

Quoq; fortuna altius
Eoexit, atque leuauit humanas opes,
Hoc se magis supprimere fœlicem decet,
Variosq; casus tremere, & metuentem deos
Nimium fauentes: magna momento obrui
Vincendo didici.

Ibidem.

Minimum decet libère, cui multum licet.

Terent. in Adelph.

Ah Demea, hoc tu facito, vt tecū animo cogites
Quàm vos facillimè agitis, quàm estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maximè vox æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos vultis perhiberi probos.

Claudi. lib. 2.

Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabilesq; deos, ac lubrica numina discat.
Illa manus, quæ sceptra sibi gestanda parabat,
Cuius se tones submisit ad oscula supplex
Nobilitas, inhumata diu, miseroq; reuulsa
Corpore, feralem quæstum post fata poposcit.
Abiiciat, ne quis nimium sublata secundis
Colla gerat, triuijs calcandus spargitur ecce
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos extruxit culmina manes.
Et qui sydonio velari credidit ostro,
Nudus pascit aues: iacet, hem qui possidet orbem
Exiguæ telluris inops, & puluere raro
Per partes tegitur, nusquam totiesq; sepultus.
Senserunt conuexa necem, tellusq; nefandum
Emolitur onus.

Verè potens est, qui cupiditatem subegit rationi.

Boetius metro 5. lib. 3.

Qui se volet esse potentem
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis.
Etenim licet Indica longè

Tel

Tellus tua iuta tremiscat,
Et seruiat vltima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miserasq; fugare querelas
Non posse, potentia non est.
Horat. ode 29. lib. 3. Ille potens sui
Lætusq; deget, cui licet in diem
Dixisse, vixi.
Senec. in Agam. Nemo potentes aggredi tutus potest.
Senec. in Herc. fur. Ille superbos aditus regum
Durasq; fores expers somni
Colit, ac nullo fine beatas
Componit opes, gazis inhians,
Et congesto pauper in auro.

Potentes fugiendi.

Ouid. 3. Trist. Vsibus edocto si quicquam credis amico
Viue tibi, & longa nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita:
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes,
Non prosunt, potius plurimum obesse solent.
Effugit hybernas demissa antemna procellas,
Lataq; plus paruis vela timoris habent.
Ibidem. Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret Eumenides orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos:
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
Cœpisset genitor si Phaëthonta Merops.
Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositiq; memor contrahe vela tui.
Viue sine inuidia, mollesq; inglorius annos
Horat. lib. 1. epist. ad Fuscum. Exige, amicitias & tibi iunge pares.
Si quid mirabere, pones
Inuitus, fuge magna, licet sub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.

Potentum opera haud secreta esse possunt.

Iuuen. Sat. 9. O Corydon Corydon secretum diuitijs vllum
Esse putas? serui vt taceant, iumenta loquentur.

Potestas terrena bonum non est, quia à malis habetur.

Boetius metro 6. lib. 2. Hic tamen sceptro populos regebat,
Quos videt condens radios sub vndas
Phœbus extremo veniens ab ortu,
Quos premunt septem gelidi triones,
Quos notus sicco violentus æstu
Torret ardentes recoquens arenas.
Celsa non tandem valuit potestas
Vertere praui rabiem Neronis?
Heu grauem sortem quoties iniquus
Additur sæuo gladius veneno.

Potestas omnis consortis est impatiens.

Lucanus lib. 1. O malè concordes, nimiaq; cupidine cæci
Quid miscere iuuat vires, orbemq; tenere
In medio? dum terra fretum, terramq; leuabit
Aër, & longi voluent Titana labores,
Noxq; diem cœlo totidem per signa sequetur,
Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Ibidem. Stimulos dedit æmula virtus,
Nec quêquam iam ferre potest Cæsar've priorem,
Pompeius've parem.

Potentia malis exposita.

Quatiunt altas sæpe procellæ, *Seneca in Oct.*
Aut euertit fortuna domos.
Minus in paruis fortuna furit.
Humida vallis
Raros patitur fulminis ictus.
Summa petit liuor, perflant altissima venti, *Ouid. 2. de Remed. am.*
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.
Feriunt celsos fulmina colles: *Senec. in Aga.*
Corpora morbis maiora patent.
Non capit vnquam magnos motus *In Hippo.*
Humilis tecti plebeia domus.
Cui peccare licet, peccat minus ipsa potestas. *Ouid. 3. am.*
Semina nequitiæ languidora facit.

Hactenus ex poëtis Latinis.

Nemo quantum potest experiatur aduersus eos, per quos cœpit posse. *Seneca epi. 91.*

Hæc conditio principum est, vt quicquid faciant, præcipere videantur. *Quintil. decl. 3.*

Arduum est, duas simul potestates capere. *Plin. iunior.*

In bonis fortunæ summa laus est, non extulisse se in potestate: non fuisse in pecunia insolentem: non se prætulisse alijs, propter abundantiam fortunæ, vt opes & copiæ, non superbiæ videantur ac libidini, sed moderantiæ facultatem & materiam dedisse. *Cic. 2. de offic.*

Malè vim suam potestas alienis iniurijs experitur. *Plin. iunior.*

Nulla quęsita scelere potentia, potest esse diuturna. *Curtius lib. 10.*

Emititur sola virtute potestas. *Claud. de 3. cōs.*

Ex Græcis.

Potentum ignorantia teterrima est. *Plato de summo bono.*

Nimium potentes non se subijci patiuntur.

Nemo magnus in potestate cū stultitia & flagitijs. *Arist. Polit. 5.*

Non potest in potestate latere malitia. *Plutar. de morte Alex.*

Inuidia necessariò potentiæ comes. Vnde ille recto consilio ducitur, qui in maximis rebus eligit, quod inuidiæ est obnoxium. *Idem de doct. princip.* *Thucydid.*

Vt computatorum digiti, nunc vnum, nūc decem millia significant, ita regum quoq; amici, interim totum, interim minimum possunt. *Plut. in Apop.*

Vehementes sunt potentum animi, & aliquo modo leui momento incipientes, subinde inualescentes difficulter iras deponunt. *Eurip. in Med.*

Consiliorum multitudo cōgregata imbecillior est, stultiore animo summo imperio prædito, vnius potestas sit, & in rep. & in re domestica. *Eurip. in Andro.*

Nulla extra iustitiam potentia priuatim & publicè valet. *Eurip. ibidem.*

Nihil est ab eorum potentia periculi, qui nocendi voluntatem non habent. *Demo. 2. olynt.*

Saturitas ferocitatem parit, imperia autem potentiæ coniuncta, in saniam. Potentiæ mansuetudo iungatur. *Pitta.*

De potentibus in ciuitate vide fusius titulum de ciuitate.

Potens inferiorem non premeret.

Agesilaus cùm vidisset murem momordisse puerū à quo teneretur, dixit: Quū animalculū sic eos vlciscitur à quibus læditur, quid viros oporteat facere cogitate. Scitè significans, ne quis quamlibet potens opprimat inferiorem.

Dicebat Chilo potentiæ adiungendam esse man-

suetudinem, vt à suis reges non tam metum extorqueant, quàm impetrent reuerentiam.

Admonebat Cato senior vt qui potentes essent, parcè vterentur potestate, vt semper vti possent.

Sentiens potentiam clementia & comitate fieri diuturnam, ferocia verò breuem.

Potestas abdicata. Proferentibus coram Iulio Cæsare, quòd Sylla dictaturam deposuisset, cùm Cæsar perpetuã gereret, respondit Cæsar, Syllam nesciuisse literas, eoq; dictaturam deposuisse. Dictant grammatici discipulis & præceptores: hûc alludens dixit illum literas nescisse.

Potestas empta. Sylla Præturam emptus comminatus est Cæsari, se sua in illum potestate vsurum. Iure, inquit, ridens Cæsar, tuam potestatem appellas, quam tuo ære mercatus es.

Potentia innoxia. Pericles moriturus in hoc gloriabatur, quòd ipsius causa nullus Atheniensiũ pullam vestẽ induisset: Significans se etiã in amplissima potentia, nulli mortis causam fuisse, nec vlli diẽ capitis ab ipso dictum.

Potentia inuidiosa. Quũ Pompeius graui laboraret inuidia ob immodicã potentiã, & ob vulnus tibiã vinctã baberet, dixit aliquis, quid refert vbi gestet diadema, in capite an in crure? Nã candidum amiculum olim erat insigne regum.

P ANTE R.

PRÆCEPTOR.

Ex Cicerone.

Cic. 3. de diuin. NVllum munus Reip. afferre maius, melius'ue possumus, quàm si doceamus atq; iuuentutẽ erudiamus, ijs præsertim moribus atq; temporibus quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda atq; coërcenda sit.

Cato maior. Nulli bonarum artium magistri nõ beati putandi, quamuis consenuerint vires atq; defecerint.

In Lælio. Pædagogi negligendi non sunt, sed quodammodo colendi.

3. de orat. Iidẽ erãt antiquitus viuẽdi præceptores, atq; dicẽdi.

Pro Planc. Nemo est nostrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non sui magistri, atq; doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse aut doctus aut altus est, cũ grata recordatione in mẽte versetur.

Quintil. lib. 1. Optimus quisque præceptor frequentia gaudet.

Idem lib. 2. Præceptor nec habeat vitia, nec ferat.

Lib. 2. Præcipiamus omnia, vt saltem plura fiant.

Idem lib. 7. Tradi omnia, quæ ars efficit, non possunt.

Cic. 3 ad Heren. Parum valet præceptio, nisi industria, studio, labore comprobetur.

2. de orat. Quæ bona sunt, fieri meliora possunt præceptione & doctrina: & quæ non optima, acui tamen & corrigi aliquo modo possunt.

Cic. pro Rosc. Quo quisq; est solertior & ingeniosior, boc docet iracũdiùs, & laboriosiùs: quod eñ celeriter ipse arripuit, id cùm tardè percipi videt, discruciatur.

2. de finib. Non facilè est inuenire, quid qui sciat, alteri non tradat, ita non solùm ad discendum propensi sumus, sed etiam ad docendum.

Facile est cuiuis in genere præcipere.

Mac. lib. 5. Doctrina proficit, vt politiora, non vt meliora fiant ingenia.

lib. 8. Nihil aliud præcipere debemus, nisi quod prius nobis imperauerimus.

Pal. de re rust. Pars est prima scientiæ, ipsam quam præcepturus sis, æstimare personam.

In hoc gaudeo aliquid scire, vt doceam, si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, reijciam. *Seneca epist. 6.*

Qui se ad discendum pauperem inuenit, ad docendum se locupletem noscit. *Max. libr. 6.*

Ex Græcis.

Doctrina naturaliter procedit de bomine ad bominem, secundum operationes quas babet doctor ad discipulum. *Aristo. Polyt. 2.*

Docentes alios mentiri non debent. *Idem.*

Hi solùm docent, qui causas de singulis dicunt. *Idem Metap. 1.*

Signum scientis est posse docere. *Ibidem.*

Omnis doctrina est ex præcognitis. *Ethic. 6.*

Ei qui non docet, non ei qui non didicit, peccatum est imputandum, *Diogenes.*

Præceptoris opera ad hoc pertinet, vt bonesta faciat pueris iucunda. *Ibidem.*

Socordia naturæ vites pereũt, doctrina tollit ignauiam. *Ibidem.*

Qui regem erudit, atque ad virtutẽ instruit, & subditos quoque instituere ad fortitudinẽ certũ est. *Antigonus.*

PRÆCLARA DIFFICILIA.

Omnia pręclara rara: nec quicquã difficilius, quàm reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. *Cic. in Lælio.*

In omni arte vel studio, vel quauis scientia optimũ quidq; rarissimum. *2. de finibus.*

Quod præclarum idem arduum. *3. Tuscul.*

Quò quid difficilius, hoc præclarius. *1. Offi.*

Quę rara atq; ardua sunt, ea ex principio pulchra & iucunda hominibus videri solent. *2. de inuen.*

Rebus maximis difficultatẽ ipsa natura proposuit.

PRÆLATIO.

Prælatio appetenda non est, nec reijcienda.

Nec abnuendum si dat imperium Deus, *Seneca in Thy.*
Nec appetendum.
Quis enim bonus, & face dignus *Iuuen. Sat. 15.*
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala?

Prælatus pius & clementissimus sit.

Sis pius in primis. Nam cùm vincamur ab omni *Claudianus.*
Munere, sola deos æquat clementia nobis.
Neu dubiè suspectus agas, neu falsus amicis
Rumorum'ue auidus. Qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus, nulla non anxius hora.
Non sic excubiæ, nec circunstantia pila,
Quàm tutatur amor, non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, boc simplex gratia donat.

Prælatus ea obseruet, quæ alijs iubet.

Scilicet in vulgus manatit exempla regentum.: *Claudian. lib. 2.*
Vtq; ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Prælatus omnibus speculum est, in quo vitium haud potest occultari.

Hoc te præterea crebro sermone monebo, *Claudianus.*
Vt te totius medio telluris in orbe
Viuere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam, nec posse dari regalibus vsquam
Secretum vitijs. Nam lux altissima fati

Occul

Occultum nihil esse finit, latebrasq; per omnes
Intrat, et obstrusos implorat fama recessus.

Prælatus omnes in se virtutes habeat.

Iuuen. Sat. 8 Expectata diu tandem prouincia cùm te
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumque
Pone & auaritiæ, miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exhausta medullis.
Respice quid moneant leges, quid Curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, qàm fulmine iusto
Et Capito & Tutor ruerint damnante Senatu,
Piratæ Cilicum.

Pers. Sat. 2. At vos
Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum.
Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppę.
Quin damus id superis de magna quod dare lance
Non posit magni Messalæ lippa propago
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo vt admoneam templis, & farre litabo.

PRAVITAS.

Senec. epi. 6. 8. Nullum sine autoramento malum est, auaritia pecuniam promittit: luxuria varias voluptates.
In cõparatione malorũ, boni locũ leuius obtinet.

Seneca epi. 76. Tantum quotidie nequitia proficit, vt satis consequatur, qui inter pessimos non est.

Idem de ira. Adeò præualuit nequitia, vt innocentia non rara, sed nulla sit.

In hist. Sau. Miserum est praua voluisse, fecisse miserius.

Erasm. in epist. Plerumque plus valet malorum improbitas, quàm bonorum fauor.

Cic. 3. ect. in Verrem. Ad multotum amicitiam faciliorem aditum habet nequitia, & audacia, quàm cuiusuis virtus & integritas.

Cic. parad. 2. Improbo nemini bene esse potest.

Liu. lib. 3. Malum publicum minus sentitur quàm priuatum.

Pro. maior. In his, quæ à malis benefiunt, hic tenendus est modus, vt appareat autoré displicuisse, nó factũ.

Pub. Mim. Bonis nocet quisquis pepercerit malis.

Pub. Mim. Noui ego hoc seculum moribus quibus sit malis.

Claudian. lib. 1. Iniustos creuisse queror, tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant.

PROOEMIVM.

Ex Latinis.

Cic. pro Rabi. Nemo nostrûm in Reip. piculis cũ laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuq; ducatur.

2. Off. Vix inuenietur qui laboribus susceptis, ac periculis aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Idem 2. de nat. deor. Nec domus, nec Respublica stare potest, si in ea nec rectè factis præmia extent vlla, nec supplicia peccatis.

2. de Orat. Lege præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia vitijs.

Iuuen. Sat. 10. Quid enim virtutem amplectitur, ipsa
Præmia si tollas?
Spes præmij minuit pœnam.

Iuuen. Sat. 7. Scire volunt omnes mercedem, soluere nemo.

Ex Græcis.

Satisfactio quietat iram.

Arist. Ethic. 9. Omnia amamus, sed præmium magis.

Polit. 7. In hoc pereunt plures Respub. quãdo quispiam vir fortis, & strenuus nihil aufert deterioribus plus. *Eurip. in Hec.*

PRINCEPS.

Magnum est, personam in Rep. tueri principis, qui non animis solũ debet, sed oculis seruire ciuiũ. *Cic. Philip. 8.*

Nimis multa audire coguntur, neq; aliter facere possunt, quibus tota commissa est Respub. *Pro Milone.*

Si quis de contentione principatus laboret, quæ nulla esse debet, stultissimè facit si vitijs cum virtute contendit: vt enim cursus cursu, sic in viris fortibus, virtus virtute superatur. *Philip. 14.*

Regium est ita viuere, vt non modò homini, sed ne cupiditati quidé seruias: contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, nó cæterarũ rerũ indigere, populi vtilitati magis consulere, quàm voluptati, nemini cedere, multis obsistere. *Pro Sylla.*

Vt cupiditatibus principum & vitijs infici solet ciuitas, sic emendari & corrigi continentia. *3. de leg.*

Quales in Rep. principes sunt, tales reliqui solent esse ciues. *Citer. Lentulo Famil. 1.*

Non tantũ mali est peccare principes (quanquam magnũ est per seipsum malũ) quantũ illud, quod permulti etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, quæcunque mutatio morũ in principibus extiterit, eandé in populo secutam. Nobilium enim vita, victuq; mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt ipsi principes, sed ea infundunt in ciuitaté: neq; obsunt, quòd solùm ipsi corrumpuntur, sed etiã quòd corrumpunt: plusq; exéplo, quàm peccato nocent. Pauci enim, atq; admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuitatis, vel corrigere possunt. *3. de leg.*

Studio sè plerique facta principum imitantur.

Turpe est enim ex quo pudoris pudicitiæq; petuntur exempla, eundem in aliquo libidinis crimine comprehendi. *1. Off. Pro Deiotaro.*

Ex Apophthegm. Erasmi.

Principi nó minus indecorum est & perniciosum, inhonestis institui, quàm nasci.

Principi non quælibet artes discendæ sunt, sed hæ duntaxat, quæ tradunt rationem rectè administrandi regnum.

Principi non omnes literæ cõueniunt, sed eæ quæ polyticen tradũt, aut ethicé, quęq; rectè ac secus gestorũ exépla cõmostrant, id quod facit historia.

Domini tñ timentur à seruis, quo mali metu coërceantur, quos non corrigit pudor. Pater quoniã liberis consulit, potius quàm sibi, diligitur ab illis, sic vt autoritaté comitetur reuerẽtia. Aduersus hos non adeò opus satellitio est, quòd non aliud fidelius sit satellitiũ illorũ stipatu. Quod si rex beneuolẽtia ac beneficẽtia adiũgeret sibi ciuiũ animos, nõ esset opus barbarico, & cõductício satellitio nullosq; haberet custodes corporis tutiores quàm ciues, erga quos patris gereret affectũ. Porrò quibus placet hoc dictum, Oderint dum metuant, nullos magis habent suspectos, quàm quibus oportebat maximè cõfidere: ac multos metuat oportet, quem metuunt multi.

Principis est non mollitie delicijs' ue, sed téperantia priuatis hominibus antecellere.

Principem facere, quod ab alijs fieri velit, genus efficacissimum est ex hortationis.

Bonus imperator legum imperatis parere debet.

Principis officium est, erga rebelles audacia, erga subiectos beneuolentia vti.
Princeps legum veluti architectus.
Non conuenit vt regi & principi opituletur, qui contra leges aliquid admiserit.
Multò regalius est condere vrbes, quàm demoliri.
Breuiloquentia principem decet & Laconem
Quod plebeium decet, nō semper principē decet.
Multum habet momenti principis integritas: sed multò plus recta ciuium institutio.
Principem nasci nihil magni est, at regno dignum se præstare, maximum est.
Gloriosius est regnum virtute partum, quàm si hæreditate obuenerit.
Bono principi nihil iucundius est ciuium concordia: at tyranno nihil formidabilius.
Quemadmodum qui medendi est imperitus, non ideo medicus est, licet medicus appelletur: Ita non statim princeps est, aut magistratus, qui populi suffragijs sit declaratus, nisi gubernandæ ciuitatis artem nouerit.
Qui fauentibus vult vti ciuibus, ad multas iniurias conuiuendum est.
Plurimum vtilitatis ex principum sapiētia nascitur.
Quicquid pugnat cum legibus, hoc velut in sciente principe tentatum haberi decet: cùm ipse nihil aliud sit quàm legum minister.
Vbi reges non nascuntur, sed ciuium suffragijs eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est cæteris melior, quòd ad regnū ascitus est.
Nemo principatum suscipiat, nisi ijs melior sit, in quos suscipiat. Princeps enim virtute cęteris, quibus præest, ciuibus præcellere debet.
Nihil principi magnificentius, quàm si ditionem quam accepit, teddat statu meliore.
Decet principis autoritatē sartā tectā vbiq; pręstare.
Quemadmodum deus vnicus totius mundi princeps, malis genijs ac improbis hominibus nonnunquam abutitur ad vtilitatē Ecclesiæ: Ita princeps cordatus nouit, & probis & improbis vti: non quòd ipse per malos aliquid efficiat, sed quòd per malos puniat malos.
Turpissimū est Principi vacare à Reipub. negotijs.
Principibus in priuatis offensis: debet esse satis potuisse vlcisci.
Is optimi principis munere fungitur, qui res hostium maximè cognitas habet.
Principis munus est vnicum, alijs prospicere, & publicis consulere commodis.
Principi tum maximè inuigilandum, cùm populus maximè indulget genio: neq; oportet vnquam principem genialiter viuere.
Solertia Principis non solùm terrorem eximit animis hominum, sed etiam addit alacritatem.
Nomenclatorum laus est quàm plurimos nosse: at egregij principis est ob egregia in Rempub. merita nulli ciuium ignotum esse.
Præstat principem è philosophiæ præceptis haurire sapiētiam, quàm experimentis miseram colligere prudentiam.
Principi nihil prius aut charius esse debet fidis amicis.
Principe dignius est, bonorem & opes eorum, quibus imperat, augere, potius quam imminuere.
Nō minus cogitur princeps obseruire populo, quā populus principi: nisi quòd princeps id cum dignitate facit. alioqui re vera mutua est seruitus.
Vt nulla te melius constabilitur imperiū, quàm ciuiū beneuolentia: ita difficillimū est iam regnū administranti, erga quoslibet esse humanū: non solùm quòd regia potestas opposita sit inuidiæ, sed etiam quòd Respub. non possit esse incolumis, nisi scelera supplicijs coërceantur.
Principum præcipua cura esse debet, vt agnoscēdis causis viros præficiant incorruptos.
Non tam magnum est regnum adipisci, quàm promeruisse.
Principis est, ciuium multorum salutem, suæ vnius anteponere incolumitati.
Principibus temperanda est humanitas erga ciues, vt interim regiam tueantur autoritatem.
Pręcipua principū ars est nullum reijcere, sed ad publicā vtilitatem omnium operā accommodare.
Principis animus verè philosophicus est, qui nouit etiā ex inimicis capere vtilitatem: nec quod vulgus solet, hoc tantùm spectate, vt malo afficiat maledicos, sed vt ipse minus malus reddatur, illorum maledictis admonitus.
Pulchrius est bonum præstare principem, quàm quemuis militem.
Principi nihil beneuolentia pulchrius aut firmius esse potest.
Imperium armis & austeritate frequenter paratur, sed non nisi honesta opinione, ciuiumq; beneuolentia retinetur.
Magni refert vt bonus princeps quàm diutissimè viuat.
Multum regis habet, qui scitè regis personam potest gerere.
Rex non honesti iustiq; regula, sed honesti iustiq; minister est.
Princeps bonus, qui magis à suis deligitur quàm timetur, habet quicquid ciues possident.
Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscēdum: in ijs quæ Rempub. lædunt, decet esse seuerum.

Ex Poëtis.

Principis virtus summa, qua cœlum petitur.

Consulere patriæ, parcere afflictis, fera — *Seneca in Oct.*
Cæde abstinere, tempus atq; iræ dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo:
Hæc summa virtus, petitur hac cœlum via.
Principis est virtus maxima, nosse suos. — *Martial. Epigram.*

Principes subditos ne fastidiant.

His tamen effectis nec fastidire minores, — *Claudian.*
Neu pete præscriptos homini transcendere fines.

Principes publica potius quàm priuata curent.

Tu ciuem, patremq; getas, tu consule cunctis. — *Idem.*
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.
Hic pluris paucorū gratiā faciūt pars hominum, — *Plaut. in Trinum.*
Quàm id quod prosit pluribus.
Principibus placuisse viris, non vltima laus est.
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui — *Horat. lib. epi. Claudian.*
Fit populus, nec ferre vetat, cùm videat ipsum
Autorem parēre sibi: componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Principis officium.

Iustitia vtilibus tectum præponere suadet,
Communesq; sequi leges, iniustaq; nunquam
Largiri socijs: durum patientia corpus
Instruit, vt nulli cupiat cessisse labori.
Temperies, vt casta petas: prudentia, ne quid
Inconsultus agas: constantia, futile ne quid
Infirmumq; geras, procul importuna fugantur.
At primam scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis foribusq; potentum
Excubat, & pretijs commercia pascit honorum.

Arist. Ethic. 5. Est autem custos conseruatorq; iuris princeps: quòd si iuris, & æquabilitatis.

Si iustus sit princeps non sibi plùs tribuit, quàm alijs, eorum quæ per se bona sunt, nisi habita ratione dignitatis. Idcirco quæcunq; agit, ad aliorum commoda refert.

Similia.

Principis delicta. In facie plus offendit næuus, aut verruca, quàm in reliquo corpore maculæ grandes, aut cicatrices: Sic exigua delicta, magna videntur in principe, cuius vita in conspicuo est.

Princeps quos asciscere debeat. Gubernator optimos quærit nautas: architectus doctissimos ministros: Ita princeps eos asciscet amicos, qui ad Rempub. administrandam maximè sint idonei.

Musicus chordas dissonantes non statim abijcit, sed sensim intendens, aut remittens ad concentum adducit: Ita princeps leuiter peccantes corrigat, non protinus tollat.

Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, vt ait Euripides: Ita princeps non nisi in grauibus, & arduis negocijs exercebitur.

Vt qui non consueuerunt neq; cœnare, neq; lauare, nisi ex præscripto medici, ij nec sanitate fruūtur: Sic qui omnia ad principis iudicium refert, reddit eos dominos plus quàm vellet ciuitas, vt nihil iam nec rectè fieri possit nisi principis arbitrio.

Medicus multo educto sanguine corrupto, paulū innoxij cibi ministrat: Sic princeps sublatis multis malis ac nocentibus, leui gratia & humanitate molestiam eam mitigat.

Vt aëris circumfusi temperies elicit terræ fertilitatem: Contrà cœli inclementia premit ac extinguit: Ita fauor & benignitas principis, excitat honesta studia. Rursum tenacitas & odium extinguit artes.

Regula primùm recta sit oportet, vt quæ applicentur, corrigat: Ita princeps primùm ipse vitijs careat necesse est, deinde alijs leges præscribat.

Vt lapsus non potest erigere lapsum: Ita stultus & malus princeps non potest emendare populum.

Vt Deus in cœlo pulcherrimum ac iucūdissimum sui simulachrum constituit solem: Sic in Repub. principem, qui prudentia, iustitia, benignitate se erga omnes repræsentet.

Sol iucundissimus est ijs, qui ipsum possunt intueri: Ita princeps ijs qui amant iustitiam.

Quemadmodum fulgur prius emicat, quàm audiatur tonitru, quòd sonitus auribus excipiatur, lumini visus occurrat, & sanguis prius apparet quàm vulnus: Sic princeps aliquando prius condemnat, quàm redarguatur delator.

Vt medicus libentius sanat oculum, qui pro multis videt, multosq; custodit: Sic philosophus libentius principis animum instruet, qui pro multis solicitus est.

Erungium herbam si vni capræ in os inseras, cùm ipsa sistitur, tum omnes consistunt, donec pastor herbam eximat: Ita principis mores mira vi in populum transfunduntur.

Vt grauiùs puniendus, qui venenum non in calicem, sed in fontem, vnde bibunt omnes, inijcit: Sic magis peccant, qui principis corrumpunt ingenium, quàm priuati hominis.

Vt sacrificijs honorē habet ciuitas, quòd commune omnium bonum à dijs petant: Ita multò magis honorandus principis præceptor bonus, qui talem fingit, vt omnibus sit vtilis futurus.

Vt artifex lubentius faciet lyram, qua sciat Amphionis arte Thebanorum vrbem condendam, quam eam qua Thales Lacedæmoniorum seditionem composuit: Ita philosophus lubentius formabit ingenium principis orbi profuturum.

Vt sydera mundi, si vel paululum subsistant, aut aberrent, summo id omnium malo fit: Ita principi cessare non licet: quod si fecerit, id magna rerum humanarum pernicie fit.

Vt magi prodigiosa quædam promittunt, ijsq; promissis vulgus credulum alliciunt: Ita principes maximarum rerum spes ostentant, vt sibi reddant addictos.

Vt periculosum est dæmonem euocare, quòd si quid erratum fuerit, magno conantis discrimine fiat: Ita periculosum est cum principibus habere commercium, quòd offensi re qualibet leui, funditus subuertant hominem.

Sicuti Deus cùm nihil non videat, nihil tamen videnti similis est: Ita princeps nihil ignorare debet, multa dissimulare.

Vt vnus Deus administrat vniuersa, sed qui sit optimus ac sapientissimus: Ita monarcha res est saluberrima, si detur Deo similis.

Vt sol non alius est pauperi, alius diuiti, sed omnibus communis: Ita princeps personam spectare non debet, sed rem.

Quemadmodum luna quò propior est soli, hoc minus habet luminis: Ita plus fructus ac dignitatis est ijs, qui procul absunt à magnis principibus.

Vt cometes nouus apparēs, aut magnum bonum, aut ingens malum portendit mortalibus: Ita nouus princeps salutem adfert rebus humanis, si bonus est, maximam pestem, si malus.

Vt plures apparere soles, prodigium est: Ita plures esse monarchas aut imperatores.

Vt canicula pestilens est omnibus sydus: Ita principis mali potestas omnibus nocet.

Cerui cùm arrexêre aures, acerrimi auditus sunt, cùm remisêre, surdi: Ita principes, si quid est quod placeat, id procul etiam percipiunt: si quid secus, quantumuis clames, non intelligunt.

Rex apum solus aculeum non habet, aut certè non vtitur, ad hæc grandior est corpore, & specie decētior, sed alis quàm cæteræ minoribus: Ita principem

cipem oportet esse clementissimum, & à sua ciuitate nusquam auolare longius.

Rex quidem ipse non operatur, sed obambulans, ac circumuolans alios velut exhortatur: Ita princeps non opera, sed consilio & iussu prodesse debet suis.

Apophthegmata.

Princeps legum obseruator. Augustus legem tulerat de adulteris, quomodo puniendi essent: post iræ impotentia irruit in adolescentem delatum quòd cum Iulia Augusti filia cõmercium habuisset, eumq; manibus verberauit. At quum adolescens exclamasset, legem tulisti, ô Cæsar, adeò facti pœnituit Cæsarem, vt eo die recusaret cœnam capere. Tantus princeps sibi adeò displicuit, vt à seipso pœnas sumeret, quòd legi quam alijs prodiderat, non per omnia paruisset.

Princeps aditu facilis. Augustus cuidam manu libellũ trepidè porrigenti: Quid, inquit? An putas te assem dare elephanto? Sulent pueri minimos nummos elephanto porrigere, quos ille proboscide sic corripit, vt pueri manum non lædat. Molestum erat optimo principi quòd timeretur.

Principis est ornare ditionem. Augustus cùm Romam & ornasset, & communisset, glorians dicebat, Romam lateritiam accepi, marmoream reddo. Nihil principi magnificentius, quàm si ditionem quam accepit, reddat statu meliore.

Principatus amor. C. Iulius Cæsar cùm in Alpibus oppidulum quoddam frigidum præteriret, amicis ambigentibus, an illic etiam sedinones essent & contentiones de principatu, substitit, ac secum aliquandiu cogitauit: mox, Mallẽ, inquit, hîc primus esse, quàm Romæ secundus. Hoc nimirum est quòd à Lucano scriptum est, nec Cæsarem potuisse pati priurem, nec Pompeium parem.

Adrianus Cæsar in senatu frequẽter dicere solebat se sic gesturum principatum vt sciret rem populi esse non suam. Nimirum attigit hoc quod vnum regem distinguit à tyranno.

Princeps indulgens. Quoniam sub Nerua Cocceio bono Cæsare, multorum nomina falsò deferebãtur, Fronto Consul palàm dixisse fertur: malum esse eum imperare, sub quo nemini quicquam concessum sit: sed longè peius sub eo viuere, sub quo maxima sit licentia quibuslibet. Inhumanitatis est si princeps nihil indulgeat amicis ac familiaribus: sed perniciosum est, illis licere quicquid libet.

Dicere solitus est Adrianus Cæsar sibi molestum esse, si quem videret tristem, quum tamen omnes doctos vexaret quæstiunculis, sed vexatus donauit aliquo munere.

Rex quidam, cuius nomen supprimitur, quum ipsi porrigeretur diadema, renuit aliquandiu manu, dixitq;, O' nobilem magis quàm fœlicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quàm multis periculis, solicitudinibus, ac miserijs refertus sit, ne humi quidem iacentem tollere velit.

Principis institutio. Carneades dicere solebat diuitum ac regum filios, nihil rectè discere præterquam equitare, quòd his omnes adulentur: solus equus non curans regem gerat an priuatum, tergo excutit quisquis equitandi fuerit imperitus.

Constantius Chlorus, amicis admonẽtibus, quòd in augẽdo fisco videretur indiligentior, respondit publicas opes rectius à priuatis haberi, quàm intra vnum claustrum reseruari. Bonus ille princeps qui magis à suis diligitur, quàm timetur, & habet quicquid ciues possident. *Princeps charus.*

PRINCIPIVM.

Vt peruenire ad summa, nisi ex principijs, non potest: ita procedere iam opere, minima incipiunt esse, quæ sunt prima. *Quint. libr. 10.*

A dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda initia. *Cic. 2. de leg.*

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progreßibus vsa augentur. *Idẽ 5 de finib.*

Principij nulla est origo, nam ex principijs oriuntur omnia. *1 Tuscul.*

Minores fiant necesse est, quorum initia confirmauere successus. *Quint. decl. 4.*

Ex Poëtis.

Omnia principijs, inquit, inesse solent. *Ouid. 1. Fast.*

Principium omne difficile est.

Sed tamen est artis tristißima ianua nostræ,
Et labor est vnus tempora prima pati. *Ouid 1. de remed. am.*
Aspicis vt prensos vrant iuga prima iuuencos?
Vt noua velocem cingula lædat equum?

Omnia hęc dum incipias grauia sunt, dumq; ignores, vbi cognoueris, facilia. *Ter. in Heaut.*

Dimidium facti, qui cœpit, habet, sapere, aude,
Incipe. *Horat. lib. 1. Epi.*

Incipe dimidium, facti est cœpisse, superst'
Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies. *Auso. in Epig.*

Principium habens bonum, & sequentia bona habere dicitur.

Si quam rem accures sobriè, aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere. *Plaut. in Persa.*
Atque ædepol firmè vt quisque rem accurat suam,
Sic ei procedit post principia. Denique si malus
Aut nequam est, malè res vertunt, quas agit:
Sin autem frugi est, eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facetè, & callidè.
Igitur prouenturam bene confido mihi.

Principia si negentur, sequentium rationem reddere non est necesse.

Nisi prima fides fundata valebit,
Haud erit occultis de rebus, quo referentes
Confirmare animos quoquam ratione queamus. *Lucret. lib. 1 de nat. rerum.*

Ex Græcis.

Principium in vna quaque re maximum. *Plato de Rep.*

Principium dimidium operis. *Idem de legib.*

Sine causa & principio impoßibile est aliquid fieri. *Arist. Rhet. 3.*

Oportet dare viã animæ, quæ fit per prooemium. *Idem Rhet. 3.*

Procœmiũ auditores efficere debet dociles, attentos, & beneuolos. *Ibidem.*

Principium est maximum difficilium omnium. *Elenchorum 2.*

Principium, quantitate est minimum, potestate est maximum. *Ibid. m.*

Principio inuento facile est augere reliquum. *Ibidem.*

Contra negantem principium non est disputandum. *Physic. 1.*

Altercatio

Physic. 2. Alteratio subita non habet principium.

Item de somno & vig. Multa consulta & præuisa, quæ fieri expediebat, dissoluta sunt sæpe propter digniores inchoationes.

Ibidem. Principium non intelligitur nisi in re quæ habet finem: & quod habet finem necessario habet principium.

Metaph. 5. Primum est quod primo principio est propinquius.

Ethic. 1. Principia maximè valent ad sequentia.

Ibidem. Principium est plus quàm dimidium.

Ethic. 5. Ad principia non est ratio.

Plut. de Polyt. Propensi in vita fugiant ab initio.

Idem. Difficultas initij patienter ferenda, habent enim initia nonnihil obscuritatis quod iuuenes inexpertos torqueat.

Diog. lib. 7. Qui docere aliquid instituit, necesse habet certum & indubitatum præstare principium.

Epicur. Ibid. Fundamentis rei crebrò indigemus, membris non ita.

Demosthen. 2. Olynth. Si initio statim prudenter & diligenter administraremus omnia, res nostræ meliore loco essent, & molestijs, quas parit socordia, careremus.

Ibidem. Principijs obstandum, nisi velis hostes in dies progredi longius.

Principia rerum gerendarum difficultatem habent, post alia negotia.

Stob. Incipientibus malis obstruendæ sunt viæ.

Ibidem. Acerbitas oratiunculæ condiendæ est præfatio.

P R O B I T A S.

Ex Apophtheg. Erasmi.

Apud bonos in bona causa superuacua est commendatio, quum ipsa res impetret, quod precibus exoratur.

Probus vir ob loci infamiam non fit deterior: Imò ex dignitate hominis honor loco additur: nec solus magistratus ostendit virum, sed vir ostendit magistratum.

Bonorum probrum est, virum probum egere necessarijs.

Probis viris & iniuratis est habenda fides: leuibus ne iuratis quidem.

Non verè sunt probi, qui non improbos detestantur.

Immodica bonitas sæpe contemptum parit.

Etiam improbis in necessitate succurrit vir bonus: debetur enim hoc officium, si non meritis illius qui iuuatur, certè naturæ.

Ex Poëtis.

Plaut. in Trin. Is probus est, quem non pœnitet, quàm probus sit, & frugi bonæ.

Probo viro placuisse magna laus est.

Horat. Sat. 6. Magnum hoc ego duco
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre præclaro, sed vita & pectore puro.

Horat. Sat. lib. 1. Boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam, & gratiam, hoc probis pretium est, eo mihi magis lubet
Cum probis potius, quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vide Titulum de Bonitate.

P R O D I G A L I T A S.

Si quis suas opes temerè dilapidant, *Menander.*
Laudibus vehantur, id multis obesse potest.
Nam qui suam malè gubernat vitam
Dic quæso quomodo seruabiris alienam?

Haud facilè cumulus aceruatur etiam longo tempore, *Euphronides.*
Vno verò die facilè dissipabitur.

Multi sic affecti sunt, vt ægrè queant *Diphilus.*
Parcere quicquam vlterius quàm pro vita præsenti.

Si nauigatio fortè quatridui instituatur *Menander.*
Prospicimus quæ necessaria sunt in dies:
At si quid parcendum in senectam sit,
Cur non viaticum parsimonia reponemus?

Sicut ego, mediam viam ingredere, *Theogn.*
Neque alijs Cyrne largitor aliena.

Ne sumptus temere & importunè feceris: *Pythagoras.*
Sed neque illiberalis esto. Modus in omni re optimus.

Socrates cùm vidisset quendam omnibus gratificari, nulloq; delectu suppeditare, malè pereas, inquit, qui virgines, vt scorta prostituis.

Diogenes à quodam prodigo minam petijt. quo mirante, quòd ab ipso minam, ab alijs obolos trestantùm rogaret: Iterum, inquit, me ab alijs accepturum spero, abs te autem nunquam posthac.

Crates prodigorum pecunias ficubus quæ in præcipitijs nascuntur comparabat, quibus homines non fruuntur, sed corui tantum & milui: Vt prodigorum opibus scorta & parasiti.

Zeno ad eos qui prodigalitatem excusabant suã, quòd ex multis superfluis sumptus facerent, dicebat: Igitur & coquis veniam dabitis, si obsonia se fecisse dixerint salsa, quòd copia salis adfuerit.

Plurimi quidem hominum diuitias bene consulendo, & nihil contemnendo acquirunt, non tamen ijsdem artibus ipsas conseruare possunt. *Demosthenes.*

Non tam graue est bona non accipere quàm acceptis priuari.

P R O D I G V S.

Prodigi sunt qui pecunias profundunt in ea res, quorum memoriam aut breuem aut nullam sunt relicturi omnino. *Cic. 2. Offic.*

Largitio fundum non habet. *2. Off.*

Multi patrimonia sua profuderunt inconsultè largiendo. *2. Offic.*

Sequuntur largitionem rapinæ. *2. Off.*

Ne eos tibi fideles putes quos pecunia corruperis: Fit enim deterior qui accipit, atq; ad idem semper paratur expectandum. *2. Offic.*

Sumptuositas, incontinentiæ pars est. *Stob.*

Prodigorum pecuniæ ficus sunt. *Ibidem.*

Qui quod habebat consumpsit in quæ non oportebat, quæ non possidet, si contingat, non vtetur in quæ oportet. *Demosthenes.*

Paruæ expensæ sæpe factæ consumunt patrimonium. *Arist. Polyt 5.*

Non ita claudenda est res familiaris, vt non eam benignitas possit aperire nec ita reseranda est, vt pateat omnibus. Sequuntur enim largitionem rapinæ, *Cic. 2. Off.*

rapinæ, cùm enim dando egere cœperint homines, alienis bonis manum inferre coguntur nec tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ademerint.

PRODITIO.

Cic. pro Planc. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt.

Max. lib. 9. Proditio celeri pœna vindicanda.

Curt. lib. 5. Falluntur qui proditionis præmium spectant.

Idem lib. 9. Nullis meritis perfidia mitigari potest.

Sue. Tranquil. Satius est insidias subire semel, quàm cauere semper.

Liuius lib. 2. Maior dimicatio est cum perfidia, & proditione sociorum, quàm cum hostibus.

Idem lib. 4. Semel proditori nulla danda est fides.

Curt. lib. 7. Nihil aliud superest locorum fraude deceptis, quàm honestæ mortis solatium ex hostium cæde.

Cicer. 3. de fini. Non est magis vituperãdus proditor patriæ, quàm communis vtilitatis, aut salutis desertor propter suam vtilitatem ac salutem.

Ex Græcis.

Plato de Fratr. Insanire mihi videtur, qui sibi firmam, cõstantem, veramq; amicitiam cum eo fore persoasum habebit, qui fraternam prodiderit.

Plu. in Apoph. Alieni fidem habere non debent, qui suorum proditor fuerit.

Ibidem. Prodinonem amo, sed proditorem non laudo.

Demosthenes. Proditor pro hoste habendus.

Idem. Cauere insidias magis necessarium est, quàm insidiatores vlcisci.

Plutarch. Fœdera iniustè frangere impium est, sed hostes fallere, noo iustum est modò & bunestum, sed iucundum q'ioq; & lucrosum.

Stob. Prodituri amantur, non qui prodiderunt.

Ibidem. Proditor non fit homo frugi.

Ex Poëtis.

Proditor vno tempore perdit, quæ longo tempore parta sunt.

Claudian. li. 2. in Rufinum.
Heu heu quàm breuibus pereunt ingentia causis.
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Seruatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus iners angusto tempore vertit.

Ouid. 14. Met.
Tatius, patresq; Sabini
Bella gerunt, arcisq; via Tarpeia reclusa,
Dignam animam pœna congestis exuit armis.

Idem lib. 2. de fast. Tr.
Non fuit armillas tanti tetigisse Sabinas,
Vt premerent sacræ virginis arma caput.

Ob proditionem Tarpeia in inferno cruciatur.

Sill. Ital. lib. 13.
Illa autem, quæ tondetur præcordia rostro,
Alios in quantum resonat plangentibus alis
Armiger ad pastus rediens Iouis, hostibus arcem
Virgo, immane oefas, adamato prodidit auro,
Tarpeia, & pactis reserauit claustra Sabinis.

Proditionis Exempla.

Ex Latinis.

Exhausti pudoris fuit M. Iulij Philippi prodirio atq; perfidia, qui cùm iunioris Gordiani præfectus esset, ad Persicum bellum profectus, Mesoclem eius socerum veneno sustulit, exercitum astu in loca arida & sterilia deduxit: Naues, quibus ad exercitum frumenta comportabaotur, demersit: subornauit qui exercitum tumultuarent ab exercitu Gordiano æquatus, imperij societate spreta, Gordiano caput adimi iussit, atq; ad Senatum scripsit Gordianum febre perijsse. Et vt occultiùs perfidiam tegeret, in deorum numerum retulit. At quem non puduit tam insigni proditione, principem suum, eundemq; innocentem, cuius stipeodio militabat, tollere, Decius vnà cum filio sustulit.

Macrinus in Basianum Caracallam similis perfidia vsus, cùm eius esset præfectus, clàm in castris ipsum occidi curauit, corporeq; eius cum honore Romam remisso, scripsit ad Senatum literas, quibus se mortem Carracallæ dolere iurabat, & se necis inscium & insonrem esse. Atq; etiam impudenti nimium arrogantia proditionem tegere quærens, diuinos honores ei exhibuit, cui militari sacrameoro addictus erat.

Arrius Aper Numerianum Augustum, cuius præfectus & socer erat, propter aduersam oculorum valetudinem lectica vtentem, occultè necari iussit: neq; ante detecta fraus ac proditio fuit, quàm clausa lectica putrescente cadaueris fœtorem emisit.

Ex Græcis.

Cum Antiochus Eupator aduersus Iudæos bellum mouisset, & Philippum à se rebellasse accepisset, pacem cum Iudæis firmauit, atque in vrbem data fide receptus nulla initæ pacis ratione habita, permultos Iudæos cœpit, & munitissimis locis occupatis, Hierosolymarum partem maiorem euertit.

Diodorus Tryphon, Demetrij Syriæ regis præfectus, cùm aduersus Parthos bellum gereret, ab eo rebellauit, atq; Antiocho, qui deus cognominabatur, se coniunxit, eumq; Syriæ regem constituit. Paulò post cùm Demetrium à Parthis occisum intellexisset, manu sua Antiochum interfecit. Paruo temporis spacio duobus inter se contrarijs regibus, hostis ac proditor manifestus apparuit.

Non minore perfidia erga Ionatham vsus est Maccabæum Iudæorum sacerdotem, cui persuasit vt exercitum aduersus Demetrium collectum à se dimitteret: quod Ionathas cùm fecisset, eum Tryphon cœpit, atque omnes qui cum eo erant occidit. Aliam perfidiam addidit, cùm enim iureiurando Simoni fratri Ionathæ promisisset, se Ionatham carcere emissurum, si centum auri pondo ad se mitteret, omnibus à Simone peractis, fratrem occidit.

Ptolemæus Macedonum rex cruenta proditione erga Arsinoëm Reginam vsus est: nam cùm eius regnum appeteret, de matrimooio cum ea egit, etsi soror esset: quæ quaoquam fratris crudelitatem suspectam haberet, vt filios tamen periculo liberaret, matrimonio est assensa. Matrimooio itaq; confirmato, eo die quo Cassandriam perductus est, Lysimachum ac Philippum paruulos in matris Arsinoë gremio confodi iussit,

arque

atq; eam regno ac filijs orbatam Samothraciam in exilium emisit.

Radamistus Hyberniæ Regis filius, ficta cum patre discordia, quòd ei nouercam superinduxerat ad auunculum Armeniæ regem profugit: ab eo quoque benignè exceptus, filiæ quoq; dignus factus est matrimonio. Dum ita apud Mithridatem agit, ingratitudine beneficij quod acceperat, fœdare memoriam non contentus, proditionem addidit: clàm enim Mithridatis populos subornauit, ac fingens se cum patre in gratiam rediisse, ad eũ profectus, omnia quæ egerat detexit. Itaq; paratis ingentibus copijs fingẽs se in Albanos arma mouere, in Armeniam aduersus auunculum signa ferri iussit, eumq; obsedit, non tamen omnia Radamisto, vt existimarat, successerunt.

PROMISSA.

Cic. 3 offic. Pacta semper & promissa seruanda sunt, quæ nec vi nec dolo malo facta sunt: illa seruanda non sunt, quæ non sunt ijs ipsis vtilia, quibus promiseris.

1. offic. Illis promissis standum non est, quæ coactus quis metu aut deceptus dolo promiserit.

1. off. Promissa non sunt ijs seruanda quibus promiseris, inutilia si sint: nec si tibi plus noceant, quàm illi prosint cui promiseris.

Philippica 2. Scelerum promissio, & ijs qui expectant perniciosa, & est ijs qui promittunt.

1. off. Semper in fide quid senseris, non quid dixeris cogitandum.

Quod affirmatiuè promiseris, quasi Deo teste, id tenendum est.

3. offic. Quod ex animi tui sententia, id non facere periurium est.

3. off. Quod ita iuratum est, vt mens conciperet fieri oportere, id seruandum est: aliter si non feceris, nullum periurium est.

Liui. lib. 2. Sponsionis vinculum non leuat dignitas rerum sponsarum.

Ibidem. Sponsio neminem præter sponsorem obligat.

Phocylides. Sponde, propinqua est noxa.

Phocion. Fac magna, non magna promitte.

Ex Poëtis.

Ovid. 1. de arte. Pollicitis diues quilibet esse potest.

Promissa seruanda.

Ter. in Andr. Imò enim nunc maximè abs te oro atq; postulo Chremes,
Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Horat. lib. 2. Epist. ad Flor. Multa fidem promissa leuant, vbi plenius æquo:
Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Promissa denegare homines non verentur.

Ter. in Andr. In denegando modo quis pudor paululum adest,
Post vbi tempus promissa iam perfici,
Tum coacti necessariò se aperiunt,
Et timent, & tamen eos res premit denegare.

Ibi tum eorum impudentissima oratio est:
Quis es tu? quid mihi es? cur mea tibi?
Heus proximus sum egomet mihi. Attamen vbi fides:
Si roges, nihil illos pudet: hic vbi opus est non verentur: illic, vbi opus non est, ibi verentur.

Exempla Romanorum.

M. Attilius Regulus promissi seruandi, & fidei colendæ exactissima regula ex victore speciosissimo, insidijs Asdrubalis & Xanthippi Lacedæmonij ducis ad miserabilẽ captiui fortunam redactus, ac Romam missus, vt ex se vno complures Pœnorum iuuenes pensarentur: in contrarium consilio dato Carthaginem perijt, non ignarus ad quàm crudele supplicium, & quàm sibi infestas gentes reuerteretur: Verùm quia iureiurando se astrinxerat, maluit subire necem, quàm fidem hosti datam fallere.

Inita pace à Pop. Romano cum Porsena Hethruscorum rege, Porsena in pacis pignus obsides decem patritiorum filios, totidemq; filias accepit: facta autem virginibus balneandi copia, quia custodes honoris gratia secesserant, ipsæ traiecto amne Romam abiere. Valerius autem consul, paternæ charitatis affectu superato, Senatui persuasit, vt virgines omnes cum filia ad Porsenam mitterentur, & publica fides illæsa maneret.

Sextus Pompeius magni filius: cùm Sardiniæ, Siciliæ, & multarum aliarum insularum possessor esset factus, & propter Cæsaris mortem Triumuiris videretur ex quiete publica esse, pacem cum eo per legatos inire cœperunt, & ad cœnam apud Puteolos inuitarunt sese. Cùm autem Octauius & Antonius in ipsius triremi cœnarẽt Menodotus Pompei præfectus, Sextum admonuit per nuncium, in potestate sua situm esse, vt paternam fratrisq; mortem vlcisceretur, & toto imperio potiretur. Cui Pompeius respõdit, nulla re dicta id fieri debere, nulloq; modo fidem datam violari.

Græcorum.

Sagunthini post duorum in Hispania Scipionum, & Romani sanguinis ingentem cladem, victricibus Annibalis armis, intra vrbem compulsi collatis in forũ, accensisq; ignis nutrimentis, ne à societate deficerent Romanorum, rogo se superiecerunt.

Petilini ab Annibale, quod à Romanorum amicitia deficere nolent, obsessi, legatos ad Senatum auxilium implorantes miserunt: quibus propter recentem Cannensem cladem succurri non potuit: Cæterùm permissum est eis vt quod vtilissimum videretur facerent: Illi tamen fœminis, omniq; ætate imbelli eiecta, quò tutius famen traherent, pertinacissimè in muris constiterunt, expirauitq; prius tota eorum ciuitas, quàm vlla ex parte fidẽ Romanis datam falleret.

PROSPERITAS.

Prosperis rebus consulendum est in aduersis.

Omnes cùm secundæ res sunt, tum maximè secum Cic. 3 Tuscul.

cum meditari oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant.

4. ad Heren. Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant.

Ouid. de Trist. Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.
Atque hæc exemplis quondam collecta piorum,
Nunc mihi sunt proprijs cognita vera malis.
Vix duo trésve mihi de tot superestis amici,
Cætera fortunæ, non mea turba fuit.

Ibidem. Donec eris fœlix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nusquam,
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtq; comes radios per solis euntibus vmbra est,
Cùm latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur semper sua nomina vulgus,
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.

Auson. in Pittaci senten. Paucos amicos rebus aduersis proba.

Prosperitas magis nocet, quàm aduersitas.

Virg. 10. Aene. Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Ouid. 2. de arte. Luxuriant animi rebus plerumque secundis.
Nec facile est æqua commoda mente pati.

Ouid. 1. de arte. Mens erit apta capi tunc, cùm lætissima rerum,
Vt seges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore:
Ipsa patent, blanda tum subit arte Venus.
Tunc cùm tristis erat defensa Ilion armis,
Militibus grauidum læta recepit equum.

Prosperitas hominem elatum reddit.

Seneca in Oed. Res secundæ non habent vnquam modum.

Idē in Troade. O tumide rerum secundarum status,
Extollit animos.

Idem. in Agamemn. Prospera animos efferunt.
Heu cæcæ mentes, tumefactaq; corda secundis.

Silius Ital. li. 1. Arrectæ spes Sydoniæ, feruetq; secundis,

Idem lib. 7. Fortunæ iuuenis.

Statius lib. 10. Theb. Ignotæ tantum fœlicibus aræ.
Nemo confidat nimium secundis,

Seneca in Thyeste. Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare fortunam, rotat omne fatum.

Auson. Si fortuna iuuat, caueto tolli:
Si fortuna tonat caueto mergi.

Ter. in Phorm. Quamobrem omnes cùm secundæ res adsunt, tum maximè,
Meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant.
Pericla, damna, exilia: peregrè rediens semper secum cogitet,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ:
Communia hæc esse, & fieri posse, vt ne quid animo sit nouum.
Quicquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Ouid. 4. de Ponto. Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

Horat. lib. 2. Epod. Quem res plus nimio delectauere secundæ,
Mutatæ quatient.

Vt sapiens gubernator in tranquillitate tempestatem expectat: Ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus est animus.

Vt periculosa est, secundum Hippocratem, maxima corporis valetudo prospera, ita rebus tranquillis ad dolorem aliquem præparandus est animus.

Vt deciduæ stellæ subitò extinguũtur: Ita quos subitò fortuna prouexit, repente corruunt.

PRVDENTIA.

Prudentia, est rerum expetendarum scientia. 1. of

Nihil est hominis prudentia dulcius, aut sagaci ac bona mente melius. 1. Tuscul.

Non potest esse iucunda vita, à qua absit Prudentia. 5. Tuscul.

Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ communis prudentia appellatur, quam omnes, qui cuique artificio præsunt, debent habere. 5. de finib.

In prudentia, duo vitia vitanda sunt, vnum ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium, multamq; operam in res obscuras atq; difficiles conferunt, easdemq; non necessarias. 1. Off.

Vt quisque maximè perspicit, quid in quaque re verissimum sit: quiq; acutissimè & celerrimè potest & videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus ritè haberi solet. 1. Off.

Prudentes dij amant & oderunt malos.

Priusquàm initium rectè constitueris, stultum est de exitu consilium capere.

Istud est sapere, non quod ante pedes modò est, videre, sed etiam illa quæ futura sunt prospicere. Teren.

Priusquam incipias, consulto, at vbi consulueris, maturè opus est facto. Salust.

Cum re mutare consilium prudentis est.

In capiendis consilijs festinatio rationis inimica, mentis præstringit oculos.

Haud facilè animus verum prouidet, vbi odium, ira, amicitia, atque misericordia intercedunt.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Terent.

Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui.

Perbeati sunt, qui eum tenent vitæ cursum, vt vel in negotio sine periculo, vel in otio cum dignitate versentur. Cicero.

Seræ sunt hominum lamentationes, prorsusq; vituperandæ, quas occupatas in ijs lugendis cernimus, quæ vitio suo & desidia contigerunt.

Primus ad prudentiam gradus est, seipsum nosse: quod vt omnium difficillimum est, ita longè vtilissimum.

Fœliciter sapit, qui ex alieno periculo sapit. Plaut.

Fœlix quicunque dolore

Tibull. Alterius disces posse carere tuo.
Terent. Scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex vsu fiet.
Idem. Ita comparata est omnium hominum natura, aliena melius vt videant & iudicent, quàm sua.
Catull. Suus cuiq; attributus est error,
Sed non videmus manticæ quod in tergo est.
Salust. Aliena sic nobis tractanda sunt, vt nostrorum non obliuiscamur.
Stultitiæ est alienam rem suo periculo curare,
Prudentis est, mortis meminisse.
Sapientissimus quisq; animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo.
Hesiodus. Æstas non semper fuerit, componite modos.
Carpe diem, quàm minimum credulus postero.
Horat. Viue memor quàm sis æui breuis.
Martial. Sera nimis vita est crastina, viue hodie.
Dum lucet viue.
Vtendum præsentibus.
Memineris iuuenis, quòd aliquando senex eris.
Est sua rebus pulchritudo, sed & interim desinit.
Stultus est, qui, quæ obtulit opportunitas, non amplectitur.
Ouid. Bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Boetius. Quod præcipiti via
Certum deserit ordinem,
Lætos non habet exitus.
Terent. In omni re, videndum ne quid nimis.
Flagitium est, te alijs consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarier.
Terent. Quod cauere possis stultum est admittere.
Prudentis est in plerisq; conniuere.
In auido ingenio, sæpe prauum vincit consilium.
Iuuenilis ætatis inscitia, senum constituenda est & regenda prouidentia.
Stultum est terrarum dimensionibus studere, & seipsum nescire metiri.
Claudian. Dijs proximus ille est
Quem ratio, non ira mouet.
Vtilia iucundis præferenda sunt, cùm obtineri vtrunq; non potest.
Vix sibi ipsi nedum alij credet prudens.
Terent. Omnia prius experiri, quàm armis, sapientē decet.
Euentus stultorum magister.
Horat. Dulce est desipere in loco.

Ex Apophthegm. Erasmi.

Prudentis est pro re nata nouare consilia: at sine causa subinde alium fieri, inconstantiæ vitiū est.
Prudentia vrbes bene gubernat, ac domat: nec cantilenis nec modis regitur probè.
Mederi maleuolis potius quàm vlcisci, prudentia est & ciuilitas.
In bello plus habet momenti vnus verè prudēs & cordatus, quàm turba imprudentium. Fit enim sæpe vt cordati viri autores sint victoriæ, soliq; fortes habeantur.
Vnus vir cordatus potest hoc totum præstare quod Reipub. interest.
Est vbi loquendum sit seuerius, est vbi blādius, est vbi magnificentius, est vbi summissius, est vbi iucundius, est vbi durius: id si fiat citra perfidiam, prudentia est.
Prudentis non est fortunæ successum intumescere, quum ipse sit nihilo maior.

In bello plus habet momenti prudentia solertiaq;, quàm vires consilij expertes.
Prudentis est naturæ suæ morbum agnoscere, & vitio materiam præripere.
Regnum quod beneficijs & beneuolētia tenetur, perpetuū est: quod verò vi & metu, nō diuturnū.
Parentum est obiurgare liberos, sed intra domesticos parietes: nec ea conuitia sunt eliminanda.
Solertia ac prudentia in consilijs plus habet momenti in imperatore, quàm vires in prælijs.
Prudentiæ est infido diffidere, donec immineat periculum.
Tutissimus est murus prudentia: neq; enim collabitur, nec proditur.
Oculi prælucent toti corpori, nec vlla est virtus absq; prudentia.
Vbi plus est periculi, ibi maior adhibēda est cautio.
Hæc est præcipua pars boni consultoris, dispicere non solùm quid per se optimum sit, sed quid pro temporum ratione possit obtineri.
Quid refert prouidere, quod effugere non possis? *Seneca epi. 88.*
Homines plus in alienis negotijs vident. *Idem epist. 110.*
Non temerè incerta casum reputat, quem fortuna nunquam decepit. *Liuius lib. 10.*
Iustitia sine prudentia plurimum potest: sine iustitia nihil valet prudentia. *Cic. 2. off.*
Deorum prouidentia mūdus administratur: iidem consulunt rebus humanis, nec solùm vniuersis, sed etiam singulis. *Cic. de na deor.*

Ex Poëtis.

Prudentia fortitudine dignior est.

Sed te non animus, nec solis viribus æquum *Val. Flac li 4.*
Credere, sæpe acri potior prudentia dextra.
Nullum numen abest, si sit prudentia. *Iuuen. Sat. 10.*
Quid prudentis opus? Cùm possit nolle nocere.
Quid stulti proprium? non posse, & velle nocere.

Prouidentiam multi negant, ex pœna bonorum, & prosperitate malorum.

Cùm rapiant mala fata bonos ignoscite fasso, *Ouid. libr. 3 de fast.*
Sollicitor nullos esse putare deos.
Viue tamen moriture pius, cole sacra, colentem
Mors grauis à templis in caua busta trahet.
Nec curare deum credis mortalia quenquam? *Virg. eclog. 8.*
Sed cùm res hominum tanta caligine volui *Claudian. lib 1.*
Aspicerem, lætosq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat
Relligio, causæq; viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quæ semina currere motu
Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras
Fortuna, non arte regi, quæ numina sensu
Ambiguo, vel nulla putat, vel nescia nostri.
Quisquis es ô prudens Ianum sectare biformem, *Faust.*
Sunt ora, atq; oculis terga videnda tuis.

Prudentiæ amor.

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis, & sciētiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrū putamus, labi autem, errare, nescire, decipi, malum & turpe ducimus. *Cic. 1. off.*
Omnis cogitatio, motusq; animi, aut in consilijs capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene beateq; viuendum, aut in studijs scientiæ, cognitionisq; versatur. *Cic. 1. off.*
Vt enim quisq; maximè perspicit, quid in re quaq;

verisimú sit, quiq; acutisimè, & celerrimè potest & videre & explicare rationem, is prudentisimus & sapientisimus ritè haberi solet. Quocirca huic quasi materia subiecta est veritas.

Ex quibusdam Græcis. Bonum maximum prudentia est semper.
Viri forma ex oratione cognoscitur.
Optimum est omnia nosse honesta.
Si rectè sentias, in omnibus fœlix eris.
Semper potisimum est, quod est tutisimum.
Nonnulli sunt inconsulti fœlices.
Peritia imperitiam superat.
Res suauis pater prudentiam loco iræ habens.
Suauisimum est diuitem prudentem esse.
Odi prudentem, quicunq; sibi non est prudens.
Mente aliquid agitare, potius est quàm quiescere.
Si sis prudens, fuge improbitatem.
Præceps prudentia odium generat.
Nemo quod intelligis nouit: quod facis, videt.
Non vbiq; prudens conuenire dicitur.
Animi magnum frænum est hominibus mens.
Quàm nihil est eruditio, nisi mens adsit.

Ex Græcis, & primùm ex Platone.

Plato in Men. Socrat. Omnino asserendum est, cætera quidē humana omnia referri ad animū: quæ verò in animo sunt, ad prudentiā, si modò bona futura sunt, eaq; ratione prudentia ipsum vtile erit. Virtutem verò vtilem esse dudum diximus.

Ibidem. Prudentia virtus est, aut vniuersa, aut pars aliqua.

In Meno. Socrat. Vt summatim dicā, omnes animæ impetus, atq; omnes declinationes, ducente prudētia ad beatitudinē tendunt, imprudentia verò ad contrariū. Quapropter si quid est virtus eorū quæ consistūt in animo, & vtilis est, prudentiam hanc esse oporter: quippe cùm omnia quæ sunt circa animum, ipsa quidem secundum seipsa nec commoda nec incommoda sint: adiuncta verò prudentia vel imprudentia, statim aut vtilia aut noxia fiant. Hac itaq; ratione virtutē cùm maximè omnium cōferat, prudentiam quandam esse constat.

Ibidem. Vera opinio ad rectè agendum nihilominus quàm prudētia valet. Atq; id est quod in consideratione virtutis in superioribus prætermisimus, dum solam prudentiam rectè agendi ducem assereremus. Hæc autem erat opinio vera.

In conuiu. Agath. Ne me adeò theatri studiosum eiusq; fauori deditum putes, vt ignorem prudenti viro paucorum sapiētum, magis quàm multorum insipientium iudicium esse verendum.

In Phæd. Socr. Viri nobis sapientiores, virum mentis cōporem aiunt non id meditari debere, vt conseruis suis, nisi prout contigerit, obsequatur, sed vt dominis bonis obtemperet.

In Tim. Tim. Cùm extra positi sēsus pulsauerint animā vehementius, rotāq; eā posſederint, tunc illi subiugari quidē & seruiētes dominari videntur. Quas ob res ab initio anima cū mortalis corporis vinculis includitur, amēs efficitur. At postquā nutritionis & augmēti riuus leuius fluit, & animæ circuitus motu tranquilliore iter suū peragūt, processuq; temporis sedatiores fiunt, & in figuram naturæ suæ congruam restituuntur, tunc singulorum circulorum directæ conuersiones, eiusdem & alterius naturam probè discernūt, & sic hominem institutum prudentem efficiunt.

1. de legib. dial. Athen. hosp. Prudētia diuinorum bonorum dux primus existit.

Athen. hosp. Quomodo ô amici vel minima prudentiæ species sine consensu consistere poterit?

In Axio. Socr. An non mediatè cōsiderabis naturā vir tātus, & rationi obsequēs? quòd cōmune videlicet hoc, & ab omnibus iactatum, peregrina quædā vita est, quodq; peragentes eam alacriter, & tantum non pœna cauentes, ad postremam accedere necesitatem: tam molliter verò habere se, tamq; agrè pueri more diuelli, nequaquam prudentiæ præ se fert altioris ætatem.

2. de legib. dial. Athen. hosp. Puerorum sensum voluptatis atq; doloris esse dico: atq; hæc duo esse, in quibus virtus & vitium animo innascuntur. Si cui autem prudentia & vera opinio vel in Senectute affuerint, fœlix est: perfectus porrò vir est, qui hæc, & quæ in his sunt omnia posſidet bona.

Ego autem ad vnā dicebam solùm virtutem id respicere, cū tamē sint quatuor: respiciendūq; non ad vnā tantū, sed omnes. Maximè verò ad primā, quæ & cæterarū omniū dux est. Hæc verò prudentia dux est, & intellectus, & opinio vna cum amore & cupiditate ista sequente.

In Gorgia. Fœlici futuro exercēda est & sectāda tēperantia: intemperantia verò quantum quisque valet pedibus, fugienda. Opus est enim ita se præparare, vt non egeat castigatione.

In Charmi. Vaticinium futuri scientia est, & temperantia illi præsidens vanos ostentatores vitat, veros autem vates ad futurorum prædictionem eligit.

Plato 5. Rep. Vanus est homo, qui ridiculum aliud æstimat, quā malum: & qui risum mouere volēs non insipiētis & mali, sed cuiusdam alterius vultum intuetur. Vanus etiam est qui cùm honesto studeat, scopum sibi alium virum, quàm bonū proponit.

9 de Rep. Earum voluptatum cupiditatumq; quæ necesſariæ non sunt, videntur mihi quædam legibus expugnantes omnibus inesse: legibus autē & melioribus cupiditatibus cū ratione castigatæ, in quibusdam hominibus omnino abolescere: in alijs autem vehementiores frequentioresq; euadere. Quas potisimū istas vocas? Quæ in somnis excitantur cū ratio māsueta & domina dormit: ferina autē & aggrestis, cùm sit immoderato potu & pastu repleta: exultat, tētatq; excutere somnū, & solitis libidinibus indulgere. Tum quippe nihil est, quod non audeat veluti soluta & libera omnibus prudentiæ & verecundiæ præceptis.

Re vera dixit, ô Simmia, qui rectè philosophantur, mori meditātur, & mors ipsis inter cæteros minimè videtur terribilis.

Omnis copia virtuti, omnis opulentia cedit.

In Phædo. Prudentia & magna vis natura coniungi solent, semper se mutuò persequuntur.

12. de legib. Cùm quatuor virtutis species sint, has omnes vnum appellamus. Fortitudinem enim virtutem esse dicimus, prudentiam virtutem, & reliquas duas similiter, quasi re vera non multa sint, sed vnum id solum quod virtus est.

Prudenter facta, tanquam in vas inane alia alijs superinijcere oportet.

Prudens vir ad vitam, quasi viam quandam, non preciosius viaticum, sed quod magis est necesſarium comparat.

Ex

Ex Demosthene.

In orat. funeb. Omnis virtutis principium est prudentia, finis verò fortitudo: & vt illa quid agendũm sit indicat, ita hæc seruat & tuetur.

In Proœmiis. Principium quidem est rectè iudicandi omnia, vt nihil antè vos nosse existimetis, quàm intellexeritis, cùm alioqui sciatis sæpe iam multos de sententia decessisse.

In orat. amat. Pulchrũ quidem est ob vnũ aliquod præclarũ facinus clarũ, & illustrẽ esse: sed longè pulchrius est oĩa amplecti, ob quę vir prudens gloriæ studeat.

In 37. Proœm. Etsi mos est ferè communis plurimorum, vt eos qui laudant & blandiuntur ament, eos verò qui increpant & probè consulunt odio habeant, veruntamen prudentis officium est, eniti vt cupiditatem rationi semper habeat obtemperatem.

Ad Leptinem. Principio aliquid non dare, prudentũ hominũ est officium: habentibus autẽ eripere, inuidentium.

Contra Aristocratem. Debetur hominibus modestis ac prudentibus, & verè rem examinare volentibus, multò maior honor, quàm ærea statua.

4. epist. Quæ quis proferre veretur, ea quoq; scribere caueat.

In Midiam. Quum vnus qui iniuria affectus est non sumpsit pœnas, tum vnumquenq; expectare oportet se primum postea fore cui facienda sit iniuria, nec huiusmodi contemnere decet, neq; permanere dum ad id perueniat, sed è lõginquo præcauere.

In orat. funeb. Norũt Cecropidę ducẽ suũ partim draconẽ, partim hominẽ dici, non aliũde profectò, nisi quod prudẽtia sua homini, virib⁹ aũt draconis similis esset.

Contra Aristog. Omnia quæ præclara sunt per quæ ciuitas decoratur ac conseruatur, liberorum erga parentes obseruantia, iuuenũ erga natu maiores reuerẽtia.

In 19. Proœm. Illud existimo prudentium hominum munus esse, vt parem curam & prouidentiam rerum vestrarum priuatarum quàm alienarum habeatis, ne humani solùm, sed etiam prudentes videamini.

Ex Aristotele.

Aristot. libr. 6. cap. 5. Ethic. Prudentes quidẽ vidẽtur ex eo esse, quòd rectè cõsiliũ in iis capere possint quæ è re sua sunt, quę q; non aliqua ex parte, vt quę ad valetudinẽ, aut vires, sed omnino ad bene viuẽdi rationẽ pertinẽt.

Ibidem. Prudẽtes in re aliqua dicimus, cùm ad honestũ finẽ rectè ea dirigũt, quæ arte nõ possunt effici. Quocirca valeat prudens omnis consilio necesse est.

Ibidem. Prudẽtia nec ars, nec sciẽtia esse potest: quoniã nemo consiliũ in ijs rebus capit, quæ aliter euenire nõ possunt, neq; de ijs quę ab ipso nequeũt effici & præstari: quoniãq; scientia omnis demõstratione concluditur, quæ certis principijs constat.

Ibidem. Prudentia scientia non est, quia quod subiectum est sub actionem, aliter euenire potest: nec ars, quia alius actioni, alius effectioni artis finis est propositus.

Ibidem. Prudentia, habitus est vera ratione ad ea agẽda idoneus, quæ vitæ hominũ conducunt, vel obsunt.

Ibidem. Quapropter necesse est prudentiã animi affectionẽ esse vera cum ratione coniunctã, quæ vim habet ad ea gerẽda omnia, quę ad vim degẽdã pertinẽt.

Ibidem. Prudentia virtus est, non ars.

Ibidem. Prudentiæ conseruatrix est Temperantia.

Cap. 5. lib. 6. Nemo prudentiã optimã existimat, nisi is qui rebus oĩbus quæ in mũdo sunt præstãtior sit honitate.

Ibidem. Qui rectè rebus suis consulit, & rationibus, omnes eũdẽ prudẽtẽ nominãt, eiq; se ac sua oĩa cõmittũt.

Ibidem. In ijs belluis prudentiam inesse dicimus, quæ vi præditæ sunt quadam congerendi ea quæ ad vitam degendam pertinent.

Ibidem. In ijs rebus prudentia cernitur, quæ hominum vitæ sunt necessariæ, ijsq; omnibus quæ in deliberationem cadunt.

Ibidem. Nec verò in vniuersis modò rebus prudẽtia versatur, sed notæ etiam esse debent res singulæ, cùm & in agẽdo posita sit, & in rebus singulis omnis actio consistat.

Cap. 8. libr. 6. Prudentia, & sciẽtia ciuilis iidẽ sunt animi habitus, iisdẽ tamẽ eadẽ non est natura. Eius em prudẽtiæ quę in publicis rebus versatur, vna pars est architectonice, quæ legũ ferendarũ ratio dicitur: Altera quæ priuatim in rebus singulis versatur, cõmune ciuilis scientiæ nomẽ obtinet, cuius opus omne est in agendo & consulendo.

Maximè prudentia videtur ea qua quisque sibi vni, & rebus suis consulit. Isq; demũ prudens videtur, qui rebus rationibusq; suis prospicit, in ijsq; curandis occupatus est.

Cap. 13. Prudẽtia, & virtus moralis omnẽ actionẽ absoluũt.

Prudentia iustas res tractat, & honestas, quæq; hominis bona sunt, & quas boni viri est gerere.

Cap. 13. lib. 6. Quemadmodũ vis est duplex eius in qua sedes est opinionis, ingeniũ & prudẽtia: sic duplex est eius quę sedes est motis & voluntatis, virtus ingenita, & vera virtus: quarũ quæ propriè virtus vocatur, sine prudentia nullo modo esse potest. Itaq; omnes virtutes prudentiæ nomine appellant.

Ibidem. Nec sine prudẽtia q̃q̃uã veræ probitatis, nec sine virtute quæ more pficitur, prudẽtiæ nomẽ obtinet.

Ibidem. Si prudentia vna adsit, iã cõtinuò vnà cũ ea omnes aderũt. Nã etsi ad agendũ non moneat, et tamen locus relinquendus est, hoc ipso, quòd partis animi virtus ponatur, & quòd sine prudentia & virtute propositum rectum esse non possit.

Aristot. apud Stob. Quoniam euentus rerum sese nostræ volũtati non offerunt nec accommodant, nos voluntatem euentibus accommodare oportet.

Ibidem. Ex turpiter loquẽdi licẽtia sequitur & turpiter agere.

Aristotel. apud Stob. Existimandũ est fœlicitatẽ in magnitudine possessionis non esse sitam, sed in bono statu animæ. Etenim neq; corpus ornatũ veste splẽdida beatũ esse dicimus, sed quod sanitate fruitur & bene se habet: ita anima bene instituta ipsa fœlix est & homo. Quoniã ne equũ quidẽ, licet phaleris aureis ornetur, magnifaciemus, si natura malus sit. At illũ qui natura sit generosus, impensius laudamus. Vt ille ridiculus fuerit qui seruis suis deterior est: ita nõ minus habẽdi sunt miseri, quorũ possessio maioris est precij, quàm ingenium proprium. Quibus malè affectus est animus, illis nõ diuitiæ, nõ robur, nõ forma p bonis sunt: sed quò maius augmẽtũ acceperint, eò pluribus, maioribusq; damnis possessorem suum mulctant.

Ex Euripide.

Est quidam planè alius inter homines amor
Animi iusti, frugi atq; boni. In Thesea.
Licet etiam illum qui prius errauit, moriendo virtutem repræsentare. In Aegeo.
Tres sunt virtutes, quas exercere te, fili, decet,
Nempe deos colere, & qui te nutrierunt parentes, In Antiope.
Legesq; communes. Hæc enim faciens
Pulcherrimã semp gloriosæ famæ coronã habebis.

Idem. Miserabiles sunt, non quidem imperii vspiam
Sed viri sapientes. Non enim damno caret
Mentem inesse sapientibus, quæ nimium sapit.

Idem. Primùm oportet animo miti & benigno prædi-
tum esse.
Diuin caue ne priores partes attribuas,
Sed æqualẽ oĩbus te pietatisq; studiosum exhibeas,
Si duo negotia proponuntur, sic alteri
Animum applicans, reliquum oderis.
Non opes iniustè tibi condas, si studeas multum
Temporis inhabitare regiam. Præter ius enim
Ædes ingressæ non salutiferæ sunt.
Operam tamen dato vt possideas. Nam in hoc ge-
nerositas est sita.
In paupertate verò ignobilitas est,
Et timiditas, & ignominia vitæ.
Cæterũ amicos, quos oratio tibi nihil indulgeat,
Conquire. Qui ad granam delectandi
Te causa, mali sunt, illos excludant repagula do-
mus.
Conuersationes seniles ama.
Breue voluptatis gaudium tristitiam parit.
Nunquam in prospero imperij tui statu
Turpes amores ciuium persequere:
Ferrum enim & laqueos allicit,
Qui pauperũ bonorũ liberos affecerit ignominia.
Præterea improbos ne promoueas in ciuitate:
Nam improbi seu pecunijs aucti,
Seu ad aliquem promoti magistratum,
Exultant in ædibus iniuria fortunatis.
Opnma suis qui largitur amicis
Ille sibi sapit in suum commodum.
Ne contra stimulos tibi imperantium calcitres.
Calamitati aliorum, qui infortunia passi sunt
Nunquam insultes, metuens ne quid ipse patiaris.

Ex Democrito.

Temperantia quæ iucunda sunt auget: & volupta-
tem maiorem facit.
Sapientia nihil admirans aut stupens, rebus omni-
bus digna est, vt omnium preciosissima.
Conuenit homines animæ magis quàm corpo-
ris habere curã. Siquidem anima perfectissima,
corporis vitia leuat. Robur autem corporis absq;
ratione, nihilo meliorem reddit animum.
Legi, ac principi sapientiori credere par est.
Optimũ est homini vitam agere animo vt plurimũ
læto, & rarissimè tristato: quod fieri poterit, si
voluptates non in rebus perituris locentur.
Prudentiæ est, futuram iniuriam præcauere: indo-
lentiæ verò, quod factum est non vlcisci.
Maxima gaudia ex facinorum præclarorum specta-
culo nascuntur.

Ex Menandro.

Menander. Optimus hic vir est, ô Gorgia,
Quisquis hominum plurimas iniurias ferre nouit.
Subuciuntur omnia sapientiæ,
Tu verò corpus meum imbecillum & muliebre
non bene reprehendisti. Modò enim sapiam.
Potius id fuerit, quàm brachium robustum.
Vt visus est in oculo, ita mens in anima.
Cùm quis tibi non quod plus est, dederit,
Particulam accipe. Minus enim acceptum
Multò tibi plus erit, quàm nihil.
Robusto præferendus est vir prudens.
Ego nihil esse temperantia puto antiquius:
Quoniam semper bonis conuersatur,
Homines frugi timent diuina.
Ne mihi diuites nomina.
Non illum magnifacio deum,
Quem pessimus quisq; facile sibi comparat.
Heu mihi, sacrum est omnino malum,
Bonum videre, non vti tamen ipso.
Quid enim aliud ad vitam requiritur, nisi duo sola,
Cereris alimentum, & aquæ potus.
Sic facta ferunt, pro malis vt consilijs
Malam vicissim talionem lucrentur homines.
Varijs dij deceptionum formis
Nobis imponunt: sunt enim præstantiores.
Iusti de te opinionem acquire:
Interea verò cuncta perpetrantis opera lucraberis.
Legati venerunt à rege ferentes aurum quo Epa- *Epaminondas.*
minondam corrumperent. Inuitati ad pran-
dium sunt, vt causam aduentus explicarent. Ap-
posita autem vili mensa, & vino acido, subri-
dens, inquit, Abite & domino vestro prandia
mea narrate, quibus me contẽtum non ad pro-
ditionem alliciet.
Crates cùm in foro, alios ementes, alios vedentes
cõtemplaretur, Illi, inquit, quòd rem inter se cõ-
trariam agant, se beatos iudicant: at ego me,
quòd & vendendi & emendi immunis sum.

Ex Socrate.

Voluptates oportet nõ ex alijs, sed nobis ipsis au-
cupari: corpus autem præparatum & composi-
tum, vt decet, esse debet.
Maximã fortunã ceu minimã spectare oportet, &
quod abest, nõ desiderare: neq; enim ad te per-
tinet. Nihil in rebus cõstans est. Si opulentus sis,
& quotidie pluribus inhies, tã pauper es, quàm
diues. Vt pauper, quæ possides vis retinere: vt
diues, accumulare plura: ex quo tam hic, quàm
ille animum habet anxiè sollicitum.
Soli rationi tanquam sapienti tutori, vt vitam o-
mnem, ita maximè iuuentutem credere oportet.
Vita cuiusq; moribus apta minori molestia fertur.
Simul ac prudens os suum aperuit, velut aperto
fano animæ, apparent sua tanquam simulachra.
Nauigando gubernatori auscultandum est: viuen-
do, illi qui plus valet prudentia.
Via est eligenda perfectissima: vita autem iucun-
dissima.
Vnam quamlibet vitæ simulacri partem pulchram
esse decet.
Vt tectum basi: ita vir bonus instituto innixus
honesto, nullatenus dimoueri debet.
Interrogatus Socrates, quid esset prudẽtia, Animæ,
respondit, concinnitas.
Idem roganti quinam prudentes essent, Qui non
facilè delinquunt, dixit,
Vt qui nauigant vẽto secundo, instrumenta quoq;
parata habẽt, quibus se contra tempestatem mu-
niant: ita qui cùm bona fortuna sapiant, etiam
ad infortunia animi affectus præparant.

Ex Isocrate.

Isocrates dixit, frugi & bonũ virum debere præte-
ritorũ meminisse, agere præsentia, futura cauere.
A quibus animã detineri turpe est, eorũ cõtinẽtiam
meditare, lucri, honoris, iræ, voluptatis, doloris.
Continens autem horũ euades, si primo lucrum
existimes quod gloriã, nõ pecuniã auget. Quod
ad

ad iracundiã, non aliter in peccantes affici debes quàm alios velles erga teipſum. In iucũdis tibi tẽperabilis, ſi reputes dedecus eſſe, ſeruis imperare, voluptatibus ſeruire. In triſtibus, ſi aliorũ intueatis infortunia, te hominem eſſe memineris.

Ne malitiam re quidẽ ſupra virtutẽ prodeſſe putaueritis, nomẽ verò tm̃ infœlicius & peius ominatũ ſortitã. Quinimò vt res ſingulæ ſua nomina habẽt, ita facultates earum eſſe quoq; iudicãdũ.

Qui turpia nõ cupiuit, neq; attigit, is non eſt temperãs. Nihil enim exiſtit à quo ſibi temperauerit, vt modeſtus & continens dici mereatur.

Calliſthenes. Iuxta Celænas vrbẽ Phrygiæ vaſto terræ hiatu aqueq; pleno, quũ multę domus immerſę eſſẽt & pericli tãte populo, Midas rex oraculũ accepiſſet, coiturã terrã ſi voragini quod in humana vita prioſiſsimũ eſſet, iniiceretur: Celænis aũt aurũ & cætera p̃tioſa in barathrũ immitẽtib⁹, & malo interim nõ ceſſãte, Anchurus Midię filius, quũ ſecũ reputaſſet nihil in rebus humanis anima eſſe pretioſius, patrem amplexus & vxorẽ eques in hiatũ inſiliit.

Xenophõ lib. 3. Xenophon quæſitus, an doctrina, an natura fortitudinem pareret, opinor, inquit, vt corpus corpore robuſtius naſcitur, ſic animũ animo ad graues caſus fortiorem natura fieri. Quin & eiſdẽm legibus & moribus educatos, longè alios ab iis audaciores video. Non tamen eſt dubium omnẽ indolem diſciplina & exercitatione promoueri.

Iamblichus. Cùm anima viuamus, eiuſdẽ virtute nos bene viuere dicendum eſt: vt cùm oculis cernamus, ipſorum quoq; virtute bene cernimus.

Victus eſt animi perfectio, modus optimus vitæ: eadẽ rationis, mẽtis, & cogitationis sũma actio. Virtutis autem opera boni formã habent, & pulcherrima, intelligibilia, ſtudioſa, mediocritate plena, tẽpeſtiua, finem optimũ præcedentia, deſtinata, denique gratioſa conſpiciuntur.

Idem. Prudentia virtutũ eſt princeps, reliquis omnibus vtitur, ipſarũq; ordinẽ, modum, & occaſionẽ in præſentia, tanquã oculus quidã mẽtis vndequaq; lucidiſsimus, oſtendit. Generatur hæc primùm à ſyncera perfectaq; mente, genita in ipſam mentẽ intuetur, à qua perficitur, modũq; & exemplar inde ſibi pulcherrimũ omniũ ſuarũ actionũ habet. Quod ſi aliqua nobis cũ diis intercedit cõmunitas, virtutis huius gratia cõſiſtet. Huius beneficio bona, & vtilia, honeſta & turpia diſcernimus, factaq; conuenientia iudicamus. Deniq; gubernatrix eſt hominum, & omnis inter ipſos cõſtitutionis princeps. Ciuitates, familias, & priuatam ſingulorum vitam ad exemplar diuinũ referens, qua poteſt optima ſimilitudine depingit, hoc delet, illud inſcribit. Meritò igitur deo ſimiles poſſeſſores ſuos efficit Prudentia.

Archytas Pythagoreus. Virtus in hoĩe abſolutio eſt humanę naturæ. Abſolutũ etenim quodq; fit p naturę virtutẽ. Proinde virtus eſt æqui, quę naturã eius ad sũmũ ꝓducit.

Theages. Animæ pars vna eſt ratio, animoſitas altera, tertia cupiditas. Ratio obtinet cognitionẽ: animoſitas, iracundiã: cupiditas, quã principalẽ animæ partẽ vocant continet. Cùm igitur hæc tria in vnã harmoniam redacta cõueniunt, virtus & conſenſus animæ fit. Vbi verò mutua diſcordia diuelluntur, animæ vitium & diſſenſio ſuboritur. Rationalis animæ partis, prudentia eſt: eſt enim iudicandi & contemplandi habitus. Animoſæ partis, fortitudo: vtpote qui habitus reſiſtit difficultati rerum. Partis ad cupiditates pronæ, temperantia: nam mediocritas eſt, & continentia voluptatum corporis.

Multo magis damnum, quàm turpe lucrum elige. Quippe illud ſemel duntaxat moleſtum, hoc perpetuò futurum eſt. *Chilo.*

Aggredere tardus agenda, aggreſſus age conſtans. *Bias.*

Obſcurorum coniecturam ex euidentibus facito. *Cleobulus.*

Officium inter diuina mihi maximum videtur, vitã quotidie modeſtam & temperantem præſtare. *Iſaus.*

Non licet præſentem diẽ rectè viuere, niſi quaſi vltimum victurus cogitaueris. *Muſonius.*

Sympoſium nullam ſine cõuiuis gratiam, neq; diuitiæ ſine virtute voluptatem habent. *Antiſthenes.*

Neq; aram è templo, neq; miſericordiam ex humana natura tollere conuenit.

Diogenes interrogatus quo pacto quis ſibi ipſi præceptor foret, reſpondit: Si de quibus alios reprehendit, ſeipſum in primis increpet. *Diogenes.*

Ex Phocione.

Pythagoras monuit vitam eligendam eſſe optimã: gratã enim ipſam conſuetudo efficiet. Opes, anchora imbecillis: gloria adhuc infirmior. Quænã igitur fortes ſunt anchoræ? Prudentia, magnanimitas, fortitudo. Has nulla tẽpeſtas quaſſat. hæc diuina lex eſt, vt virtus vna ſit potens: reliqua cuncta, nugæ. *Phocion.*

Mente vigil eſto. Huius etenim ſomnus veræ morti finitimus eſt.

Quæ fieri non decet, de faciendo ne minimum quidem animum induc.

Comparandi ſunt liberi, maritus, & amici, qui ad mortem vſque conſtantes ſint.

Satius eſt humi cubãtem viuere & bono animo eſſe, quàm perturbatum in aureo lecto.

Vires animi potius, quàm corporis tibi compara.

Perſuaſus eſto tuam non eſſe poſſeſsionem, quam in animo non habes.

Liberos generare diſce, non qui te ſenem, ſed qui animam immortalitatis cibo enutriant.

Puta plus ad virtutem conferre laborioſa iucundis.

Difficile eſt multas vitæ vias ſimul ingredi.

Omnis animi affectus, eius incolumitati aduerſiſsimus eſt.

Nulla re indigebis, quàm dare aut auferre penes animam eſt.

Quibus à corpore ſolutus non egebis, illa omnia contẽne: & quibus etiã defuncto erit opus, illis tibi vacanti deos adiutores precibus aduoca.

Quorum cauſa vitam cupis, propter eadem quoq; mori ne dubites.

Nunquam laudaueris, priuſquã videris hoĩs ignoti Affectum & animum, atq; mores quoſnã habeat. *Theognis.*

Multi adulterino ac ferino ingenio præditi,

Abſcõdunt id, animum in diem mutatũ ſimulãtes.

Proſpice animũ intendens & mnniẽs ex auditu, *Linus.*

Noſtri ſermonis viam præ cuncta veram,

Noxas repelle, ſorteſq; damnoſas, quæ profanorũ

Vulgus ſubuertunt, maliſq; per omnia implicant

Variis, fraudulentas ſibi ſumentes formas.

Has tu cuſtodia mentis ab anima arceto.

Hæc enim expiatio re vera te purgabit:

Si quidem oderis exitioſum earum genus:

Imprimis verò iſtud malorum omnium largitricẽ,

Quam regit inſtar aurigæ cupido ſtolidis frænis.

Qui exercitio vtitur, caueat lassitudinem: qui bona fortuna fruitur, inuidiam.

Aristonymus. Boni gubernatoris est se ventorum mutationibus accōmodare: viri autem sapientis, animi affectibus.

Tarentinus Pythagoricus. Quicunque cum intellectu & prudentia agunt, graues & sapientes sunt, nunquam insaniūt. Qui verò voluntatem moratam & placidam habent, frugi, modestiq; sunt.

Idem. Iniustus homo fit, cùm iniustitiæ causæ tanquam fomites quidam in ipso excitantur. Sunt autem tres. Voluptas in iis rebus, quarum vsu corpus demulcetur. Auaritia in lucrando. Ambitio, dum quis inæquales sibi & similes superare studet. His malorum irritamentis resistere poterimus, verecūdiam & studium comparando, metum hominibus incutiendo, vt vereantur leges, deos metuant & sapientiæ studeant. Proinde ab incunabulis pueros institui oportet, deos & leges honore dignētur. Sic enim apparebit actioē omnē humanā, vitamq; totam, aspirante sanctimonia, & pietate comite, secundis ventis fruituram.

Teletes. Vt bonum histrionem, quancunq; ei poëta dederit personam, eius decorum seruare decet: ita bonum virum, quancunque fortuna dederit. Nam ipsa veluti poëtria, nunc primi, nūc vltimi actoris locum nobis tribuit. Ne igitur si tibi partes contigerint actionis vltimæ, primas occupare velis.

Aeschylus. Præsens apud te necessaria ppēde, ne præsens absis.
Qui nouit vtilia, non qui multa, sapit.
Est gratiosum quippiam bonu, si bonno sit.

Sophocles. Boni viri est laborantes iuuare.
Recta prudentia magnus est deus.
Non prouidentiam, sed fortunam sequi oportet.

Charemon. Quod optimum est honorari debet vbique.
Nam qui rectè sapit, omnia simul complectitur.

Pythagoras. Inter homines multi mali boniq; sermones
Incidunt, quibus haud absterrearis, neq; sinas
Ab instituto te dimoueri. Si quis aduersum te mentiatur,
Leniter cedes. Quod verū dicā, vbiq; sequi debes,
Nemo tibi neq; verbis, neq; factis imponat,
Vt facias dicas ue quod tibi non consultissimū fit.
Quin facito quæ tibi non obsint, & rationem ante factum inito.

Phocylides. Robur, & murum, & arma sapiēti prudētia præstat.
Mortales sumus omnes ex æquo. Ast animis deus imperat.
Communis locus est omnibus, tum pauperibus, tum regibus.
Arma quibusuis animalibus deus donauit, naturam aeream
Volucrib⁹, leporibus velocitatē, & robur leonibus.
Tauris cornua, apibus aculeos.
Rationē verò quæ oīm est optima homini tribuit.

Plutarchus. Prudētia non corporū sed rerū est inspectio priusquàm ipsas homo aggrediatur, vt cōmodissimè obuias & incidētes excipiat. Prospicit eīm futura. Siquidē corpus anterioti solū parte oculatū est, posteriori, cęcū. Cogitatio autē præterita per memoriā cōspicit. Hic est enim ille scriba qui semper intus residet, hæc est animæ pars, quæ res transeuntes apprehendit, & conseruat, non permittens vt omnia in infinitum abeant.

Theophrastus. Oportet virū sacrificandi studiosum esse, nec sumptuosè, sed crebro honorē numini cōcedere. Illud enim diuitiarū, hoc pietatis signū est. Deinde parentes honestè alere, suamq; vitā ad ipsorū voluntatē instituere. Vxoris etiā & liberorū habēda est cura. Rependent enim officia liberi in senectute: vxor in morbis, & quotidiana rei domesticæ administratione beneficiū reddet. Prudentis enim viri est, qui mutuū prudenter dedit, id amicè recipere, non postquam contractum est, odiosè accipere.

Pythagoras. Recordare quòd cùm homines maximum esse in sapientia positum asserant, tam pauci interim ad possessionem eius annitantur.

Socrates ab vxore obiurgatus quòd multa missitantibus amicis nihil acciperet, dixit, Si omnia quę offeruntur acciperemus, si peteremus in posterum, qui darent, habituri non essemus.

Diogenes in Corynthio vēdēdus, interrogāte præcone quid calleret, respondit hominibus imperare. Risit præco, inquiens, Magnum artificium vendo, si quis sibi dominum velit emere.

Prudētius agit, q sibi cauet, priusquā malū ingruat, quā qui malo iā accepto ab excusādū cōuertitur.

Chrysippus Stoicus cogitationem dixit orationis fontem esse.

Herodotus. Idem esse videtur, vel ingenio suo sapere, vel rectè dicenti obtemperare.

Cùm didiceris quantum inuidere alicui, quàm misereri præstet, & qualis res sit parentibus vel excellentioribus succensere, domum abi.

Crito. Prudētia & fortuna ita se habēt inuicē. Prudētia res est rationē habēs, verbis effabilis, ordinata & definita. Fortuna neq; verbo cōprehenditur, neq; rationē habet, inordinata omnino ac infinita. Illa prior est dignitate & potētia: hęc vtroq; posterior. Illa gubernat, & determinat: hæc regitur & terminatur. Cæterū semp oportet naturā rationalē, & quę sermone definiri potest, habere quod terminet ac disponat. Irrationalē verò & verbis non effabilē habere opus est alteram naturam, à qua definiatur & ordinetur.

Archytas. Vir prudēs hoc maximè pacto noscetur. Primū nactus sit oportet ingeniū solers, memor, & laboriosum. Deinde statim à puero animū exerceat, ratiocinetur & circa philosophiā versetur. Postea de legibus diuinis, & vitijs hominum experientiam adipiscatur.

Duo sunt quæ prudentis animū gignūt: quorū alterū est, vt mens & disciplinis & cognitione sit munita: alterū spectacula & negotia multa quæ vnūquęq; spectasse oportet. Nā neq; is qui mox ab incunabulis rationibus ac disciplinis animum exercitauit, ad prudētiā fat idoneus est: neq; illeq dictorū nihil cōsecutus, sed in multis aliàs historiis & rebus experiēdo versatus est. Prior ad singularia perpēdēda cæcum habet animum: alter in vniuersalium contemplatione nihil videt.

PRVDENTER DICTA APOPHTHEGMATA.

Agesilaus quoties audiebat aliquos ab aliis laudari aut vituperari, existimabat nō minus esse discēdos eorū mores qui loquebātur, quā eorū de quibus loquebātur. Sēsit vir prudēs, qui auidè obtrectāt alienę laudi, magis pdere morbū suū quā detegere mores alienos. Idē rogāti cur Spartatę ad tibiarū cantū inituri prçliū exercerētur, Vt cùm ad numerū, inqt, incedūt, appareat qui formidolosi sint

sint, qui fortes:nam anapæstorum ictus strenuis addebat animũ,meticulosis autem pallorem incutiebat. Magni autem refert vt dux perspectos habeat militum animos, vt qui sint à prælio submouendi,aut qui retinendi perspiciat.

Idem cùm Corinthiorum vrbem & vires oppugnasset,multis hortantibus vt eam subuerteret, negauit suæ virtuti conuenire, qui peccantes ad officium cogeret , non qui Græciæ vrbes subuerteret.

Leontychidas rogatus quo pacto quis bona quæ adsunt tueri posset,Si non omnia,inquit, fortunæ crediderit. In animi bona nullum ius habet fortuna. Tum externa bona reddemus nobis stabiliora,si quædam volubili fortunæ nõ commiserimus.

Lycurgus percontanti cur legibus scriptis non vteretur, Quoniam, inquit , qui eruditi sunt & rectè educati,probant quid pro ratione temporis expediat : significans scripturam non mutari, quum pro varietate occasionum vir probus & sapiens cogatur mutare consilium.Satis est ciues honestè fuisse institutos, qui sua sponte videbũt quid pro tempore facto sit opus.

Dionysius iunior percontanti quonam pacto factum esset , vt cùm pater ipsius tenui fortuna ac priuatus Syracusanæ ciuitatis principatum tenuerit,ipse autem regis filius regnum hæreditate acceptum amiserit. Quoniam , inquit , pater rerum potius est , quum iam in odium venisset popularis gubernatio , ego cùm inuidia laboraret tyrannis,principatum suscepi.

Antoninus Geta cùm patrem Seuerum omnes diuersarum partium occidere destinantem vidisset,vt liberos etiam illorum suaderet necari, patrem rogauit & numerus quantus esset occidendorum,& an haberent propinquos : quum autem respõsum esset permultos esse, & quoslibet habere parentes:plures ergo,inquit,in ciuitate tristes futuri sunt,quàm læti, quod vicimus.

Crœsus cùm videret Cyri milites per vrbem captam discurrentes , rogauit Cyrum quid agerēt: Quumq; is respondisset , diripiunt vrbem tuā, Imò tuam,inquit, nihil enim iam hic meum est.

Bion dicebat amicos , quales quales essent retinendos esse , ne videamur aut malos recepisse in familiaritatem,aut bonos reiecisse.

A D A G I A.

Prudentia senibus.

Eum ausculta:cui quatuor sunt aures.

Home.Odyss.z. Qui iam incurruus erat senio,sed plurima norat.
Eurip. O gnate Eteocles,cuncta nequaquam mala
Adsunt senectæ:nam per experientiam,
Vsumq; rerum dicere,haud nihil,rudi
Potest iuuenta melius,ac prudentius.

Senesco semper multa discens.

Idem. Discenti asiduè multa,senecta venit.
Idem. Vsus me genuit,peperit mater memoria.
Seneca Tam diu discendum est,quandiu nescias:&,si prouerbio credimus,quandiu viuas.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,quin res,ætas, vsus semper aliquid apportet noui. Aliquid moneat, vt illa quæ credas scire,nescias:& quæ tibi putaris prima,in experiendo repudies.

Discipulus est prioris,posterior dies. Pub.Mimus.

Annosa vulpes haud capitur laqueo,
Aetate prudentiores reddimur.

Home.Odyss.β. Eram adhuc puer,ast vbi iam sum
Grandior,& reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseq; grandescit mi animus.

A fronte,atque à tergo.

Homer.Iliad.γ. De multum prudenti qui & præterita & futura prospicit.
Iliad.α. A tergo simul,atq; à fronte videbit:
Solus enim hoc à fronte simul tergoq; tuetur.

Mus non vni fidit antro.

Plaut. in Truculent. Sed tamen cogitato mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam committit suam
Quia si obsideatur vno, aliunde præsidium gerit.

Exempla Latinorum.

Fabius Maximus ille qui cunctando Pœnos fregit, in Italia Varronis ferocia perspecta , multum, diuq; precatus dicitur collega eius Paulum Æmilium,ne temerè quidpiam fieri ab eo pateretur : præuidere se, nisi illius cõnatibus obuiam iretur , breui fore vt aliquis in Italia locus supra Trebiam & Trasimenum Romana insigniretur clade.

Agebatur Romæ clàm inter Patres,de Carthagine funditus delenda , exijtq; ea consultatio in longam disceptationem , Maiore Porcio Catone censente eam esse delendam , vt Roma incolumis esset: Scipio Nasica identidem testatus admonuit Patres vt viderent, ne Carthagine excisa,populus Romanus æmulæ & inimicæ vrbis metu liberatus,in domesticam laberetur discordiam. Quod malum prospexit, ac prædicauit Nasica.

Græcorum.

Amasis Ægyptiorum rex , cùm omnia Polycrati Samiorum regi prosperè fluerent, experireturq; fortunam indulgentissimam, remisit illi omne ius veteris amicitiæ , testatus videre se fortunam huic insidiari , cui tam indulgenter obsequeretur.Præuidit rex prudentissimus Polycratis exitium.

Epimenides Cretensis Munychiam locum Athenis natura magis quàm opere munitum,multis audientibus testatus est ignorare Athenienses, quantas ille locus ciuibus clades esset allaturus: quod si liquidò sciri posset , dentibus fuisse locum demolituros,si manibus non liceret. Quapropter fuerit ne diuinatio an præsagium , non facilè dicitur:euentus tamen prædicationi non defuit.

Semiramis priuata adhuc , habituq; ignobili ad Bactrianum bellum profecta, vt cum viro esset, vna omnium monstrauit regi quomodo cum hostibus breui debellari posset: quo virtutis rudimentis

dimentis Reginæ nomen adepta est post viri interitũ. Itaq; quoniam filio perquàm similis erat, hunc virili habitu, & effigie mennita, regnum à Nino marito relictum non solùm tutata est, sed maiorem in modum auxit.

Epaminondas cùm lethale vulnus accepisset in Mantinea pugna, delatus à suis in castra, viuus adhuc Daiphãtũ ad se accersi iussit, vt ipsum ducẽ declararet: quẽ cùm occubuisse dicerent, rursus iussit Iolaidam vocari: quem etiam cùm occisum fuisse dicerent, suasit suis, vt cum hostibus pacem inirent, eo quòd nullum amplius ducem haberent.

Athenienses non solùm idoneis ciuibus Remp. gubernandam commiserunt sed sæpe peregrinos ciuibus antepofuerunt, eosq; Reipub. præfecerunt, quorum virtutem iustitiamq; experti essent.

Cùm Ptolemæus alea luderet, puer quidam astans condemnatorum nomina ipsi recensebat, & crimina referebat, vt ille vel de damnatione, vel de absolutione decerneret: Vxor vero Berenice correpto è pueri manibus libello, dixit non obiter aduertendum animum esse, cùm de hominis salute agatur. His auditis delectatũ Ptolemæum ferunt, nunquam postea inter ludendum de capitalibus causis audiuisse.

P V D I C I T I A.

Ex Latinis.

Erasm. Epist. Non carere libidine, sed vincere libidinem, virtutis est.

Sannaz. Hæ ferè fœminę incolumi pudicitia sunt, quæ modesta forma sunt.

Plin. Iunior. Castitatis indicium est frugalitas.

Prima laus pudicitiæ matronalis est, nulli notam esse, præter quàm suo viro quicum cubat.

Sat dotata venit puella, quæ pudicitiam secum & honestos mores adfert.

Virgines nullo cultu melius ornantur, quàm simplici.

Ex Poëtis.

Ouid. Epist 5. Nulla reparabilis arte,
Læsa pudicitia est, deperit illa semel.
Idem Epist. 15. Lis est cum forma magna pudicitiæ.
Propert. lib. 2. Fœlix Admeti coniux, & lectus Vlysis,
Et quæcumque viri fœmina limen amat.
Ouid. Epist. 1. Me pater Icarius viduo discedere lecto,
Cogit, & immensas increpat vsq; moras.
Increpet vsq; licet, tua sim, tua dicar oportet,
Penelope coniunx semper Vlysis ero.
Idem. 3. de fine tristium. Penelope vixit, quamuis custode careret,
Inter tam multos intemerata procos.
Epist. 16. At peccant aliæ, matronaq; rara pudica est,
Quis prohibet taris nomen inesse meum?
Propert. libr. 2. Penelope poterat bis denos salua per annos,
Viuere, tam multis fœmina digna procis.
Coniugium poterat falsa differre Minerua,
Nocturno soluens texta diurna dolo.
Visura & quamuis nunquam speraret Vlyssem,
Illum expectando facta remansit anus.

Claudia pudicitia suspecta purgatrix miraculosè.

Supplicis alma tuæ genitrix fœcunda deorum, *Ouid. 4 Fast.*
Accipe sub certa conditione preces:
Casta negor, si tu damnas meruisse fatebor:
Morte luam pœnas indice victa dea.
Sed si crimen abest, tu certæ pignora vitæ
Te dabis, & castas casta sequere manus.
Dixit & exiguo finem conamine traxit,
Mira, sed è scena testificata loquar.
Nota dea est sequiturq; ducem, laudatq; sequẽdo.
Index lætitiæ fertur ad astra sonus.
Gaudia procedit recto celeberrima vultu:
Credita vix tandem teste pudica Deo.
Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen *Sil. Ital. li. 17.*
Claudia, non æqua populi malè credita fama
In puppim versis, palmisq; oculisq; profatur:
Cœlicolùm genitrix numen, quòd numina nobis
Cuncta creas, cuius proles terramq; fretumq;,
Syderaq; & manes regnorum sorte gubernat.
Si nostrum nullo violatum est crimine corpus,
Testis diua veni, & facili me absolue carina.
Tunc secura capit funem, fremitusq; leonum,
Audiri visus subitò, & grauiora per omnes
Nulla pulsante manu. Sonuerunt tympana diuæ.
Fertur prona ratis, ventos impellere credas.
Contraq; aduersas ducentem præuenit vndas.

Non ego illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur, *Plaut. in Amphit.*
Sed pudicitiam, pudorem, & sedatum Cupidinem.

Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuencam, *Iuuen. Sat. 6.*
Si tibi contigerit capitis Matrona pudici.
Paucæ adeò Cereris vittas contingere dignæ.

Ex Græcis.

Ad pudicitiam nonnunquam conducit à proprijs vxoribus abstinere, ne quando commouearis in alienas. *Plutarchus.*

Probæ mulieris nomen itidem ac corpus domesticis parietibus contineri oportet. *Thucydides.*

Honestatis simul fons ac radix est legitimam consequi disciplinam.

Ornamentum est quod ornat, vt inquit Crates. Ornat autem quod honestiorem mulierem facit: talem verò præstat non aurum, non smaragdus, non coccus, sed quæcunque moderationis & grauitatis & pudoris speciem adhibent. *Euripides.*

Pudicæ mulieris non concubitus modò, verùm nec oratio publica esse debet, nec minus sermo quàm nudatio corporis est formidanda, & ab externis cauere debet, propterea quod affectus & mores ac dispositio animi in sermone planè conspiciuntur. *Ibidem.*

Mulier cum veste simul pudicitiam exuit. *Herodotus.*

Apophthegmata.

Argeus, quibusdam nõ suas, sed aliorum quorundam vxores predicantibus, Per Deos, inquit, de bonis & honestis mulieribus, nihil temere loquend

quendum est, sed in totum quales sint oportet ignorari, præterquàm solis maritis quibus cum viuunt.

Hippocratidas cū factus fuisset obuius adolescenti, quem amator sequebatur, erubescenti adolescentulo, Cum his, inquit, oportet ambulare, cum quibus conspectus non mutes colorem.

Virgo quædam Lacæna paupercula rogata, quam marito dotem esset allatura, Pudicitiam, inquit, à maioribus traditam. Sat enim pulchrè dotata est, quæ mores incorruptos adfert ad nuptias.

Alia Lacæna rogata num ad virum accessisset, non, inquit, sed ille ad me: significans se non libidinis causa commercium habere cum viro.

Phocais Ionica mulier ad Cyri regis cœnam cum aliis mulieribus admissa, cæteris regios iocos hilariter excipientibus, & ab illo tangi patientibus, sola constitit, nec Cyro paruit. Tentantibus autem cubiculariis illam adducere, Flebit inquit, quisquis manus mihi admouerit.

Quidam exprobrabat Hieroni graueolentiam oris. At ille cum vxore expostulauit, quod id sibi nunquam indicasset: Tum illa, Putabam, inquit, viros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitiæ argumentum, quæ nullius halitum oris sentire voluit, præterquàm vnius mariti.

Antiochus tertius cùm quandam Dianæ sacerdotem eleganti forma vidisset, continuò soluit Epheso, veritus ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod fas non esset.

Pericles cum Sophocle nauigabat: cùm autem Sophocles conspecto formoso puero dixisset, En quàm speciosus puer, respondit Pericles, Decet non solùm Prætoris manus, sed etiam oculos continentes esse debere.

Brutus Collatinus cum ex vxore à Tarquinio stuprata quæreret, Satin' salua? Minimè, inquit Lucretia, quid enim salui mulieri amissa pudicitia? Vestigia aliena in tuo lecto sunt, Collatine: sed corpus tantum violatum est, animus est insons, mors testis erit: his dictis gladium in cor infixit.

Chiomata, cùm misso precio à suis reduceretur, ac tribunus illam persequeretur, clàm mandauit seruo vt Romanum se prosequentem occideret. Vbi caput præcisum sub veste tectum ad maritum detulit, marito admirante dicenteq́;, num præclarum duceret seruare fidem, Præclarum, inquit, sed hoc præclarius, vnum duntaxat qui mecum concubuerint, viuere.

Canna Sinoriti vxor, cùm à Synorige præpotenti iuuene de amore sollicitaretur & Sinoritū maritum ob id interfecisset, illa vt coniugis mortem vlcisceretur coniugij spem præbuit, & in templo Dianæ, quasi vellet eam coniugij testem esse, ceu Deæ libatura è poculo bibit toxicum, moxq́; tradidit Synorigi, qui statim obijt.

Portia minor, quum laudaretur apud eam mulier vt bene morata, quæ tamen iterarat matrimonium: Fœlix, inquit, ac pudica matrona non nisi semel nubit.

Annia propinquis admonentibus, vt iterum nuberet: esse enim illi & ætatem integram, & faciem bonam, quorum alterum spem faceret prolis, alterum promitteret mutuum amorem; nequaquam, inquit, hoc faciam, si enim bonum virum nacta fuero, nolo timere ne perdam: sin malum, quid necesse est post optimum, pati pessimum?

Martia Catonis filia quum diutiùs lugeret maritum, rogata quem habitura esset diem vltimum luctus, respondit, Quem & vitæ.

Valeria Messalarum soror, rogata cur amisso marito, nulli vellet nubere, Quoniam, inquit, mihi semper viuit maritus.

Dimocles adolescens Atheniensis cùm intemperiem Demetrij regis effugere non posset, in feruentis aquæ lacum sese proiecit, vitam aspernatus vt pudicitiam tueretur.

Mithridates Monimam Milesiam multùm concupiuit: sed cùm ne magno quidem auri pondere eā corrumpere posset, iunxit illam sibi inuitam matrimonio, atq; adeò reluctantem vt Reginæ nomen spernens, sibi mortem consciuerit.

Hippo Græca cùm hostium classe fuisset excepta, in mare sese vt pudicitiam tueretur abiecit.

Insigne pudicitiæ exemplum splenduit in duabus Bœoniis virginibus: quę cùm patre absente duos iuuenes pro veteri hospitio domi excepissent, ab ijs vim passæ, eodem ferro die postera se interemerunt.

Ciane Syracusana virgo violatam à patre ebrio pudicitiam vlta est. Etenim cùm ex ea re Syracusæ graui peste laborarent, oraculaq; respondissent, de scelerato sacrificandum esse, Ciane parentem capillis apprehensum ad aram traxit, vbi manu eum sua pro victima mactauit, atq; se super occisi corpus interemit.

Thebana quædam virgo ab hoste Macedone corrupta, dolore dissimulato, violatorem pudicinæ iugulauit, seq; demū cum gaudio interfecit. nec viuere voluit post amissam pudicitiam: nec mori prius quàm sui vltrix existeret.

Rhodogune Darij filia, post mortem viri, nutricem, quæ illi secundas suadebat nuptias, occidit.

Teutonicorum fœminæ, Marium victorem orarunt, vt ipsas Vestalibus dono mitteret, affirmantes se æquè ac illas, virilis concubitus expertes fore. Quod cùm nollet Marius, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt.

Ex Latinis.

Trebonius adolescens cùm à L. Lucullo ad stuprum sollicitaretur, & iam non procul abesset, vt vim pateretur, autorem iniuriæ ferro obtruncauit. Maluit probus adolescens caput, quàm famam periclitari. Hunc Marius Lucullo propinquus, non modò non affecit supplicio, sed pro concione laudatum corona donauit.

Virginius vir plebeius, cùm Appius Claudius decemuir filiæ eius stuprum pertinacius expeteret, deductam in foro puellam occidit, pudicæq; interemptor, quàm corruptæ pater esse maluit.

Pontius Aufidianus Romanus eques postquam comperit filiæ suæ virginitatem à pædagogo fuisse proditam, non contentus sceleratum seruum affecisse supplicio, eam ipsam puellam necauit. Ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

Caius Cæsar vxori repudium misit: quòd domi eius Clodius fœmineo habitu fuisset deprehensus: Inquiens Cæsaris vxorem non crimine solùm, sed criminis suspicione carere debere.

M. Flauius Valerius Crispum Spuriam filium, militari virtute insignem, à Fausta nouerca accusatum, quòd eam stupri compellasset, statim multari iussit.

Papirius Volucer cùm filiam Camillam à fratre grauidam cognouisset, misso ad filiam gladio, quo se perimeret, filio alterum, vt idem faceret, tradidit.

Ex Demosthene.

Orat. 4. contra Philipp. Homini quidem libero maxima necessitas est rerum turpitudo atque dedecus, & maiorem ista haud scio quàm quis dicere possit: seruo autem verbera, & corporis cruciatus.

Orat. 1. contra Philipp. Equidem opinor liberis hominibus maximam necessitatem esse in Repub. gerenda pudorem.

Ad Leptinem. Probra hercle omnia fugienda sunt.

Ibidem. Omnia quidem cauenda sunt, tam quæ videntur, quàm quæ turpia sunt: ea autē potissimùm propter quæ aliquis videtur alijs succensere.

Ex orat. funebri. Quæ à paucis reguntur Dynastiæ, metum ciuibus suis incutiunt, verecundiam autem eis inserere nequeunt.

Plato de finit. Inter pudentes homines versatur Deus.

Ibidem. Pudor adolescentiam decet, deinde admodum generosè respondet.

De Rep. Metus & pudor: sunt custodes sufficientes.

Magis mihi placent iuuenes erubescentes, quàm pallescentes.

Ibidem. Habet hoc proprium vitiosus pudor, quòd cùm cæteras cupiditates sequatur pœnitentia, hic non sequitur, sed protinus in ipsis factis adest.

Aristot. Viro probo verecundia non conducit, qnippe quę pro rebus improbis fiat.

Diogen. Rubor virtutis color est.

Homer in Odyss. Pudor mendico inutilis.

Euripides. Ingenuitas ad pudorem tendit

Idem. Vir turpis verecundia moueri non potest.

Theogn. Malus est pudor vbi vincit imprudentia.

Ibidem. Omnes res humanæ consenescunt, præter solam impudentiam.

Pudorem in muliere, pulchritudinis arcem esse dicebat Demades.

Ex Latinis.

Seneca Epi. 25. Nec de altero quidem satis fiduciæ habeo, excepto eo, qui adhuc peccare erubescit: nutriendus est hic pudor, qui quandiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonæ spei locus.

Epist. 84. Plures pudore peccandi, quàm bona voluntate prohibitis abstinent.

Quint. lib. 11. Verecundia vitium est, sed amabile.

Idem decla. 12. Nun habitant simul pudor & fames.

Cic. de orat. Custos virtutum omnium dedecus fugiens, & laudem maximam consequens verecundia est.

2. de Finib. Moderatrix cupiditatum verecundia est.

8. Tuscul. Sæpe videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincerentur.

Planus ad Cic. Pudor in bello est maximè periculosus.

Max. lib. 4. Verecundia parens est honesti consilij, tutela solenniorum officiorum, magistra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore fauorabilem præ se ferens vultum.

Vbi studiū verecundiæ est, cupiditas rationi seruit. Idem lib. 4.

Verecundia liberi est, serui verò timor. Ter. in Andr.

Formam pudor honestat. Curt. lib. 6.

Sæpe minus est constantiæ in rubore, quàm in culpa. Curt. lib. 9.

Illum ego perijsse dico, cui quidem perit pudor. Plaut.

Verecundia timorem vincit. Liuius lib. 4.

Pudor malignitatem vincit. Idem lib. 8.

Ex Poëtis.

Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram. Plaut. in Pen.

Magis quidem meretricem pudorem, quàm aurum gerere condecet.

Tum pudor incendit vires, & conscia virtus. Ver. 5. Aeneid.

Tum pudor accendit mentem, nec conscia fallit Virtus pressa loco. Sil. Ital. lib. 2.

Rebus semper pudor absit in arctis. Valer. Flac. li. 4.

Obstare primum est velle nec labi via, Pudor est secundus. Seneca in Hippolyto.

Nam nihil inuitæ tristis custodia prodest. Propert. lib. 2.

Quam peccare pudet, Cynthia tuta sat est.

Periere mores, ius, decus, pietas, fides, Et qui redire nescit, cùm perit, pudor. Seneca in Agamemn.

Et non reuocabilis vnquam Cessit ab ore pudor. Vale. Flac. li. 7.

Nam ego illum perisse duco, cui quidem perijt pudor. Plaut. in Bacchid.

Facies verò non ascititio & alieno colore decoretur, sed genuino & proprio corporis, & aqua simplici abluatur, ac pudore potissimū ornetur. Phyntys.

Virtus tribus causis promouetur, metu, cupiditate, pudore. Metum lex incutit: pudorem, consuetudo: bonis enim moribus assuetos turpe quid admittere pudet. Doctrina verò desiderium parit. Hippodamus.

Namque metus socium secum trahit vsque pudorem. Agathon.

Non videtur mihi vbicumq; timor est, ibi etiam pudor existere. Plato in Euthyph.

Pudor in oculis nascitur, ô fili. Theogn.

Nihil verè pudendum est præter turpitudinem.

Diogenes cuidam ambienti ab ipso in philosophiam recipi, admisso explorandi gratia pernam in via ferendam dedit, seq; iussit sequi. Ille, præ pudore abiecto quod gestabat, furtim se subduxit. Aliquanto post illi factus obuius, ridens, Tuam, inquit, ac meam amicitiā perna diremit: Iudicans illum non esse idoneum philosophiæ discipulum, qui stultum pudorem non posset contemnere. Neque enim turpe est gestare pernam, sed ab honesto recedere turpe est.

Diogenes adolescenti cuidam perturbato, atque ob id erubescenti, Bono animo es, inquit, fili, istiusmodi est virtutis tinctura.

M. Brutus dicebat sibi videri eum ætatis florem male collocasse, qui nihil negaret. Inutilis est verecundia quæ quominus negemus nbsequium ad inhonesta vocanti.

Pythias Aristotelis filia rogata quis esset color pulcherrimus, Is, inquit, quem in ingenuis gignit pudor.

PVERITIA.

Pueritiæ proprietas quæ sit.

Horat. in arte. Ætatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus, & amicis.
Reddere qui voces iam ſit puer, & pede certo
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, & ponit temere, & mutatur in horas.

Auſonius. Senſus abeſt paruis lactantibus, & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.

Ouid. 15. Nam tener & lactens, puerìq; ſimillimus æuo,
Vere nouo eſt, tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes.
Omnia tunc florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, neq; adhuc virtus in frondibus vlla eſt.

Cornel. Gall. Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus.

Seneca in Thyeſte. Tacita tam rudibus fides
Non eſt in annis, detegent forſan dolos.

Pueri inter ſe pro leuibus cauſis iras gerunt. Quapropter? quia enim qui eos gubernant, animum infirmum gerunt.

Iuuen. Sat. 14. Nihil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul ite puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos.

Plutarch. in moralib. Auriga non ſemper habenas abducit, ſed aliquando reducit & remittit: Ita pueris nonnihil indulgendum.

Vt qui è vinculis emittuntur, licentius vagantur, quàm ij qui nunquam fuerunt in vinculis: Sic pueritia cùm à præceptoris gubernatione ſoluitur.

Qui dimiſsi à pædagogis, ſuo relinquuntur arbitrio, non abijciunt imperium, ſed mutant principem, nam pro pædagogo iam rationi parent.

Qui in ciuitatem adſcripti ſunt, & hoſpites, multa damnant, & moleſtè ferunt: At qui in ea à pueris ſunt educati, quiq; aſſueuerunt, probant: Sic qui philoſophiam à pueris imbiberunt.

Vt athletis amphotides adduntur contra plagas: Ita pueris focalibus magis eſt opus aduerſus peſtilentem orationem.

Qui equos rectè alunt, eos docent parere fræno: Pueros qui volet inſtituere, primùm aſſuefaciat vt dicto ſint audientes.

Si quid in vates velis infundere boni, ventum & aerem emoueas oportet: Sic faſtum eximas oportet ab animo eius, quem velis docere.

Pueritia inſignis.

Ex Græcis.

Semiramis fœmina illuſtris infans, penè prius periclitata eſt, quàm in lucem edita. iacuit infans circa Syriæ ſtagnum, alimoniæ defectu mox interitura, niſi aues alimenta miniſtraſſent: Hinc ſublata inter regios paſtores alitur: adulta, regia fit coniux. Demum non modò regnum tenuit, ſed inſigniter auxit.

Pyrrhus Æacidæ filius regia domo excidit, prementibusq; à tergo hoſtium telis, ægrè ſeruatus eſt: dein Glauciæ commendatus, ad eius pedes miſerè obrepſit infans. Adultus, in regnum reſtitutus eſt. Italiam concuſsit bello, Siciliam ſubegit, Macedoniam ſuis opibus adiecit, Lacedæmoniam fatigauit. Tantum inde gloriæ adeptus eſt vt virtute Imperatoria ſoli Alexandro ceſſerit.

Cyrus ſimulac editus eſt, ferarum laniatui expoſitus, caſu magis quàm conſilio matris nutritus apud regium bubulcum, ab Aſtyage materno auo qui fatis obuiam ire non eſt auſus, ſeruatus eſt. Sed non tam pertinax fuit illa fatorum vis in infantia, cùm ſeruatus fuit, quàm in regno adipiſcendo, & in omne æuum fama propaganda.

Alexander apud Leonidem pædagogum, aris admotus ſociorum cauſa, cùm largius thura focis congereret, Sic ſacrificabis, inquit ille, cùm Arabiam ſubegeris. Cuius vocis memor Rex, thuriferis, gentibus bello ſubactis, nauim ad eum thure onuſtam miſit, vt cum dijs parcus eſſe deſineret, qui ſecum tam benignè agerent.

Prætextatus in Curiam à patre ductus, cùm res de qua illo die conſultus fuerat Senatus, credita ſilentio eſſet, isq; domi à matre multis precibus ſollicitatus & minis territus, nequaquam ſubigi potuit. Ad muliebrem tamen intemperiem mitigandam, fide à matre prius accepta, Decretum eſt, inquit, vt ad propagandam ſobolem liceat viris plures vxores ducere. Hìc mulier, vt prona eſt in vetitum hominis natura, præſertim ſexus fœminei impotentioris, præcipiti fama per viciniam primò, dein per vniuerſam ciuitatem diſsipata, poſtera die mulieres omnes ferè ad Curiæ veſtibulum impulit. Admirati primores Patrum inſuetum matronarum cœtum, agnouerunt tandem, quid puer commentus eſſet ad tegendum Curiæ ſecretum, ipſiq; vni puerorum vt Curiam ingredi liceret, permiſerunt.

Alcibiades, quem neſcias gloriari'ne magis Athenæ debeant, quòd genuerint, quàm dolere, puer ad Periclem auunculum deductus, cùm ſubtriſtem illum eſſet conſpicatus, Ecquid eſt, inquit, auuncule, quòd doleas? illo verò reſpondente, cruciari ſe quòd curati Propylæi rationem profuſæ pecuniæ petenti populo reddere non poſſet, Quinimo, inquit, cogitandum tibi potius, quo pacto non reddas. Arripuit ſtatim puerile monitum, & patriam adeò graui finitimorum bello implicuit, vt ſolicita de imperij ſalute ciuitas aliò mentem conuerterit.

Ex Latinis.

Romulus & Remus decus gentium futurum, cùm in Tyberi periclitarentur, iuſſu Amulij, ſen'iſſe viſus eſt prouidus amnis, fatale onus, & cùm fortè vberius ſolito flueret, contraxit ſe illico, pueros deſtituens tenui alluuione. Iacebat diuina proles cœno prouoluta haud dubiè peritura, niſi auſpicato vagitu lupam attraxiſſet. occurrit huc non raptrix, ſed nutrix. Inde ſublati gemini, & adulti regnum auo vindicarunt, ſibiq; nouum condiderunt.

M. Cato, cui ex morte Vticenſis cognomen obrigit, puer adhuc L. Syllæ veriùs carnificinam,
quam

quàm domum ingressus, ingentem numerum capitum proscriptorum vidit, posteà egressus à pædagogo sciscitatus est, quorum essent hominum capita. Cùm ciuium esse respondisset, Debuisses, inquit, mihi porrigere ferrum, vt tam atrocem vindicarem iniuriam.

Sententiæ ex Græcis.

Theocritus. Agnis parce lupe, & meis parcito hœdis.
Nec me offendas, quia paruus ego magnum gregem sequor.

Amphorion. Quis non gaudeat puerilibus ludis?

Pompeius Macer. Adeste ô pueri, ô quantum fas est plurimùm amari,
O' iucundissimi, & minimè molesti,
Apprehendite matrem, & à me pendete.
Libet'ne ludere? Ludite ô pueriles animi:
Est enim vobis hæc ætas totius vitæ ver.
Cum pubertate enim curæ, molestiæq; pubescunt.

Euripides. Fortaßis ad vuluam & pectus meum
Saltans lusitabit, & basiorum frequentia
Cor meum sibi conciliabit. Hinc enim inter mortales
Maxima vis amoris est. Plurimùm pollent huiusmodi conuersationes.

Sophocl. in Aiace. Fili mi, vtinam patre fortunatior euadas,
Cætera verò similis, & malus non fias.
Atqui nunc te fœlicem indico
Quandoquidem nihil est præsentium malorum quod intelligas.
Nam nihil sapiendo iucundißima vita est,
Donec quid sit gaudium, & quid tristitia discas.

Eurip. in Medea. At isti pueri iam à ludo trochi desinentes
Procedunt: materna non æstimantes
Mala: mens enim puerilis dolorem nescit.

P V L C H R V M.

Ex Platone.

In Cratylo. SOCR. Illud ipsum consideremus, non si vultus quidam, aut aliquid eiusmodi pulchrum sit, quippe hæc omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus quod semper tale quale est perseuerat.

In Gorg. SOCR. Bis atque ter pulchrum esse ferunt, ea quæ pulchra sunt dicere, atque considerare.

3 de Rep. Quod maximè pulchrum est, & amabile maximè.

4 de Rep. GLAVCO. Verum est quod dicitur, pulchra difficilia esse.

In Phædro. SOCR. O amice Pan, & alij omnes qui locũ hunc colitis, date mihi, vt pulcher intus efficiar, & quæcunque extrinsecus habeo, intrinsecus sint amica: diuitem autem, sapientem solum existimem. Tantum verò mihi sit auri, quantum nec ferre nec ducere queat alius nisi vir temperans. Nihil aliud orandum censeo, mihi satis est optatum.

In Menexeno. Neque forma corporis, neque robur timido ac prauo cùm insunt, decorum præstant.
Pulchritudo sola maximè omnium amabilis.

Arist. Top. 3. Pulchritudo est quædam membrorum commensuratio.

Idem apud Stob. Cæci interrogatio est, quærere, cur amentur quæ pulchra sunt.

Pulchritudo semper in magno corpore existit, vnde parui formosi dici possunt, non pulchri. *Ethic. 4.*

Si pulcher es, bona fac: si deformis, naturæ defectum actibus compensa. *Democr. Phil.*

Pulcherrimum omnium mundus est, à Deo enim factus est. *Thales.*

Pulchritudo alienum bonum est. *Bion.*

Pulchritudo, secundum Diogenem, donum est formæ: secundum Socratem modici temporis tyrannis: secundum Platonem naturæ priuilegium: secundum Theophrastum, tacita deceptio: secundum Theocritum, eburneum detrimentum: secundum Carneadem regnum solitarium. *Diogenes li. 5.*

Pulchritudo res infœlix est. *Eurip. in Hele.*

Iudicium ex pulchritudine non facias, sed ex moribus. *Idem.*

Naturæ decus mores exornent boni, duplo amore accedens capitur. *Idem.*

Deformis sim potius, quàm pulcher & malus. *Idem.*

Formosos intueri iucundißimum est, tractare verò & tangere non sine periculo licet. *Idem.*

Pulchritudinis Laus.

Vtinam videre contingat mihi ipsorum nepotes nepotum, *Eurip.*
Primùm quidem forma dignos regno:
Hæc enim summa virtus existit in vita,
Corpus habere, quod res pulchra mereatur.

Forma mulieres ornat, virum autem robur. *Bion.*

Non per Deos aut pictor posset, *Philemon.*
Aut statuarius vllus fingere
Talem pulchritudinem, qualem veritas habet.

Europam, Asiam, & Africam omnem peragrans *Damascenus.*
Miracula infinita egregia, dum erroribus angor varijs,
Tale iubar nunquam inspexi: nec in olympo
Ipsos etiam deos puto vidisse speciem
Similem huic, quæ meam rapit mentem.

Satis erit forsan vel sola facies. Si tamen simul formosus, facetus & affabilis sit, magis laudandus venit. *Phauorin.*

Pulcher iucundus est visu, delectabilis auditu: sensus omnes formosus delectat. *Idem.*

Imprimis equidem fœlicem pulchritudinem, quæ inter humana bona maximè conspicua & suauißima dijs est: hominibus gratißima: poßidenti minimè molesta: cognosci facillima. Cætera enim bona, vt fortitudo, prudentia, latere possunt, nisi opere aliquo demonstrentur: pulchritudo autem latere nullo modo potest: statim enim in poßidente apparet, aut etiam in principio celerem sui sensum exhibet. Ad hæc bonis plurimi inuident, & inimici redduntur: pulchritudo autem eos qui ipsam sentiunt, amicos reddit, & neminem inimicum sibi fieri permittit. *Melancomas.*

Aristoteles dicebat pulchritudinem quauis epistola concitatiorem esse.

Nonne hominum natura corpore & anima constat? An verò alterutrum nobis sufficit? Non. ni enim corpus anima vtatur, non viuet; neq; anima existet, nisi, cui cõiungatur, habeat. Cùm igitur vtraque cognatis sibi virtutibus ornentur: anima quidem, Iustitia, Temperantia, Prudentia: corpus autem viribus, forma, sanitate: admiratione *Plutarchus.*

ratione dignum est solius animę bona recensere.

Pulchritudo corporis, opus est animæ gratificantis ei, decus formæ. Nam si corpus emigrante natura moriatur, nihil restat, vigor, color, oculus & vox pereunt. Deniq; nihil amabile residuũ est destituto corpore. Formam igitur culpans, in animam quoq;, vt humanæ pulchritudinis causam, contumeliosus es.

Diogenes speciosa scorta reginas appellabat: multos enim facere quæ præceperint.

Dem. Pythag. Pulchritudo re vera mihi videtur quid reuerēdum, & admiratione dignum cononere. A' cæteris enim hominibus qui eos beneficio affecerunt, gratiam reposcunt, à formosis verò contrà.

PVLCHRITVDINIS VITVPERIVM.

Eurip. Animus spectandus est. Nihil pulchritudo iuuat, cùm quis mentem non bonam habet.

Volo vt qui mente sapit, manũ quoq; fortē habeat.

Plutarchus. Nihil est ex alijs periculi, sed à solo corpore. Animæ enim ornamēta satis spem coniunctam habent, vt virtutes, & honestæ actiones: item ingenuæ disciplinæ, in familia & ciuitate semel constitutæ, cum tranquilla pace perseuerant. Speciosa autem forma mulierum, ansam affectibus exhibet.

Anacreon quendam puerum cùm reprehendisset, eò quòd comam totondisset, dixisse fertur adolescens, quin tu paulum expecta, & videbis omnia resecari, & oculorum, & frontis gratiam planè omnem rescindi: in senectute scilicet formosos intueri iucundissimum est, tangere autem & tractare non sine periculo licet. Imò, vt Xenophon inquit, ignis tangētes solùm vrit: pulchri verò etiam procul distantes inflammant: Visus enim veluti ansa est capiendi amoris.

Xenophon. Temerè gloriari ob ætatis formam peccatum est. Videtur enim mihi neq; Laconicum habere animum, neq; modestiam insequi, qui corporis laudem inspicit. Nã qua ratione magni feceris corpus, quod non viribus valeat, sed voluptatis mētione laudetur? Poëtæ qui virtutem celebrant, aut nihil aut parcissimè de corporis laudibus dicunt. Magna verò animi facinora, & sapientiæ finitima, carminibus posteritati commendant. Vide igitur, studiose pulchritudinis, animam post deos colendam esse: corpus autem tertio loco.

Corpus imprudentium etsi benè cōcinnatum esse videas, non tamen pulchrum dices. Siquidem fortitudo & prudentia, pulchritudinis laudem merentur.

Ex Poëtis.

Pulchritudo bonum fragile.

Vergil. Eclog. 2. O formose puer nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Maphaeus. At nunc Turne taces. vbinam generosa iuuentæ
Gloria & excellens animus? quo splendidus altæ
Frontis honos? quonam illa decens obi frontis imago?
Ouid. 3 Trist. Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaq; in antiqua fronte senilis erit.
Iniicietq; manus formæ damnosa senectus
Quæ strepitum passu non faciente venit.

Fugit iuuentus, & verecundus color *Horat. lib. Epodon.*
Reliquit ossa pellem amicta lurida.
Tuis capillus albus est odoribus.
Florem decoris singuli carpunt dies.
Carpitur eximium fato Priscilla decorem, *Grauc. in Obit. Stat. lib. 5.*
Qualiter alta comam syluarum gloria pinus,
Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta
Deficit, & nulli spoliata remurmurat auræ.

Pulchritudo amissa non dolenda.

Cumq; aliquis dicet, fuit hæc formosa, dolebis, *Ouid. 5. Trist.*
Et speculum mendax esse querere tuum.
O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens *Horat. Oda 10. libr 4.*
Insperata tuæ cùm veniet pluma superbiæ,
Et quæ nunc humeris inuolitãt, deciderint comæ,
Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam,
Dicis: heu quoties te speculo videris alterum,
Quæ mens est hodie, cur non eadem puero fuit?
Vel cur his animis incolumes, non redeunt genæ?
Flet quoq; vt in speculo rugas aspexit aniles *Ouid 15. Metã. de Helena.*
Tindaris, & secum cur sit bis rapta requirit.

Pulchritudo mentis quærenda.

Iam molire animum, qui duret, & astrue formam. *Ouid. 2. de arte.*
Solus ad extremos permanet ille rogos.

R ANTE A.

RATIO.

Ex Cicerone.



MVNVS animi, est ratione vti. *3. Tuscul.*

Nihil est, non dicã in homine, sed in omni cœlo atq; terra, ratione diuinius quæ cùm adoleuit, atq; perfecta est, nominatur rite sapientia. *1 de leg.*

Domina omnium & regina, ratio: connexa per se, & progressa longius, fit perfecta virtus: hæc vt imperet illi parti animi quæ obedire debet, id videndum est viro, velut seruo dominus, velut imperator militi, velut parens filio. *2. Tuscul.*

Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit: neglecta, multis implicatur erroribus. *4. Tuscul.*

Societatis humanæ vinculum est ratio & oratio, quæ docendo, communicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate. Neq; vlla re alia abstumus à natura ferarum. *1 Off.*

Ratione præstamus belluis. *1. de leg.*

Vt patrimonium homini ab homine relinquitur, sic ratio homini à deo. *3 de nat. deor.*

Nihil potest esse æquabile, quod non à certa ratione proficiscatur. *2. Tuscu.*

Nihil per se amplum est, nisi in quo iudicij ratio extat. *Ad Brutũ 16.*

Plus apud nos vera ratio valeat, quã vulgi opinio. *Parad. 1.*

Grauior & validior est decem virorum bonorum sententia, quàm totius multitudinis imperitæ. *Pro Planco.*

Sunt homines qui rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem malitiamq; conuertant. *3. de nat. deor.*

Si vis tibi omnia subijcere, te subijce rationi: sic multos reges, si ratio te rexerit. *Senec. epist 37.*

Plin. iun. lib. 2. In te magna vincat ratio autoritatem.

Idem lib. 5. Apud alios timor, timorem: apud alios ratio rationem vincit.

Curt. lib. 4. Nihil diuturnum potest esse, cui non subijt ratio.

In hist. Sax. Ratione viuendum est, non affectu.

Ex Poëtis.

Manil. 2. Astro. Nam neq; decipitur ratio, nec decipit vnquam.

Claud. in cons. Manly. Dijs proximus ille est
Quem ratio, non ira mouet, qui facta rependens
Consilio, punire potest mucrone cruento.

Quod ratio dictat faciendum est.

Pers. Sat. 5. Stat contrà ratio & secretam gannit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabat agendo.

Ex Græcis. Ex Platone.

In Epino. ATHEN. HOSP. Qui verè rationis est expers, is quomodo sapiens vnquam euadet?

Ibid. Nunquam fermè animalis huius anima virtutem omnem percipiet, à quo rationem abstuleris.

2. de Rep. ADIMANT. Nos verò respondebimus, nihil magnum esse facilè. Veruntamen si beati esse volumus, hàc eundũ est, quà rationis vestigia ducũt.

Quod caret ratione & causa, ars non est.

Epic. apud Diogen. Præstat rationabiliter esse infœlicem, quàm absq; ratione fœlicem.

Arist. Physic. 8. Quærere rationem, & dimittere sensum, infirmitas intellectus.

Idem in epi. ad Alex. Omnes qui vtuntur ratione, & cum hac volunt omnia agere, tanquam bonos & optimos existẽtes laudamus: contrarios verò contrario modo.

Ethic. 6. Ad principia non est ratio.

Rationis officium est, omnia iucundè reddere.

Rhet. 1. Sine causa & ratione, & principio impossibile est aliquid esse, vel fieri.

Poster. 2. Tunc scimus, cùm per causas cognoscimus.

Ibid. Causa prior est, cuius est causa.

Metaph. 2. Hi solum docent, qui causas de singulis dicunt.

2. Metaph. Causa alterius semper agit, qui intellectum habet.

Ethic. 5. Non hominem imperare sinimus, sed rationem.

Lib. 6. Ethic. Vera est ratio, quæ præcipit parere ac persequi appetitum.

Lib. 7. Ethic. Rationi rectæ consentaneus habitus, virtus est. neque enim ex hoc virtus habitus est, quod prudẽtiæ coniuncta sit, sed rationi consentanea. Itaq; Socrates virtutes omnes rationes putauit, cùm in scientia omnes poneret: nos eas cum ratione copulamus.

lib. 7. Ratio principium est.

Plutarchus Rationi seruire, libertas est.

Idem problem. dec. 5. Qui rei cuiuslibet probabilem rationem inuestigare satagit, is rerum miracula vbi tollit funditus, & euertit.

Dem. 1. Olynt. Multitudo rationum prudentes expedit, hebetiores intricat, & inopes consilij facit.

Plato in Crito. libr. 28. SOCRAT. Nam ego is sum non modò nunc, sed & semper, qui meorũ nulli paream, prçterquàm rationi, quæ ratiocinanti mihi optima videtur.

Idẽ ad Dionysium epist. 2. Nunc autem in hoc duntaxat magnus sum, quòd meipsum præsto rationi meæ obedientem.

Similia.

Plut. in moral. Vt custos assidens puero, cauet & admonet, ne quid peccet: Sic ratio semper animo præsens non sinit vsquam labi aut peccare.

In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus ancoræ retineat alto infixæ vado: Sic in magnis rerum procellis, summa ratio debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur.

Vt rupes obijcitur flumini, ne se effundat: Ita ratio linguæ obijcienda, ne temere diffluat.

Quæ natura sunt amara, his admixtis quibusdam dulcibus gratiam addimus: Ita res per se tristes ratione sunt alleuiandæ.

Vt pueris cùm terrentur personis, damus eas in manus, vt discant non timere: Ita conueniet adhibita ratione, res specie terrificas excutere, vt cũ viderimus nõ esse, quòd apparent cõtẽnamus.

Vt nauis cui firma est anchora, in quouis portu potest conquiescere: Ita animus si accedat recta ratio, quouis in loco tranquillè viuet.

Vt non æquè cernunt cicadæ, & accipitres, neq; similiter volant aquila & perdix: Ita non omnia, quæ rationis participia sunt, æquè valent ratiocinandi acumine.

Non satis est habere corpus sanum, verùm & bonę habitudinis, ac robustum sit oportet: Sic ratio non solùm pura debet esse, & à vitiis immunis, nisi sit & robusta.

Vt si Sol non sit, per reliqua astra noctem agemus: Ita quantum attinet ad reliquos sensus, nihil differimus à brutis nisi ratio adsit.

Vt nautæ præsentientes tempestatem, ancoris firmant naues: Ita priusquam ingruat tempestas iracundiæ, ratione firmandus est animus, & in diuersum nitendum.

Nobis natura rationem donauit, vt & alia omnia, & cũ omnibus, imò ante omnia ipsam naturam consideret, quoad ipsam ceu scopum rectè riteq; propositum feratur, & quicquid ei consonum est eligens, ad vitam decentem nos promoueat. *Hierocles.*

Hæc sanè ratio non parum efficax mihi videtur ad commouendum illos, qui à nuptijs alieni sunt. *Idem.*

Perpetuum hoc esse debet sapientis institutum, vt rationem cupiditatum dominam constituat. *Demosthen.*

Ab omnibus quæ ira committuntur ratio recedit, fugiens iracundiam tanquam tyrannum. *Aristotel.*

Ratio patrisfamilias & principi consimilis est, vt pote natura senior, & generatione sua ad cogitandum iudicandumq; maximè apta. *Eur. p.*

Cùm tristitias omnes tollere ratio solita sit, hæc pœnitentiam facit sua sponte incitabilem prę pudore, quasiq; mordicus impetentem sese atq; excarnificantem.

RECREATIO.

Senec. in Herc. fur.

Post multa virtus opera laxari solet.

Tibull. eleg. 8. libr. 1. *Mart. lib. 10.*

At tu dum floret tibi primi temporis ætas,
Vtere. Nam tardo labitur illa pede.
Gaudia tu differs, at non & stamina differt
Atropos, atq; omnis scribitur hora tibi.

Idem lib. 7.

Viue velut rapto, fugitiuaq; gaudia carpe,
Perdiderit nullum vita reuersa diem.

Pers. Sat. 5.

Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
Quod viuis, cinis & manes & fabula fies.

Horat. Sat. 6. libr. 2.

Quo bene circa

Stat. lib. 4. Syluar.

Dum licet in rebus iucundis viue beatus.
Nostra sath. scit

Laxatorq; Chelys, vires instigat, alitq;
Tempestiua quies. maior post ocia virtus.
Talis cantata Briseide venit Achilles
Acrior, & positis erupit in Hectora plectris.

REDITVS IN GRATIAM.

Plaut. in Amp. Nam in hominũ ætate multa eueniunt huiusmodi:
Cupiunt voluptates, mox rursum miserias.
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verùm iræ si quæ fortè eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quàm prius.

Terent. Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Crassus in Syriam profecturus, malens Ciceronem amicum, quàm inimicum relinquere, officiosè salutato dixit se apud illum cœnare velle, quem Cicero alacriter excepit. Post aliquot dies quidã amicorum egerunt apud Ciceronem vt cum Vatinio quoque rediret in gratiam. Num, inquit, & Vatinius mecum cœnare vult? Significans illum cœnam ambire potius, quàm amicitiam.

REGNVM, REX.

Ex Latinis.

Senec. epist. 44. Omnes reges ex seruis, omnes serui ex regibus oriuntur: omnia ista varietas longa miscuit, & sursum & deorsum fortuna versauit.

Idem epist. 91. Officium est imperare, non regnum.

Epist. 105. Rege incolumi, mens omnibus vna est, amisso rumpitur fides.

Idẽ de Clemẽt. Natura certè cõmenta est regem, quod ex alijs animalibus licet cognoscere: & ex apibus, quarum regi amplissimum cubile est, medioq; & tutissimo loco.

Ibid. Non est ibi rex tutus, vbi nihil est à rege tutum. Seueritas seueritate mutua paciscenda est.

Ibid. Saluum regem in aperto Clementia præstat.

Ibid. Vnum est regi munimentum inexpugnabile, amor ciuium.

Ibid. Existimet rex non Rempu. suam esse, sed se Reipu.

Ibid. In vindicandis iniurijs lex est, vt hæc tria princeps consideret, aut vt eum, quem punit, emendet, aut vt pœna eius cæteros meliores reddat, aut vt sublatis malis, cæteri securiores viuant.

Ibid. Non minus sunt turpia regi multa supplicia, quàm medico multa funera.

Ibid. Remis suis imperantibus melius paretur.

Idẽ de Trãquil. Non regnum est, cui non sit parata ruina & proculcatio, & dominus & carnifex.

Quintil. lib. 8. Princeps, qui vult omnia scire, necesse est multa ignoscat.

Cic. 2. de Orat. Principibus eloquentia maximè conuenit, & ornamento est.

2. de Orat. Nihil est tam regium, tam liberale, tamq; munificũ, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis homines.

Ad Q. fratr. Nihil est tam acerbum, quàm ad summũ imperium acerbitatem adiungere naturæ.

Ibid. Nulla est imperij tanta vis, quæ premẽte metu possit esse diuturna.

Philip. 2. Millies perire est melius, quàm principem, non posse in sua ciuitate sine armorum præsidio viuere.

Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciunt ad misericordiam, eorum maximè, qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, vt regale eis nomen magnum & sanctum esse videatur *Pro lege Man.*

Nullum est vitium tetrius, quàm auaritia, præsertim in principibus & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæstui Rempub. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nepharium. *2 Off.*

Vt cupiditatibus & vitijs principum infici solet ciuitas: sic emendari & corrigi continentia. *1. de leg.*

Imperatoribus vna medicina imperet. *Plin. lib. 24.*

Imperatorum autoritatem res aduersæ minuunt. *Cæsar de bello Gall.*

Non minus est imperatorio superare cõsilio, quàm gladio. *Idem 2. de bello Ciuili.*

Imperia crudelia magis acerba, quàm diuturna. *Salust. de Rep. ordinan.*

Imperio maximo maxima inest cura. *Id. in pro Catil.*

Iracundia apud alios, in principe superbia est. *In coniur. Catil.*

Regis nomen in terris, imperij primum fuit. *Ibidem.*

Regem armis, quàm munificentia vinc', minus flagitiosum. *Idem in oratione Lepid.*

Expeditius est augere regnum, quàm fuit accipere. *Curt. lib. 10.*

Nullum minus timeat princeps, quàm qui de solo victu cogitat. *Vitellius*

Non oportet quenquam à sermone principis tristem discedere. *Vespas.*

Nihil rectè inchoatur, nisi post deum fuerit imperator, nec quẽquam oportet vel meliora scire, vel plura quàm principẽ, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. *Vegetius.*

Antiqui bonarum artium studia literis mandabãt, & in libros redacta offerebant principibus. *Idem.*

Principis conditio miserrima est, quibus de coniuratione comperta non creditur, nisi occisis. *Suetonius.*

Imperium non est experiendũ cuius vis est in consensu obedientium. *Liuius lib. 2. dec. 1.*

Imperium id longè firmissimum est, quo obedientes gaudent. *Idem 9.*

Imperia malè parta, malè gesta, malè retenta obruuntur. *Ibid.*

Ira & vini amor, Imperatoris virtutibus perniciosa. *Ibid.*

Maiestas non est sine viribus tuta. *Id. in lib. 2.*

Regnũ res pulcherrima est inter deos & homines. *Ibid.*

Regnum minimè est populare. *Ibid.*

Vicissitudo imperandi est vnum, æquando libertatis consilium. *Idẽ lib. 2. dec. 3.*

Rege interempto fugiunt satellites. *Idem lib. 4.*

Regum maiestas difficilius à summo fastigio ad medium detrahitur, quàm à medijs ad ima præcipitatur. *Liuius lib. 7.*

Præcipere qualis debeat esse princeps, pulchrum quidem est, sed onerosum ac propè superbũ est. Laudare verò optimum principem, ac per hoc specula posteris, velut lumen, quod sequatur, ostendere, idem vtilitatis habet, nihil arrogantiæ. *Plinius iunior libr. 3.*

Grauissimi principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est. *Idem lib. 4.*

Princeps non patiatur ea sibi rogari, quæ iam homines habeant. *Idem lib. 10.*

Parum refert deponere an impartiri imperium, nisi quod difficilius hoc est. *In paneg.*

In principe, qui electo successore decessit, certissima diuinitatis fides est, bonus successor. *Ibid.*

Princeps nec timeat bella, nec prouocet. *Ibid.*

Vt nolit princeps pugnare, moderationis est, fortitudinis autem, vt ne hostes velint. *Ibid.*

Ibidem. Nullum magno principi beneficij genus dignius, quàm quod irrogatur in posteros.

Ibidem. Nihil largiatur princeps, dum nihil auferat.

Ibidem. Onerosum est succedere bono principi.

Ibidem. Æquum est esse clarissimos bono principi, qui inuisi malo fuerant.

Ibidem. Non tam sinistrè constitutum est, vt qui malum principem posit imitari, bonum non posit.

Ibidem. Vita principis censura est.

Ibidem. De nullo minus principe queruntur homines, quã de quo maximè licet.

Ibidem. Fidissima est principis custodia, ipsius innocentia.

Ibidem. Non satis amat bonos principes, qui malos satis non oderit.

Ibidem. Cùm de malo principe posteri tacent, manifestum est eadem facere præsentem.

Ibidem. Nunquam deceptus est princeps, nisi qui prius ipse decepit.

Ibidem. Ibi intemperantiùs amamus bonos principes vbi liberalius malos odimus.

In Paneg. Cui nihil ad augendum fastigium superest, hic vno modo crescere potest, si seipse submittat securus magnitudinis suæ.

Ibidem. Princeps optimus enim debet, vt post se Reipub. prosit.

Ibidem. Non potest non nimium esse priuatis, quod principi satis est.

Ibidem. Nemo princeps tam dissolutus est, cuius occupationibus aliqua seueritans species nõ contingat.

Ibidem. Cùm plurimis amicis fortuna principis indigeat, præcipuum principis opus est amicos parare.

Ibidem. Præcipuum iudicium est non magni principis, magni liberti.

Cur. lib. 8. Periculosum est graue imperium: difficile est continere, quod capere non possis.

Ibidem. Princeps se regem esse, non mercatorem meminerit.

Ibid. Princeps quantuscunque timidis & ignauis videri potest, vnum animal est.

Idem lib. 16 Cùm de salute regis timetur, creduli esse timemus.

Ibid. Nihil potestas regum valeret, nisi prius valeret autoritas.

Idem lib. 8. Regũ opes sæpius assentatio quàm hostis euertit.

Ibid. Regum clementia, non in ipsorum modo, sed in eorum qui parent ingenijs sita est.

Ibid. Obsequio mitigantur imperia.

Idem lib 9. Mori præstat quàm precariò Imperatorem esse.

Ibid. Regum exitus si reputaueris, plures à suis, quàm ab hostibus interemptos inuenies.

Ennius. Lachrymare plebi, regi honestè non licet.

Ex Poëtis Latinis.

Regnum instabile.

Senec. in Thyeste.
Vbi non est pudor,
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

Regna quò ampliora sunt, eò ad ruinam proniora.

Iuuen. Sat 10
Ergo quid optandum foret ignorasse fateris
Seianum, nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat.
Excelsæ turris tabulas, vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Simul profectò premere fœlices deus *Senec. in Her. Oeta.*
Cùm cœpit, vrget, hos habent magna exitus.

Regna tyrannide parta, diu non durant.

Rapta, sed trepida manu *Senec. in Her. furente.*
Sceptra obtinentur, omnis in ferro est salus,
Quod ciuibus tenetur inuitis, scias,
Strictus tuetur ensis, alieno in loco
Haud stabile regnum est.
Violenta nemo imperia continuit diu. *In Troade.*
Iniqua nunquam regna perpetuò manent. *In Medea.*
Qui vult amari languida regnet manu *In Thebaide.*
Inuisa nunquam imperia retinentur diu.
Regnare non vult, esse qui inuisus timet. *Ibidem.*
Simul ista mundi conditor posuit deus,
Odium, atq; regnum.
Odium qui nimium timet *In Oedipo.*
Regnare nescit, regna custodit metus. *Lucan. lib. 8.*
Ius & fas multos faciunt Ptolemæe nocentes.
Dat pœnas laudata fides, cùm sustinet, inquit,
Quos fortuna premit, fatis accede, deisq;,
Et cole fœlices, miseros fuge, sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.
Sceptrorum vis tota perit, si pendere iusta
Incipit, euertitq; artes respectus honesti.
Libertas scelerum est quæ regna inuisa tuetur. *Senec. in Theb.*
Pœnas quidem soluit graues
Qui regnat. *In Thyeste.*
Vt nemo doceat fraudes, & sceleris viam,
Regnum docebit.
Non capit regnum duos. *Ibidem.*
Quas non arces scelus alternum *In Agamemn.*
Dedit in præceps? impia quas non
Arma fatigant?
Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas *Lucan. lib. 1.*
Impatiens consortis erit.

Regnum non capit duos.

Protinus attoniti fratrum sub pectore motus, *Stat. lib. 1. Theba.*
Gentilesq; animos subit furor, ægraq; lætis
Inuidia, atq; parens odij, metus, inde regendi
Sæuus amor, ruptæq; vices, iurisq; secundi
Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum
Stare loco, socijsq; comes discordia regnis.
Sic vbi delectus per torua armenta iuuencos
Agricola imposito sociare affectat aratro:
Illi indignantes, queis nondum vomere multo
Ardua nodosos ceruix descendit in armos,
In diuersa trahunt, atq; æquis vincula laxant
Viribus, & vario confundunt limite sulcos:
Haud secus indomitos præceps discordia fratres
Asperat, alterni placuit sub legibus anni
Exilio mutare ducem, sic iure maligno
Fortunam transire iubent, vt sceptra tenente
Fœdere præcepti semper nouus angeret hæres.
Non impacatis regum aduigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atq; aurum violare cibis, sed nuda potestas
Armauit fratres. pugna est de paupere regno.

Regale bonum instabile est.

Quot post excidium Troiæ sunt eruta regna? *Manil. lib.*
Quot capti populi? quoties fortuna per orbem

Seruitium imperiumq́; tulit, variéq; reuertit?
Troianos cineres in quantum oblita refouit
Imperium? fatis Asiæ iam Græcia pressa est.
Secula dinumerare piget, quotiesq́; recurrens
Lustraret mundum vario Sol igneus orbe,
Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.
Senec. in Troade. Quicunq; regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, necleues metuit deos,
Animumq́; rebus credulum lætis dedit,
Me videat, & te Troia non vnquam tulit
Documenta sors maiora, quàm fragili loco
Starent superbi, columen euersum cecidit
Pollentis Asiæ, cœlitum egregius labor.
In Oedipo. Quisquam' ne regno gaudet? ô fallax bonum,
Quantum malorum, quàm fronte blanda tegis?
Vt alta ventos semper excipiunt iuga,
Rupemq́; saxis vasta dirimentem freta,
Quamuis quieti verberant fluctus maris:
Imperia sic fortunæ subiacent.
In Thebaide. In seruitutem cadere de regno graue est.
Ibid. Regna cum scelere, omnibus
Sunt exilijs grauiora.
Sanguine humano abstine
Quicunq; regnas, scelera taxantur modo
Maiore nostra.
In Medea. Hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiet dies,
Prodesse miseris, supplices fido lare
Protegere.
Ibid. Æquum atq; iniquum regis imperium feras.
MEN. Iniqua nunquam regna perpetua.
In Thyeste. Rex velit honesta, nemo non eadem volet.
Ibid. Quis vos exagitat furor
Alternis dare sanguinem,
Et sceptrum scelere aggredi?
Nescitis, cupidi arcium,
Regnum quo iaceat loco.
Regem non faciunt opes,
Non vestis Tyriæ color,
Non frontis nota regiæ,
Non auro nitidæ trabes.
Rex est qui posuit metus,
Et diri mala pectoris,
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam stabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet:
Qui tuto positus loco
Infra se videt omnia,
Occurritq́; suo libens
Fato, nec queritur mori.
Mens regnum bona possidet.
Rex est, qui metuit nihil,
Hoc regnum quisq; sibi dat.

Rex aduersa leniter toleret.

In Oedipo. Quid iuuat coniux mala
Grauare questu? Regium hoc ipsum reor
Aduersa capere, quoq; dubius magis
Status & cadentis imperij moles labat,
Hoc stare certo pressus fortem gradu.
Haud est virile terga fortunæ dare.
Senec. in Herc. fur. Ars prima regni est, inuidiam posse pati.
In Troade. Est regis alti, spiritum dare regi.

NERO. Decet timeri Cæsarem. *In Octauia.*
SENECA. At plus diligi.
Certissima est regnare cupienti via, *In Oedipo.*
Laudare modica.
Præferre patriam liberis regem decet. *In Troade.*
NERO. Ferrum tuetur principem *In Octauia.*
SENEC. Melius fides.
NERO. Calcat iacentem vulgus.
SENEC. Inuisum opprimit.
Victima haud vlla amplior *In Herc. furent.*
Potest, magisq́; opima mactari Ioui,
Quàm rex iniquus.
NERO. Metuant necesse est. *In Octauia.*
SENECA. Quicquid exprimitur graue est.
NERO. Fortuna nostra cuncta permittit mihi. *Ibid.*
Verum iusta, qui reges timet, *In Hippol.*
Deponat, omne pellat ex animo decus:
Malus est minister regij imperij pudor.
Fraus sublimi regnat in aula. *Ibid.*
Iura, pudorq́;,
Et coniugij sancta fides *In Agamemn.*
Fugiunt aulas.
Colit hic reges, calcet vt omnes, *Senec. in Herc. Oet.*
Perdatq́; alios, nullumq́; leuet.
Tantum vt noceat cupit esse potens.
Dubia pro certis solent timere reges. *In Oedipo.*
Qui pauet vanos metus, veros fatetur.
Grauis ira regum est semper. *In Med.*
Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis: *Ouid. 2. de Pon.*
Conuenit & tanto quantus es ipse viro.

Ad Regis exemplum subditi viuunt.

Imposuit te alto fortuna, locumq́; teneri *Ouid. ad Liuiā.*
Iussit honoratum, Liuia perfer onus.
Ad te oculos, auresq́; trahis, tua facta notamus,
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Alta mane, supraq́; tuos exurge dolores,
Infragilemq́; animum, quò potes, vsq; tene.
An melius per te virtutum exempla petemus,
Quàm si Romanæ principis edis opus.
An nescis longas regibus esse manus? *Ouid. epist. 16.*
At pueri ludentes, Rex eris, aiunt, *Horatius.*
Si rectè facies: hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Latius regnes auidum domando *Horat. Oda 2. lib. 2.*
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterq; Pœnus
Seruiat vni.

Vt regi cæteri, sic reges Deo subijciuntur.

Regum timendorum in proprios reges, *Horat. Oda 1. libr. 3.*
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.
Componitur orbis *Claudian. de 4. Honorij Conf.*
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
Quid enim terrisq́; poloq́; *Stat. lib. 5.*
Parendi sine lege manet? vice cuncta geruntur,
Alternisq́; premunt proprijs sub regibus omnis
Terra, premit fœlix regum diademate Roma,
Hanc ducibus frænare datum, mox crescit in illos
Imperium superis.

Boni principis hoc vnum est lucrũ, & instar multorum aliorum, omnia sic facere, vt in ipso imperij tempore, & post, id iustitiæ ac bonorum omnium à subditis testimonium habeat.

In or. in Arg. lib Per absentiam noui principis, si qui nouis rebus student, aliquid moliri student.

Ibid. Respub. potius societatem Rerumpublicarum, quàm principum colunt.

1. Olynth. Callidi & in rebus gerendis acres amplificare solent imperia.

Principum minæ non sunt contemnendæ.

Ibid. Principes finitimos primùm volunt esse oppressos, & subactos: vel quòd ipsorum rebus maximè sunt opportuni, vel quòd per eos transitum habent ad alienos.

Etiam regum fortuna potentioribus ludibrio est.

Pittacus apud Stob. Efficiat princeps, vt subditi non metuant ipsum, sed pro ipso.

Ibid. Princeps nullis consiliarijs egeat, deliberet tamen cum amicis.

Ibid. Princeps in multis concedat amicis & familiaribus: inimicos autem per omnia superet.

Ibid. Princeps sit grauis, non vultus contractione, sed institutione vitæ, nulla prorsus in re inordinatè se gerens, sed æquè promissiones quaslibet verborum ac iusiurandum conseruans.

Ibid. Princeps in concionibus dispositiones ac habitus decentes constituat.

Ibid. Princeps gratiam referat, non habito respectu ad pretij magnitudinem, sed ad ingenium & voluntatem conferentis.

Ibid. Reuerentia diuinitatem præ se ferens, poterit principem in admirationem apud vulgus promouere, benignitas charum & amabilem reddit, grauitas autem terribilem & inuictum hostibus, magnanimum verò & fiducia plenum erga amicos efficiet.

Ibid. Principem oportet etiam moribus imperium docere.

Ibid. Principis virtutes, Dei opera existimandæ sunt, & illius beneficio illi accessisse.

Rex viua lex est, æquitas, & concordia, seditiones & iniquitatem arcens, animo in subditos paterno.

Ita statuo, bonum regem necessariò philosophum esse, & philosophum regio animo præditum esse debere.

Xenophon. Princeps subditos præcedat, non dolo & ocio, sed prouidentia & industria.

Si pax hominibus videtur ingens bonum, huius minima pars redit ad reges & si pro magno bellum habetur, huius maxima pars ad reges pertinet.

Eufeb. In regno aut principatu ne reminiscaris inimicitiarum, si quæ tibi cum aliquibus intercesserunt.

Pythagoras. Princeps non ideo creatus est vt lædat, sed vt iuuet.

Idem. Nec ira in subditos vtendum est, nec peccantibus sine reprehensione relinquendum. Nam iracundia principem ab infanis nihil differre signum est. Hoc verò leuitatem ad peccandum in subditis gignit.

Idem. Imperandi modum singulorum moribus decenter accommodato, cum probis moderatè, cum supinis vehementiùs, cum audacibus acerbè, cum cautioribus leuiter agens.

Idem. Si proposuerit princeps ornamenta quædam ciuitati consecrare, seipsum pulcherrimo mansuetudinis, iustitiæ, & beneficentiæ ornamento primum decoret.

Idem. In rege perfecto vt bonus sit imperator, iudex & sacerdos requiritur.

Stob. Quemadmodum sol non expectat preces, vt exoriatur, sed illico fulget: Ita nec expectauerit princeps plausus, laudes, strepitus, vt benefaciat, sed sponte conferat beneficia, & æquè ac sol amabitur.

Xenophon. Magnum est argumentum virtutis in principe, si subditi ipsum libenter sequantur, & in periculis vnà perseuerent.

Idem. Honestius est principi beneficiorum, quàm trophæorum memoriam relinquere.

Herodot. lib. 5. Propositis tribus statibus, & ijs omnibus optimis, vt optimè imperet populus, optimè pauci, optimè vnus: inter hæc multò antecellere vnius imperium sentio.

Philipp. apud Stob. Oportet regem meminisse, quòd homo existens potestatem sit adeptus diuinam, vt res honestas & diuinas instituat: sermone autem humano vtatur.

Demetr. Rex libros de Regno scriptos emat ac legat, nam de quibus amici reges admonere non audent, ea in libris sunt descripta.

Isocrat. Viro prudenti libertatem dicendi concedat, vt de quibus dubitauerit, cum principe communicet.

Ibidem. Verissimos esse honores principes existimet, non qui in propatulo cum timore fiunt, sed quando subditi apud se soli mentem principis potius, quàm fortunam admirantur.

Themist. Verum imperij nomen mihi gerere videtur ille princeps, qui auro inexpugnabilis, ratione facilis captu sit.

Ibid. Abstinendum est spectaculis verè imperantibus. Nam qui ridiculis gaudent, imperij maiestatem imminuunt.

Arch. libr. de leg. Oportet principem non tantùm rectè imperare posse, sed etiam humaniter.

Admonitiones de Regno.

Euripides. Nec omne populo imperium committas,
Nec affligas ipsum, nimis tribuens diuitijs.
Nec virum populo fidum vnquam eijcias,
Neque promoueas plus quàm tempus postulat:
Haud enim tutum est,
Ne tibi ex ipso fiat insignis tyrannus.
Adhæc prohibe illum qui præter ius honoratur.
Praui enim fœliciter agẽtes, morbus sunt Reipub.
Atqui non decet Regem, vt mihi videtur,
Neque virum bonum contendere cum improbis:
Istud enim honori est deterioribus.
Tranquillus autem, & amicis tutus amicus,
Et Reipub. optimus est.
Oportet regem multis placere.
Sapientes euadunt tyranni conuersatione sapientum.

Sophocles. Quòd si in posterum princeps futurus es huius regionis, vt nunc es,
Præstat eam tegere cum viris, quàm vacuam:
Nihil enim est neque turris, neque nauis
Deserta, hominibus non incolentibus ciuitatem.

Menander. Egregium quiddam Rex est, qui fortitudine præcellit,
Et iura hominum iudicio suo conseruat.

Homer. Ilia. β. Non oportet noctem integram dormire consiliarium virum,
Cui commissi populi,& tantæ res curæ sunt.
Consilium primò construit animosorum senum,
Instar clementis erat erga populos, quibus imperabat,
Nullum efficiens illicito malo,nec aliquid dicens
In multitudine,vt decet diuinos reges.

Hesio. in Theog. Propterea reges prudentes existunt, quoniam alijs
In concione aut iudicio iniquè læsis ius suum restituunt,
Leniter benignis adhortantes verbis.

Theocritus. Vir liberalis,& solus optimus,
Gratus, musarum studiosus, amabilis, summè suauis,
Agnoscens amantem,& magis non amantem,
Multis multa largiens,petentibus nihil recusans,
Vt decet regem. Non semper autem petendũ est.

Hesio. in Theog. Calliope forma præcellit omnibus.
Hæc & reges venerandos comitatur.
Quemcunque honorarint magni Iouis filiæ,
Et nascentem aspexerint, à Ioue nutritorum regum,
In huius linguam suauem effundunt cantum,
Huius ex ore verba fluunt blanda:populus verò
Omnis in ipsum intuetur iura dijudicantem
Rectis iudicijs.Ipse autem cautè differens
Statim vel magnam prudenter litem dissoluit.

Maonius. Non multum temporis durant, qui ad subditos pro ijs quæ faciunt, non,Conuenit mihi, dicere solent:sed,Licet mihi,

Noli imperare quæ fieri decet, hominibus conscijs tibi facienti quæ fieri dedecet.

Conandum est principi, vt verendus potius subditis sit, quàm metuendus. Illum enim grauitas sequitur,hunc inhumanitas.

Anaxilaus tyrannus interrogatus,quid in tyrannide fœlicissimum esset,respondit,Nunquam beneficia conferendo vinci.

Pythagoras. Magis cupere debes vt conuersantes tibi te vereantur, quàm timeant. Reuerentiam enim admiratio,timorem odium comitatur.

Philon. Simul cum potentia mansuetudinem serua: Vt non timendus, sed reuerentia dignus videaris illis,qui in te inciderint.

Isocr. Oportet leges acriter quidem statuere: Mitius autem,quàm ipsæ iubent,pœnas sumere.

Socrates inquiebat optimum esse regem, qui suis affectibus moderari posset.

Tales homines ijs rebus pręfice,quas tutemet non perages,ceu ipse præstiturus culpam eorum qui deliquerint.

Amicos tibi compara non quoslibet, sed eos qui ingenio tuo digni sunt:neque quibus cum iucundissimè viuas, sed cum quibus optimè ciuitatem administres.

Fideles existima, non qui dicta factaq; tua laudibus vehunt: sed qui errores tuos reprehendunt.

Discerne fraudulentos adulatores ab ijs qui per beneuolentiam te colunt:ne mali bonis præferantur.

Eisdem pœnis affice calumniantes falsò, quibus ipsos delinquentes.

Non minus tui ipsius atque aliorum dominus sis: id enim maximum regi decus est, si nulli voluptatum inseruiat, sed concupiscentijs imperet magis quàm ciuibus.

Plus tibi cura sit vt honestam famam, quàm ingentes diuitias liberis relinquas. Nam hæ mortales sunt, illa verò immortalis. Fama opes gignit: nunquam pecunijs fama redimitur. Item diuitiæ etiam improbis accedunt: at famæ gloria non potest nisi eximijs contingere.

Agrippinus imperans conabatur eis quos damnabat persuadere, quòd ipsis expediret damnari. Non enim tanquam inimicus, aiebat, sententiam contra eos fero, sed veluti tutor & curator ipsorum: quemadmodum & medicus hominem secandum consolatur, & seipsum exhibere persuadet.

Gotys Thracum Rex acriter in subditos animaduertebat. Cùm igitur amicorum quidam ad ipsum dixisset: Hoc furor est, non regnum, respondit: At meus hic furor subditos temperantes efficit.

Septem Sapientum. Solon inquiebat,Maximè mihi celebris futurus videtur rex aut tyrannus, si democratiam ex monarchia,ciuibus constituerit.

Secundus Bias dixit: Si moribus vtatur patriæ, non suis.

Thales post illos pronunciauit,Principis fœlicitatem existimare se,si vitam obiret postquam consenuisset iuxta naturam.

Quartus Anacharsis:Si non solus prudens esset.

Cleobulus autem: Si nemini conuersantium sibi crediderit.

Sextus Pittacus: Si princeps effecerit, vt subditi metuant,non ipsum sed pro ipso.

Postremus Chilon dixit: Optimum esse regem, qui non solùm operam det vt metuatur.

Nihil iratus feceris, sed alijs videare tantum cùm oportunum erit. Metuendus appareas, dum omnia quæ fiunt explorata habes: benignus autem esto, delictorum pœnas minuendo.

Diotogenes Pythagoreus. Rex ille fuerit,qui iustissimus est:Iustissimus autem qui maximè legitimus. Nam citra iustitiam nullus rex esse poterit, neque iustitia citra legem. Iustum enim per legem iustum est. Lex autem efficiens est causa iusti. Porro Rex aut lex viua est,aut legitimus princeps,ideoq; iustissimus.

Idem. Regis tria sunt officia,imperare,iudicare,deos colere.Imperare rectè poterit si bellum gerere ritè sciat.Iudicandi & audiẽdi subditos omnes peritus erit,si iustæ legis naturam, vt par est, didicerit.Deorum cultui pio sanctoq; erit idoneus, si naturam & virtutem Dei secum æstimauerit. Idcirco in rege perfecto, vt bonus sit imperator, Iudex, & sacerdos requiritur. Hæc namque regiam maiestatem comitantur & ornant.

Idem. Gubernatoris opus est,seruare nauim,aurigæ currum,medici ægrotantes:Regis autem, in bello periclitantes.

Idem. Regis proprium iudicare est, & ius suum singulis tribuere: qui ceu Deus in mundo dux atque præses

præses est. Præterea regis est bene afficere ac demereri subditos, idque non præter iustitiam ac legem. Tertiò, cultus diuinus omnino regiæ dignitatis est. Siquidem vt Deus ad mundum, ita se Rex ad ciuitatem habet: & vt ciuitas ad mundum, ita Rex ad Deum. Ciuitas enim ex multis diuersisq; concinnata, mundi structuram, & harmoniam imitatur: Rex autem imperium gerens, & lex viua existens, Dei formam inter homines repræsentat.

Idem. Regem oportet non à voluptate vinci, sed eius victorem esse: nec similem vulgo, sed longè alium & præstantiorem: neque voluptatem, sed potius fortitudinem officij sui existimare.

Alijs qui imperare volet, affectiones suas primùm regat.

Regem opes possidere oportet, vt amicos beneficijs obstringat, indigentibus suppeditet, & inimicos vlciscatur. Nam secundæ fortunæ fructus, virtuti coniunctus, iucundissimus est.

Rex alijs virtute præeat, & secundum ipsam imperio dignus æstimetur, non secundum opes, aut potentiam armorum. Nam ista etiam vulgaribus hominum, bruorum, & tyrannis communia sunt: illud verò solis viris bonis peculiare est.

Rex verè dicendus ille est, qui circa voluptates temperans, circa pecunias liberalis, prudens & grauis in imperio fuerit.

Instar lyræ Rempub. aptè concionam efficiat Rex, in seipso prius iustissimum terminum & legis ordinem constituat, sciens quòd populi concinnitas, cuius imperium Deus ei commisit, ad ipsum accommodanda sit.

Bonum regem decet in concionibus habitus decentes constituere, ciuiliter seipsum gerendo: ita vt neque asper videatur plebi, neque contemptu dignus, sed suauis & facilis.

Rex verecundus sit aspectu, & auditu: dein benignus colloquio, & beneficijs conferendis. Tum grauis in improbos, vt cum grauitate castiget.

Circa regem omnia veneranda videri oportet, nec vllum humile seu vulgare studium eius, sed quod agit admirabile esse, ita vt regnum & sceptrum decet.

Separet se ab humanis affectibus, & propius ad deos accedat, non superbia, sed animi virtutisq; inuicta magnitudine motus. Ergo talem sibi Imperij dignitatem conciliet intuitu, ratiocinando, moribus, actionibus, denique motu gestuq; corporis: ita vt qui virtutes eius respiciunt, reuerenda & temperantia, habituq; decoro impleti ipsum imitentur.

Benignus futurus est quiuis Rex, si iustus, æquus, facilisq; ad ignoscendum fit. Est namque iustitia, communio in vnum colligens: & solus hic animi habitus proximis se accommodat.

Adhæc oportet bonum Regem in necessitate libenter succurrere, gratumq; esse, non vno quidem modo, sed quomodocunque fieri poterit.

Sthenidas. Regem sapientem esse oportet, sic enim summi Dei æmulator erit. Deum autem quàm optimè imitabitur, si magnanimum, & paucorum indigentem præstiterit, paternum animum in subditos gerens. Hanc enim ob causam Deus primus existimatur deorum & hominum parens, quoniam omnibus subiectis sibi benignum se præbet, nec vnquam cessat gubernationem neglecta.

Rex vnus & solus creatori suo semper est familiaris, à subditis verò ceu lumen aliquod in regia conspicitur. Examinatur enim & probatur dignitas regia, vt aquila inter aues, a burersis soli oculis. *Ecphantes Pythagoricus.*

Regnum syncera est res, & diuina, ac homini difficilis accessu. Itaq; regem oportet purissimum, & clarissimum esse, ne quod clarissimum eius est, obscuret suis maculis. Naturam habeat minimè pollutam, & quantò reliquis diuinior sit, agnoscat. Cæteri quidem homines à vitijs suis sanctissimè purgantur, si principibus suis præstantioribus similes euadant. *Idem.*

Principem oportet moribus imperium docere. Sic enim statim imperij pulchritudo elucescit. *Idem.*

Rex nullius virtutis expers esse debet, qua cælestis ille præditus est.

Sola virtus homini imperare meretur.

Assimilabit se rex vni tantùm optimo, & omnes alios vndequaque sibi similes fieri studebit.

Regi ea duntaxat honesta esse debent, quæ re ipsa honesta sunt. Itaque rex verè erit qui diuinam habuerit animi meditationem: Hac enim imbutus bonorum omnium erit author, mali verò nullius.

An Regem deceat esse philosophum, vide Stobæum in Titulo de Regno.

Monarchia optima.

Non bonum est multorum dominium, sit Dominus vnus, *Homer. Iliad. β.*
Et vnus Rex.
Animi enim magni sunt à Ioue nutritorum Regum. *Ibid.*
Honos autem ex Ioue est, amatq; Regem sapiens Iupiter.

Si quid iniustè faciendum est, tyrannidis gratia Optimum fuerit delinquere, in reliquis oportet pietati studere. *Euripides.*

Bono viro etiam tyranno subijci pulchrum est.

Oligarchiæ quidem & democratiæ, ciuibus in Repub. æqualitatem comparant, & hoc in ipsarum statu egregium est, si alter præ altero nulla in re polleat, quod ex vsu est improbis. Monarchiæ verò plurimùm tribuunt optimo, deinde secundo quod post primum est, deinde tertio & quarto ac reliquis eadem ratione. *Isocrat. ad Nicoclem.*

Qui magistratus per vices annorum subeunt, prius fiunt iterum priuati, quàm Reipub. negotia cognoscant, eorumq; sibi experientiam comparent. Qui verò ijdem semper funguntur officijs, licet ingenij fuerint, inferiores experientia tamen vsuque rerum longè cæteris præferendi sunt.

Non solùm considerandum est ingenium bonorum cur benigni aut difficiles sint: sed ciuium quoque mores. Multi enim hactenus propter malitiam subditorum, asperiores se dare, quàm pro ingenio coacti sunt. *Idem in Nicocl.*

Crœsus Lydis imperans, fratrem in consortium imperij *Serinus.*

imperij assumpsit. Tum quidam ex Lydis accedens dixit: Omnium in terra bonorum, ô Rex, Sol autor est. At si gemini soles forent, periculum immineret ne omnia conflagrantia pessum irent. Ita regem vnum quidem accipiunt Lydi, & seruatorem esse credunt, duos verò simul tolerare non possunt.

Ecphantus. Optimū in terra hominibus datum est ingenium præ cæteris animantibus: diuinior autem inter homines est rex, vt qui multum supra naturam communem emineat: corpore reliquis non dissimilis: sed ab optimo artifice factus, qui ipsum fabricauit, archetypo ex se sumpto.

Vnius viri, qui optimus sit, Imperio, nihil melius esse constat.

Apophthegmata.

Regum humanitas. Alexandrum filium admonebat Philippus Macedo, vt cum sub iris comiter haberet cōsuetudinem, vt conciliata beneuolentia vires ac robur sibi parans, dum liceret alio regnāte esse humanum: prudenter intelligens nulla alia re melius imperium stabiliri, quàm ciuium beneuolentia.

Regnū virtute ambiendum. Philippus, vbi rescivit Alexandrum filium queri, quòd pater ex pluribus fœminis gigneret liberos, sic illum hortatus est: Ergo quum plures habeas regni cōpetitores, da operam vt ita probus euadas, vt non per me, sed per teipsum regnum obtineas.

Regi Philosophia necessaria. Eundem hortabatur, vt Aristoteli auscultaret, daretq; operā philosophiæ, ne multa, inquit, committas, quæ me fecisse nunc pœnitet. Perspexit egregius princeps, neminem philosophiæ expertem regno idoneum esse.

Regis est audire omnes. Idem vetulæ cuidam Philippum appellanti, vt causam ipsius cognosceret, quū hac flagitatione frequentet obstreperet illi, respondit sibi non esse otium. Cumq; anus inclamasset, proinde ne rex quidem esse velis: Admiratus liberam aniculæ vocem, non illi solùm præbuit aures, sed & alios audiuit.

Regiæ dotes. Alexander quum leuitate corporis & pedum celeritate polleret, patri hortanti vt in Olympijs stadium decurreret, Facerem, inquit, si reges habiturus essem concertatores.

Regni stabilitas. Antigonus Macedonum Rex, admirantibus nonnullis, quòd cùm initio regni durior fuisset, senex factus clementer regnum gubernaret, prius, inquit regno erat opus, nūc beneuolētia: sentiens regnum sæpe armis parari, sed non nisi honesta opinione, ciuiúmq; beneuolentia retineri.

Regibus honesta tantum licent. Idem, quodam dicente regibus omnia esse honesta, sunt, per Ionem, inquit, barbarorum duntaxat regibus: at nobis ea duntaxat honesta sunt, quæ sunt honesta. non enim Rex honesti regula est, sed tantùm minister.

Regnandi dulcedo. Dionysius initio regni à ciuibus obsessus, suadentibus amicis vt imperium deponeret, ni mallet captus interfici: ille conspiciens bouem à coquo mactatum illico concidere, dixit, Quum mors adeò breuis sit, an non absurdum sit nos metu mortis tale regnum relinquere?

Pyrrhus cùm Athenas venisset, collaudauit quidem Atheniensium erga se fiduciam. Cæterùm admonuit, ne posthac cuiquam regi portas aperirent, quòd natura regibus inuisa sit populi libertas.

Alexander Seuerus, matre & vxore obijcientibus, quòd nimia ciuilitate potestatem redderet molliorē, imò, inquit, securiorē atq; diuturniorem.

Regum onus. Seleucus Rex dicere solebat, si mulcì scirent, quantum sit negotij, tantum tot epistolas mittere ac legere, ne humi pictum diadema tollerent.

Antigonus Rex conspiciens filium eos in quos imperium habebat tractātem ferocius, an ignoras, inquit, fili, Regnum nostrum esse splendidam seruitutem?

Regum onus. Alphonsus Aragonum rex cœnans cùm quidam importunus & garrulus obstreperet, exclamasse fertur, Asinorum conditionem esse potiorem quàm regum. Nam illis, dum pascuntur, domini parcunt: regibus autem nemo.

Similia.

Vt Cyclops exoculatus manus quoquò versum porrigebat, nullo certo scopo: ita magnus rex, cui desit prudentia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, sed nullo iudicio.

Vt imperiti statuarij pulchram existimant statuam, quæ sit vastissima mole: sic reges nonnulli fastu & asperitate se egregios principes videri putant.

Vt colossi foris insignes, Deum aliquem repræsentant, intus pleni luto, clauis, sordibus. Ita rex purpura, equis, auro, satellitio magnificus, in animo nihil habet, præter sordidos affectus & inscitiam.

Statuæ magnitudine moleq; sua librantur, & consistunt: at reges stulti subuertuntur.

Vt canes ouium custodes excubias agunt, non sibi timentes, sed ouibus: ita rex non tam sibi debet timere, quàm populo.

Vt arithmeticorum digiti aliquando valent multis milibus, aliquando nihil: sic regum amici aliquoties quiduis possunt, rursum mutata in fastidium gratia, nihil possunt.

Vt agricola non incidit spinam priusquàm asparagum inde cœperit, & Libyes non antè incendunt sarmentum, quàm thus collegerint: ita Deus non excedit genus regum pestilens, priusquàm huic fructus aliquis bonus contigerit.

RELIGIO.

Cùm in amicitia, quæ honesta non sunt, postulantur, religio, & fides anteponantur amicitiæ. *Cic. 3. off.*

Omnes religione mouentur, & deos patrios quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos arbitrantur. *Cic. act. in Verr.*

Religione vita constat. *Plin. senior. lib 14.*

Omnia prosperè eueniunt sequentibus deos: aduersa autem spernentibus. *Liuius. lib 5.*

Religiones piæ magis, quàm magnificæ esse debēt. *Idem lib. 2.*

Ex Poëtis Latinis.

Religione neglecta Dij multa Italiæ mala immiserunt.

Dij multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ. *Horat. Oda 6. lib. 3.*

Festis diebus, dominis vacandum.

Prospera Lux oritur, linguisq; animisq; fauete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaq; protinus absint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.
Tibull. lib. 3. eleg. 1. Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue suspenso vomere verset onus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint ablata Deo, non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Hilaritas Deo grata in festis.

Ovid. 1. de Ponto. Dij quoque vt à cunctis hilari pietate colantur
Tristitiam poni per sua festa iubent.
Seneca in Octauia. Parcite lachrymis vrbis festo,
Lætoq; die.
Pers. Sat. 2. At vos
Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum?
Nēpe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lāce
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo vt admoueam templis & farre litabo.

Religio est peccatores sacra contingere.

Virg. 2. Aeneid. Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates.
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Ovid. 2. Fastor. Innocui veniant, procul hinc, procul impius esto
Frater, & in partus mater acerba suos.
Cui pater est viuax, qui matris digerit annos:
Quæ premit inuisam socrus iniqua nurum.
Tantalidæ fratres absint & Iasonis vxor,
Et quæ ruricolis semina tosta dedit.
Et soror, & Progne, Tereusq; duabus iniquus,
Et quicunque suas per scelus auget opes.
Sil. Ital. lib. 17. bel. Pun. Tum puppe è media magno clamore sacerdos:
Parcite pollutis contingere vincula palmis,
Et procul hinc, moneo, procul hinc quæcunque prophanæ
Ferte gradus, nec vos casto miscete labori.
Ovid epist. 7. Pone deos, & quæ tangendo sacra prophanas.
Non bene cælestes impia dextra colit.

Latinorum exempla.

Nequaquam illud piè institutum simulachrū Ideæ matris dixerit aliquis, cùm propitiatum numen persequeretur sacerdos ad Almonem vsque fluuium: & quæ ne impudica quidē fœmina æquis auribus audiuisset, alta claraque voce in hymnis audiente populo in deorum matrem iactaretur.

De ridiculis institutis.

Nulla fuit aliarum gentium religio contemptu & risu digna magis, quàm Romana, quæ delirio & diritati proxima, Febrem & Palloré deas coluisse fertur. Romæ nudo Luperci corpore vagabantur, obuiamq; turbam cædebant loris, insanientibus quàm religiosis similiores. Cæterum Epidaurio serpenti, non minus perditè seruiuit, quàm humanis gentibus fortiter imperauit.

Cornelius Sylla dimidiū Thebani agri Ioui olympio, & Apollini Pithio dicauit, vt ex eius fructibus pecuniæ, quas ex ipsorum templis ad alendum exercitum abstulerat, ipsorum templis restituerentur.

Paulus Aemilius aduersus Persen Macedoniæ regem acie dimicaturus, cùm prima luce Herculi sacrificare cœpisset, nec litaret, religione perfusus, viginti hostias vnam post aliam mactauit, nec prius ab incœpto destitit quá in prima post vicesimam certa victoriæ argumenta extiterunt. Expertus est Aemilius sine religione nihil à mortalibus fœliciter moueri.

Romanus Senatus adeò semper Religionem magni fecit, vt quoties magistratus Senatum coegisset, id ipsum quod proponebatur, ad religionem pertineret, nullaq; quanquam grauior causa, vel quæ celeritatem requireret, hunc morem anteuertebat, vt publicorum consiliorum, diuino cultui primæ partes darentur.

Vespasianus ex oriente reuersus, cùm ciuilibus armis deformatam vrbem reperisset, à sacris ædificijs, capitoliniq́ue Iouis templo eius instaurationem orsus, ante alios ipse operi se accinxit, sublatis collo suo primis rudeeibus, iactisq; sua manu fundamētis: minimè arbitratus Cæsareæ maiestati se labem illaturum, si operam sacrę rei manu sua nauasset.

Silentio prætereundum non est Alexandri Seueri religiosum verbum: qui cùm eius temporibus Christiana fides iam inualuisset, & Christiani quendam locum publicum orandi gratia occupassent, contrà autem Caupones quidam Gentiles antè suum esse contenderent, Alexander audita controuersia respondit, quoquo modo esset, satius esse in eo loco Deum coli, quàm cauponas exerceri.

Apud hunc religionis autoritas ac reuerentia tanti valuit, vt iudicatas à se causas à Pontificibus Auguribus retractari, atq; aliter quàm ipse iudicasset terminari pateretur. minimè dedecori sibi arbitratus, in ijs quæ ad religionem pertinerent, imperatoriam maiestatem sacerdotum autoritati cedere.

Metellus Pontifex maximus Posthumium consulem, & Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris discederet, multa indicta, vrbem egredi passus non est, religionique imperium cessit, quòd tutò se martio certamini Posthumius commissurus non videbatur, ceremonijs Martis desertis.

Sulpitio inter sacrificandum è capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit.

AP. Licinio Pontifice maximo, virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis custos fuisset, digna visa est quæ flagro admoneretur.

Vrbe à Gallis capta, cùm Flamen Quirinalis virginesq; Vestales sacra onere partito ferrent, easq; pōtem Sublicium transgressas, L. Albinus, plaustro coniugem, & liberos vehēs, aspexisset, propior publicæ religioni quàm priuatæ charitati, suis vt plaustro descenderent imperauit, atque in id virgines & sacra imposita Cære oppidū peruexit: vbi cum summa veneratione recepta grata memoria ad hoc vsq; tempus hospitalem humanitatem testantur.

Senatus

Senatus Romanos post Cannensem cladem decreuit, vt matronæ vltra trigesimum diem luctus non extenderent, quò sacra Cereris peragi possent: quia maiori Romanarum virium parte in diro solo iacente, nullius penates mœroris expertes erant. Itaq; matres ac filiæ nuper interfectorum, absterfis lachrymis, candidam vestem induere, & aris thura dare coactæ sunt.

Ex Græcis.

Aegyptiorum religio. Aegyptus portentorum mater insanæ fuit mentis, quæ in hortis sibi Deum innenit. Nam vt apis, ibis & crocodilus sileantur, aliaque monstra animalium, cæpas & allium colere, nihil aliud certè fuit quàm desipere.

Timoleon Corinthius qui Dionysij regnum enertit in Sicilia, tantum absfuit vt post clarissimam victoriam religionis oblitus sit, vt paternam domum in templi vsum verterit. Dignus qui non solùm fœliciter consenuerit, sed etiam defuncto perpetuos honores decreuerit Syracusana ciuitas, & sepulcbrum in foro constituerit.

Alexander Macedo, & Pompeius religionis cultum non modò non aspernati sunt, sed inoffensum etiam ab omni iniuria præstiterunt: hic Hierosolymis captis à direptione templi militem prohibuit: ille summũ sacerdotem sibi obuiam venientem venerabundus excepit, ac velut numen quoddam adorauit.

Antiochus Rex Syriæ Hierosolymorum templum sine sacrificijs non tulit: nam cùm vrbem illam eo tempore obsideret, quo tabernaculorum festa celebrarentur, atq; à populo Hierosolymitano togaretur septem dierum inducias ad ea sacra colenda dare, non solùm postulata concessit, sed tautum cornibus auratis, ac multa aurea vasa sacerdotibus ferre iussit, vt illa Deo offerrent.

Aethiopum reges vsq; ad Ptolemæi tempora, cùm eis à Iouis sacerdotibus denunciatum esset, Deo inuisam esse eorum mortem, ob idque vt mortem sibi conciscerent, nullus inter eos est repertus, apud quem pluris salus quàm religio haberetur.

Diomedon cùm ad supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quàm vt vota pro incolumitate exercitus ab ipso nuncupata soluerentur.

Religio contempta.

Ex Latinis.

Varro Consul cùm ludos Circenses Aedilis faceret in Iouis templo, eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuit, quod post aliquot annos sacris expiatum est. Itaq; ob Iunonis iram cùm Carthaginensibus apud Cannas infœliciter dimicauit.

Potitij, cùm Herculis sacra, velut hereditario iure accepta, ad humile seruorum ministerium autore Appio Claudio, trãstulissent, omnes intra annum extincti sunt. Appius verò luminibus captus est.

Acer sui nominis vindex Apollo, Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus, effecit vt sacrilegæ manus abscisæ inuentæ fuerint.

Brennus Gallorum Dux, Apollinis templum Delphis ingressus, sponte manus sibi intulit.

Turulius Antonij præfectus cùm Aesculapio lucum consecrasset, & paulò post ad naues conficiendas magna ex parte abscidisset, Deus religionis contemptæ efficax vltor, deuictis partibus Antonij, Turulium manifestis sui numinis viribus, in lucum traxit, effecitque, vt ibi à Cæsarianis occideretur.

Q. Fuluius in censura cùm tegulas marmoreas ex Iunonis Luciniæ templo in ædem Fortunæ trãstulisset, statim mente constitit, quin etiam summa animi ægritudine laborans expirauit cum duobus filijs.

Pleminius Scipionis legatus thesauro Proserpinæ spoliato, vinctus Romam protractus est, vbi ante causæ dictionem in carcere mo bi genere teterrimo consumptus est.

Ex Græcis.

Cambyses Cyri filius quinquaginta hominũ millia misit ad Iouis Ammonis templum diripiendum, & incendio fœdandum. At cùm inter Oasim & Ammonios pransi essent, subita ventorum tempestate, arenarum cumulis obruti sunt, nec ex tanto agmine nuncius repertus est.

Dionysius Proserpinæ fano Locris spoliato, cùm in altum secundo vento classe veheretur, ridens, amici videtis, inquit, quàm prospera sacrilegis à dijs tribuatur nauigatio.

Idem detracto Ioui Olympio magni ponderis aureo amictu, iniectóq; ei laneo pallio, dixit, æstate grauem esse aureum amiculum, hyeme frigidum, laneum autem ad vtrunque anni tempus aptius.

Idem Aesculapio barbam demi iussit aureã, quòd affirmaret non conuenire patrem imberbem esse, ipsum verò barbatum conspici.

Idem mensas argenteas, & aureas è fanis sustulit, quodq; in ijs scriptum erat, bonorum deorum eas esse, vti se bonitate deorum prædicauit. Qui tametsi debita supplicia non exoluit, dedecore tamen filij mortuus, pœnas tependit quas viuus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, & tarditatem supplicij grauitate compensat.

Milesia Ceres Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum spoliaturi irruperant, flamma priuauit oculis.

Antiochus capta Hierosolyma, omnibus ornamẽtis templo spoliato Iudæorum ceremonias penitus delere voluit, & perquisitas sacras ipsorum scripturas combusit. Quamobrem concitata in se diuina iustitia in sæuum incidit morbum: ex putrida enim eius carne vermibus nascennbus, cùm in omnium fastidium venisset, & ab amicis vitaretur, rabie plenus mortem obijt.

Seleucus ingentium opum fama, quæ in Hierosolymitano templo erãt, Heliodorum ad spoliandum templum misit, quem cùm Pontifex in sacrarium duxisset, duo ingentes equites aurei, Heliodorum aggresi sunt. Qui cùm Pontificis opera vires recepisset, ad regẽ suum rediit, monuitque si quem in regno inuisum haberet, eum ad spoliãdum Hierosolymæ templum mitteret.

Cambyses Persarum Rex deuicta Aegypto, cùm videret bouẽ api dicatum, bouis coxa percussa, eum interemit. Itaq; dum equum conscenderet,

laspo è vagina ense, quo bouem occiderat, in coxa vulnus accepit, quo breui decessit.

Hircacus Æthiopum rex, cùm nnn posset Iphigeniam Christo dicatam in vxrem accipere, monasterium eius cremari præcepit: sed flammæ statim in eius palatium conuersæ, torum prorsus absumpserunt. Demum is lepra tactus, cùm nulla medendi foret occasio, se gladio interemit.

Athenienses Diagoram philosophum pepulerunt, quòd scribere ausus fuisset se primùm ignorasse an dij essent, deinde si sint, quales sint. Item Socratem damnauerunt, quòd religionem nouam introducere videretur.

Diomedon vnus ex decem ducibus, qui eadē pugna Atheniensibus victoriam, sibi verò damnationem pepererunt, cùm ad supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quàm vt vota pro incolumitate exercitus nuncupata soluerentur.

Religio simulata.

Numa Pompilius, vt populum Romanum sacris obligaret, volebat videri sibi cum dea Egeria cōgressus esse nocturnos, eiusq; monitu se quæ accepta dijs immortalibus sacra forent instituere.

Scipio Africanus non ante ad negotia publica vel priuata ibat, quàm in cella Iouis Capitolini moratus fuisset, & ideò Ioue genitus credebatur.

L. Sylla quoties prælium cōmittebat, paruū Apollinis signum Delphis sublatum in cōspectu militum complexus, orabat vt promissa maturaret.

Q. Sertorius per asperos Lusitaniæ colles, ceruam albam ti ahebat, ab ea se, quænam aut agenda, aut vitanda essent, prædicans admoneri.

Ex Græcis.

Minos Cretensium rex nono quoq; anno quoddam præaltum specus secedere solebat & in eo moratus tanquam à Ioue, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.

Pisistratus ad recuperandam Tyrannidem, quam amiserat, simulatione se in arcem Mineruę reducens, vsus est, cùm per ostentationem mulieris ignotæ quæ ad habitum deæ formata erat, Athenienses deciperet.

Lycurgus Apollinis consilio, Lacedæmonijs se leges condere dixit.

RES VERBIS ANTEPONENDÆ.

Ex Apophthegm. Erasm.

Multò præclarius est res magnificas gerere, quàm habere linguā ad magnificè loquendū expeditā.

Quod per se tectum est & vtile, non eget prolixa oratione.

Ipsa causæ bonitas facilè seipsam commēdat. Quòd si vsquam locus est loquacitati, eam oportet ad inhonestas causas adhibere.

Rex operum est virtus, non autem plurimis verbis, multisq; disciplinis eget.

Reprehendēdi sunt, qui cùm re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpunt: bis peiores sunt, qui sermone benigni, te lædunt: pessimi, qui verbis molesti sunt, factis tamen noxij.

Multo præstantius est res egregias gerere, quàm gestas celebrare.

Rectius suo fungitur officio, qui ex animo facit, quàm qui metu mali.

Superuacaneum est in eo laudando sumere operam, quem vno ore omnes prædicant.

In omni actione spectandum decorum personæ.

Inertię genus est de fortitudine disputare, sed protinus factis exercenda virtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Rerum expetendarum tria genera.

Rerum expetendarū tria sunt genera. Nā est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, nō emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, scientia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim & naturam, sed propter fructum atq; vtilitatem petendum: quod pecunia est. Tertium est, ex horum partibus iunctum, quod & sua vi, & dignitate nos inductos ducit, & præ se gerit quandam vtilitatem quò magis expectatur, vt amicitia, bona existimatio. *2. de inuent. Cicero.*

REPREHENSIO.

Ex Latinis.

Aliena vitia quisq; reprehendi mauult, quàm sua. *Quintil. lib. 2.*

Sunt qui magis emendare volunt deos, quàm se. *Sene. epist. 108.*

Nulla sapientia naturalia vitia animi aut corporis ponuntur, quicquid infixum & ingenitum est, leuiter arte non vincitur, alioquin haberet sapientia rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. *Seneca epist. 11.*

Quantum potes, teipsum coargue, inquire in te, accusatoris partibus primùm fungere, deinde iudicis, nouissimè deprecatoris, aliquando etiam te offende. *Idem epist. 28.*

Obiurgationes nonnunquam incidunt necessarię, in quibus vtendum est & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore. *Cic. 1 off.*

Nulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. *Plin. iun. lib 7.*

Non satis est reprehendisse peccantem, si non doceas rectā viam. *Columella li. 7.*

Aliena vitia in oculis habemus, nostra à tergo sunt. *Seneca de ira lib. 2.*

Ex Græcis.

Rebus malè succedentibus iracundè succensere non decet. *Plutarchus de tranquil. anim.*

Non modò peccantes castiga, sed peccaturos cohibe. *Periander.*

Temerarium est, vmbram hominis mortui affligere, viuos castigare decet, non mortuos, & ipsa iustitia mortuos vindicat. *Ibidem.*

Amor simpliciter obiurgans, magis premit. *Eurip.*

Cùm verecundè reprehendit amicus, verecundiam gignit in amico. *Idem.*

Exagitamur verecundia, & dolore, cùm arguimur apud eos, quibus probari cupimus. *Idem.*

Lusus obiurgationi est admiscenda. *Idem.*

Reprehensio minimum est bonæ frugis. *Idem.*

Optimè ac iustè viuemus, si quæ in alijs reprehendimus, ipsi non faciamus. *Diogen.*

Eurip. Amicum ad amicum liberè dicere decet, reprehẽsiones autem non clanculum dicere.

RESPVBLICA.

Ex Cicerone.

1. de leg. Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus.

In Vatin. Eò omnis vitæ nostræ ratio transmittenda est, vt magnam nominis nostri famam, & maximis in Rempub. meritis collatis, posteris relinquamus.

In Lalio. Bono viro, non minor est curæ qualis Respu. post mortem suam futura sit, quàm qualis hodie sit.

Philipp. 11. Omnibus bonis expedit saluam esse Rempub.

3. de finib. Laudandus est is, qui mortem oppetit pro Repub. qui docet chariorem esse nobis patriam, quàm nosmetipsos. Estq; illa vox inhumana & scelerata eorũ qui negant se recusare, quominus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Pro Planco. Qui pro Republica vitam reddiderunt, nusquã me hercule eos mortem potius, quàm immortalitatem assecutos putaui.

Ad Planc. famil. 10. Nihil est ex omnibus rebus humanis prȩclarius aut præstantius, quàm de Republica bene mereri.

Brut. ad Ci. Omni timore deposito debemus Reip. consulere.

Philipp. 9. His maiores nostri qui ob Rempu. mortem obierant, pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt.

Philipp. 2. Duo hæc moriens opto, vt populum Romanum liberum relinquam, hoc mihi maius à dijs immortalibus dari nihil potest. Alterum vt ita cuiq; eueniat, vt de Repub. quisq; mereatur.

Philipp. 14. Magnus est in Repub. campus, multis apertus cursus ad laudem.

De Resp. Arus. Non potest cuiquam malè de Repu. merenti, iusta esse causa.

Ex Apophthegm. Erasmi.

Respub. nullo munimento tutiores sunt quàm virtute ciuium.

Publica vtilitas anteponenda est odio priuato.

In Repub. bene instituta omnia proficiunt in melius.

Animi robur, & vis naturȩ magno vsui possunt esse Reipub.

Vnicuiq; pluris faciẽda est vtilitas communis quàm propria.

Quisquis alienam Rempubl. vehementer adamat, suam quodammodo vituperat.

Ea Reipub. species non est vtilis ciuitati, quàm nemo velit esse in sua familia.

Respu. duabus rebus continetur, præmio & pœna.

Respub. malè morata est, vbi licet impune maledicere nihil mali commeritus.

Tempore pacis, magis quàm belli Reipu. viget autoritas, vt ius habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit conducere.

Qui sunt iracũdioris ingenij, ad disciplinas quidem idonei sunt, ad gerendam Remp. non item.

Multò absurdius est ei commendare Remp. quum gubernandi artes non tenet, quàm si asinum pro equo adhibeas aratro.

Priuata simultas posthabenda est Reip. commodis.

Non infimum est erga Rempub. meritum, si non solùm te præstiteris egregium, sed aliquem tibi similem gignas educesq; patriæ.

Hoc præcipuũ vlcus est Rerumpublicarum omniũ, quod omnia munia per vicarios administrantur, interdum alteros ac tertios.

Priuati affectus vtilitati publicæ posthabendi sunt.

In omni negocio magni refert quales sunt, quibus gerendæ rei creditur autoritas.

Publicæ saluti priuata incolumitas est postponẽda.

Reipub. corruptela non alia magis ex re nascitur, quàm ex delicijs.

Qui præclaros viros eiiciunt è ciuitate, Rempub. potius lædunt, quàm quos expellunt.

Inutile est Reipub. subinde mutare duces, sed satius est quem idoneum ac fidum nactus sis, eum non mutare.

Non potest consistere Respubl. vbi non est honos virtuti, nec pœna sceleratis.

Reipu. dignitas præferenda est priuato commodo.

Nũquam boni ciuis inutilis est opera. auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacita, incessuq; ipso prodest. *Seneca de tranquil. anim.*

Respub. incolumis, res priuatas seruat. *Liuius lib. 6. dec.*

Nullus populus, aut ciuitas diutius quã necesse est, permanebit in ea cõditione, cuius eum pœnitet. *Liu. 8. Dec. 1.*

Nulla magna ciuitas quiescere diu potest: si foris hostem non inuenit, quærit domi. *Idem lib. 10.*

Sua cuiq; ciuitati religio est: nostra nobis officia, non eadem disparibus ætatibus tribuuntur: aliaq; sunt iuuenum, alia seniorum, alia constantis ætatis, sunt ex extrema quædam senectutis studia.

Reipub. proprium est, vt libera sit, & non solicita suæ cuiusq; rei custodia. *Cic. 2. off.*

Necesse est in Repub. vt plus in ea valeat, qui plus sapit: pareat, qui minus. *Erasm. in epist.*

Nimis multa audire coguntur, nec aliter fieri potest, quibus tota Respub. commissa est. *Cic. pro Milon.*

Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus. *Plin. ...*

Qui apud multitudinem loquitur, eo gratior est, quo nihil præter publicum commodum videt. *Liu. Dec. 1. li. 4.*

Nunquam præstantibus in Repub. gubernanda viris, laudata fuit in vna sententia perpetua permansio. *Ad Lent.*

Nulla re conciliare facilius possumus multitudinis beneuolentiam qui Rempu. gerimus, quàm abstinentia & continentia. *2. Off.*

Qui Reipub. præsunt, legibus similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate feruntur. *1. Off.*

Omnino qui Reip. præsunt, duo Platonis præcepta teneant: vnum vt vtilitatem ciuium sic tueantur, vt quicquid agant, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, vt totum corpus Reipu. curent, nedum partem aliquam Reipub. tueantur, reliquam deserant: Vt enim tutela, sic administratio Reipub. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda. *1. Offic.*

Caput est in omni procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur vel minima suspicio. *1. Off.*

Similia.

Vt qui animi causa nauim ingreditur, vt spectet, *Plut. in Mor.*

vt

vt in ea deambulet: dein repente soluta, atq; in altum reuulsa, nauseans ac vomens frustra foras prospectat: Sic qui leuiter & quasi lusus gratia Rempubl.attingunt, à semel suscepta non possunt se explicare, negociorum vndis secum hominem & inuitum trahentibus.

Vt qui personatus in theatrum procedit histrio: Sic qui ad Remp.administrādam accedit, non vt ciuibus prosit, sed sibi gloriam comparet.

Qui sensim ac volentes descendunt in puteum, nihil læduntur: qui casu incidunt, valde turbantur: Sic qui certo consilio accedunt ad Rempu. moderatè ferunt: qui sese temere iniiciunt, eos pœnitet.

Vt vinum primum seruit ac paret bibenti, at paulatim admixtum venis, rapit hominem, ac traducit in suos mores: ita qui Remp.administrat, initio se populi moribus accommodat, pòst sensim eum ad suatrahit instituta.

Non est infirmior manus, quòd in digitos dissecta sit, sed ad operandum agilior: ita negotia multis communicata in Republ.plenius conficiuntur.

Gubernator quædam suis manibus facit, quædam per alios: & aliquando alijs ad clauum missis, ipse in proram demigrat: Sic in Repu.non debet vnus omnia munia occupare, sed alijs vicissim dare locum. Rectius enim fiunt, quæ multorum manibus peraguntur.

Vt difficillimum ac periculosum est annosas arbores quæ iam latè sparsere radices, reuellere loco, & alio transplantare: Ita Remp.longo tēpore suis inueteratam institutis, ad aliam vitæ rationem traducere non licet citra maximos rerū motus.

Ex Poëtis.

Respub.bene munita est, si à decem vitijs immunis sit.

Plaut. in Pers. Quid id quod vidisti, vt munitum muro tibi visum est oppidum?

PERS. Si incolæ bene motati pulchrè munitum arbitror,
Perfidia & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant:
Quarta, inuidia: quinta, ambitio: sexta, oblectatio:
Septimum, periurium. TOX. Euge. PERS. Octaua, diligentia.
Nona, iniuria: decimum, quod pessimum aggressu, scelus.
Hæc nisi inde aberunt centuplex murus rebus seruandis parum fit.

Idem in Trinummo. Nihil est profecto stultius,
Neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis,
Neq; confidentiloquius, neq; periurius, quàm vrbani assidui
Ciues quos scurras vocant,
Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.

Respub.multa adeò destructa sunt, vt nihil præter nomen remanserit.

Ouid.li.15.Meta. Sic magna fuit censusq; virisq;,
Perq; decem potuit tantum dare sanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos ostendit auorum.
Clara fuit Sparte, magnæ viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est, altæ cecidere Mycænæ.
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen, Athenæ?

Ex Græcis.

Ex Euripide.

Si vnusquisq; accepto quantum posset, *Euripid.*
Bono accederet, idq; in commune conferret
Patriæ, pauciora mala ciuitates
Experientes in posterum fortunatæ forent.
Stultorum equidem opus hominū esse iudico. *Idem.*
Si vel patres filijs, vel non sapientibus aliqui
Ciuibus tradunt potestatem.
Ancora vnica nequaquam ita nauim seruat *Idem.*
Vt tres dimissæ: & vnus princeps vrbi
Periculosus est, adiungi verò & alium, non malum est ciuitati.
Tria sunt ciuium genera. Quidam diuites sunt, *Eurip.*
Inutilesq;, & plura semper appetunt.
Alij verò nihil possidentes, inopesq; victus,
Miseri, nimium tribuentes inuidiæ:
Malos aculeos in ditiores emittunt
Lingua, improbis chari ducibus.
Cæterùm ex tribus, quod medium genus est, vrbem seruat,
Modum illum custodiens, quem ciuitas approbauerit.
Nihil est inter res humanas æquale. *Eurip.*
Deceret enim fortunas temere errantes
Nihil valere: manifesta autem cuehere
Scilicet illum, qui viribus præstaret,
Aut arcu iaculādo, aut hastarum pugna præcellens,
Alijs inferioribus se imperare par esset:
Atqui mali hominis indiciū est, si quis de populo,
Nulla in re magistratum audire dignetur.
Nunquam enim aut leges in ciuitate bene
Se habebunt, vbi metus abest,
Aut exercitus cum moderatione persistet,
Qui nullū timoris aut reuerentiæ obstaculū habet.
Quando quidem ipse læsus sum, nunquam postbac alteri cuiquam
Filijs imperium tradere consuluerim,
Priusquam eius oculos tenebræ occupauerint,
Aut vitam agere à liberis superatam oportebit.
In hoc ciuitates multæ laborant,
Cùm qui bonus & strenuus vir est,
Nihilo plus quàm deteriores accipit.
Putatis'ne vos terrā habitare posse, si totus paup *Idem.*
Populus Rempub. absq; diuitibus institueret?
Haud quaquam seorsim bona & mala subsistere possent.
Sed est aliquod temperamentum, quo rectè coniungantur.
Nam ea, quibus pauper caret, diues
Largitur: quæ verò nos diuites non possidemus,
Illorum gratia pauperibus vtentes colimus.
Intestinum hominibus oboriri solet
Bellum inter ciues, si ciuitas dissenserit.
Desine: Tum enim saluæ sunt ciuitates,
Cùm leges, vt decet, obseruantur.

Ex Sophocle.

Nunquam sanè tuta & secura potest esse ciuitas
In qua ius & modestia omnis
Pedibus calcantur, & loquax aliquis accipiens
Malignos manibus stimulos regit vrbem.
Haud scio quid ad hæc dicendum sit.
Nam cùm boni ab ignobilibus superantur,

Quænam ciuitas id ferre posset?
Vbi quæ optima sunt non liberè loqui
Licet, & in vrbe deteriora vincunt,
Tum peccata pessundant salutem.
Vbi custodes à pueris vincuntur,
Non est sapientium virorum ciuitas.
Ciuitas male affecta in malis excogitãdis callida.
Vbi iniuriari, & quæuis pro libidine facere licet,
Illam ciuitatem existimandum est tandem
Ex bono statu recedentẽ in profundum ruituram.
At mihi tempestiuus aliquis metus constituatur,
Et ne putemus si quid libenter fecerimus,
Non luituros nos pœnam olim dolentes.
Est in his rebus vicissitudo.
Ad habentem repit inuidia.
At qui parui sine magnis
Imbecille turris munimentum sunt.
Paruus enim cum magnis optimè
Agit, & magnus à minoribus prouehi poterit.
Nullum est in Repub. maius malum, quàm inobedientia.

Ex Demosthene.

Nam eum, qui pro ciuitate aliquid agit, ciuitatis ingenium imitari decet atq; huiusmodi nobis seruandi sunt: odio autem habendi, qui isti homini similes fuerint. Si quidem qualescunq; amare & seruare videbimini, talibus esse similes existimabimini.

Permulta profectò sunt ciuitatibus excogitata ad custodiam atq; salutẽ, vt valla, mœnia, fossæ, quæ omnia manibus conficiuntur, & sumptus ingentes postulant. Inest autem vnum quodpiam munimentum commune cordatorum hominũ animis à natura, quòd cùm cæteris omnibus bonũ est ac salutare, tum plebi maximè cõtra tyrãnos. Quodnam igitur istud est? nõ facilè credere: vel si vno verbo dicere licet, diffidẽtia. Hanc seruate, & amplectimini: hanc si habueritis integram, nihil graue vobis obueniet.

Etenim quum ciues in binos ordines diuidantur: alteri quidem nolũt cuiquam per vim imperare, aut præesse alijs, sed in libertate & legibus ex æquo Rempubl. administrare: alteri contra ciues regere desiderant, nec vlli parere, tyrannidis & potentiæ cupidi.

Non mihi videtur boni ciuis esse, huiusmodi Reip. administrationes inuenire, ex quibus ego statim primus vestrûm futurus sim, vos autem aliorum vltimi. Quin communi opera bonorum ciuium administrationibus promoueri ciuitatem conuenit, & ab vnoquoq; semper quod optimum est factu, non quod difficilimũ, dici: ad hoc enim vel ipsa natura progredietur: ad istud verò rationibus edoctũ bonũ ciuẽ adduci oportet, vt vnusquisq; vestrûm, ô Atheniẽses, sciat, quòd ignauia & quies vt in vita priuatorum, sic in ciuitatibus, non in principio, sed post summam negociorum copiam occurrat.

Vt singuli suos habent parentes, sic vniuersæ ciuitatis cunctos communes ceu parentes esse, iudicandum est: eosq; decere, non solùm ex ijs quæ ciuitas largitur, auferre quippiam: verumetiam si nihil adsit eorum, aliunde prospicere, vt nulla in re ciues penuria laborantes negligantur.

Quoniam oportet, ô Athenienses, communem inter nos Reipu. administrationem iustè vsurpare: quod fiet, si locupletes, opes suas aduersus pericula pro publica salute patriæ communicent: reliqui verò, quæ communia sunt, pro cõmunibus habeãt, & pro se quisq; participent: singulorum autem bona, possidentium esse propria existiment. Hac ratione & parua ciuitas magnitudinem acquirit, & magna conseruatur.

Ex Platone.

SOCR. Enimuero summũ hoc ciuitati bonum esse confessi sumus, cùm ciuitatem rectè gubernatã esse dixerimus similem corpori, quod cum singulis partibus suis circa voluptatem & dolorem quoquomodo communicat. *5. de Rep. dial.*

Hoc simpliciter verum est, omnem Rempub. ex eo quod dominatur, mutari, quando in ipso seditio oritur: dum verò secum consentit, etiam si valde exiguum sit, mutari impossibile est. *8. de Rep. dial.*

Respu. hominum educatio est: bona quidem bonorũ, contrariorũ verò contraria. Quicunq; sapiẽs aut bonus habetur, dominatur, & imperat. *In Menexeno. Dial. 10.*

Equidẽ adolescens dũ essem, eãdem quàm pleriq;, habui cupiditatem. Statuerã enim cùm primùm mei ipsius compos factus sum, ad Remp. me cõferre. Tandẽ verò cõpertũ est mihi, Resp. omnes, quæ nunc sunt, improbè gubernari. Nam quantũ ad leges attinet, insanabiliter fermè se habent, nullo ĩstituto mirabili, sed fortuna quadã viuẽtes. *Plato Dionis amicis Epist. 7.*

Nõ prius desinet humanum genus in malis versari, quàm aut philosophi Rempub. administrent, aut magistratus verè philosophentur. *Ibidem.*

An non monarchia, id est, principatus vnius, vna quædam est gubernationum ciuilium? Est. Post hanc paucorum potentiam ponere possumus? Sane. Tertiã verò multitudinis gubernationem, quam popularem vocant? Prorsus. *In Ciuili.*

Tanto cum dolore Remp. nostram aspicio. *Eupolis.*
Hactenus enim ô senex nequaquã sic habitabam*:
Sed erant in vrbe nostra primũ quidẽ imperatores
Ex præcipuis familijs, opibus & genere præstantes,
Quibus tãquã dijs vota faciebamus: erãt enĩ digni.
Itaq; securi degebamus. Nunc verò quoslibet
Duces improbos eligentes militamus.
Tria sunt here, per quæ fiunt omnia: videlicet aut legibus, *Menander.*
Aut necessitate, aut consuetudine quapiam.
Si iniuriarum autorem vlcisceretur
Vnusquisq; nostrum, & vnà propugnaret
Æquè ac si propria sibi esset facta
Iniuria: & ciues vehementi studio mutuam iungerent operam,
Non amplius nobis calamitas inciperet
Improborum hominum: sed obseruati,
Et meritam pœnam licentes,
Vel admodum essent rari, vel prorsus desinerent.
Optimum est veritas in viri iusti ciuitate,
Hoc cõe bonum est, si vir bonus fœlicitate fruatur.
Id quod rectè habet, etiam lege præstantius est.
Honestum est leges sequi patrias.
Vniuersi variæ sunt vrbes, *Heniochus.*
Quæ longo iam tempore desipiunt.
Aduenerunt immolatum Eleutheria, id est libertatis sacra,

Postquam à tribubus semel liberatæ sunt.
Deinde ab illo sacrificio perdidit
Ipsas hospitio accipiens indies
Imprudentia, multo iam tempore ipsas occupans,
Cæterùm duæ mulieres ipsam perturbabant
Semper conuersantes, Democratia alteri
Nomen est, alteri verò Aristocratia,
Quarum culpa iam frequenter deliquerunt, & debacchatæ sunt.

Aristophanes in Ranis Ciuium quos scimus ingenuos, modestos,
Iustos, honestos, ac probos viros esse,
Illos expellimus: fabris autem & peregrinis, seruis,
Atq; malo genere natis, ad omnia vtimur,
Qui postremi aduenerunt, quibus ciuitas antehac
Ne pro piaculis quidem temere & facilè vsa esset.
At nunc saltem, ô stolidi, moribus immutatis
Vtimini denuo bonis viris. Nam & si prosperè egeritis
Hoc pacto, non absurdum erit: neq; si quid erratum fuerit.
Et si quid patiamini, sapientibus pati videmini.

Aeschines Qui in sua familia bene non vixit, in communibus quoq; Reipub negocijs similiter versabitur.

Idem. Malum ingenium magnam potestatem adeptum, magnas calamitates efficit.

Priuatæ inimicitiæ omnino multa in publicis negotijs corrigunt.

Idem. Tres esse politias inter omnes homines cõfessum est, nempe tyrannidem, populi imperium, & paucorum. Administrantur tyrannides, & paucorum imperia, iuxta mores regnantium: ciuitates verò popularis imperij, constitutis legibus reguntur.

Idem. Hoc etiam reputate, quòd si munera paucis, eisq; condignis, & secundum leges contuleritis, multos vos habitutos esse pro virtute certantes: si autem cuilibet cupienti, & ijs qui nihil egregium fecerint, gratificemini, frugi etiam ingenia corrupturos.

Democritus. Lex hominum vitam demereri cupit beneficijs: id autem præstare potest, si ipsi ea suscipere voluerint: Obedientibus enim vim & virtutem suam declarat.

Concordiæ meritò cùm aliàs magna facinora, tum ciuitatibus bella confici possunt: secus haud quaquam.

Non es nescius, si quis in publicis negocijs vel minimum quippiam abstulerit, occasionem inde fieri maioris perniciei.

Paupertas in populari imperio tantùm præstat fœlicitati dictæ inter potentes, quantum seruituti libertas.

Polybius. Negotia publica ciuitatis omniũ existimare oportet maxima, vt fœliciter augeãtur, neq; præter æquũ cõtendere, neq; potentiã sibi comparare priuatam: præter publicum bonũ. Ciuitas enim prosperè agens, fœlicitas est maxima. In hac insunt omnia, ac salua cuncta seruantur: hac pereunte, nihil non pessum it.

Nõ expedit bonis, neglectis rebus suis alias agere. Si quid autem publicum negligatur, infamia accedit, etsi quis neq; furtum, neq; vllam iniuriam committat. Etenim tum negligenti, tum iniuriam facienti, male audiendi periculum est, atq; patiendi aliquid necessitas.

Improbi ad honores promoti, quò fuerint indigniores, hoc & negligentiores fiunt, imprudentia & audacia pleni.

Vbi potentes pro tenuioris fortunæ hominibus sumptum facere sustinẽt, eisq; ministrare & gratificari, ibi misericordiæ locus est, nullus ciuium deseritur, mutua societas, defensio, & concordia nascuntur.

Conuenit vt homines digni communem fructum percipiant ex ciuilis cœtus prosperitate. *Socrates.*

Non ignominia afficiam arma sacra, astitem meum non deseram, quocum iunctus fuero. Dimicabo pro sacris & prophanis, siue solus, siue cum multis. Patriam non relinquam in deteriori statu, sed ampliori quàm acceperim. Magistratui prudenter obediam, legibusq; cõstitutis parebo. Quod si quis leges irritas facere volet, non concedam, sed vlciscar. Horũ dij mihi testes & conscij sunto. *Iuramentum quod ephebi Athenis præstabant.*

Nihil tam malum est, quàm inobedientia: homines enim incolumes durare non possunt, vbi nemo præest. *Pythagoricorũ apophthegmata.*

Magistratum non tantùm prudentem esse decet, verùm etiam subditos, & morigeratos, & amantes magistratum.

Ætatum habenda ea cura est, vt pueri in disciplinis exerceantur, iuuenes ciuitatis morum & legum studiosi sint, viri publicis muneribus incumbant: senes in iudicijs & consilijs versentur.

Summa scientia in hoc sita est, vt pueri non habeant mores insanium, neq; puerile iuuenes, neq; iuuenile viri retineant ingenium, nec deniq; senes desipiant.

Statim à puero alimenta certo ordine, modoq; sumantur, decor in vtilitate seruetur.

Si diuites & potentes in ciuitate præualuerint, breuissimum tempus populi imperiũ durabit. Quapropter bonos ignominijs afficiunt, pecunijs exuunt, expellunt & occidunt: malos autem promouent. *Xenophon.*

Si vulgus democratiã approbet, veniam meretur, quæ danda est vnicuiq; qui ipse sibi gratificatur. At si quis non plebeiæ sortis homo, in populari imperio potius, quàm à paucis administrato, degere cupit, is mihi iniuriam machinari videtur, atq; nouisse, quòd vir improbus facilius in Rep. populari, quàm à paucis gubernata, latere possit.

Ignorans quod omnis innouatio in rebus publicis maioris potentię initium existit, homines autem agriculturæ dediti, non statim communes iniurias odorantur. *Polyd.*

Ex Thucydide.

Necesse est, vt in artibus sequentia semper præcellant. Et Reipubl. quidem tranquillæ leges fixæ quàm optimæ sunt, coactis autem varia negotia aggredi, multis etiam opus est machinationibus.

Istud omnium est grauissimum, si nihil eorum quæ visa nobis decretaq; fuerint, firmum & ratum futurum sit: neque cognouerimus, quòd melior sit status ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen vtitur legibus: quàm illius quæ bonis quidem sed irritis. Et quòd imperitia iuncta Temperantiæ, quàm industria proteruitati, non parum vtilitate præstet.

Viliſsimi homines prudentioribus comparati multò melius ciuitates inhabitant: hi enim plus legibus ſapere videri volunt, & aliorum ſententijs, quæ ſemper in cōmune proferuntur, ſuperiores eſſe, vnde fit vt Reſpublicæ multa damna accipiant. Illi verò non freti iudicio & intellectu ſuo, legibus imperitiores haberi volunt, tum imperitiores dicendo ſunt, quàm vt ſermonem eius, qui rectè conſuluit, reprehendant: Et cùm iudices ſint magis iuxta æquitatem, quàm concertatores, res plurimas rectè diſponunt.

Equidem æſtimo æquè bonum ciuem eſſe, & illum qui partem aliquam corporis & qui poſſeſſionis aliquid pro ciuitate amittere non dubitat. Talis enim ciuitatis negocia per ſeipſum inſtaurari vellet.

Popularis ſtatus nomine omnis ciuitas intelligitur: paucorum verò, pars ciuitatis. Cuſtodes pecuniarum, optimi locupletes: ad conſulendum autem præclariſsimè, ij qui pollent intelligentia. At paucorū ſtatus pericula populo impartit: commodorum autem non modò plus, ſed etiam totum ſibi vendicat, erepta ab alijs ſua portione.

Viro tyranno, aut principatum gerenti nihil abſurdum eſt modò ſit vtile, neq; familiarem vllum, niſi fidelem exiſtimant: Oportet autem ſingulorum amicitias aut inimicitias pro ratione temporis eligere.

Inter quos maxima virtutis præmia proponuntur, apud illos optimi viri Rempub. gubernant.

Solon rogatus quomodo ciuitas in optimo ſtatu degeret, ſi ciues, inquit, magiſtratui obediant, magiſtratus autem legibus.

Arceſilaus dicebat, quemadmodum vbi multa pharmaca, multiq; medici ſunt, ibidem & morbi abundant: ſic vbi plurimæ leges fuerint, ibi & iniuſtitia viget maximè.

Dico vniuerſam Rempub. in tres ordines diuiſam eſſe: Et vnum eſſe quidem bonorum Rempub. adminiſtrantium: Alterum ex viris robuſtis conſtare: Tertium ex illis qui res neceſſarias explēt, ac ſuppeditant. Nomino autem primùm ordinem conſiliarium: ſecundum auxiliarem: tertium mechanicum. Priores duo vitam liberam degunt: tertius victum labore quærit. Conſiliarius optimus eſt qui rectè imperat, & quid agendum ſit, conſilio præfinit: mechanicus deterior eſt, & imperat: Auxiliarius medius eſt, & imperat & paret.

Legibus confirmabitur Reſp. ſi mixta fuerit aut cōcinnata ex omnibus alijs ijs, in quā, quę non præter naturam ſe habent, ſed ſecundum naturam. Porrò leges non cellis incluſas eſſe oportet, ſed hominū animis ac moribus. Fundamentū autē Reip. eſt adoleſcentiū educatio. Haud enim vites fructum protulerint vtilē, quæ non bene ſint excultæ: nec pulchri fient pulli equini educatione neglecta.

Aduerſus improbos mores, inſtitutæ ſunt deorum non ſcriptæ leges, mulctam non obedienti inferentes, principes etiam legum & cōſtitutionum inter homines creati ſunt. Quatuor enim ſunt quibus omnia fiunt, Natura, lex, ars, & fortuna. Lex præſes eſt ac author eorum, quæ iuxta humanos mores ad cōcordiam ciuilem perducunt.

Operum verò quæ hominum prudentia efficiūtur, ars meritò princeps nominanda eſt.

Septem Sapientum Apophthegmata de Republica.

Si de Repub. audire libet, inquit Solon, optimus mihi eius ciuitatis ſtatus videtur, in qua democratia ſeruatur, in qua iniuriarum autorem accuſant & puniunt illi etiam, qui iniuriam non paſsi ſunt.

Bias optimam eſſe democratiam dixit, in qua legem omnes perinde ac regem metuant.

Thales, eam quæ ciues neq; prædiuites, nec admodum pauperes continet.

Periander, in qua, cùm reliqua æqualia exiſtimentur, virtute quod melius, vitio autem quod deterius eſt, definiatur.

Cleobulus populum illum maximè compoſitum eſſe dixit, vbi Rempu. adminiſtrantes magis infamiam, quàm leges metuant.

Sextus Pittacus, vbi malis non imperare liceat.

Chilo autem optimam eſſe pronunciauit Rempu. quæ maximè leges, minimè autem Rhetores audiat.

Demoſthenes ciuitatis animam, legem eſſe dixit. Vt enim exanime corpus procumbit: ſimiliter ciuitas, ſi leges abſint, non conſiſtit.

In ciuitate ſtudioſa fœlicitatis nunquam opes anteponi debent virtuti: ne ob id omnibus opum deſiderio captis, contemptus virtutis innaſcatur animis Reipu. Nam vbi virtus ſpernitur, vnicum ſupereſt diuitiarum ſtudium. *Euſebius.*

Ciuitatis decus cuſtoditur & cōſeruatur, cùm magiſtratui reuerentia & honor debitus exhibetur.

Reipu. tria ſunt genera, totidemq; earum euerſiones. Sunt autem Regia poteſtas, & ea quæ in poteſtate optimorum eſt, tertia quæ Cenſura dicitur. Harū optima eſt regia: deterrima democratia. Defectio à Regia Repub. tyrannis dicitur. Ex Regali enim poteſtate, in tyrānidem Reſp. delabitur. Si rex enim vitioſus ſit, tyrānus efficitur. Ex eo autē Reipu. ſtatu qui in poteſtate optimorum eſt, in eum fit mutatio, in quo pauci præſunt. Idq; culpa principum qui res ciuitatis non diuidunt pro dignitate, ſibiq; vel omnia vel maxima commoda ſumunt, & magiſtratus ſemper ad eoſdem deferunt, quòd plurimi faciant diuitias. Cenſuræ autēm poteſtas, in popularem vertitur. *Ariſt. Ethic. 8. cap. 10.*

Reſpub. præmio & pœna continetur.

Nec domus nec Reſp. ſtare poteſt, ſi in ea non rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis. *Cicero 3. de nat. deor.*

Ex legibus præmia propoſita ſunt virtutibus, & vitijs ſupplicia. *1. de Orat.*

Verus, iuſtus, atq; honeſtus labor honoribus, præmijs, ac ſplendore decoratur: vitia autem hominum & fraudes, damnis, vinculis, exilijs, morte mulctantur. *Ibidem.*

Improbis pœna ſtatuenda eſt: nec minor verò ijs qui ſecuti erunt alterum, quàm ijs qui fuerint impietatis duces. *In Lælio.*

Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmoueri debēt. *Pro Roſ. Ame.*

Quotuſquiſque reperietur, qui impunitate propoſita abſtinere poſsit iniuria? impunitas peccandi maxima eſt illecebra. *3 Off.*

Non

3. off. Non satis est eum qui lacesserit, iniuriæ suæ pœnitere, vt ipse ne quid posthac tale committat, & cæteri sint ad iniuriam tardiores.

5. act. in Verr. Vtilius est vnius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere, quàm propter multos improbos vni parcere.

Accusatores multos in ciuitate esse vtile est, vt metu contineatur audacia.

Pro Rosc. Amer. Verùm hoc ita est vtile vt ne planè illudamur ab accusatoribus.

Reipub. cura. Amicos & cognatos, si malos comperisset Alexander Seuerus, puniebat: id si vetus amicitia aut necessitudo non patiebatur, à se dimittebat, dicens, his charior est mihi tota Respub. Significās priuatos affectus vtilitati publicæ posthabēdos.

Respub. fugiēda. Demosthenes ad iuuenes quos habebat familiares, dicere solebat, sibi gnaro iam quātum inuidiæ, metus, calumniæ, ac discriminis sit expectādum ad Remp. accedēti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exilium iturum, quàm ad suggestum aut tribunal.

REQVIES.

Ouid. epist. 5. Quod caret alterna requie durabile non est.
Seneca in Herc. fur. Detur aliquando otium,
Quiesq; fessis.
Ouid. epist. 3. Hæc reparat vires, fessáq; membra nouat.
Arcus & arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ,
Si nunquam cesses tendere, mollis erit.

RESVRRECTIO.

Resurrectionem Stoici negant & Epicurei.

Horat. Oda 7. lib. 4. Damna tamen celeres reparant cœlestia lunæ,
Nos vbi decidimus,
Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus
Puluis & vmbra sumus.
Ibidem. Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria,
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Restituet pietas.
Infetius neq; enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum.
Non lethea valet Theseus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.
Lucan. lib. 6. Nequeunt animam sibi reddere fata
Consumpto iam iure semel.
Seneca in Hippolyto. Non vnquam amplius
Conuexa tetigit supra, qui mersus semel
Adijt silentem nocte perpetua domum.

Resurrectio mortuorum datur à Platonicis.

Virg. Eclog. 4. Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis
Quæ tentare Tethym ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infundere sulcos.
Alter erit dum Typhis, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas, erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Volat. Platonic. lib. 4. Pater ollis ianua lethi,
Atq; iterum remeare licet, comes vna sororum
Additur, & pariter terras, & æquora lustrant.
Virg. lib. 6. Aeneid. Et pauci læta arua tenemus
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem.
Has omnes vbi mille rotam voluere per annos
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant
Rursus, & incipiant in corpora velle reuerti.
Claudiā. lib. 1. Quos vbi per varios annos, per mille figuras
Egit lethæo purgatos flumine: tandem
Rursus ad humanæ reuocat primordia Lunæ.

Plato in Phædone lib. 29. Est certè, ô Cebes, maximè omnium, ita vt mihi videtur: ex mortuis reuiuiscentes homines fiunt. mortuorum superfunt animæ, atque bonis melius est, malis verò peius.

Qui ob scelerum magnitudinem insanabiles sunt, hos omnes cōueniens sors mergit in tartarum, vnde nunquam egrediuntur. boni autem piè præ ceteris vixisse credūtur: ex terrenis tanquam ex carcere soluti, ad altiora trāscendunt, puramq; supra terram habitant regionem.

RVINA.

Propert. lib. 2. Si qua venit serò, magna ruina venit.

Ruina maxima comparatio, significans altiora non esse appetenda: quòd illis ruina imminent.

Virg. 4. Aeneid. Ac velut annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altæ
Consternunt terram concusso stipite frondes.
Ipsa hæc scopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Claudian lib. 2. Tolluntur in altum
Vt lapsu maiore ruant.
Ouid. 1. de Ponto. Omnia sunt homini tenui pendentia filo:
Et subito casu, quæ valuere ruunt.
Seneca in Oedip. Altè extulisti, grauius vt ruerem.

De Rure.

Ruris laus ex Olympio Nemesiano eclog. 2.

Forsitan indignum ducis quòd rusticus Alcon
Te cupiam, qui mane boues in pascua ducam.
Dij pecorum pauere greges, formosus Apollo,
Pan doctus, Fauni vates, & pulcher Adonis.

Rustica vita tranquillior est ciuili.

Horat. lib. epodon. Beatus ille qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fœnore.
Neq; excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumq; vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.
Seneca in Hippolyto. Non alia magis est libera, & vitio carens,
Ritusq; melior vita, quæ priscos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus syluas amat.
Non illum amare mentis inflammat furot,
Qui se dicauit montium insontem iugis,
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens inuidia, non fragilis fauor,
Non ille regno seruit, ac regno inuidet,

Non vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq; liber, haud illum niger,
Edaxq; liuor dente degeneri petit.
Nec scelera populos, atq; inter vrbes sita
Nouit, nec omnes conscius strepitus pauet.

Rusticae ac ciuilis vitae comparatio.

Claudian. lib. 2. in Ruff.

Haec mihi paupertas augustior, haec mihi tecta
Culminibus maiora tuis: tibi quaerit inanes
Luxuries nocitura cibos. mihi donat inemptas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera succos,
Et picturatae saturantur murice vestes.
Hic radiant flores, & prati vina voluptas
Ingenio variata suo. Fulgentibus illic
Surgunt structa thoris, hic mollis panditur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantem latas tibi perstrepit aedes,
Hic auium cantus, labentis murmura riui.


Rustica vita ciuili praestantior.

Vergil. 2. Georgicon.

Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes
Panaq; Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.
Non res Romanae, perituraq; regna. Neq; ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipse volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanumq; forum, aut populi tabularia vidit.

Ibidem.

Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor, hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, meritosq; iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea vincat.
Interea pendent dulces circum oscula nati
Casta pudicitiam seruat domus, vbera vaccae
Lactea demittunt, pinguesq; in gramine laeto
Inter se aduersis luctantur cornibus hoedi.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.
Hanc Remus & frater: sic fortis Hetruria creuit.
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.
Ante etiam sceptrum Dictaei regis: & ante
Impia quàm caesis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.



SANTEA

SACERDOTIVM.

Sacerdotes honorandi.

Ouid. 1. de Ponto.



Variicinor, moneoq; locum, date sacra ferenti,
Non mihi sed magno poscitur ille Deo.
Talia coelestes fieri praeconia gaudēt,
Vt sua quid valeant numina teste probent.

Plaut. in Rudente.

Quis homo est tanta confidentia,
Qui sacerdotem violare audeat?
At magno cum malo suo facit hercle.

Sacerdos sceleratus ab aris absit.

Tib. l. 2. eleg. 1.

Vos quoq; abesse procul iubeo, discedite ab aris
Cui dedit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum mente venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Stat. Lib. 5. Syluarum.

Procul hinc, procul ite nocentes
Si cui corde nefas tacitum, fessiq; senectus
Longa patris, si quis pulsatae conscius vsquam
Matris, & inferna rigidum timet Aeacon vrna.
Insontes, castosq; voco.

SACRIFICIVM.

Fides Deo magis grata quàm sacrificium.

Ouid. epist. 19.

Non boue mactato coelestia numina gaudent,
Sed quae praestanda est, & sine teste fide.

Sacrificia impiorum Deo abominabilia sunt.

Pers. Sat. 2.

O curuae in terris animae, & coelestium inanes,
Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores:
Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?

Plaut. in Rudente.

Atq; hoc scelesti in animum inducunt suum,
Iouem se placare posse omnibus bestijs.
Et operam & sumptum perdunt: ideo
Fit, quia nihil ei acceptum est à periuris.

Sacrificia immaculata, etiam exigua, Deo summè placent.

Ouid. 2. Trist.

Sed tamen vt fuso taurorum sanguine centum,
Sic capitur minimo thuris honore Deus.

Sacrificium.

Horat. Odarum lib. 3.

Te nihil attinet
Tentare multa caede bidentium,
Paruos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto.
Immunis aram si tetigit manus,
Non sumptuosa blandior hostia
Mollibit aduersus penates,
Farre pio, & saliente mica.

Ibid. lib. 4.

Iusta ite precari
Thure pio, coelumq; feros auertite ritus.
Mite & cognatum est homini Deus.

Stat. lib. 4. Syluarum.

Qua nunc tibi pauper acerra
Digna litem? nec si vacuet Meuania valles
Aut praestent niueos clitumna noualia tauros
Sufficiant, sed saepe Deis hos inter honores
Caespes, & exiguo placuerunt farra salino.

Sacrificantes supplicites Deus exaudit, negligentes verò punit.

Ouid. 5 Fastor.

Nos quoq; tangit honos, festis gaudemus, & aris,
Turbaq; coelestes ambitiosa sumus.
Saepe Deos aliquis peccando fecit iniquos,
Et pro delictis hostia blanda fuit.
Saepe Iouem vidi cùm iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato sustinuisse manum.
At si negligimus, magnis iniuria poenis
Soluitur, & iustum praeterit ira modum.
Respice Testiadem, flammis absentibus arsit:
Causa est quòd Phoebes ara sine igne fuit.
Respice Tantalidem, eadem dea tela tenebat,

Virgo est, & spretos bis tamen vlta focos.
Hippolyte infœlix velles coluisse Dionem,
Cùm consternatis diripereris equis.

Sacrificandi exhortatio.

Silius Ital. libro 12. Dij vota precesq;
Ferte modo, & tepidos aris libate cruores.
Neu date terga malis,
Sed enim ante omnia altaria fument.

SANITAS.

Ex Latinis.

Quint. decl. 8. Pleriq; conualescunt negligentiæ bono.

Declam. 13. Prima pars sanitatis est vt libenter accipias.

Cicero pro lege Manil. Homines ad Deos nulla re propius accedũt, quàm salutem hominibus dando.

Cato maior. Habenda est ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis.

Plin. senior libro 18. Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant.

Ibidem. Nihil salubre est, nisi quod toto anno salubre est.

Idem lib. 27. Animalia omnia noscunt sibi salutaria præter hominem.

Varro de re rust. Ita salubritas quæ ducitur è cælo ac terra non est in nostra potestate, sed in natura, vt tamen multum sit in nobis, quò grauiora quæ sunt, ea leuiora facere diligentia possumus.

Salutis argumentum, placidi mores.

Ex Poëtis Latinis.

Seneca in Hippolyto. Precor furorem siste, teq; ipse adiuua.
Pars sanitatis velle sanari fuit.

Sani ægrotis facilè consilium dant.

Ouid. ad Liuiã. Heu mihi quàm facile est, quamuis hoc contigit omnes,
Alterius luctu fortia verba loqui.

Terẽt. in Heautontim. Nonne flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?

In Andria. Facilè omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hîc sis, aliter sentias.
Non est sanitate melius quicquam in vita.
Sanitas & mens bona vitæ duo sunt.

Ex Græcis.

Plato. Optimum, bene valere: Secundum, formosum esse: Tertiũ diuitias habere nulla fraude quæsitas.

Idem de rerũ da bonorum alet. Si gloria affectanda est, optimum est eam sanitatis causa imperata abstinentia affectare.

Ibidem. Bona valetudo maximè diuinum, suauissimumque est condimentum.

Aristot. physic. 9. Sanitas, est commẽsuratio calidorũ & frigidorum

Plutarc. problem. 6. Magnum ad rectè & ex animi sententia viuendi compendium est, commoda corporis valetudo haud oppressi, sed agilis, atque ad omnem vitæ functionem rectè peragẽdam probè constituti.

Demost. exord. 19. Pauca voluptati debentur, multa sanitati.

Incredibile est alicui tantam ignauiam esse insitam, vt salutem suam negligat. *Idem 1. Olynth.*

Morbus non adferre debet socordiam: sed recuperata sanitas augere diligentiam. *Ibidem.*

De sanitate conseruanda.

Non etiam negligenda fuerit corporis sanitas. *Pythagoras.*
Sed modus in potu, cibo, & exercitijs
Habeatur. modum voco, quantum nihil molestiæ tibi sit exhibiturum.
Assuescas autem victu puro, non delicato vti.

Alcmæon asserebat continentem sanitatis causam in æqualitate facultatum inesse, nempe humidi, sicci, calidi, amari, dulcis & reliquorum. Vna autem ex ipsis præpollente, morbum fieri.

Bona valetudo non minus voluptatibus, quàm cœli tranquillitas alcyonibus præbet, vt tutò commodeque generent & incubent. Verissimè quis dixerit sanitatem diuinum & blãdissimum esse condimentum. Si quidem cibi elixi, assi, coctiq;, morbo laborantibus nullam adferunt iucunditatem: at pura stomachi appetentia, corpori sano quidlibet reddit suaue. *Plutarchus in salubribus præceptis.*

In vniuersum præcox effugiatur Venus, si sanitate secunda frui exoptes. *Aristoxenus Pythagoreus.*

Quæ enim in plantarum, aut animalium genere præcocia sunt, haud prosperum exitum sortiuntur. Quamobrẽ pueri, ita corporibus exerceantur, vt intra vigesimum annum Venerem non attingant. Hoc enim tum ad parentum, tam ad generandæ prolis habitum bonum conducit.

Ne quis delicijs, aut ebrietate plenus, operam liberorum procreationi det. Nam ex inconcinna & turbulenta mixtione, non modò non egregia soboles, sed ne vllo pacto bona fit. *Idem.*

Grauida mulier neque multis simul & gulosis voluptatibus vtatur, neque tristitijs: sed placidè & leuiter viuendi rationem colat. *Plato.*

Cibi viliores appetitum intra naturæ modum cohibent. Cæterùm operosæ cupediæ ac ingeniosa condimenta vitiant vtilitatem & valetudinem.

Forti esse decet animo aduersus appetitum erumpentem, & ad fruendum his quæ cupit, vt nihil habeat præter leues querimonias & pueriles ploratus, deinde mox quiescat sublata mensa, nihilq; iocuset, sed purus, hilaris, minimeq; grauis aut fastidiosus duret in crastinum.

Alexãder solitis opsoniorum artificibus eiectis dicebat, se longè commodiores secum posse ducere, nempe nocturnam profectionem ad condiendum prandium, ad cœnam verò prandij tenuitatem.

Ne expendas an recens sit piscis, purus panis, an caleat balneũ, & formosum sit scortum. Quemadmodum enim si comessatores ebrij in ædes irrumpant luctu funestas, nihil hilaritatis allaturi sunt, sed eiulatum excitaturi: sic venus, opsonia, balnea, vinum, si in corpore malè affecto misceantur, phlegma, bilemque mouent, & magis ac magis exagitant.

Corpus oportet, non aliter quàm nautæ velum, neq; contrahere cœlo sereno, neq; vehementer premere, neq; rursum laxatis vti linteis, & supinè agere, quum suspicio sit tempestatis, sed obsequi

conue

conueniet, ac leue corpus reddere. Exacta enim & vehemens epulandi cupiditas corpus formidolosum reddit, ac periculis obnoxium, animi vigorem & alacritatem frangit, dum omnia negotia refugit, dum omnium rerum administrationem suspectam habet.

Non in cibis solùm & exercitationibus corpus obseruare conuenit, num siticulosius, magisque famelicum sit, quàm consueuerit: sed in somno. Si enim insueta & nefaria visa occurrant, aut crassis humoribus corpus plenum est, aut spiritus iotus turbati. Quin & animi affectiones indicant, corpus ad morbum esse propensum. Nam sæpe quosdam occupat tristitia, aut metus spes repente extinguens. Lacbrymantur ac mœrent, quoties vapores amari, animi circuitus, vt inquit Plato, præpediunt & occupant.

Non saoiari cibo, non refugere laborem, seminis substantiam cooseruare, hæc tria salubertima sunt. Nam incontinentia circa venerem, dum vires maximè resoluit, per quas alimentum elaboratur, magis excrementa & plenitudinem auget.

Corpus requirit, ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur.

Labores, cibi, potus, venus omnia moderata sint. Tantum enim laborandum est, quantum animus libenter suscipiat. Ne se plus æquo aliquis cibo oneret, & potu. & venere.

Socrates admonere solebat vt cauerent sibi homines à cibis, qui non esurientes ad edendum, & à potibus, qui non sitientem ad bibendum alliciunt.

Gorgias interrogatus quo genere victus in tantam senecturem progressus esset: nihil vnquam voluptatis gratia se aut comedisse, aut fecisse dixit.

Corporibus omnibus agitatio non laboriosa prodest, seu à seipsis, seu vehiculo, seu naue fiat. Motus enim mediocris pulchritudinem, sanitatem, & vires suppeditat.

Motus mediocris omnem naturæ mutationem nos ferre docet. Deus ipse præterea nos docet qui paulatim nos deducit ex hyeme ad æstus ferendos.

S A P I E N T I A.

Ex Latinis.

Cicero 4. Tuscul. Sapientia est rerum diuinarum & humanarum scientia, cognitioq;, quæ cuiusque rei causa sit: ex quo efficitur, vt diuina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat.

1. de legib. Mater omnium bonarum artium est sapientia, à cuius amore, Græco verbo philosophia nomen inuenit, qua nihil à dijs immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum generi datum est. hæc enim vna nos, cùm cæteras res omnes, tum, quod difficillimum est, docuit vt nosmetipsos nosceremus. Cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt ea non homini cuipiam, sed delphico Deo tribueretur. Nam qui seipsum norit, primùm aliquid sentiet se habere diuinum, ingeniumque in se suum, sicut simulacbrum aliquod putabit, tantoque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet: & cùm se ipse perspexerit, intelliget quemadmodum à natura subornatus, in vitam venerit, quantaq; instrumenta habeat ad scientiam adipiscendam: quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo conceperit, quibus illustratus sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam, cernat se beatum fore.

1. off. Sapientia, est rerum diuinarum, atq; humanarum scientia, in qua continetur Deorum & hominum communitas, & societas inter ipsos.

1. de finib. Sapientia, ars viuendi putanda est, quæ mœstitiam pellit ex animis, quæ exhorrescere metu non sinit: qua præceptrice, in tranquillitate viui potest, cupiditatum ardore restincto.

3. Tuscul. Sapientia est sanitas animi.

1. de finib. Sapientia sola est, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vindicet & ipsius fortunæ modestè ferre doceat iniuriam, & omnes doceat vias, quæ ad quietem, & tranquillitatem ferunt.

4. de finib. Sapientia hominis est custos & procreatrix.

1. Academ. Hæc est vna omnis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat: ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus.

2. off. Sapientia nihil optabilius, nihil præstantius, nihil homine dignius. Estq; diuinarum rerum & humanarum scientia: cuius studium si quis vituperat, haud sanè intelligo quidnam sit, quod laudandum putet.

3. Tuscul. Illa est præstans & diuina sapientia, perceptas penitus & pertractatas res humanas habere: nihil admirari cùm acciderit, nihil antequam euenerit, non euenire posse arbitrari.

Sapientia nihil est melius.

1. de inuent. Ad Rempub. multa veniunt commoda, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia: huic ad ipsos qui eam adepti sunt laus, bonor, dignitas confluit.

2. de finib. Oculorũ est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus. quam illa ardentes sui excitaret amores si videretur?

Famil. 5. ad L. Lucceium. Laudem sapientiæ statuo maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene aut malè viuendi suspensas habere rationes.

2. de finib. Nihil est turpius quàm sapientis vitam, ex insipientium sermone pendere.

1. off. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, is in magnis viris non est habendus.

5. Tuscul. Ignobilitas aut humilitas, aut popularis offensio, sapientem esse non prohibet.

5. Tuscul. Quum sapiens & bonus vir, qualis fuit ille, suffragijs præteritur, nõ populus à bono consule, potius quàm ille à bono populo repulsam fert.

Parad. 4. Sapientis animus magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus omnibus vt mœnibus septus, vinci aut expugnari non potest.

3. Tuscul. Sapientis animus nunquam est in vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet, nunquam sapiens irascitur.

Philipp. 11. Est sapientis quicquid homini accidere possit id præmeditari, & ferendum modicè si aduenerit.

3. Tuscul. Sapienti nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusq; mũdi nota

sit

sit magnitudo. Nam quid aut in studijs humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum sapienti videri potest? qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum posit accidere, nihil inopinatū, nihil omnino nouū, atq; idem ita in omnes partes animum intendit, vt semper videat sedem sibi, & locum sine molestia & angore viuendi, vt quencumque casum fortuna inuexerit, hunc aptè & quietè ferat.

5 Tuscul. Neque lætabitur vnquam, neque mœrebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponet sui.

5. De finib. Sapientia est vna quæ mœstitiam pellat ex animis, quæ nos exhorrescere metu non sinat, qua præceptrice in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto.

3 Tuscul. Sapienti malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum, vt id obruatur sapientia, vixque appareat, qui nihil opinione affingat, assumatq; ad ægritudinem: neq; id putet esse rectum, sed quàm maximè excruciari, luctuq; confici, quo turpius nihil esse potest.

4. Tuscul. Quisquis est qui moderatione & constantia polleat, quietus animo est: sibiq; ipse placatus, vt neque tabescat molestijs, neque frangatur timore, nec sitienter quid expectans, ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens.

5. Tuscul. Vir temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, sine libidine, is est sapiens.

5. Tuscul. Omnes qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes & habebantur, & nominabantur.

5 Tuscul. Qui omnibus virtutibus instructi & ornati sunt, tum sapientes, tum viri boni dicuntur.

Pro Cluentio. Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi venit in mentem.

3. De finib. Quicquid à sapiente proficiscitur, id continuò debet expletum esse suis partibus.

ad Trebatium 7. Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit, dicebat Ennius.

Ex Apophtheg. Erasmi.

Sapiens non nisi cùm res postulat, pluribus verbis quàm opus sit vritur.

Fallit Tragœdia tractans argumenta conficta, sed adeò scitè vt vera credantur: iustior autem ille videtur qui fallendo prodest: & sapientior est qui per fictas fabulas discit quid sit turpe, quid sit honestum.

Vir eruditus ac sapientia præditus, non perit nisi graui Reipub. dispendio.

Pro varietate occasionum vir probus & sapiens sæpenumero cogitur mutare consilium, cùm scriptura nunquam mutetur.

Sapiens, vates est optimus.

Nulla mœnia tam sunt munita, quin machinis aut suffossionibus, aut, vt nihil horum, proditione capiantur: at sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

Sapienti nihil peregrinum esse debet, nisi quod cum vitio sit coniunctum.

Silentio stultitiam tegere, pars est aliqua sapientis.

Sapiens secum in pectore circumfert, quo se commendet quibuslibet.

Insipientis est dolere amissis potius quàm gaudere relictis.

Ex Poëtis.

Sapientia Deo proxima est.

Proximos illi tamen occupauit
Pallas honores. — *Horat. Ode 12. lib. 1.*

Sapientia & virtus pennæ sunt, quibus ad Dei cognitionem itur.

Sunt etenim pennæ volucris mihi, — *Boëtius metro 1 lib 4.*
Quæ celsa conscendunt poli.
Quas sibi cùm velox mens induit
Terras perosa despicit.

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima — *Horat lib. 1. epist. ad Mecœn.*
Stultitia caruisse.

Magna quidem sacris, quæ dat præcepta libellis — *Iuuen. sat. 13.*
Victrix fortunæ sapientia.

Paulatim vitia atq; errores exuit omnes — *Ibidem.*
Prima docens rectum sapientia, plurima fœlix.

Tu nihil inuita dices facies'ue Minerua. — *Horat. in arte.*

Sapientia commendatio.

Sed nihil dulcius est bene quàm munita tenere — *Lucret. de nat. re. 2.*
Edita doctrina sapientum, templa serena.
Despicere vnde queas alios passimq; videre
Errare, atq; viam palantis quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atq; dies niti præstante labore,
Ad summas emergere opes rerumq; potiri.

Sapientiæ ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. — *Plaut. in Trinummo.*

Sapientiæ Deus inuentor est, non homo.

Quis potis est dignum pollenti pectore carmen — *Lucret. lib. 5.*
Condere pro rerum, maiestatisq; repertis?
Quis'ue valet verbis tantum, qui fingere laudes
Pro meritis eius posit, qui talia nobis
Pectore parta suo, quæsitaq; præmia liquit?
Nemo vt opinor erit mortali corpore cretus:
Nam (si, vt ipsa petit maiestas cognita rerum,
Dicēdum est) Deus ille fuit, Deus inclite Memmi,
Qui princeps vitæ rationem inuenit, eam quæ
Nunc appellatur sapientia, quiq; per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantisq; tenebris
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.
Namq; Ceres fertur fruges, Liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse.
Cùm tamen his posset sine rebus vita manere,
Vt fama est, aliquas etiam nunc viuere gentes.
At bene non poterat sine puro pectore viui.
Quò magis hic meritò nobis Deus esse videtur,
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentes
Dulcia permulcent animos solatia vitæ.
Herculis antistare autem si facta putabis,
Longius à vera multò ratione ferere.

Ad summum sapiens vno minor est Ioue, diues — *Horat. li. 1. epi.*
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Quis sapiens bono — *Seneca in Hippolyto.*
Confidat fragili? dum licet vtere.

Sapientis est animum flectere vbi opus est.

Quàm scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates, — *Terēt. in Phor.*

Quas

Quas cùm aduersæ res fient paulo mederi poſsis.

Idē in Heryra. Iſtud eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit, animum poſsis flectere.

Plaut. in Bacchid. Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & bene & male facere tenet: frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.

Bonus ſit bonis, malus ſit malis: vt cumque res ſit, ita animum habeat.

Terent. in Adelph. O Demea, iſtud eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt,

Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt proſpicere.

In Phorm. Ah dictum ſapienti ſat eſt.

In Eunucho. Omnia prius experiri conſilio, quàm armis ſapientem decet.

Sapientes vari.

Manil. 2. Aſtronom.

Hæc ego diuino cupiam cùm ad ſydera flatu
Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam,
Sed cælo noſcenda canam, mirantibus aſtris,
Et gaudente ſui mundo per carmina vatis,
Vel quibus illa ſacros non inuidere meatus,
Notitiamq; ſui minima eſt quæ turba per orbem.

Plaut. in Perſa.

Si quam rem accures ſobriè ac frugaliter,
Solet illa rectè ſub manus ſuccedere,
Atq; ædepol, vt quiſq; rem accurrat ſuam,
Sic ei procedit.
Si malus aut nequam eſt, malè tes vertunt quas agit:
Sin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter.

Affranius.

Vſus me genuit, mater peperit memoria,
Σοφίαν vocant Graij me, vos ſapientiam.

Heſiodus.

Optimus hic ſeſe qui nouit cuncta magiſtro
Proſpiciens rerum fines: meliora ſequutus.
Dignum laude virum parentem recta monenti
Credimus, ille tamen qui non ſibi conſulit, & qui
Alterius præcepta fugit, vir inutilis ille eſt.

Ex Græcis.

Plato in Theætet. SOCR. Qua ijs vniuerſis, agricolis, fabris, artificibus omnibus, priuatis cunctis ac mulieribus, & viris imperitamus, eam tu ſapientiam dicis.

In Alcib. Nemo ſapiens, bonusq́; eſt, qui fœlix non ſit.

In Phileb. Sapientia atque mens abſq; anima nunquam ſunt. PRO. Nũquã certè. SO. Ergo in Iouis ipſius natura regiam animam, regiamq́; mentẽ propter vim cauſæ confiteberis & in alijs item alia pulchra, vt illorũ cuiq; dici placet. PRO. Maximè. SO. Præcedentem ô Protarche ſermonem nequaquam temere inductũ putes: his enim qui olim mentem omni mundo præſidere oſtenderunt, adminicula præbet. PRO. Præbet ſanè. SO. Meę verò petitioni reſpõſum porrigit, quòd mens eſt progenies quædam eius cauſæ, quæ dicitur cauſa omnium, quæque eſt ex quatuor his quæ relata ſunt, vnum quiddam.

Ibidem. SOC. Mens & ſapiẽtia ſunt omnium pretioſiſsima.

Ibidem. PRO. Mentem quidem & Sapientiam, ô Socrates, nemo vnquam aut re vera aut falsò deformem vel vidit, vel aliquo pacto cogitauit, aut fuiſſe vnquam, aut eſſe, aut deinde futuram.

In Lyſid. SOC. Si ſapiens fueris, omnes amici tibi & familiares erunt. Vtilis enim & bonus eris. Sin minus, nec alius quiſpiam tibi, nec parentes, nec propinqui amici erunt.

In Theæt. SOC. Nonne ſapientiam veram cogitationem eſſe ducunt, ignorantiam verò falſam opinionem? THEO. Quidni?

In ciuil. HOSP. Vir ſapiens, bonusq́; gubernabit ſemper ita ad ſubditorum ſalutem reſpiciens, vt ad nautarum nauisq́; ſalutem reſpicit gubernator.

In Protag. PROT. Turpe eſt negare ſapientiam ſcientiamq́; omnium rerum humanarum eſſe potẽtiſsimum.

Ibidem. SOC. Quod dicitur ab affectibus ſuperari, nihil eſt aliud quã inſcitia: & quod affectibus dominari, nihil aliud quàm ſapientia.

In Euthyd. SOC. Sapientia ipſa fœlicitas eſt, quod quidem vel puer quiuis intelligat.

Ibidem. Sapiẽtia nos quidem omnibus in rebus humanis fœlices efficit.

In Cratylo. SOC. Aſſero omnem hominem ſapientem eſſe, quicunque bonus ſit, eumq́; fœlicem viuentem atque defunctum.

In Conui. DIO. Sapientia pulcherrimum quiddam eſt, amor autem circa pulchrum verſatur.

In Phædr. SOC. Nũquam, ô Phædre, ſapientum contemnenda ſunt dicta: imò diligẽter quid ſibi velint conſideranda.

Ibidem. Sapientis cognomen, ô Phædre, magnum, ſolique Deo conuenire videtur.

In Apol. SOC. Ad meipſum reuerſus, ita mecum reputaui: Ego profectò ſum hoc homine ſapientior: apparet enim neuter noſtrum pulchrum bonumque aliquid noſſe. ſed hoc intereſt quòd hic quidem cũ ſciat nihil, ſcire putat aliquid: ego verò quemadmodum neſcio, ita neſcire me puto. Videor ergo in hac tantula re hoc homine ſapientior eſſe, quòd quæ ignoro neq; me ſcire arbitror.

4. de Rep. dial. SOC. Sapientem virum vocamus, breui illa ex parte, quæ & imperauit in ipſos, & iſta dictauit, habens in ſeipſa ſcientiam qua diſcernit quid potiſsimum ex vſu ſit, tam ſingulis quàm vniuerſo ex his tribus cœtui conſtituto.

6. de Rep. dial. SOC. Pluribus bonum videtur voluptas, elegantioribus ſapientia.

7. de Rep. dial. SOC. Sapientia maximè omnium diuinioris cuiuſdam virtus exiſtit, quòd vim quidem ſuam nunquam amittit, ab ipſa verò circunductione vtile & conferens, ac inutile rurſus noxiumque euadit.

3. D. leg. dial. ATH. HOS. At verò pulcherrimus maximusque conſenſuum omnium, ſapientia iure dicitur: cuius quidem particeps ſit neceſſe eſt, qui ſecundum rationem viuere debet. Quiſquis autem expers eſt, & ſuæ domus euerſor, & ciuitatis nunquam ſeruator, ſed contrà omnino ad hæc ſemper ignarus eſſe videbitur.

In Epino. ATH. HOS. Sapientiam qui adeptus eſt, nec abiectus, nec ſtultus erit, ſed bonus propter ipſam ciuis, modeſtusq́; ciuitatis princeps & ſubditus.

Ibidem. SO. Cui deerit ſapientia, vniuerſæ virtutis pars maxima, is cùm bonus eſſe non poſsit, nunquam beatitudinem aſſequetur.

Epiſt. 2. Naturæ lege ſapiẽtia potentiaq́; excellens in idem tendunt: ſemperq́; iſta duo ſe inuicem affectant, perſequuntur, congrediuntur.

Epiſt. 6. Sapientia opus eſt aduerſus improbos iniuſtosq́; & ad reſiſtendum potentia.

In Gorgia. Cenſeo ſapienti tria eſſe neceſſaria, ſcientiam primò, deinde opinionem, tertiò audaciam.

Eurip. in Hecuba. Rerum euentus quiſquis mortalium bene fert,

Illum

Illum sapientem & moderatum virum iudico.

Idem. Sapientes sua celant mala.

Anaxarchus. Sapientiæ terminus est, occasionis modum nosse.

Democritus. Is demum sapit qui neq; de rebus absentibus tristatur, neq; præsentibus lætatur.

Plutar. de mor. Vt apis ex amarissimo thymo suauissimum mel colligit: ita sapiens ex tristissimis rebus aliquid excerpit vtilitatis.

Sapienter dicta & facta.

Agesilaus cùm castra tumultuosiùs essent mouenda, adolescentem cuius summo amore tenebatur, relinquebat ægrotum: quumq; illum iuuenis blandis & precibus & lachrymis remorari conaretur, versus ad eum inquit, quàm difficile est simul & misereri & sapere: mallens sequi quod expediebat, quàm quod in amicum affectus dictabat.

Idem admiranti cuidam quòd tam frugali cibo & vestitu vteretur, Atqui, inquit, pro hac frugalitate opimam meto messem, libertatem: sapienter admonens nullam esse voluptatem, viris ingenuis libertate suauiorem, nec ibi diu libertatem esse posse, vbi regnat luxus.

Idem aduersus pecuniarum studium, amicos admonere consueuit, ne tam pecunijs quàm fortitudine ditescerent, quòd frustra parat opes, qui animi bonis vacat.

Idem interrogatus qua ratione quis honestissimã apud homines famam assequi posset: Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Itidem Socrates idem percontanti, Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi vis.

Anaxandridas Leontis filius, cuidam acerbè ferenti, quòd cogeretur vrbe exulare, Ne, inquit, vir optimè exhorrescas exulare ciuitate, sed à iustitia exulare horrendum est.

Antalcidas rogatus à quodam, quo pacto quis placere posset hominibus, Si, inquit, loquatur illis iucundissimè, præstet autem vtilissima. Admonens in colloquijs adhibendam sermonis comitatem: in officijs verò præstandis, spectandam vtilitatem.

Theopompus vxori obiurganti, quòd regnum minus filijs esset traditurus quàm accepisset: Hactenus igitur, inquit, maius quòd diuturnius.

Quæ enim moderata sunt, in longum tempus durant, & hoc ipso meliora sunt.

Leonidas percontanti cur fortes viri gloriosam mortem ingloriæ anteponerent, Quoniam, inquit, alterum naturæ proprium, alterum peculiariter suum esse ducunt. Nam naturæ beneficio viuunt & ignauissimi, at honestè mori non contingit nisi virtute præditis.

Polydorus percontanti quid esset cur Spartani in bello periculis se fortiter obijcerent, Quoniam, inquit, duces reuereri didicerunt, potiusquàm timere. Reuerentia autem cum amore coniuncta est, metuimus autem illos quos odimus.

Charillus interrogãti quam arbitraretur optimam Rempub. In qua, inquit, plurimi ciues de virtute inter se decertant, citra seditionem.

Apud Lacones mos erat vt adolescentes quopiam abituri à senioribus interrogarentur, quò abirent, & ad quid: obiurgabatur qui non responderet percontanti. Senior qui non obiurgarat adolescentem ipso præsente delinquentem, eidem pœnæ erat obnoxius, quam daturus erat si peccasset. Cæterum qui obiurgationem moleste ferebat, in magno erat probro.

Diogenes studio sapientiæ flagrans, Athenas profectus ad Antisthenẽ se contulit, à quo sæpe repulsus, non destitit hærere: adeò vt caput vltro baculo Antisthenis subijceret, dicens, Cæde si vis, at nullum inuenies baculum tam durum quo me abs te abigas, dum aliquid dixeris.

Diogenes sapienti nihil deesse colligebat hoc modo, Deorum omnia sunt, deorum autem amici sunt sapientes, & amicorum omnia communia, sapientum igitur sunt omnia.

Dionysius dicere solebat, se sapientibus amicis sibi cauere, quando certum haberet, ne ex his quidem esse quenquam, quin imperare mallet quàm seruire.

Antisthenes aiebat sapientem sibi sufficere, quòd omnia quæ sunt aliorum, sunt & huius, qui eum omnibus habet amicitiam, & amicitia facit omnia communia.

Zeno cùm maledictis lacessitus incandesceret, reprehensus, quòd philosophus verbis improborum commoueretur: Si conuitia, inquit, non timuero, ne laudes quidem sentiam. Lapidis est non sentire discrimen inter laudantem & vituperantem, sed philosophi est & sapientis, non ita commoueri vt ab honesto recedat.

Appium Claudium crebrò dicere solitum accepimus, negotium Populo Romano meliùs quàm otium committi, non quod ignoraret, quàm iucunda sit tranquillitas, sed quòd animaduerteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capescendam excitari, nimia quiete in desidiam resolui.

Scipio Africanus turpe aiebat esse in re militari dicere, non putaram, quoniam videlicet explorato consilio, quæ ferro aguntur administranda sunt ratione. Irreparabilis enim error est qui violentia martis committitur.

Q. Metellus deuicta Carthagine, in Senatu asseruit, se nescire an illa victoria plus boni an mali Reip. attulisset, quoniam vt pacem restituendo profuerat, sic Annibalem ex Italia submouendo, soporem & ignauiam Populo Romano incusserat. Quocirca metui debere dicebat ne Romanorum virtus torpore marcesceret.

Licinius Fimbria Consularis à M. Luctatio Pinthia splendido equite Romano iudex addictus de sponsione, quàm cum aduersario viro bono fecerat, nunquam iudicium suum finire voluit, ne aut probatum virum, si contra eum iudicasset, fama spoliaret, aut iuraret virum bonum esse.

Cùm aduersus Annibalẽ Senatus Romanus Claudium Neronem, & Liuium Salinatorem Cõsules mitteret, eosq; vt virtutibus pares, ita inimicitijs inter se dissidentes videret, summo studio in

zz gra

gratiam reduxit, ne ob priuatam dissensionem, Rempub. malè administrarent.

SOCR. Humanæ sapientiæ quasi terrestre quoddam oraculum, nihil vltrà petendum à dijs arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: quòd ij demum scirent, quid vnicuique esset vtile, nos autem plerunque id expetere, quod non impetrasse melius foret. Etenim densißimis tenebris inuoluta mortalium mens in latè patentē errorem cæcas preces spargit, diuitias appetendo, quæ multis exitio fuerūt: honores concupiscendo, qui plures pessum dederunt: Regna secùm voluendo, quorum exitus sæpenumero miserabiles extiterunt.

Idem expedita via eos ad gloriā dicebat peruenire, qui id agerent vt quales videri vellent, tales esse studerent: vt homines ipsam potius virtutem haurirent, quàm vmbram eius consectarentur.

Solon neminem dum adhuc viueret, beatum dici debere arbitrabatur, quòd ad vltimum fati diem ancipiti fortunę subiecti simus, quòd fœlicitatem humanam rogus consumat.

Idem cùm ex amicis quendam grauiter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusq; est, vt per omnes subiectarum ædium partes oculos circunferret, inquiens, cogita tecum, quàm multi luctus sub ijs tectis, & olim fuerint, & hodie versentur, & insequentibus seculis sint habituri, ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. qua consolatione demonstrauit vrbes esse humanarum cladium scripta miseranda.

Idem agebat si in vnum locum omnes sua mala contulissent, futurum vt propria deportare domum, quàm ex omni miseriarum aceruo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos, quæ fortuitò patiamur intolerabilis amaritudinis iudicare.

Bias Priene patria capta, cæteris opes suas asportantibus, interrogantibus quid ita nihil ex suis bonis ferret: Ego verò, inquit, facio, omnia enim mea mecum porto. Pectore enim gestabat non humeris ferenda, non oculis vilenda, sed animo æstimanda, quæ domicilio mentis inclusa, nec mortalium nec deorum manibus labefactari queūt, & vt manentibus præstò sunt, ita fugientem non deserunt.

Plato tum demum terrarum orbem beatum futurum prædicauit, cùm aut sapientes regnare, aut reges sapere cœpissent.

Xenocrates cùm maledico sermoni quorundam silens interesset, vno ex ijs quærente eur solus linguam cohiberet, quia inquit, me locutum fuisse aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.

Aristophanes remissum ab inferis Periclem in comœdia introduxit, vaticinantem non oportere in vrbe nutriri leonem: sin autem sit alitus, obsequi ei conuenire. Admonebat vt præcipuæ nobilitatis & cōcitati ingenij iuuenes refrænentur, ne nimio fauore, ac profusa indulgentia pasti, tyrannidem exerceant.

Thales rogatus an facta hominum deos fallerent, nec cogitata, inquit, vt non solùm manus, sed etiam mētes puras habere vellemus, cùm secretus cogitationibus nostris cæleste numen adesse crederemus.

Themistoclem vnicæ filiæ pater consulebat, vtrum eam pauperi docto, locupleti ignauo collocaret, malo, inquit, virum qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro.

Philippus Alexandri filij nimiam largitionē irridēs, sic scripsit: Quæ te, fili, ratio in hanc vanam spem induxit, vt eos tibi fideles fore existimes, quos pecunia ad amorem tui compuleris.

Aristoteles Calisthenem auditorem ad Alexandrum mittēs, mouuit, vt cum eo vel quàm rarissimè, aut quàm iucundißimè loqueretur, vt apud regem vel silentio tutior, vel sermone acceptior esset.

Idem de seipso in neutram partem loquendum dixit, quoniam laudare se, vani: vituperare, stulti esset.

Idem vt voluptates abeuntes consideremus admonebat, quas quidem sic ostendendo innuit: fessas enim pœnitentiæq; plenas esse dicebat.

Demades nolentibus Atheniensibus diuinos honores Alexandro exhibere & decernere, videte, inquit, ne dum cœlū custoditis, terrā amittatis.

Anacharsis leges aranearum telis similes esse dicebat, nam vt illi & infirmiora animalia, retineri, valentiora transmitti: ita his similes pauperes constringi, diuites non alligari.

Agesilaus intellecta Lacedæmoniorum aduersus Rempu. conspiratione orta, leges Lycurgi statim abrogauit, quæ de indemnatis supplicium vetabant sumi, comprehensis autem & interfectis sontibus easdem euestigio restituit.

Magone Cannensis pugnæ exitum senatui Punico nunciāte, & annulorum aureorum modios tres, qui Romanis erepti fuerant fundente, quæsiuit Hannon an aliquis Romanorum post tantam cladem, ad Annibalem transisset, quumq; neminem intellexisset, suasit vt protinus legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: Cuius si sententia valuisset, neq; secundo Punico bello deuicta Carthago, neque tertio deleta foret.

SCELVS.

Nullum est aliud latronum beneficium, nisi vt cōmemorare posint, ijs se vitam dedisse, quibus non ademerint. *Cic. Philipp. 2.*

Insidiatori & latroni non potest afferri iniusta nex. *Pro Milon.*

Non se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem. *3. Off.*

Quem discordiæ, quē cædes ciuiū, quē bellū ciuile delectat, eum ex numero hominū reiiciendū, ex finibus humanæ naturæ censeo exterminandū. *Philipp. 13.*

Nulla nobis cum tyrannis societas est, sed summa potius distractio: neq; est contra naturam spoliare eum, quem honestum est necare. *3. Tuscul.*

Nullum nefas est sine exemplo. *Senec. epist. 96.*

Tuta esse scelera possunt, secura non possunt. *Idem epist. 98.*

Nullum scelus impunitum est, quia sceleris in scelere supplicium est. *Ibid.*

Dignum est odio scelus, quod non habet causam. *Quintil. lib. 7.*

Difficilima est cuiusq; grauissimi sceleris fides. *Idem lib. 4.*

Scelera non habent consilium. *Idem lib. 7.*

Præ

Declam. 1. Præter animum nihil virium habet parricida.
Declam. 15. Omnia facinora causas aut de cupiditate, aut de simultatibus trahunt.
Declam. 10. Summorum facinorum ipsa immanitas, innocentia est.
Cic. ad Brutū. O superbiam inauditam in facinore gloriari.
Erasm. epist. Eo quisq; sceleratior est, quò minore causa ab honesto abducitur.
Cæsar de bello Gallico. Facinore admisso, ad sanitatem reuerti pudet.
Demo. 2. olynth. Vnius hominis aut temporis scelus, toti natiooi perpetuam labem, & dedecus immittit.
Senec. epist. 94. Mora per omnes it, qui occidit sequitur occisum.
Quintil. Occidi non est pœna, sed exitus.
Idem Lucri facit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur.
Idem Nibil est crudelius morte bominum, quos populus occidit.
Liuius lib. 2. Cædes manifesta expiatur saltem pecunia.

Ex Poëtis.

Scelus vnius in omnes transferri non debet.

Sen. in Hippol. Cur omnium fit culpa, paucorum scelus?
Sen. in Troade. Quid iussa cessas agere? ad autores redit
Sceleris coacti culpa.
Sen. in Thyest. Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.
Idē in Her. fur. Prosperum ac fœlix scelus
Virtus vocatur.
Ibid. Quis oomen vnquam sceleris errori dedit?
Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.

Ob scelera immensa hominum, cœlum, terra, atque sol lugere debent.

Ibid. Lngeat æther magnusq; parens
Ætheris alti, tellusq; ferax,
Et vaga ponti mobilis voda.
Tuq; ante omnes qui per terras,
Tractusq; maris fuodis radios,
Noctemq; fugas ore decoro
Feruide Titan.
Iuuen. Sat. 13. Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum.
Facti crimen babet.
Quod metuit, auget, scelere scelus obruit.
Ouid. 3. Met. Expectanda dies homini est, diciq; beatus
Ante obitum nemo supremaq; funera debet.
Idem 1. Met. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa iacet pietas.
Ibidem. Mobilis & varia est fermè natura malorum,
Cùm scelus admittunt, superest constantia. quid fas
Atque nefas; tandem incipiunt seotire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari oescia: nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem.
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris vno
Flagitio?
Bonis nocet, quisquis pepercit malis. Pub. Mim.
Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.
Qui oon vetat peccare, cùm possit, iubet. Sen. in Troade.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito Verg. 6. Aenei.
Quàm tua te fortuna sioet.

SCIENTIA.

Variorum autorum.

Opes eiusmodi parandæ, quæ naui fracta simul cum domino queant enatare.
Honos alit artes, omoesq; incenduntur ad studia gloria: iacentq; ea semper, quæ apud quosq; improbantur.
Dignum laude virum musa vetat mori.
Literæ sunt pulcherrimæ hominis diuitiæ.
Vt corpus medicina, sic animum philosophia curat.
Hominis mens discendo alitur.
Vita hominis sine literis mors est, & bominis sepultura.
Strenua ingenia, quò plus recessus sumunt, hoc maiores impetus edunt.
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro, Ouid.
At nunc barbaria est grandis, habere oihil.
Homine imperito nunquam quicquam iniustius: Terent.
Qui nisi quod ipse facit nihil rectum putat.
Iners malorum remedium est ignorantia. Seneca.
Nemini nisi sapienti sua placent: omnis stultitia laborat fastidio sui. Seneca epist. 9.
Sapiens non semper eat vno gradu, sed vna via. Idem epist. 20.
Vous dies hominum eruditorum plus patet, quàm imperatorum longissima ætas. Ibid.
Sapiens est artifex domandi mala, dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, vbique horreoda, cùm adhuc peruenerint mansueta sunt. Epist. 8. 7.
Stude, vt non plus alijs scias, sed vt melius. Epist. 90
Est insita in omnibus, vel potius innata cupiditas scieotię, natiq; sumus ad congregationem, & societatem, ad communitatem generis humani. Cic 4. de finib.
Scientiam amasse, propemodum parasse est. In hist. S. x.
Plus scire velle, quàm sit satis, intemperantiæ genus est. Senec. epist. 19.
Studiorum salutarium etiam citra effectum laudabilis tractatio. Seneca de vita beata.

Ex Poëtis.

Scientia nihil est dignius in humanis.

Nam nihil egregius, quàm res est cernere apertas, Lucret. lib. 4. de nat. rer.
A dubijs, animus quas ab se protinus abdit.
Denique nil sciri si quis putat, id quoque nescit Lucret. lib. 4.
An sciri possit, quo nil se scire fatetur.
Sapere ista ætate oportet quis capite candido. Plaut. in Mil.

Scire omnes appetunt natura, sed mercedem doctori nemo soluit.

Quis color, & quod sit causæ geous, atque vbi summa Iuuen. Sat. 7.
Quæstio, quæ veniant diuersa parte sagittæ,

Noſſe volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.
Mercedem appellas? Quid enim ſcio, culpa doceotis
Scilicet arguitur, quod læua in parte mamillæ
Nil ſapit Arcadico iuueni.

Ex Græcis.

Plato de Scient. Aliud eſt ſcientiam habere, aliud vti, & poſsidere.
Idē de ſummo bono. Nemo læditur à ſcieoöjs cæteris, qui tenet primas.
Idem de voto. Scieotiarum poſſeſsio nocua abſque optimi cognitione.
Idem de amic. In his quæ ſapimus gloriamur & ſuperbimus.
Idē de nat.hom. Dignoſcit qui inuenerit: inuenit, qui qoęrit: quærit, qui putat ſe ignorare.
Ariſt. Top.2. Scientia eſt præſentium & futurorum, reminiſci verò, præteritorum.
Idem Top.8. Voa ſcientia eſt melior altera: vel quia certior, vel quia de meliori.
Elench.2. Quod ſcimus, ſæpe tranſpoſitum ignoramus.
Elenc.1. Quibuſdam magis operępretium eſt videri ſapientes, & non eſſe, quàm eſſe & noo videri.
Ibid. Scientes vniuerſale, ſæpe ignorant ſiogulare.
Phyſic.2. Tunc ſcimus cùm cauſas cogooſcimus.
Scientiarum alia eſt perfecta, quæ per cauſam eſt; alia imperfecta quæ eſt ſine cauſa.
Idē de anima 1. Scientia eſt bonorum bonorabilium.
Idē de anim.10. Scientiæ ſibi vendicant præſtaoriam.
Metaph.1. Omnes homioes natura ſcire deſiderant.
Ibid. Scientis ſignum eſt poſſe docere.
Metaph.2. Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi.
Ibidem. Fiois ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt veritas: practicæ verò, opus.
Metaphy.4. Scieotiæ eiuſdem eſt oppoſita conſiderare.
Metaph.5. Licet omnes ſcienóæ nobiles ſint, tamen diuina eſt oobilior: quia ſubiectum eius eſt nobilius.
Ari. apud Diogenem lib.4. Studiorum liberalium amarę radices ſunt, fructus autem dulces.
Ibidem. Scientia inter proſpera ornameotum eſt, inter aduerſa refugium.
Ibid. Sapiens ipſe ſibi ſufficit, ipſius enim ſunt quæ aliorum ſunt bona.
Ibidem. Sapiens non ſecundum cooſtitutas leges viuat, ſed ſecundum virtutis normam.
Ibidem. Sapienti nibil nouum aut peregrinum eſt.
Docti ſuas tegunt iacturas.
Literarum expers videns, non videt.
Erudirio baculus eſt vitæ.
Duplum, quàm alij, videot, qui literas didicerunt.
Ethic.lib.6. Quod ſub ſcieotiam cadit, id omne æternum eſt. Quæ enim neceſſariò eueniuot, ſunt ſempiterna omnia. Quæ autem æterna ſunt, eadem oriri & interire oon poſſunr.
Ibid. Scientia omnis videtur tradi poſſe: & quicquid ſub ſcientiam cadit, doceri.
Ibid. Scientia eſt habitus, in quo vis quædam ad demõſtrandum eſt poſita.
lib.7. Scire aliquid dupliciter dicimur, nam & is io quo ſcientia eſt, nec ea vtitur & is qui vtitur, ſcire dicuntur. Intereſt autem, an is qui præditus eſt ſcientia neq; eam intuetur, ea quæ non ſunt ſacienda faciat: an is qui præditus eſt, eamq; intuetur.

A ſapieote coouenir ſapientiam diſcere. *Eurip. in Rheſ.*
Omnes ex æquo varia ſcimus. *Theognis.*
Nimis ſapere non eſt ſapieotia. *Idem.*
Scientia quæuis remota iuſtitia, aliaq; virtute, non ſapientia ſed calliditas eſt. *Idem.*
In bello ferrum auro præſtat, in vita autem eruditio diuitijs. *Socrates.*

Scientiæ veneratio.

Cneus Pompeius, qui cum C. Cęſare de ſumma rerum decertauit, cùm clariſsimam ex Oriente victoriam reportaret, omoes liberalium artium profeſſores Rhodi andiuit, auditos amplis muneribus donauit, Poſsidonij Stoici philoſophi ædibus eos ſubmiſit faſces, quibus ſe totus Oriens ſubmiſerat.
M. Antoninus non ambitione ſed meritis, cùm ad imperium aſcendiſſet, vetus Philoſophiæ cognomen teouit, oouum tenuit, aliquanto maius exiſtimans philoſopbũ eſſe, quàm principem.

Ex Græcis,

Syracuſani in gratiam Euripidis poëtæ, permultos Athenienſes, qui apud ſe ſeruitutem ſeruiebant, libertate donarunt, & domum incolumes miſerunt, quòd aliqua ipſius Poëtę carmina memoria tenerent.
SOCRAT. Num nihilominus recta opinio quàm ſcientia confert? ME. Hoc vtique minus confert, ô Socrates, quod quicunque ſcientiam habet, ſemper aſſequitur: qui verò rectam opinionem, interdum quidem cooſequitur, nonnooquam verò fallitur. Quamobrem ſcientia longè admodum præſtanoor habetur, quàm recta opinio. *Ex Platone in Menone.*
SOCRAT. Si bomines non per ipſam ſcientiam ſolùm boni atq; vtiles ciuitatibus eſſeor, ſi modò inuenirentur, ſed etiam per opinionem rectam; borum verò neutrum natura bominibus ineſt, neq; ſcieotia, neq; vera opinio, oeq; opinio, neq; etiam aduenntia hæc ſunt: num videtur iſtorum aliquod natura ineſſe? ME. Mihi nequaquam. *Ibidem.*
SOCRAT. Bonum & vtile eſt, quod rectè ducit. Rectè deniq; ducunt vera opinio & ſcientia, quibus homo præditus dux eſſe alijs verè poteſt. Quæ enim fortuna cõtingunr, imperio bominis nequaquam fiunt: quibus autem bomo ad rectũ dux eſt, duo bęc ſunt, opinio vera, & ſcientia. *Eodem.*
SOCR. Scientis eſt, non diuiòs de vno quoq; conſulere. *In Alcib.*
SOCR. Oportet ciuitatem & animam, quæ rectè victura ſit, hanc complecti ſcienóam, quemadmodum qui ægrotat, medicum: qui proſperè naoigare vult, gubernatorem. Nam quo maiora animus, ſiue ſcientia circa diuitias, vel corporis robur aut aliud tale conabitur, eò maiora ex ijs peccata committi oeceſſe eſt. Qui verò multis ac varijs artibus eſt ornatus, ſit autem expers iſtius ſcieotiæ, ductus à ſingulis alijs, noo ne meritò multa tempeſtate iactabitur? quippe cùm abſq; gubernatiooe oberret in pelago breui tempore periturus? Huic certè conuenit illud, Multa quidem oorat, ſed malè nouerat omnia.

SOCR.

In Theæt. SOCRAT. An non in maximis periculis, quoties in castris, morbis, aut mari fluctuant, qnasi deos habent eos qui singulis in rebus præstant, seruatoresq; suos putant nulla alia re cæteris quàm scientia præcellentes? & per omnia humana quærētibus pręceptores ac duces sui ipsorum, aliorumq; animantium atq; operum, qui communiter æstimantur tam ad docendum, quàm ad imperandum sufficere?

In Protagora. SOCR. Nunquid & tu idem sentis? an potius præclarum quiddam scientiam, & in homine principem arbitraris, ita vt si quis bona mala've discernat, nunquam ab alia re induci queat, vt aliud quàm quod scientia iusserit, suscipiat agendum, sed scientiam vnam satis esse idoneam quæ homini præsto sit? PROT. Videtur mihi ô Socrates. Nam si cuiquam hominum turpe est negare scientiam rerum omnium humanarum esse potentissimum, mihi certè turpissimum.

Ibid. SOCR. Nos quidem consensimus nihil scientia potentius esse: imò semper vbicunq; adest, voluptati cunctisq; cæteris dominari.

In Lache. Scientia, non multitudine iudicare, quod rectè iudicandum est, oportet.

A Dionysio Tyranno Plato ex Athenis in Siciliam accersitus est, naui qua veheretur, ad id in Atticam missa, egressus naui, in littore albis quadrigis à Dionysio exceptus est, ac triūphantis more ante nobilissimæ ciuitatis oculos præteruectus.

Alexander Macedo, post Darium prælio victum, scrinium in regia præda ex auro & gemmis fabrefactum adeptus est: sciscitatus autem ab ijs, ecquisnam esset tam pretiosi operis vsus, vbi regia audiuit vnguenta in eo seruari solita, Quin, inquit, rei magis pretiosæ sit posthac custos, Homerumq; in loculo clausit.

Idem Thebis bello captis, cùm vrbis excidio immineret, edixit vt Pindari penatibus & eius familia, omnis bellica vis abstineretur.

Ptolemæus Philadelphus septuaginta senes bibliacæ historiæ scientissimos à Iudæa in Ægyptum vsq; vocauit. quos regia vrbe acceptos benignè coluit, eorumq; interpretationē percupidè amplexus, magnis à se muneribus donatos honorificè dimisit.

Demetrius cùm Megaram cepisset, Stilpōtem philosophum rogauit, num quis militum aliquid rerum abstulisset, nullus, inquit: neminem enim vidi qui scientiam raperet.

SCORTVM.

Faustus. Non scortum est aliud nisi blāda & subdola Syren,
Quæ trahit humanum sub vada cæca genus.

Scorta formosa similia esse dicebat Diogenes mulso lethalibus venenis temperato, quòd initio quidem voluptatem adferrēt, sed ad extremum dolorem perpetuum.

Idem scorta regum reginas esse dicebat, quòd ab ijs quicquid collibuisset peterent, & impetrarent, & quod in ipsos reges regnum exercerēt, nec scortis quicquam, vt populo, denegaretur.

Idem quendam meretrici supplicem conspiciens, Quid, inquit, tibi vis miser? præstat non impetrare quod rogas. A scorto enim reiici honestius & vtilius est quàm admitti.

Idem adolescentibus dicere solebat, Scortorum domos ingredere adolescens, vt perspicias quàm magno res viles emātur pretio. vnde Terentius, hæc omnia nosse, salus est adolescentulis.

SCRIPTA.

Nemo scribat nisi doctè.

Videtur quicquid literis mandatur, id commendari omnium eruditorum lectione decere. Lectionem sine delectatione negligo. *Cic. 2. Tuscul.*

Mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. *1. Tuscul.*

Quoniam vt libet non possum scribere, vt possum non libet. *Theocrit.*

Quę amici reges non audent monere, in libris descripta sunt. *Demetrius.*

Quædam scripturæ non faciunt animum. *Senec. epist. 65.*

Paucis opus est ad bonam mentem literis, sed nos, vt cætera in superuacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam, quemadmodum omnium rerum. Sic literarum quoq; intemperantia laboramus, non vitæ, sed scholæ discimus. *Idem epist. 107.*

Non tam refert, qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, quàm quomodo efferantur. *Quintil. lib. 1.*

Plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribuntur. *Idem.*

Vix quicquam tutum in epistolis committitur. *Erasm. in epist.*

Libri, viui magistri sunt. *Gellius lib. 14.*

Historias scribere magno vsui est. *Sallust.*

Historias scribenti, mentiri turpe. *Cic. in Sallust.*

Vt aliæ bonæ res, sic bonus liber, melior est quisq;, quo maior. *Plin. iun. lib. 1. epist.*

Tāto scriptura maiorem gratiam apud doctos habere debet, quanto minorem apud indoctos habet. *Idem lib. 2.*

Nullus liber tam malus est, qui non aliqua parte prosit. *Idem.*

Quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur. *Idem.*

Quanto liberius, tanto libentius scribimus. *Idem.*

Qui placendi causa scribunt, qualia placere viderint, scribunt. *Idem.*

Fœlices quibus contigit aut scribere legenda, aut legere scribenda. *Idem lib. 5.*

Aliud est epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. *Idem.*

Historia non debet egredi veritatem, & honestè factis veritas sufficit. *Idem lib. 7.*

Scriptores qui rei totius summam sententijs consequi student, monumenta magis instruunt, quàm faciunt artificem. *Columella li. 1.*

Autores in eadem re sæpe dissident. *Plin. sen. li. 18*

Est summi amoris negare veniam breuibus epistolis amicorum, quamuis scias illis constare rationem. *Plin. iun. lib. 9*

Epistolæ non redditæ offendunt. *Cic. ad Brut.*

Scriptores opera sua, non secus ac filios adamant. *Erasm. in epist.*

Nullum grauius tædium quàm ingenij scribendo defessi. *Ibid.*

Scribendum tardè.

Grauissima consideratione indiget quæ scribimus.
Scribendo multa discimus.

Ex Poëtis.

Amicis scribendum subinde.

Ouid. 4. Trist. Innumeri montes inter me, teq;, viæq;,
Fluminaq;, & campi, nec freta pauca iacent.
Mille potest causis à te quæ littera sæpe
Missa sit, in nostras rata venire manus.
Mille tamen causas scribendo vince frequenter,
Excusem ne te semper amice mihi.

lib. 5. Trist. Quod tua me rarò solatur epistola peccas,
Remq; piam præstas, & mihi verba negas.
Hoc precor emenda, quod si correxeris vnum,
Nullus in egregio corpore næuus erit.

Ibidem. Vtq; solebamus consumere longa loquendo
Tempora, sermoni deficiente die:
Sic ferat, ac referat tacitas nunc littera voces,
Et peragant linguæ charta manusq; vices.
Quod tibi ne nimium videar diffidere, sitq;
Versibus his paucis admonuisse satis.
Accipe quo semper finitur epistola verbo,
Atq; meis distent vt tua fata, vale.

Amantium scripta non legenda.

Ouid. 2. de remed. am. Scripta caue relegas blandæ seruata puellæ:
Constantes animos scripta relecta mouent.
Omnia pone feros, quamuis inuitus, in ignes,
Et dic, ardoris sit rogus iste mei.

Scripta non præcipitanda, sed in nonum annum premenda.

Horat. Sat. 10. libr. 1. Sæpe stilum vertas, iterum, quæ digna legi sint
Scripturus, neq; te vt miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus.

Idem de arte Poetica. Si quid tamen olim
Scripseris, in Metij descendat iudicis aures
Et patris, & nostras, nonumq; prematur in annum;
Membranis intus positis delere licebit
Quod non edideris.

Horat. in arte. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri, cui lecta potenter erit res
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

Proper. lib. 3. ad Mecænat. Quid me scribendi tam vastum mittis in æquor,
Non sunt apta meæ grandia vela rati.
Turpe est quod nequeas capiti cõmittere poodus,
Et pressum inflexo mox dare terga genu.
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.
Flamma nec ex æquo ducitur vlla iugo.

In omni scripto non tam sermonis elegantia, quàm fides exigitur.

Titus Calphurnius eclog. 4. Quicquid id est, syluestre licet videatur acutis
Auribus, & nostro tantùm memorabile pago,
Dum mea rusticitas, si non valet arte polita
Carminis, at certè valeat pietate probari.

SEDITIO.

Ex Latinis.

Liuius lib. 6. Seditio duas ex vna ciuitates efficit.
Idem. Seditionis merces proposita, seditionem prorsus excitat.
Veget. lib. 3. Inter hostes seditionis serere causas, sapientis est ducis.
Idem. Nulla quamuis sit minima natio citò potest ab aduersarijs deleri, nisi proprijs simultatibus seipsam consecerit.
Idem. Ciuile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad vtilitatem suæ defensionis incautum.
Liuius lib. 4. Discordia atq; seditio omnia oportuniora facit insidiantibus.
Ibid. Nihil occultum in intestiua seditione esse potest.
Seneca in prouerb. Seditionis & discordiæ principiũ est, aliquid commune tuum facere.
Salust. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Ex Græcis.

Plato. de rep. Nihil ciuitati perniciosius, quàm diuisio, vt nihil melius quàm vnio.
Arist. Polit. 5. Populares homines discordant propter inæqualitatem possessionis, generosi autem propter inæqualitatem honoris.
Polit. 5. Minores vt fiant æquales, seditionẽ faciunt, æquales verò, vt fiant maiores.
Ibid. Nobilitas generis & diuitiæ principia sunt seditionum.
Ibid. Diuersitas omnis diuisionem efficere videtur.

Latinorum exempla.

Detestanda fuit seditio hæc qua Scipionis exercitus cùm aduersus Syllam proficisceretur militarem disciplinam soluit. Cùm enim Syllæ appropinquasset, adeò ducis imperium spreuit, vt cùm neque arma capere, neq; castra tueri vellet, à L. Sylla qui non vltra viginti cohortes secum habebat, Scipionis autem exercitus sexaginta millium numerum excederet, in tentorijs suis eum capi passus sit.

L. Posthumius Tribunus militaris cùm diripiẽdam Nolam Æquorum oppidum exercitui vt promiserat, non concederet, concitato in vrbe Roma tumultu, propter illatum eius scribæ vulnus ab exercitu suo lapidatus est.

Volsci Actij Tullij artibus impulsi Martium Coriolanum Actij collegam lapidibus obruerũt, cuius rei postea pœnitentia ducti, cùm victoriarum recordarentur, quas eo duce aduersus Romanos Volsci obtinuerant, vt crimen corrigerent, ingẽti atq; publica impensa funus eius celebrarunt.

Galbam, qui per omnes honorum gradus ad imperij culmen ascẽderat, & quem Senatus ex Hispania, vt à Neronis tyrãnyde liberaretur, acciuerat, Prætoriani milites sui interfecerunt, cũ eius rei nulla alia esset causa, nisi militum ingens auaritia, qui dicerent eum seueriorem, parcioremq;, quàm opus esset videri.

Rarò euenit, vt qui in seditionem semel inciderit exercitus, veluti equus, qui spretis frænis in cursum agitur, in multa alia infanda facinora præceps non ruat. Id Galeni exercitus iodicauit, qui & indigoatus, spreto imperij iure, Censorinum Imperatorem creauit. Ad imperiũ igitur euectus, quoniam milites, vt disciplinam seruarent cogebat, insolẽtiæ autem assueti, seueritatem eius ferre non poterant, ab eis Censorinus cæsus fuit.

Græcorum.

Cùm aduersus Eumolphum Athenienses bellum gere

gererent, Periander Quæstor anni sequentis annonæ caritatem præuidens, vt longius extenderentur parcè populo frumenta diuidebat. Quare eum plebs proditionis accusauit, licet prudenter publico bono consuleret: cùm autem in iudicio staret, illic impetu facto lapidatus est.

Insignis seditionis experimentum dedit Mithridatis exercitus, cùm in eũ Lucullus arma mouisset: nam cùm in Armeniorum castris esset nuntiatum, Mithridatis duces à Luculli militibus fusos fuisse, adeò territus est exercitus, vt omnibus sua extra castra ferentibus ob strepitum Mithridates excitaretur, tentorioque egressus, vt quidnam id esset inspiceret, à suis solus & pedes relictus est. Cùm autem ita omnia ob eam rem in castris perturbarentur, vt sublata imperij reuerentia, cui plus virium erat, is ex alieno plura raperet, omnisq; Mithridatis pretiosa supellex diriperetur, eò militaris temeritas progressa est, vt Dorbatus militaris præfectus ob id occideretur, vt ei insignem vestem, quam habebat, milites adimerẽt.

Imperante Galieno viro admodum ignauo, à milite vapulauit, Alexandriæ in Aegypto magistratus cuiusdam seruus, quòd ei dixerat, se calceos pulchriores habere. Itaq; cùm ad clamantis vocem multi accurrissent, ita inualuit tumultus, vt Alexandrini aduersus Proconsulem igne & saxis tuerent, sedandi tumultus gratia.

SENECTVS.

Ex Cicerone.

In Catone maiore. Quibus nihil opis est ad bene beateq; viuendum, ijs omnis grauis est ætas. Qui autem omnia bona à seipsis petunt, ijs nihil potest malum videri quod naturæ necessitas adferat. Quo in genere imprimis est Senectus, quam vt adipiscantur omnes optant, eandem accusant adepti. Tanta est inconstantia, stultitia, atq; peruersitas.

Necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis & terræ frugibus, maturitate tempestiua, quasi vietum & caducum: quod ferendum est molliter sapienti.

Moderati nec difficiles senes, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem.

Senectus ob id misera à nonnullis creditur, quòd voluptatibus careat, sine quibus vitam nullam putamus: tum quòd spernantur ab ijs à quibus essent coli soliti. Qui mihi non videntur accusare, quod accusandum est. Nam si id culpa senectutis accideret, ea maioribus natu euenirent: quorum multorum senectus est absq; querela, qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferunt, nec à suis despiciuntur.

Non in summa inopia leuis senectus esse potest, ne sapienti quidem, nec insipienti: etiam in summa copia non grauis.

Aptissima sunt senectutis arma, exercitationesque virtutũ, quæ in omni ætate cultæ, cùm diu multumq; vixeris, mirificos afferunt fructus: non solùm quia nunquam deserũt ne in extremo quidem tempore ætatis, verumetiam quia conscientia bene actæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundissima est.

Est quietæ & eleganter ætatis actæ, placida ac leuis senectus, qualis fuit Platonis, qui vno & octogesimo anno scribens, mortuus est. Qualis Isocratis qui Panathenaicum quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur: cuius magister Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos, neq; vnquam in suo studio cessauit.

Leontinus interrogatus cur tandiu vellet esse in vita: nihil habeo, inquit, quod incusem senectutem.

Nihil adferunt qui in re gerenda versari senectutem negant: similesq; sunt, vt si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant cùm alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant: ille autem clauum tenens sedeat in puppi quietus, non faciat ea quæ iuuenes. At verò multò maiora & meliora facit. Non enim viribus aut velocitatibus res magnæ gerũtur, sed consilio, autoritate, sapientia: quibus nõ modò non orbari, sed etiã senectus augeri solet.

Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.

In senectute memoria non minuitur, si exerceas illam. Themistocles enim omnium ciuium nomina perceperat. Nec verò quenquam senum audiui oblitum quo loco thesaurum obruisset. omnia quæ curant meminerũt, vadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant.

Nemo tam senex est, qui se annum non putet posse viuere.

Melius Cecilius dicebat, Aedepol senectus, si nihil quicquam aliud vitij

Apporter secum cùm aduenit, vnum id est satis,

Quòd diu viuendo multa quæ non vult videt.

Tum in senecta hoc deputo miserrimum,

Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.

Vt adolescentibus bona indole præditis, sapientes senes delectanmr, leuiorque fit eorum senectus qui à iuuentute coluntur & diliguntur: sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur.

Solon in hoc gloriari solebat quòd quotidie aliquid addiscens, senex fieret.

Quod bomini naturaliter insitum est, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus.

Decorus est sermo senis, quietus & remissus, facitq; persæpe sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio.

Non vlli bonarum artium magistri non beati putandi, quamuis consenuerint vires atque defecerint: & si ista ipsa defectio virium, adolescentiæ vitijs efficitur sæpius quàm senectutis. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti.

Ego verò me minus diu senem esse mallem, quàm esse senem antequam essem.

Senectus.

Cursus est certus ætatis & via naturæ vna, eaque simplex, suaque cuique parti ætatis tempestiuitas est data. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddã habet, quod suo tempore percipi debeat.

Exercitatio & Tēperantia etiam in senectute conseruat aliquid pristini roboris.

Non postulantur à senectute vires: nec ob id legibus & institutis vacat ætas nostra, nec muneribus ijs, quæ non possunt sine viribus sustineri. Non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis, si multi imbecilli senes, nullum officij aut vitæ munus exequi possunt. Quocirca senectuti resistendum est, & eius vitia diligentia sunt compensanda. Vt enim contra morbum, sic contra senectutem est pugnandum.

Ita senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Vt enim adolescētem, in quo senile est aliquid: sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probo.

Semper in studijs laboribusq; viuenti, non intelligitur quando obrepat senectus. Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

O præclarum senectutis munus quæ careat voluptatibus: nulla enim capitalior pestis quàm voluptas corporis, hominibus à natura data est. Impedit enim cōsilium voluptas rationi inimica, ac mentis perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. Neque enim libidine dominante Temperantiæ locus est, nec in voluptatis regno virtus potest cōsistere. Diuinè enim Plato voluptatē malorum escam appellat, quòd ea videlicet homines capiantur, vt homo pisces.

Sophocles ætate confectus interrogatus, vteretur ne rebus venereis: dij meliora, inquit: libenter verò istbinc tanquam à domino furioso & agresti profugi.

Si sit aliquod tanquam pabulum studij & doctrinæ, nihil est ociosa senectute iucundius.

Senectus in hoc beatior cæteris ætatibus est, quòd autoritatis plus habeat, laboris verò minus. Apex autem senectutis, est autoritas.

Senectus honorata tantam habet autoritatem, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates.

Misera senectus est quæ se oratione defendit. Non cani, non rugæ, autoritatem repente arripiunt, sed honestè acta superior ætas, fructus capit autoritatis extremos.

Seueritatem in senectute probo, sed eam modicam: acerbitatem nullo modo. Auaritia verò senilis quid sibi velit, non intelligo. potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

O miserum senem, qui mortem contemnendam esse in tam longa ætate non viderit: quæ aut planè negligenda est, si omnino extinguit animum: aut etiam optanda, si aliquò eum deducit, vbi sit futurus æternus: atqui tertium certè nihil inueniri potest.

Quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum?

Mens, ratio, consilium in senibus est: qui si nulli fuissent, nullæ omnino ciuitates fuissent.

Breue tempus ætatis, satis est longum ad benè honesteq; viuendum.

Senectutis fructus est ante partorum bonorum memoria, & copia.

Omnia quæ secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam, quàm senibus emori?

Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autē nullus: recteq; in ea viuitur, quoad munus officij exequi & tueri possis, & tamen mortem contemnere. Ex quo fit vt animosior senectus sit, quàm adolescentia.

Solon Pisistrato tyranno interroganti, qua spe fretus sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur, senectute. Sed viuendi finis est optimus, cùm integra mente, cæterisq; sensibus, opus ipsa suum, eadem quæ coagmētauit, natura dissoluit.

Hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem vt negligamus, sine qua meditatione tranquillo esse animo nemo potest. Moriendū enim certè est, & incertum an eo ipso die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo poterit animo consistere?

Si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiā, valde recusem: nec verò velim, quasi decurso spatio ad carceres à calce reuocari.

Ex hac vita discedimus, non tanquam ex domo, sed hospitio. Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

Si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura, sicut aliarum rerum omnium, sic viuendi modum. 1. De Orat.

Nihil est præclarius, quàm honoribus & Reipub. muneribus senem perfunctum, posse suo iure dicere id quod apud Ennium Pythius Apollo, se esse eum, vnde sibi, si non populi & reges, aut omnes: sui tamen ciues consilium peterent. 1. Off.

Senibus labores corporis sunt minuendi, exercitationes etiam animi augendæ videntur. 1. Off.

Nihil magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæq; dedat. Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Duplex enim inde malum est, quod & ipsa senectus dedecus concipit, & facit adolescentum impudentiorem intemperantiam.

Acta ætas, ac splendida tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut leuiter pungat animi dolor. 3. Tuscul.

Luxuria tum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est, duplex enim inde malum est. Seneca epi. 12.

Plena voluptatis senectus est, si illa scias vti. Dices, molestum est mortem ante oculos habere: ista tamen iuueni citius ante oculos esse debet, quàm seni. Idem epi. 12.

Nihil est turpius sene viuere incipiente. Epist. 13.

Satis multum temporis sparsimus, incipiamus in senectute vasa colligere. In freto viximus, in portu moriamur. Epist. 10.

Si vis senem agere, & implere vitam, non annis adijciendum, sed voluptatibus detrahēdum est. Epist. 19.

Frugalitas senectutem producere potest. Epist. 61.

Eadem volumus senes, quæ volumus pueri. Ibidem.

Ante senectutem curaui vt bene viuerem, in senectute vt bene moriar. Bene autem mori, est libenter mori.

Quisquis senex ad sapientiam peruenit, annis peruenit, Epist. 68.

Senectus inſanabilis morbus eſt.
Terent. in Pho. Senectus ipſa morbus eſt.
Varro de re ruſt. lib. 1. Senectus nos admonet vt ſarcinas colligamus antè, quàm proficiſcamur è vita.
Teren. in Adel. Ad omnia ætate ſapimus rectius.
Solum hoc vitium affert hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt.

Ex Apophtheg. Eraſmi.

Senibus ita viuendum eſt, vt adoleſcentibus exhibeant rectè viuendi formam.

Peculiaris eſt ſenibus querela de rebus in deterius prolapſis.

Senectus multis nominibus vulgò malè audit.

Non præcipitanda ſunt conſilia, ſed moribus vtendum ſenilibus.

Optimum eſt viaticum ad ſenectutem erudino.

Magna pars incommodorum, ob quæ vulgò malè audit ſenectus, ab intemperantia vitæ proficiſcitur.

Ex Poëtis.

Senectus hyemi comparatur.

Ouid. 15. Meta. Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet alba capillos.
Noſtra quoq; ipſorum ſemper, requieq; ſine vlla
Corpora vertuntur, nec quod fuimus'ue, ſumus'ue
Cras erimus.

Senectus animi vires non debilitat.

Ver. 9. Aeneid. Nec tarda ſenectus,
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Ouid. 14. Meta. Sed iam fœlicior ætas
Terga dedit, tremuloq; gradu venit ægra ſenectus.
8. Metam. Membra leuant baculis, tardiq; ſenilibus annis.
Tom. Calphur. nio eglog. 5. Aſpicis vt nobis iandudum mille querelas
Adferat, & baculum premat inclinata ſenectus.
Senecha Herc. fur. Iners ſenectus adiuuat baculo gradum.
Horat. in arte. Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt.
Auſonius. Grata ſenectus homini parilis iuuentæ.
Iuue. Sat. 11. Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.
Teren. in Phor. Senectus ipſa morbus eſt.

Senectutis incommoda.

Horat. in arte. Multa ſenem circunueniunt incommoda, vel quod
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti,
Vel quòd res omnes timidè gelideq; miniſtrat:
Dilator, ſpe longus, iners, auidusq; futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, caſtigator, cenſorq; malorum.

S E N E C T V S.

Iuue. Sat. 10. Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis, deformem & tetrum ante omnia vultum
Diſsimilemq; ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq; genas, & tales aſpice rugas.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atq; ille alio, multum hic robuſtior illo,
Vna ſenum facies, cum voce trementia labra
Et iam leue caput, madidiq; infantia naſi:
Frangendus miſero gingiua panis inermi,
Vſqueadeò grauis vxori, natisq;, ſibiq;,
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem viui atq; cibi torpente palato
Gaudia.
Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis Ibidem.
Febre calet ſola, circunſilit agmine facto
Membrorum genus omne, quorum ſi nomina quæras
Promptius expediam quot amauerit Hippia mœchos.
Ille humero, hoc lumbis, hic coxa debilis, ambos Ibidem.
Perdidit ille oculos, & luſcis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirũdinis, ad quem
Ore volat pleno mater ieiuna: ſed omni
Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina ſeruorum, nec vultum agnoſcit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit.
Vt vigeant ſenſus animi, ducenda tamen ſunt Ibidem.
Funera natorum, rogus aſpiciendus amatæ
Coniugis & fratris, plenæq; ſororibus vrnæ.
Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus, multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore, & nigra veſte ſeneſcant.
Venit enim inopina malis properata ſenectus, Boetius metro 1. lib. 1.
Et dolor ætatem iuſsit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur vertice cani,
Et tremit effecto corpore laxa cutis.

S E N E C T V S.

Conſitus ſum Senectute, onuſtum gero
Corpus, vires reliquere, vt ætas mala eſt, mors mala eſt ergo. Plau. in Mene.
Nam res plurimas peſſumas cùm aduenit, adfert, quas ſi
Autumem omnes, nimis longus ſermo eſt.
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ, Ouid. 3. de arte.
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Odioſa eſt hæc ætas adoleſcentulis. Terẽ. in Heaut.

Senex ab omnibus noxiis vindatus fit.

Non es auarus, abi. Quid cætera? num ſimul iſto Horat. lib. 2. epiſt. ad Florũ.
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, portentaq; Theſſala rides?
Lenior & melior ſis accedente ſenecta.
Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus vna?
Viuere ſi rectè neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti.
Tempus abire tibi eſt, ne potum largius æquo
Rideat, & pulſet laſciua decentibus ætas.
Vacuum eſſe iſtac te ætate hic decebat noxiis,
Itidem vt tempus anni, ætatem aliam aliud factum conuenit. Plau. in mil.
Prima langueſcit ſenum
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu. Seneca in Oed.
Magna fuit capitis quondam reuerentia cani, Ouid. 5 faſtor.
Inq; ſuo pretio ruga ſenilis erat.
Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros.
Nomen & ætatis mite Senatus habet.
Verba quis auderet coram ſene digna rubore
Dicere? Cenſuram longa ſenecta dabat.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo. Iuuen. Sat. 13.

Cred

Credebant hoc grande nefas,& morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat,& si
Barbato quicunque puer,licet ipse videret
Plura domi farra,& maiores glandis aceruos.
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis
Primaq; par adeò sacræ lanugo senectæ.

Oui. ad Liuiā. Quid numeras annos,vixi maturior annis.
Acta senem faciunt, hæc numeranda tibi.

Seneca in Hippolyto. Lætitia iuuenem,frons decet tristis senem.

Oui. lib. 9 met. Iura senes norint,& quid liceatq; nefasq;
Fasq; sit inquirant,legumq; examina seruent.

Ouid. 5 fast. Martis opus iuuenes,animosaq; bella gerebant,
Et pro dijs aderant in statione suis.
Viribus illa maior,nec habendis vtilis armis,
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.
Iura dabat populo senior,finitaq; certis
Legibus est ætas,vnde petatur honos.

Idē 2. de arte. Adde quòd est senibus rerum prudentia maior
Solus & artifices qui facit,vsus adest,

Ausonius. Ipsa senectus
Expectata diu,votisq; optata malignis
Obicit innumeris corpus lacerabile morbis.

Cornel. Gal. Tu me sola tibi subdis miseranda senectus,
Cui cedit quicquid vincere cuncta potest.
In te corruimus,tua sunt quæcunque fatiscunt,
Vltima quæq; tuo conficis ipsa malo.

Idem paulò post. Non sum qui fueram,perijt pars maxima nostri,
Hoc quoq; quod superest langor & horror habet.
Dum iuuenile decus,dū mens,sensusq; manebant,
Orator toto clarus in orbe fui.
Quæ cùm defunctis iam sunt immortua membris:
Heu,senibus vitæ portio quanta manet.

Idem. Stat dubius,tremulusq; senex,semperq; malorum
Credulus,& stultus quæ facit ipse timet.
Laudat præteritos,præsentes despicit annos,
Hoc tantùm rectum quod facit ipse putat.
Hæ sunt primitiæ mortis, his partibus ætas
Deficit,& pigris gressibus ima petit.
Non habitus,non ipse color,non gressus euntis,
Non species eadem quæ fuit ante,manet.
Labitur ex humeris demisso corpore vestis:
Quæq; breuis fuerat,iam modò longa mihi est.
Contrahimur,miroq; modo decrescimus ipsi.
Diminui nostri corporis ossa putes.
Nec cælum spectare licet,sed prona senectus
Terram,à qua genita est,& reditura videt.
Fitq; tripes prorsus,quadrupesq; vt paruulus infans
Et per sordentem flebile serpit humum.

Senectutis Laus.

Ex Græcis.

Plato 5. de Rep. dial. SOCRAT. Seniorem lex nostra constituit,præesse omnibus iunioribus,eosq; corrigere.

ATHEN. HOSP. Oportet seniorem non paruo interuallo iunioribus præponendum esse, & apud Deos & apud homines, qui fœliciter victuri sint.

9. de leg. dial. ATHEN. HOSP. Quilibet seniorem & re & verbo colat.ac si viginti annis maior est,quasi patrē, si vir fuerit,aut matrem,si mulier, reuereatur. Atque adeò semper omnibus abstineat, qui in ea ætate sint, qua procreare patereq; ipsum potuerint,natales deos veritus.

De iusto. li 1. Dialog. 4. SOCRAT. Valde delector, ô Cephale, senilibus sermonibus: videtur enim mihi audire ab ijs oportere,qui viam aliquam iam perfecerint,quæ & nobis fortasse peragenda erit, quàm aspera & difficilis,vel quàm facilis sit.

O fili, non omnia mala senectuti adsunt: Sed experientia senum *Euripid. in Phœnis.*
Plus sapientiæ demonstrare potest, quàm iuuenes.
O fili, manus quidem iuueniles ad agendum robustæ sunt:
Seniorum autem sententiæ præstant.
Tempus enim multam & variam doctrinam parit.
Colloquia senilia deligas:
At mores lasciuos,qui solùm ridendo splendent,
Oderis:non diu durat malæ voluptatis delectatio.
Vetus hoc dictum: est Opera quidē iuniorum,
Consilia autem seniorum vim habere.
Senectus,ô fili,iuuenilibus animis,
Sapientior est atq; tutior,
Et experientia vincit imperitiam.
Homo simillimus vino natura *Alexis.*
Est quodammodo.Vinum enim nouum
Omnino necesse est,item virum deferbere
Primùm,deinde ab iniurijs & malis repurgatum,
Confirmari & rursus componi,
Et omnibus deinceps suauem fieri.
Exprobrasti mihi senectam ceu magnū malum, *Contra ex Aristophane.*
Quam qui nō assequutus fuerit morte mulctatur,
Quam omnes desideramus. At si quando venerit,
Aegrè ferimus:adeò ingrati natura sumus.
Nullus enim tam diligit vitam quàm qui senescit.
Senectus iustior est iuuenta, *Aeschylus.*
Multò lenius senex ille senescit,
Quem adolescentes amant: & iuuenes ipsum veluti patrem
Manibus deducunt ad proprium vsque limen.
Nos senes alios obseruare possumus,
Et vicissim aliquid eorum accipere , ijsq; frui quæ iuuenes habent. *Sophocles.*
Cani non loquaces senectæ, flores sunt inter homines.
Leonum senectus melior est vigentibus hinnulis.
Sapiens est consilijs
Senectus, vt quæ multa viderit atq; didicerit.
Solent senilem ætatem
Mens etiam & oportuna consilia sequi.

Hoc non tacebo, quod Platoni & Pythagoræ videtur,senectutem nō tam iuxta finem vitæ esse, quàm iuxta principium bene beateq; viuendi. *Phauorinus.*

Iuuenes decet vt æmulētur seniores , iuxta Simonidem, *Plutarchus.*
Vt lactens pullus cursum comitatur equæ.

Robur & forma corporis bona sunt:Senectus autem flos est temperantiæ & prudentiæ. *Democritus.*

Anima clàm secundum naturam cum voluptate protinus euolat. Quicquid enim contra naturā fit,molestum:quod autem pro rei natura,iucūdum.Sic & mors,quā morbi & vulnera intulerunt, violenta est atq; molesta : quæ verò senio paulatim ad finē deducente naturaliter surrepit, inter omnia mortis genera leuissima est, & cum voluptate potius,quàm dolore contingit. *Plato in Timeo.*

Senex fuit iuuenis aliquando. At verò an iuuenis futurus sit senex , incertum est. Perfectum igitur bonum futuro,præsertim incerto præstantius est. *Democritus.*

Qui

Phauorinus. Qui sponte à voluptate recedit, sapiens est: qui verò ipsam protsus nō desiderat, beatus. Senectus autem istorum vtrique idonea est. Nam & prudentes homines, & iucundorum negligentiores reddit.

Oblectatio ex disciplinis egregijs, clarisq; facinoribus oritur: horum apud se reminisci occasio senibus est, & tanquam peculijs delectari cogitationibus his, quòd fortuna aliorum domina, hæc auferre non posit.

Boëtius quum iam natus annos plus quàm septuaginta thesaurum reperisset, sublato crure ipsum contempsit, & prteriuit, vt qui nō amplius vsui sibi futurus esset. Ita senectus animum & tranquillum reddit, & pecuniæ studium adimit.

Aeschines. Considera seniores vigere prudentia: audacia verò iam ipsos destituere incepit propter experientiam rerum.

Isocrat. Senes propter longum tempus, & rerum per vitam actarum experientiam, non erroribus sunt obnoxij: iuuenibus autem impedimento sunt ad bona, tum vires corporis, quibus illi freti tenere bellum capessunt, & maiora appetunt: Atqui illorum testis fuerit Solon, qui lege sanxit ne quis admodum iuuenis ad magistratū, aut consultationes admitteretur, quamuis prudentissimus esset visus. Quòd à cupiditatibus immunes sint senes, hoc maximum à dijs donum hominibus esse datum teor, quo diuinæ naturæ similes fiant.

Homerus. Etenim dij non comedunt fruges, non potant feruida vina: Senes autem à superfluis abstinentes, ipsorum vsu nihil egent, indigentiæ molestijs liberati, & frugalis animi, rebusq; suis cōtenti voluptate fruentes.

Ab impetu & appetitu venereo seiunctum esse, dij boni, quanta vtilitas, furoris & molestiæ amisio dicenda est: quum bruta & cupiditatibus obnoxia pars animæ sopita imptobos dominos effugit: rationalis verò pars oculis animæ pulchritudinis voluptate fruitur: hac enim præditum admirabitur senex, & accedentem veluti filium amplectetur.

Vir senex minus edens ac bibens, & abstinens venere, tanquam sacerdos quidam, nulla re dolēs, aut indigus vitam agit, salutifera vsurpans. Quin igitur beatum prædices illum, qui ab hominum malis liber est. Quum verò medicum appellas, oblæsum membris resolutum senem, memineris hæc incommoda non à senectute, sed à vobis iuuenibus inferri.

Quod senilem deformitatem irrideas, admonitum te volo, iuuētutem vigore quidem & splendore pulchritudinis valere: sed flos ille corporis tempore aboletur. Vera autem pulchritudo diuinitus concessa, nec morbo, nec fame, nec longitudine temporis obliterari potest. Sed cum qua & nata & aucta est, illius animam nunquam relinquit.

Vt in bona aliqua tellure stirps consita semper vegeta fructus parit: sic pulchritudo iuuenibus insita, senem non deserit. Quippe senes plerosq; videre est, non tantùm grauitate vultus, nec voce, & leni incessu ornatos: verùm & decus quoddam eis adest. Itaque siue in foro, siue in theatris videantur, vt duces inter boum & equorum armenta, decoram grauitatem omnium oculis conspicuam exhibent. Vbi autem coronati sacra faciūt, oculos hominum in se conuertunt, sic vt ipsi magis quàm sacrificia spectentur.

Senex vbi antea fructum ex bonis cœpit, & diutius cum eis moratus est, facilius sustinet finem in præsentia superuenientem, memor illorum quæ superiori tempore vidit, & cum voluptate eis finitus est. Contrà iuuenis illnrū quæ se consecuturum sperabat spe frustratus in ipso ætatis flore extinguitur: nam & iuuenibus moriendi necesitas incumbit.

Senex emensus magnum pelagus vitæ, iussu gubernatoris, ad aliquem portum appellens à naui discedit: aut peracto alicubi in stadio certamine & coronam nactus, certaminibus vale dicit. At iuuenis in medio mari non assecutus propositum nauigationis terminum, pro quo vota tories fecerat, interijt: aut alicubi dum in stadio curreret: collapsus sine corona elatus est.

Senectus similiter ad iuuentutem se habet. hæc aggrediendo quippiam præualet: illa prouiden do. Nunquam seipsum sine menns custodia relinquit, sed quid agat, aut quid egerit considerat, vt futura præsennum, præsenria autem præteritorum collatione trutinans, ipsa sese rectè dirigere posit: ad præteritum tempus memoriā accommodans, ad præsens sensum: ad futurum verò prouidentiam. Semper enim memoria nobis adest præteriti temporis, prouidēntia futuri: præsentis autem sensus. Propterea hominem bene beateq; victurum, nō sensu solùm & memoria, sed etiam prouidentia valere oportet. *Archytas.*

Vetusta paruo corpora momento lapsa quiescunt. *Sophocles.*

Mors enim senilis diuersorio similis est: iuuenilis autem tanquam eiectio & naufragium est. Elabitur enim anima violenter contrito corpore.

Profectò quanto magis me corporis voluptates deficiunt, tantò cupiditas confabulandi, & voluptas quam ex ea re capio, augetur. *Plato lib. 1. de Rep.*

Senectus ob caloris defectum fit. *Parmenides.*

SENECTVTIS VITVPERIVM.

Qui pulcherrimus erat olim vbi forma prteterijt, *Mimnermus.*
Ne pater quidem filijs gratus est aut amicus.
Heu quàm multas habet Senectus ægritudines. *Euripid.*
Non potest autem fieri vt senex diu viuat.
Aetas enim longa plurimas adfert calamitates.
O quàm difficilis senectus est hominibus. *Idem in Bacch.*
Papæ: quàm bene vetus hoc dictum celebratur:
Nos senes aliud nihil quàm turba sumus.
Et figura tantū, somniorūq; simulachra serpimus:
Mens autem non est amplius: putamus verò nos rectè sapere.
Quisquis mortalium cupit infaustam
Assequi senectutem: nō bene rem secum æstimat.
Nam ætas longa parit ægritudines infinitas.
O senectus qualem voluptatis spē de te præbes:
Et omnes homines cupiunt ad te peruenire.
At qui expertus fuerit, pœnitentia ducitur.
Quid aliud est vir senex, quàm vox & vmbra.

Grauis

Grauis,ô senectus,es:
Nihil enim boni,multa verò habes difficilia
Et dolorifica hominibus:nihilominus tamen
Omnes ad te studemus,& optamus peruenire.
Nihil miserius esse potest amante sene.
Nam qui frui cupit rebus,à quibus arcetur
Propter tempus,quomodo ille non miser est?
Theognis. Nihil equidem curo anxiam paupertatem,
Nec viros inimicos,qui mihi malè dicunt.
Sed pubertatem amabilem lugeo, quæ me deficit.
Byzantinus. Hei mihi pulchra iuuenta & perniciosa senectus,
Hæc quidem accedens,illa verò abiens.
Pherecrates. O senectus quàm onerosa es hominibus,
Et vbiq; molesta,non vna solùm in re.
Nam quando nihil vltra possumus, neq; valemus,
Tunc primùm nos rectè sapere doces.
Temerè instigasti me,qui tantæ sum ætatis,
Vt multis negotijs me impediam.
Antiphanes. Vita nostra persimilis est vino:
Quum superest modicum,acescit.
Ad senectutem veluti officinam
Omnia hominum accedunt mala.
Senectus velut ara quædam malorum est:
Ad ipsam enim confugere omnia verum est.
O senium,quàm omnibus qui quærunt te
Culpate occasionem instituti sui præbes.
Vbi senem videris aut anum aliquam,
Statim scias,quòd malè se habeat.
Alexis. Iam enim vita mea vesperam inducit.
Menander. Molestum animal est senex domi manens.
Herodotus. Vbi sexagesimum solem te flexeris,
Moritor, cinisq; fias.
Cæcum est quicquid inde sequitur temporis.
Antiphanes. O senecta quàm cunctis hominibus es
Optata,beata:deinde quum accesseris,
Molesta & grauis: nec vllus benedicit
Tibi:sed contrà quisquis sapit, maledicit.
Nullus in senectute patrimonium suum abligu-
riuit,
Nec aliter stultè consumpsit,neq; redemit
Meretriculã, nec ob fores effractas mulctatus est.
Ita senectus cum temperantia sua nõ est fortunata.
Menecrates. Senectus absens optatur ab omnibus : cùm au-
tem venit,
Incusatur,& futura semper melior est.
Sophocles. Nulla est tãta dolendi causa,quã vitæ longitudo.
Nihil non mali senectæ longæ inhæret,
Mens vana,opera inutilia,curæ superuacuæ.
Crates. Flexit me tempus,sapiens quidem artifex,
Sed omnia reddens infirmiora.
Diphilus. Canus artifex tempus est,ô hospes:
Gaudetq; omnes in deteriorem trãsformare statũ.
Tithonn Iupiter malum immortale dedit
Senectam,quæ vel tristi morte magis est timenda.
Mimnermus. Sed breue tempus durat,instar somnij
Iuuentus pretiosa.Difficilis autem deformisq;
Senectus statim imminet capiti,
Odiosa simul & contempta,quæ virum reddit ob-
scurum:
Lædit autem oculos mentemq;.
Eurip. O senectus quantum es habentibus te malum.
Remissa quædam res est senile genus.
Et rursus vix moderari potest, quin præceps in ira-
cundiam sit.
Isocrates. Senectus adeò morosa & querula est,& pro mini-
mis rebus anxia, vt iam sæpius meam ipse natu-
ram culpauerim,quam aliorum nemo hactenus
contempsit.
Democrit. Senectus omnimoda imperfectio est, omnia ha-
bet,& omnibus indiget.
Metrodorus. Non beatus existimãdus est senex, quòd senescens
moriatur, sed si absolutũ habeat bonorum nu-
merum. Nihil enim ætati per se tribuendum est.
Eratosthenes vigentem ætatem veri comparabat:
declinãtem æstati & autumno:senectam hyemi.
Democrit. Augescente corpore simul & mens augetur:& illo
senescẽte, vnà senescit ac in omnibus rebus ob-
tusior fit.
Cato ad senem quẽdam improbæ vitæ dixit:Quid
est quod senectuti multa mala habenti,tuę etiam
improbitatis dedecus adijcias?
Alexis poëta comicus, cùm quidam ipsum senem
ægrè incedentem intuitus, quid ageret interro-
gasset:paulatim se per ocium mori respondit.
Nihil amplius iucundi senibus adest,sed omnia la-
boriosa & grauia cõtingunt: metus mortis sem-
per adhærens illi molestus est, qui tanquam iti-
neris comes, & contubernalis insidiator nu-
quam ab eo discedit.
Etenim continui morbi, & valetudinaria victus
ratio,senem comitatur.Iacet etiam senex resolu-
tus ætate, cibi potusque abstinens, inamabilis,
nulla iucunditate fauens:si quãdo in forum pro-
grediatur,risum vidẽtibus mouet, ridentes non
audiens,de latere in latus titubando transiliens.
Nec si in concione sit, magistratum gerere po-
test, quia gibbosus,rugosus, deformis & inuali-
dus est.Animo autem repuerascit.
In militia non pedes,non eques constituitur.Nam
vel sedere solùm, imò iacere etiam non sine la-
bore potest. Quòd si ei paupertas adfuerit,vltrò
è vita discedere optat propter rerum penuriam,
cùm non habeat vix ducem.

Senectutis molestiam prudentia tollit.

Anaxandrid. Boni viri senectus facilis est in colloquio.
Non est senectus vt existimas,pater,
Onus maximum:sed qui tulerit
Eam imprudenter,ipsemet in causa est.
Ille verò facilem ipsam & tranquillam reddit,
Qui mores eius commodè tractat,
Molestiam tollens,& voluptatem adijciens.
Contrà qui ægrè fert ipsam,is dolorem sibi parit.
Sophocles. Non est grauis sapientũ senectus, quorum mens
Diuina luce nutrita est.
Anaximenes. Senibus prudentibus quantum corporeæ volu-
ptates marcescunt, tantum eruditionis deside-
rium augetur: & tantò firmius alios docere pos-
sunt. Voluptas enim circa literas tum in præ-
senti tempore oblectat, tum ad reliquam vitam
sui studiosos suauiter præparat.
Xenophon de Agesilao dixit:Qua iuuentute illius
senecta non præstantior est?
Hyems operimenta, senectus autem indolentiam
requirit.
Socrates interrogatus à sene, quod senectutis via-
ticum optimum esset, Idem,inquit, quod & iu-
uentutis,nempe secũdum rationem viuere.Non
enim animantia ad voluptatem nata esse existi-
mandum est.

Isocra

Isocrates orator interrogatus, quomodo viueret, dixit: ita vt ille qui iam nonagenarius mortem malorum extremum censet.

Si quis putat ex diuitijs homini seni plurimum accidere solanj, ipsq; mœrorem amoueri, non recte putat. Opes enim voluptates quidem largiri possunt, quæ sunt cibi, potus, & veneris: animi verò hilaritatem & indolentiam nunquam adferunt.

Etenim iuuentus, ô bone vir, & senectus, vtraq; ætas bona, studioq; digna & optanda est. Vtraq; tamen praua & turpis coniunci potest propter abutentes. Fingamus age iuuenem imperitum, ad iniurias inferendas promptum, robustum ac diuitem: Huic addatur senex impurus, & impudens: An quæso ob hæc vitia ætates incusabimus?

Tu plenius vide erebeum.

Apophthegmata.

Lacon quidam profectus in Lacedæmonem, quum vidisset honorem, quem iuniores præstant senioribus: In sola, inquit, Sparta expedit senescere.

Chilo Lacedæmonius docebat honoré à iunioribus habendum senibus, vt ipsi facti senes ab alijs habeantur in precio. Vt enim senum autoritas ac reuerentia temperabat ætatem lasciuam à peccando, ita senes cauebant ne quid committerent quo iuuenibus ludibrio possent esse.

Idem dicebat optabilem esse senectutem iuuenilem, molestam iuuentutem senilem. Habet enim senectus ex se multa commoda, plurimarum rerum vsum ac memoriam, consulendi facultatem, & autoritatem, quæ si adsint commoda, & absint incommoda, senectus ex optabilior est multotum iuuentute. Videas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiam, ignauiam & morositatem: horum iuuentus peior est senectute.

Diogenes percontanti quid esset in vita miserrimum, Senex, inquit, egenus. Siquidem vbi naturæ præsidia destituunt hominem, extrarijs rebus fulcienda est ætatis imbecillitas. At egenus is dicendus non est, qui bonas artes ac amicos sibi parauit, certissimum senectutis viaticum.

Cæsare multa vi præter leges agente, Considius arma timere non debere Senatores dixit: cui cùm Cæsar, Quin igitur tu eodem metu domi contines te? Me, inquit Considius, senectus intrepidum facit. Quum enim vitæ pauxillum supersit, non est cur sim sollicitus.

Cato senior dicebat, Quum senectuti multa adsint probra, non est addendum malitiæ dedecus: Sentiens senectutem multis nominibus vulgò male audire, quòd deformis, edentula, luciosa & imbecillis sit. Hæc ferre satis est, vt non accedat crimen improbæ vitæ, quod omnibus quidem fœdum sed seni fœdissimum.

M. Crasso cum Parthis pugnaturo exta è manibus deciderunt: hoc cæteris vt inauspicatum ostentum interpretantibus, ac prælium dissuadentibus, huiusmodi, inquit, incommoda multa nobis senectus adfert. At arma mihi nunquam è manibus ceciderunt.

Gorgias Leontinus centesimum septimum annum agens, rogatus quare tandiu vellet in vita manere, Quia nihil, inquit, habeo quod accusem senectutem.

Quom Pisistratus Rempub. occuparet, resq; videretur ad tyrannidem spectare, neq; quisquam auderet illius conatibus obsistere, Solon Salaminius armis productis, inclamauit ciues: At vbi Pisistratus ad illum mitteret qui percontarentur, qua re fretus hoc auderet: Senectute, inquit. Alios senectus reddit formidolosiores, illi audaciam conciliauit.

Bion dicebat senectutem portum malorum esse, quòd omnes huc confugerent, sperantes miseriarum finem.

Idem docebat nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire. Absurdum enim est alijs probro dare, quod quis optat sibi contingere.

Cleanthes ad quendam contumeliosè senectutem obiicientem: Et ego, inquit, abire cupio: verùm vbi reputo me omni ex parte sanum, siue legendum est siue scribendum, rursus maneo. Significans se non esse vitæ cupidum, sed ob senectutem neminem debere è vita discedere, donec vires suppetunt ad omnia vitæ munia.

Sophocles iam extremæ senectutis, à filijs dementiæ accusatus est. At is pro apologia iudicibus recitauit fabulam, rogans num ea videretur delirantis: Fertur & hoc dixisse: Si sim Sophocles, non deliro: si deliro non sum Sophocles. Sentiens in eruditis animi vim non languescere.

Pollio Romulus qui centesimum excesserat annū, Augusto percontanti qua ratione illum corporis & animi vigorem seruasset: Intus, inquit, mulso, & foris oleo.

Milo Crotoniates quum iam consenuisset, videns Athletas in certamine exerceri, suos lacertos intuitus iam senio defectos, illacrymasse fertur, ac dixisse, At hi quidem iam mortui sunt.

Demonacti seni crura intumuerunt. Id videns quidam, Quid isthuc, inquit, mali est Demonax? Tum ille, Charon me momordit, innuens senectutem esse morti vicinam.

Exempla Græcorum.

Isocrates quarto & nonagesimo anno vitæ librum Panathenaicum scripsit & operi superfuit annos quinq;, fuitq; extrema ætas par suscepto labori, viribus, iudicio, memoria.

Leontinus Gorgias centum & septem vixit annos: nec tamen tam longæuus ab opere & studio cessauit vnquam. Cùm autem ex eo quæreretur cur tandiu vellet esse in vita, nihil habeo, inquit, cur incusem senectutem.

Hoc memorabilius in Phocione Atheniensi, qui quadragies quinquies cum imperio præfuit exercitui.

Masinissa rex, populi Romani amicissimus, sexaginta regnauit annos: nonagenarius sine ephip-

pijs equum conscendit, nudo capite, pedibus iter fecit: procreauit & filium extremo vitæ tempore. Et, quod in eo maximè fuit memorabile, suprema ætate confectus, cum opulentissimo Carthaginensium exercitu dimicauit.

Arganthonius Gaditanus tandiu regnauit, quandiu ad satietatem vixisse abundè foret. Octoginta annis patriam suam rexit, quum ad imperium quadraginta annos natus accessisset.

Democritus Abderites studiosissimus & doctissimus philosophus qui omne ætatis tempus contemplando & inuestigando consumpsit, centum ac nouem annos attigit, non morbo sed longo senio mortuus. Quod experimento ostendit studia de hominis vita nihil deducere, sed eam incolumem ac longam præstare.

Galenus Pergamenus medica arte vir excellens, prospera semper valetudine vsus est, ætate vsque ad centum ac quadraginta annos perducta.

Latinorum.

Cæsar dictator cũ hoste quiquagies collatis signis, quoties Romanorum ducum nemo. Verùm exacta ætate, & iam senescere incipiens, cunctantior factus est ad ineunda prælia: veritus ne fortunam, quam toties secundam fuerat expertus, aduersam semel experiretur.

Maior in Marcello sexagenario bellandi ferocia, qui per quietem sibi pugnare visus est. Optauit etiam vt cum Annibale omnium qui omni memoria fuerũt, ducum ferocissimo, de summa rei armis decerneret. Ex eo gladius populi Romani dictus est, cùm Fabius cunctando clypeus diceretur.

Cato Porcius Quiritum vnus octogenarius filium genuit, in tam viuida senectute, vt ne consenuisse quidem videretur. Validis lateribus legem Voconiam populo suasit, multis contrà tendentibus. Autor fuit Carthaginis è medio tollendæ, frequenti curia testatus tam vicinam habere Romanum populum inimicam vrbem.

M. Valerius Coruinus centesimum annum compleuit, cuius inter primum & sextum consulatum quadraginta sex anni intercesserunt, sufficitq; integris viribus corporis non solùm speciosissimis Reipub. ministerijs, sed etiam exactissimæ agrorum culturæ, & ciuis, & patrisfamiliæ optabile exemplum.

M. Perpenna omnibus quos in senatu rogauerat superstes fuit, septemq; tantummodo reliquos vidit toto ordine amplissimo diuturnior.

Appius infinitum annorum numerum lumine priuatus exegit. Quinetiam viuendo fessus, lectica se in curiam deferri iussit, vt cum Pyrrho pacem deformem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, per se parum cernens, coacta est prouidere?

Liuia Rutilij filia septimum & nonagesimum: Terentia Ciceronis, tertium & centesimum, Clodia Auli filia, quindecim filijs ante enixis, quintum decimum & centesimum expleuit annum.

Lucia Tertulla Ariminensis centum ac triginta septem annos traduxit.

Augustus Cæsar sex & quinquaginta annos imperium rexit.

Titus Fullonius Bononiensis inuentus est annos centum ac quinquaginta superasse.

S E R M O.

Ex Latinis. Ex Cicerone.

Verba inuenta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. *Pro A. Cecina.*

Interpres mentis est oratio, verbis discrepans, sententijs congruens. *1. de leg.*

Sermone eo debemus vti, qui notus est nobis. *1. Off.*

Imprimis prouideamus, ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus: quod maximè tum solet euenire, cùm studiosè de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut seuerè, aut maledicè, contumelioseq; dicitur. *1. Off.*

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis iudicatur. *1. de Orat.*

Diligentissimè linguam continere, mihi virtus interdum non minor videtur quàm omnino non irasci. *Ad Q. fratr.*

Idipsum dicere nunquam est non ineptum, nisi quum est necessarium. *2. de Orat.*

Habent suum modum quæcunque oportuna dicuntur. *3. de finib.*

Tacere noli vbi non oportet. *Pro Rosc. com.*

Non est necesse omnium flagitia proferre. *Pro Mil.*

Sæpe grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè dicũt, quàm qui cõmittunt. *Cic. in Salust.*

Homines notissimos sumere odiosum est, quum & illud certissimum sit velint ne hi se nominari. *Pro Rosc. Amer.*

Debemus considerare in omni re, quid aptum sit, & consentaneum tempori & personæ, tum quid in dictis, factisq; dedeceat. *Orat. ad Brut.*

Cauendum est ne quid agendo facias, cuius imitatio rideatur. *De clar. Orator.*

Oratio debet esse ornatior sentẽtijs, quàm verbis. *Partit. Orat.*

Non tam copia quàm modus in dicendo quærendus est. *Pro lege Man.*

Decorus est sermo senis, quietus, & remissus: facitq; persæpe sibi audientiam diserti senis & cõpta oratio. *Cato maior.*

Difficile est dictu, quantopere conciliet animos hominum comitas, affabilitasq; sermonis. *2. Off.*

Eruditus sermo non ostendit verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. *Senec. epist. 16.*

Nunquã nimis dicitur, quod nunquã satis dicitur. *Idem epist. 27.*

Nulli nisi audituro dicendum est. *Epist. 29.*

Verba etiam si adsint, & possim sine vllo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt. Nam quẽadmodum sapienti viro incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax. summa ergo summarum hæc erit, tardiloquum te esse iubeo. *Epist. 40.*

Hæc sit propositi nostri summa, quod sentimus loquamur, & quod loquimur, sentiamus: concordet sermo cum vita. *Epist 7.2.*

Consuetudinẽ verborum vocabo consensum eruditorum: sicut viuendi consensum bonorum. *Quintil. lib. 1.*

Eos alloquamur potissimum, quos conciliare nobis studemus. *Quintil. lib. 4.*

Quidam nimium dicunt, nec tamen totum. *Idem lib. 5.*

Quorundam sermo res ipsas effœminat, quæ illo *lib. 8.*

verb

verborum habitu vestiuntur: curam ergo verborum, rerum volo esse solicitudinem.

Ibid. Sermonem otiosum dixerim quem auditor suo ingenio non intelligit.

Ibid. Nisi maxima rerum versantur momenta, non debemus de rebus esse soliciti.

Ibid. Vim rebus aliquando ipsa verborum humilitas adfert.

Ibid. Verba honesta moribus perdidimus.

Sermone hominem, vt æra tinnitu dignoscimus.

Cic. 3. de Orat. Etsi vtile est, subitò sæpe dicere, tamen illud vtilius, sumpto spatio ad cogitādū accuratiùs dicere.

Gell. lib. 1. Viue moribus præteritis, & vtere verbis præsētibus.

Ibidem. Tanquam scopum, sic fugias inauditum, atq; insolitum verbum.

Plin. in lib. epist. Qui facta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint, vt prædicent fecisse creduntur.

Idem lib. 2. Multò magis viua vox afficit.

Idem. Melius eadem pronunciat qui peperit.

Plutar. in Mor. Vt non satis est clauus, neq; frænum, nisi adsit qui arte medeatur: ita non sufficit eloquētia ad moderandum populum, nisi accesserit sermonis moderatrix ratio.

Vt monas non exit suum finem, sed semper in vno manet, vnde & nomen habet: dyas autem initium differentiæ infinitum, protinus enim per se duplicatur ad multitudinem: ita sermo donec apud vnum manet, verè arcanus est & secretus: quòd si ad alterū transierit, iā spargitur in famam.

Celtiberi ita ferrū temperant ac durant, vt infosso in terram, quod terreum est auferatur ac repurgetur: Sic Laconicus sermo sublatione superuacui fit penetrantior.

Non idem finis sermonis, qui cursus: nam illic vincit qui præuenit, hîc qui magis ad rem dixit, non qui celerius, imò vincit sæpe, qui posterior dicit.

Ex Poëtis.

Stat. lib. 4. Sylu. Nobis verus amor, medioq; Helicone peritus
Sermo, hilaresq; ioci brumale absumere noctem
Suaserunt, mollemq; oculis expellere somnum.

Sermo vtilis ac dulcis omnium suffragia sibi vendicat.

Hora. in arte. Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Omnis hominum sermo in his duobus est, est & non.

Virg. Est, & non, cuncti monosyllaba nota frequentant.
His demptis nihil est hominū quod sermo volutet.
Omnia in his, & ab his sunt omnia, siue negoci
Siue oci quicquam est, seu turbida, siue quietis.
Qualis vita hominū, duo quā monosyllaba versant.

Sen. in Medea. Suspecta ne sint colloquia, amputa.

Manil. lib. 2. Sed ne circuitu longo manifesta probentur,
Ipsa fides operi faciet pondusq;, fidemq;.

Sermo facundus in via pro vehiculo est.

Virg. lib. 8. Ibat rex obsitus æuo,
Et comitem Æneam iuxta, natumq; tenebat
Ingrediens, varioq; viam sermone leuabat.

Exempla sermonis qui vno die poterit absolui.

Virg. Aenei. O dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Ouid. 15. Met. Definet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quàm consequar omnia dictis
In species translata nouas.

Plau. in Capt. Si ego item memorem, quæ me erga multa fecisti bene,
Nox diem adimat.

Ex Græcis.

Pla. de rep. Qui doceri vult linguam, is in multitudinem mittendus est: linguæ enim magister est populus.

Idem de Rep. Sermo senilis libenter audiendus.

Idem de regno. Euitanda est sermonis curiositas.

Quod bene dicitur repetere non nocet.

Aristo. Polit. 2. Omnis sermo si breuior fuerit, quàm oporteat, obscurat intellectum: si longior, difficilis erit, tententioni & discipulo obliuionem inducit.

Idem Metap. 4. Qui negat loquelam, petit loquelam.

Idē de off and. Lingua eadem optima & pessima.

Ibid. Sermo dicentis non interrumpendus.

Ibid. Motes boni approbant verba.

Ibid. Sermo auditus, feminis vice nobis est.

Demet. Phaler. Lingua ne discrepet à mente.

Pintar. Quanta res est, tāta & oratio qua vteris esse debet.

Idem de exilio. Ex sermonibus, vt ex amicis, optimus ille habetur & firmissimus, qui in calamitatibus præsens adest: & indigentibus auxilium adfert.

Chilo. Linguæ præire animo non permittendum.

Ibid. Inter loquendum non est agitanda manus, est enim vecordia.

Pyth. ibid. Quod facere institueris noli prædicare, nam si facere nequiueris, rideberis.

Bias. Noli cito loqui, est enim insaniæ iudicium.

Socrat. Proprium est ingenij, elicere ex rebus sermones accommodatos.

Diogen. Dicenda sunt quæ vtilia futura sunt, & dicenti & auditori.

Theophr. Citius credendum equo infræni, quàm verbo incomposito.

Eurip. Hominibus non conuenit vnquam linguam plus factis valere.

Isocr. Incontinens lingua, turpissimus morbus.

Idem. Celeritas sermonis non habet iustitiam, tardi verò sermones multum proficiunt ad sapientiam.

Idem. Omnia efficit oratio, & ferrum hostile efficere potest.

Idem. Directam sermonum seca viam, nec duplex sis vir.

Socrat. Facinorum malorum sermones cauendi sunt.

Idem. Nulla est oratio quæ longa videatur, cùm res ordine proferuntur.

Idem. Duo tibi dicendi tempora præscribe: vel de rebus indubiè tibi perspectis vel necessarijs verba facias.

Pythag. Aut silere oportet, aut meliora silentio adferre.

Antiphanes. Sermonis vitium in lingua est, facti verò in animo.

SERVITVS.

Cic parad. ult. Seruitus est obedientia fracti animi & abiecti, arbitrio carentis sui.

Antequā iret in exil. Omnibus graue seruitutis iugum esse debet, in libertate educatis.

1 Off. Nemini animus benè à natura informatus parere debet, nisi præcipienti aut vtilitatis causa iustè & legitimè imperanti. Ex quo animi magnitudo existit humanarumq; rerum contemptio.

Philipp 10. Omnis est misera seruitus.

A 2 Nihil

Philipp.11. Nihil est fœdius seruitute: ad decus & libertatem nati sumus.
Philipp.3. Cùm omnis seruitus est misera, tum verò intolerabilis est seruire impuro.
Philipp.10. Mors est seruitute potior.
1.Off. Mors seruituti, turpitudiniq; anteponenda.
Omnis animi debilitata & humilis & fracta timiditas seruitus est.
Sallust. Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini seruit.
Natura mortalium auida est imperij.
Ea demum tuta est potentia quæ viribus suis modum imponit.
Seneca. Durum & inuisum & graue est
Seruitia ferre.
Idem. Pessimus quisque rectorem asperrimè patitur.
Serui ære parati iniusta imperia
Dominorum non perferunt.
Facile est imperium in bonos.
Non qui iussus facit aliquid, miser est, sed qui inuitus.
Particeps dominationis neq; fuit quisquam, neq, si pari potuisset, orbis terrarū bello cōcussus foret.
Sallust. In maxima fortuna minima licentia esse debet.
Minimum decet licere cui multum licet.
Seneca. Raro cōtingit eum à multis diligi, qui non merito sed arrogantia pluribus nititur anteferre.
Odia qui nimium timet, regnare nescit.
Ars prima regni est, posse inuidiam pati.
Malus est minister imperij pudor.
Timendus tibi populus apud quem multa possis.
Tutus esse non potest, quem maxima pars hominum extinctum esse cupit.
Est regis alti spiritum regi dare.
Multa cura summo imperio inest.
Iniqua nunquam imperia retinentur diu.
Regna cum scelere, omnibus
Sunt exilijs grauiora.
Sallust. Non exercitus neq; thesauri, præsidia regni sunt, verùm amici, quos neq; armis cogere, neq; auro parare queas: officio & fide parantur.
Regiæ voluntates plerunque vt vehementes, sic mobiles sunt, ac sæpe ipsæ sibi aduersæ.
Imperium ijs artibus facilè retinetur, quibus initio partum est.
Seneca. In seruitutem cadere de regno, graue est.
Nunquam placidam sceptra quietem,
Certum've sui tenuere diem.
Vt nemo doceat fraudis, & sceleris vitam,
Regnum docebit.
Nemo alteri imperium volens concedit, & quamuis nouus atq; clemens sit qui plus potest, tamen cui malo esse licet, formidatur.
Horat. Non propriæ telluris herum natura, neq; illum,
Nec me, nec quenquam statuit.
Vim temperatam dij quoq; prouehunt
In maius: ijdem odère vires,
Omne nefas animo mouentes.
Vis consilij expers, mole ruit sua.
Terent. Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo quàm metu.
Deteriores omnes sumus licentia.
Immodicus libertatis vsus, seruitutis quandoque occasio fuit.
Plautus. Libertatē nemo bonus, nisi cū anima simul amittit.

Omnes profectò liberi libentius
Sumus, quàm seruimus.
Non decet superbum esse hominem seruum.
Plus oportet scire seruum quàm loqui.
Errat longè mea quidem sententia *Terent.*
Qui imperium credit grauius esse, aut stabilius
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum. *Claud.*
Regnum non capit duos.
Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas *Lucanus.*
Impatiens consortis erit.
Virtus & summa potestas
Non coëunt.
Decet innocentem seruum atq; innoxium *Plaut. in Capt.*
Confidentem esse suum apud herum potissimum.
Homini seruo suos domitos habere *In Milite.*
Oportet oculos, & manus, orationemq;.
Plus scire satius est,
Quàm loqui seruum hominem, ea sapientia est. *In Epidico.*
Qui hero suo seruire vult, bene seruit seruitutē: *In Persa.*
Næ ædepol illum multa in pectore suo collocare oportet,
Quæ hero placere sentiat præsenti atq; absenti suo.

Seruos omnes habere volunt, nihil interim curantes quales sint.

Clientes sibi volunt esse omnes, boni've an mali sint id haud *In Menech.*
Quæritant, res magis quæritur quàm clientum fides.
Si est pauper, nec malus, nequam habetur, sin diues malus est, is
Cliens frugi habetur, qui neq; leges, neq; æquum bonum vsquam colit.
Reges & dominos habere debet, *Martial. lib. 2.*
Qui se non habet, atq; concupiscit,
Quod reges dominiq; concupiscunt.
Fallitur egregio quisquis sub principe credit *Claudian. li. 3.*
Seruitium, nunquam libertas gratior extat
Quàm sub rege pio.
Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis addunt compedes,
Nimis stultè faciunt mea quidem sententia.
Nam homini misero si ad malum accedit malum,
Maior libido est fugere, & facere nequiter.
Nam si ex catenis eximunt aliquo modo,
Tum compediti ianuam lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clauum.
Serui sunt, imò homines: serui sunt, imò contubernales: serui sunt, imò humiles amici: serui sunt, imò conserui, si cogitaueris, in vtrosque tantundem licere fortunæ. *Senec. epist. 47.*
Totidem sunt hostes, quot serui. *Ibidem.*
Colant te prius serui quàm timeant. *Ibidem.*
Tarda & trepida sunt officia seruorum. *Quintil. decl. 2.*
Genus seruitutis est coacta libertas. *Declam. 2.*
Vltima malorum etiam seruorum conditio est, sine exceptione esse venalem. *Declam 9.*
Serui quos bellorum iniquitas victori in prædam dedit, ijsdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate nati sunt, ex eodem loco spiritum trahunt, nec natura illis sed fortuna dedit dominum. *Declam 13.*
Seruorum fides quò minus expectata, eo laudabilior. *Macr. lib. 1.*

Calli

Terent. in An. Callidus seruus domino imperat.
Ibid. Seruum nolle mentiri noua religio est.
Ibid. Audet plusculum seruus, quia nihil restare periculi putat, sed non fert id impune.
Ibidem. Seruorum virium loquacitas.
Plin. iunior. Est ingeniosior ad excogitádum seruitus libertate.
Iuuen. Sat. 9. Lingua mali pars maxima serui.
Colomel. lib. 11. Frequens recognitio seruorum nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet.

Ex Græcis.

Eurip. in Orest. Serua te oratione, non vi contra potentiores.
Pythag. Subditi non tantùm morigeri sint, sed amantes etiam magistratum.
Idem. Semper præsens status, subditis molestus.
Curt. lib. 7. Nemo alienigenam dominum pati vult:
Idem lib. 10. Eiusdem iuris esse debent, qui sub eodem rege victuri sunt.
Demost. in Orat. contra Andr. Serui corpus flagitijs plagisq; omnib' obnoxiú est.
De rebus Cher. Homini seruo maxima necessitas est, plagæ & corporis pulsatio.
Idem in 1. Olynth. Qui non assueuerunt ad nutum cuiquam parère, molestè ferunt superbi hominis imperium.
Arist. Rhet. 2. Seruos negantes ac contradicentes magis flagellamus.
Ethic. 8. Domini ad seruum non est amicitia secundú quòd seruus, sed secundú quòd homo: quia secúdum quòd seruus, dissimilis est ei: vt homo aút, similis.
Ibid. Seruus est organum animatum.
Polit. 1. Seruus natura non est sui ipsius, sed alterius.
Polit. 2. Multi serui quandoq; deterius seruiunt paucis.
Polit. 4. Qui alteri seruit, non est per se sufficiens.
Ibid. Prius decet dominum expergisci quàm seruum, & posterius cubile petere.
Ibid. Oportet seruo dare opera, & victum sufficientem.
Idem œconom. Impossibile est, non diligentis domini, seruos esse diligentes.
Cleobulus. Seruus vino hilaris non obiurgandus, id enim dementis est.
Aristoph. Seruorum nati obscœna loqui solent.
Idem. Moderata seruitus est quæ deo exhibetur, immoderata quæ hominibus.
Eurip. Omne quod ex necessitate est, seruitus est.
In Med. Probis seruis calamitas est, res dominorum male cedentes, animo discruciant.
Angit me seruus maiores domino habens spiritus.
Eurip. Serui & obscuri homines mechanici remedia sunt mortalibus, inuéti ad eos vsus qui viros dedecét.
Menander. Non est illa possessio in vita iucundior, quàm beneuolum sibi famulum adipisci.

De Dominis & Seruis.

Euri. in Helen. Malus est quicunque domini res non colit,
Et simul cum ipsis gaudet, vel propter incommoda dolet.
Ego sanè licet seruus sim inter eximios numerandus
Seruos, nomen quidem non habeo liberum,
Sed animum.
Quá iucúda res est seruis, bonos dominos nancisci.
Et dominis seruum beneuolum in ædibus.
Nunquam oportet seruum ingenua
Studia tractare, nec otium sequi.
Philemon. Multò potius est bonum dominum esse nactum,
Quàm viuere liberum humiliter & male.

Mihi dominus est vir vnus.
Istorum verò actui, & plurimum aliorum. Rex
Quorundam tyrannus, tyrannorum verò metus.
Sui sunt famuli regum, rex autem deorum,
Et deus necessitatis. Deniq; nihil nó, si perpéderis,
Alterius existit, maiora minoribus dominantur.
Hæ illis perpetuò seruiant necesse est.
Melius est neq; seruum, nec ingenuum *Eurip.*
Alere domi tutum sapientibus.
Non vides quantum sit malum seruile genus?
Seruum existentem seruaui, inferiores enim
Libenter inseruiunt præstantioribus hominum.
Seruo sapiente magis quàm sapere conuenit *Philemon.*
Nihil est molestius, neq; in ædibus
Durior, aut inutilior possessio.
Vsque adeò malum est seruorum genus.
Nihil prætet ventrem sunt, nec futurum quicquam
Prospiciunt.
Quicunq; serui heros suos amant,
Magnam sibi paráť inimicitiam apud alios seruos.
O omnium pessimi, & seruitutem non re ipsa
Habentes, sed fortunæ solùm obnoxij.
Seruos enim non decet possidere, dominis præstantiores.
Serui dominorum morbis inficiuntur.
Seruo non fas est verum dicere,
Quod hero fuerit incommodum.
Quisquis hominum fidem habet seruo
Per quàm stultus mihi esse videtur.
Fidum oportet esse ministrum,
Et talis cùm sit, res heriles amare.
Hei mihi quàm semper improbi sunt serui,
Et audent illicita, necessitate adacti.
Solum seruis dedecorosum est *Eurip.*
Nomen: in cæteris verò omnibus liberis'
Nullus est deterior seruus, si probus fuerit.
Si seruus nihil aliud quàm per omnia seruire discat, *Menander.*
Malus erit: at si libertatem ei permittas loquendi,
Id eum efficiet longè optimum.
Si quis seruus sit, nihilominus, ô here, *Philemon.*
Homo est, si saltem homo fuerit.
Malum est seruo herus malè agens.
Necessarium enim est vt participet malis.
Proculdubio vir fugitiuus in vinculis *Sophocles.*
Pede detentus, omnia ad voluptatem dicit.
Multi cùm effugerunt dominos, liberi *Eubulus.*
Iam existentes, denuo idem præsepe quærunt.
Etsi corpus seruum sit, mens tamen est libera.
Mihi ciuitas est, & confugium, & lex, *Sophocles.*
Et iustorum iniustorumq; omnium iudex,
Dominus meus: huic soli me viuere oportet.
Nunquam rectum est seruile caput, *Theognis.*
Sed semper in tortum, & obliquum collum habet.
Boni serui calamitatem ducunt, si res heriles *Eurip. in Med.*
Sinistrè eueniant, & mens ipsorum percellitur.
Nomen sane non corrumpit bonum seruum:
Sed multi meliores sunt quàm ingenui.
Multis seruorum turpe nomen est: animus verò
Magis est ingenuus quàm non seruientium.
Cæterum erga vulgus, seruos similes *Alexis.*
Habere videbis mores dominis.
Ingenio enim ad seruiendum idoneo, etiam
Præfecta alijs natura commiscetur.
Papæ, quàm vbique seruile genus *Eurip.*

Deteriori sorti destinauit deus.

Bion. Boni famuli liberi sunt. Improbi verò Multis cupiditatibus seruiunt.

Dion. Dominari moderatè oportet, & recreari cupientibus id permittere. Remissio enim ad nouos labores præparat.

Plato. Tam libertas quàm seruitus, si modum excedant, pessimæ sunt: moderatæ verò perquàm bonæ. Est autem moderata seruitus, quæ dijs obnoxia fuerit: immoderata, quæ hominibus.

6 de leg. Qui nunquam seruiuit, etiam dominus laude dignus fieri nequit.

Herodot. Bonis hominibus mali serui: malis verò, boni obtingere solent.

De fide Seruorum erga Dominos.

Ex Romanis.

P. Catrenus Philotimus non seruus, sed iam libertate donatus, & hæres relictus, ita erga patronum fuit affectus, vt in defuncti rogum doloris impatiens se coniecerit.

Nec vulgaris illa in seruo fides qui Triumuirali cõspiratione quendam proscriptum sepulchro texit, quoad ipse ad mare curreret, vt nauigium ad fugam expediret. Mox reuersus herum interfectum inuenit, sed adhuc paululum spirantem: Tum ille, Sustine, here, & hoc vide, vibratóq; ferro turmarum ducem, qui ad cædem venerat, obtruncauit: mox suum hausit pectus, inclamans, Et hoc solamen mortis accipe.

M. Antonius orator clarissimus, incesti reus agebatur: cuius in iudicio accusatores serui in quæstione postulabant. Vt domum ventum est, ille Antonium ob id vehementius confusum vltrò est hortatus, vt se iudicibus torquendum traderet, affirmans nullum ex ore suo verbum exiturum, quo causa eius læderetur: ac promissi fidem mira patientia præstitit; plurimis enim laceratus verberibus, eculeo impositus, omnem accusatoris vim subuertit. Argui fortuna meritò potest, quòd tam pium & tam fortem spiritum seruili nomine incluserit.

Panopionis seruus, cùm ad dominum proscriptum occidendum milites venisse cognosceret, commutata cum eo veste, permutato annulo, illum postico clàm emisit, se autem in cubiculum & lectulum recepit: & vt Panopionem se occidi passus est.

Eadem in dominum admirabili fide Menenij seruus fuit, qui cùm hostes ad Menenium proscriptum interficiendum venisse videret, spreto omni præmio, spretis periculis, ac denique vita ipsa, lecticam Menenij ingressus, ferri se ab alijs seruis iussit. Menenium hostes esse arbitrati, ipsum illic occiderunt. Menenius seruilem vestem amictus, in Siciliam, ad Pompeium profugit.

Alius proscripti seruus ad mare profectus, quærendæ nauis gratia, qua dominum in Siciliam traiiceret, reuersus herũ lethali vulnere à Tribuno percussum offendit: itaque ad eum accedens, dixit, Domine aliquantisper morare, & Tribunum interemit, & super vtrumque gladio incubuit.

Cùm Cleopatra intellexisset Antonium suspicari ipsius culpa cladem fuisse acceptam, eius iram verita in sepulchra se recepit, misitq; qui Antonio nuntiarent eam esse mortuam. Antonius Cleopatræ morte commotus, quæ leuiter de suspicione nuntio crediderat, Heronem seruum vocauit, iussitq; vt eum occideret. At Hero domini vitæ quàm suæ studiosior, arrepto gladio dum fingit Antonium percutere, in seipsum gladium conuertit.

Cùm missi fuissent à Domitiano milites, qui L. Pisonem interimerent, tunc Africæ Proconsulem, & Carthaginem ingressi, ad Pisonis ædes venissent, vbi Piso esset petierunt: Pisonis seruus re perspecta, se Pisonem mentitus occisus est.

Ex Græcis.

Thebanus ille Hercules, sine oraculi monitu, sine casu in Lydia seruiuit, puellaria obiuit munia, calathum & pensa traxit victrix illa dextra, quæ varia orbis monstra sustulit.

Quanta fuit Diogenis Cynici seruitus, Xeniadis Corinthij, qui tam nobile mancipiũ emit, publicè vox testata est: Rogatus enim Xeniades quẽ domi emptum hominem haberet, non hominem, inquit, habeo, sed bonum genium, qui sanctè iusteq; seruit apud me seruitutem.

C. Gracchus ciuili seditione ex Auentino deiectus, amicis destitutus, trans Tyberim fuga delatus, vbi sensit percussores adesse, pectus Philocrati seruo obtulit ferro aperiendum. Paruit ille: cæterùm ferrum ex herili pectore eductum confestim in se vertit, ne cadenti domino superesset. Sic denique moriens est complexus, vt non nisi multis confossus vulneribus ad eo diuelli nequiuerit.

Age nunc, & qua fide seruisse putandus est barbarus ille in Hispania, qui vt herum ab Asdrubale cæsum vlcisceretur, Asdrubalem obtruncauit. Cæterùm raptus ad supplicium, & acerbè discruciatus, tantum abfuit vt doloris signum dederit, vt post multos cruciatus, lætitia gestiens, tanquam optatæ vltionis compos, expirauerit.

Anaxilaus Messenius Rheginorum rex, moriens filios in Micij serui sui tutela reliquit: is auté tanta fide, bonitate atque iustitia commendatam sibi administrationé rexit, vt Rhegini ciues haud indecorum sibi ducerent à seruo æquè, vt ab Anaxilao ante regi. Adultis porro liberis Anaxilai vrbi administrationem tradidit, ipseq; pauca secum accepta pecunia, Olympiam habitatum se contulit.

Cùm Adrumetum obsideretur, à matrona quadam Adrumetana serui in hostium castra profugerunt: vrbe autem capta, cùm hostibus ingressi, statim ad dominam profecti, minari cœperunt, & durum seruitium se vlcisci velle dixerunt: tamen extra vrbem eam in tutum locum deduxerunt, fidemq; ei debitam præstiterunt.

Cùm Asinius Pollio acerbè Patauinos vrgeret, & ob id laterent, edicto seruis libertatem proposuit, qui latentes dominos detegerent. Nullus (mirum quidem) inuentus est, qui non constanter eiusmodi libertatem spreuerit.

Gozagianus Persa cùm in India immensas opes comparasset, inuidia apud iudicem accusatus falso crimine, occidi iussus est. Duo eius serui eo occiso à rege vocati, vt domini pecuniam indicarent, statim vt iacentem herum mortuum viderũt, spreta vita ambo vnanimes cultellis quos secum habebant, regem occiderunt.

SILENTIVM.

Seneca. Quid prodest totius regionis silentium, si affectus premunt?

Gell. lib. 1. Res omnium difficillima, tacere & audire.

Plin. conuer. lib. 6. Interdum non minus est oratorium tacere, quàm dicere.

Idem lib. 9. Mirè silentio, & tenebris animus alitur.

Curt. lib. 4. Lingua grauiùs castigatur, quàm vllum probrum, nec magnæ res ab eo sustineri possunt, cui tacere graue est.

Idem lib. 6. Cùm indicamus inuisi, & cùm tacemus, suspecti sumus.

Pittac. Loqui ignorabit, qui tacere nescit.

In hist. Sax. Tacere, consensus species.

Grues cùm ex Cilicia deuolant, lapillos in os sumunt, atq; ita Taurum montem aquilis plenum tutò transuolant, idq; noctu: Ita tutissimum vbique silentium.

Vt egregius artifex iaculandi statim scopum petit: Ita sapit qui pauca loquitur, sed ad rem.

Ex Græcis.

Arist. Polit. 1. Silentium mulieri præstat ornamentum.

Simonid. Nunquam me pœnituit tacuisse, quod locutus sim.

Euripid. Silentium sapientibus responsi loco est.

Demetr. Phalar. Obsigna verba silētio, silentium autem occasione.

Plut. de educ. lib. Magnæ est sapientiæ tempestiuum silentium, & omnui certè est sermone præstantius.

Ibidem. Pauca loquentibus, paucis legibus opus est.

Diogen. lib. 1. Nemo stultus tacere potest.

Eurip. in Oreste. Est vbi silentium, sermone potius est: est vbi sermo, silentio.

In Hippoly. Silentio non opus est in malis.

Plut. de loqua. Silentium cùm vbique culpa vacet: tum maximè in aliorum conuiuijs, nescio quid egregium Socraticum, aut potius Herculeum præsefert.

Multis hominibus pharmacum malorum est loquacitas.

Multis hominibus pharmacum malorum est taciturnitas.

Silentij præmium periculo vacat.

Theogn. Silentium obscurus est interpres sermonis.

Idem. Nullus stultorum in conuiuio silentium præstare potest.

Apophthegmata.

Silere in tempore. Archidamidas cuidam qui viuio vertebat Hecatæo Rhetori quòd in cōuiuio nihil dixisset: Videmini, inquit, mihi nescire quòd is qui dicendi nouit artem etiam dicendi nouit opportunitatem. In senatu, in foro, in concione, in legatione locus est oratori: At in temulentis cōuiuijs maiore cum laude silet eruditus quàm loquitur. Sic periti bellatoris est non minus scire fugiendi artem quàm pugnandi.

In cōcessu rogatus à quodam Demaratus, an ignauia, an sermonis inopia sileret: Atqui stultus, inquit, ne potest quidem silere.

Apud Lacedæmonios conuiuia ingredientibus, qui natu erat maximus, singulis fores ostēdebat, dicens, per hos nullus egreditur sermo, admonens nihil effutiendum, si quid liberius dictum sit in conuiuio.

Chilo rogatus quid esset difficile, Arcanũ, inquit, reticere: Tanta est linguæ volubilitas, quum nihil videatur facilius quàm silere.

Legebat Alexander epistolam à matre missam, quæ arcana quædam & calumnias aduersus Antipatrum continebat, simulque cum rege legebat Ephæstiō, nec enim rex vetuit legere, sed perlecta epistola annulum è digito detractum ori illius appressit: hoc gestu admonens vt arcana contineret.

Silentiũ ducis. Cuidam tribuno militum percontanti apud Metellum quid esset facturus. Si eius rei, inquit, scirem mihi tunicam esse conscium, exutam in ignem coniicerem.

Theophrastus Eresius ad eum qui in cōuiuio perpetuò silebat: Si, inquit, indoctus es, prudenter facis: sin doctus, imprudenter. Est aliqua sapientiæ pars stultitiam tegere.

Cleanthes cuidam petenti aliquod dictum, dixit: tace tace, tene vestigium. Innuens pueris maximè conuenire silentium.

Euripides cuidam exprobranti graueolētiam oris, Multa nimirum, inquit, in illo occultata computruerunt. Significans se arcana continere solitum esse.

SIMILITVDO.

Duo illa nos maximè mouent, similitudo & exemplum. *Cicer. 3. de orat.*

Quod exemplo fit, id iure fieri putant homines. *Cic. Seruio famil. 4.*

Simile simili gaudet.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi. *Hora. lib. 1. epi.*

Similium idem est indicium.

Postremo, si dictis nequis perduci, vt vera hæc credas *Plaut. in Mostell.*
Mea dicta, ex factis nosce rem. Vides quæ sim, & quæ fui ante:
Nihilo ego minus, quàm nunc tu, amata sum, atq; vni modò gessi morem,
Qui pol me, vbi ætate hoc caput colorem commutauit, reliquit,
Deseruit me, tibi itidem futurum credo.

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis *Ovi. 2. de Pōto.*
Et seruat studij fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.

Similitudo duorum.

Nam ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum: *Plaut. in Menaech.*
Nec aqua aquæ, nec lac lacti, crede mihi, vsquam similius,
Quàm hic tui est, tuque huius.

SIMVLATIO.

Cice. pro Marcello. In animis hominum multæ ſunt latebræ & multi receſſus.

Cic. ad Q. Frat. Multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſque natura, frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur.

Cic. ad. Brut. Temere affirmare de altero eſt periculoſum propter occultas hominum voluntates, multiplicesq́ue naturas.

Cic. Lētul. Famil. 1 Fronte atq; vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur.

Verg. 2. Aenei. Talia voce refert, curisq́; ingentibus æger
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.

Plaut. in Trinum. Sapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi.

Terent. in Adelph. Simulare certi eſt hominis.

SOBRIETAS.

Cice. 4. ad Herenn. Eſſe oportet vt viuas, viuere non vt edas.

1. off. Victus, cultusq́ue corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem.

Cato maior. Tantum cibi & potionis adhibendum eſt, vt reficiantur vires, non opprimantur.

5 Tuſcul. Iucũditas victus eſt in deſiderio, & nõ in ſatietate.

2. de finib. Cibi condimentum eſt fames: potionis, ſitis.

Cato maior. Non intelligunt homines quàm magnum vectigal ſit parſimonia.

Pro Flacco. Quæritur in re domeſtica continentiæ laus: in publica dignitatis.

4. Tuſcul. Omnium perturbationum fons eſt intemperantia, quæ eſt à tota mente, etiam à recta ratione defectio: ſic aduerſa à præſcriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.

5. Tuſcul. Mente rectè vti non poſſumus, multo cibo & potione contenti.

Ex Apophtheg.

Bono ſtomacho ſatis eſt opſonium eſſe coctum, etiam ſi nihil accedat deliciarum.

Non eſt dignus nomine Romano, qui plus appetit, quàm quod ad victum frugalem ſatis eſt.

Immodicè bibere quouis loco turpe eſt.

Sobrietas ſalubrium conſiliorum eſt parens: neq; enim vinoſi ad conſultandum ſunt idonei.

Facillimè viuit, qui paucíſsimis contentus eſt.

Fames & ſitis optimè condit omnia.

Qui paucis ac neceſſarijs contentus eſt, ſibi faciet vilem annonam.

Expeditiſsima eſt ratio augendi cenſus, detrahere ſumptibus.

Tenue prandium optimè condit cœnam.

Ebrijs omnia in gyrum verſari videntur.

Studium ac victus parſimonia, pallorem cõciliant homini.

Sobrietas imprimis decet principem.

Victus moderandus eſt, non ex rerum copia, ſed ex vſu ac neceſsitate naturæ.

Nihil ſimilius eſt inſano quàm ebrius.

Ex Poëtis.

Horat. libro 2. Serm. Accipe nunc, victus tenuis, quæ quantaq́; ſecum
Afferat, imprimis valeas bene, nam variæ res
Vt noceant homini credas, memor illius eſcæ
Quæ ſimplex olim tibi ſederit, at ſimul aſsis
Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis,
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoq́; tumultum
Lenta feret pituita: vides vt pallidus omnis
De cœna ſurgat dubia? Quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs, animum quoque prægrauat vnà,
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ:
Alter vbi dicto citius, curata ſopori
Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

Plaut. in Curcul. Coquos equidem nimis
Demiror, qui tot vtuntur condimentis, eos eo
Condimento non vtier, quod præſtat omnibus.

Lucan. lib. 4. Diſcite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus Conſule Baccbus:
Non auro mirrhaq́; bibunt, ſed gurgite puro
Vita redit: ſatis eſt populis fluuiusq́; Cereſq́.

Horat. lib. 2. Serm. Quæ virtus & quanta bonis ſit, viuere paruo
Nec meus hic ſermo eſt, ſed quẽ præcepit Ofellus.

Idem. Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.

Iuuenal. Buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ.

Plaut. Non vinum moderari, ſed vino ſolent, qui quidem probi ſunt.

Ouid. Vina parant animos Veneri.

Plaut. In vinum mutum confertur plerumq; culpa.
Quod ſi loqui poſſet, ſe defenderet:
Nimis eſt vile vinum atq; amor,
Si ebrio atque amanti impunè facere, quod lubeat licet.

Plinius. Homini cicuta eſt vinum.

Propert. Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Plaut. Vinum memoriæ mors.
Magnum hoc vitiũ vino eſt, pedes captat primùm, luctator doloſus eſt.
Quem tu aſſeruare rectè ne aufugiat, voles,
Eſca atq; potione vinciri debet,
Apud menſam plenus, homini roſtrum deliges.
Dum tu illi quod edat, & potet præbeas
Arbitratu ſuo affatim quotidie,
Nunquam ædepol fugiet.

Cic. 5. Tuſcul. Timotheum clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis ferunt, cùm cœnauiſſet apud Platonem, eoq́; conuiuio admodum delectatus eſſet, vidiſſetq́; eum poſtridie, dixiſſe: Veſtræ quidem cœnæ non ſolùm in præſentia, ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt.

5. Tuſcul. Darius in fuga cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius: nunquam videlicet ſitiens biberat.

Ibidem. Ptolemæo peragranti Aegyptum, comitibus non conſecutis, cùm cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius.

Ibidem. Cũ Dionyſius cœnauiſſet, negauit ſe iure illo quod cœnæ caput erat fuiſſe delectatum. Tum is qui illud coxerat, minimè mirum: condimenta enim defuerunt. Quæ tãdem? Labor in venatu, curſus, ſudor, fames, ſitis. his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

Leontychidas primus percontanti cuidam quamobrem Spartiatæ ſobriè multum biberent, Ne, inquit, pro nobis alij, ſed nos potius pro alijs conſultemus. Salſiſsimè notans vinoſos nõ eſſe ad conſultandum idoneos, ſed ſalubrium conſiliorum

liorum parentem esse sobrietatem.

Socrates admonere solebat ita vtendum esse edulijs, vt nec corpus, nec animus oneretur.

Sobrius princeps. Epaminondas, cùm festum diem celebraret eius ciuitas, omnesq; compotationibus indulgerent, cuidam ex suis obuius factus est squalidus & cogitabundus. Admirante illo, rogáteq; quid tandem esset rei, quòd ita affectus esset, Vt vobis inquit, omnibus ebrios ac socordes esse liceat. O vocem principe dignam. Tum enim maximè vigilandum est principi, quum populus maximè indulget genio. At regem non decet genialiter viuere.

Romulus vini natura parcissimus, quum ad cœnam vocatus, minimum bibisset quòd postridie negocium haberet: dixerunt familiares: Si ad modum istum biberent omnes, vinum vilius esset: Imo verò, inquit ille, charius, si quantum vellet quisque biberet, nam ego bibi quantum volui.

Plutarch. in Moral. Ignaui canes in mensa audent, in venatu minimè: Sic ingenerosum est, cùm sobrius liberè loqui non audeas, inter pocula garrire.

Idem. Vt in tranquillitate corpus expeditum redditur aduersus imminentem tempestatem: ita tenui victu vtendum, vt si incidat opiparum conuiuium possis enatare.

Vt Atheníenses nunquam de pace consultabant nisi pullati: Ita nobis non venit in mentem moderanis victus, nisi iam febri æstuantibus, & admotis pharmacis.

SOCIETAS.

Cice. 5. act. in Verr. Socij putãdi sunt, quos inter res communicata est.

Pro Rosc. Amer. In rebus minimis socium fallere turpissimum est, propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse qui cum altero rem communicarit.

Cice. pro Rosc. Amer. Nemo ferè credit, nisi ei quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset.

Philipp. 2. Literas ad se ab amicis missas, offensione aliqua interposita, in medium proferre, palamq; recitare, nihil est aliud, quàm tollere è vita vitæ societatem, tollere amicorum absentium colloquia: multa enim esse solent in epistolis loca quæ prolata si sint, inepta esse videanntr, & multa seria, neq; tamen vllo modo diuulganda.

Pro. Rosc. Com. Aeque perfidiosum ac nefarium est, fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere qui in negotio se coniunxit.

Pro Quint. Necesse est qui socium fama & fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum & impium esse fateatur.

Pro. Rosc. Amer. Tecti ad alios esse possumus: socium verò cauere quomodo possumus? quem etiam si metuimus, ius officij lædimus. Vnde maiores, eum qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere.

3. de leg. Nihil præter laudem bonis atque innocentibus ex socijs reportandum est.

Seneca epi. 95. Nulla res magis honesta induit, dubiosq; & in prauum inclinatos reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuersatio & societas: paulatim enim descendit in pectora, & vim præcepti obtinet, frequenter audiri, frequenter aspici, occursus me hercule sapientum iuuat, & est aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias.

Cice. post redit. in Senatu. Amicitia, consuetudines, & vicinitates, quid habeant voluptatis, carendo magis intelligimus quàm fruendo.

Eras. in epist. Nulli sunt ad perdendum hominem magis instructi, quàm qui cum eo familiariter vixerunt.

Liuius lib. 2. Assidua conuersatio magnos homines minus verendos facit.

Seneca epi. 47. Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velis.

Cic. 1. off. Omnis ratio & institutio vitæ adiumenta hominum desiderat, in primisque vt habeas quibuscum familiares sermones conferre possis.

Senec. episto. 6. Nullius boni, sine socio, iucunda possessio est.

Epist. 7. Inimica est multorum conuersatio: nemo non nobis aliquod vitium, aut commodat aut imprimit, vtq; quo maior est populus, cum quo conuersamur, hoc periculi plus est: nunquam mores, quos effero, refero, auarior redeo, ambitiosior, imò verò crudelior, quia inter homines fui. vtrumq; autem deuitandum est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt: néue inimicus multis, quia dissimiles sunt.

Ibidem. Recede in teipsum, quantum potes, cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admitte, quos tu facere potes meliores: mutuò ista fiunt, & homines dum docent discunt.

Ex Græcis.

Arist. in Top. Prauus socius est qui impedit commune bonum.

Polit. a. Omnis societas, alicuius boni causa facta est.

Pythag. Ne cuiuis inijcias dexteram.

Eurip. Socios repellere, inuidiosum est.

Demosthen. 1. Olynth. Ea societatis conditio est, vt bella communi consilio suscipiantur, & deponantur.

Ibidem. Qui socijs periclitantibus non succurrit, facillimè deseritur.

Ibidem. Sociorum alienatio est veluti mẽbri à corpore.

Ibidem. Qui ab alijs impulsi bella suscipiunt, infirmi socij sunt, & ad tempus in ea manent.

Aristo. oecono. lib. Non decet homo sanæ mentis vbicunque conuersari.

Pythag. Ea ratione conuersandum, vt ex inimicis amicos, non ex amicis inimicos faciamus.

Epictetus. Hominem quicum conuersaris tribus modis considera: nempe vt præstantiorem te, aut inferiorem, aut æqualem: præstantiori quidem auscultare, & obtemperare conuenit: inferiori persuadere modestè: æquali autem consentire. hoc sanè modo nunquam in contentionem incides.

Arist. de censu. Omnis virtus vnita plus est, quàm multiplicata.

SOCORDIA.

Pub. Mim. Diues si desidiosus, pauper erit.

Demosth. 1. Olynth. Cum multo dolore vident sapientes ignauiam eorum, quibus consultum velint.

Ibidem. Homines socordes præsentia negligunt, futura bene successura putant.

Ibidem. Aduersariorum ignauia, sæpe magis crescunt aliqui, quàm suis opibus.

Arist. de virt. & vit. Socordia vitium est animosæ partis, quo consternantur periculis, præsertim mortis.

Ibidem. Socordia est, quouis metu facilè perturbari, & mortis maximè, & noxarum corporis: & arbitrari præstabilius esse quomodocumque seruari, quàm pulchrè mortem obire: comitatur autem ignauiam mollicies, effœminatio, torpor, vitæ studium: subest etiam quædam timiditas & contentionis detractio.

Eurip. Nullus socors in celebrem virum euadit.

Salust. in Iugur. Socordia nemo immortalis factus.

Curtius lib. 5. Sæpe tædio laboris, ad vtilitatem sui compelluntur socordes.

Idem. lib. 7. In suo quisq; negotio hebetior est quàm in alieno.

In hist. Sax. Socors pectus est, quod nullis precibus excitatur.

Liuius lib. 3. Secundæ res socordiam inducunt.

SOLERTIA.

Solertia conando vincit omnia.

Manilius lib. 1. Astronom. Omnia conando docilis solertia vincit.
Nec prius imposuit rebus finemq; manumq;
Quàm cœlum ascendit ratio cœpitq; profundis
Naturam rerum causis, viditq; quod vsquam est.

Solers pigros odit.

Plaut. in Rudente. Opera
Haud fui parcus mea: nimis homo nihil est, qui piger est,
Nimisq; id genus odi ego malè.

Solerter ab Agesilao factum. Agesilaus in compotatione conuiuij princeps factus, cuius partes erant præscribere quantum quisq; biberet: rogatus à pincerna, quantum vini cuique apponeret. Si multum, inquit vini paratum est, dato cuique quantum poscit: Sin parum cunctis ex æquo diuidito. Hac solertia mirè prospexit ne vel paratum vinum deesset, quibus placeret largior potatio: vel ad bibẽdum cogerentur, quibus placeret sobrietas.

Solertia eiusdem. Idem cùm parta seruorum per victoriam copia, edixisset vt captiui nudi venderentur, Et vestium multi emptores inuenirentur: Cæterum corpora ipsa candida, tenera, in vmbra ac voluptatibus educata nemo expeteret: Hæc, inquit, sunt (corpora ostendens) pro quibus pugnatis & eum quibus: duplici argumento suis animum addebat, & spe præmiorum, & hostium imbellium contemptu.

Eiusdem. Cùm Epaminondas Spartam inuaderet muris vacuam, adolescentes Spartani nonnulli hostium aduentu territi, ad ipsos transfugere statuerant, & locum extra vrbem occuparant. Quod perpendens Agesilaus, ad adolescentum turmam cum exercitu venit, ac perinde quasi id bono animo fecissent, collaudauit consilium, sic adiunctis comitibus locum tutum reddidit. Etenim qui transfugiendi consilium clàm cœperant, maiorem numerum adiunctorum videntes, sese commouere non ausi sunt.

Agis primus Argiuos vicerat, qui redintegratis viribus ferociores illi occurrebant. Agis itaque conspicatis multos è socijs turbari: Cùm nos qui vicimus trepidamus, quid facere cẽsetis eos qui à nobis victi sunt? Ea solertia animũ suis reddidit.

Archidamus à duobus inter se dissidentibus delectus arbiter, ambos duxit in lucum Mineruæ: ibi ab illis iusiurandum exegit, vt starent arbitri iudicio. Itaque pronuntiauit, ne prius hoc luco exirent, quàm dissidium, quod inter ipsos erat deponeretur. Nec ambos offendere voluit, recusato arbitrio, nec alterum è duobus alienare, si pro altero contra alterum tulisset sententiam.

Augustus à psittaco salutatus, hunc emi iussit. Idem miratus in pica, & hãc mercatus est. hoc exemplo sutor sollicitatus, coruũ ad huiusmodi salutationem instituit. Itaque cùm Cæsarem prætereuntem salutasset, Satis, inquit Cæsar, istiusmodi salutatorum domi habeo. Tum dominus desiens, dixit, opera & impensa perijt. Quæ verba multoties prolata cùm exprimeret coruus, maiori pretio emptus est ab Augusto, quàm picca aut psittacus.

Gelo Siciliæ tyrannus cùm pecuniam à suis ciuibus æquo maiorem exigeret, & ob id tumultuantes videret, dixit se mutuo petere, quippe redituram. Ita volentes dederũt, atque ille peracto bello reddidit.

Pisistratus Atheniensium tyrannus, quum aliquot amici qui ab ipso defecerant Phylem occupassent, stragulas in sarcinam colligatas portans ad illos venit. Cæterum illis admirantibus, & quid sibi vellet percontantibus, vt, inquit, si persuasero reducam vos: si non, maneam vobiscum: ob hoc enim veni cum sarcinis. Egregius animus qui nollet sine amicis nec regnare nec viuere.

Antisthenes exprobranti cuidam quòd interdum cum improbis haberet consuetudinem, Et medici, inquit, cum ægrotis versantur, nec tamen ægrotant ipsi. Sentiens philosophum ideo cum improbis versari, vt eos reddat meliores.

Leo Byzantius Sophista cùm prodijsset ad populum tumultuantem de concordia dicturus, risum populo exhibuit, quòd multum obœsus esset: At ille, quid rideretis, viri Athenieñses, si vxorem videretis me multò obœsiorem? nos tamen concordes vnus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus. hoc dicto solerter populum placauit.

SOLITVDO.

Solitarius homo, aut angelus aut bestia. *Arist. polit. 1.*
Vnus vir non omnia videt. *Euripid.*
Vnius manus imbecillis pugna. *Idem.*
Hominem solum quantumuis angusta fortuna alit.
An non aurea res est solitudo. *Amphidan.*
Antisthenes rogatus quid emolumenti cœpisset ex Philosophia, Vt mecum, inquit, loqui & viuere posim. Doctus enim si solus sit, tædium solitudinis non sentit.

Myson cùm in solitudine ridens fuisset deprehensus, rogatusque quid rideret cùm esset solus: Atqui ob hoc ipsum, inquit, rideo: Subindicans sibi gratissimam esse solitudinem.

Cleanthes quendam solitarium conspiciens, ac secum loquentem, Haud, inquit, loqueris cũ homine malo. Malis enim periculosa est solitudo.

Pyrrho Eliensis, deprehensus aliquando solus, ac secum

ſecum loquens, rogatus quid ſolus ageret, Meditor,inquit, eſſe probus. Sentiens ad id vtilem eſſe ſolitudinem,inutilem verò turbam.

Timon Athenienſis non religione, non rerum cœleſtium indagine addactus, ſolus eſſe voluit, ſed prauo affectu,& rigore naturæ,omni hominum commercio ſibi interdicto.Is domicilium ſibi in agro Attico parauit, vt hominum congreſſum fugeret.Vix vnus Athenienſium Pœanthus ab eo admittebatur,qui cùm ſuper cœnam iocularitet dixiſſet, nónne ſatis pulchrum hoc conuiuium? cui Timon, pulchrum quidem Timon,ſed adhuc pulchrius futurum,ſi Pœantbus non adeſſet.

Heraclitus Epheſius vir magno alioqui ingenio, ſuorum ciuium tædio ad Phanum Dianæ primò ſeceſsit vbi aliquando irriſus,quod cùm filijs luderet,Malo hoc,inquit:nam vtilius eſt id facere, quàm Rempub. vobiſcum adminiſtrare. Abiit inde hominum odio in montes, herbarum & aquæ victu contentus,ferarum ritu ſoliuagus.

Sinopæus Diogenes Cynicus dictus in cranio extra Corinthum habitauit: qui tametſi ſtudijs omium quæſiuiſſe videri poteſt,declinauit tamen ſedulò hominum congreſſum, pallioque & pera contentus, haud dubiè tegem multò ſe inferiorem indicanit, cui ad ſe venienti ne aſſurrexit quidem. Fœliciſsimus ab Alexandro iudicatus eſt, qui cùm eum in cranio vidiſſet, Diogenem ſe eſſe optauit,niſi Alexander eſſet.

Numa Pompilius priuatus adhuc in agris plurimùm fuiſſe traditur,deorum lucis & nemoribus inambulans, omnis humani cultus negligens, procul ab omni conſilio, conuentuque mortalium agens. Non itaque odium hominum, ſed religio quædam diſcendiq; cura ſecretum illud Pompilio peperit,virtutis opinio regnū aſtruxit.

SOMNVS.

Quint. decla. 2. Somnus ipſe pars vitæ eſt.

Ibidem. Nihil eſt quod facilitas humana poſsit facilius imitari,quàm dormientis ſimulario.

Ibidem. Inter dormientem & ſimulantem non eſt niſi conſcientia.

Cato maior. Nihil eſt tam ſimile morti quàm ſomnus.

Plaut. in Moſt. Non bonus eſt homini ſomnus poſt prandium.

Liuius lib. 2. Somnus altiſsimus in ſecunda vigilia noctis.

Ex Græcis.

Ariſt. de ſomno & vig. Neceſſe eſt omne,quod vigilat,dormire.

Ibidem. Somnus ex quarundã laſsitudinum genere prodit.

Ibid. Somnus eſt requies data animalibus propter ſalutem eorum.

Hiſt. animal. 4. Homo non ſomniat ante quartum annum, ſed poſt.

Ibid. Homines, qui nunquam ſomniauerunt, viſo ſomnio mutantur, vel in morbum vel in mortem.

Plutar. de tuē. da bona valet. Inter cœnã & ſomnũ interuallũ aliquod intercedat.

Idem. Somnia peruerſorum turbantur.

Plato. Hoſtes diſciplinarum labor & ſomnus.

Eurip. Suauiſsimus palpebris accedit ſomnus ab aurora.

Plato de leg. Somnus mortis frater eſt.

Somnus animi quies malorum domitor.

Tu ô domitor *Seneca in Herc. fur.*
Somne malorum,requies animi,
Pars humanæ melior vitæ.
Stulte quid eſt ſomnus,gelidę niſi mortis imago? *Ouid.*
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor *Seneca i Octauia.*
Ea per quietem ſacer,& arcanus refert
Veloxq́; ſenſus.
Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno, *Claudian. præfat. 3 de rapt. Proſerp.*
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſyluas,& ſua luſtra redit.
Iudicibus lites:aurigæ ſomnia currus,
Vanaq́; nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans,permutat nauita merces,
Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Blandaq́; largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti
Artibus aſsiduis ſollicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar
Ante pedes ſummi carmina ferre Iouis.
Somnus agreſtum *Horat. Oda 1. lib. 3.*
Lenis virorum,non humiles domos
Faſtidit.
Veris miſcet falſa,futuri *Seneca in Herc. fur.*
Certus,& idem peſsimus autor ſomnus.
Tu leuis es,multoq́; tuis ventoſior alis, *Ouid.*
Gaudiaq́; ambigua dasq́; negasq́; fide.
Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, *Tibull. lib. 3. eleg. 4.*
Et pauidas mentes falſa timere iubent.

Item vincens omnia ſomnus,ſua quandoque vincula ſoluit,nec ſemper occupat. *Sophocles in Aiace.*

Somnus affectuum noſtrorum ſuauiſsimus eſt. *Themiſtius.*

Somnus & vigilia.

Maiori Africano non tam curæ fuit pietas, quàm ciuium de ſe opinio,cùm antelucanis horis adoleſcens Capitolium aſcẽdebat, aſsidebatq́; ſolus Ioui, futuras hoſtium ſtrages & excidium Carthaginis animo verſans.

Fuerunt Ethnicorum plærique ſomni,qui omnem voluptatis illecebram aſpernati, labore & continentia vitam tranſegerunt:ſed hi non cæleſtium affectu, ſed ſapiẽtiæ ſtudio, ſeueriori cauſæ & diſciplinæ ſeſe addixerunt. Etenim quid Diogene illo Sinopæo aut cultu neglectius, aut victu deſpicatius, aut cubatu durius habuit vnquam vita hominum? pallio duntaxat vno vſus eſt: oleribus & pane contentus, humi iacens ſomnum capiebat,aut in dolio.

Ariſtoteles excellenti vir ingenio non ſomno & quieti indulſit, ſed nocturnis lucubrationibus æneà pila vtebatur: cui altera manu cõpreſſa labrum ſubijciebat,vt ſi longa vigilia fatigatus obdormiſſet,ſtrepitu cadentis pilæ expergiſceretur. Pulchrum hoc quod diſciplinis datum ſed multò pulchrius, ſi peruigilium illud, cæleſtium rerum meditatio ſibi vindicaſſet.

Cubabat humi Barchinus Annibal adoleſcens adhuc inter ſtationes militum, militari ſagulo coopertus, quanquam imperatoris filius. Verùm durior ille cubatus non ad pietatem, ſed ad futuram feritatem: non ad continentiam,ſed ſæuitiam

tiam spectabat: vt satius ei fuerit dormire, quàm per hæc bellum & sibi & patriæ meditari.

Zeno Eleates dicebat è suis quemque somnijs deprehendere posse quantum in philosophia profecisset: si nihil illic vel appeteret vel faceret nefarium. Animus in profunda tranquillitate constitutus, veros affectus prodit. Contrà quæ vigilantes non audent profari, aut agere, ea noctu occurrunt in somnijs.

Ausõ. Quàm vigil ignauo demit solertia somno:
Additur hæc vitæ longior hora tuæ.

SPES.

Ex monost. 4. in Catil. Sola spes hominem in miserijs consolari nequit.

Ex Apophtheg. Erasmi. Multa sibi promittunt inania, qui spe ducuntur.

Ingenia erecta non desperanda, sed quod redundat recidendum est.

Frequenter desperatio magnum robur addit animo, non minus quàm spes victoriæ.

Quintil. lib. 5. Voluntatem spes facit.

Sen. epist. 95. Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Declam. 12. Mobiles sunt miserorum spes.

Cic. 3. de orat. O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam & inanes nostras contentiones quæ in medio spatio sæpe franguntur, & corruunt, & ante in ipso portu obruuntur, quàm portum conspicere potuerint.

Cic. in Catil. Sola spes hominem in miserijs consolari solet.

Curt. lib. 7. Strenuus metus est, velocior tamen spes.

Plaut. in Most. Insperata sæpius accidunt, quàm quæ spectes.

Cic. 5 Tuscul. Nec lætabitur vnquam, nec mœrebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponit sui.

Ex Græcis.

Chilo. Periti ab imperitis bona spe differunt.

Bias Dulcis res spes est.

Eurip. Spes pascit exules.

Idem Sperare, non ignaui viri est.

Apollodor. Meliora semper expectanda sunt.

Diogen. Quod extremum in vita est, spes est.

Idem Spes mala, sicut malus viæ dux ad peccata ducit.

Idem. Nec nauim vna sola ancora, nec vitam vna sola spe muniri oportet.

Idem. Vt crura, sic spem quoq; non vltrà extendere conuenit, quàm fieri commodè potest.

Thales Quod maximè commune est, spes est.

Eurip Spes temerariæ plerunque fallunt homines.

Spes vigilantium, est somnium.

Plut. in moral. Quemadmodum Aegyptij lege iubebantur expectare, donec peperisset, si qua grauida morbo fuisset correpta: ita non facilè abijcienda spes in hominum erratis.

Theognis. Spes & periculum inter homines similes sunt:
Sunt vtrique difficiles dæmones.
Sola spes inter homines bonum est nomen.

Eurip. Spes res est pessima mortalibus quæ multas ciuitates
Commisit, nimis efferens animos.

Sophocles Spes enim alit homines plurimos.

Linus. Speranda sunt omnia: nihil nō enim sperari potest.

Apollod. Nunquam oportet animum despōdere hominem infortunatum.
O viri, meliora verò sperare.

Menander. Sapientibus vita spe confirmanda est.

Homo infortunatus spe seruatur.

Neque bona aspirāte fortuna totā laxes habenam. *Eurip.*
Et in malo successu bonam spem concipias.
Fatigantur & mortalium calamitates.
Et ventorum flatus non semper validi sunt. *Eurip. in Her. fur.*
Et fortunati non perpetuò fauentem habent fortunam.
Discedunt enim omnia inuicem à priori statu.
Optimus autem ille vir est, qui spe,
Semper fretus fuerit: desperare verò mali viri est.

O Iupiter colendissime, quantum malum spes est. *Menander.*
Adeò molesta res est expectare.

Nulla res non speranda, vel abiuranda est, *Archilochus.*
Vel admiratione digna. Iupiter enim Deûm pater,
Ex meridie noctem fecit, abscondita luce
Cùm sol splenderet: tristis autem timor homines inuasit.
Hoc argumento nihil non credi & sperari debet
Hominibus.

Bono animo, amice Batte, viuendum est: forte cras melius se res habebit. *Theocrit.*
Spes est inter viuos: extra spem verò sunt defuncti.
Et Iupiter aliàs serenat, aliàs pluit.

Nihil insperatum: omnia verò speranda sunt. *Eurip.*

At ego bene procedens, meūq; iter in loco dediui *Bion.*
Isto, apud arenam & littus cantillo,
Duram obsecrans Galateam: dulcem verò
Spem ad extremam vsq; senectutē nō relinquam.

Spes rectè sapientum voti compos fieri potest, insipientium verò impossibilis est. *Democrit.*

Diogenes interrogatus quid in vita extremum esset: spes, dixit.

Thales interrogatus quid maximè commune esset: Spes, respondit. hanc enim etiam illi habent, qui habent nihil.

Hominem natum expectare oportet omnia.

Insperati euentus.

Tu volucres, ô fili, spes persequeris, *Eurip.*
Non fortuna te. Non vnus autem fortunæ modus est.

Et nunc ista tam grauia multaq; verba *Patroclus.*
In adeò breue vas fortuna collegit.
Quid tandem mortales multa temerè minamur,
Dum alter aduersus alterum vehemens est dicēdo:
Et omnia nos effecturos animo concipimus.
Longè prospicientes: vicinam autem fortunam
Infœlicis fati non scimus, neque videmus.

Spes temerariæ plerunque fallunt hominem. *Eurip.*

Ex rebus insperatis gratia maior hominibus *Idem.*
Apparet, potius quàm expectatis.

Multa præter spem faciunt dij, *Idem.*
Et sperata finem non attigerunt,
Insperatorum autem exitum Deus inuenit.

Bono sis animo. Fortalsis ita fiet. Multa dijs *Idem*
Facilia sunt, quæ desperant homines.

O Hecuba, quàm insperatum accedit numen
Mortalibus, & fortunas nunquam eodem modo secum trahit.
Viden' quàm infinitæ res insperatæ contingant?
Multi tempestates effugēre marinas.
Multi suis hostibus in pugna præstantiores,
Postea victi ab illis, meliorem fortunā nacti sunt.

Nemini dum viuit licet dicere, hoc vel illud non patiar. *Menander.*

Cæterum

Cæterum omnia non expectata reddũt attonitos.
Homer. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.
Theogn. Sæpe fit vt præter opinionẽ ac spẽ fine potiantur
Opera hominum: consiliis verò non obtigit finis.
Idem. Rebus omnibus imminent pericula, neque nouit aliquis
Quorsum euasurus sit in principio negotij.
Sed alius dum conatur fieri clarus, & assequi laudem, non prospiciens,
In magnum & difficile incommodum cadit:
Alij malè ac temere agenti Deus vbiq; indulget
Prosperũ euentũ, quo insipientiæ malum soluitur.

Ex Poëtis.

Spes multos decipit.

Ouid. 26 epist. Tale nihil timeo, sed nec Medea timebat.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Plaut. in Rud. Nam multa præter spem scio multis bona euenisse.
AMPH. At ego etiam qui sperauerint spem decepisse multos.
Ouid. 2. de Pon. Quamuis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate dei.
Hor. oda 11. li. 1 Spem longam reseces, dum loquimur fugit inuida
Ætas, carpe diem, quàm minimũ credula postero.
Teren. in Adelp. Ego spem pretio non emo.
Sen. in Her. fur. Turbine magno spes sollicitæ
Vrbibus errant, trepidiq; metus.
Teren. in And. Væ misero mihi
Vt animus in spe atq; in timore vsq; antehac attentus fuit.
Itaq; postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.

Spes hominum vitam fouet.

Ouid. 2. de Pon. Spes igitur pœnæ menti, Græcine, leuandæ
Non est ex toto nulla relicta meæ.
Hæc dea cùm fugerent sceleratas numina terras,
In dijs inuisa sola remansit humo.
Spes facit, vt videat cùm terras vndiq; nullas
Naufragus in medijs brachia iactet aquis.
Hoc facit vt viuat fossor, quoq; compede vinctus
Liberaq; à ferro crura futura putet.
Sæpe aliquem solers medicorum cura relinquit,
Nec spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clausi sperate salutem,
Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.
Hæc dea quàm multas laqueo sua colla ligantes,
Non est proposita passa perire nece.
Tibull. eleg. vltima lib. 2. Iam mala finissem leto, sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis,
Semina quæ magno fœnore reddat ager.
Spes etiam valida solatur compede vinctum,
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.
Stat. lib. 2. Spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.
Idem lib. 2. Et qua non grauior mortalibus addita cura
Spes vbi longa venit.
Senec. Medea. Qui nihil potest sperare, desperet nihil.
Plaut. in Most. Insperata sæpius accidunt, quàm quæ speres.
Sil. Ital. lib. 7. Spes heu fallaces, oblitaq; corda caducum
Mortali quodcunq; datur.

Exempla Græcorum & Latinorum.

Fœminis sua spes blandita est, æternitatemq; pollicita, vt Semiramidi, quam compulit vt virilem sexũ mentiretur, ad amplissimos ducendos exercitus. Itaq; nusquam tot adiisset labores, tot pericula suscepisset, nisi aliquid esse persuasum haberet quod vltra hoc quod viuimus, stabile esset atq; perpetuum mansurum.

Recusasset Arthemisia Xerxis commilitium, sexus imbecillitate excusata: sed & prælia obire voluit & militares ferre labores, ne tota semel interiret.

Huc spectat spes illa Romuli, huc Numæ sanctitas: quorum etsi hic inter deorum aras vixit, ille inter lituos & arma, neuter tamen tantũ suscepisset laboris, si omnia cũ corpore interitura credidisset: aliquid ambo à mortalitate diuersum spectarũt.

Curij paupertas, fides Reguli, Fabricij constantia, Catonis sanctitas, Bruti & Torquati seueritas, multò lõgius prospexere, quã breuis sit humanæ vitæ terminus nisi virtutis operibus lõgius extẽdatur. Oẽs immortalitatis spẽ cõplexi tales fuerunt, qualiũ virorũ fama sit omni æuo duratura.

Quis demũ Vestalis Claudiæ, aut Thusciæ factum considerat, qui non fateatur sine spe euẽtus eorum quæ sequuta sunt, res tantas nõ modò fieri, sed ne tentari quidem potuisse? & tamẽ hæc cribro aquam hausit, illa nauẽ cingulo remolita est.

STVDIVM.

Studio literarum ab adolescentia incumbendum.

At tu dum primi floret tibi temporis ætas — Tibull. eleg. 5 lib. 1.
Vtere, non tardo labitur illa pede.
Interea musis animus dum mollior instet, — Claudian.
Et quæ mox imitere legas, nec desinat vnquam
Tecum grata loqui, tecum Romana vetustas.
Si non intendes animũ studijs & rebus honestis — Hor. lib. 1. epist.
Inuidia vel amore vigil torquebere.

Studium dolorem aufert.

Quot frutices syluæ, quot flauas Tibris arenas,
Millia quot Martis gramina campus habet.
Tot mala pertulimus, quorum medicina quiesq;
Nulla, nisi in studio, Pieridumq; mora.

Librorum copia, absq; studio doctum hominem non reddit.

Emptis quòd libris tibi bibliotheca referta est,
Doctum & grammaticum te Philomuse putas.
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita cõde,
Hodie mercatus, cras citharœdus eris.

Studiosi intimatio.

At te nocturnis iuuat impalescere chartis: — Iuuen. Sat. 5.
Cultor enim iuuenum purgatas inserit aures
Fruge Cleanthea.

Studij remissi intimatio.

Da veniam fasso: studijs quoq; fræna remissis — Ouid. 4. de Pon.
Ducitur & digitis littera rara meis.
Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit:
Qui prius in nobis esse solebat, abest.

STVLTITIA.

Ex Latinis.

Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo. — Cic. in Parad.

2. de finib. Stulti malorum conſcientia torquentur: Sapientes bona præterita renouata grata recordatione delectant.

2. de finib. Nullus ſtultus beatus, & ſapiens non beatus.

3. de nat. deor. Multa ſunt incommoda in vita, quæ ſapientes cõmodorum compenſatione leniunt, ſtulti nec vitare venientia poſſunt, nec ferre præſentia.

5. Tuſcul. Vt ſtultitia etſi adepta eſt quod concupiuit: nunquàm ſe tamen ſatis conſecutum putat: ſic ſapientia ſemper eo contenta eſt quod adeſt, neq; vnquam ſui pœnitet.

Cic. 3. de nat. deo. Stultitia maius eſt malum, quàm omnia mala & fortunæ & corporis.

De petit. conſul. Omnium malorum ſtultitia eſt mater.

3. Tuſcul. Inſipientia nullum maius malum eſt.

3. de nat. deor. Miſerius ſtultitia quid dicere poſſumus?

1. de leg. Quid abiectius ſtultitia dici poteſt?

4. Tuſcul. Omnes ſtulti inſaniunt.

3. Tuſcul. Stultitiæ proprium eſt, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum.

Cic. famil. 9. Stultorum plena ſunt omnia.

Senec. epiſt. 20. Imprudentes non ſibi relinquendi ſunt.

Quintil. lib. 12. Hoc eſt maximum ignorantiæ malum, quod credit eum ſcire qui moueat.

Cic. 3. Tuſcul. Optimus ac grauiſsimus quiſq; confitetur ſe multa ignorare, & multa ſibi etiam atque etiam eſſe diſcenda.

In Orat. Neſcire quod anteà quàm natus ſis acciderit, id eſt, ſemper eſſe puerum.

3. de Orat. Homines imperiti facilius quod ſtultè dixeris reprehendere, quàm quod ſapienter tacueris, probare poſſunt.

Senec. epiſt. 9. Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui: niſi ſapienti ſua non placent.

Epiſt. 13. Inter cætera mala, hoc quoq; habet ſtultitia, ſemper viuere incipit.

Epiſt. 15. Stulti vita ingrata eſt, trepida eſt, tota in futurum fertur.

Cic. de cla. Orat. Nobis hominum ſtultitiæ deuorandæ ſunt.

In hiſt. Sax. Contra omnes ſapere, deſipere eſt.

Ex Græcis.

Plato de ſcient. Neſcienti quid laudet, vel quid vituperet, non eſt adhibenda fides.

Idẽ de ſum. bon. Ignorantia potentum teterrima eſt.

Plat. de nat. hõ. Ignorantia cauſa eſt reſpõdendi varia, & non eadẽ.

Idem de mund. Argumentũ inſcientiæ eſt, à ſapientibus diſſentire.

Idem de leg. Turpe eſt neſcire quæ neceſſaria ſunt.

Ariſt. Rhet. 2. Turpe eſt ignorare quod omnibus ſcire conuenit.

Idem Elench. 1. Imperiti velut diſtantes à longe ſpeculantur.

Elench. 2. Quod ſcimus, ſæpe tranſpoſitum ignoramus.

Metaph. 3. Qui neſcit quantum quærit, neſcit quando inuenerit.

Ibid. Ignoratio & ſtultitia eorum, quibus cum tibi viuendum eſt, vt opinione ac ſpe fruſtreris, ac cœptis ſæpenumero decidas, ſæpe in cauſa eſt.

Eurip. in Bacc. Inſipienti ſapientia loquens deſipere videtur.

Ariſt. Met. 11. Ignorare turpia melius eſt, quàm ſcire ea.

Sen. epiſt. 173. Imperitis ac rudibus nullus præcipitationis finis eſt.

Cleo. apud Dio. Stultitia maiore ex parte omnibus dominatur.

Socrat. Vnicum eſt bonum ſcientia: & malũ vnicũ ſtultitia.

Ari. ad Alex. Agere inconſultum ſignum eſt ſtultitiæ.

Demet. In via nec propera, nec manũ moueas: ſtulti enim indicium eſt.

Plato in Sap. Homini ſtulto & nequam, facultatum nullus eſt modus: nunc enim hoc, nunc illo indiget, prout cupiditates ferunt.

Stultus nunquam tacere poteſt. *Solon.*

Moleſta res eſt, ſtulteſcere cum ſtultis. *Euripid.*

Stulti non audiunt vocem clamantis ſapientiæ. *Dem. 1. Olynth.*

Stultitia mihi magna videtur, intelligere quidem quæ oportet, non autem cauere ea. *Menander.*

Non eſt quicquam audacius quàm ſtultitia. *Idem.*

Stulti deſiderant abſentia: præſentia verò, etſi meliora præteritis, negligunt. *Democritus.*

Stultus diues, mancipium eſt aureum. *Socrates.*

Stultitia, proficiendi impedimentum eſt. *Bias.*

Quod ſtatua durius eſt, ſtultus eſt. *Cleant.*

Timidus arma contra ſe habet: ſtultus pecunias. *Plut. in Mora.*

Tonitrua pueros, minæ ſtultos terrent.

Stultitia, orationis eſt vitium malè viuendi cauſa. *Ari. de vir. & vit.*

Stultitiæ eſt iudicare peruersè de rebus, deliberare perperam: vti non poſſe præſentibus bonis: in falſam adduci opinionem de ijs, quæ ad vitam ſunt bona, & honeſta. Sectatur imprudentiam inſcitia, incontinentia, ruſticitas, obliuio. *Ariſt.*

Illegitimæ ſtultitiæ finis eſt infortunium. *Stob.*

Stultus ſatius eſt regi quàm regere. *Idem.*

Stultitia, hæreditarium malum. *Euripides.*

Ineptos ſi dixeris, nec ex vlla parte prudentes maiores homines, non errabis. *Idem.*

Ex Demoſthene.

Multarum & grauium calamitatum multis hominibus ſtultitia cauſa eſt. *Ex or. de Rhod. libert.*

Turpe eſt ſibi fucum facere, & omnibus quæ moleſta ſunt procraſtinandis omnium rerum occaſionem amittere. *Orat. 2. in Phil.*

Facillimum eſt omnium ſeſe decipere. *Olynth. 3.*

Stultum eſt ipſos res veſtras negligentes, dicere alienarum rerum curam vos habere, & præſentia contemnentes de futuris alios terrere. *Orat. 3. in Phil.*

Priuſquam principium rectè ſubieceritis, ridiculum de fine qualiacunque verba facere. *Olynth. 3.*

Epilepſia laborantem prædicat ſe ſanaturum, cùm ipſe omni improbitate & malitia laboret. *Orat. 10. contra Ariſtog.*

Illud quidem turpe eſt poſtea aliquando dicere, ſi quid acciderit, Quis enim hæc putaſſet futura eſſe? Haud dubiè oportebat vnum facere, & alterum non facere. *Orat. 3. in Phil.*

Neq; quicquam proſpicitis, priuſquam aut factum quid, aut quid fiat audieritis. *Orat. 1. in Phil.*

Vt morbus non eſt celandus, ſed in publicum efferendus, quò ſanari poſsit: Sic ſtultitia non eſt tegenda. *Plut. in Moral.*

Vt paulatim vmbra remiſſa ſentimus nos magis eſſe in lumine: Ita ſenſim imminuta ſtultitia, in ſapientia proficimus.

Vt qui ſtomacho valent, & animantia ſaniſsima, ſaxa, ferrum, ſerpentes, & ſcorpios concoquunt, eaq; in nutrimentum vertunt: contrà, valetudinarij, pane & vino offenduntur: Sic ſtulti & amicitias perdunt, ſapientes etiam inimicitijs rectè norunt vti.

Vt ſi quis cæcus in quempiam incidat, qui non vitauerit, illum cæcum appellat: Sic nos fortunam facimus cæcam, in quam noſtra pre incidimus cæcitate.

Vt pueri quidam admirantur ac fœlices iudicant nebulones miſeros, cùm in ſcena ſaltant aureis indu

induti: Sic stulti fœlices existimant diuitijs onustos.

Ex Poëtis.

Horat. lib. Epist. Virtus est vitium fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse.

Auson. Quid stulti proprium? Nō posse,& velle nocere.

Stulto qui aduersatur ipsum insaniorem reddit.

Plaut. in Amp. Non tu scis Bacchæ bacchanti si velis aduorsarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius,
Si obseruaris, vna resoluas plaga,
Irritabis crabrones.

Exempla Græcorum.

De Psyllis. Nulla gens tam populariter desipuit vnquam, nec magis temere arma induit, quàm Psylli, qui in Africa circa Syrtes habitarunt. Hi quia Austrum plus nimio habebant inuisum, vt sibi & suæ terræ obnoxium, sumptis armis hostiliter in eum profecti sunt, ceu in aliquem hominem. At verò tam stultè bellum vento intulerunt magno humanæ mentis ludibrio, vt turbatis Austrino flatu arenis, ad vnum omnes perierint.

De Atheniensibus. Est & ipsa sibi exitialiter oblucinata Attica ciuitas à Pisistrato decepta. diu continuit se ille domi, vt crederetur se ab inimicis iniuria affectus, quo astu tenuit, vt præsidio septus in publicum prodiret: sed dum priuatæ saluti studiosè cauet credula multitudo, publicę oblita est: vsus concessis armis Pisistratus, non vt ciuis, sed hostis, non vt se tegeret, sed vt patriam affligeret: dubium maior'ne fallendi artifex, an carnifex crudelior.

Iidem aiebant se purgare ciuitatem, cùm ex illustribus viris vnum aliquem ex vrbe ostracismo eiiciebant: cæterum rogati ab Aristide, quo suo merito se tali afficerent ignominia, responsum est, Quia ferre non possumus te vbiq; bonum prædicari. Stultum iudicium, sed iudicij defensio adhuc stultior: vbi enim virtutis laus grauis est, & molesta, virtus illic grata esse non potest. Fuit illud non vitium eiicere, sed alere omni præmio laudis repudiato, quo imprimis gaudet honestior vita.

Corinthij non stulti solùm, sed demētes etiam habendi, qui non suam, non populi Romani virtutem metientes, sed præsentem animi affectum, Romanorum legatos stercoris iniectu pro concione violarunt. Peperit iniuria illa Corinthijs excidium, Romanis incrementum laudis, & propagationem imperij.

Latinorum.

Claudio principi ingenita stultitia fuit, cùm Domitium Neronem adoptauit, licet Britannicum legitimo toro natum haberet, quem imperij hæredem potuit instituere: verùm pellectus osculis Agrippinæ coniugis, facem illam adoptione accendit, qua non solùm propria ipsius domus, sed Roma & totus orbis conflagrauit.

Imprudens Claudius: sed Agrippina, cuius illecebris captus, seipso dementior factus est, nihilo fuit Claudio prudentior, cui sollicitè imperium filio astruenti, futurorum peritos sciscitanti, esset ne filius Nero imperaturus, fore responsum est, vt imperaret: sed ita vt matrem interficeret. Interficiat, inquit, modò imperet.

Sumptus immoderatus Græcorum.

De Lydis. Prima quidem Luxuriæ elementa à Lydis profecta sunt, qui non contenti natiuo lanę candore, eam primi infecerunt: tanquam si id vtilius fuerit, aut magis necessarium natura omnium parens non potuerit in re tam parua humano generi gratificari, aut certè noluerit.

De Tyrijs & alijs gentibus. Tyrij magis detestabiles hanc Lydorum insaniam studiosius tractarunt: detestabilior Asia, quæ aurum prima intexuit: Babylonia, quæ vestem varijs coloribus acu distinxit: Hethruria, quæ purpuram vestibus prætexuit. Sed hæc parum insignia, quia huic vel illi cōmunia fuere genti. Quæ sequuntur magis conspicua: Minus enim venia dignum creditur, quod in vno, quàm quod in multis delinquitur.

Alcibiades Atheniensis, purpureis in Prætoria naui velis vsus est: tanquam conchatum sanies, quòd marinæ sint, magis ad naualem expediret cursum, quàm candens linum.

Ptolemæus vir olim delicatissimus, mille conuiuas aureis poculis saginasse fertur.

Plato cùm videret Agrigentinos magnis impensis ædificare, & sumptuosas cœnas apparare, Arigentini, inquit, ædificant quasi semper victuri: & cœnant quasi semper morituri.

Romanorum.

Insanæ L. Luculi substructiones in causa fuerunt cur à suis appellatus sit Xerxes togatus: sed illa maior luxuria, quòd triclinijs omnibus suum nomen, & sumptus modum inscripsit. Instruebatur conuiuium quinquaginta millibus. Pompeio & Cicerone cœnam adposuit eam, vt de domestico apparatu nihil mutaretur.

Idem togatus à Prætore Romano, vt in apparatum ludorū vestes peterent, ducentas desulit ad scenam instruendam, atq; omnes purpureas. Per hæc inter illa luxuriæ exempla ille consecutus est, vt inter rara luxuriæ exempla tempestatis illius censeretur.

SVPERBIA.

Superbia commune nobilitatis malum. Salust. in bell. Iugur.

Citò ignominia fit superbi gloria. Pub. mim.

Superbiæ & crudelitati si seræ, non tamen leues veniunt pœnæ. Liuius lib. 2.

Ex Poëtis.

Turgida ventosos imitata superbia folles Faust.
Pascitur aëreo corpus inane Noto.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores. Claud. de quarto Honorij Cons.
Quin ipsa superbia longè

Discessit, vitium rebus solemne secundis, Idem lib. 2.
Virtutumq; ingrata comes.

Superbiæ intimatio.

Sum fœlix, quis enim neget hoc? fœlixq; manebo.
Hoc quoq; quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior sum quàm cui possit fortuna nocere.

Superbus precibus minis'ue non flectitur.

Verg. Nec nostræ potuere preces inflectere durum,
Nec diuum portenta animum, quin arctius ignem
Spumabat ferus ore vomens, bellumq; ciebat.

Deus superbis resistit.

Sen. in Her. fur. Dominare timidus, spiritus altos gere.
Sequitur superbos victor à tergo deus.
Superbiæ nullus fugit pœnas.
Cùm fœlix fueris maximè, ne superbias.

Ex Græcis.

Eurip. Grauis fastus ex improbi hominis opinione nascitur.
Quicunque ciuium vir arrogans fuerit,
Is nec amicis, nec toti ciuitati familiarem se prębet, ac affabilem.
Sosiphanes. O infœlices vt plurimum, minimum verò fœlices
Mortales, quid gloriamini propter potestates
Quas vna lux vel dedit vel abstulit?
Cùm primũ aliqua fortuna affulserit, homines nihili, ilico
Ad cœlos caput erigitis, interea dominum
Orco astantem non videtis diuitem.
Philemon. Cognosce teipsum: non temere, crede mihi,
Hoc dictum celebre apud Delphos est.
Charemon. Quin res sua sponte in vtiliorem partem
Fluũt, & si dormierit aliquis, itidem in contrariam.
Eurip. Cùm videris in sublime quempiam elatum
Splendidis gloriautem opibus, ac genere,
Supercilioq; supra sortem suam fastuosum,
Illius celerem diuinitus expecta breui vindictam.
Quis aliquid magni de homine sibi polliceatur,
Quem quælibet occasio totum aboler?
Opinio malum est hominibus,
Et magni conatus, vt plurimum aberrant.
Mortalibus morbos parit, quicquid mediocritatem superat.
Homines deorum decus vsurpare non conuenit.
Menander. Quàm stulti sunt superciliosi homines,
Qui dicunt, considerabo: Quasi quis hominum
Infortunium inciderit, aliquid consilio tuo efficere queas.
Omnino pars superior non sinit superbire.
Menander. O Miserrimi terq; quaterq;
Omnes qui de sese magnificè sentiunt inflati,
Ignorant enim illi hominis conditionem.
Omnis insipiens,
Arrogantia & plausibus capitur.
Mortalem nocet altum sapere.
Eurip. Tacere potius sapientis est, quàm verbis
Contendere: Cæterum huiusmodi ne mihi contingat amicus,
Neq; contubernalis, qui satis multa sapere se
Sibi persuader, & pro seruis amicos æstimar.
Idem. Qui valde sunt inflati, superiores sermones
Ægrè ferunt, ab inferioribus audire.
Mortales cũ nati sitis ne supra deos vos erexeritis.
Demonactes. Nimis sapere non est sapientia.
Et non secundum mortalem sapere naturam.
Æuum est breue, in quo qui magna sequitur,
Præsentem conditionem non bene sustinet.
Huiusmodi sunt mores insanientium,
Et stultorum hominum, vt ego iudico.
Iupiter nimis superbos castigat.

Fœlicitas solet excitare superbiam. *Eurip.*
Concede necessitati, & deos non impugna.
Quin aspicere me sustineto, & elationem animi
Remitte: maxima quæq; persæpe numen
Humilia reddidit, iterumq; contraxit.

Socrates Alcibiadẽ intuitus ob diuitias inflatum, in quendam ciuitatis locum duxit ipsum, in quo suspensa erat tabula terræ circuitum complexa. Iussit igitur Alcibiadẽ, Atticam in ea requirere, quàm vt inuenit, sua etiam prædia inspicere præcepit, quæ cùm Alcibiades nusquam esse picta diceret, Cur igitur, inquit Socrates, ob illa superbis, quæ circa nullam terræ partem existunt?

Superstitio superbiæ tanquam parẽti est morigera. *Socrates.*
Vtres inanes spiritus distẽdunt, stultis autẽ opinio.

Socrates interrogatus mechanici qui essent, Qui sui similes spernunt, respondit.

Nunquam de te superbam opinionem concipies, neq; contrà nimium de te humiliter senties. *Phocion.*

In arrogantia, quemadmodum in armis inauratis, non similia sunt interiora exterioribus. *Diogen.*

Fastus tanquam pastor quoquo libet vulgus hominum ducit.

Desinit in malã infamiã qui cũ superiore cõtendit.

Democrates iam senex ascendens in arcem perquàm anhelosus existens idem se facere dixit, quod vniuersi Athenienses, nempe se magnum quidem spirare, parum autem valere.

Arrogantis nomen vsurpari mihi rectè videtur in illis qui se simulant esse ditiores, & fortiores quã sint: & ea se facturos promittunt, quæ præstare nequeunt, idq; manifestè faciunt lucrandi gratia. Cæterum ij qui risum moliuntur inter conuersantes, neq; suum ob quæstum, neq; auditorum iacturam, quo pacto illi non vrbani potius, & faceti, quàm arrogantes nominabuntur?

Vides eximia animalia vt fulminet deus, neq; suis opinionibus vti sinat: exigua verò facilè fert. Vides vt in ædificia maxima, & celsissimas arbores cœlestia tela ingruant. Solet enim deus eminentia quæuis castigare. Ideoq; magnus exercitus ab exiguo sternitur, cùm deus inuidens aut metum ipsis iniecerit aut tonitrua, vnde condignam in perditionem incidunt. Non sinit enim deus alium præter se altum sapere.

Exempla Græcorum.

Alexãdri fœlicitas tribus insolentiæ gradibus exultauit. Fastidio enim Philippi Iouem Hammonem patrem asciuit: tædio morum & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica assumpsit: spreto mortali habitu diuinum caput æmulatus est.

Xerxes suo iure quàm insolenter vsus, Græciæ bellũ indicturus, adhibitis Asiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodo vsus consilio, vos contraxi: cæterum mementote, parendum magis vobis, quàm consulendum. Arroganter etiam si victori regiam repetere contigisset, nescias vtrum insolentius dictum an impudentius.

Annibal Cãnensis pugnæ successu elatus, nec quẽquam ciuium suorum admisit in castra, nec responsum vlli nisi per interpretem dedit. Maharbalem etiam ante tentorium suum affirmantem, prospexisse se, quonam modo paucis diebus Romæ in Capitolio cœnaret, aspernatus est:

adeò fœlicitatis & moderationis diuiduum contubernium est.

Cyrus immani superbia elementis irasci, atq; ab ijs reuerentiam exigere non est veritus. Cùm enim ad Babylonicam expeditionem proficisceretur, Gangem fluuium magnitudinis immensæ, in trecentos ac sexaginta paruos alueos diuisit, affirmans se ita diminuturum amnem, vt etiam prægnans fœmina pedibus sine labore eum traiectura esset.

Sesostris Ægypti rex principes & rectores prouinciarum ad se quotannis cum munere cogebat venire, atq; à quatuor eorum, veluti equis, currui iunctis ad templum trahi volebat. Dementi in mentem non venit, eum qui hominibus pro iumentis vteretur, amissa ratione, bestiam iumentumq; fieri.

Tigranes Armeniæ rex, parentes sibi reges domestico ministerio adhibebat, eorumq; ministerio in mensa & rebus alijs vtebatur: Et cùm pro tribunali causas audiret, eos supplicibus manibus seruorum in morem circunstare cogebat. Hic tamen coram Pompeio genu flexo procumbere, & ad eius pedes diadema deponere, visus est. Etenim hæ superbiæ leges esse solent, vt quos præsens delin[redacted]

Id[redacted],
[redacted]

Cambyses Persarum rex cùm Præxasp[redacted]ogasset, quid de Cambyse populi sentirent, respondit: Cambyses in omnibus laudatur, sed vi[redacted] quē in manu habebat tetēdit, [redacted] direxit. Præ superbia cùm audendi veri patiens non esset, in amicum ita seuerè sæuijt.

Sapor Persarum rex ad Cōstantinum Imperatorem scribens, Solis atq; Lunæ se fratrem esse, & inter stellas partem habere dixit.

Idem cùm P. Cornelium Licinium Valerianum superasset, non solùm veluti canem vinctum, tenebat, sed tergo ac renibus eius pro scamno vtebatur, vt commodiùs in equum conscenderet.

Latinorum.

M. Drusus Tribun. pleb. Philippum Consulem quia se interpellare cōcionantē ausus fuerat, per clientem adeò violenter in carcerē egit præcipitē, vt multus è naribus eius cruor perfunderetur. Imò etiā cùm Senatus ad eū misisset, vt in Curiā veniret: Quare nō potius, inquit, ipse ad me venit.

Cn. Pompeius balneo egressus Hipseū ante pedes suos prostratum, reū ambitus, nobilem virum, & sibi amicum iacentem reliquit, contumeliosā voce proculcatum. Ille etiam in foro P. Scipionē socerum suum legibus noxium, quas ipse tulerat in maxima reorum & illustrium ruina, muneris loco deposcere non erubuit, maritalis lecti blanditijs statum Reipub. temperando.

Cùm Lucretius Offella à Sylla Dictatore Cōsulatū peteret, quòd ipsius opera Prēneste cœpisset Sylla, Marium vicisset, Sylla autem nuru Cōsulatum negaret, neq; ob id Offella rogare desineret, manu sua eum interemit Sylla.

C. Caligula Imperator omnes humanitatis metas transgressus, multorum deorū statuis capita ademit: Castoris & Pollucis tēplum in vestibuli speciem trāstulit, atq; illic inter deorum statuas coli se iubebat, ac Iouem Latialē appellari, cùm manu fulgur aurata barba teneret. Interdū tridente manum armabat, vt Neptuno similis esset, & maris numen dici volebat. Lunam ac si fœmina [redacted]lectum inuitabat: Iouem se ab vrbe pulsurum minabatur.

Domitianus non minori superbia laborauit, qui in edictis & publicis scriptis Dominus ac Deus appellari voluit, & terrarum imperio non contentus, cœlestes honores occupare voluit.

He[redacted] ob superbiam Deus haberi vel[redacted]& Bacchum vocari, cùm currui tigres iūgeret. Vniuersum Senatum vrbe expulit, [redacted]ptum seruis rogatos patres appellauit.

Pallas Claudij Cæsaris libertus, accusatus quòd in Neronem conspirasset, & ad id probandum quidam eius liberti adducerentur, superbiæ magnitudinem detegens, affirmauit moris fuisse, nunquam mini[redacted]m quempiam alloqui: sed si [redacted] vellet, id eis aut [redacted] nutu indicaret: [redacted]ndum, [redacted]. Id autem agebat ne cum ministris superbæ vocis suæ dignitatem communicaret.

SVPERSTITIO.

Similia Plutarchi in moralibus.

Comicus venustè dixit de iis qui lectos inaurant, cùm dij nihil nobis gratis dederint nisi somnum, cur id sibi magno volunt constare? At cùm dij nobis dederint somnum curarum, & laborum [redacted] illum reddit carnificem.

Heraclitus dixit, vigilantibus vnum communem esse mundum, sopitos in suum quenque discedere: At superstitiosus, ne vigilans quidem communi cum alijs mundo fruitur, semper somnia[redacted]

Po[redacted] Sa[redacted], qui [redacted] At superst[redacted], vt metu libe[redacted]

Lic[redacted] spes non est libertatis, ad prin[redacted]e, mutare [redacted] quàm ferre possint. Superstitiosis nec hoc licet.

Latrones[redacted] fugitiui, aram, aut statuam appre[redacted] tuto sunt: At hic maximè trepi[redacted]

Gubern[redacted] videns, [redacted] auxilium implorat, nihilo segnius interim clauum moderans, & antemnam detrahens: At superstitiosus despondet animum.

Non timet mare qui non nauigat, non bellum, qui non bellat, non latrones domi manēs, non calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus, non [redacted] nō fulmen [redacted] At superstitiosus omnia timet,

met, terram, mare, aëra, cœlum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium.

Serui cùm dormiunt, non timent heros, vincti obliuiscuntur compedum: in somno, vlcera, & grauissimi cruciatus conquiescunt: Sola superstitio etiam dormientem infestat.

Licet seruis postulare distractionem, & mutare dominú: idem nnn datur superstitiosis [redacted]

Sunt aræ seruis, sunt statuæ, sunt asyla latronibus, ad quæ confugiant, & vbi tutò sint: at hîc maximè timet superstitiosus.

Vt tremunt qui vrsorum & Leonum lustra adeunt: Sic superstitiosi [redacted]

Qui dum stultè fugiunt latrones, in auia incidunt aut præcipitia: Sic quidam ita superstitionem fugiunt, vt incidant in impietatem, cùm in medio sit pietas.

[redacted]

Philippus quidam profitebatur Orphei mysteria, & his alios initiabat. Is quum esset extremæ paupertatis, tamen apud Leontychidam diceret, eos qui apud ipsum Orphei sacris initiati essent, post obitum fore beatos. Quin igitur, inquit, ô demens, quàm ocyssimè vitam abrumpis, vt desinas tuam infœlicitatē deplorare? O animum ab omni superstitione liberum. Post hanc enim peregrinationem fœlices erunt, qui hîc piè iusteq; vixerint, [redacted]

Lacon quidam omni formidine laruarum & lemurum, liber monumentum noctu præteriens, quum sibi visus esset videre spectrum, accurrit lancea traiecturus & in hoc nitens, Quò me fugis, inquit, anima bis moritura?

[redacted]

Idem cuidam sibi placenti, quòd Leonis exuuio tectus incederet, Non tu desines, inquit, virtutis stragulas pudefacere? indecorum censuit, mollem hominem Herculis amictum sibi vindicare.

[redacted]

Idem cuidam admodum superstitioso, laruarum terroribus obnoxio, necem ipsi minitanti, At ego, inquit, si feceris, tibi sinister astans, vt contremiscas efficiam. Significās se mortuum etiam illum terrere posse, à quo viuus contemnebatur.

Eidem è ficu fructus decerpenti, quum horti custos dixisset, Ex ista arbore quidam modò se suspendit, At ego, inquit, illam purgabo. Ille liber ab omni superstitione, nihilo impuriores fructus arbitrabatur.

Cato senior cuidam, qui mane surgens caligas à soricibus arrosas inueniens turbatus ostento consuluisset ipsum, quid mali portenderet: Non est, inquit, ostentum, quòd arrosæ sint caligæ, sed si caligæ sorices arrosissent, id demum fuisset ostentum.

Lucullus cùm in Armenia cum decem millibus armatorum, & mille equitibus aduersus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum millia habentē in exercitu, pridie nonas Octobres, quo die prius Scipionis copiæ deletæ fuerant: quodam admonente, quòd Romani diem illum vt nefastum metuerent: Ergo, inquit, hodie alacriter pugnemus, vt hunc quoq; diem ex nefasto, Romanis auspicatum reddamus.

[redacted]

Idem dicenti cuidam, Eamus in Æsculapij templum pro filij salute deprecaturi deum, Adeo'ne inquit, [redacted]

T ANTE A.

TACITVRNITAS.

Tacere ignorabit, qui loqui nescit.



IO QVI ignorabit, qui tacere nescit. *Auson.*
Ne hoc cuiquam homini dicerem, *Plaut. in Pers.*
edictum est mihi
Magnopere, nec cuiquam homini
crederem, omnes muti vt prius
Loquerentur hoc, quàm ego.

Taciturnitas & fides à seruis valde requiritur.

Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro *Teren. And.*
Sed his, quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate.
Eximia est virtus præstare silentia rebus, *Ouid. 3. de ar. amandi.*
At contra grauis est culpa tacenda loqui.
Alium silere quod voles, prius sile. *Senec. in Hipp.*
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures. *Horat. lib. 1.*
Quis minor est autem quàm tacuisse labor? *Ouid. lib. 2.*
Fingere qui non visa potest, commissa tacere *Horat. Sat. 4. libr. 1.*
Qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.
Hæc soli commissa tibi celare memento, *Iuuen. Sat. 9.*
Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est, inimicus pumice leuis.
Qui modò secretum commiserat, ardet & odit.
Tu pol si sapis, quod scis, nescias. *Ter. in Eun.*
Nescias, quod scis, si sapis. *In Heaut.*

Arca

Horat. lib. x. epi. Arcanum neq; tu scrutaberis vllius vnquam, Commissumq; teges, & vino tortus & ira.
Pœnituit aliquando loquutum esse, tacuisse nunquam.
Hesiodus. Optimus est homini linguæ thesaurus, & ingens Gloria, quæ parcis mensurat singula verbis.
Effræni oris & dementiç extremum infœlicitas occupat.
Linguam compescere non minima virtus est.
Mors & vita in manibus linguæ.
Maledicentia stultorum thesaurus, quem in lingua reconditum tenent.
Qui inconsideratè loquitur, sentiet mala.
Inter pocula præsertim sennet mala, qui non silentium seruarit.
Stultus non nouit taciturnitatem præstare.
Horat. Percontatorem fugito, nam garrulus idem est.
Idem. Semel emissum volat irreparabile verbum.
Lingua si infrænis est, & prodiga, interdum maximarum cladium organum est: at si parca & prouida, in ea particula ingentium bonorum fomites latent, & prudentia inde excerpitur.
Qualis vir talis oratio.
Pudicæ mentis pudicus sermo.
Os sanctum sancta promit eloquia.
Huic non licet alterius vituperationem patienter audire, qui nec ab alijs optat suam recipi.
Verecundia silentium imperat.

Ex Græcis.

Demosthen. ex orat. de falsa legat. Qui nullius culpæ sibi conscius est, si taceat, silentio ipso prauorum & nefandorum particeps esse videtur.
Ibidem. Nemo vnquam conuictus est, qui vel sileret, vel qui peccasse fateretur, sed cùm, opinor, nihil veri eloqui deprehenditur, tum qua mente, quoque animo prædictus sit cognoscitur.
Carcinus. Multis hominibus est taciturnitas.
Multorum pharmacum, quæ peculiaris est frugi moribus.
Menander. Nihil vtilius est quicquam silentio.
Chær. O puer tace, multa continet silentium.
Linguam in primis vbique moderari conaris:
Nam tum senitum iuueni conciliat honorem
Compos silentij lingua tempestiui.
Athenodor. Silentij præmium periculo vacat.
Non est præstantius quidquam quàm tacere.
Amphid. Satius est tacere quàm temere loqui.
Cùm quidam ad tacentem Cleanthem dixisset: Tu quid taces? Atqui iucundum est cum amicis confabulari. iucundũ quidem, respondit Cleanthes, sed quò iucũdius est, eò magis in hoc amicis oportet concedere.
Zeno ab Antigoni legatis Athenas missis vnà cum alijs philosophis ad conuiuium vocatus est: & cùm reliqui inter pocula eruditionem ostentarent, ipse tacebat. Cùm autem legati interrogarent, quid Antigono deberent de ipso renunciare, hoc ipsum (dixit) quod vides. Oratio enim omnium est moderatu difficillima.
Xenocrates singulas diei partes certis negocijs assignans, silentio quoq; suam partem dabat.
Simonides aiebat nunquam se pœnituisse silentij, dictorum autem sæpius.
Diogenes ad quendam qui se philosophum profitebatur, interrogabat verò contentiosè: Vah miser, dixit, cùm id quod optimum est in vita philosophi corrumpas, verbis tamen audes te philosophum iactare.
Theocritus à blaterone quodam interrogatus vbi cras visurus esset ipsum: illic dixit vbi ego te non videam.
Dem. Ne me existimetis, Athenienses, ignorare quàm tutum sit silentium.
Annitendum est sedulò, vt nihil indecens eloquamur. Est enim viri planè imperiti non posse tacere, sed, quæ non decet, efferre.
Homerus. O Thersita loquens sine iudicio, etsi vehemens concionator sis, desine.
Plutarchus. Vt medici in vehementi fluxu pituitæ non statim succurrunt pharmacis, sed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: Ita in recenti dolore tacendum, donec minor tempore admittat consolationem.
Cum Catoni Vticensi adhuc puero vitio daretur taciturnitas, dixit, Carpant taciturnitatem, modò vitam probent. Tum demum abrumpam hoc meum silentium, quum ea loqui potero, quæ sint indigna silentio.
Xenocrates cùm solus in conuiuio cæteris multa garrientibus nihil diceret, interroganti cur vnus omnium sileret, Quoniam, inquit, loquutum fuisse penituit aliquando, siluisse nunquam.

Adagia.

Magis mutus quàm piscis.

Horat. in Odis. O mutis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat, sonum.
Lucianus. Imò vero magis mutus est quàm piscis.

Rana seriphia.

In homines mutos & dicendi prorsus imperitos dicebatur. In seripho enim erant ranæ prorsus mutæ.

Muta persona.

Quadrat in eos qui in consessu deliberantium, aut disputantium, cæteris loquentibus soli tacent.

Caput sine lingua.

Competit in eos qui in consultationibus aut disceptationibus nihil habent quod dicant, verùm aliorum sententijs annuunt.

Ne gry quidem.

Prouerbialis hyperbole in eos qui ne minimum ex ore verbum efferunt.
Meq; vi subigit simul.
Atq; interim rogatus, hæc quid sibi velint,
Prorsus nihil respondit, ac ne gry quidem.

Magis elinguis quàm scapha.

De ijs qui vel metu, vel ignaua ne audent quidem hiscere. Vnde illud vulgo iactatum est, reddam tibi os occlusius scapha.

Acanthia cicada.

Acanthum oppidum Aetoliæ cicadas alere mutas scribit Byzantius.

Statua taciturnior.

Horat. ad Florum. Statua taciturnius exit,
Plerunque, & risu populum quatit.
Iuuenal. Truncoq; simillimus Herme.

TEMERITAS.

Ex Cicerone.

1. off. Omnis actio vacare debet temeritate & negligentia.

1. de nat. deor. Nihil est temeritate turpius, nec quicquam tam indignum sapientis grauitate & constantia, quàm aut falsum sentire: aut quod non satis exploratè sit perceptum & cognitum, sine vlla dubitatione defendere.

4. Academ. Nihil est à grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate disiunctius.

Pro Cluent. Nihil sentire est melius, quàm praua sentire.

4. Academ. Vt hoc pulcherrimum est vera videre, sic pro veris probare falsa, turpissimum est.

1. de nat. deor. Satius est idipsum, de quo ambigitur, concedere, quàm impudenter resistere.

1. Academ. Quid est tam futile, quàm quicquã approbare non cognitum?

Ibidem. Insignis est temeritas, cùm aut falsa, aut incognita res approbatur. Nec hoc quicquam est turpius, quàm cngnitioni & perceptioni assertionem approbationemq; præcurrere.

Cato maior. Quid est stultius quàm incerta pro certis, falsa pro veris habere?

1. de inuent. In parum cognitis stultè, & diu perseuerare turpe est.

Ibidem. Ne cui rei temere aut arrnganter assenserimus.

1. Off. Ipsa consuetudo assentiendi periculosa esse videtur, & lubrica.

In Bruto. Temerè affirmare de altero est periculosum, propter occultas hominum voluntates, multiplicesq; naturas.

1. Off. Cauendum est ne incognita pro cognitis habeamus, ijsq; temerè assentiamus, sed adhibeamus ad considerandas res & tempus & diligentiam.

2. Tuscul. Nos refelli, redarguique patiamur: quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisq; sententijs, quasi addicti & consecrati sunt, eaque necessitate constricti vt etiam ea quæ probare soleant, cogantur constantiæ causa defendere.

4. Academ. Plærique errare malunt, eamque sententiam quam adamauerunt, pugnacissimè defendere, quàm sine pertinacia, quod constantissimè dicatur, exquirere.

Vt necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi: sic animum perspicuis cedere.

Pro Muræna. Temeritas cum sapientia non commiscetur.

Demetr. Res fallax remeritas.

Temeritas impetus est sine ratione.

Quintil. decl. 1. Temeritas omnis animorũ calamitate corporum frangitur.

Plin. iunior. Temeritas, fœlicem nunquam inuenit modum.

Liuius lib. 1. Audaciæ & temeritati potius serò, quàm nũquam obuiandum est.

Temerarij iudicij exempla.

Ex Romanis.

Nimis inconsultè, ne stolidè dicam, populus Rom. M. Valerium in affectatæ tyrannidis infamiam coniecit: quia in summa Velia ædificaret, tanquam fieri potuisset, vt is qui tam acerbus hostis regum, assertorq; libertatis extitisset, tyrannidem affectaret: At domo æquata solo, adeò ciuitatis mutatus est animus, vt quem tyrannum crediderant Romani, Publicolam appellarint.

Gabinorum iudicium non solùm stultum, sed sibi ipsis perniciosum fuit, qui sextum Tarquinium temerè credendo, ex hoste hospitem fecere, ex hospite ducem, quo non tantùm victi, sed libertate & fortunis omnibus exuti fuere.

Quantum Romana ciuitas in Fabio Maximo obhucinata est, tantum in Minutio: in hoc temeritatem pro fortitudine complexa, in illo prudentiam pro timiditate grauiter auersata: vna tamen hora docuit multitudinis esse proprium, nihil sapere, temereque iudicare, vt vbi consilio opus est, euentum requirat.

Titus Vespasiani filius Hierosolymis euersis, quòd non illico Romam venisset, de regno meditari creditus est. Credidit id pater, crediderunt & multi: cæterùm Titus ad falsos rumores coarguendos se patri obtulit, Veni, pater, inquit, veni: per quæ suspicio discussa est, principiq; & ciuitati vana opinio meritò exprobata.

In nullis hominum magis quàm in duabus Vestalibus, temeraria iudicandi ratio elusa est. Claudia & Thuscia parum sanctè virginitatem tueri creditæ sunt: verũ vbi hæc nauim vado remolita est, cinguloque aduerso Tyberi pertraxit: illa aquam hausit cribro, concidit fama mendax: Et quàm temerè multi iudicarunt, tam afflictim suæ temeritatis pœnitentiam egere.

Quàm temerè se Africanus superior ex Hispania duabus quinqueremibus ad Siphacem traiecit, in vnius Numidiæ infidis præcordijs suam & patriæ salutem depositurus? Itaque exiguo momento maximæ Reipubl. casus fluctuatus est, vtrum interfector, an captiuus Siphacis fieret Scipio.

C. Cæsar impatiens traiectus tardioris legionum à Brundusio, simulatione aduersæ valetudinis, maiestate sua seruili veste occultata, nauiculam conscendit, ac maris Adriatici horrida tempestate fauces petijt. Vbi multum ac diu contrarijs iactatus fluctibus tandem necessitati cessit.

Ex Græcis.

Athenienssium ciuitas ad vesaniam vsq; temeraria, decem imperatores suos à pulcherrima victoria venientes capitali iudicio exceptos necauit, quòd militum corpora maris sæuitia interpellante, sepelire non potuissent.

Annibal à Petilia classe Africam repetens, freto appulsus, dum tam paruo spatio Italiam, Siciliamq; inter se diuisas non credidit, veluti insidiosum cursus rectorem interemit. Postea diligentiùs veritate inspecta, absoluit, cùm eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit.

Pachita Atheniensis parto patriæ Lesbi insulæ imperio, cùm domum redijsset, rationem in Senatu rerum omnium reddidit, quas eo in bello admini

administrauerat, atque eo ipso tempore gladio quo cinctus erat, vt aduersariorum calumnias vitaret, seipsum traiecit: grauius in seipsum immerentem sæuiens, quàm vix hostes fecissent, si culpam admisisse inuentus esset.

Mithridatis ingens ea temeritas fuit, qua imperium Asiæ animo concipiens, vt diligentius situm inspiceret, ipse solus eam peragrauit, periculoq; se obiecit, vt illuc seruus deduceretur, vbi imperium quærebat. Cui periculo etiam domestica mala accesserunt: Laodice enim soror ac coniux, cùm mortuum eum esse arbitraretur, multis per adulterium se commiscuit, ipsiusque reditum verita, operam dedit vt rediens interimeretur.

Q. Sertorius cùm aduersus Cimbros vnà cũ Mario pugnaret, mutata veste in hostium castra penetrauit, vt illic hostium consilia, atque ordines exploraret: quippe nimis magno periculo inter feras gẽtes id agere aggressus est, quod per alios vilioris fortunæ homines minore Reipub. periculo assequi potuisset.

TEMPERANTIA.

Ex Cicerone.

3. De finib. Temperantia moderatrix est omnium commotionum.

3. Off. Temperantia libidinum est inimica.

1. De finib. Temperantia est quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, vt rationem sequamur monet, quæ animi pacem affert, & eos quasi quadam concordia placat ac lenit.

Ad Q. fratr. Nihil reperiri potest tam eximium, quàm istam virtutem, moderatricem animi Temperantiam, non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce.

4. Tuscul. Quemadmodum Temperantia sedat omnes appetitus, & efficit vt hi rectè rationi pareant, conseruatq; considerata iudicia mentis: sic huius inimica intemperantia omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat.

3. Tuscul. Frugalitatis esse videtur proprium, motus animi appetẽtes regere & sedare, semperque aduersantem libidini, moderatã in omni re seruare constantiam.

3. Tuscul. Eas tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas est complexa.

3. Off. Non potest temperantiam laudare is, qui ponit summum bonum in voluptate: Est enim Temperantia libidinum inimica.

1. Off. Qui voluptatem summũ bonum statuit, esse temperans nullo modo potest.

2. Tuscul. Quæ laus, quod decus erit tãti, quod adipisci cum dolore corporis velit qui dolorem summũ malum sibi esse persuaserit?

Gell. lib. 4. In omnibus adhibendus est modus necessarius. Nam & gratia, si nimia est & immodica: ita & mores, si multi ac varij: & verba, si perpetua & infinita, & obtundentia: & fama, si magna & inquieta & inuidiosa sit: nec landabilia nec vtilia sunt.

Seneca epist. 113. Nihil tam æquè tibi proderit ad Temperantiam omnium rerum, quàm frequens cogitatio breuis æui, & huius incerti: quicquid facies, respice mortem.

Nihil est tam præclarum, tamq; magnificum, quod non moderatione temperari desideret. Macrob. lib. 3.

Fœlicitas & moderatio diuiduum contubernium habent. Idem lib. 9.

Temperantia castitatis indicium est. Plin. iun. li. 4.

Nunquam fama periclitati sunt, qui Temperãtiam inter copiam seruare cœperunt. Veget. lib. 4.

Magna pars libertatis est, bene moratus venter. Seneca epi. 114.

Temperantiam exigit Philosophia, non pœnam. Idem epistol. 9.

Frugalitas paupertas voluntaria est. Epist. 17.

Frugalitas producere senectutem potest. Epist. 59.

Ex Græcis, & primùm ex Platone.

SOCRAT. Temperatos prouerbium Nihil nimis præcipiens, semper continet, & hinc illi obtemperant. intemperantes autem & dissolutos homines voluptatis feruor ad furorem vsque occupans immoderatis clamoribus exultare compellit. In Phileb.

SOCRAT. Num cùm rectè frugaliterq; homines viuunt, ita agentes temperanter agere putas, an cùm contrà agunt? PROT. Temperanter agere videntur mihi, cùm frugaliter, recteq; agunt. In Protag.

SOCR. Temperantiam conferens quidquam & bonum esse vaticinor. In Charm.

SOCRA. Si temperans quæ nouit cognosceret, quæ' ue non nouit, illa quidem quòd noscit, hæc verò quòd ignorat, & alium sic affectum dijudicare posset, emolumentum ingens temperantia præditi reportaremus: quippe sine errore vitam ageremus, & nos quicunq; temperantiæ participes, & cæteri omnes quicunque nostro imperio regerentur. Neq; enim quæ ignoramus, ageremus, sed scientes homines perscrutari, illis vtique cederemus, neq; alijs nostræ gubernationi subditis agere concederemus aliud quicquam, nisi quod aggressi. Ibidem.

Temperantiæ officium est, nequaquam prosternere se libidinibus, modestiam seruare, itaque ijs conuenit, qui corpus despiciunt, & in philosophia viuunt. In Phædone.

Ornatus quidem est temperantia, & à voluptatibus cupiditatibusq; quibusdam abstinentia. De Iusto.

Per temperantiam & domus instituta rectè gubernaretur, & disposita ciuitas optimè regeretur, & aliud vnumquodq; cui temperãtia ipsa præesset.

Temperatus agit decentia erga deos & homines. In Gorg.

SOCRA. Hoc mihi videtur esse signum ad quod prospicientes dirigere vitam debemus, omnia tam publica quàm priuata ad hoc referentes, vt iustitia & temperantia illi adsit qui futurus sit fœlix: non autem cupiditatibus omnia sunt permittenda: quas explere conari, inexplebile malum est, latronisq; more vitam agere. Ibidem.

DIOT. Maxima & omnium præstantissima prudentia est, qua ciuilia & domestica gubernatur, cuius nomen est Temperantia atq; iustitia. In Conui.

SOCR. Nónne temperantia nostris adolescentibus opus erit? ADIM. Absq; dubio. 3. De rep. Dial.

SOCR. Temperantiæ autem maxima hæc sunt, vt videlicet magistratibus obtemperent, vt venereorum

teorum, epularum, compotationumque vſum conninenter ſuſcipiant.

4 de rep. Dia. SOCRA. Dum temperatum hominem ſeipſo potentiorem, ſuiq; victorem neſcio quo modo eſſe dicunt, & quædam ſimilia tanquam veſtigia nonnulla temperantiæ ſignant.

Ibidem. Rectè poſſumus temperãtiam hanc appellare concordiam, deterioris videlicet & potioris ſecundum naturam conſenſionem, quæ doceat quem vel in ciuitate vel in vno quoque conueniat dominari.

Ibidem. Temperantem aliquem appellamus, borum ipſorum amicitia atq; concordia, quando & quod præſidet, & quod ſubeſt, in ſententiam eandem conueniunt: rationem ſcilicet imperare decere, neq; ab illa deſciſcendum eſſe.

5. de leg. Dial. Temperatus quomodo erit perfectè, niſi voluptatibus atque cupiditatibus plurimis ad impudentiam & iniuriam compellentibus fortiter repugnauerit ac ratione opereq; & arte tam iocoſis quàm ſerijs in rebus deuicerit?

De leg. Omnis humana turba expets temperantiæ viuit.

Epiſt. 9. Temperatis hominibus lex eſt Deus: intemperatis verò voluptas.

Alexander. Penu virtutis eſt Temperantia.

Sophocles. Dies inclinat, iterumq; refert
Omnia humana. moderatos autem
Diligunt dij, & malos oderunt.

Idem. Nunquam obſcœnis gaudẽdum eſt voluptatibus.

Euripid. Non Bacchus eſt, qui intemperantes eſſe cogit
Mulieres circa venerem. Sed in ipſa natura
Temperantiæ vis ſemper ineſt vbique.

Plato 4. Dial. de leg. Ornatus quibuſdam eſt temperantia, & à voluptatibus, cupiditatibusq; abſtinentia.

Idem. O fœlix heros Hippolyte, quantos nactus es honores
Ob temperantiam. Nunquã inter homines virtute
Vis vlla maior eſt. Aut enim præcedit, aut
Sequitur pietatem bona gratia.
Quorumuis hominum refert noſſe
Seipſos, & moderari ſibi prudenter.

Heraclitus. Vir inebriatus vacillat, & ab impubere puero ducitur animam habens humidam, ignarus quorſum eat. Eſt autem anima ſicca ſapientiſsima & optima.

Omnium animæ facultatum mutua eſt commoderatio, & ordo conueniens, vt partis iraſcibilis, concupiſcentis, & rationalis ſtatus maximè decorus eſt. Quod ſi earum regnandi & obediendi debita fiat adminiſtratio, temperantia modis omnibus enaſcetur.

Xenocrates allatis ſibi ab Alexandro quinquaginta talentis, renuntiari Alexandro iuſsit, quandiu boc modo viueret, non opus ſibi tantis pecunijs fore.

Mulieres Iberorum quotannis telas ſuas publicè proponunt: viri autem ei quæ ipſorum ſuffragijs plurimum elaboraſſe viſa fuerit, maximum honorem deferunt. habent quoq; certæ menſuræ zonam, qua ſi venter alicuius cingi nequeat, turpe habetur.

Thucydides. Moderati viri qui cauta mẽte lætam fortunam dubiam reputãt, ſi quid infortunij inciderit, ſapientius ferre nouerunt.

Menedemus, cùm iuuenis quidam dixiſſet, Magna res eſt aſſequi quæ quis deſiderat, dixit, Multò maior eſt, omnino non deſiderare ea quibus nihil indiges.

Tam puram oportet eſſe temperati vitam, vt ne ſuſpicionem quidem criminis incurrat.

Hoc modo verſandum eſt in cõuiuio: circumacto diſco, ſi aliquid ad tuum locũ peruenerit, manu extenſa modeſtè attinges: ſi prætererit, noli retinere: ſi nondum appropinquauerit, ne nimium appetitum extendas: ſed expecta donec ad te venerit. Eodem animo ad diuitias, magiſtratus, & nuptias affici debes, eriſq; deorum conuiuio dignus. *Epictetus.*

Approbãda eſt voluptas, tanquam ad rectiſsimam rationis regulam comparata, cui inter pulchra & iucunda nihil quicquam temperantia iucundius. Sic & probandus eſt dolor, cui inter omnia quæ declinari ſolent nihil eſt intemperantia grauius. *Maximus.*

Voluptatem non quamlibet, ſed ob res honeſtas natam eligere decet. *Demoſthen.*

Iuſtus amor eſt, ſine contumelia res pulchras appetere. *Idem.*

Socratis admirabilem doctrinam approbare debes, qui diuitias ex vſu metiri iubebat. non enim immenſas poſſeſsiones diuitias vocabat: ſed tantum quantum requiritur ad vſum decentem. Monebat autem ne iudicio falleremur, & eos pauperes non qui poſſeſsionis, ſed animi penuria laborarent, exiſtimaremus. *Xenophanes.*

Nihil innaſci malum poteſt in homine, qui ſapientiæ fundamenta iecerit temperantiam & continentiam. *Idem.*

Voluptates opus eſt præterire, velut Sirenes, eum qui virtutem tãquam patriam intueri deſiderat. *Socrates.*

Celebratus eſt Euripides, quòd in theatro dixerit, Quidnã eſt turpe, niſi quod vtẽtibus ita videtur?

Nemini perſpicuum eſt vtrum mors bonorum omnium maximum contingat homini: metuunt autem perinde ac ſi eam ſcirent maximum eſſe malorum. *Plato.*

Galactophagi Scythæ, carẽt edibus: in alimentum autem lac equinum loco vini babent: & confectos inde caſeos edunt. Itaq; impugnatu difficillimi ſunt, cùm victum ſemper habeant. communibus vtuntur, tum bonis tum vxoribus.

Apud Abios homines iuſtiſsimos, nullus inuidia, odio vel metu mouetur propter vitæ communionem & iuſtitiam. Pugnaces non minus vxores ſunt quàm viri, adeò vt olim Athenas & Ciliciam vſque caſtra mouerint.

Vita fortunæ coniuncta torrenti ſimilis eſt. Turbulenta enim & plena cœno, ingreſſuq; difficilis, violenta & obſtrepera eſt, & breue tempus edurat.

Vita cum fortuna virtutis conſtans, ſimilis eſt perenni fonti, cuius aqua limpida, imperturbata, potabilis, ſuauis, abſque omni iniuria & pernicie manat. *Idem.*

Si vis bonus eſſe, primùm crede quòd malus ſis.

Melius eſt, rarius delinquere fatentem tempeſtantẽ eſſe ſæpius, quàm rarius errare dicentem ſæpius delinquere.

Caſtiga affectus, ne tute ab ipſis caſtigere, pœnamq; luas.

Non

Non tam pudefieri existimationem, quàm te veritatem fugere debes.

Si bene vis audire, discito bene loqui: & cùm bene loqui didiceris, rectè facere conator. hoc enim modo bonam famam acquites.

Examina teipsum, vtrum ditescere malis an beari. Quòd si diuitias velis, rem neque bonam esse scias, nec omnino in te sitam. Si verò beari, id & bonum est, & penes te. Opes enim fortuna ad tempus accommodato dat. Beatitudo autem à nostra voluntate procedit.

Quemadmodum viperam, aut aspidem, aut scorpium in eburneo, aureóue scrinio inspiciēs, non propter materiæ precium in ipsa diligis, aut magni facis, tanquam fœlicia animalia: sed potius propter naturæ ipsorum exitialem vim abhorres ac detestaris. Sic etiam in diuitijs & fastu fortunæ malitiam vidēs inesse, non ad materiæ splendorem obstupesce, sed morum prauitatem contemne.

Diuitiæ non sunt de numero bonorum. Nimium enim sumptuum malum est: Temperantia autem bona. Vocat enim ad frugalitatem & bonorum possessionem: diuitiæ verò ad sumptuositatem alliciunt, à temperantia abstrahunt. Quamobrem difficile sane fuerit aut diuitem esse temperantem, aut temperantem diuitijs affluere.

Quemadmodum si conceptus aut natus esses in naui, non ideo statim eius gubernator fieri velles: neque enim naturâ nauis ad te pertineret: sic neq; diuitiæ, sed ratio. Id igitur quod tibi naturale est & cognatum, videlicet rationem, proprium tibi censere, & eius curam suscipere debes.

Siquidem inter Persas genitus esses, non desiderares in Græcia habitare, & illic fœlicitate frui. Cùm autem in paupertate sis natus, quid studes ditescere, & in ea conditione fœliciter agere, qua primum progenitus es.

Quemadmodum in paruo humilique grabato angustè cubare hominem sanum melius est, quàm in amplo lecto cubantem ægrotare: Sic & in exigua fortuna melius est sese contrahentem fœliciter agere, quàm in magna fortuna infœlicem esse.

Non paupertas molestiam facit, sed animi cupiditas: Neq; diuitiæ à metu liberant, sed ratio. Si tibi igitur rationem comparaueris, neque diuitiarum cupiditatem, neq; paupertatem accusabis.

Nec equus ob phaleras & tapetes, nec auis ob nidum & plumas gloriatur: sed vtrumque animal ob celeritatem. Quare tu ob alimenta, vestes, externasque opes ne superbito, sed ob probitatem & beneficentiam.

Benè & sumptuosè viuere differūt. Alterum enim ex temperantia, frugalitate, disciplina: Alterum ex luxu, ac intemperantia, & omnis decori neglectu nascitur. hoc denique, vituperium, illud vera laus consequitur. Itaq; si rectè viuere vis noli laudem ex sumpmositate quærere.

Prima repletio appetitionis modus sit omnis cibi & potus. Ipsa autem appetitio obsonij & voluptatis loco sit. Sic neque plura, quàm opus est ingeres, neque instructoribus obsoniorum egebis, & potum quemuis approbabis.

Conuiuijs vtitor non cum neglectu & tristitia, sed hilariter & cum frugalitate. vt neque per corporea animæ deceptæ perturbentur, neque corporeas voluptates contemnant & deinde lædantur, diuitijs quidem luxuriantia, in posterum verò morbis affligenda corpora.

Operam da vt non solùm ventri gratificere, sed honestæ animi lætitiç. In illis enim contenta excernuntur, & vt vides effluunt: hæc verò, etiam anima à corpore seiuncta, perpetuò incorrupta manet.

Inter epulandum considera quibus rebus excipiēdum sit corpus, & quibus anima. Tum quòd omne in corpus collatum, statim rursus effluxurum sit: Quod autem in animam, perpetuò seruandum.

Fac ne preciosas epulas cum ira miscens assumas. Eximiæ enim epulæ postquam breui mora corpus transierint, paulò post abeunt. At si deglutiueris iram, diutissimè immorabitur. Vide igitur, ne vrgente ira in conuiuas sis iniurius, sed potius cum mansuetudine & simplicitate illos exhilares.

Turpe est muneribus apum potiones edulcare. Rationem autem deorum munus non adhiberead edulcandam malitiæ amaritudinem.

Cura ne conuiuiorum ministri maioris sint precij, quàm quibus ministratur.

Optimum fuerit, si in apparatu laboraueris, & ferculis tibi propositis aliquid præsentium famulis communicaueris. Si tempus verò non ita ferat, saltem memento quod tibi otioso à laborantibus inseruitur, edenti à non edentibus. hoc pacto nec mte inflammatus absurdi quicquam patieris, nec alium commotus afficies molestia.

Contendere, cùm vbiq; molestum est & indecorum, tum maximè inter pocula. Nam neq; ebrietas sobrietatem docere potest, neque sobrietas ab ebrietate persuaderi.

Cicada animal est musicū: Cochlea verò sicca est. hæc humectari gaudet, illa calescere. Rursus has ros elicit: illas solis vigor. Quamobrē si musicus esse vis cùm tibi vino irrorata fuerit anima, ipsam non sines egressam inquinari. Sed cùm in concessibus à ratione fuerit accensa, tum vaticinari eam, & iustitiæ oracula canere iubebis.

Hominem quocum cōuersaris tribus modis considera, nempe vt præstantiorem te, aut inferiorem, aut æqualem. Præstantiori ausculta: minori modestè persuadeas: æquali consentias. hoc sanè modo nunquam in contentionem incides.

Melius est veritati concedentem vincere opinionem, quàm locum opinioni dantem à veritate superari.

Veritatem inquirens non omnibus modis victoriam quæres: inuenta autem veritate, inuictus eris.

Veritas apud se vincit, opinio autem apud exteros.

Vt corporis fortuna, sic animi malitia malum est vinculum. Nam qui solutus est corpore, vinctus autem est animo, seruus est. Contrà qui corpore ligatus est, animo autem solutus est, is liber est.

Vinculum corporis tum natura soluit morte, tum malitia & pecunijs. Animi autē vinculum virtus per disciplinam, magnanimitatem & studium.

Si tranquillus & perturbationum immunis viuere velis, conare omnes qui tibi côueniant, bonos habere. habebis autem bonos, si volûtarios erudiueris: multos autem excluseris. Comitabitur fugientes improbitas & malitia. Relinquetur autem pariter cum illis, qui tecum manent, bonitas atq; libertas.

Melius est cum vno libero degentem, intrepidum & liberum esse, quàm cum multis seruire.

Quod pati refugis, eo fac teipsum ne afficias: fugis autem seruitutem, caue igitur subijci. Nam si seruitutem subieris, ipsemet iam antea seruus esse videberis. Neq; enim malitia quidquam habet cum virtute commune, neque seruitus cum libertate.

Quemadmodum sanus ab ægris ministrari sibi, & familiares suos ægrotare nollet: Ita neque liber aliquis sustinuerit seruos sibi inseruire, aut eos quibus cum agit seruitutem pati.

Quisquis volueris seorsim à seruis esse, ipse te primùm à virtute absolue. Eris autem liber, si solutus fueris à cupiditatibus. Nam neque Aristides Iustus, & Epaminondas Deus, Lycurgus Seruator appellati sunt, seruituti detenti, & diuites: sed quia tenui fortuna contenti Græciam à seruitute in libertatem asseruerunt.

Si domum bene habitare vis, Lycurgum Spartanum imitare. Sicut enim ille non muris vrbem muniuit, sed virtute ciues instruxit: Ita tu non magnum vestibulum circunda, nec turres erige: sed inhabitatores fide, beneuolentiaque confirma, & nihil noxij domum ingredietur.

Ne tabulis & picturis domum tuam circunda, sed temperantia ipsam depinge. Illud enim alienum est, & oculorum tantùm iucunda præstigiatio: hoc verò indelebilis domui ornatus existit.

Pro boum armêtis studium tibi sit amicorum greges domi tuæ congregari.

Vt lupus cani similis est: ita adulator, & adulter, & parasitus amico similis. Animum igitur aduerte, ne canum custodum vice lupos nescius admittas.

Si parua admireris, indignus existimabere magnis: at si spreueris exigua, in magnam admirationem ipse venies.

Nihil abiectius est luxuria, auaritia, arrogantia. Nihil autem præstantius magnanimitate, mansuetudine & humanitate.

Operam dare vt domus incrustata gypso albedine sua resplendês in admirationem spectantes trahat, hominis est imperiti. Ingenium verò commoda familiaritate illustrare, humanitatis studium testatur.

Septem sapientum Apophthegmata.

Cleobulus. Vt in longa naui nolles & onusta auro, submergi: sic in ampla magnificaque domo sedens curis obrui nolis.

Modus optimus omnium.

Genitorem oportet reuereri.

Libenter audire quidem oportet, non quæuis tamen tenere.

Præstat multa discendi studiosum esse, quàm rudem.

Linguam bene ominantem, nô maledicam, habere conuenit.

Virtutis est proprium iniustitiam odisse, pietatem custodire, ciuibus optima consulere.

Linguam continere, per vim nihil agere, liberos erudire, inimicitias dissoluere, populi inimicum hostem appellare fas est.

Cum vxore neque lites, neque blanditias, præsentibus alijs exercere conuenit. Famulos ebrios ne castigaueris: sin minus, ebrius ipse videberis.

Vxorem duc ex æqualibus: si enim ex superiori familia duxeris, non affines tibi, sed dominos comparabis.

Ne cum subsannante alios temerè rideas: inuisus enim fies illis, quibus illuditur.

In diuite fortuna ne superbias: Pauper, non animo deijciaris.

Ne quid nimis.

Non sedebis iudex: sin minus damnato inimicus fies. Solon.

Voluptatem fuge: parit enim tristitiam.

Morum probitatem serua, vel iureiurando fidem digniorem.

Sermonem obsigna silentio: silentium autem occasione.

Non mentiere, sed verum dices, & seria meditaberis.

Amicos non cito comparabis: quos autem comparaueris non statim reijcies.

Parêre cùm didiceris imperare scies.

Ciuibus non suauissima, sed optima consules.

Deos consule. Amicos cole. Quod noueris non statim dic. Sciens tace. In tuos mansuetus sis.

De rebus ignotis per notas & euidentes coniecturam fac.

Nosce teipsum. Inter pocula non multum loquere: delinques enim.

Liberis hominibus ne miniteris. Ne in proximos maledicus sis: sin minus audies quæ tibi molesta erunt. Chilon.

Ad amicorum conuiuia tardus accede: ad calamitates autem citò.

Nuptias frugaliter celebra. Bene ominare de homine mortuo.

Natu maiorê reuerere. Curiosum in alienis oderis. Iactura turpi lucro præferenda. Calamitosum ne irriseris.

Si robustus es, tranquillus esto, vt reliqui te vereantur potius quàm timeant.

Domum tuam guberna. Fac ne tibi lingua mentem præcurrat.

Iracundiæ moderare. Impossibile ne desideres.

In via non acceleres pergendo, neq; manum moueas: insanientis enim indicium est.

Legibus obtempera. Cum affectis iniuria reconciliare.

Sponde, noxa præsto est. Amicorum tum præsentium tum absentium memineris. Pittacus Mitylenæus.

Faciem reddere nitidam & speciosam non laborabis: sed in actionibus studijsq; tuis pulcher esto.

Ne diues sis improbè. Ne te fama calumnietur erga eos, quibus fide astrictus es.

Adulari parentibus non dubita. Qualia in parentes contuleris, talia prorsus à liberis tuis expecta.

Bonum cognoscere difficile. Suauissimum est, desiderio potiri. Molesta res ocium. Intemperantia malum

malum est. Doce ac disce meliora.

Ociosus ne fueris. Non omnibus crede. Fac ne inuidiam declinans fias miserabilis. Si locuples fueris, fœlicitatem tuam non celato.

Thales Mil. Nosce tempus. Quod facturus es oe prædixeris: frustratus enim spe irrideberis.

Amicis vtere. Quæ ęgrè fers, ea proximo ne feceris.

Si parũ tibi decedat, non statim amico conuicieris.

Difficile est perspicere futura.

Fida est terra: infidum mare: inexplebile lucrum.

Amato disciplinam, temperantiam, prudentiam, veritatem, fidem, peritiam, dexteritatem, societatem, œconomiam, artem, pietatem.

Bias. Teipso prius inspecto ad agendum aliquid accingi oportet.

Si pulcher videaris, pulchra facito: sin deformis, naturæ defectum morum pulchritudine pẽsato.

Sero aggredere: q autẽ cœperis, cõstanter absolue.

Celeritatem in loquendo oderis. Neq; simplex sis, neq; malignus.

Prudentiam delige. Imprudentiam non admitte.

Audi multa: loquere tempestiua: facieodum considera.

Si pauper sis, diuites noo reprehende, nisi magna inde consequatur vtilitas.

Virum indignum propter opes ne laudaris.

Cùm quid bonum feceris, noo tibi sed dijs causam ascribe.

In adolescentia bonam fortunam: in senectute prudentiam obi compara.

Curandum est vt habeas in factis memoriam, in tempore cautionem, in moribus ingenuitatem, in labore patiẽtiam, in metu pietatem, in diuitijs amicitiam, in oratione persuasionem, in silentio decorum, in mente iustitiam, in audacia fortitudinem, in actione potentiam, in gloria principatum.

Periander. Rem omnem considera. Bona res quies: periculosa temeritas.

Lucrum turpe accusatio naturæ est. Imperium populare melius est tyrannide.

In dextra fortuna moderatus esto: in sinistra, prudens.

Hominem parcum mori satius est, quàm viuum indigere.

Compara te vt dignus sis parentibus.

Da operam vt viuens laudabilis: defunctus autem beatus existimeris.

Amicis pariter in læta & tristi fortuna eundem teipsum exhibe.

Si quid mali inuitus promiseris, transgredere.

Arcanos sermones ne prodideris.

Ita conuiciare, tanquam breui futurus amicus.

Legibus quidem vtor antiquis: obsoonijs autem recentibus.

Non modò peccantes castiga: sed peccaturos etiam prohibe.

Infortunium tuum celato, ne gaudio inimicos afficias.

Septem sapientum consilia ex Sosiade.

Sequere deum. Pareto legi. Reuerere parentes. Pro iusto vinci sustine. Cognosce postquam didiceris. Cùm audieris intellige. Nosce teipsum. Vxorem ducturus, opportunitatem cognosce. Mortalia sapito. Iuramẽto abstine. Impera tibi. Amicis succurre. Amicitiã dilige. Disciplinæ incũbe. Gloriã sectare. Sapientiam æmulare. Pulchrum pulchrè dicito. Neminem vitupera. Virtutem lauda. Fac quæ iusta sunt. Amicis beneuolus esto. Inimicos vlciscere. Ingenuitatem exerce. Abstine malioa. Propria custodi. Alienis abstine. Verbis bene ominare. Audi omnia. Gratificare amico. Parce tempori. Prospice futurum. Iniuriam oderis. Famulos reuerere. Filios erudito. Si quid habes alijs gratificare. Dolũ metue. Benedic omnibus. Philosophus esto. Quod bonum & æquum est iudica. Vbi rem cognoueris, actioni incumbe. Abstine cæde. Opta possibilia. Vtere sapientibus. Quod cepisti restitue. Ingenium & mores explora. De nomine suspicare. Vtitor arte.

Beneficia hooorato. Inuideto nulli. Posside iure. Honora bonos. Verecundiam cole. Gratias refer. Contentionem oderis. Opprobrium detestare. Iudica iustè. Muneribus incorruptus res examina. Incusa præsentia. Dic sciens. Vim non facias. Conuersare mansuetè. Finem cœptis intrepidus impone. Filijs non confidas. Impera linguæ. Benefac tibi ipsi. Affabilis esto. Responde io tempore. Labora cum iustitia. Ea fac quorum te non pœniteat. Peccans pœnitudine afficiaris. Oculo moderare. Consule vtilia. Absolue citò. Amicitiam custodi. Potentius time. Venare vtile. Occasionem expecta. Inimicitias dissolue. Benedicentiam vsurpa. Simultatem fuge. Diuitias posside iure. Gloriam non desere. Malitiam habeas odio. Discendo oon defatigeris. Periclitare prudenter. Dilige eos quos alis. Maiorem natu reuerere. Iuniorem doce. Verere te ipsum. Pro patria mortem oppetas. Non pugna aduersus vitam. De mortuo non riseris. Cùm infœlice condoleto. Non quauis de causa tristeris. Ex ingenuis prolem suscipe. Ne in defunctos iniquus fueris. Beneficia suscipe tanquam mortalis. Modestus esto. Fortunæ ne credas. Adolescens sis temperans: vigente ætate iustus: senex autem prudens.

Morbum sanitas excipit, iucunda res & bona: famem satietas: laborem quies. Temperantia maxima virtus est: & sapientia verum dicere & facere secundum naturam intelligentes. Sapere omnibus est commune. Cordatè loquentes te quadam omnibus communi confirmare oportet: quemadmodum lege ciuitas confirmatur.

Animæ ratio auget ipsa seipsam. Oportet in vita tanquam in fabula quadam, primas dicendi partes obtinere noo dicissimum, sed prudentissimum. *Socrates.*

Pulchrum est in foco ignem conspicere splendidum: in fœlicitate autem animum. *Idem.*

Nec equo sine fræno, neq; diuitijs sine ratione tutò quis vti poterit. Vita ceu musicum instrumentum, remissione & intentione disposita, suauior euadit.

Thus quidem dijs, laudem verò bonis tribuere conuenit.

Qui lucrum factis turpibus acquisitum, honestis administrationibus expendentes accommodãt, simile quiddam faciunt cum illis, qui sacrilegia io diuinos cultus conuertunt.

C Excu

Excusare quidem eos oportet, qui immeritò suspicionem & crimen iniustitiæ incurrunt: laudibus autem illos vehere, qui re quapiam egregia alijs antecellunt.

Plato in Alcibiade. Auxilium huiusmodi pulchrum appello, vbi quis seruare conatur quos oportet. Malum verò, ob internus ac vulnera.

Apophthegmata.

Quum Megabates eximia forma adolescens, Agesilaum adiisset aliquando salutādi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret: Agesilaus auertit vultum. Cæterùm quum erubuisset ille ratus se contemptui fuisse, ac deinceps salutaret eum eminus, rex fingit se mirari quid accidisset, quod ipsum non salutaret osculo: familiares responderunt: Ipse fuisti in causa, ô rex, qui venientē nō exceperis. Tunc Rex, non est vt reditū illi persuadeatis. Nam ego mihi sic videor affectus, vt malim huiusmodi rebus superior esse, quàm aduersariorum vrbem fortibus viris instructissimam per vim capere. Præstantius enim duco vt quis sibi ipsi libertatem suam seruet, quàm vt alijs libertatem adimat. Intellexit neminem esse liberum, qui seruiret cupiditatibus: intellexit nullum esse imperium speciosius, quàm si quis animo suo posset imperare.

Idem quod ad corporis curam attinebat, nulla in re melius habebat, quàm hi quibuscum viuebat: à saturitate & crapula in totū abstinens. Somno sic vtebatur, non vt ille dominaretur, sed vt seruiret negocijs. Aduersus frigus sic erat instructus, vt quatuor anni tempestatibus, vna tantùm veste vteretur: in tentorijs nihilo meliorem culcitram habebat quàm cæteri: illud assiduè habēs in ore, Principis esse, nō mollicie delitijs'ue, sed temperantia ac fortitudine priuatis hominibus antecellere.

Idem sciscitante quodam quid profuissent Lycurgi leges, Voluptatum, inquit, contemptum attulerunt. Indicans Reipub. corruptelam ex delicijs nasci.

Idem cùm in Asia ædes quasdam conspexisset quadratis trabibus confectas, rogauit num apud illos quadrata ligna nascerentur: cùm autem esset respōsum talia nō nasci, sed arte quadrari, Quid, inquit, ergo'ne si quadrata nascerentur faceretis rotunda? Taxauit falsè hominum luxum, quibus nihil placet nisi ex alieno deuectum orbe, multoq; adulteratum artificio.

Antisthenes voluptatem in tantum execrabatur, vt diceret se malle insanire quàm voluptate affici. Insaniam aufert medicus: voluptas mentem eripit homini.

Exempla Græcorum.

Alexander inuicti cognomen assecutus Diogenis temperantiam vincere cupiens, ad eum in sole sedentem accessit, admonens vt si quo egeret, indicaret. Mox, inquit, de cæteris: interim velim vt à sole mihi non obstes. Quamobrem facilius Darium armis, quàm Diogenem diuitijs vicit.

Abstinentis senectę Xenocratem accepimus fuisse: qui vino grauis iuxta Phrynem nobile Athenarum scortum accubuit, pignore cum quibusdam iuuenibus posito, an temperātiam eius corrumpere posset, quam nec tactu nec sermone tentauit, sed propositi irritam dimisit. Deridentibus autem adolescentibus, quòd tam formosa hominem illecebris pellicere non potuisset, pactum victoriæ precium flagitantibus, de homine se cum ijs, non de statua pignus posuisse respondit.

Alexāder eiusdem amicitiam emere voluit, Philosophus regi vendere non voluit. Legatos enim ad eum cum aliquot talentis miserat, quos in Academiam perductos, solito sibi & modico apparatu excepit. Postero die interrogantibus cui vellet pecuniam adnumerari, Quid vos, inquit, hesterna cœna non intellexistis, ea me non indigere?

Philopœmenes Megalopolitanus, cupientibus Lacedæmonijs aliquo magno munere pro acceptis beneficijs ei gratiam referre, oratores qui ad eum cum centum & viginti talentis missi erant, perspecta eius vitæ abstinentia nunquam de dāda ei hac pecunia hiscere ausi sunt. Re tandem perspecta Lacedæmonem profectus est, & in Senatu Lacedæmonios grauiter increpuit quòd amicum, quem sine vlla impensa habebant, coëmere pecunia tentarent.

Epaminondæ fama motus Artaxerxes Persarum rex, cùm sibi amicum eum facere cuperet, Diomedontem cum quinque talentis ad eum misit, qui ducem hac de re compellare non ausus, iuueni cuidam munus tribuit. Epaminondas autē vix auditis verbis primis, Diomedontem vocari iussit, dixitq; sibi pecunia opus nnn esse: quoniam si de bona re apud Thebanos eius opera desideraretur, semper eam sine præmio facturus esset. Quòd si mala foret, totius orbis aurum, vt ab ipso obtineretur, non effecturum.

Hieronis Syracusani vxor, quærenti viro, cur fœtere ei spiritum nunquam dixisset: respondit arbitratam se, alijs viris idem odoris esse.

Alexander Darium cùm persequeretur, & grauiter siti premeretur, incidit in quosdam qui iumentis aquam ferentes, petenti ei aquam porrexerunt. Itaq; priusquam gustasset, quò eam ferrent, petijt. Respondente autem quodam ad filios se ferre, qui etiam si morerentur liberi non essent defuturi, noluit bibere: dicens se bibendo nolle aliorum augere sitim.

Socrates neq; risit in vita neq; fleuit, quin vno semper eodemq; vultu visus est. Mirum videri potest quòd eximiam illam animi tēperantiam, neq; nuptialis lætitia variare potuit, neq; tristitia illius diei quo venenum hausit.

Alexander cùm Darij hostis coniugem, omnium fœminarum quæ ætate illa florebant, pulcherrimam, filiasq; cum castris cœpisset, tam sanctè penes eas se habuit, quàm sorores ac filias: ac postremò filiam vnam sibi iunxit matrimonio.

Idem Porum regem ingenti prælio victum & in potestatem suam redactum, non tantùm regnare permisit, sed restitutum ampliore regno donauit.

Apollonius Tyaneus diuitias non ambiens, scientiæ cupidus, pecuniæ continens, inter epulas abstemius

ftemius & fobrius, aquam femper bibit neglecto vino. Dicebat enim pototes aquæ leuiorem fomnum capere, neq; vertigines vllas pati & facilius confpicere per fomnia vaticinationem.

Lyfandro in Ioniam proficifcēti, hofpites inter cætera dona, bouem & placentam miferunt: qui placentam contemplatus, quæfiuit quidnam illud cupediarum effet, cumq; refpondiffent ex melle & cafeo effe confectam, Hæc igitur, inquit, ijs date, qui nouerunt, non enim hic eft liberi aut ingenui hominis cibus.

Romanorum.

Cn. Martius, Anci regis clara progenies, qui poftea Coriolanus dictus eft, cùm æditis confpicuæ fortitudinis operibus, à Pofthumio Cominio Cófule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, centum agri iugeribus, decem captiuorum electione, totidem ornatis equis, centenario boum grege, argento quantum fuftinere valuiffet, donaretur: nihil ex ijs præter vnius captiui falutē, hofpitis, equumq; quo veheretur, accipere voluit.

M. Curius exactifsima temperantiæ Romanæ norma, Samnitum diuitias contempfit agrefti in fcamno afsidēs, ligneo catino cœnans. Maluitq; diuitibus imperare quàm ipfum fieri locupletem. Itaq; nec acie vinci, nec pecunia expugnari potuit.

Idem cùm Italia Pyrrhum expuliffet, nihil omnino ex præda regia, qua vrbem & exercitum ditauerat, attigit: decretis etiam à Senatu feptenis ingeribus agri populo, fibi autē quinquaginta, popularis afsignationis modum non excefsit: parū idoneum Reipu. ciuem exiftimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non effet.

Fabricius Lucinus honoribus & autoritate omni ciue fuis temporibus maior, cenfu par vnicuique pauperrimo, à Samnitibus quos omnes in clientelam habebat, decem æris, & quinq; argenti pondo, totidemq; feruos fibi miffos in Samniū remifit. Continentia fua fine pecunijs prædiues, locupletem illum faciebat, non multa pofsidentem, fed modica defiderantem.

Q. Tuberoni Catellio confulatū gerēti, cùm Ætoli omnis vfus vafa argentea & exquifita arte fabricata mififfent, cum fuis farcinis abire iufsit Ætolos, monitos ne continentiæ quafi paupertati fuccurrendum putarent. Nunc quo ventum eft? à feruis vix impetrari poteft, ne eam fupellectilē faftidiant, qua vti Conful non erubuit.

Paulus Æmilius deuicto Perfe rege, cùm Macedonicis opibus veterem Romanorum paupertatem eo vfq; fatiaffet, vt populus Romanus tributi præftandi onere fe liberaret, penates fuos nulla ex parte locupletiores fecit: præclarè fecū actum exiftimans, quòd ex illa victoria alij pecuniam, ipfe gloriam occupaffet.

Huic animi iudicio, Q. Fabius Gurges, C. Numerius, Fabius Pictor, Q. Vgolinus fe fubfcripferūt, qui legati ad Ptolemæum regem mifsi, munera quæ ab eo priuatim acceperāt, in ærarium prius detulerūt, quàm ad Senatum legationem referrēt: fcilicet de publico minifterio nihil cuiquam præter laudem bene adminiftrati officij accedere debere iudicantes. At verò data funt legatis quæ in ærarium repofuerant. Ita in ijsdem Ptolemæi liberalitas, legatorum temperantia, Senatus ac populi æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

Fabiorum & Vgolini temperantiæ, Calphurnius Pifo in confimili genere laudis æmulus fuit. Cōful graui fugitiuorum bello à fe liberata Sicilia, eos quorum præcipua opera vfus fuerat, imperatorio more donis profequebatur: inter quos filium aliquot locis fortifsimè præliatum, titulo trium librarum aureæ coronæ decorauit, præfatus non oportere à magiftratu è publica pecunia erogari, quod in ipfius domum rediturum effet, tantumq; ponderis teftamento adulefcenti legaturum promifit, vt honorem publicè à duce, pretium priuatim à patre acciperet.

Age fi quis hoc feculo vir illuftris pellibus hœdinis pro ftragulis vtatur, tribusq; feruis comitatus Hifpaniam regat, & quingentorum afsium fumptu tranfmarinam prouinciam petat, eodem cibo, eodemq; vino contentus, quo nautæ, non'ne mirabilis exiftimetur? Atqui ifta patientifsimè fuperior Cato tolerauit, quia illum grata frugalitatis confuetudo in hoc genere vitæ cum fumma vitæ dulcedine continebat.

Cato pofterior in ciuitate iā diuite & lautitia gaudēte natus, cùm bellicis negocijs intereffet, filiū fecum trahens, duodecim feruos habuit tantùm.

Scipio Æmilianus poft duos inclytos confulatus, totidemq; præcipuæ fuæ gloriæ triumphos, feptē feruis legationis officio functus eft: licet Carthaginis ac Numātiæ fpolijs cōparare plures potuiffet, fed operum ad fe laudem, manubias ad patriam redundare maluit. Itaq; cùm per focios & exteras gentes iter faceret, non mancipia eius, fed victoriæ numerabantur: nec quantum auri & argenti, fed quantum amplitudinis pondus fecum ferret, æftimabatur.

In atra illa procella, quam C. Marius, & L. Cinna Reip. inflixerant, temperantia populi Romani mirifica confpecta eft. Nam cùm à fe profcriptorum penates vulgi manibus diripiendos abieciffent, inueniri potuit nemo, qui ciuili luctu prædā peteret. Vnus enim quifq; fe ab his perinde ac facris ædibus abftinuit. Quæ quidem tam mifericors continentia plebis tacitum crudelium victorum conuicium fuit.

Temperantifsimus Iulianus imperator fuit, qui mortua Helena coniuge quanquam iuuenis admodum, multos annos in cœlibatu, abfq; vllo Veneris commercio egiffe creditur, capraq; in Perfide, vrbe Maiozanalcha, in qua formofæ permultæ mulieres erant, non modò nulla abufus eft, verùm, vt continentior effet, ipfarum quoq; confpectum effugit.

Cato iunior cùm per Libyæ feruidas arenas iter faceret, & propter folis ardorem totus exercitus fiti grauaretur, porrecta ei galea aquæ plena à milite quam folam vix inuenerat, vt tolerantiam fuam oftenderet, neque fitientibus alijs folus fitim expleret, in exercitus confpectu aquam è galea in terram effudit: vt qui potu ora militum explere non poterat, poculis atque exem-

plo suo expleret. Idq; assecutus est, vt aqua quæ hausta vix vnius sitim sedasset, eá sparsa sitim fa- cilius omnes perferrent.

Romulus octingentis & amplius Sabinis raptis, vna contentus fuit Hersilia, atque ea iam adulta.

Aut quis non vini parcissimus, qui in conuiuio quodam vrbanè increpitus, quòd parcius potaret. Ego, inquit, quantum volui, bibi: non quantum potui.

Africanus maior dictus, Charthagine in Hispania cœpta, virginem ex captiuis vnam eleganti forma, ad se perductam vbi quæ esset audiuit, & cui viro desponsata, puellam viro seruari iussit, ac sanctè custodiri: restituitq; eam cum auro, quod pro ea dabatur.

C. Cæsar dictator in suis ad amicos epistolis testatus est, ex ciuili victoria nullum percepisse fructum, quàm quòd à se quam plurimi seruati essent: quos, quia hostes fuissent, & bello victi, iure perdere potuisset.

TEMPVS.

Sen epist. 1. Quem mihi dabis qui aliquod precium tempora ponat, qui diem æstimet, qui intelligat se quotidie mori.

Ibid. Omnia aliena sunt, tempus tantum nostrum est.

Idem epist. 49 Etiam si multum superesset ætatis, parcè dispensandum erat, vt sufficeret necessarijs: nunc quæ dementia est, superuacua discere in tanta temporis egestate.

Idem epist. 98. Nulla ætas vacauit à culpis, luxuria, & negligentia boni moris, hominum sunt vitia, non temporum.

Idem epist. 100. Quàm stultum est ætatem disponere & tempus: nec crastino quidem nominamur.

Epist. 118. Non tam benignum ac liberale natura nobis tempus dedit vt aliquid ex illo vacet perdere.

Ibid. Vitam nobiscum diuidit somnus, & hoc tempore tam angusto & rapido, quid iuuat maiorem partem mittere in vanum?

Quint. decla. 4. Infirmæ terrenæq; mentis est memorare annos.

Cic. 2. de diuin. Nihil est quod longinquitas temporis efficere non posit.

Cic. ad Marc. Tempori cedere, id est, necessitati parere, semper sapientis est habitum.

1. Tuscul. Conferto nostram longissimam ætatem cum æternitate: & sic breuissima reperietur.

Pro Marcello. Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & consumat vetustas.

Quid est in hominis vita diu? Mihi nê diuturnum quidem mouetur.

Ibid. Horæ cedunt, dies, menses, anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quod sequatur sciri potest.

Cicero Phil. 11. Nihil semper floret, ætas succedit ætati.

Ibid. Quis est, quamuis sit adolescens, qui exploratum habet se ad vesperum esse victurum?

Ibid. Sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur.

Ibid. Cursus est certus ætatis: & via vna naturæ, eaq; simplex: suæ cuique parti tempestiuitas est data.

1. Tuscul. Quæ potest esse in vita iucunditas, cùm dies ac noctes cogitandum sit iamiam esse moriendum?

Dies alius de alio iudicat. *Plinius fun. lib. 2.*

Alijs tempora desunt: alij tempori supersunt. *Max lib 6.*

Tanto breuius omne, quantò fœlicius tempus. *Plin. sen. lib. 3.*

Ex Poëtis.

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas: *Ouid. 3. de arte.*
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit,

Singula de nobis anni prædantur euntes, *Corn. Gallus.*
Eripuere iocos, venerem, conuiuia, ludos.

Diuersos diuersa iuuant, non omnibus annis
Omnia conueniunt, res prius acta nocet.

Exultat leuitate puer, grauitate senectus.
Inter vtrumq; manens stat iuuenile decus.

Et fugit interea, fugit irreparabile tempus. *Virg. 3 Geor.*

Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus *Lib. 10. Aenei.*
Omnibus est vitæ.

Labitur occultè fallitq; volubilis ætas, *Ouid. 10. Met.*
Et nihil est annis velocius.

Cuncta fluunt, omnisq; vagans formatur imago, *15. Metam.*
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. Neq; enim consistere flumen
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem.
Tempora sic fugiunt pariter, pariterq; sequuntur,
Et noua sunt semper. Nã quod fuit ante relictũ est,
Fitq; quod haud fuerat, momẽtaq; cuncta nouãtur.

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis, *Lib. 6. fastor.*
Et fugiunt fræno non remorante dies.

Eunt anni more fluentis aquæ. *Lib. 3. de arte.*

Nec quæ præteriit cursu reuocabitur vnda,
Nec quæ præteriit hora redire potest.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas *Idem.*
Et celer amissis labitur amnis aquis.

Volat ambiguis mobilis alis *Sen. in Hipp.*
Hora.

Senescimus, effugit ætas. *Ausonius Epig.*

Obrepsit non intellecta senectus,
Nec reuocare potes, qui periere, dies.

Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat. *Teren. in And.*

Læta fere lætus cecini, cano tristia tristis, *Ouid. 3 de Pon.*
Conueniens operi tempus vtrumq; suo est.

Tempore congruo omnia facienda sunt.

Aggrediar melius tunc, cùm sua vulnera tangi *Ouid lib. 1. de rem. am.*
Iam finet, & veris vocibus aptus erit.

Quis matrem nisi mentis inops, in funere nati
Flere vetat? non hoc illa mouenda loco est.

Cũ dederit lacrymas, animumq; impleuerit ægrũ,
Ille dolor verbis emoderandus erit.

Temporibus medicina valet: data tẽpore prosunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

Quin etiam accendas vitia, irritesq; vetando,
Temporibus si non aggrediare suis.

In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum. *Teren. in Heaut.*

Compesce verba, parce iam demens minis, *Sen. in Medea.*
Animosq; minimè tempori aptari decet.

Omnia fert ætas, animum quoq;, sæpe ego longos *Virg. Eclog. 9.*
Cantando puerum memini me condere soles.

Tempora dispensat vsus, & tempora cultus, *Idem.*
Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aues.

Tempus edax rerum, tuq; ô inuidiosa vetustas *Ouid. 15. Met.*
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus æui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Lentescunt tempore curæ *Idem 2. de arte.*

Vane

Vanescitq; absens, & nouus intrat amor.
4. de Ponto. Tabida consumit ferrum, lapidesq; vetustas,
Nullaq; res maius tempore robur habet.
Idē 4. de trist. Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri,
Præbet & incuruo colla præmenda iugo.
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.
Tempore Pœnorum consumitur ira Leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet.
Quæq; sui iussis obtemperat Inda magistri
Bellua seruitium tempore victa subit.
Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis,
Vixq; merum capiant grana quod intus habent.
Tempus & in canas semen producit aristas,
Et ne sint tristi poma sapore facit.
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri,
Hoc rigidos silices, & adamanta terit.
Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras,
Hoc minuit luctus, mœstaq; corda leuat.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
Præterquàm curas attenuare meas.
Martial. lib. 9. Quid non longa dies? quid non consumitis anni?
Longa dies homini docuit parêre Leones,
Longa dies molli saxa peredit aqua.
Annus in apricis maturat collibus vuas
Annus exit certa lucida signa vice.
Claud. lib. 2. Quid non longa valebit
Permutare dies?
Olymp. eclog. 3. Omnia tempus alit, tempus rapit, vsus in arcto est.

Ex Græcis.

Arist. Rhet. 2. Tempus quietat iram.
Physic. 4. Dormientibus & ijs qui faciunt opus, delectabile videtur eis tempus breue, quia delectatio prohibet eos comprehendere motum: & è contrario eis qui laborant.
Ibid. Instans est principium futuri, & finis præteriti.
Lycurg. Rectè eruditi temporis rationem habent.
Thales. Sapientissimum omnium tempus est, cuncta enim inuenit.
Theophrast. Sumptus pretiosissimus tempus est.
Epicur. Nullũ tẽpus est intẽpestiuum ad animæ sanitatem.
Eurip. Suam infirmitatem agnoscat ætas.
Demosthenes. Tempus est potentius legibus.
Demosthenes. Alijs temporibus, alia conueniunt.
Eurip. Spatio temporis, & infinitæ propagationis, exolescit coniunctio familiarium, & vrbium, & hostes fiunt qui olim erant inter se coniunctissimi.
Menander. Paterna bona tempus facit aliena.
Euripides. Medicus omnium necessariorum malorum
Tempus est, quod tibi nunc medebitur.
Cic. 2. Off. Beneuolentiæ vis est maxima, metus imbecillis.
2. Off. Nulla vis imperij tanta est, quæ præmente metu possit esse diuturna.
2. Off. Multorum odijs nullæ opes possunt obsistere.
Ibidem. Quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perijsse expetit.
Timor non diuturni magister officij.
2. Off. Malus est custos diuturnitatis metus: contraq; beneuolentia fidelis est ad perpetuitatem: id igitur amplectamur vt charitas teneatur, metus absit.
Philipp. 2. Millies perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armorum præsidio viuere: præsidium charitate & beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis.

Ex Poëtis.

Timoris effectus.

Tum verò ancipiti mentem formidine pressus Virg. 3. Aeneid.
Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit.
Illi membra nouus soluit formidine torpor, 12. Aeneid.
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Quid mihi tũc animi miseræ fuit? an ne quod agnæ est, Ouid. 6. Arti.
Si qua lupos audit circum stabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum, nullos audet dare corpore motus?
Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus,
Cæruleæq; cadunt toto de pectore guttæ.
Exanimi, sensiq; metu riguisse capillos, 1 Faston.
Et gelidum subito frigore pectus erat.
Diriguere metu, gelidos pauor occupat artus, Lucan lib. 1.
Et tacito mutos voluunt in pectore questus.
Tum frigidus artus Idem lib. 4.
Alligat, atq; animum subducto robore torpor.
Timeo, totus torpeo, Plau. in Amp.
Non adepol nunc vbi terrarum sim scio vbi roget,
Nec miser me commouere possum præ formidine.
Vix sum apud me, ita animus cõmotus est metu. Teren. in And.
Neq; viuus neq; mortuus Plaut. in Trin.
Sum, nec quid nunc faciam scio, neque vt hinc abeam, neq; vt
Ad hanc rem adeam scio, timore torpeo.
Talia cernenti mihi quantus in ossibus horror, Stat. lib. 5.
Quis've per ora calor? qualis cùm cerua cruentis
Circumuenta lupis, nullum qui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia cursu
Præcipitat suspensa fugam, iam iamq; teneri
Credit, & elusos audit concurrere morsus.
Illa nihil (neq; enim vocem, viresq; loquendi, Ouid 2. Fastor. de Lucretia.
Aut aliquid toto pectore mentis habet:)
Sed tremit, vt quondam stabulis deprensa relictis
Parua sub infesto cùm iacet agna lupo.
Quid faciat, pugnet? vincetur fœmina pugnans.
Clamet? an in dextra qui vetet ensis erat.

Timor resecandus.

Desine mitem animum vano infamare timore, Ouid. 3. de Pont.
Sæua quid in placidis saxa vereris aquis?
Aude animo, tenta, perage mandatum tuum, Senec. in Hipp.
Intrepida constent verba.
Prona est timori semper in peius fides. In Herc. fur.
Tunc plurima versat Stat. lib. 3.
Pessimus in dubijs augur timor.
Quid si mè tonsor cùm stricta nouacula supra est, Martial. lib. 11. epigram.
Tunc libertatem, diuitiasq; roget,
Promittam? neq; enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat: res est imperiosa timor.
Fugit ocyor Euro Vir. 8. Aeneid.
Speluncamq; petit, pedibus timor addidit alas.
Exilit, & velox humili super aula fenestra Ouid. 3. fast.
Te iacit, audacem fecerat ipse timor.
Cumq; metu rapitur, tunica velata recincta
Currit, vt auditis territa dama lupis.
Quantum quisq; timet, tantum fugit. Petron. arb. 1.
Abstulerat vires corporis ipse timor. Ouid. 6 fast.
Vires subtrahit ipse timor. Idem epist. 13.

Idem epist. 13. Nos sumus incertæ, nos anxius omnia cogit
Quæ possunt fieri, facta putare timor.
3. de Trist. Nô est quod timeas, fortuna miserrima nostra est.
Sen. in Oedipo. Solent extrema securos facere mala.
In Octauia. Mulier dedit natura cui pronum malo
Animum, ad noscendum pectus instruxit dolis:
Sed vim negauit, vt ne inexpugnabilis
Esset, sed ægras frangeret vires timor.
Ausonius. Crux est, si metuas vincere quod nequeas.
Sen. in Troade. Miserrimum est timere, cùm speres nihil.
In Octauia. Iustum esse facile est, cui vacat pectus metu.
Desperasse iuuat, veluti iam rupta sororum
Fila, minus gaudent, qui timuere nihil.

Ex Græcis.

Plat. 1. de leg. dial. ATHEN. HOSP. Duo sunt quæ victoriam pariunt: aduersus hostes quidem audacia, aduersus autem amicos, turpis infamiæ timor.
Sophocles. Clamat hic aliquis, heus, heus.
Sed forsan temerè gannio:
Homini enim timido nihil non strepit.
Euripides. Viri timidi nullum habent in pugna
Numerum, sed præsentes absunt.
Homerus. Quid est quod belluin metuis & pugnam?
Nam quamuis cæteri omnes interfecti fuerimus
Ad classem, tibi tamen nihil est de morte periculi.
Non enim tibi fortis est, neq; bellicosus animus.
Sophocles. Generosos & fortes, ô fili, solet
Occidere Mars. Qui verò lingua sunt audaces,
Cladem fugientes securi sunt à malis:
Mars namq; timidos pro nihilo putat.
Euripides. Haud sanè sapientē esse illū iudico qui moriturus
Misericordia metum mortis superare vult.
Idem. Tu quidem te virū esse dicis: sed indignū est viro
Timidum vocari, & morbo laborare turpi.
Menander. Quorsum attinet hominem multum timentem seruare multa?
Theognis. Multa proferre solet oratio mortalibus hominibus
Errata, cùm animus turbatus est.
Philemon. Est trepidus vultus & latēt intus præcordia timida.
Sophocles. Timidos fortuna non iuuat.
Eurip. Timiditas, vbi quid periculi est de vita,
Locum habens dicendi contrariam causam,
Et os ipsum corā hominibus obstupefactū reddit,
Et animum ea quæ libet, dicere non permittit.
Nam qui secus fecerit, periclitatur: hic verò manet illæsus.
Idem. Vita mollis, & mala timiditas
Neq; domum, neq; ciuitatem rectè gubernauerint.
Diogenes. Omnia sanè mala plus terrere solēt eos qui ipsa futura expectāt, quàm, vbi iā acciderint, molestare. Metus enim tam improbus est, vt mulit rem quam metuunt, anticipent. Vt qui in naui tempestate periclitantur, non expectata submersione nauis manum sibi prius inferunt.
Hyperid. Hyperides Rhetor timorem vinculum esse orationis aiebat.
Thucydid. Vbi clades est accepta, ibi non possunt virorum animi ad eadem pericula subeunda similiter affecti, vt prius erant, permanere.
Antiphon. Morbus timidis hominum est loco festi:
Ægrotātes enim ad agendū prodire non coguntur.
Hierocles. Audaces iniustos esse deprehendimus, eò quòd plurima per vim faciūt. Timiditas autē corruptio est legitimi iudicij de rebus metuendis aut non metuendis, aut ignorantia terribilium, & non terribilium. Non itaq; illegitimis opinionibus prædi, iusti esse possunt. Nec aliquid rectè æstimabunt timidi, non permittente ipsos animi timore quidpiam aggredi.

Fingamus belligeranti huic fortitudinē, illinc timiditatē assistere: quātū diuersas orationes habebunt? Fortitudo permanere iubebit, & ordinem cōseruare. Sed ingruunt tela, sustinendum est. At vulnerabor, tolerato. Sed moriar, morere potius. Cōtrà timiditas recedere iubet trepidantem, inquiēs: Si scutum ægrè feras, abiice. Si molestet te thorax, resolue. Similiter in alijs rebus suadet cōtinentia, ne capias vnde non decet, ne comedas, ne bibas, sustine, tolera. Luxuria verò sic suadet: Ede cùm libet: placet vicini vxor, miscere cum ipsa: pecunijs eges, surripe. *Demetrius.*

Quum Hermoneus Xenophani timiditatem obijceret quòd nollet secum tesseris ludere, Fateor, inquit, me non solùm meticulosum, verum etiam vehementer meticulosum, sed aduersus inhonesta. honesta timiditas est quæ deterret à turpibus.

Themistocles in Eretrienses ita cauillari solebat, vt diceret, eos similes esse piscibus gladiolis, qui gladium quidem haberent, cor autem non haberent: notans illorum ignauiam, quibus armatis non adesset animus.

Subactis Græcis quum quidam Philippo Macedoni suaderent, vt ciuitates præsidijs contineret, ne deficerent, Malo, inquit, diu bonus & commodus quàm breui tempore dominus appellari: Sentiens regnum quod beneficijs ac beneuolētia teneretur esse perpetuum: quod vi, metuq;, non esse diuturnum.

Exempla Græcorum.

Antemon tam timidus fuisse fertur, vt domi plurimum vixerit, duobus seruis supra caput æreum scutum tenentibus, ne quid superne caderet, lecticā non nisi adoperta vtebatur.

Asdrubal vltimus Carthaginiensium dux, Carthagine à Scipione capta Æsculapij, templum cum vxore & liberis magna transfugarum manu occupauit, metu deinde subactus, solus ad hostes transfugit, vitæ cupidus: cuius turpe effugium vxor filiorum cæde vlta est.

Nec Perses Macedoniæ Rex multò fortior in aduersis apparuit, qui regni opibus fractus tā abiectè prouolutus iacuit ad Æmilij pedes, qui eum vicerat, vt sublatum manibus Romanorū imperator indignāti similis monuerit, ne clarissimam sibi victoriam turpi formidine inuideret.

Romanorum.

Cn. Carbo Marianarum partium dux in Sicilia captus, cùm ad supplicium traheretur, tempus petijt ad ventrem exonerandum, moram supplicio quærens, ignarus scilicet non in morte esse cruciatum, sed in via quæ ducit ad mortem.

Vitellius Imperator Flauianis Palatium irrumpētibus, ex ianitoris sella quò se meticulosè illatebrarat cum multa ignominia extractus, ante Romanæ ciuitatis oculos ad supplicium est perductus:

ctus; sed quanto pulchrius obuiam hostibus factus mortem opperiuisset?

Heliogabalus tumultu militari exterritus, non obtulit se irato militi, sed cum matre fœtidam cloacam petijt, vbi multis vulneribus confossus turpem vitam turpissima morte finiuit.

TORMENTVM ET INFOELICITAS.

Seneca epi. 64. Est aliqua doloris ambitio.

Ibid. Plus est doloris ostentatio, quàm dolor.

Pub. Mim. Oportet alios miseros esse, alios verò fœlices.

Sene. epist. 94. Repente infœlicem esse generat furorem.

Sine spectatore cessat dolor.

Idē de prouid. Bonum virum Deus in delicijs non habet, experitur in duris, sibi illum præparans.

Idem lib. 11. Qui intermittere in agendo dolorem potest, videtur posse etiam deponere.

Idem decla. 1. Semper se custodiunt miseri, ne esse meliores definiant.

Declam. 6. Dolor membrorum totam cogitationem in se rapit.

Ibidem. Non debet dolere, qui potest gloriari.

Declam. 9. Est quidem difficilis fœlicibus miseriarū vera æstimatio.

Ibid. Quàm verum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infœlicibus ficti temere exeunt gemitus.

Declam. 11. Nihil crudelius calamitate, quam gaudia reducunt.

Declam. 12. Leuior est dolor qui disponitur.

Declam. 13. Habet aliquod solatium quisquis in amore miserescit.

Cicer. pro Sylla. Difficile est tacere cùm doleas.

Ad Atticum. Doloris magnitudo vim quandam dicendi nobis dat.

2. Off. Leuiora sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ præmeditata atque præparata inferuntur.

Dolor dissimulatione crescit.

Senec. epist. 94. Nihil infœlicius eo cui nihil euenit aduersi.

Seneca de tranq. anim. Calamitas virtutis occasio est, nemo duraret si eandem vim haberet rerum aduersarum assiduitas, sicut primi ictus.

Quintil. decl. 5. Spem gaudia parant: aduersa contritionem.

Gell. lib. 7. Aduersæ res se domant, & docent quid opus sit facto. secundæ res lætitia transuersum trudere solent, ac rectè consulendo atq; intelligendo.

Salust. Res humanæ semper in deterius prolabuntur.

Ouid. 5. Trist. Si nihil infesti durus vidisset Vlysses, Penelope fœlix, sed sine laude foret.

Cæsar de bello Gall. lib. 1. Miserrima est fortuna, quæ nec in occulto quærit, nec in comperto auxilium implorare audet.

Salust. in Cat. Miseris parua est fides.

Plin. iunior. Si dolori frænum remittas, nulla materia magna non est.

Ibid. Multa luctuosa dolor inuenit.

Idem lib. 8. Est quædam dolendi voluptas, præsertim si in amici sinu defleas apud quem vel laus sit parata vel venia.

Ibid. Dolendi modus est, timendi non est.

Ibid. Aggrauat dolorem absentia, & mali impendentis ignorantia.

Idem in Paneg. Habent sua verba miseri, sua verba fœlices.

Curt. lib. 4. Discunt quidam esse infœlices, & quibusdam solatio est nosse mortem suam.

Ibid. Optimè miserias ferunt qui abscondunt.

Ibid. Nisi mutuò essemus miseri, olim alius alio potuissemus esse fastidio.

Idem lib. 5. Dignus est omni malo, qui fortunæ suæ erubescit.

Lib. 6. In communi calamitate suam quisque habet fortunam.

Ibid. Reperire verba innocenti facile est, modum verborum misero tenere difficile.

Idem libro 10. Recens dolor præteritum reuocat.

Lib. 7. Recludit aliquando soporatus dolor.

Pub. Mim. Miserrima est fortuna quæ inimico caret.

Ouid. 4. de Pōt. Crede mihi miseros prudentia prima relinquit.

Non est miser, nisi qui se esse miserum credit.

Liuius 3. Assuetudo mali animos efferat.

Iuuen. Sat. 3. Mobilis & varia est ferme natura malorum.

Seneca epi. 29. Omnia ad quæ gemimus & expallescimus, tributa vitæ sunt.

Cic. 2. Tuscul. In dolore maximè est prouidendum, ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid graue, ne quid molliter, ne quid seruiliter, muliebriterque faciamus.

Ex Græcis.

Plato de summo bono. Nec voluptas omnis, bonum, nec dolor omnis, malum est.

Plut. Nemo est qui miseris inuideat.

Homer. Malorum suorum homo sibi causa.

Europ. Non respicit iustitia miseros.

Plat. Voluptas & tristitia, quæ propria sunt animæ, voluptates & dolores corporis præcedunt.

Europ. Si ego miserè habeo, nihil in hoc glorieris, & tu miserè habere poteris.

Idem. Quando miseris bene volunt dij, cedit aduersa calamitas in melius.

Sophocl. Quibus est aduersa fortuna, non surdi solùm sunt, sed ne videntes quidem res conspicuas vident.

Herodot. Nō facile est inuenire dominum sine malis viuentem. quisquis autē minus habet, illi videtur magis quiddam contigisse quàm alteri.

Europ. Non potest vllum tam graue dici verbum, nec affectio, nec calamitas diuinitus immissa, cuius molem natura hominis non ferat.

Democr. Bona quærentibus vix obtingunt, mala etiam non quæsita.

Homer. Infœlix, quem pater Saturnus in senectutis limine misera calamitate perdidit.

Idem. Homo semper infœlix, natura credulus est.

Democrit. Quemadmodum & corpori, sic & familiæ, vitæq; morbus accidit.

Ibid. Inuidus dæmon maximè videtur hoc studere, vt inopinatam calamitatem inducat.

Ibid. Dolor apud illos libenter manet, apud quos alitur & augetur.

Cleanth. Dolor resolutio animæ est.

Dem. Quàm fœlices sunt, qui à puero infœlices sunt.

Plutar. Aduersa fortuna docet, quàm multos habeas amicos.

Socrat. Si infœlicitates in commune conferrentur, & vnusquisque ex æquo partiretur, futurum erit vt plures suas capientes, discedant.

Ibid. Promptius ad amicorum aduersos casus, quàm ad secundos successus succurrendum est.

Bion. Difficilis res est ferre mutationem rerum in deterius.

Eurip. Et mortalium aduersitates, ventorumq; flatus non semper impetum habent.

Idem. Dolentes per suspiria leuantur.

Plato in Gorg. Calamitas est ipsis qui perferunt, & spectatoribus vtilis.

TRISTITIA.

Cic. 4 Tuscul. Summa stultitia est frustrà confici dolore, cùm intelligas nihil posse profici.

Sene. epist. 100. Non debemus causas doloris accersere.

Cic. Torquato. Nihil est præcipuè dolendum cuiquam in eo quod accidat vniuersis.

Seneca epi. 97. Tristitia somno mitigatur.

Stultius nihil est quàm famam captare tristitiæ.

Tristis ex propinquo habet iram.

Communis est tristitia, vbi communis est causa.

Non dolere, stipitis est, non hominis.

Tristitia lætitiam præcedit.

Tristitia ægritudinum maxima.

Arist. Ethic. 2. Propter voluptates mala operamur, & propter tristitiam à bonis recedimus.

Ethic. 7. Melancholici naturaliter indigent medicina.

Plut. Natura omnia molesta fugit.

Eurip. Seueris ac tetricis omnibus, me iudice, vita non vita est, sed calamitas.

Idem. Mœrores hominibus pariunt morbos.

Idem. Nō fœlix appellandus est, qui pecunias habet plurimas, sed qui non tristatur.

Idem. Vbi quis dolet, illic animum conuertit.

Idem. Tristitia, multiplex malum.

Menander. Multorum malorum causa omnibus est suapte natura
Tristitia: Propter hanc etiam insania oboritur
Multis, & ægritudines incurabiles.
Interficiunt etiam aliqui seipsos præ tristitia,
Quum quod infert mœrorem maius est, quàm vnde salus speratur.
Tristitia & ira, vbi in vnum animæ locum
Conuenerunt, furorem sibi obnoxijs pariunt.

Eurip. Quisquis tristitias ait hominibus obesse,
Adeò, vt à rupibus deijci mereantur,
Non est ex sapientum numero. Veruntamen optet
Ne vnquam hanc ægritudinem experiatur.

Philemon. Cùm aliquis timor in animum illapsus est,
Etiam dormiendo non egreditur.
Morbum ferre multo satius est quàm tristitiam.

Menander. Nulla est, si quis rectè consideret, quàm tristitia,
Maior ægritudo suapte natura, inter humanas res.

Eurip. Istud ante omnia discendum est primùm,
Vt euentus rerum non ægrè, aut iracundè feramus.
Huiusmodi vir optimus est, & calamitates ipsum
Minus mordent. Verùm hæc dicere quidem,
Nouimus, te ipsa autem præstare difficillimum est.
Quod futurum est quotidianos metus mouet,
Plus enim inest mali expectando, quàm patiendo.
Omnes calamitates misericordiam cient.
Cunctis hominibus, & si quis externus fuerit,
Homo existēs, nullus sine molestia vitam transigit.
Nec ad finem vsque fortuna secunda vsus est.
Tristitia potissimum perdor,
Grauis enim dea est, veruntamen curabilis.
Non appellandus est fœlix qui pecunias
Habet plurimas, sed qui non tristatur.

Qnum natura cunctis hominibus mala multa *Menander.*
Hæreant, maximum est tristitia malum.

Aegritudines animi morbos quoq; pariunt. *Sophocles.*
Quomodo mortalis ego fortunam impugno,
Vbi calamitas nihil spe iuuatur.

Animi perturbationes vel sapientem virum seduxerunt. *Pindar.*

Quàm morosus est tristitia captus *Amphid.*
Homo, & in omnibus difficilis.

Tristantibus, & sollicitis hominibus *Apollodor.*
Quælibet nox videtur diu durare.

Tristitiæ plus quàm mediocres, *Alexid.*
Exturbare mentem solent.
Adeò multiplex variumq; malum est tristitia.

Difficile est tristitiam effugere, dies autem *Posidippus.*
Perpetuò secum nouas curas adfert.
Omne tristificum morbus est animi.

Molestum est hominibus infœliciter viuere. *Antiphanes.*

Apollodorus Megarites aiebat illos, qui crederent hominem aliud esse quiddam præter corpus, minimum in vita molestiæ percepturos. Tum quidā dixit, filios eius omnes cognoscere, quòd alij quàm corpus sint, nihilominus tamen propter molestiam & dolorem proprium multos se perditum ire.

Socrates interrogatus quomodo quis sine molestia vitam ageret: negauit vllo modo id fieri posse. Non enim licet, dixit, ciuitatem aut domum inhabitanti, & hominibus conuersanti, sine molestijs degere.

TVRPITVDO.

Potest ex casa vir magnus exire: potest ex humili, deformiq; corpusculo, formosus animus ac magnus. *Seneca epi. 69.*

Quosdam mihi videtur in hoc natura generasse, vt approbent virtutem omni loco nasci. *Ibid.*

Nō dubiū est quin multi cū ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerētur & corrigerētur à natura, cū seipsa reuocasset aut arte, aut medicina. Multi enim naturæ vitiū meditatione atq; exercitatione sustulerunt. *Cic. 2. de diuin.*

Periculum minus fugiendum est quàm turpitudo. *Philipp. 6.*

Si vnum in locum collecta fuerint omnia mala, cum malo turpitudinis non erunt comparanda. *2. Tuscul.*

Nemo repente fit turpissimus: gradatim in vitia labimur. *Terē. in Andr.*

Ex Græcis.

Ita res habet vt quod natura fœdum est, speciosum haberi non possit: quanquam non minus intereà imitatio laudatur, quæ rei similitudinem artificiosè assequitur, siue illa sit pulchra, siue deformis. *Plutarch.*

Si pulcher es, bene fac: sin deformis, naturæ defectum bonis artibus compensa. *Democr.*

Turpis neminem veretur. *Stob.*

Turpe, semper turpe. *Idem.*

Turpe si feceris, non latebit. *Idem.*

Ignorare turpia melius est, quàm ea scire. *Arist. Meta. 11.*

Res amoris plenæ cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. *Ethic 7.*

Turpia tolerare non propter aliquod decorum, est hominis vilis. *Idem.*

Cognata

Plutar. Cognata sunt, & maximè conueniunt turpia turpibus.
Quæcumque turpiter dicta sunt, non protinus solui poterunt, sed per diuersam sententiam alibi prolatam.
Nihil est turpe nisi quod vtentibus ita videtur.
Eurinus. Est turpe semper turpe, seu videatur, siue non.
Turpia clàm facienda sunt, non palàm.
Herodot. Turpia nemo loquatur, ne factis obscœnis animum inquinet, mentemq; impudentia repleat.
Nam quæ honesta sunt & chara nobis, congruis nominibus ea appellamus: quæ verò odimus, illorum nomen turpitudinis causa abhorremus.
Diogenes audiens honesta specie adolescentem, verbis parum honestis vtentem: non te pudet, inquit, ex eburnea vagina, plumbeum educere gladium? Animus enim corpore tectus, in oratione elucet.

TYRANNVS.

Cicero 3. off. Non se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occiderit, quamuis familiarem.
3. Tuscul. Nulla nobis eum tyrannis societas est, sed summa distractio: nec est contra naturam spoliare eum, quem fas est occidere.
Claudian. Qui terret plus ipse timet: sors ista tyrannis
Conuenit, inuideant claris, fortesq; trucident:
Muniti gladijs viuant, septiq; venenis:
Ancipites habeant artes, trepidiq; minentur.
Seneca in Oedipo. Qui sceptra duro sæuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.
In Herc. fur. Qui morte multos luere supplicium iubet,
Nescit tyrannus esse, diuersa irrogat.
Miserum veta perire, fœlicem iube.
Iuuen. Sat. 10. Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.
Seneca in Her. fur. Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni.
Seneca in Octauia. Quicquid excelsum est cadat.
Nec vulgi cura tyranni,
Val. Flac. lib. 5. Dum sua sit modò tuta salus.

Ex Græcis.

Plato in Gorg. PO. Quid ais? Nónne quemadmodum tyranni occidunt quem volunt & expoliant patrimonio, pelluntq; ex vrbe.
Ibidem. PO. Ego id esse dico tyrannidem, licentiam in ciuitate habere, quicquid videatur perpetrandi, siue interficere quempiam, siue expellere libeat, cæteraq; omnia pro libidine facere posse.
Demost. orat. 2. in Philipp. Tyrannus omnis inimicus est libertati, & legibus contrarius.
Ibidem. Non sunt tutæ ciuitatibus istæ tyrannorum nimiæ familiaritates.
Olynth. 2. Prorsus res est infida & formidabilis ciuitatibus tyrannis, præsertim si finitima loca posideant.
Euripid. in Suppl. Nihil quàm tyrannus infensius est ciuitati,
In qua primùm quidem positæ sunt leges
Communes, dominatur autem vnus, penes cuius arbitrium lex est.
Idem in Ione. Tyrannidis iam olim celebratæ,
Vultus quidem est suauis: domestica autem,
Tristia sunt. Quis enim beatus aut fœlix esset,
Qui metuens vitam suam ætatem ducit?
Popularis equidem fortunatus
Viuere potius velim, quàm tyrannus existens,
Cui amicos habere improbos volupe est,
Et odisse malos de morte sibi timentes.
Malè pereant omnes qui tyrannide
Gaudent, & paucorum imperio in ciuitate.
Libertatis enim nomen omnibus præferêdum est.
Et si quis exiguum habeat in illa, multa tamen habere sibi videtur.
Tyrannis enim vndiq; appetitur
A grauiter amantibus, quare obseruari debet.
Nec imperare conuenit, nec legem esse o portebat de eligendo
Tyranno: stultum est enim desiderare illum,
Qui solus vult similibus imperare.
Nihil æquè miserum est ac tyrannis.
Quamuis eam extremè homines admirentur.
Nam cùm amicos vastare & occidere oportet,
Vehementer metuenda est tyrannis, ne quid aduersus ipsos agant.
O ter miseri: quid enim plus alijs habent? Vitam *Menander.*
Quam degunt miseram qui munimenta
Custodiunt, & qui custodiunt arces.
Quod si cunctos tam facilè suspicantur,
Pugionibus armatos accedere,
Qualem existimandum est eos pœnam dare.
Tyrannis enim mater est iniustitiæ.
O diuitiæ, & tyrannis, & ars arti, *Eurip.*
Præstans, propter opes, quas multi æmulantur,
Quanta apud vos seruatur inuidia?
Iniuria creat tyrannum, iniuria *Sophocl.*
Quæ plurimis redundat malis.
Tyrannum esse pium non facile est.
Non potest vllus dux in exercitu,
Omnibus ex æquo satis gratificari.
Nam neq; Iupiter, qui me longè superior est regno.
Siue pluerit, siue siccitatem reliquerit, gratus,
Omnibus foret hominibus, si iure cum eis disceptaret.
Quomodo igitur ego qui mortalis sum, & matre satus mortali,
Prudentia Ionem superare possem?
Quemadmodum feræ retia declinantes in angustiorem locum se recipiunt, ita & tyrannos est videre recedentes ex arce in arcem, deinde in domum, postremò in cubiculum. An fieri tandem potest vt quisquam Deum effugiat? Certè quocunque fugerit, deprehendetur à iustitia. *Phauorinus.*
Non est quòd vlla Respu. se tyrânidi credat. Quod ad monitionem tuam attinet ignosco tibi. Cùm enim tyrannus nunquam fueris, consulis tyrannotyrannidem exuere, nescius quantò periculosius sit ipsam deponere, quàm ab initio asciscere. *Demosthen.*
Anaximenes interrogatus quid ad familiaritatem difficile esset, Tyrannis, dixit.
Antigonus ad vetulam quandam, quæ fœlicitatem eius extollebat: Si nosses, dixit, ô mater, quantis malis hic panniculus esset plenus (ostenso diademate) ne in sterquilinio quidem iacêtem tolleres.
Ptolemæus Philadelphus, dicebat in tyrannide cùm alia multa esse grauia, tum illud maximè, quòd immeritos occidere cogatur vtilitatis suæ grana.

Seneca epist. 39. Nemo oculis tantùm suis lautus est, itaque irritamentum est omnium quæ insanimus, admirator & conscius, ne concupiscamus, efficies, si vt non ostendamus effeceris.

Ex Græcis.

Arist. Rhet. 2. Aliena tanquam propria narrare, iactantia est.

Ethic. 4. Iactator vituperabilior mendace.

Plutarch. Quò magis cuique accedit ex philosophia rationis, eò plus decedit fastus.

Dion. Elatio profectus impedimentum est.

Eurip. Fastuosi acerbè ferunt à tenuioribus potiores sermones.

Diogen. In arrogantia sicut in armis deauratis non similia sunt interiora exterioribus.

Arrogans nemini amicus.

Exempla Romanorum.

Superior Africanus Ennij poëtæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis allocari voluit, quòd ingenio eius opera sua illustrata fuissent, nô quidem ignarus, quandiu Romanum floreret imperium, tonusq; terrarum orbis culmen arx Capitolina possideret, eorum extingui memoriam non posse.

Pompeius Theophanem Mitylenæum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit: beneficium per se amplum accurata etiam oratione prosequutus.

Cùm Scipio dona militaria iis qui strenuam operam ediderât diuideret, T. Labienus forti equiti aureas armillas tribuendas esse censuit, quod negauit Scipio: tum Labienus ex præda Gallica aurum equiti largitus est: Quod inspiciens Scipio, Habebis, inquit, donû viri diuitis: quod vbi ille accepit, aurum proiecit. Idem vt audiuit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudin accepit. Nulla enim tanta humilitas est, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

Q. Fabius Phidiæ sequutus exemplum, qui clypeo Mineruæ effigiem suam inclusit, in æde salutis parietibus nomen suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familiæ Côsulatibus & Sacerdotijs deerat: cæterùm studio sordido deditum ingenium, silentio obliterari noluit.

Alexandro par animo & gloriæ cupiditate Iulius Cæsar, cùm in Hispania Quæstor Gadibus Alexandri imaginem conspexisset, grauiter suspirauit, cogitans ea ætate qua Alexander Asiam penè totam subegerat, se nondum præclarum aliquid gerere cœpisse.

Aelius Adrianus acurata diligentia rerum suarum historiam scripsit, & ne ei nominis sui inscriptio fidem adimeret, addidit, Septimius quidem Senerus, non alterius sed suum imposuit nomen.

M. Tullius Cicero longa epistola à L. Luceio enixè petijt, vt Catilinariæ coniurationis historiam seorsim ab alijs rebus, ad propagandam nominis sui famam, scriberet: idque præstaret ipso viuente: vt viuens gloria sua frui posset. Adeò magna est in hominibus gloriæ sitis, vt quamquam Cicero eloquentia perpetuum nomen sibi comparasset, eam quoque gloriam quæ ex Reipub. administratione sequi solet, vendicare sibi cuperet.

Caligula omni scelere imbutus cùm per virtutem sciret se nominis diuturnitatem nunquam adepturum, temporibus suis optabat vt ingens aliquod malum contingeret de quo diu homines loquerentur: quemadmodum sub Augusto primo Variana clades fuerat, & sub Tiberio Fidenis theatri ruina, in qua viginti duo hominum millia oppressa fuerunt.

Nero Imperator cùm nomen suum nec virtute, nec præclaris facinoribus celebrare posset, inter musicos principatû appetijt: sublatisq; omnium statuis pro eis poni suas iussit: Lucanum quoque poëtam prohibuit, ne carmen quod scribebat ederet, vt solus in poëtica excellere videretur.

Commodus Imperator cùm fama nomen suum extendere cuperet, Carthaginem à nomine suo Commodianam appellauit: sublatoq; de Neronis colosso capite, suum imposuit. Cæterùm horum desiderio, qui virtute famam quæsierunt, & aliorum bonorum principum vrbibus & mensibus imposita nomina, extinguere conatus est: hac via se nominis æternitati consulere ratus.

Exempla Græcorum.

Themistocles virtutum stimulis agitatus inquietas noctes exigere solitus est, quærentibusq; cur eo tempore in publico versaretur, respondebat. Quia me trophæa Miltiadis de somno excitant. Marathon nimirum animum eius, Artimisium, & Salamis tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens interrogatus, cuius vox auditu fuerat illi gratissima: Eius, inquit, à quo artes meæ optimè canerentur.

Alexandri pectus nô minus insatiabile laudis fuit, qui Anaxarcho comiti suo ex autoritate Democriti præceptoris innumerabiles esse mûdos referenti, Heu me miserum, inquit, nec vno quidem adhuc sum potitus.

Pausanias Hermoclem percontatus quonam modo clarus euadere posset, respondit, Si illustrem aliquem virum occideret, ita futurum vt gloria eius ad ipsum redundaret: Is statim Philippum interemit: Itaque tam se parricidio quàm Philippus virtute notum posteris reddidit.

Inuentus est qui Dianæ Ephesiæ templum incenderet, vt opere pulcherrimo consumpto, nomen eius per vniuersum orbem diffunderetur: quem quidem mentis furorem eculeo impositus detexit.

Lysander Lacedæmonius ductus gloriæ desiderio, Chærilum poëtam secum semper habebat, vt carminibus ea celebraret, quæ ipse armis & virtute gessisset.

Empedocles cùm Panthiam Agrigentinam in graui morbo curasset, atque ob id se penè pro numine coli aduerteret, immortalitatis & famæ studio incensus Aethnam insiluit, atq; in medios ipsius ignes se coniecit.

Rhodope insignis in Aegypto meretrix post partum turpi quæstu ingentem thesaurum, vt nomen posteritati commendaret, ingentis pyramidem molis construxit. Nec minus se in lupanari, quàm alij in palatijs famæ cupidam ostendit.

Cùm

Cùm Alexandro renunciatum esset Indum quendam sagitta singulis ictibus medium annulum perere, ad se accersitum iussit, vt se præsente id ageret: is autem quoniam iandiu sagittandi periculum non fecerat, recusauit: ob idque morte damnatus est, passusque forti & virili est animo supplicium: adeò magna eum vrgebat cura, vt excellens sagittarius haberetur.

Hannon Carthaginensis, pro Deo inter mortales haberi cupiens, complures aues in obscuro sonare docuit, Hannon est Deus. Quæ postliberè emissæ ad consuetum cantum redeuntes, stultam Hannonis cupiditatem irritam fecere.

VENVS.

Eurip. In Venere multa insunt diuersa.
Nam & oblectat maximè, & plurimùm molestat homines.
Sanctas est omnium rerum. Auersatos enim pulchriores coniuges,
Turpibus attonitos amoribus vidi quosdam.
Et epulis satiatus aliquis, libens iterum
Viliore victu fruens delectatus est.
Homines qui auersantur Venerem,
Acquè ac illi laborant, qui nimis eam persequuntur.
Iuuenis amore Venereo captus,
Non obseruari aut custodiri potest,
Quamuis enim ineptus fuerit
In alijs rebus, ad amorem tamen vnusquisque sapientior est.
Quod si rectè admittatur Venus, iucundissimum eis donum sit.
Intolerabilis Venus est si abundauerin
Quæ concedentem sibi leniter, sequitur: ac benignius tractat.
Illum verò, quem præ cæteris altius sapere inuenerit,
Comprehensum multò absurdius afficit.
Sophocles. O pueri, certè Venus, non solùm Venus est,
Sed omnium particeps nominum.
Hæc eadem est Pluto, & inuicta necessitas,
Hæc est rabies furiosa, hæc & cupido
Mera, & luctus est. Deniq; ei insunt omnia:
Serium, tranquillum, violentum.
Tabescit enim illorum, in quorum pulmonibus inest,
Anima. Quis verò hanc deam non patitur?
Piscium nanque genus natatile subiti
Et inter quadrupedes in terra existit,
Mouentur & inter volucres ipsius alæ.
Interq; feras, & homines, deosq; superos.
Quem non Deorum colluctando iterum atq; iterum prosternit?
Quod si licet mihi verum dicere,
Iouis pulmonum domina est. Absque hasta,
Et absque ferro omnia discindit
Venus tam deorum, quàm mortalium consilia.
Bion in Buco. Musæ amorem non metuunt crudelem:
Quin amant ex animo, & vestigia sequuntur eius.
Quòd si quis ingenio præditus inamabili ipsas comitetur,
Illum refugiunt, & docere nolunt.
At si amore captum gerens animum suauiter cecinerit,
Ad ipsum simul omnes festinæ confluunt.
Quisquis hominum non est expertus amorem, *Aristarch.*
Necessitatis ignorat legem, qua ego persuasus
Tali intricatus amore, hoc iter confeci.
Nam ille Deus etiam inualidum valere
Facit, & perplexum inuenire viam.
Amor docere potest, quàm sophista, *Alexandrid.*
Ineptus, multo melius rationem humanæ vitæ.
Quisquis amorem non magnum iudicat Deum, *Eurip.*
Et inter dæmones supremum esse:
Vel rudis ac indoctus est, vel omnis boni inexpertus,
Maximum bominibus Deum ignorat.
Si quis amantes mentem habere negat, *Antiphan.*
Ingenij nimirum est stupidi:
Nam si vitæ voluptates abstuleris,
Nihil aliud est reliqui præter mortem.
Non est sanè pædagogus bominibus, *Alexis.*
Diligentior vllus alius, quàm amor.
Nimirum igitur maximus diuorum amor.
Nullus enim vsque adeò parcus est homo, neque moribus tam exquisitus,
Qui non huic Deo partem aliquam tribuat.
Quibus opes sunt ampliores, *Menander.*
Iuuenibus adhuc, amori indulgere iubeas.
Qui verò ad senectutem rem differunt,
Illi vnà soluunt iuuentutis fœnus.
Qualis'nam vita foret, aut quid iucundi sine aurea Venere? *Mimnermus.*
Emoriar cùm ista non amplius mihi curæ fuerint.
Natura amans omnis tractabilis est, *Menander.*
Est etiam in vanis osculis iucunda voluptas. *Theocrit.*
Hera, nihil est amore potentius: *Menander.*
Ne ipse quidem imperans in cœlo dijs,
Iupiter, sed nihil non ab illo coactus facit.
Quicunque homines amore capti fuerint, *Eurip.*
Si commodos nanciscantur amores,
Nullum eis abest voluptatis genus.
Habeo audaciæ & confidentiæ præceptorem,
In rebus perplexis potissimum.
Videlicet amorem, qui deorum omnium impugnatu difficillimus est.
Quisquis amori resistit, *Sophocles.*
Instar pugilis fretus manibus, non rectè sapit.
Imperat enim Cupido etiam dijs pro arbitrio.
Cupido non solùm viros inuadit, *Euripid.*
Et mulieres, sed Deûm quoque supra
Animos vulnerat, & mare ingreditur.
Et ipsum arcere ne omnipotens quidem potest
Iuppiter, sed cedit, & volens inclinatur.
Magna mihi Venus adhuc dormienti astitit, *Bion in Bucol.*
Infantem amorem pulchra manu ducens,
In terram nutantem, ac his me verbis affata est:
En tibi chare Bubulce, vt eum cauere doceas.
Ego mea pastoralia carmina stultus,
Tanquam discere volētem Cupidinem docebam.
At ipse me docebat amatoria, mortalium & immortalium ignes:
Et genitricis opera suæ.
O Vesper amabilis, aurea lux Veneris,
Chare Vesper cœruleæ noctis imago sacra.
Tantum obscurior luna, quantum præstantior astris.
Tu lumen præbeto vice lunæ non ad furandum,
Eo, nec vt nocturnum iter facientem inuadam:

Sed

Sed amo. decet autem amantem simul ab alijs amari.

Plat. in convi. Quod permaximum est vulgo fertur, quòd solis amatorijs periurijs dij dant veniam. Venereum quippe iusiurandum nihil valere aiunt. Itaque tam dij quàm homines omnem amanti licentiam præstiterunt.

Aristoteles interrogatus an amor coitus gratia fieret: neq; eius gratia, inquit, neq; sine eo.

Plutarchus ex Menandro. Quid nugaris ac putas formam esse faciei, quæ capiat amantes?
Certè si id fieret, omnes eandem amarent.
Idem enim oculorum iudicium est.
Voluptas ergo quædam amantes allicit
Congrediendi? Cur igitur vnus eodem vtens concubitu
Nihil patitur: sed irridens discedit.
Alter perditè amat? Tempus nimirum hunc morbum parit

Animæ, quo qui fuerit ictus, internũ vulnus sentit.

Diogen. Cùm capti sumus retibus amoris
Citius alienis gratificamur,
Quàm necessarijs & cognatis.

Menander. Si quis amantem hortetur ad sapientiam,
Experietur in aliquo inanem suam operam esse,
Quippe solus amor inter homines, nullo sermone consilio' ue mouetur.

Amor hominibus furor est.
Amor ociosa res, & inutilis ad opera:
Amat specula & flauas comæ tincturas:
Fugit labores. Argumento mihi est,
Quia nullus mortalium mendicans victum, amauit:
Sed inter locupletes iuuenis Cupido agit.
Tu, ô pessime omnium deumq; & hominum,
Vel ne persuadeas mala iudicari bona,
Vel amantibus adsis benignus & propitius.

Grauem patimur amorem. Tu ex sermone
Optima eligito. Nam infidus est amor,
Et pessimum quemque animum inhabitare solet.

Venus admonitioni non cedit, nec relaxatur,
Et si cogas, magis solet intendi,
Deinde bellum suscitat. Ad euersionem autem
Familiarum, huiusmodi res sæpenumero exeunt.

Venus amica est tenebris:
Lux autem temperantiæ necessitatem adfert.

Tanta amoris vis sub corde meo inuoluta
Ingentem oculis caliginem offendit,
Suffurata è pectore teneram mentem.

Miser in amore iaceo exanimis: et mea difficiles
Dolores, voluntate deorum, ossa penetrant.

Sophocles. Ægritudo amoris, malum est diarium.
Quarè non ineptè ipsum comparauerim huic rei, quæ contingit
Cùm oborto gelu per aëra serenum, manibus
Glaciem pueri arripiunt.
Primùm voluptatem inter se capiunt,
Tandem verò neque volunt colliquatum gelu dimittere,
Neq; res est quæ commodè manibus retineatur.
Sic & amantes eadem cupiditas,
Nunc facere, nunc abstinere, frequenter vrget.

Phanocles. Vt Orpheus Calain Boreæ gnatam amauit:
Et sæpius in syluis sedit cantans opacis
Suum amorem, nec animus ei tranquillus erat,
Perpetuoq; ipsum vigiles in pectore curæ
Angebant, tenerum videntem Calain.
Cæterùm Bistonides, mala ei molientes eum interfecerunt,
Quoniam primus instituerat inter Thraces amorẽ
Masculum, neq; Venerem approbauerat mulierũ.

Menander. Amor tenebras offundit, etiam illis qui secundum bonam rationem & decenter affecti sunt.

Clinia. Nullus hominum colat lacrymosum amorem,
Neq; desiderium puerile, neq; iucundam Venerẽ:

Menander. Est enim amor natura surdus admonenti: simul etiam non facile est, iuuentutem & deum ratione vincere.

Puer ille grauiter afficiens, mala machinans, ardua docens
Cupido, amnem quoq; propter amoris vim natare docuit:
Corpore non albus est, sed igni similis,
Oculi verò eius, acres & flammei, mala mens, eloquium suaue.
Non eadem sentit & loquitur: vox mellea.
Quòd si irascatur, animũ habet efferũ atq; dolosũ.
Idem alatus sicut auis, ad alium post alium volat,
Viros atq, mulieres, & viscera obsidet.

Bion in bucol. Adolescẽs olim anceps in nemore arborib' dẽso
Dum venatur aues, fugitiuum vidit amorem buxo insidentem.
Gaudens huc illuc transiliẽtem obseruabat amorẽ.
Huic senex: Abstine venatione, ô adolescens, nec istam auem insequitor.
Fuge procul, mala est hæc bestia, tuq; beatus
Dũ non cœperis ipsam: sed cũ adultus fueris in virũ
Qui nunc fugit & resugit, ipse sua sponte
Accedens subitò capiti tuo insidebit.

Theocrit. Nũc noui amorẽ: grauis est Deus. Nimirũ leænæ
Vbera suxit: & mater ipsum in sylua educauit,
Qui me exurens vsq; ad ossa lædit.

Menander. Heu heu amores, quantum pariunt mali hominibus!

Xedeman. Varijs nos amores diuersorũ vitę generũ afficiũt:
Aliquis enim nobilitatem acquirere studet:
Alius hanc negligit: sed opum
Vult appellari multarum pater.
Nonnulli homines turpe lucrum, potius quàm honestatem
Quærunt. Adeò hominum vita erroribus agitur.

Xenophon. O miser, dixit Socrates, quid'nam te passurũ putas, si pulchrũ puerum oscularis? An non statim seruũ te fore loco liberi, multa insumpturũ ad noxias voluptates, otium tibi defuturum ad bona studia, deniq; cogẽdum te illis rebus operã dare quas ne insanus quidẽ curaret? Papæ, inquit Xenophõ, quàm graue mihi narras osculo vim inesse. Tũ Socrates. An verò id mirare? nescis quòd phalangia minutissima, vbi ore tantùm attigerũt homines, doloribus eos exagitant? & à mente alienant? Verùm, ait Xenophon. Tum Socrates, ô stulte pulchros osculantes non inferre putas quidpiam miserum, quod visum tuum effugiat? An ignoras istud animal quod formosum appellant, phalangijs esse terribilius, quod hæc tactu solùm, illud verò & si non tangat, lædit? Nam aliquid eiusmodi eminus emittit, quod insaniam ciere possit. Proinde consulo tibi, ô Xenophon, vt cùm formosum aliquem videris, fugias quãtũ potes, ita vt ne respicias quidẽ. Tibi verò,

ô Critobule consulo, vt integrum annum absis: vix enim intra hoc tempus à morsu sanari poteris.

Phauorinus. Affectus quidam animo men accidit, quem amotem esse dicunt, qui eo initiati sunt. O inuide & irrationabilis dæmõ, imbecillũ corpus inuasisti. Absisto à te dæmon, cedo pugna: non tibi milito.

Theophrast. Est amor irrationalis cuiusdã cupiditatis excessus, qui velocem baber accessum, tardum autem discessum.

Prodicus aiebat cupiditatem geminatam, amorem esse: amorem verò geminatum insaniam fieri.

Theophrastus togatus quid esset amor, respondit: animæ ociosæ affectus.

Plutarchus. Nonnulli amorem prædicant esse mentem, nonnulli cupiditatem, alij insaniam: sunt qui diuinũ quendam & dæmonium animæ motum, quidã planè diuinum faciunt. Quocirca rectè aliquibus visum est, initio cupiditatem esse, si verò excedat, furorem.

Idem. Quemadmodum amicos sanos errantes redarguimus: delirio autem & phrenesi laborantes non ita, sed illis annuimus. Ita ira aut auaritia delinquentes cohibemus: amantibus verò veniam damus.

Idem. Amor neq; subitò gignitur, vt ira: neq; statim trãsit, quamuis alatus fingatur. Sed paulatim accenditur, & veluti cõsumens se lento igne: Et si animum inuaserit, permanet diutissimè: ita vt in nonnullis senibus adhuc vegetus & recens sit.

Smyrna amote patris capta nutrici necessitatem suam aperuit: quæ dolo dominum decepit, asserens virginem in vicinia ipsum amare. Hac fraude Cyniras pater imprudens noctu cum filia congressus est. At veritate cognita stricto gladio seipsum confodit.

Arist. 2. parad. Nobilis quidam iuuenis Demostrati filius, genus mulierum exosus, Venerisq; impatiennissimus cum asina congressus est: quæ grauida facta puellam peperit Onosceliam ab euentu dictam.

Plato in Phæd. Melior euades si mihi credideris, quàm si amatori aures præbueris. Nam amantes præter modum, dicta & facta tua laudibus efferunt, quia propter cupiditatis ardorem in iudicando falluntur.

Verg.

Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore:
Vno nanq; modo Vina Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi:
Attenuat gressus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido,
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cùm mentes hominum furiarit vterque,
Et pudor & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis cõstringe Lyæum:
Ne te muneribus lædat vterque suis.
Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines transilijsse nocet.

V E N I A.

Ex Latinis.

Si imbecilior est qui te læsit, parce: si potentior, tibi ipsi ignosce. *Sen. de ira li. 3.*

Illis facilè ignoscitur, qui non perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur. *Cic. in Verr.*

Est vtilius, vnius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere, quàm propter multos improbos vni parcere. *5. act. in Verr.*

Qui aliàs deliquit, delinquentibus facilè parcit. *Terent.*

Veniam petere solemus, aut cùm imprudenter errauimus, aut compulsi peccauimus. *Gell. lib. 6.*

Nemo parcit morituro, nec cuiquam moriturus. *Curt. lib. 6.*

Ignoscas alijs multum, tibi nihil. *Pittac.*

Bonis nocet, quisquis pepercit malis. *Pub. Mim.*

Tam obseruans esto ad vitandam culpam tuam, quàm facilis es ad remittendam alienam. *In hist. S. M.*

Plus est, quàm absoluere, dimittere defensionem. *Quintil. decl. 2.*

Vtilius est absolui nocentem, quàm innocentem causam dicere. *Cic. pro Rosc. Am.*

Nemo absolui potest, nisi qui dixerit causam. *Curt. lib. 7.*

Hominem improbum satius est accusare, quàm absoluere. *Liuius 4. Dec.*

Est non modò liberale paululum nõnumquam de suo iure discedere, sed interdum etiam fructuosum. *Cic. 2. Off.*

Magna est peccandi illecebra, spes impunitatis. *Pro Milo.*

Quotusquisque reperitur, qui impunitate proposita, abstinere possit iniuria? impunitas enim maxima peccandi illecebra est. *Cic. 3. Off.*

Multa homines ne bellare necesse sit, voluntate remittunt, quę bello & armis cogi non possunt. *Liuius lib. 5.*

Ex Poëtis.

Crede mihi miseris cœlestia numina parcunt: *Ouid. 3. de Pont.*
Nec semper læsos & sine fine premunt.

Nostrapte culpa facimus, vt malis expediat esse, *Terent. in Phor.*
Dũ nimiũ dici nos bonos studemus & benignos.

Dat ille veniam facilè, cui venia est opus. *Sen. in Agam.*

Veniam poscenti æquum est impendere.

Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum *Horat. Ser. 3 li. 1.*
Postulat, ignoscat verrucis illius, æquum est
Peccatis veniam poscentem reddere rursus.

Deus sæpe parcit malis, à quibus optimos orituros nouit. *Plut.*

Fortiter ac rectè factis & rata condonentur. *Fab. Max.*

Venia vltione melior est: illa nanq; mitis est ingenij, hæc autem ferini. *Stob.*

Qui de malis pœnas non sumunt, bonos affici volunt iniurijs. *Lycurg.*

Stoici virum prudentem dicunt nemini veniam dare. Eiusdem enim esse hominis veniam dare, & putare eum qui peccauit non sua culpa peccasse, cùm omnes ex propria malitia peccent: propterea rectè dici, veniam non esse dandam peccantibus.

VERE

VERECVNDIA.

Ex Cicerone.

Cic. in Partit. Custos virtutum omnium dedecus fugiens, & laudem maximam consequens, verecundia est.

2. de finib. Moderator cupiditatis est pudor.

Cic. 1. Off. Sine verecundia nihil honestum esse potest, nihil rectum.

In Lælio. Maximum amicitiæ ornamentum tollit, qui ex ea tollit verecundiam. Itaque in ijs perniciosus est error, qui existimant libidinem, peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam.

2. Tuscul. Sæpe videmus fractos pudore, qui nulla ratione vincuntur.

Cic. Planco. Pudor in bello est maximè periculosus.

Cic. Curioni Famil. Graue est homini pudenti petere ab eo aliquid magnum, de quo se bene meritum putet: ne id quod petit exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare videatur.

Ex Apophthegm. Erasmi.

Pudor vt multis ad honestas actiones obstat, ita nonnunquam improbæ mentis homines à turpibus reuocat.

Pudor, virtutis est tinctura.

Probis viris vbique placet verecundia.

Honesta timiditas est, quæ à turpibus deterret.

Rubor probam indolem arguit, pallor non item.

Inutilis est verecundia quæ obstat quo minus negemus obsequium ad inhonesta vocanti.

Pudor optimè teneram ætatem deterret à peccando: qui nusquam non adest, si quis reuereatur seipsum.

Bonorum probrum est, virum probum egere necessarijs.

Ex Græcis.

Eurip. Verecundia plus iuuat homines quàm ira.

Idem in Iphig. Volo te reprehendere paucis, & iustè, non valde sursum
Palpebris impudentius reductis: Sed moderatiùs,
Vt pote fratrem. Vir enim turpis neminem vereri solet.
O veneranda verecundia, vtinam omnibus hominibus
Conuersans, impudentiam animorum exemisses.

Hesiod. Verecundia quæ viros multum lædit, & iuuat.

Omnis erubescens probus esse mihi videtur.

Musonius. Verecundia dignus apud omnes habeberis, si primùm te ipsum vereri didiceris.

Democritus. Malum neq; dixeris, neq; feceris.

Disce autē teipsum multò magis quā alios reuereri.

Pythias Aristotelis filia interrogata quis color esset pulcherrimus, dixit: Qui per verecundiam ingenuis oboritur.

Iamblichus. Huiusmodi fuerint mores, qui bonitatem probāt, & verecundiam sequuntur, propter quam turpibus cunctis abstinemus: & qui impudentiam ab anima exterminant, vt pote causam, quòd multi turpia committant.

Theophrastus. Reuerere teipsum, & non erubesces coram alijs.

Cato. Imprimis existimato oportere vnumquenque reuereri seipsum.

Stobæus. Vbi timor, ibi pudor.

Homerus. Reuerendus mihi chare socer videris, atq; grauis.

Eurip. Pudor in oculis nascitur, ô fili.

Theognis. Nullum thesaurum recondes intus meliorem
Reuerentia, quam bonis viris tribuimus.

Agathon. Cùm peccare me puto, faciem vereor amicorum.

Plut. in Euryph. Nanq; metus socium secum trahit ipse pudorem.

VERBVM.

Horat. lib. 1 epi. Et semel emissum volat irreparabile verbum.

De art. poët. Nescit vox missa reuerti.

Verba diligenter ponderanda.

Lib. 1 epist. Quid de quoque viro, & cui dicas sæpe videto.

Ouid. lib. 3 de fastis. Verba puellarum folijs leuiora caducis,
Irritaq; vt visum est, ventus & vnda ferunt.

Terent. in Adel. Neq; tu verbis solues vnquam, quod mihi in re malefeceris.

Verba causidicus locat.

Senec. in Her. fur. Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus, iras
Et verba locat.

Plaut. in Rud. ORIP. Papæ diuitias tu quidem
Habuisti luculentas. LA. Miserum istud verbum, & pessimum est, Habuisse, & nihil habere.

Verba variantur vt folia arborum.

Horat. in arte. Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos
Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modò nata, vigentq;.

Ibidem. Mortalia facta peribunt,
Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax.
Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quē penes arbitrium est, & vis & norma loquēdi.

Ouid. li. 2. de art. Eneruant animos citharæ, cantusq;, lyræq;,
Et vox, & numeris brachia mota suis.

VERITAS.

Ex Apophtheg.

Veritas in dicendo maximè probanda est, & is optimè dicit, cuius oratio congruit rebus, ex quibus petenda est orationis qualitas, potius quàm ex artificio.

Ibid. Veritas multis verbis non eget: & rectiùs meminimus, quæ paucis verbis comprehensa sunt.

Cic. in Vatin. Tantam semper potentiam veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti potuerit. Et licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat, tamen per seipsam defenditur.

Pro M. Cælio. O magna vis veritatis, quę contra hominum ingenia, calliditatem, solertiā, contraq; fictas omniū insidias, facilè se per seipsam defendat.

Pro Cluent. Multorum improbitate depressa, veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat.

Pro Quintio. Est interdum ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit, tamen est adhibenda interdum vis veritati vt eruatur.

1. Off. Homini propria est veri inquisitio, atque inuestigatio.

1. Off. Quod verum, simplex, syncerumq; est, id est naturæ hominis accommodatissimum.

Sene. epist. 33. Patet omnibus veritas, nnndum est occupata: qui ante nos fuerunt, non domini, sed duces sunt, multum etiam ex illa relictum est.

Idem epist. 80. Veritas in omnem partem sui eadem est, tenue est mendacium, perlucet, si diligenter inspexeris.

Epist. 98. Potest nocenti conriogere, vt lateat, latenti fides non potest.

Quint. decl. 4. Superest vt ostẽdamus verũ dixisse de futuris, quẽ de præteritis non possumus probare mentitum.

Cic. in Top. Pueritia, somnus, imprudentia, violentia, insania, eius generis sunt, à quibus sæpisimè veritas auditur.

Plin. iun. libr. 3. Veritas in præsentia quibus resistit, offendit.

Idem lib. 7. Historia non debet egredi vetitatem, & honestè factis veritas sufficit.

Plaut. in Most. Ego vetum amo, verum volo mihi dicit, mendacem odi.

Pub. Mim. Fidem qui perdidit, perdere nihil vltra potest.

Cic. pro Sylla. Non ex lenitate restium aut simultate causa honestorum hominum est prouidenda.

Cic. ad Brut. Temere affirmare de altero, est periculosum, propter occultas hominum voluntates & multiplices naturas.

Quint. decl. 17. Affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex veritate.

Idem lib. 6. Fide abrogata omnis humana societas tollitur.

Ex Poëtis.

Sene. in Troad. Veritas nunquam latet.

Idẽ in Oedipo. Quid verba quæris? Veritas odit moras.

Teren. in And. Namque hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odium parit.

Martial. 8. Dic verum mihi, Marce dic amabo,
Epigram. Nihil est quod magis audiam libenter.

Terẽ. in And. SI. Potin' es mihi vera dicere? DA. nihil facilius.
Lingua errans vera dicit.

Ex Græcis.

Ex Platone.

Plato in Gorg. SOCR. Quod verum est, refelli nunquam potest.

5. de Rep. dial. Tutum est & audendũ, inter amicos prudentesq; viros vera quæ quis cognoscit, de maximis pretiosisq; rebus pronuntiare: cum diffidentia verò & ambiguitate verba facere, cauendum & fallax.

Ibid. GLAUC. Veritati irasci, nefas est.

6. de Rep. dial. SOCR. Num familiarius aliquid sapientiæ quàm veritas reperitur? GLAUC. nihil.

Ibid. SOCR. Discendi cupidũ, necesse est statim à pueritia veritatem omnem summopere affectare. GL. Prorsus. SOCRA. Quem verò ad certum quiddam ardenter rapiunt cupiditates, huic ad alia cupidines sunt remissiores, cùm aliò tanquam riuuli defluant. GL. Nulli dubium.

Ibidem. SOCR. Dux imprimis eius erit, qui honestus bonusq; futurus est, veritas, quam sequi omnino ac passim debet: aut si vanus sit, veræ quoq; philosophiæ expers sit necesse est.

Ibid. SOCRAT. Vbi dux veritas est, malorum chorum subsequi non dicemus. Immò verò syncerum sequi, iustumq; morem.

In Tim. TIM. Quod ad generationem est essentia, id ad fidem est veritas.

TIM. In eo qui concupiscentiæ & ambitiosæ iracundiæ affectibus explendis incumbit, necesse est opiniones omnes mortales fieri, atque eum quàm maximè fieri potest mortalem prorsus euadere, cùm mortalem naturam pro viribus auxerit. At eum qui totus discendæ veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem eius operam præcipuè in hoc vno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatem attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatem assequi potest, eatenus hunc penitus immortalem euadere, nulla videlicet immortalitatis parte dimissa. quinetiam cùm semper diuinum colat, ipsumq; familiarem dæmonem in se habeat ornatissimum, præcipuè beatum fore. Ibidem.

CLIN. Pulchrum certè, ô hospes, & stabile quiddam est veritas. 2. de leg. dial.

ATHEN. HOSP. In discendo gratia inest, quæ voluptas nominatur. Rectitudo etiam atq; vtilitas, & bonus habitus atq; pulcher, quæ ab ipsa veritate efficiuntur. Ibidem.

Neq; tacendum est verum. 7. epist.

Veritas potens est & contrariom infirmum. D. ma... Orat.

Cauenda est oratori præseram in rebus dubijs affirmatio, quæ contemptorem facit auditorem. Idem 2. O...

Ex Aristotele.

Propter veritatem debent sibi philosophi contradicere. Top. 1.

Duo sunt opera sapientis, vnum est non mentiri de quibus nouit: aliud, mentientem posse manifestare. Elench. 1.

Ex falsis sequitur quidem verum, ex veris, nihil nisi verum. Priorum 2.

Illud, quod est causa, vt alia sint vera, est verissimũ. Metap. 2.

Non oportet tantùm verum dicere, sed causam falsi assignare. Eth. 7.

Solutio dubitationis, est inuentio veritatis. Ibid.

Non est conueniens veritatem fassum esse, sed fateri. Idem.

Magis dicimus illum scire rem, qui scit eam affirmatiuè, quàm qui scit eam negatiuè. Metaph. 3.

Adsit veritas tibi ac mihi, res omnium iustissima. Menander.

Veritas cœli ciuis est, & sola fruitur conuictu deorum. Olympiodor.

Veritas principia magnæ virtutis
Promouet. Ne pactum meum aspero mendacio labefactes. Pindarus.

Verbum meum non reuocari, neq; fallere potest, Homer.
Neq; suum affectum non adipisci, quodcunque nutu capitis confirmauero.

Lapis Lydius aurum indicat. Hominum verò virtus, & omnipotens sapientia, veritas est. Bacchylides.

Sunt veritatis verba simplicissima. Aeschylus.
Venit veritas in lucem vel non quæsita. Menander.

Semper est optimum vera loqui,
Quouis tempore. Hanc ego moneo
Ad tutò viuendum præcipuam esse partem.

Simplex est oratio veritatis, Eurip. in Phoen.
Nec varijs eget interpretationibus.
Est enim oportuna per se.

Veritas circa deos & incorruptã deorum actionẽ versatur. Imaginaria verò persuasio idolopœias, Iamblichus.
quæ

quæ sequitur opiniones, circa res prophanas & obscuras oberrat. Illa formis diuinis, intelligibilibus, & verè existentibus perficitur, & idipsum Ens contemplatur. Hæc verò ad informe non ens, & aliàs aliter se habens respicit, & hallucinatur circa ipsa. Illa menti conuersatur & intellectum in nobis auget. Hæc sua opinione stultitiam venatur, & fallit.

Plato suauissimam narrationem veritatem esse dicebat.

Polemon multò suauius esse aiebat vera dicere, quàm audire.

Serinus. Adeò valida res est veritas, vt omnes humanas cogitationes superet.

Æschines ancillam receptā, quomodo se res vxoris haberent interrogabat. Cui statim illa nihil cunctata respondit. Adeò nullam præmeditationem veritas requirit.

Apollon. Mendacium illiberale est: veritas autem generosa.

Eusebius. Mens veritatem amplectitur, & semper cum ipsa versatur. Sed quamuis in rebus suis aliena sit à mendacio, interdum tamen commiscens bono mendacium ad hominum hoc indigentium vtilitatem profert. Tunc enim solùm, nec vnquam aliàs, quod nouit oportunum esse, tempore mens, abhorrens interim ab omnibus alijs mēdacijs, tale quoddam mendacium introducit in diuersam & vilissimam speciem immutatum, arte sapientiaq; mentis rem malam commodè vsurpantis.

Idem. In ciuitate mentiri nulla lex concedere cuiquam debet, nisi veritatis studioso, & prudenti viro, qui quo tempore, quo modo mendacij natura non soleat obesse intelligat.

Ex Mercur. scrip. De veritate fieri non potest vt audacter loquatur homo, qui animal imperfectum est, membris imperfectis constans, & ex multis varijsque corporibus cōstitutum corpus gerens. Veritas enim in solis & æternis corporibus est, quorum ipsa corpora vera sunt. Itaq; si nostra constitutio ne principio quidem veritatem est nacta, quo pacto liceret nobis veritatem intueri, aut eloqui, aut cogitare solùm, nisi Deus id velit?

Vniuersa supra terram existentia, non ipsa veritas sunt, sed veritatis imitationes & vmbræ: & ne hoc quidem omnia, sed perpauca. Cætera planè mendacia & errores sunt, & velut quædam phantasiæ simulachra.

Quemadmodum imago corpus picturæ ostendit, ipsa verò non est corpus. Et oculos quidem ac aures videtur habere, verùm nec videt nec audit quicquā. Sic rerum humanarū forma vera nobis apparet, licet nihil nisi mendacium sit. Humana quidē omnia pictura sunt, sed falsa. Porro quicūque mendacium non vident, veritatem vident.

Veritas nequaquam est in terra: at veritatis cogitatio in philosophis esse quidem potest. Alioqui nihil ad mentem & rationem verum est, sed veræ menti ac rationi omnia sunt opiniones & imaginationes.

Verum est quod ex se solo essentiam habet, & per se manet quale est: Sic homo verus non est. Quod enim ita mutatur, vt non cognoscatur amplius, verum esse non potest.

Omne genitum & mutabile verum non est. Sed æterna illa corpora à primo parente facta.

Primam veritatem esse aio, vnum & solum illum, qui non est ex materia, qui corpore non continetur, qui sine colore, & figura alterationi nulli est obnoxius.

Pythagoras interrogatus quid deo simile facerent homines, respondit, cùm veritatem exercent.

Cæterùm magi maximum deorum, quem Oromagdem vocant, corpore quidem asserunt luci esse similem: animę verò veritati.

VETITA.

Vetita semper appetimus.

Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata. *Ouid. lib. 3. de fine sit.*
Sic interdictis imminet æger aquis.
Quoq; minor spes est, hoc magis ille cupit. *Ouid. 1. fast.*
Illicita amantur, excidit quicquid licet. *Senec. in Herc. Oetęo.*
Minus placet magis quod suadetur, quod dissuadetur placet. *Plaut. in Trin.*
Cui peccare licet, peccat minus ipsa potestas.

VETVSTAS.

Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem antiquis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. *Sen. epist. 68.*

Pro parente est conditor, & multum autoritatis affert vetustas. *Quintil. lib. 3.*

Exempla ex vetere memoria, & monimentis, ac literis plena, dignitate & antiquitate, hæc plurimum solent & autoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum. *Cic. in Verrem.*

Multò plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis probanda sunt, quàm quæ repudianda. *Columella.*
Sed longa vetustas
Destruit, & saxo longa senecta nocet. *Ouid. 6. fast.*

Omnia post obitum fingit maiora vetustas: *Proper. lib. 4.*
Maior ab exequijs nomen in ora venit.

Antiquitas bonarum artium studia literis mandabat, atque in libros redacta offerebat principibus. *Veget.*

Antiquitas humana diuinis miscetur. *Liuius lib. 1.*

Antiquis in rebus si qua veris similia, pro veris habentur. *Idem lib. 5.*

Nihil motum ex antiquo probabile est. *Liuius lib. 4.*

Veteribus standum est, nisi quæ vsus euidenter arguit. *Ibidem.*

Antiquitas non præiudicat veritati.

Antiquorum gesta nobis propheriæ sunt.

Veteribus suo multa licuerunt seculo, quæ nunc non licent.

VESTIMENTVM.

Cum veste mulier pudorem exuit. *Herodot.*

Vestis, corporis concinnitatem, beneuolentię autem peccatum obtigit. *Idem.*

Vestiri decet in foro honestè, domi quod satis sit. *Gell. lib. 2.*

Cultus & victus familiaris vitam indicant. *Terēt. in Heau.*

Non vestis, sed pudicitia, verum matronæ argumentum.

Sub quauis veste bene colitur pietas.

Neglecta mundities, cultus sine cultu, & inculta vestis.

Exempla Græcorum.

Diogenes Sinopæus pallio vixit vnico contentus, tanto rigidior Antisthene, qui eius sectæ princeps pallium duplicauit, baculum & peram primus sumpsit.

Menedemus Cynicus, tunicam sumpsit pulli coloris balteo puniceo strictam: pileum Arcadicum duodecim elementis intextum. Virga fraxinea in manibus erat, & prolixior barba.

Phocion quinque & quadraginta gessit magistratus: sed eo calceamenti genere est vsus, vt prouerbio, cùm intolerabile frigus significare vellet, dicerent, Phocion calceatus est.

Lysander & Archidamus viri probitatis extremæ, ea indumenta recusarunt preciosissima, quæ Dionysius Siciliæ tyrannus ad eorum filias miserat, timentes maximè ne hisce deformiores fierent.

Dionysius cùm malefactores afficeret supplicijs, his tamen ignoscebat qui vestium fures essent, quò facilius Syracusani luxurijs abstinerent.

Epaminondas vnam tantùm habuit vestem, quam cùm ad fullonem misisset, ipse se domi continebat, ob alterius indigentiam.

VESTITVS.

Cato Portius, qui à nobili censura, quam gessit, Censorij cognomen retulit, nunquam toga pluris vsus est, quàm drachmis centum empta. Vticensis huius pronepos sine calceis, sine tunica: cæterùm funiculo cinctus per forum deambulauit.

Mulierum, quibus apud omnes gentes ornatus corporis peculiarior fuit quàm viris, vnum apud Romanos inclaruit exemplum. In Serranorum gente nulla vnquam est linea veste vsa, ob mollitiem & luxum repudiata. Pleriq; homines nudi agunt, vel quia texturam ignorant, vel quia non egeant, nec in eo continentiam spectant, sed commodum: sed nunc mores censentur & vitæ moderatio, non gentium ritus.

Augustus Cæsar indumentorũ superfluitates quantum habuit odio? veste siquidem alia non est vsus, quàm domestica: Cuius dictum erat venustissimũ, Vestitus insignis ac mollis superbiæ vexillum est, nidusq; luxuriæ. Hic neq; toro cubitauit, nisi humili, & modicè instrato.

VICINITAS.

Cic. pro Planc. Laudanda est vel amanda potius vicinitas, retinens illum officij morem, non infucata maleuolentia, non assueta mendacijs, non fallax, non erudita simulationis artificio.

Plutarchus. Non sufficit patriam, parentes, ciues, & viciniam amare, sed amauisse.

Cleobul. Quibusdam est patria & vicinia dedecori, quidam sunt patriæ dedecori.

Aristot. Nemo glorietur, quòd magnæ vrbis ciuis sit, sed quòd sit dignus magna & illustri patria.

Sic erga patriam ingratam, vt erga matrem nos gerere debemus.

Quicquid viciniæ prodest, id etiam patriæ.

Si claudo vicinus habitaueris, vt ipse claudus ambulare disces. *Plut. or. bon.*

Prædium vendens Themistocles proclamari iussit, se bonum vicinum habere.

Nihil tantum rerum facilè interibit, si habeas vicinum bonum, qui statim in periculo succurrat. *Hesiod.*

Ipsa vicinitas lites, controuersias, & bella parit. *Demosthenes 1. Olynth.*

Vicini alendi sunt in fame.

Æmulatur vicinus vicinum ditescentem.

Heu misero mihi *Plaut. in Merc.*
Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:
Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Ecquid *Hor. lib. 1. epist.*
Ad te post paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur paries cùm proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Dedit hanc contagio labem, *Iuuen. Sat. 2.*
Et dabit in plures. Sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porrigine porci,
Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent. *Verg. eclog. 1.*

VICTORIÆ.

Victoria semper est insolens. *Cic. Sul. sim. 4.*

Victoria, naturâ & insolens & superba. *Pro Marcell.*

Facilis est victoria, si repugnet nemo.

Facilè est vincere non repugnantem. *2. Tuscul.*

Nulla est laus, ibi esse integrum, vbi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. *2. act. in Verr.*

Ex Poëtis.

Cede repugnanti, cedendo victor abibis. *Ouid. 2. de arte.*

Cedimus? an subitum luctando accendimus ignẽ? *lib. 1 eleg. 2.*
Cedamus, leue fit, quod bene fertur onus.
Vidi ego iactatas mota face crescere flammas,
Et vidi nullo concutiente mori.

Cùm victor arma posuit, & victum decet *Sen. in Her. fur.*
Deponere odia.

Victor feroces impetus primos habet. *Sen. in Troade.*

Noscere hoc primum decet, *Ibid.*
Quid facere victor debeat, victus pati.

Quodcunque libuit facere victori, licet. *Ibid.*

AGAM. Minimum decet libêre, cui multum licet.

Vna salus victis nullam sperare salutem. *Verg. 2. Aeneid.*

Si decidit hostis *Stat. lib. 2.*
Ita super satis est, vitamq; relinquere victo.

Tam miranda vincendi facultate & peritia valuisse fertur Timoleon Corinthius, vt tribus millibus militũ ad Crimissum amnem cũ septuaginta millibus Carthaginensium nõ solùm acie conflixerit, sed ita hostem afflixerit vt pars multo maxima Carthaginensis sit nobilitatis ibi loci desiderata.

Spartani trecenti ad Thermopylas totum orientem prælio exceperunt, exceptum ac fusum in castra cum multa cæde compulerunt.

Censenda est Cæsaris Dictatoris laus in hac parte.

Nul

Nullus enim Imperatorum vnquam ferociorem hoſtem nactus aut validiorem, ſæpius vicit: ipſe ſemper hoſtium numero inferior.

Victoria ſpecioſa. Archidamus cùm Arcades bello ſuperaſſet, ob id laudatus à quodam, Præſtantius erat, inquit, ſi illos prudentia quàm viribus ſuperaſſemus.

Intellexit dux egregius nullam eſſe ſpecioſiorem victoriam quàm virtute vincere.

Lycurgus præcipere ſolebat, vt cùm hoſtem in fugam vertiſſent, tandiu fugientem inſequerentur, donec certa eſſet victoria, moxque retrocederent. Neq; enim conuenire eos trucidare qui ceſſiſſent.

Lacedæmonij non præficiebant pædotribas qui pueros ad luctam exercerent, vt virtutis eſſet certamen, non artis. Non enim ea ſpecioſa eſt victoria quæ callidis potius conſilijs contigit, quàm animi corporiſq; robore.

In Olympijs præconi pronunciāti, Doxippus viros vicit, Diogenes inquit, imò mancipia, ego autem viros. Significans ſolum philoſophum homines vincere.

Victoria vti. Pompeius aliquando pugna commiſſa, Cæſarem vicit, ſed victoriam non eſt perſequutus. Tum Cæſar, Hodie, inquit, penes hoſtes erat victoria, at non habent ducem qui victoria ſciat vti.

Victoria magno empta. Bis commiſſo cum Romanis prælio vicerat Pyrrhus, ſed pluribus amicis ac ducibus cæſis: qui tū inquit, Si vno alio Romanos vicerimus prælio, actum fuerit de nobis. declarans victoriam magno emptam, non eſſe victoriam, ſed calamitatem.

Cùm Annibal apud Cannas fœliciſsimè pugnaſſet, ſuadentibus amicis, vt fugientem hoſtem inſequens in vrbem irrumperet, non obtemperauit. Tunc Maharbal exclamauit, Vincere ſcis Annibal, victoria vti neſcis.

M. Coriolanus in bello aduerſus Volſcos, quū rogaretur vt labore ac vulneribus æger ſeſe in caſtra reciperet: Non eſt, inquit, victoris laborare, moxq; hoſtem fugiētem inſectatus eſt. Victoriæ dulcedo omnem moleſtiæ ſenſum excutiebat.

Pittacus Mitylenæus probabat victorias citra ſanguinem partas, non magno ciuium tenore emptas.

VIGILIA.

Plato 3. de leg. Quicunque viuere & ſapere cupit, maximè quàm longiſsimo tempore vigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruata, ad hanc verò non multo opus eſt ſomno, ſi bene aſſueſceris ſomnijs: magiſtratus profectò in vrbibus noctu vigilantes hoſtibus terrori ſunt.

Somnus corporis eſt, animæ verò vigilia.

Quò pluribus horis vigilamus, pluribus horis viuimus.

Eraſm. in epiſt. Nocturnas lucubrationes, & intempeſtiua ſtudia fugito. Nam & ingenium extinguunt, & valetudinem vehementer offendunt, aurora muſis amica eſt.

Ex Poëtis.

Horat. 1 epiſto. Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? atqui:
Si non intēdes animum ſtudijs & rebus honeſtis,
Inuidia vel amore vigil torquebere.

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes. *Ouid. 1. de arte.*
Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue. *Martial. lib 9.*
Vigilare decet hominem, *Plaut. in Rudente.*
Qui vult ſua tempore conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter ſine lucro, & cum malo quieſcunt.

VINDEMIA.

Vindemiæ deſcriptio.

Tum primùm lætas oſtendit pampinus vuas. *Olympius Nemesianus eclo. 3.*
Mirantur Satyri frondes, & poma Lyæi.
Tunc Deus, ô Satyri maturos carpite fructus,
Dixit, & ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc audierant, decerpunt viribus vuas,
Et portant calathis, celeriq; illidere planta,
Concaua ſaxa ſuper ponunt, vindemia ferueт,
Collibus in ſummis, crebro pede rumpitur vua,
Vdaq; purpureo ſparguntur pectora muſto.
Tum Satyri laſciua cohors, ſibi pocula quiſque,
Obuia corripiunt, quod ſors dedit, hoc capit vſus.
Cantharon hic retinet, cornu bibit alter adunco,
Concauat ille manus, palmaſq; in pocula vertit,
Pronus at ille lacu bibit, & crepitantibus haurit
Muſta labris, alius venalia cymbala mergit,
Excipit ac potat, ſaliens liquor ore reſultat.
Atq; alius latices preſsis reſupinus ab vuis,
Spumeus inque humeros & pectora defluit humor.
Omnia ludus habet, cantuſq; choroſq; licentes.
Et venerem iam vina mouent, raptantur amantes,
Concubitu Satyri fugientes iungere Nymphas:
Tunc primùm roſeo Silenus cimbia muſto,
Plena ſenex auidè non æquis viribus hauſit.
Ex illo venas inflatus nectare dulci.

Te cano qui grauidis hederata fronte corymbis, *Ibidem.*
Vitea ſerta plicas, qui compros palmite tigres,
Ducis odorato perfuſus colla capillo.
Vera Iouis proles, iam tunc poſt fulmina cœlo,
Sola Iouem Semele vidit, Iouis ora profeſſum.
Hunc pater omnipotens venturi prouidus æui,
Protulit, & iuſto produxit tempore partus.

VINDICTA ET CRVDELITAS.

Vindicta & ciuitates & gentes ſemper deſtruit. *Eurip. in Oreſt.*

Crudelitas & vindicta deterrent à deditione & reconciliatione. *Demoſt. 1. Olyn.*

Viro natura bono, neceſsitate autem ſæuo, multò durius eſt de alijs quàm de ſe ſumere ſupplicium. *Lucianus.*

Optima inimici vindicta eſt, te boneſtum & virum bonum præſtare. *Diogen.*

Humanum habetur, vltionem inimici, ſi quando per occaſionem inciderit, negligere. *Idem.*

Nemini intendendæ minæ, muliebre enim eſt. *Chilo.*

Frater fratris necem vlciſcitur. *Homer.*

Vltio vltionem vocat, & cædes cædem. *Euripides.*

Melior eſt venia quàm vindicta, illa enim mitis eſt ingenij: hæc autem ferini. *Stob.*

Vltio, paſsio iniuſtitiæ eſt. *Idem.*

Idem. Vindex, malus & miser.

Ex Latinis.

Veget. Minuti semper & infirmi animi voluptas, vltio.

Rectius est in autores criminum vindicari: ad multos metus, ad paucos pœna pertinet.

Quintil. decl. 5. Vltionis genus est parcere, & non misereri.

Decl. 11. Vindicta non vltra facta procedit.

Seneca de cle. Vindicta minimè humanum malũ est, indignumq; regio animo: ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in syluestre animal transire.

Omnibus est odio crudelitas, & amori pietas, & clementia.

Curt. lib. 5. Nullis supplicum precibus crudelitas inhiberi potest.

Liuius lib. 3. Superbiæ & crudelitati si seræ, non tamen lenes veniunt pœnæ.

Max. lib. 1. Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ita, & tarditatem supplicij grauitate compensat.

Vide bonitatem.

VIR BONVS.

Ex Platone.

Hippa. SOCRAT. Bonos viros omnes bona omnia velle in confesso est.

In Meno. Mulieres quoque, ô Meno, bonos viros, diuinos nuncupant. Et Laconici quoties bonum quendam virum commendare volunt, Diuinus hic vir, aiunt.

In Philo. Vir iustus, & pius, & probus, Deo amicus est. Iniustus & improbus contrà se habet.

Ibid. Interna scripta bonis viris, quia deo amici sunt, vera euadunt: malis sæpenumero contra.

Ibid. Falsis voluptatibus praui vt plurimum gestiunt, boni homines veris aluntur.

In Protag. Probi qui sunt viri, patriæ flagitia occultant potius, & ad laudandum eos sese cogunt: & si qua in re iniuria affecti iure parentibus & patriæ indignari possent, consolantur seipsos, & se suis conciliant, seq; ad amorem laudemq; maiorum vel inuitos adigunt.

In Gorg. SOCRAT. Assero bonum honestumq; virum esse fœlicem: iniustum verò & turpem esse miserum.

Ibid. Nullus bonus hominem accusat insontem.

Ibid. Nihil graue patieris, si te vera honestus bonusque sis, virtutemq; exerceas.

In Apol. Viro bono nihil mali accidere potest, neque viuenti, neque defuncto, neq; res illius à Deo negliguntur.

3. de Rep. dial. Qui bonum habet, remouet & animũ, bonus est.

4. dial. Haudquaquam decet bonis viris præcipere.

9. de Rep. dial. Neque à dijs vnquam negligitur, quicunque iustus euadere, virtutisq; officijs, quoad homini licet, Deo similis fieri conabitur.

Ibid. Deorum amico omnia à dijs tribuuntur, nisi quid mali ex priori delicto ei necessitate quadam immineat.

Miserabilis est, non qui fame vel re alia huiusmodi premitur, sed qui cùm temperans sit & virtute alia vel parte virtutis sit præditus, calamitate tamen adhæc aliqua fortè vexatur.

Maximum sanè atque rectissimum est, vt cùm sis probus, ita gloriam quæras, aliter minimè: si modò perfectus vir futurus es. *12. de leg. dial.*

Censeo esse iustum, vt qui re vera boni sunt viri, & talia faciunt, dignam gloriam consequantur. *Epist. 4.*

Cognoscendi insani & mali sunt, tam viri quàm mulieres: nihil tamen ex eorum dictis & factis vel agendum est vel imitandum. *3 de Rep. dial.*

Mali ignauique semper puniendi sunt, vt meliores, fortioresq; euadant: infortunati verò minimè, nihil enim proficitur. *11. de leg. dial.*

DE VIRIS.

Conuersis studijs ætas animusq; virilis *Horat. in arte.*
Quærit opes & amicitias, inseruit honori,
Commisisse cauet, quod mox mutare laboret.

Vir mulierem fugiat Hippolyti exemplo.

Detestor omnes, horreo, fugio, execror. *Seneca in Hip.*
Sit ratio, sit natura, sit durus furor,
Odisse placuit. Ignibus iunges aquas,
Et amica ratibus ante promittet vada
Incerta Syrtis, ante ab extremo sinu
Hesperiæ Thetis lucidum attollet diem,
Et ora damis blanda præbebunt lupi,
Quàm victus animum fœminæ mitem geram.

Age tu *Plau. in Sticho.*
Altera vtra sit conditio pensior, virginem, an viduam habere?
PINAC. Quanta mea sapientia est, è malis multis malum, quod minimum est,
Id minimum est malum, qui potest mulieres vitare, vitet vt quotidie,
Pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie.

Vir muliere fortior dicitur ingenio & natura.

Vrimur igne pari, sed sum tibi viribus impar: *Ouid. epist. 4.*
Fortius ingenium suspicor esse viris.
Vt corpus teneris, sic mens infirma puellis.

Stoici virum prudentem dicunt nemini veniam dare. Eiusdem enim est & veniam dare, & putare eum qui peccarit, non sua culpa peccasse, cùm omnes ex propria malitia peccent. Præterea bonum virum negant mitem & æquum esse: mitis enim deprecatur & mitigat, quam quisque meritus est pœnam.

Viri boni ciuitatibus semper prædicunt, qui rerum exitus euenturi nimirum ex affectu diuino, multò euidentius quàm fatidici soleant.

Quum Deus beneficia in aliquam ciuitatem conferre voluerit, viros bonos in ea collocat: contrà vbi aliquid mali imminet Reipub. bonos viros ciuitati adimit.

Viri & vxoris amor similis est mixtioni quæ tota per totum fit, vt vini cũ aqua. Vndequaq; enim commiscetur coniugalis amor: nec solùm opes & liberos, sed & communia corpora coniuges habeant.

Aristippus interrogatus quid esset admirandum in vita: vir probus, inquit, & moderatus: quoniam

etsi

etsi inter improbos agat, nō tamen peruertitur.

Vir prudens is demum dicitur, qui ingenium solers, memor, & laboriosum nactus est.

Eurip. Vir potens qui fuerit, audax, & dicendi peritus, Malus sit & sine mente ciuis.

Themistocles quum procis filiæ virum probum diuiti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, Malo, inquit, virum absque pecunia, quàm pecuniam absq; viro.

VIRTVS.

Ex Latinis.

Cicero 2. de ora. Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest.

1. de leg. Virtus nihil est aliud, quā in se perfecta, & ad summum perducta natura.

4. Tuscul. Virtus est affectio animi constans, conueniensq;, laudabiles efficiens eos in quibus est: & ipsa est per se sua sponte, separata tamen vtilitate, laudabilis, ex ea proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones.

Si emolumentis, non suapte natura virtus expetitur, vna erit virtus quæ malitia rectissimè dicetur. Nam qui virtutem pretio metiuntur, nullam virtutem nisi malitiam putant.

5. Tuscul. Nulla potest esse virtus nisi gratuita. Nam quæ voluptate quasi mercede aliqua ad officium impellitur, ea non virtus, sed fallax imitatio & virtutis simulatio.

1. de nat. deor. Nihil est virtute amabilius: quam qui adeptus erit, vbicunq; erit gentium à nobis diligetur.

1. Tuscul. Virtutem necessariò gloria sequitur.

Ibid. Gloria virtutem tanquam vmbra sequitur.

2. de nat. deor. Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.

In Lælio. Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cùm propter virtutem & probitatē eos etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cuius est ea vis, vt eam in hoste etiam diligamus.

Ibid. Animi hominum mouentur ad diligendum, cùm eorum, quibus cum vsu coniuncti sunt, virtutem & bonitatem perspiciunt.

2. de orat. Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, æstimatione vitæ: alienanturque ab ijs, in quibus hæc non sunt.

2. de nat. deor. Suscepit vita, consuetudoq; communis, vt beneficijs excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollamus.

1. de leg. Quæ natio non comitatem, non beneuolentiam, non gratum animum, & beneficij memorem diligit? Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, non odit?

2. Off. Eos viros non suspicimus, maximisque efferimus laudibus, in quibus existimamus excellentes quasdam & singulares perspicere virtutes. Despicimus autem eos, & contemnimus, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putatur. Quamobrem contemnuntur ij, qui nec sibi nec alteri prosunt in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autē quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteris virtute putantur.

Cùm aliquid clementer, mansuetè, iustè, rectè, moderatè, sapienter factum aut legimus, aut audimus, quo studio incendimur, non modò in gestis rebus sed etiam in factis, vt eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus? *Pro Marcello.*

Quis est qui non admiretur splendorem pulchritudinemq; virtutis? *2 Off.*

Conciliatrix amicitiæ est virtutis opinio. *In Lælio.*

Habet hoc virtus, vt viros fortes, species eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. *In Pisonem.*

Est proprium virtutis conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suoa adiungere. *2. Off.*

Virtus conciliat amicitias atq; cōseruat. In ea enim est rerum conuenientia, in ea est stabilitas. In ea est cōstantia: quæ cùm se extulit, & lumen suum ostendit, & idem aspexit, agnouitq; in alio, ad id se admouet: vicissimq; accipit illud quod in altero est, ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia. *In Lælio.*

Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. *3. de nat. deor.*

Vera laus, veræ virtuti debetur. *3. de orat.*

Nihil quicquam sine virtute laudabile. *1. Tuscul.*

Quibus gradibus Romulus ascendit in cœlum? rebus gestis atq; virtute. *Paradox. 1.*

Bonus vir propriè & copiosè laudari, sine virtutum cognitione non potest. *2. de orat.*

Vehementer amor multitudinis commouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumq; earum virtutum quę pertinent ad mansuetudinem, ad facilitatem, eosq; in quibus eas virtutes inesse videmus, à natura ipsa diligere cogimur. *2. Off.*

Ea virtus videtur præstantis viri, quæ est fructuosa alijs, sibi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. *2. de ora.*

Si quod optimum maximumque est id volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua nullam rem expetendam consequi possumus. *In Lælio.*

Verum decus in virtute positum est. *Famil. lib. 10.*

Digna est virtus gloriatione: tantumque præstat cæteris rebus, vt dici vix possit quid intersit. *4. de finib.*

Nesciunt multi, nesciunt quantas vires virtus habeat: nomen virtutis tantùm vsurpant: quid ipsa valeat, ignorant. *Parad. 1.*

Non sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse volunt. *In Lælio.*

Non est inhumana virtus, neque immanis, neque superba, quæ populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere soleat: quod non faceret profectò, si à vulgi charitate abhorreret. *In Lælio.*

Virtus quam sequitur charitas minimè repudiāda. *Ibid.*

Virtus altissimum in homine locum, & maximè excellentem tenet. Cùm autem assumpta est ratio, tanto in dominatu locatur, vt omnia prima naturæ, huius tutelæ subijciantur. *4. de finib.*

Virtus, omnia quæ cadere in hominem possunt, subter se habet: eaq; despiciens casus contemnit humanos: culpaq; omni carens præter seipsam, nihil censet ad se pertinere. *5. Tuscul.*

Optimè virtus se ipsa nouit, & quàm amabilis sit intelligit. *In Lælio.*

Virtutis tanta est vis, vt non possit vnquam esse vir bonus non beatus. *In Pison.*

In virtute satis est præsidij ad bene beateq; viuendum, *5. Tuscul.*

dum, ſatis vt fortiter viuamus, etiam vt magno animo, & quidem vt nulla re egeamus, ſemperq́; ſimus iuncti: ſequitur vt nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet.

5. Tuſcul. Præſidij ad viuendum in virtute ſatis eſt.

5. de Finib. Virtus ad beatè viuendum ſeipſa contenta eſt.

5. Tuſcul. Cùm fateamur ſatis magnam vim eſſe in vitijs ad miſeram vitam, fatendum eſt etiam tandem vim in virtute eſſe ad beatam vitam. Contrariorum enim contraria ſunt conſequentia.

Paradox vlt. Quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tempeſtatum nec temporum permutatione mutatur: qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites: ſoli enim poſsident res & fructuoſas & ſempiternas: ſoli contenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putant quod eſt: nihil appetunt, nulla re egent, nihil ſibi deeſſe ſentiunt, nihil requirunt.

Pro Sextio. Virtus in tempeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris, pulſa loco manet tamen, ſplendet per ſe ſemper, neque alienis vnquam ſordibus obſoleſcit.

Philipp. 4. Virtus eſt altiſsimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari poteſt, nunquam dimoueri loco.

4. ad Heren. Ei non multùm poteſt obeſſe fortuna, qui ſibi in virtute quàm in caſu firmius præſidium collocauit.

Ibidem. Omnes bene viuendi rationes in virtute collocandæ ſunt, propterea quòd ſola virtus, in ſua poteſtate eſt. Omnia præter eam ſubiectæ ſunt fortunæ dominationi.

3. actio in Verr. Maior eſt virtutis iucunditas, quàm voluptas, quæ percipitur ex libidine & cupiditate.

Philipp. 5 Virtutis, quàm ætatis curſus celerior.

Cato maior. Non cani, non rugæ repentè autoritatem afferre poſſunt, ſed honeſtè acta ætas ſuperior fructus autoritatis præbet extremos.

Seneca epiſt. 13. Multum ſibi adijcit laceſsita virtus.

Ibid. Quemadmodum virtutes retentæ exire non poſſunt, facilisq́; earum tutela eſt: ita initium ad illas eundi arduum.

Idem epiſt. 68. Bonum eſt & optabile quicquid ex virtutis geritur imperio.

Epiſto. 80. Nulla virtus latet, & latuiſſe non ipſius eſt dãnum.

Epiſt. 91. In optimis quoq; antequam erudias, virtutis materia, non virtus eſt.

Epiſto. 95. Virtutis pars diſciplina conſtat, pars exercitatione.

Idẽ de proud. Marceſsit ſine aduerſario virtus.

Quintil. lib. 1. Virtus ad poſteros durabit, non perueniet inuidia.

Eraſm. in epiſt. Præſentem virtutem non odimus, ſed certè negligimus.

Max lib. 3. Publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laude indiget.

Idem. Si virtus per ſe æſtimatur, vitæ magiſter eſt optimus.

Ibid. Sola virtus naſcitur, non fingitur.

Idem lib. 5. Nihil eſt excepta virtute, quod mortali animo, atq; virtute immortale quæri poſsit.

Saluſt. de rep. ord. Virtutis iter arduum eſt.

Ibid. Virtus poſt vitia magis ſe attollit.

Saluſt. in Iugurth. Virtus non eget compoſita oratione.

Virtutibus abundat, qui alienas amat.

Plin. iun. lib. 1. in Paneg. Cui vna virtus contingit, omnes contingunt.

Curt. lib. 7. Nihil tam altum natura conſtituit quò virtus non poſsit eniti.

Ingens lucrum puta, cùm meus acceſsione virtutis facta eſt melior. In hiſt. ſan.

Peregrina in terris virtus, in cœlis ciuis. Ibid.

Virtus matureſcit ſeneſcentibus vitijs. Lucan. lib. 2.

Pertinax virtus omnia vincit. Ibid.

Pulcherrimum, & tutiſsimum eſt, in ſola virtute ſpem habere. Lib. 4.

Ex Apophtheg. Eraſmi.

Virtus abundè ſui eſt præmium, quicunque ſeruarit euentus.

Lacedæmonij quoniam ſeueriores erant, & moribus incorruptioribus, belliq́; gloriã potiſsimùm ſpectabant, contemnebant omnes artes quæ ciuium animos videbantur emaſculare, & à vera virtute ad otioſam oſtentationem traducere.

Non refert quo quid apparatu fiat, ſed quantum efficiatur: ſiquidem hoc ſpecioſior victoris gloria, quominus habet præſidij, præter virtutem.

Sæpe fit vt hominis virtus magiſtratui per ſe contempto & humili dignitatem conciliet.

In conciliandis matrimonijs magis eſt ſpectanda virtus, quàm cenſus.

Præmijs animi iuuenum ad virtutem accenduntur: quæ ſi detrahas, ipſa virtus elangueſcit.

Virtutis caput eſt caruiſſe vitijs.

Virtute præditi, ijdem nobiles ſunt.

Imbecillitas corporis frequenter impedit virtutis vſum.

Arctiora ſunt vincula virtutis quàm ſanguinis: & omnis bonus homo proximè cognatus eſt ob animorum ſimilitudinem.

Egregia res eſt iam inde à teneris virtuti aſſueſcere.

Non infimum erga Rempub. meritum eſt, ſi non ſolùm te præſtiteris egregiũ virum, ſed aliquem tibi ſimilem gignas, educesq́; patriæ.

Qui nihil aliud habet quàm maiorum imagines, opinione verius eſt nobilis quàm re: At qui virtute præditus eſt, vnde manat illa vulgaris nobilitas, germanã ac natiuam habet nobilitatem.

Egregiorum meritorum conſcientia magnam homini fidem præſtat.

Virtus pulcherrimum eſt genus nobilitatis, quam ſibi quiſq; proprijs virtutibus conciliat.

Qui vera virtute præditus eſt, nihil ſpectat, niſi vt proſit Reipub.

Præmijs inuitatur virtus: at ignaui ignominia excitantur.

Non ſolùm honos artem alit, ſed & virtutem.

Laudibus humanis virtus non eget, ducit enim ſecum laudem ſuam & decus.

Studium virtutis hòc magis intendendum eſt, quò minus ſupereſt vitæ.

Voluptates non aliter quàm Sirenæ ei prætermittendæ ſunt, qui properat vt virtutem veluti patriam conſpiciat.

Virtus vſu magis diſcitur quàm dictione.

Virtus libris expreſſa, quodãmodo picta virtus eſt.

Ille infœliciſsimè egenus eſt, qui nulla virtute præditus eſt.

Nihil ſapientia pulchrius, nihil virtute amabilius.

Iucunda eſt virtus eam exercentibus: vnde mirum eſt quoſdam ad id mercede velle conduci, vt bene viuant, cùm ipſa virtus abundè magnum ſui

ſit

sit præmium.

Vera virtus nihil moratur hominum laudes: eas qui prædicāt, plus debent ijs quos laudant, quàm ipsis qui laudantur.

Non verè sunt probi, qui non improbos detestantur.

Pulchrius est benefaciendo, quàm potentia vincere.

Vir bonus vndequaque venatur stimulos ad virtutem.

Ex Poëtis.

Ad virtutem exhortatio lepidissima.

Iuuen. Sat. 8. Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi,
Iustitiæq; tenax, factis, dictisq; mereris.
Ibid. Ne collapsa ruant subductis tecta columnis,
Stratus humi palmes viduas desiderat vlmos.
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem,
Integer.
Sill. Ital. lib. 12. bell. Pun. Perge age, vince omnem miles virtute laborem,
Et quantum humani possunt se tendere passus,
Arduus accelera.
Val. Flac. lib. 1. Vos quoque nunc vires, animosque afferte paternos.
Ibid. Ite viri mecum, dubijsq; euincire rebus,
Quæ meminisse iuuet, nostrisq; nepotibus instent.
Idem lib. 5. Surge age, & in duris haud vnquam defice, cœlo.
Mox aderis, teq; astra ferent.
Ibidem. Hortatur, supplexq; manus intendit Iason,
Nomine quemque premens: vbi nunc promissa superba,
Ingentesq; minæ? mecum quibus ista secuti,
Idem animi, certè viso timor omnibus antro,
Pertulerat, stetimus tandem, Deus adfuit ausis,
Qui idem post aderit credo Deus.
Sill. Ital. lib. 13. Ille sub hæc, turpis lenti solertia Martis,
Audendo expedias: claris pigra extulit astris.
Haud vnquam sese virtus, tu magna gerendi,
Præcipita tempus, mors atra impendet agenti.
Ibid. Verùm age, nate tuos ortus, nec bella pauescas,
Vlla, nec in cœlum dubites te tollere factis.

Virtus aduersis in rebus fortior est.

Idem lib. 1. At duræ inuigilant mentes, & molle reponunt,
Noctis opus, clausos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior vltima virtus.
Seneca in Her. fur. LYC. Cur ergo regi seruit, & patitur iugum?
MEG. Imperia dura tolle, quod virtus erit.
Iuuenalis. Semita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Hor. epist. lib. 4. Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. Vis rectè viuere? quis non?
Si virtus hoc vna potest dare, fortis omissis
Hoc age delicijs.
Iuuenal. Tota licet veteres exornent vndique ceræ,
Atria, nobilitas sola est atq; vnica virtus.
Hesiodus. Quàm facile innumeras vitiorum amplectimur artes,
Haud procul illa habitāt. Breuis est via qua sit eundum.
Est via virtutis contraria, sudor anhelus,
Hanc sequitur: quæ se scopulosis ardua cliuis,
In longum prorumpit iter: riget aspera primo
Congressu, leuis est postquā alta cacumina tanges.

Iuuen. Sat. 15. Separat hæc nos
A grege mutorum: atquē ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
Atq; exercendis, capiendisq; artibus apti,
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia: mundi
Principio indulsit communis conditor illis,
Tantum animas, nobis animum quoque mutuus, vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet.
Fausl. It malè præstanti dispar virtute voluptas,
Hinc dolor æternus, inde perennis honos.
Stapul. Quid virtus? quod sol medio clarissimus orbe.
Quid virtus? Phœbe tota nitidissima nocte.
Quid virtus? roseus, qui sydera ducit ad ortum,
Lucifer: haud aliter lucens ad lucida regna
Ipsa animos reuocat, vitæ dux atq; magistra.
Quid facit ipsa leuis flamma? eleuat, albicat, vrit.
Ipsa aqua quid? purgat. quid flos? quid cinnama? odorant.
Sic leuat ipsa animum Virtus: sic flammat & vrit,
Virtutes igitur, Sol, Phœbe, lucifer, ignis,
Et flumen lustrans, & flos, & cinnama odora.
Ouid. 4. de Tri. Mater iamq; tuis tristem virtutibus imple,
Ardua per præceps gloria vidit iter.
Hectora quis nosset, fœlix si Troia fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est.
Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturq; malis.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputq;,
Conspicuum pietas quo tua tollat habet.
Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es,
Et patet in laudes aëra lata tuas.
Ouid. lib. 5. de Tristib. Rara quidem est virtus quam non fortuna gubernat.
Quæ maneat stabili, cùm fugit illa pede.
Ouid. lib. 2. de Ponto. Per seq; petenda est,
Externis virtus incomitata bonis.
Ecce mihi laceræ dictant sua carmina musæ,
Et veris elegi fletibus ora rigant.
Boët. metro 1. lib. 1. Has saltem nullus potuit peruincere terror.
Ne nostrum comites prosequerentur iter.
Hor. lib. 1. epist. Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
Verg. 5. Aeneid. Gratior è pulchro veniens in corpore virtus,
Adiuuat.
Oui. 4. de Pōto. Excitat auditor studium, laudataq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet.
Sen. in her. fur. LYC. Obijci feris monstrisq; virtutem putat.
MEGER. Virtus est domare quæ cuncti pauent.
Sill. lib. 13. Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.
Plau. in Amp. Virtus præmium est optimum:
Virtus omnibus rebus anteit.
Libertas, salus, vita, res, parētes, patria, & prognati,
Tutantur, seruantur, virtus omnia in se habet,
Omnia adsunt bona quem penes est virtus.

Virtutis bona.

Sill. lib. 15. Mecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,
Et decus, & niueis victoria concolor alis.
Me cunctis laurō perducit ad astra triumphus:
Casta mihi domus, & celso stant colle penates.

Virtus sola nobilem facit.

Verg. 10. Aeneid. Sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Marmora

Idem de Mec. natu obitu. Marmora Mæonij vincunt monumenta libelli:
Viuitur ingenio: cætera mortis erunt.
Ouid. 1. de Pōt. Si modò nō census, nec clarum nomen auotum,
Sed probitas magnos, ingeniumq; facit.
Hor. Oda 2 li. 3. Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus.
Nec ponit, aut sumit secures,
Arbitrio popularis auræ.
Iuuenal Sat. 8. Tota licet veteres exornent vndiq; ceræ,
Atria, nobilium sola est atq; vnica virtus.
Sen. in Her. Oet. Sed locum virtus habet inter astra.
Vere dum flores venient tepenti,
Et comam syluis hyemes tecident,
Vel comam syluis reuocabit æstas,
Pomaq; autumno fugiente cadent,
Nulla terris rapiet vetustas.
Tu comes Phœbo, comes ibis astris.
Ibid. Non est gemendus, nec graui vrgendus nece,
Virtute quisquis abstulit fatis iter.
Aetherea virtus Herculem fleri vetat,
Fortes vetat mœrere, degeneres iubet.
Ibid. Quid me tenentem regna syderei poli,
Cœloq; tandem redditum planctu iubes
Sentire fatum? parcè nam virtus mihi
In astra, & ipsos fecit ad superos iter.
Virtus in astra tendit: in mortem timor.
Martialis li. 5. Sum, fateor, semperq; fui, Callistrate, pauper,
Sed non obscurus, & malè notus eques.

Virtus Scipioni victoriam promittit.

Sil. Ital lib 15. Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice vestes:
Nec donum deforme viro flagrantis amomi,
Sed dabo qui vestrum sæuo nunc Marte fatigat
Imperium superare manu, laurumq; superbam,
In gremio Iouis excisis deponere Pœnis.
Quæ postquam cecinit sacrato pectore virtus:
Exemplis lætum, vultuq; audita probantem
Conuertit iuuenem.

Virtus pro vitio sæpe habetur.

Ouid. 1. de remed. am. Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Hor. ad Quint. Oderunt peccare boni virtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Virtutis laus in actione consistit.

Sil. Ital. lib. 9. Nam virtus fuit le nomen,
Ni decoris adsint patiendo tempora læti.
Claudianus. Maior & vtilior facto coniuncta potenti,
Vile latens virtus quid enim submersa tenebris
Prodetit? obscuro veluti sine remige puppis,
Vel lyra, quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.
Plau. in Bacch. Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo.
Celerem esse oportet amatoris manum.

Virtuti vbique vacare licet.

Seneca in Med. Nunc est probanda si locum virtus habet.
MED. Nunquam potest non esse virtuti locus.
Ouid. 1. de arte lib. 2. Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt.
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Sed tendit in ardua virtus.
Ardua virtutem profert via, pergite primi,
Nec facilem populus, nec notam inuadere laudem.

Ardua saxoso perducit semita cliuo, Idem 15 lib.
Aspera principio (nec enim mihi fallere mos est,)
Prosequitur labor, ad nitendum intrare volenti.
Nec bona conscendunt quæ sors infida dedisset.
Atq; eadem rapuisse valet mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genua, omnia contra,
Experienda manent, quàm spondet blanda voluptas,
Stramine proiectus duro, patiere sub astris,
Insomnes noctes, frigusque famemq; domabis.
Idem iustitiæ cultor, quæcunq; capesses,
Testes factorum stare arbitrabere diuos.
Hanc tamen haud quisquam, qui non agnouerit ante, Claudian.
Sumet, & incertos animi placauerit æstus,
Inueniet: longis illuc ambagibus itur.
Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni, Virgilius.
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via læta, sed vltima meta
Præcipitat captos, voluitq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore,
Vicerit, ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam, luxumq; seqnetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsq; simul miserabile transiget æuum.

Virtus ob paupertatem deseritur.

Magnum pauperies opprobrium iubet, Horat. ode 24. lib. 3.
Quiduis & facere, & pati,
Virtutisq; viam deserit arduæ.
Tanto maior famæ sitis est quàm Iuuen. Sat. 10.
Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas.
Paulum sepultæ distat inertiæ, Horat. ode 9. lib. 4.
Celata virtus. Non ego meis,
Chartis inornatum silebo,
Tot'ue tuos patiar labores
Impunè, Lolli, carpere liuidas
Obliuiones.

Pauper virtute præditus dignior est Nerone.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam Iuuenal. Sat. 8.
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?

Virtute insignior est aliquis, quàm genere.

Sed te censeri laude tuorum, Ibid.
Pontice noluerim, si tu nihil ipse futuræ
Laudis agas: miserū est aliorum incumbere famæ.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniaq; arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.

Virtute insignes rari sunt.

Ite per ora, Sil. Ital. lib. 3.
Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Quos pater ætherеis cœlestem destinat oris.
Rara dari, terrisq; solet contingere virtus. Stat. lib. 10.

Virtute præditi laus.

Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro, Idem lib. 2.

Troica & Euphrate supra diademata fœlix,
Quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,
Non leges, non astra tenent: qui pectore magno
Spemq́; metumq́; domas, vitio sublimior omni,
Exemptus fatis, indignantemq́; refellis
Fortunam, dubio quem non in turbine rerum
Deprendet suprema dies, sed abire paratum,
At plenum vita.

Ibidem. Tu, cuius placido posuere in pectore sedem
Blandus honos, hilarisq́; tamen cũ pondere virtus.
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec spes
Improba, sed medius per honesta & dulcia limes
Incorruptè fidem, nullosq́; ex parte tumultus
Et secrete palam qui digeris ordine vitam.
Idem auri facilis contemptor, & optimus idem
Spernere diuitias, opibusq́; immittere nubem.
Hac longum flnrens animi morumq́; iuuenta
Iliacos æquare senes, & vincere persta.

Virtutis studioso nihil difficile.

Ouid. 14. Met. Pone tamen, Troiane, metum, potiere petitis,
Elysiasq́; domos & regna nouissima mundi
Me duce cognosces, simulachraq́; chara parentis.
Inuia virtun nulla est via.

Virtute clarum non decet immerita appetere.

Terẽt. in And. Ego, Charine, neutiquã officiũ liberi hominis esse puto,
Cùm is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Virtute praditi cœlum petunt.

Lucan. lib 9. Ac non in Pharia manes iacuere fauilla,
Nec cinis exiguus tantam compescuit vmbram,
Prosiluit busto, semiustaq́; membra relinquens
Degeneremq́; rogum sequitur conuexa ronantis,
Qua niger astriferis connectitur axibus aër,
Quodq́; pater terras inter lunæq́; meatus
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vitæ patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.

Sen. in Hercule Oetæo. Nunquam stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus, viuite fortes,
Nec letheos sæua per amnes
Vos fata trahent, sed cùm summas
Exiget auras consumpta dies
Iter ad superos gloria pandet.

Virtutis querimonia ex Mantuano.

Fortunæ domitrix ego sum scelerumq́; flagellũ.
Vtq́; hominem tuear, superumq́; in tecta reportẽ
Incolumem, stygias omnes demolior arces.
Ars mea mortales ad olympica regna, deumq́;
Hortari, monstrare vias, quibus itur in altum
Æthera, sum medium dirimens iter, orbita recto
Limite, quo monstrantur adhuc vestigia patrum.
Quo veteres cœlo digni petiere tonantis
Limen, vbi nitidis sunt lactea flumina campis.
Nescio delicias, nullum insidiosa voluptas
Mecum fœdus habet. Mihi lis de limite regni
Cum vitijs: multumq́; inter contraria pugno.
Me labor assiduus validam facit, ocia frangunt.
Et quoties opus est, armis exercita nullis
Congredior, vinci & succumbere nescia: si quod
Pondus ab aduersis iniectum est casibus, æqua
Mente fero. ipsa hominẽ doceo, variasq́; per artes
Erudiens paucis, dijs immortalibus ipsis
Persimilem reddo: & tandem super æthera tollo.
Ipsa feros hominum docui componere mores.
Fons ego Castalius. Pallasq́; ego nomine dicta,
Res eadem: non sum morbo cõfecta, neq; annis:
Incorrupta, virens, immortalisq́; superstio:
Cœlestes etenim nihil in me monbus orbes,
Sydera nil radijs possunt, nil lumine Titan.
Post igitur tantorum operũ experimenta, fidemq́;,
Deseror, ignotis errans ingloria campis.
Patrono mea causa caret: quia pectora plena
Perfidiæ, fastuq́; animos tollente, superba
Sceptra scelus rapuit: positis custodibus, omnes
Scrutatur regni fines, aditusq́; tuetur.
Religio contempta iacet, spretusq́; deorum
Cultus abit, tritaq́; fides iam pallida veste
Infirmus titubat pedibus: pessundata legum
Maiestas: tot monstra pios immania mores
Inuasere: silet probitas: pudor exulat omnis.

Virtutis descriptio.

Virtus, Albine, est precium persoluere verum *Lucilius.*
Queis inuersamur, queis viuis rebus adesse.
Virtus est homini scire id quod quæq; habeat res.
Virtus, scire homini rectũ, vtile, quid sit honestũ,
Quæ bona, quæ mala, item quid inutile, turpe, inhonestum,
Virtus, quærẽdæq́; rei finem vult scire, modumq́;.
Virtus, diuitijs precium persolnere posse.
Virtus, id dare quod re ipsa debetur honori.
Hostem esse atq; inimicum hominum, morumq́; malorum:
Cõtrà defensorem hominũ, morumq́; bonorum.
Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicũ.
Commoda præterea patriæ sibi prima putare.
Deinde parentum, tertia iam postremaq́; nostra.
Virtutem voluere dij sudore parari.
Arduus est ad eam longusq́; per ardua tractus.
Asper & est primum: sed vbi alta cacumina tanges,
Fit facilis, quæ dura prius fuit inclyta virtus.
Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. *Silius.*
Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaq́; latè *Claudian.*
Fortunæ secura nitet, nec fascibus vllis
Erigitur, plausu'ue petit clarescere vulgi,
Nil opus externæ cupiens, nihil indiga laudis.
Diuitijs animosa suis, immotaq́; cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.
Qui cupit optatam cursu contingere metam
Multa tulit, fecitq́; puer, sudauit & alsit.
Abstinuit Venere & Baccho.

Ad virtutem monitio per Aeneam ad Ascanium.

Disce puer virtutem ex me, verumq́; laborem: *Vergil.*
Fortunam ex alijs. Nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito, mox cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor.
I, bone, quò virtus tua te vehit? i pede fausto: *Horat.*
Gaudia laturus meritorum præmia digna.

Ex Græcis, & primùm ex Platone.

SOCRAT. Si nos in omni hac disputatione recte perscrutati sumus, virtus vtique nec doctrina neque natura nobis aderit, verùm *In Menone.*

 diuina

diuina sorte absq; mente in eum qui illam sortitus fuerit, influet.

Ibid. Ex hac ratione, ô Meno, diuina sorte virtus adesse cuicumq; adsit apparet.

In Protag. HOSP. Cùm talis tantaq; sit virtutis tam priuatim quàm publicè cura, an dubitas adhuc, ô Socrates, mirarisq; si virtus doceri queat?

In Euthy. Beatiores ob virtutis possessionem vos æstimo, quàm ob regnum suum regem illum magnum.

3. de Rep. dial. Phocylidem fortè non audis dicentem, Oportet virtutem exercendam esse, dum viuendi facultas iam suppetit.

4 dial. Virtus, sanitas quædam est & pulchritudo, & robustus animi vigor. Prauitas cõtrà, morbus, turpitudo, imbecillitas.

8. Ita virtus à diuitijs discrepat, quasi vtraq; in lance stateræ sint positæ, semperq; in contrariam partem declinant.

10. Neq; pecuniarum gratia, neq; honoris, neq; potentiæ, virtutes negligere decet.

1 dial. de leg. Nemo integer & fidelis sine omnium virtutum numero reperiri potest.

5. de leg. dial. Quod venerabile, pulchrumq; in animo est, paruo pro auro prodit, cùm totum quod super terram, quod'ue sub terra est aurum, virtuti compensari dignè non possit.

Ibidem. Vita virtutis particeps iucundior est pulchritudine, potentiaq; : ita vt qui in ea constitutus est, fœlicius in omnibus viuat.

In Epino. Nulla maior virtus religione & pietate in deum in humano genere potest inueniri.

In Menone. Quodcumq; cum iustitia fit, virtus est. quod autem absq; illa, prauitas.

In Alc. primo. Qui aberrat & priuatim & publicè male eget & omnis male egens miser.

In Apologia. Nihil aliud gentes circumeo, quàm suadens iunioribus & senioribus, neq; corporum, neque pecuniarum prius quàm animi curam habendam esse: docens non ex pecunijs virtutē, sed ex virtute pecunias, aliaq; bona omnia prouenire.

Oportet vos verborum nostrorum memores, si quid exercetis, cũ virtute exercere, sciẽtes absq; virtute exercitationes & possessiones omnes turpes, malasq; esse. diuitiæ namq; nullum splendorem afferunt eas cum ignauia possidenti.

De iusto dial. 9. Homines prudentiæ virtutisq; expertes, epulis, rebusq; similibus mancipati deorsum feruntur: Rursus ad mediũ vsq; perueniũt, & circa hęc per omnem vitam oberrant, super hæc verò emergunt nunquam. Et quod verè summum est, nequaquam suspiciunt, neq; ad supera euehuntur: neq; vera vlla re quandoq; fruũtur: neq; puram stabilemq; gestant voluptatem: sed veluti pecora humum proni spectant, ventriq; obedientes, pascendo, coëundo ætatem conterunt. Proq; his rebus vberius potiundis sese inuicem ob inexplebilem libidinem trucidantes neque veram & firmam sui partem, neque veris pabulis implent.

Dial. 4. de leg. Ante virtutem sudorem dij immortales posuerunt: ac via quæ ad eam ducit longa, ardua, & aspera primùm: sed postquam ad summa fastigia peruentum est, quæ ardua via fuerat, facilem præstat callem.

Ex Aristotele.

Virtutes omnes vi sua, ex se, & propter se optamus: quandoquidem detracta omni opinione vtilitatis, tamen eorum singula optamus. *Lib. 1. Eth. cap.*

Beatę virę actiones sũt dominę virtuti cõsentaneę. *Lib. 1 cap. 10.*

Nulla in re mortalium tanta inest firmitas, vt in ijs rebus quæ virtute geruntur. Multò enim scientijs ipsis sunt constantiores. quarum vt quæque præstantissima est, ita stabilis maximè: idq; accidit ob eam causam quòd diutissimè in ijs viuant beati. *Ibid.*

Virtutem hominis dicimus non quæ corporis, sed quæ animum attingit humanum. *Cap. 13. lib.*

Virtutum quædam in ratione sitæ sunt, quædam in more. In ratione sunt, vt sapientia, sagacitas, prudentia: in more, liberalitas & temperantia. *Cap. 14.*

Non à natura, neq; contra naturam in nobis insunt virtutes: sed nati factiq; sumus, & ad eas natura percipiendas, & efficiendas cõsuetudine. *Lib. 2. cap. 1.*

Virtutum ac artium nõ est eadem ratio: quæ enim ab artibus proficiscuntur, quoniam laus omnis & præstantia inclusa est in ijs ipsis, satis est ea certo quodam genere effici. At quæ virtute geruntur, non si ea quodammodo affecta sint, statim iustè temperanterq; efficiuntur. *4. cap. lib. 2.*

Propter virtutes iure laudamur, propter vitia, vituperamur. Virtutes aut ipsa consilia sunt, aut res gestæ consilio. *Cap. 5. lib. 2.*

Virtus omnis eum probè affectum reddit, in quo ipsa est, officiumq; ac munus eius probè exequitur. *Cap. 6.*

Virtus hominis habitus est, quo & bonus homo efficitur, & officio suo rectè fungitur. *Ibid.*

Virtus in perturbationibus actionibusq; connectitur, in quibus nimium & parum in vitio est. *Ibid.*

Virtus habitus est animi iudicio susceptus, in mediocritate positus, ea quæ nos attingit ratione sic rectus, vt prudens præscripserit. *Ibidem.*

Virtus natura sua mediocritas intelligitur, rei optimæ extremitas. *Ibid.*

In voluntate & actione versantur virtutis actiones. Virtus autem ipsa, itemq; vitium, in nostra sunt potestate. *Cap. 5. lib. 3.*

Quod cõtra dignitatem ac decorum aggredimur, id non secundum virtutem efficimus. *Cap. 2. lib. 4.*

Virtutis merces est gloria, quæ eadem bonis viris tribuitur. Quocirca videtur magnitudo animi quasi splendor quidam, & ornamentum virtutum omnium. *Cap. 3. lib. 4.*

Difficile est, si à virtute defeceris, ferre aptè res secundas. *Ibid.*

Virtus moralis, & prudentia, omnem absoluit actionem. *Cap. 12. lib. 6.*

Omnibus à natura quodammodo tributæ sunt virtutes omnes quæ à moribus proficiscuntur. *Ibid.*

Sine virtute quæ more perficitur, prudentis nomen obtinere non possumus. *Cap. 13.*

Virtus omnis principium conseruat, & vitium labefactat. *Cap. 8. lib. 7.*

Vir bonus, quia bonus est, honestis delectatur actionibus: turpibus offenditur. Sicut musicorum aures suauibus sonis permulcentur, offenduntur q; contrarijs. *Cap. 9. lib. 10.*

Virtu

cap. 9. lib. 10. Virtutem habere cngnitam, ſatis non eſt, dandaq; opera eſt, vt & habere eam & colere poſsimus, & boni ſimus.

Ariſtotel. Inter pulchra, virtutes: intet turpia ſunt vitia. Laudanda ſunt opera virtutum: contraria reprehendi merentur. Animæ partes iuxta Platonem tres ſunt: rationalis partis virtus eſt prudentia: animoſæ, manſuetudo ac ſortitudo: concupiſcentis, ſobrietas & continentia: totius autem animæ iuſtitia, liberalitas, & magnanimitas. Rationalis, vitium eſt imprudentia: animoſæ, iracundia, & ignauia: cupidæ, intemperantia & incontinentia: totius animæ iniuſtitia, illiberalitas, animiq; prauitas.

Ex Stobæo. Prudentia eſt virtus partis tationalis ad fœlicitatem ſpectantia præparans. Prudentiæ autem eſt conſilium agitare, bona & mala diſcernere, bonis honeſtè vti, cum alijs rectè verſari, proſpicere occaſiones, ſolerter verbis & rebus vti, vtilium omnium experiētiam habere. Memoria, peritia, ſnlertia, vel manant à prudentia, vel prudentiæ ſunt aſſeclæ, aut ſaltem adminicula.

Manſuetudo virtus eſt animoſæ partis, qua prædiri ægrè mouentur ad iram. Huius eſt obiecta crimina moderatè ferre: nec celeriter tapi in vltiones: eſſe autem moribus comem, ingenio & quieto & ſtabili.

Fortitudo virtus eſt animoſa, per quàm non facilè mortis metus ingruit. Fortitudinis eſt, cnnſtantem eſſe in malis, intrepidum adpericula, malle honeſtè mori, quàm turpiter ſeruari, & victoriæ cauſam præſtare. Præterea laborare, in animo inſtituere, & poſſe. Fortitudini accedit audacia, fiducia & animi præſtantia.

Temperantia virtus eſt partis appetentis, qua ne prauæ quidem cupiditates appetuntur. Temperantiæ eſt nihil mirari corporis voluptates, nullius fœdæ delectationis appetentem eſſe, timere etiam iuſtam licentiam, intentum eſſe in vitæ ratione ſimiliter in paruis & magnis. aſſectatur autem temperantiam ordo, moderatio, pudor, reuerentia.

Continentia partem cupidam in malas voluptates ruentem refrænat. huius eſt perferre pro natura indigentiæ & ægritudinis.

Iuſtitia virtus eſt animi, honeſtorũ ſumptuum miniſtra. Iuſtitiæ eſt diſtributiuum eſſe eius quod eſt ſecundum cuiuſq; dignitatem, patrias conſuetudines tueri, ſcriptas leges & inſtituta, veridicum eſſet in cõtrouerſijs, ſtate cõuentionibus. iuſtitia prima eſt in deos, proxima in patriam & parentes, deinde erga defunctos. Sectatut iuſtitiam ſanctitas, veritas, fides, vitiorum odium.

Liberalitas virtus eſt animi boneſtorũ ſumptuum miniſtra. Huius eſt conferre pecunias in laudabilia, præſto eſſe ad auxilium in aduerſa fortuna, non accipere vnde non oportet. Eſt autem liberalis circa indumenta nitidus, & circa habitationem: eſt & inſtinctor permagnarum rerum, nulla commodi ducta ratione. Liberalitatem comitatur morum facilitas, humanitas, miſericordem eſſe, beneuolum erga amicos, boſpitalem & honeſti ſtudioſum.

Magnanimitas virtus eſt, per quam vtraq; fortuna, honor & ignominia feruntur. Magnanimitatis eſt pulchrè ferre fœlicitatem & infœlicitatem, bonorem & ignominiam: diuitias, clientelas, poteſtates non admirari. Magnanimus neq; vitam magnifacit, neq; vitam amat: ſimplex porrò moribus generoſus, iniuria potens laceſsiri, & non vindex. Magnanimitatem ſequitur veritas & ſimplicitas.

Virtutis eſt affectum probum in animo efficere. quietis & conſtitutis moribus vti. Eſt porrò virtutis beneficijs dignos afficere, diligere bonos, neque ad pœnas ſumendas ardenti eſſe animo.

Virtutis aſſecla eſt benignitas, æquitas animi candor.

Virtus & malitia determinat nobiles, & ignobiles, ſeruos & liberos. *Ariſt. Polit. 6.*

Virtutem prorſus tollimus, cùm diſcendam negamus, quando diſciplina quædam eſt generatio, qua fœtus in animo diſcentis à doctore producitur. *Plut. de Curioſ.*

Virtutes non ſe inuicem ſequuntut. fieri enim poteſt vt imprudens quiſpiam ac iuſtus idem temperans, ac continens ſit. *Ariſtot. apud Diogen. lib. 6.*

Nec in domo nec in ciuitate diuite habitat virtus. *Bion.*

Virtus in homine abſolutio eſt humanæ naturæ. *Stob.*

Tanquam in aſylum ad virtutem confugiendum. *Idem.*

Vt non eſt verus amor, qui caret zelotypia: ita non amat vehementer virtutem, niſi qui ardet æmulatione rectè factorum ab alijs. *Plut. in Mor.*

Vt acer equus ſuapte ſponte facilè currit: ita qui ardet amore virtutis non eget admonitore. *Ibid.*

Vt amanti omnia placent in amato: Sic in eo, in quo virtutem amamus, etiam geſtum, inceſſum, & aſpectum imitari gaudemus. *Ibid.*

Vt qui verè amant, etiam halhutiem ac pallorem adamant in amatis: Sic admirator virtutis non horret Ariſtidis exilium, nec Socratis paupertatem nec Phocionis condemnationem. *Ibidem.*

Lyſander Perſæ interroganti quam Remp. maximè proharet, Eam, inquit, in qua fortihus viris ac meticuloſis, congrua vtriſque redduntur. Sentiens virtutem inuitari prēmijs, ignauos excitari ignominia. *Præmia virtutis.*

Chilo Lacedæmonius interrogatus qua re docti præcelleret indoctos, Bona, inquit, ſpe. Doctos autem appellabat, honeſtis legibus ac moribus inſtitutos, & iuxta rectam inſtitutionem vitam agentes, hi poſt vitam ſperant tectè factorum præmia. Lacones enim poſt obitum in beatam vitam tranſlatos diuos fieri putabant.

Antiſthenes negabat ſapientem viuere iuxta leges: ſed iuxta normam virtutis: Sentiens non ideo quid faciendum aut vitandum, quia leges iubent aut vetant: ſed quia ipſa ratio dictat, boc eſſe boneſtum, illud turpe. Leges nõ omnia præſcribunt, at virtutis regula docet vbiq; quid ſit honeſtum, quid turpe. Coacta virtus, virtus non eſt. *Virtus non obnoxia legibus.*

Idem aiebat virtutem ſibi ſufficere ad fœlicitatem, nec vlla re opus habere niſi robore Socratico. Socrates autem ad omnium rerum patientiam obduruerat. *Virtus perfectio eſt.*

Idem dicere ſolitus eſt virtutem eſſe rem operum, *Virtus circa vſum.*

non plurimis verbis, & disciplinis egere. Aduersus eos qui per vitam omnem nihil aliud quàm de virtute disputant. Iuxta illud, de virtute loqui, facile est, virtutibus vti

Hoc opus, hic labor est.

Virtus armatura perpetua. Idem, virtutem armaturam esse quæ detrahi non potest, dixit. Nam ensis & clypeus excutiuntur: Sapiens nunquam non armatus est, eoq; vinci non potest.

Virtutis præm. Agis iunior in carcere rogatus num pœniteret eorum quæ gessisset, impauidè respondit se nulla tangi pœnitentia consilij cum prudentia honestoq; coniuncti, etsi non ignoraret se mortem loco præmij relaturum, sciens ipsam virtutem magnum sui esse præmium, quicumq; sequatur euentus.

Virtus exercenda. Eudamidas cùm audisset Xenocratem iam senem in academia disputantem: percontatus est quis esset ille senex: Vbi autem respondisset aliquis sapientem esse senem, qui virtutem optimè quæreret: Et quando, inquit, ea vsurus est, si adhuc quærit? Significans magis ea virtute vtendum esse, quàm de ea disputandum.

Virtus laudibus humanis non eget. Cuidam apud Lysandrum iactanti, quòd ipsum & laudibus veheret, & aduersus obtrectatores tueretur: Duo, inquit, mihi sunt boues ruri, tacentibus ambobus, certò tamen nosco, vter sit ignauus, vter ad laborem aptus. Sensit virtutem non egere laudibus, cùm ipsa secum ducat laudem suam. Cæterùm qui nihil gerunt præclari, his opus est præconibus.

Aiebat Socrates miserum esse mancipia si desint acuratè inuestigare, virtutem autem si absit, nulla inuestigatione dignam iudicare.

Cato senior iuuenes hortabatur, vt qui virtute ad dignitatem peruenissent ne turpiter ad deteriora degenerarent: sin ambitu ac violentia ad meliorem frugem se ferrent, ita futurum, vt & gloriam augerent & malefactorum maculam abolerent.

Virtus laudata. Pindarus, cuidam commemoranti quòd ipsius laudes vbiq; prædicaret, ego, inquit, pro isto beneficio, bonam reponam gratiam, efficiens vt vera prædices.

Virtus honor. Cato senior eos dicebat virtutem à iuuentute auferre, qui virtutem honore fraudarent: sentiens præmijs iuuenum animos ad virtutem accendi; quæ si detrahas, virtus ipsa elanguescit.

VIS ET VIOLENTIA

Ex Latinis.

Senec. epist. 62. Non qui iussus aliquid agit, miser est, sed qui inuitus.

Quint. lib. 12. Longam facit operam quod repugnamus.

Declam. 5. Multò plura sunt quæ negantur, cùm præstant inuiti.

Declam. 7. Quicquid in alicuius honorem conuertitur, definit priuilegium vocari, si cogas.

Ibid. Genus seruitutis est coacta libertas.

Declam. 14. Nulla pœna est nisi inuito.

Cato maior. Non modò quod non possumus, sed neq; quantum possumus quidem cogimur.

Quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quàm præstanti acceptum refertur. *Max. serm.*

Violento ciuiliter resisti solet. *Terë. in Eun.*

Nihil tam facile est, quod non fiat difficile, si inuitus feceris. *In hyp. Lex.*

Nihil iuri tam inimicum, quàm vis. *Cic. pro Caec.*

Vi opus est, vt vim repellamus. *Curtius lib. 8.*

Ex Poëtis Latinis.

Vim temperatam dij quoq; prouehunt *Horat. lib. 3. Ode 4.*
In maius, ijdem odere vires
Omne nefas animo mouentes.
Vis consilij expers mole ruit sua. *Ibidem.*

Vim vi repellere licet.

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem, *Ouid. li. 3. de art.*
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.
Nec solis viribus æquum *Valer. Flac. li. 4.*
Credere, sæpe acri potior prudentia dextra.
Ardua ne subeas ignotæ pondera molis *Fausti.*
Ni bene sint tergi robora mensa tui.

Ex Græcis.

Nullum violentum perpetuum est. *Aristo. de cœlo & mundo.*

Vi nihil agendum. *Cleob.*

Violẽtia comites habet, inimicitiã atq; periculum. *Stob.*

Iulio Cæsari magnam conflauit inuidiam, quòd quidam ex ijs quos Romam miserat, stans in Senatu, simul atq; cognouit Cæsari Senatum non dare prorogationem, manu capulum percutiens, At hic, inquit, dabit vim Reip. minitans.

Themistocles quum apud Andrum argentum peteret, Duos, inquit, ad vos adduco deos, vim ac suasionem, significans si minus impetraret suadendo, se vi erepturum.

Crates corpore deformi, quum in certaminibus nudatus ob id esset risui, De oculis, inquit, reliquoq; corpore, bono animo esse debeo: qui enim me nunc derident, mox morbo contrahentur, neq; beatum prædicabo. Significans vires formæ esse præferendas.

Violentia Græcorum exempla sunt in titulo seditionis.

Adagia vis iniustæ.

Ferro diuidere.

Ipse quidem eripiam, si tradere forte grauentur. *Hom. de Agil. Eurip.*
Fratres acuto diuidant ferro domus
Vices habendæ.

Pyrrhus à minore natu liberorum interrogatus, cui regnum esset relicturus, respondit, Ei qui acutiorem habet gladium.

Non mouenda moues.

Quadrat in eos qui moliuntur impossibile, aut quidpiam violant.
Ne moueas non mouenda. *Plat. de leg. ex Soph. in Oedip.*
Neq; enim suaue est verba in auras eloqui,
Quæ sit nefas mouere.
Coges me non mouenda proloqui.
Et Delum, quamuis sit adhuc immota, mouebo. *Idē in Antig. Herodot.*

Phalaridis imperium.

Nam istum quidem cuius phalarismon times, omnia *Cic. ad Attic. lib. 7.*

omnia teterrimè factumm puto.

Idem in Pison. Quoniam Phalarin grammaticum habemus, qui perperam scripta etiam capite punit.

In caput præcipitari.

In caput impelluntur, qui aut vi, aut contumelia expelluntur.

Cyclopum more.

Aristoteles in moralibus Cyclopicam vitam appellat, vbi nullis publicis legibus viuitur, sed quisq; suo arbitratu res gerit: inquiens, in cæteris ciuitatibus nulla est habita cura, sed quisq; venit vt vult, Cyclopum more de liberis fas, nefasq; statuens.

Pedibus trahere.

Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu versare. Vnde illud in Tullij ad Atticum lib.4. Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim. Fratrem meum etsi te habeo, per me pedibus ista trahuntur.

Homer. de Vul. Protractum pedibus supero deiecit Olympo.

Idem de Hecto. Pedibusq; informe cadauer
Protrahitur.

Iuuen. Sat.5. Ducêris planta velut ictus ab Hercule Cacus,
Et ponêre foras, si quid tentaueris vnquam
Hiscere.

Naribus trahi.

Lucianus. Nare trahor, quando quouis arbitram alieno adducor.

Iste modis omnibus tibi dominatur, ducit & circumagit, te nare trahens.

Philostratus. Adduxit illum ad tribunalia, & nolentem & mento trahens.

Obtorto collo.

Cic. in Verrem actione 6. Sextum Cominium obtorta gula de conuiuio in vincula atq; in tenebras abripi iussit.

Pro Cluẽtio. Nec quicquam prius est factum, quàm vt illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret.

Plaut. in Amp. Ob istud indignum dictum obstricto collo bac te diripiam.

Idem in Rud. Opta ocyus rapi te obtorto collo mauis, an trahi.

Idem in Panul. Dubito fugere hinc in malam crucem, priusquam obtorto collo ad Prætorem trahor.

In Rudente. Subueni, mi Charmides, rapior obtorto collo.

Lex in manibus.

Cùm ex vi non ex præscripto legum res geritur, lex in manibus est. Manuum enim lex, violentia est siue ius belli.

Aeschines cõtra Timarchum. Hi apud quos in inæqualis est Reip. administratio, cauendi sunt qui lege quæ est in manibus sita, ciuitatis statum labefactant.

V I T A.

Ex Latinis.

Ex Cicerone.

Bene & honestè viuendum.

Cic.4. ad Herẽ. Optima viuendi ratio est eligenda: eam iucundam consuetudo reddit.

2 de Orat. Omnis nostra cura debet in hoc versari semper, si possumus, vt boni aliquid efficiamus. Sin minus certè nihil mali.

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. *4. act. in Verr.*

Non ob ea solùm incnmmoda, quæ eueniunt improbis, fugienda est improbitas: sed multò etiã magis, quòd cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare. *1. de finib.*

A recta conscientia transuersum vnguẽ non oportet quenq; in omni vita sua discedere. *Cic. Att. lib 13.*

Nobis persuasum esse debet, si deos, homines celare possimus, nihil tamen auarè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum: honesta bonis non occulta quæruntur. *3. Off.*

Improbũ est relinqnere honestatem propter vtilitatis magnitudinem. *3. Off.*

Nemo est tam demens, tamq; parum de se cogitans, qui alienã vitam magis quàm suam diligat. *In Vatin.*

Commorandi nobis natura diuersorium hoc, non babitandi dedit. *Cato maior.*

Ex Seneca.

Intus omnia dissimilia sunt, frons nostra populo conueniat: non toga splendeat, sed ne sordeat quidem: non habeamus aurum in quo auri solidi cælatura descenderit: sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoq; caruisse: id agamus vt vitam meliorem sequamur quàm vulgus, non contrariam: alioqui quos emendare volumus, fugamus, & à nobis auertimus. *Epist.5.*

Vnam semel, ad quam viuas, regulam prende, & ad hanc omnem vitam tuam exæqua. *Epist.20.*

Nemo quàm bene viuat, sed quandiu, curat, cùm omtribus possit contingere, vt bene viuant: vt diu, nulli. *Epist.22.*

Molestum est semper vitam inchoare: male viuũt qui semper viuere incipiunt, quia semper illis imperfecta est vita: quidam tunc viuere incipiunt, cùm desinendum est, si hoc iudicas mirum, adiiciam quod magis admireris, quidam antè viuere desierunt, quàm inciperent. *Epist.23.*

Amor vitæ vt non abiiciendus, ita minuendus est: vt si quando res exigit, nihil nos detinear, vel impediat, quominus parati simus statim facere quod quandoque faciendum est. *Epist.26.*

Sæpe fit, vt qui diu viuit, parum vixerit. *Epist.50.*

Vt satis vixerimus, non anni & dies faciunt, sed animus. *Epist.62.*

Si fines bonorum & malorum cognouerimus, nec vita tædio erit, nec mors timori. *Epist.79.*

Non vt diu viuamus, curandum est, sed vt satis: animo longa est vita, si plena est: impletur autem cùm animus sibi bonum suum reddidit, & ad se potestatem sui transtulit. *Epist.47.*

Quæris quod sit amplissimum vitæ spacium, vsque ad sapientiam viuere. *Ibidem.*

Viuere profectò, militare est. *Epist.97.*

Etiam in longissima vita minimum est quod viuitur. *Epist.10.*

Sic formemus animum tanquam ad extremum ventum sit: nihil differamus. qui quotidie vitæ suæ manum imponit, non indiget tempore. *Epist.102.*

Sæpe in hoc est bene viuere, Ne diu. *Ibid.*

Omnis vita seruitium est. *De tranq. anim.*

Non accepimus breuem vitam, sed fecimus: nec inopes eius sumus, sed prodigi. *Idẽ de bre. vit.*

Idem. Vita si scias vti, longa est, sed exigua pars est vitæ, qua nos viuimus, cæterùm omne spatium, non vita sed tempus est.

Viuere in tota vita discendum est: & quod magis mirandum est, in tota vita discendum est mori.

Ibid. Qui dies suos tanquam vitam ordinat, nec optat crastinum, nec timet.

Ex Quintiliano.

Ibid. Maxima vitæ iactura dilatio est.

Quint. lib. 1. Consuetudinem sermonis vocabo, cõsensum eruditorum, sicut viuendi, consensum bonorum.

Idem lib. 12. Quantum ad cognitionem rerum pertinet, etiam præteritis seculis vixisse videmur.

Declam. 4. Tota vita hominis, vnus est dies.

Idem. Solus vixit, quantum voluit, qui mori mauult.

Declam. 5. Nemo impune viuit.

Plin. iun. lib. 1. Dimidio vitæ viuimus.

Idem in Paneg. Vtrumq; efficax ad bene viuendum est, & bene institui, & fœliciter nasci.

Curt. lib. 6. Nihil est vita & spiritu miseris mortalibus charius.

In Comm. Catil. Vita silentio non transigenda.

Ex Poëtis Latinis.

Vita hominis breuissima.

Virg. 10. Aene. Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ.

Hor. Oda 4. li. 1. Vitæ sũma breuis, spẽ nos vetat inchoare lõgã.
Iam te premet nox, fabulæq; & manes,
Et domus exilis Plutonia.

Idẽ Oda 14. li. 2. Heu heu fugaces Posthume Posthume
Labuntur anni, nec pietas motam
Rugis, & instanti senectæ
Adfert indomitæq; morti.

Idẽ libr. 2. epist. Singula de nobis anni prædantur euntes.
Festinat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miseræq; breuissima vitæ
Portio: dum bibimus, dum serta, vnguenta, puellas
Poscimus, obrepsit non intellecta senectus.

Sen. in Oedipo. Labimur sæuo rapiente fato.
Ducitur semper noua pompa morti.

Idem in Troad. Quicquid sol oriens, quicquid & occidens
Nouit, cœruleis oceanus fretus:
Quicquid vel veniens, vel fugiens leuat
Ætas Pegaseo corripiet gradu.

Plaut. in Capt. Etsi peruiuo vsq; ad summam ætatem, tamen
Breue spacium est.

Lucret. lib. 2. de nat. rerum. Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur.
Inq; breui spacio mutantur secla animantum.
Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Sil. Ital. lib. 15. Huc aduerte aures, currit mortalibus æuum,
Nec nasci bis posse datur, fugit hora, capitq;
Tartarus.
Quis luce suprema
Ademisse meas serò non ingemit horas.

Propert. lib. 2. Ac veluti folia arentes liquêre corolas,
Quæ passim calathis strata natare vides:
Sic nobis, qui nunc magnum speramus amantes,
Forsitam includet crastina fata dies.

Teren. in Adel. Ita vita est hominum, quasi cùm ludas tesseris.
Si illud, quod maximè est opus iactu non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas necesse est.

Seneca in Agam. Quid honesta prodest vita, flagitio carens,
Vbi dominus odit? Fit nocens, non queritur.

Vita omnibus rebus charior est.

Nihil, ô fortissime, præter Ouid. 15. met.
Hanc animam concede mihi, tua cætera sunto.

Vita breuitas iugiter memoria retinenda.

Viue memor quàm sis æui breuis. Hor. Sat. 6. li. 2.
Vita quàm sit breuis simul cogita. Plaut. in Most.

Vitæ spacium omnes appetunt.

Da spacium vitæ, multos da Iuppiter annos: Iuuen. Sat. 10.
Hoc rectè vultu, solum hoc, & pallidus optas.

Vita eripi potest, non mors.

Vbiq; mors est, optimè hoc cauit deus. Sen. in Thebai.
Eripere vitam nemo non homini potest.
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent,

Vitam tranquillam qui optas, hominum familiaritatem vitet.

Si vetare velis acerba quædam, Martial. lib. 12.
Et tristes animi cauere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.
Viuendũ est rectè tũ propter plurima tũ q; his Iuuen. Sat. 9.
Præcipuè causis, vt linguas mancipiorum
Contemnas. Nam lingua mali pars pessima serui.

Vitam beatam quæ efficiant.

Vitam quæ faciunt beatiorem, Martial. li. 9.
Iucundissime Martialis, hæc sunt:
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, sine arte mensa,
Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis thorus, attamen pudicus,
Somnus qui faciat breues tenebras
Quod sis, esse velis, nihilq; malis.
Summum nec metuas diem, nec optes.
Dico tunc beatam vitam, facta cùm peracta sunt. Solon per Aus.

Vita humana calamitas.

Quod vitæ sectabor iter, si plena tumultu Ausonius.
Sunt fora? si curis domus anxia? si peregrinos
Cura domus sequitur? mercantem si noua semper
Damna manent? cessare vetat si turpis egestas?
Si vexat labor agricolam? mare naufragus horror
Infamat? pœnæq; graues in cœlibe vita?
Et grauior cautis custodia vana maritis?
Sanguinem si Martis opus? si turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat?
Omne æuum curæ, cunctis sua displicet ætas.
Sensus abest paruis lactantibus: & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iras, insidias, catenatosq; labores
Mutandos semper grauioribus: ipsa senectus
Expectata diu, votisq; optata malignis
Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in cõmune omnes præsentia: quosdã

Constat nolle deos fieri:Iuturna reclamat,
Quod vitam dedit æternam : quòd mortis adempta est
Conditio.Sic caucasea sub rupe Prometheus,
Testatur Saturnigenam,nec nomine cessat
Incusare Iouem,data sit quod vita perennis.
Respice & ad cultus animi.Sic nanq; pudicum,
Perdidit Hippolytum non fœlix cura pudoris.
At contrà illecebris maculosam ducere vitam,
Quem iuuat,aspice & ad pœnas & crimina regum,
Tereos incesti,vel mollis Sardanapali.
Perfidiam vitare monent tria punica bella:
Sed prohibet seruare fidem deleta Saguntos.
Viue & amicitias cole semper,crimen ob istud
Pythagoreorum perijt schola docta sophorum.
Hoc metuens igitur nullas cole,crimen ob istud
Timon Palladijs olim lapidatus Athenis.
Dissidet ambiguis semper mens obuia votis.
Nec voluisse homini satis est,optata recusant.
Esse in honore placet,mox pœnitet,& dominari
Vt posint,seruire volunt,idem auctus honore,
Inuidiæ obijcitur.Pernox est cura disertis:
Sed rudis ornatu vitæ caret.Esto patronus,
Et defende reos,sed gratia rara clientis.
Esto cliens,grauis imperij persona patroni.
Exterrent hunc vota patrum,mox aspera curis,
Sollicitudo subit,contemnitur orba senectus.
Et captatoris præda est hæredis egenus.
Vitam parcus agas,auidi lacerabere fama.
Et largitorem grauius censura notabit.
Cuncta tibi aduersis contraria casibus.Ergo
Optima Graiorum sententia, quippe homini aiunt.
Non nasci esse bonum, natum aut citò morte potiri.
Ergo nil quoniam vita est quod amemus in ista, *Idem de ambig. vita eleg.*
Nec tamen incassum fas est nos credere natos,
Autorem vitæ si iustum credimus esse,
Vita alia est nobis illi viuendo paranda,
Cum quo post istam possimus viuere vitam.

Sententiæ singulis versibus contentæ ex Græco Latinè redditæ.

Securus vitæ,ferè non solet honestè agere.
Viuit nemo, quam probare solet vitam.
Vita est si quis victu fruatur viuens.
Vita vocata est,cui graui labore alimenta parantur.
Vita fortunis egens,non est vita.
Viuimus non vt volumus,sed vt possumus.
Non licet vitam inuenire à molestijs vacuam in quoquam.
Res cæca & infortunata hominibus vita.
Viuere citra molestiam,hominis est fœlicis,
Quàm suauis est vita,si quis eam non cognouerit.
Viuere volens,ne facias morte digna.
Viuere turpe est,quibus vitam inuidit fortuna.
Omnes præclarè viuere volumus, sed non possumus.
Quàm iucundum est viuere, non inuidente fortuna.

Ex Græcis.

Vita bona.

Plato in Char. CRIT. O improbè, me clam circulo quodā reflectis retrahisq; ad id vt beatum viuere non sit secūdum vniuersas sciētias viuere, imò secundum vnam quandam boni mali'ue scientiam.

TIM. Cùm animæ corporibus necessitate quadam insertæ fuerint,& corporibus eorum accesserit aliquid vicissimque abscesserit,primùm vtique necessariò sensum vnum omnibus intimum & naturæ coniunctum illic à violentis passionibus excitari,deinde voluptate & dolore mixtum amorem, posthæc metum & iram, & quæcunque ista sequuntur, vel ab istis vt contraria dissident. Hæc qui superauerint, eos iustè victuros, iniustè verò qui ab ijs fuerint superati. Atque illum qui rectè viuendi curriculum à natura datum confecerit, ad illud astrum cui accommodatus fuerit, reuersum, beatam vitam acturum. Et qui ne tum peccandi finem faciet, quatenus deprauatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus similem permutatur, nec prius à laboribus cessat quàm illam sibi insitam naturæ consensionem secutus,turbulentos affectus ratione sedarit, & ad primum optimumque sui habitum redierit. *Idem in Tim.*

ATHEN. HOSP. Fœliciter viuentibus hoc necessariò inesse imprimis oportet, vt nec ipsi alijs, nec alij ipsis iniuriam inferant. *Idem 8 de leg. dial.*

Cui cogitationis adest magnificētia, & totius temporis, totiusq; substantiæ contemplatio, humana vita magnum quid videri non potest. *Idem dial 6 de iusto.*

Inter homines,non inter arbores viuendum. *Idē de pulchro.*

Nemo nostrum sibi soli natus est. sed ortus nostri partem sibi patria vendicat: partem parentes: partem amici. *Idem epistо. 9.*

Vita peregrinatio quædam est. *Idem epist. 10.*

In vita, tanquam in theatro tandiu viuendum est, quandiu rerum,& operum huius vitæ fuerit spectaculum. *Idē apud Stob.*

Tria sunt vitæ genera, quę maximè excellunt: œconomicum,ciuile,& tertium id quod in contemplatione & cognitione consistit. *Aristoteles li. 1. cap. 5 Ethic.*

Et vitæ generi quod in Reipub. administratione positum est,hic finis est propositus, vt honorem consequatur. *Ibid.*

Vitæ præsidia necessaria parentibus maximè debentur: Nam pulchrius est procreatores quàm seipsum iuuare. *Idē lib. 9. cap. 2.*

Vir bonus in vita manere vult, ac saluus esse: idq; facit ob id maximè,quia sit sapiens. *Idē lib. 9 cap. 4.*

Vita cùm omnibus expetenda est, tum maximè bonis, quòd eis status suus cuique bono sit & voluptati. *Ibidem cap. 9*

Vita in animantibus vi sensus definitur, in hominibus vi sensus & intelligentiæ. *Ibid.*

Viuere propriè,est sentire & intelligere. *Ibid.*

Vita etiam in ijs est, quæ per se bona sunt & iucunda. *Ibidem.*

Esse,& in vita manere est,vel sensu,vel animo percipere. *Ibidem.*

Vita quædam actio est. In ijsque rebus versatur & elaborat,quas maximè adamat. *cap. 4. lib 9 10.*

Vt diuinum quiddā mens est, sic vita ei congruens & consentanea,diuina est. *cap. 7.*

Indignum videtur, si non suam quisque vitam sequatur,sed alienam. *Ibidem.*

Melius est bene viuere,quàm vita. *Topic. 3.*

Cognoscens proportionem istius vitæ ad tempus *Physic. 2.*

sempiternum, non vitam propriam procurabit.

De anim lib. 2. Circa duo versatur vita, & omne studium animalium in procreando & in alendo.

Plut. de anim. tranquil. Non dicere queo, viuens hoc patiar: dicere quidem possum, viuens hoc non faciam:

Idem. Dei munus est, quod viuimus: Philosophiæ autem quòd bene viuimus.

Idem. Sic existimo, hoc ipsum quòd viuimus, quòd omnino nascimur, quòd in hominum genus asciti sumus, in hoc à Deo datum esse, vt innotescat.

Idem. Mali ideo viuunt, vt edant, bibantq; sed boni ideò sumunt cibum, ac potum, vt possint viuere.

Demetr. Phal. Viuens fac lauderis, moriens beatus puteris.

Plut. de liber. educ. Vita nostra in remissionem & studium est diuisa.

Non malum est viuere, sed malè viuere.

Diogen. lib. 7. Vita certè breuis, sed tamen dulcis.

Euri. in Alcest.

Ibidem. Anima vna viuere non duabus debemus.

Ibid. Suauis est vita, si quis eam non cognouerit.

Demosthen. Vita natura & legibus regitur.

Socrat. Via eligenda est perfectissima: vita autem iucundissima.

Idem. Vitam humanam conseruant beneficentia, honor, & pœna.

Simonid. Quidam tempus exiguum viuunt: annos verò multos.

Amphim. Vita similis est carceri vnius diei, & totum vitæ spacium vni diei æquale propemodum dixerim, per quem intuiti lucem, posteris deinde vitam tradimus.

Menander. Quàm iucundum est viuere, si quis cum illis viuat, quos probat?

Idem. Homini fortunato breuis est vita: infortunato longa.

Vita virtute læta. Plutar. bon. in morib. Vt aromata pannos, ac laceras vestes, odoratas reddunt: contrà hyssus sudore infecta male olet: Sic quæuis vita iucunda, si virtus accesserit: contrà, malitia etiam quæ splendida videntur, molesta reddit & intoleranda.

Idem. Qui diuersam ingrediuntur viam, non possunt sibi mutuò prodesse: at qui diuersa vitæ ratione vtuntur, adimunt inuidiam, ac magis sibi inuicem sunt auxilio.

Idem Vt non satis est terræ bonitas, nisi accedat & cultor idoneus, & semina: Ita non sufficit ingenij fœlicitas, nisi accedat doctor & vitæ institutor egregius, & præcepta idonea.

Idem. Qui à præscripta vitæ ratione ne tantulum quidem audent discedere, ij ostrei vel stipitis potius vitam viuunt.

Vita varietas. Non vt Proteus præstigijs sese in omnes vertebat formas, nec propriam vllam habebat: Sic oportet nullo certo vitæ instituto, cum studioso legere, cum palæstrita colluctari, cum venandi studiosis venari, cum bibosis inebriari, cum ambitioso ambire magistratum.

Quemadmodù mutua pecunia æquo animo reddenda est: Sic vitæ munus quam mutuo accepimus à dijs, citra querimoniam est reponendum.

Vt non qui multum cecinit, aut rhetoricatus est, aut gubernauit, laudatur, sed qui scitè: Sic non qui diu vixit, sed qui bene.

Exempla Græcorum.

Diogenes dicenti miserum esse viuere, Non, inquit, viuere miserum est, sed malè viuere miserum est. Vulgus miseram appellat vitam, laboribus & doloribus obnoxiam: At philosophus, nihil malum aut miserũ esse ducit, nisi quod turpitudini coniunctum est.

Idem dicenti cuidam, quem ad sapientiam hortabatur, Non sum idoneus philosophiæ, Quid igitur viuis, inquit, si nulla tibi rectè viuendi cura est? non enim in hoc viuit homo, vt tantùm viuat, sed vt rectè viuere discat. Natura dat viuere, philosophia rectè viuere. Natura gignit ad virtutem dociles, doctos non gignit. *Vita sine bonis mor.*

Iulius Cæsar cùm vndique imminentibus insidijs admoneretur, vt sibi caueret, respõdit satius subire semel quàm semper cauere. Significans eum non viuere, qui in perpetuo mortis metu viuit. *Vita anxia.*

Silenus senex, à Mida captus, rogatur quid esset homini optimum, diu silentium tenuis, tandem adactus vt diceret, respondit, Nũquam nasci: proximum quàm ocyssimè aboleri, atq; hoc precio dimissus est. *Vita misera.*

Cleanthes dicebat idem accidere Peripateticis, quod lyris, quæ cùm alijs bene sonent, seipsas non audiunt. Sentiens Peripateticos præclarè docere, sed vitam à doctrina dissidere. *Vita à verbis dissentiens.*

Pyrrho Eliensis dicebat tale esse genus hominum, quale foliorum. Quòd alijs defluentibus alij succedant: Sentiens in rebus humanis nihil esse diuturnum aut stabile. *Vita fugax.*

Papinianus aiebat sibi videri, quòd dij semper riderent spectantes inanes hominum curas, quorum quum omnia sint exigui temporis ac momenti, tamen non pari cura tractantur. Sic enim tumultuantur homines, quasi perpetua sint, quæ hîc geruntur.

Vitæ cupiditas Græcorum.

Xerxes opum magnitudine, quàm altiore animi sensu, fœlicior, immoderata vitæ cupiditate, pro totius Asiæ armata iuuentute, quòd intra centum annos esset moritura, profudit lacrymas. Quis porrò etiam mediocriter prudens se mortalem natum esse fleuit?

Nemo turpius vitam appetijt quàm Asdrubal Carthaginensis, qui in defendenda Carthagine Scipione cum Romanis in vrbem irrumpente, cum omnibus suis in Aesculapij templum se recepit. Vt mortem prorogaret, vltrò se Scipioni dedit, atq; ad eius pedes iacere non erubuit, licet vxor vilem atque effœminatum vocans grauiter increparet, cui fortis animi exemplum ipse morte sua præbere debebat. Maluit sordidi animi vir vinctus, triumphantis currum anteire, & Romanis ludibrium futurus, carnificis manu, quàm gloriosè pro patria pugnans, animam effundere.

Cæsar Caligula cùm in omnibus rebus superbissimus esset, ad omnia fulgura veluti infans puluino caput tegebat, illicò; turpiter latebat.

Misa Moabitarum rex, à Ioram Samariæ rege, & Iosaphat Iudæo obsessus, vt hostium manus effugeret, in vrbis muris, in ea parte quæ hostibus erat conspicua, dijs suis maiorem natu filium immolauit, fretus sacrificio hostium manus se euasurum.

Romanorum.

M. Aquilius, cùm sibi gloriosè mortem consciscere posset, Mithridati maluit turpiter seruire: committens vt priuatum opprobrium publicus rubor extiterit.

Cn. Carbo tertio Consulatu suo Pompeij iussu ad supplicium ductus, petijt à militibus flebiliter, vt sibi aluū leuare priusquam spiraret, liceret: quò miserrimè luce diu frueretur, eousq; moram trahens, donec caput eius sordido in loco abscinderetur.

Brutus infœlix vitæ momentum magno dedecore emit, qui à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miserat, comprehēsus, non solùm gladio ceruicem subtrahit, sed eam præbere admonitus, iurauit, ita viuam dabo. O cunctationem fati ærumnosam: rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem nō timere præcipit.

Stomachum pene monet Vitellij pudor exhaustus, qui cùm Sabinum Vespasiani fratrem occidisset, non erubuit se in ianitoris cella abdere: forisq; alligato cane, culcitram foribus obdere: quod defensionis genus non insani modò hominis esse, verùm infantium quoque simplicitatem superare videbatur, adeò præ timore prudentiam ac communem sensum exuerat. Illic deprehensus, & supplicio proximus, in aliquot dies vitam producere cupiens, dixit habere se quæ Vespasiani vitam tangerent: vt in vinculis dum Vespasianus veniret, seruaretur.

Anneus Lucanus poëta, sub Nerone comprehensus, velut Pisonianæ coniurationis conscius, vt tormenta adhiberi sensit, præ nimio viuendi desiderio, Neroni incolumitatem pactus, promisit magna se detecturum atque vt ei aliquid diceret, quod crederetur, matrem Accillam licet innocentem accusauit: verùm pro tanto scelere, vt gratiam qua dignus erat acciperet, inter alios coniuratos occisus fuit.

VITIA.

Vitia, virtutis speciem plerumque induunt.

Cice. in partit. Cernenda sunt diligenter, ne ea nos fallant vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiā immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi, superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & religionem superstitio, studijsq; bonis similia videntur ea, quæ sunt in eo genere nimia.

3 off. Asturiæ tollendæ sunt, eaque malitia quæ vult quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distatq; plurimum: nec vlla pernicies vitæ maior inueniri potest, quàm cùm in malitia inest simulatio.

3 de nat. Deor. Omnibus veris falsa quædam adiuncta sunt, tanta similitudine, vt nulla sit iudicandi & assentiendi nota.

4. Academ. Finitima sunt veris falsa.

Vitiorum magis, quàm virtutum meminimus.

Cice. 3 de Orat. Non tam ea quæ recta sunt probantur, quàm quæ praua sunt fastidijs adhærent.

Multò acrior est memoria improborum, quàm bonorum. *Pro Flac. 4.*

Nihil est tam insigne, nec tam ad diuturnitatis memoriam stabile, quàm id, in quo aliquid offenderis. *3 de orat.*

Homines imperiti, facilius quod stultè dixeris, reprehendere, quàm quod sapienter tacueris, probare possunt. *2. de orat.*

Nobis persuasum esse debet, si omnes Deos celare posimus, nihil tamen auarè, nihil libidinosè, nihil intemperanter esse faciendum. *3. Off*

Vitia virtutum nomina sortita sunt. *Salust in Catil.*

Qui armis vincit, vitijs vincitur. *Seneca epist. 51.*

Vitijs simplicibus possunt oblectare remedia simplicia. *Epist. 96.*

Nullum intra se manet vitium. *Ibidem*

Vitia nostra quæ amamus, defendimus, & malumus excusare illa quàm excutere. *Epist 117.*

Omne vitium contra naturam pugnat. *Idem 123.*

Nulli vitium est, nisi cui virtus esse potest. *Epist. 125.*

Serpunt vitia & contractu nocēt, & in proximum quenque transiliunt. *Idem de tranquil. anim.*

Animi totidem vitia sunt quot virtutes. *Quintil. lib. 5.*

In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant. *Idem lib. 12.*

Vitijs nostris per oculum in animum via est. *Idem decla. 1.*

Finem aliquem, vitia ipsa excipiunt. *Declam 1.*

Vt corporum languor: sic quoque animorum vitium est. *In hist. Sax.*

Ex Poëtis.

Vitia extirpanda sunt primò, deinde virtutes inserenda.

Denique teipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inseuerit olim, *Hor. Sat 3 li. 1.*
Natura, aut etiam consuetudo mala. Nanq;
Neglectis vrenda filix innascitur agris. *Boëtius metro 1. lib 3*

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat prius arua fruticibus,
Falce rubos, filicemq; resecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior est apium mage labor,
Si malus ora prius sapor edat.
Gratius astra nitent, vbi Notus
Desinit imbre feros dare sonos.
Lucifer, vt tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoq; falsa tuens bona, prius
Incipe colla iugo subtrahere,
Vera dehinc animum subierint.

Vitiorum via lata, virtutum ardua.

Facilis descensus Auerni: *Virg. 6. Aenei.*
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est.

Sed quia cæcus inest vitijs amor, omne futurum *Claudian. li. 2.*
Despicitur, suadentque breuem præsentia fructum,
Et ruit in vetitum damni secura libido.

Nam vitijs nemo sine nascitur. Optimus ille *Hor Sat. 3. li. 1.*
Qui minimis vrgetur.

Vnicuique dedit vitium natura creato. *Proper. lib. 2.*

Vitia aliquando præ tædio relinquuntur.

Si tamen è nobis aliquid nisi nomen & vmbra *Ouid. lib. 3. de fine tri.*
Restat

Restat in Elysia valle Tibullus erit.
Multa diuq; tuli: vitijs patientia victa est,
Cæde fatigato corpore turpis amor.
Scilicet asserui iam me, fugitq; cathenas,
Et quæ non puduit ferre, tulisse pudet.
Stopul. Quid vitium? quod nox: stygia de valle tenebræ,
Quod Chaos horrendum, & fœdum serpentibus atris,
Quos mulcent diræ, genitæ sub nocte sorores,
Vlnices animæ, lachrymæq; doloriq; sequuntur.
Virtus ad superos: vitia ad nigra tartara mittunt.
Mortales igitur meliora capessite fata:
Et firmate animo, memoriq; reuoluite mente,
Virtutem, cœlum: vitiumq; feralis Abyssus,
Excipit: hæc tenebris, illud quoq; lumine gaudet.
Hor. lib. 1. Ser. Sat. 3. Gens humana ruit per vetitum nefas.

Vitia aliorum facile cernimus, nostra non item.

Catull. Suus cuique attributus est error,
Sed non videmus manticæ quid in tergo est.
Pers. Sat. 4. Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
At præcedenti spectatur mantica tergo.
Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3. Cùm tua præuideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut Aquila, aut serpens Epidaurius? at tibi contrà
Euenit, inquirant vitia vt tua rursus & illi.
Pitt. Mitil. Ignoscas alijs multum, nil tibi.
Terē. in Heaut. Itáne comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent quàm sua?
Iuuen. Sat. 2. Loripedem rectus derideat: Aethiopem albus.

Vitia pro virtutibus.

Iuuen. Sat. 14. Fallit enim vitium specie virtutis & vmbra,
Cùm sit triste habitu, vultuq; & veste seuerum,
Oui. 1. de reme. am. Et mala sunt vicina bonis, errore sub illo,
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Horat. in arte. Decipimur specie recti.

Similia ex Plutarchi moralib.

Nutrices sæpius extergentes sordes puerorum, aliquando carnem euellunt: Ita dum quædam vitia nimis anxiè conamur emendare, lædimus.

Vt qui demoliuntur ædes templis vicinas, quæ contigua sunt, ea sinunt, ne quid sacri quoq; demoliantur: Sic quædam vitia cautè sunt corrigenda, quæ cum virtutibus proximè coherent.

Viator qui semel in saxum impegerit, aut gubernator in rupem, non solùm horret eadem, sed etiam similia: Sic qui vitiū agnoscit suum, etiam à confinibus cauebit.

Qui diu in vinculis fuerunt, cùm soluuntur, tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt: Ita diu vitijs assueti, etiam cùm ea deserunt, quædam retinent vestigia.

Vt corporis vitia grauiora sunt, quæ faciunt vlcus: Ita quædā animi vitia ob id sunt grauiora, quòd vehementiùs perturbant: minus enim cruciat, si quis non credat esse deos, quàm si quis superstitiosè timeat deos.

Si miseri sunt, qui duros nacti sunt dominos, quāto infœliciores, qui dominis seruiunt vitijs, à quibus non possunt aufugere?

In bello nunquam remittendæ sunt excubiæ: Ita semper aduersum vitia nobis dimicandum.

Qui dentibus laborant, protinus medicum adeūt, malum exponunt: qui febre tenentur, accersunt: at phreneticus, nec accersit, nec admittit, ob morbi vehementiam: Ita qui vitia sua celant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes est.

Vt qui laborant, non affectant haberi vlcerosi, sed magis esse fugiunt quàm videri: Ita non est affectandum, vt videaris malus, sed magis abominandum, ne sis talis, quàm ne videaris.

Diogenes videns adolescentulum in popina, ei intro fugiēti præ pudore, Quò interius, inquit, fugies, hoc magis eris in popina: Ita vitiosi quò magis abdunt se intra seipsos, hoc magis sunt vitiosi. Foras prodeant oportet, si seipsos effugere cupiant.

Vt qui egent, hoc magis ac molestiùs egent, quò magis dissimulant egestatem: Sic qui vitiosi sunt, ac fastu dissimulant, peiores sunt.

Vt mendum quod induruit, difficilè tollitur: Ita vitia inueterata non facilè corriguntur. *Vitium inueteratum.*

Vt liber post lituras iterum infectus nō facilè emaculatur, quòd altius biberit atramentum. Ita animus in eadem sæpe relapsus vitia.

Ad quæ vitia sumus procliuiores, videndum est, vt ea vitare possimus. *Arist lib. 2. ca. 9. Ethic.*

Vitium omne voluntarium est. *Idem li. 3. Ethi.*

Vitia virtutibus vicina. *lib. 2. cap. 9.*

In vitium ducit culpæ fuga: si caret arte.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. *Horat. in art.*

Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra: *Idē Sat. 2. lib. 2. Serm.*

Cùm sit triste habitu, vultuq; & veste seuerum. *Ibid.*

Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum.

Cùm Agesipoli quispiam obiecisset ipsum antea fuisse obsidem, quasi dedecus esset regi. Et quidem iure, inquit, optimo: par est enim vt nos nostra ipsorum feramus vitia. *Vitia sua quisque ferat.*

VOLVNTAS, AFFECTVS, ET DESIDERIVM.

Ex Latinis.

Citò rebellat affectus: quocunque se verterit, precium aliquod suæ occupationis inueniet. *Seneca epist. 61.*

Imbecillis est omnis affectus: non obtinebis, vt desinat: si incipere permiseris, excluditur faciliùs, quàm expellitur. *Idem epist. 85.*

Facilè deficit affectus, qui descendit. *Quintil. lib. 6.*

In periculis maximè versatur affectus. *Ibid.*

Summa circa mouendos affectus hæc est, vt moueamur ipsi. *Ibid.*

Hic solus affectus maior est, quàm filios amare, filijs misereri. *Declam. 5.*

Nullum damnum mouit affectus. *Declam. 6.*

Quicquid rationem vincit, affectus est. *Declam. 10.*

Multum ad rem pertinet quo proposito ad rem accedas. *Seneca epi. 109.*

Sacrificantium mens, non res attenditur. *Plin. Senior.*

Plus voluisse peccare nocuit, quàm non peccasse profuit. *Max. lib. 6.*

Nulli

Seneca epi.119. Nulli assecuto satis fuit, quod optanti nimium videbatur.
Pli. iunior li.2. Nihil æquè gratũ est adeptis, quã concupiscẽtibus.
Max.lib.7. Inutiliter aliquid concupiscere, & in eo perseueranter morari, exitio ea dulcedo vicina est.

Ex poëtis.

Voluntas pro facto habetur, dum facultas operandi abest.

Temerata est nostra voluntas.
Ouid. lib 9.met. Vt nihil adiiciam, non possum innoxia dici.
Quod superest, multum est in vota, in crimina parum.

Idem lib. 3. de Ponto. Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos, auguror esse deos.
Hæc facit vt veniat paoper quoq; gratus ad aras,
Et placeat cæso non minus agna boue.

Idem lib. 4. de Ponto. Vt Iam nil præstes, animi sum factus amici,
Debitor, & meritum velle iuuare voco.
Parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
Cùm pro concessa verba salute damus.
Sed qui, quàm potuit dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.
Nec quæ de parta pauper dijs libat acerra:
Thura minus grandi, quàm data lance valent.

Iuuen. Sat. 13. Has patitur pœnas peccandi sola voluntas:
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.

Propert. lib. 2. Quòd si deficiant vires, audacia certè,
Laus erit: In magnis & voluisse sat est.

Terẽ. in Heau. Quoniam non potest fieri id quod vis,
Id velis quod possis.

Teren. in Heau. Non licet hominem esse sæpe, ita vt vult, si res non sinit.

Voluntates tot sunt, quot homines.

Ouid. 1 de arte. Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.

Hor. lib. 2. Sat 1. Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem,
Pugnis: quot viuunt capitum totidem studiorum,
Millia.

Pers. Sat. 5. Mille hominum species, & rerum discolor vsus.
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti,
Rugosum piper, & pallentis grana cumini.
Hic satur irriguo mauult turgescere somno.
Hic campo indulget, hunc alea decoquit: ille
In venerem putris.
Verùm ita est,

Teren. in Phor. Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.

Ex Græcis.

Aristo. met. 11. Desiderium præcedẽs comprehensionem rei, magis dolor dicitur quàm voluptas.
Plutarch. Vehemens cuiusque rei appetitio comitem habet formidinem illius amittendæ, quæ hebetem ipsa lætitia facit.
Arist. de anima lib. 11. Cupiditas res est valde suauis.
Idem Rh et. 2. Signa voluntatis sunt delectationes & tristitiæ.
Idem lib. 3 cap. 1 Ethic. Voluntarium non omne est quod fit imprudentia: at quod est non volontarium, idem molestum est, & causas affert pœnitentiæ.
Ibid. Voluntarium est id, cuius in se principium continet is, qui scit res singulas, in quibus actio versatur.
Non rectè ea dicuntur esse non voluntaria, quæ vel ira fiunt, vel cupiditate. *Ibid.*
Non voluntarium est, quod fit vi & imprudentia. *Ibid.*
Voluntas est etiam in ijs, quæ à nemine vnquam per se geruntur. *Ibidem.*
Finem spectat voluntas: electio verò & consilium, ea quæ ad finem pertinent. *cap. 2.*
Qoibusdam voluntas in eo versari videtur quòd verè bonum sit: alijs in eo quòd bonum videatur. *cap. 4. lib 3.*
Vt quod sub voluntatem cadit, bonum est: ita sub voluntatem non cadit, quod minus rectè probatur. *Ibid.*
Voluntas singulorum in id fertur quod cuique videatur. *Ibidem.*
Voluntate nostra quæ facimus, aliàs consultò, aliàs inconsultò. *Ibid.*
Voluntates hominum incertæ. *Ibid.*
Non magnum est, assequi quæ quis desiderat, sed non desiderare ea, quibus nihil indiget. *Thucyd.*
Vt promptam ad res gerẽdas voluntatem frangere, non est honestum: ita cùm illa nos relinquit, impetu violentiæ non est opprimenda. *Plutar.*
Non quantum valeat decretum, sed scriptoris voluntas spectanda est. *Demosthen.*
Volentem sine difficultate vocamus. *Eurip.*
Voluntas euentibus accommodanda. *Stob.*
Affectio iudicio tenebras offundit. *Aeschines.*
Facillimum est omnium seipsum decipere. quod enim quisque cupit, id etiam in animum inducit, & sibi persuadet. *Demetr.*
Efferatos affectus non parui negotij est componere. *Plut de tranq.*

VOLVPTAS.

Ex Cicerone.

Nulla capitalior pestis est, quàm corporis voluptas hominibus à natura data. hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia nascuntur. Nullum denique scelus, nullum magnum facinus est, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellat: stupra verò & adulteria, & omne flagitium, nullis alijs illecebris excitantur, nisi voluptate: & mẽti nihil est tam inimicum, quàm voluptas: nec libidine dominante, temperantiæ locus est omnino: nec in voluptatis regno potest virtus consistere. Quocirca nihil tam detestabile, tamque pestiferum, quàm voluptas. Siquidem cùm maior est & longior, omne animi lumen extinguit. *In Catone maiore.*
Malorum esca voluptas: qua homines capiuntur, vt hamo pisces. *Ibid.*
Impedit consilium voluptas rationi inimica, ac mentis, vt ita dicã, perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. *Ibid.*
Imitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium cuius blanditijs corrumpuntur quæ natura bona sunt. *1. de leg.*
Voluptate capimur omnes. *Ibid.*
Qui voluptati deditus est, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda: eaque dicenda optima,

quæ

quæ ſunt ſuauiſsima.

Ibidem. Semouenda eſt voluptas, non ſolùm vt recta ſequamur, ſed etiam vt loqui deceat frugaliter.

1. De finib. Plerique propter voluptatem & paruam & nõ neceſſariam, tum in morbos graues, tũ in damna, tum in dedecora incurrunt: ſæpe etiam legum, iudiciorumq́; pœnis obligantur.

3. De finib. Voluptatem dimittamus, & ſuis ſe finibus tenere iubeamus, ne blanditijs eius, illecebriſque capiatur animi voluptas.

2. De finib. Fluit voluptas, & prima quæque euolat: ſæpiusq́; relinquit cauſas pœnitendi, quàm recordandi.

1. Off. Vnluptates blandiſsimæ dominæ, ſæpe maiores partes animæ à virtute detorquent.

Ibidem. Vnà cum ſatietate moritur memoria voluptatis.

Ad Attic. li. 5. Maximas virtutes iacere oportet, voluptate dominante.

Parad. 1. Quò maior eſt voluptas, eo magis mentem à ſua ſede & ſtatu dimouet.

In Lælio. Nihil altum, nihil magnificum, ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tam contemptam.

Pro Seſt. Qui voluptatibus ducũtur, & ſe vitiorũ illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt, miſſos faciant honores, nec attingant Rempub. patiantur viros fortes labore, ſe otio ſuo perfrui.

Pro M. Cælio. Fieri non poteſt vt animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, copia, inopia etiã nonnunquam impeditus, literis operam dare poſsit. nec eſt alia cauſa cur in tantis præmijs eloquẽtiæ, tanta voluptate dicẽdi, tanta laude, tanta gloria, tam ſint pauci, tamq́; fuerint ſemper, qui in hoc labore verſarẽtur. Omittendæ ſunt omnes voluptates: relinquenda ſtudia delectationis, ludus, iocus, cõuiuium, ſermo etiam pene omnium familiarium deſerendus: quæ res in hoc genere homines à labore ſtudioque deterret.

Pro M. Cælio. Vitium ventris & gutturis non modò minuit ætatem hominibus, ſed etiam aufert.

Ibidem. Amores & deliciæ, maturè & celeriter deflorescũt.

2. De orat. Omnibus in rebus, voluptatibus maximis faſtidiũ finitimum eſt.

Pro M. Cælio. Multos vidi & audiui, non modò qui primoribus labris deguſtaſſent genus hoc vitæ voluptuariæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, vt dicitur, recepiſſe, grauesque homines & illuſtres fuiſſe.

Pro M. Cælio. Multi & noſtra & patrum memoria, ſummi & clariſsimi ciues fuerunt, quorum cùm adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximię virtutis formata iam ætate extiterunt.

Saluſt. In regno voluptatis virtuti non eſt locus.

Næ illi falſi ſunt, qui diuerſiſsimas res pariter expectant, voluptatem & præmia virtutis.

Voluptatibus ſimul & virtuti nemo ſeruire poteſt.

Plaut. Voluptas eſt malorum eſca, quòd ea non minus homines capiantur, quàm hamo piſces.

Hominis præſtantia indigna eſt voluptate.

Facilè ingenia adoleſcentum ab honeſta diſciplina ad luxum dilabuntur.

Luxum ſuadet licentia.

Copia luxusq́; nimius, ad voluptatẽ facillimè allicit.

Plinius. Nulla eſt adeò voluptas, quæ non aſsiduitate ſui faſtidium pariat.

Qui minus deliciarum nouit in vita, minus timet mortem.

Ita dijs placitum voluptati vt mœror comes conſequatur.

Ex Seneca.

In præcipiti voluptas ad dolorem vergit, niſi modum teneat, modum autem tenere difficile eſt, in eo quod bonum eſſe credideris. *Epiſt. 23.*

Quemadmodũ ſcelerum etiam ſi non ſint deprehẽſa cùm fierent, ſolicitudo non cum ipſis abijt, ita improbarũ voluptatum etiam poſt ipſas, pœnitentia eſt. *Epiſt. 27.*

Quis hoſtis in quenquam tam contumelioſus fuit, quàm in quoſdam voluptates ſuæ ſunt? *Epiſt. 39.*

Quidam voluptatibus ſuis ſeruiunt, non fruuntur, &, quod malorum intimum eſt, mala ſua amant: tunc autem conſummata eſt infœlicitas, vbi turpia non ſolùm delectant, ſed placent: & deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt.

Effœminat animos amœnitas. *Epiſt. 51.*

Proba iſtas, quæ voluptates vocãtur, vbi tranſcendens modum pœnæ ſunt. *Epiſt. 84.*

Eò deliciarum peruenimus, vt niſi gemmas calcare velimus nihil. *Epiſt. 87.*

Vis ciborum voluptatem contemnere, exitum expecta. *Epiſt. 111.*

Id actum eſt ab illo mundi conditore, qui nobis viuendi iura deſcripſit, vt ſalui eſſemus, non delicati, ad ſalutem omnia apparata ſunt: delicijs omnia miſerè comparantur. *Epiſt. 120.*

Infœlix qui huic rei viuit, vt altilia decenter ſecet, niſi quòd miſerior eſt, qui id voluptatis docet, quàm qui neceſsitatis diſcit. *Epiſt. 47.*

Cogitate cum animis veſtris, ſi quid vos per laborem rectè feceritis, labor ille citò recedet à vobis, benefactum à vobis, dum viuetis, non recedet: At ſi qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. *Gell. lib. 6.*

Voluptates peregrinæ vigorem animi extinguunt. *Liuius lib. 2. decad. 4.*

Ex Apophtheg. Eraſmi.

Nihil ſeruilius, abiectiusq́; eſt, quàm gulæ ventriſq́; voluptatibus obnoxium eſſe.

Inepta voluptas eſt magis delectari ipſa ſimulatione quàm natura.

Inſaniam aufert medicus: voluptas cùm æquè mentem eripiat homini, vix ſanabile malum eſt.

Luxu nihil turpius: libido pecudẽ ex homine reddit.

Voluptates venientes fucata ſpecie blandiuntur, abeuntes autem, pœnitentiam ac dolorem relinquunt.

Ex priuatis affectibus ferè omnis humanę vitę pernicies naſcitur.

Luxus ferè alit amorẽ, tempus omnia tollit, ac mitigat.

Luxus eſt maximus naturam artificiu corrumpere.

Veſtium luxus arguit animum parum ſobrium, & intuentium oculos ad libidinem ſollicitat citius, quàm ad honeſtam opinionem.

Voluptati indecoræ parata eſt comes pœnitentia.

Faſtidioſè delicatus videtur, qui inter varias delicias

cias cibum appetit vilem ac plebeium.

Vnguentum in homine arguit vitæ molliciem.

Non turpe est vti concessa voluptate, sed ei seruire in turpibus habendum est.

Voluptatem amplecti, fœminarum potius est, quàm virorum.

Nulla capitalior pestis hominibus data est, quàm voluptas: Nam ex hoc fonte prodit, quicquid est in hominum vita scelerum & calamitatum.

Ea delectant, quę contingunt expetita: quæ vltro obiiciuntur, non perinde iuuant.

Similia.

Plutarchus in Moral. Vt axillarum titillatio risum gignit, sed insuauem, ita voluptates iniucundæ quas corpus ab animo extimulatum non sponte capit.

Vt membrum scabiosum semper opus habet frictu: ita cupiditas animi nunquam satiatur.

Lysimachus ob sitim coactus se dedere Scythis, deinde cùm frigidam bibisset aquã, Dij boni, inquit, quàm breuis voluptatis causa quantam deposui fœlicitatem? Ita nobis cogitandum, cùm post voluptatem in morbum incurrimus.

Si ebrij comessatores irrumpunt in domum luctu funestam, non solùm nihil afferent voluptatis, sed eiulatum potiùs excitant: Ita voluptates in corpore ægro offendunt.

Vt qui carcere detinentur vnde non sit effugium, tamen aliquando ludunt tesseris: Sic qui in vita, voluptatibus vtuntur, cùm sint scelerati.

Ex Poëtis.

Voluptas nulla syncera est in hoc seculo.

Ouid. 9. Met. Vsque adeò nulla est syncera voluptas,
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit.
Idē lib. 6. Fast. Scilicet interdum miscentur tristia lætis,
Nec populum toto pectore festa iuuant.
Idem lib. 1. de fine tit. Impia sub dulci melle venena latent.
Idem 2. de Pōt. Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas.
Verg. Eclog. 2. Trahit sua quenque voluptas.
Iuuen. Sat 11. Voluptates commendat rarior vsus.
Ouid. epist. 16. Est virtus placitis abstinuisse bonis.
Ho. Oda 16. li. 2. Lætus in præsens animus quod vltra est
Oderit curare, & amara lento
Temperet risu, nihil est ab omni
Parte beatum,
Idem epist. 1. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.
Iuuen. Sat. 10. Sed quæ præclara & prospera tanti
Vt rebus lætis par sit mansuram alorum.
Sen. in Thyeste. Nulla sors longa est, dolor ac voluptas
Inuicem cedunt, breuior voluptas.
Ima permutat breuis hora summis.
Boëtius metro 7. lib 3. Habet hoc voluptas omnis,
Stimulis agit fruentes,
Apumq; par volantum
Vbi grata mella sudit,
Fugit, & minus tenaci
Ferit icta corda morsu.

Plaut. in Amp. Satim parua res est voluptatum in vita, atq; ætate Agunda præ quàm quod molestum est: ita cuique comparatum Est in ætate hominum, ita dis placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.

Idem in Capt. Nulli est homini perpetuum bonum,
Iam huius voluptati hoc adinuentum est odium.
Claud. lib. 1. Etenim mortalibus ex quo
Tellus cœpta coli: nunquam syncera bonorum
Sors vlli concessa viro: quem vultus honestat,
Dedecorát mores: animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit.

Voluptatis inscriptio.

Sil. Ital. lib. 5. Altera Achemenium spirabat vertice odorem,
Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens,
Ostrum qua fuluo Tyrium suffuderat auro.
Fronte decor quæsitus acu, lasciuaq; crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.

Voluptatis promissa ad Scipionem, quibus illum à virtute retrahere nititur.

Sil. Ital. li. 15. Moneo, certare periclis
Desine, & armisonæ caput obiectare procellæ.
Ni fugis hos ritus, virtus te sæua iubebit
Per medias volitare acies, mediosq; per ignes.
Hæc patrem, patrumq; tuos, hæc prodiga Paulum,
Hæc Decios Herebi stygias detrusit ad vndas:
Dum cineri titulum, memorandaq; nomina bustis
Prætendit, nec sensuræ quid gesserit vmbræ.
At si me comitere puer, non limite duro
Iam tibi decurret concessi temporis ætas.
Haud vnquam trepidos abrūpet buccina somnos,
Sed current albusq; dies, horæq; serenæ,
Et molli dabitur victu sperare salutem.

Voluptas irascitur ob repulsam à Scipione passam.

Idem lib. 15. Sed enim indignata voluptas
Non tenuit voces: nil vos iam demoror vltra,
Exclamat: venient, venient mea tempora quondã.
Cùm docilis nostris magno certamine Roma
Seruiet imperijs, & honor mihi habebitur vni.
Ibid. Inde inspice latè
Florentes quondam luxus quas verterit vrbes.
Quippe nec ira deûm tantùm, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.

Ex Græcis.

Plat. in Phileb. SOCR. Philebus voluptatem inquit finem rectum cunctis animalibus esse, omniaq; ad eam intendere oportere, atq; id bonum ipsum vniuersis existere: præterea duo hæc nomina bonum & iucundum, eidem naturæ congruere. Socrates primùm id negat, vtq; duo nomina sunt bonum & iucundum, duas etiam differentes esse naturas. Quin etiam sapientiam magis quàm voluptatem, boni participem esse.

Ibid. SOCR. Animas quas incolimus, voluptates furiosæ perturbant, nec adolescere nos permittunt, nostrasq; progenies vt plurimùm per negligētiā obliuione illata omnino corrūpunt. Alias autem voluptates veras ac puras, fermè nobis domesticas

ſticas arbitrare: ac præter iſtas, illas inſuper, quæ cum ſanitate & temperantia cæteriſq; virtutibus capiuntur. Has enim quæ virtutis tanquam deæ pediſſequæ ſunt, libenter admittimus. Quæ verò cum dementia & alia improbitate congrediuntur, eas menti miſcere abſurdum eſt, ſi quis quàm pulcherrimam illam cernens concordemq; mixtionem atq; temperiem, in ea perdiſcere quid & in homine & in vniuerſo ſuapte natura bonum ſit, quæ'ue ipſius idea exiſtat, diuinare velit.

In Phædr. SOCRAT. Vt igitur quo amans à non amante diſcernitur, intelligamus, ſcire oportet duas in vno quoq; noſtrûm ideas eſſe dominantes, atque ducentes, quas ſequimur quocumque ducunt. Altera quidem eſt innata nobis voluptatum cupiditas: altera verò acquiſita opinio eſt optimi effectrix. Hæc autem in nobis quandoque conſentiunt, quandoque in ſeditione & diſcordia ſunt: & modò hæc, modò altera vincit. Quando igitur opinio ad id quod optimum eſt, ratione ducit, ac ſuperat, hæc ipſa viuẽdi poteſtas temperantia nominatur. Quando verò cupiditas abſque ratione ad voluptates trahit, nobiſq; imperat, imperium hoc libido vocatur.

9. de Rep. dial. SOCRAT. habes'ne maiorem & vehementiorem voluptatem, quàm quæ circa venerea? G L. neq; vehementiorem vllam habeo, neque furioſiorem.

In Tim. TIM. Venereorum intemperantia maxima ex parte propter generis vnius habitum per oſsium raritatem in corpore lubricum madidumq;, animi infirmitas eſt.

Epiſt. 3. Sæpius detrimentum & dolorem ſibi adfert voluptas, hebetudinem in animo & obliuionem, inſipientiam & petulantiam pariens.

In Phileb. Reor equidem nihil voluptate, eiuſq; exultatione immoderatius poſſe inueniri: nihil contrà mente & ſcientia moderatius.

In Protag. Voluptate perfunditur, qui dum comedit, vel alio quodam oblectamento potitur, ipſo ſenſu corporis delectatur.

De ſũmo bono. Nec voluptas omne bonum, neç dolor, omne malum eſt.

Ibid. Voluptas & triſtitia, quæ propriè animæ ſunt, voluptates & dolores corporis præcedunt.

Ibid. Voluptas effugium doloris eſt.

Idem de amore. Voluptas omnis ab amore ſeparatur.

Idem de Sophi. A voluptatibus ſeparari, extrema inſcitia eſt.

Propter voluptatem mala operamur, & propter triſtitiam à bonis recedimus.

Plutarc. de vit. vſur. Deliciæ fœneratores fecerunt, non ſecus ac aurifices, vnguentarios, & tinctores.

Idem de tuend. bona valet. Natura ſolatium haud poſtulat, ſi delicias ſolatium apellas: refocillationem autem poſtulat, quæ media eſt inter voluptatem & dolorem.

Cleob. Voloptates corroptibiles ſunt, honores autem immortales.

Diogenes. Ipſe voluptatis contemptus, ſi aſſuefecerimus, iucundiſsimus eſt.

Euripides. Mali viri voluptates, malæ.

Iſocrat. Delectatio victa honeſto optima, ſecus peſsima eſt.

Socrat. Voluptates tanquam Sirenes oportet eum fugere, qui virtutem tanquam patriam, intueri deſiderat.

Magnæ ſtultitiæ eſt propter breuem voluptatem cum alijs digladiari. *Demoſthen.*

Voluptates venari conuenit, quæ labores ſequuntur, non illas quæ præcedunt. *Idem.*

Ex Ariſtotele.

Voluptatibus quòd careas, angi, nihil fœdius. *Ariſtot. Ethic. lib. 3. cap. 8.*

In omni negotio, & omne quod voluptatem efficit, & ipſa voluptas vitanda eſt: quippe de qua non veniamus incorrupti ad iudicandum. *Lib. 2. cap. 9.*

Quo animo ſenes Troiani erga Helenem affecti fuerunt, eodem nos eſſe debemus erga voluptatem, ad omnemq; rationem illorum vox accommodanda eſt: ſic enim dimiſſa & abiecta illa minus aberrabimus. *Ibid.*

Animis multitudinis à voluptate tenduntur inſidiæ: quippe cùm ne bona ſit, & tamen eſſe videatur. Itaque pleriq; voluptatem appetunt vt bonum: dolorem aſpernantur, vt malum. *Lib. 3. cap. 4.*

Neque enim omnem comprehenſionem labefactar, neq; peruertit voluptas aut dolor, vt principium illud, Triangulum duobus rectis pares habere, aut non habere angulos: ſed eas duntaxat, quæ in eo quod ſub actionem cadit, verſantur. Cuius voluptate aut dolore corruptus eſt animus, ei ſtatim principium non apparet. *Lib. 6. cap. 4.*

Eorum quæ voluptatem efficiunt, alia ſunt neceſſaria, alia ſunt propter ſe quidem expetenda, ſed tamen exuperantiam habent. Neceſſaria, quæ ad corpus pertinent, vt quæ cibum, vſumq; venereum ſpectant: & ea in quibus temperantia & intemperantia ponitur. Propter ſe expetenda, vt opes, honos, victoria, & quæ iucunda ſunt eiuſdem generis. *Lib. 7. cap. 4.*

Voluptatem parientium quædam ſunt natura iucunda, quædam non per ſe, nec natura, ſed ex morbo, quædam conſuetudine, quædam vitioſa & deprauata naſcuntur. *Lib. 7. cap. 5.*

In ijs voluptatibus eſt continentia ac impotentia, quæ ad corpus pertinent. *Lib. 7. cap. 6.*

Qui immoderatas perſequitur voluptates, aut propter ſe, non ob aliud, aut quia magnæ ſunt, is intemperans habendus eſt. *Ibid.*

Voluptas quid ſit, quid dolor, quæ eorum vis & natura, philoſophi ciuilis eſt ſcire: quippe cùm is ſit finis beatæ vitæ quaſi architectus. *Lib. 7. cap. 11.*

Sunt qui nullam voluptatem bonum eſſe cenſent, nec propter ſe, nec propter aliud: Alij quaſdam in bonis numerãt: Alij multas in malis. Alij ſentiunt etſi omnes in bonis ſint, tamen non poſſe ſummum bonum in voluptate numerari. *Ibid.*

Temperans voluptates fugit: prudens ſequitur id quod dolore vacat, non quod voluptatem efficit. *Ibid.*

Impedit voluptas conſilium: qui enim in ea eſt, nihil mente agitat, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poteſt. *Ibid.*

Nulli arti quaſi materia quã tractet, & in qua verſetur, ſubiecta eſt voluptas, cùm omne artis opus ſit in bonis. Præterea voluptatem pueri ſequuntur & belluæ. *Ibid.*

Neque ſunt in motu voluptates, nec copulatæ ſunt omnes cũ motu, ſuntq; potius actiones & finis.

nec

nec dum gignuntur eueniunt, sed cùm ad vsus adhibentur.

Cap. 12. Neque prudentiam aut habitum vllum impedit, quæ ex quaq; re percipitur voluptas. Etenim ex discendo & contemplando capiuntur voluptates, in ijs inuitamenta quædam insunt, quibus magis ad discendum & cognoscendum moueamur.

Ibid. Nihil prohibet quandam voluptatem esse summum bonum, etiamsi nonnullæ numerentur in malis: vt si perniciosæ sint aliquæ scientiæ, tamen sit aliqua in bonis scientia.

Ibid. Non iniuria beatam vitam cum voluptate coniungimus.

Ibid. Quoniam non eadem est aut videtur natura affectio'ue optima, idcirco non eandem omnes sequuntur voluptatem.

Cap. 14. Nominis hæreditatem sibi vendicarunt & sumpserunt ad corpus pertinentes voluptates, quòd ferè ad eas procliues sint omnes, earumq; sint participes.

Ibid. Nisi voluptas bonum sit & actio, beatus iucundè viuere non potest.

Ibid. Voluptates nônullæ vehementer expetendæ sunt, vt sunt honestæ ac liberales: non corporis, nec in quibus versatur intemperans.

Lib. 7. cap. 14. Voluptates corporis magis expetuntur à quibusdam, quòd dolorem depellunt. Itaq; cùm maioribus quibusdam doloribus excruciamur, tum quasi medicinam quandam singularem corporis voluptatem persequimur.

Ibid. Voluptas bonum non est quòd aliæ sunt actiones naturæ deprauatæ: aut vt simul orta est, qualis est ferarum: aut consuetudine, vt flagitiosorum hominum.

Ibid. Quæ vacant dolore voluptates, earum nullæ sunt exuperantiæ, quo ex genere sunt quæ ex ijs gignuntur, quæ habent suapte natura, non fortuitò & casu oblectationem.

Ibid. Deus vna semper, eademq; simplici voluptate perfruitur.

Ibid. Magis est in stabilitate voluptas quàm in motu.

Lib. 10. cap. 1. Duplex est de voluptate sententia: Alij enim, vt Eudoxus, voluptatem summum bonum esse dicunt, alij contrà valde magnum malum. Illi adducti sunt vt ita credant: hi ita denique melius actum iri putant cum vita nostra, si voluptas, quanquam non sit, tamen ponatur in malis. procliuem enim ad eam multitudinem esse, ac seruire voluptatibus.

Cap. 2. Plato voluptatem summum esse bonũ refellit. Magis enim cum prudentia expetendam iucundam vitam, quàm ipsam separatim. Quod si pluris côiuncta sit voluptas, non esse in ea summum bonum.

Ibid. Constat homines voluptatem sequi vt bonum, & dolorem fugere, vt malum.

Ibidem. Bonum certum & finitum est: voluptas infinita, quod accessionem & decessionem admittat.

Cap. 3. Fieri potest vt celeriter, tardè'ue ex dolore mutemur in voluptatem: vt autem citò conuenienter voluptati agamus & gaudeamus, non potest.

Ibid. Non quenquam delectare potest voluptas, quę ex rebus iustis capitur, nisi idem sit iustus.

Ibid. Amicus qui ab assentatore abest, distatq; plurimũ, facilè declarat non esse voluptatem bonum, aut eas certè specie differre.

Nemo est qui vnluptatibus perfluens, in puerili mente ætatem degere velit: neq; ex obscœnis & turpibus factis voluptatem capere, nullo vnquam impendente doloris metu.

Multarum rerum studio trahimur, etiam si nullam voluptatem afferant, vt videndi, recordandi, sciendi, actionisq; virtutum.

Apophthegmata.

Socrates dicebat eos qui se ad continentiam exercuissent, & longè plus habere voluptatis ac minus dolorum, quàm qui summa cura vndique pararent sibi oblectamenta: quòd voluptates intemperantium præter animi sibi male conscij cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, plus etiam molestiæ adferunt corpori. *Voluptas ex virtute.*

Diogenes animaduertens Olympionicem quendam oculos defigere in scortum, adeò vt prætereitum capite reflexo intueretur, Ecce, inquit, vt aries Martius à puella publica, obtorto collo vinctus abducitur. Ridiculum existimauit certare cum electis viris, & à vili puella captiuum trahi.

Demosthenes Corinthum aliquando nauigauit, illectus fama nobilissimi scorti Laidis, vt & ipse famoso potiretur amore. At, cùm illa pro nocte decem drachmarum milia peteret, Non emo, inquit, tanti pœnitere. *Voluptas magno empta.*

Post victoriam Cannensem, si Annibal rectà petisset Romam, poterat in Capitolio prandere, sed frui quàm vti victoria maluit. Campaniæ delicijs ita elanguit, vt verissimè dictum sit Capuam Annibali fuisse Cannas. Indomitum armis, Baiæ fontibus calidis tepentes subegerunt. *Voluptas emollit animum.*

Architas Tarentinus Pythagoricus, dixit nullam pestem esse voluptate capitaliorem. Siquidem ex ea, tanquam ex fonte prodit quicquid est in hominum vita scelerum & calamitatum.

Aristoteles admonebat vt voluptates contemplemur, non venientes sed abeuntes. Venientes enim fucata specie blandiuntur: abeuntes dolorem ac pœnitentiam relinquunt.

V S V S.

Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum, sine vsu & exercitatione consequi possunt. *Cic. 1. Off.*

Vsus magister est optimus. *Pro Rab. Post.*

Vsus frequens omnium magistrorum opera superat. *1. de Orat.*

Stylus est optimus & præstantissimus dicendi artifex. *Ibid.*

Sen. epist. 122. Tardum est & rarum quod vsus docet, quicquid natura tradit, & æquale est omnibus, & statim.

Epist. 213. Res sordida est, trita & vulgari via viuere.

Epist. 124. Inter causas malorum nostrorum est quod viuimus ad exempla, nec ratione componimur, sed vsu & consuetudine abducimur.

Consuetudo laborum perpessionem efficit faciliorem.

Epist. 65. Vsus & inuentorum ab alijs scientia, & dispositio, puta relicta nobis medicamenta, quibus sanarentur oculi.

Liuius 3 decad. lib. 3. Quæcumq; attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm multum se diuq; animus composuerit, hærebunt.

Plin. senior. Alienis magis vtimur, quàm nostris.

V. gest. lib. 3 Quæ ex vsu sunt, non timentur.

Ex Poëtis.

Ouid. 1. de arte. Ferreus assiduo consumitur annulus vsu,
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Idē 4. de Pont. Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer aduncus humo.

Lucret. 1. de na. rer. Quin etiam multum solis redeuntibus annis
Annulus in digito subter tenuatur habendo
Stillicidi casus, lapidem cauat vncus aratri,
Ferreus occulto decrescit vomer in aruis.

Idem 4. de nat. rerum. Nam leniter quamuis quod crebro tūditur ictu
Vincitur in longo spacio tamen, atq; labascit.
Non'ne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris longo spatio pertundere saxa.

Propert. lib. 2. Sed tamen obsistam, teritur rubigine mucro
Ferreus, & paruo sæpe liquore silex.

Ho. de art. poet. Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitriū est, & vis & norma loquēdi.

Ouid. 2. de art. Quod malè fers, assuesce, feres: bene multa vetustas
Lenit.

Ausonius. Placet assuetudine vultus
Qui semel imbuerit, nugas nutricis amabit
Qui refugit matrem.

Ex Græcis.

Arist. Rhet. 1. Multa, quæ naturaliter non sunt delectabilia, cùm assuefacta sunt delectabilia fiunt.

Ibid. Omne consuetum est delectabile.

Ibid. Quod consuetum est, velut innatum est.

Top. 6. Omne inconsuetum est obscurum.

Physic. 2. Consuetudo est altera natura.

Metaph. 2. Consuetum semper est notius.

Ibidem. Quamvim habeat vsus, leges ostendunt, in quibus plus valent fabulosa, & puerilia cognitione dignis propter consuetudinem.

Ethic. 2. Non parum differt à iuuentute, sic vel sic assuefieri, sed multum.

Plutarc. Optimam tibi viuendi rationem elige, eam tibi iucundam reddet consuetudo.

Xenophon. Non tam durum est non accipere, quàm solitum non accipere.

Europ. in Herc. Quicumq; non consueuit gustare mala, fert quidem, sed dolet ceruicem imponens iugo.

V S V R A.

Habes, ne fœnereris, quia nō indiges: non habes, ne fœnereris, quoniam satisfacere non poteris. *Plut. de vsura vit.*

Fœnus onus est etiam diuitibus intolerabile. *Ibid.*

Si necessarijs contenti essemus, minime vsurariorum genus pessimum inueniretur. *Ibid.*

Fœnerator ex delicijs factus est, vt aurifex, vnguentarius, ac tinctor. *Ibid.*

Et esca, vsura est: & vestis, & quodcunque sorti accidit: quod velis ei nomen imponas, vsura est.

Peior ciuis existimatur fœnerator, quàm fur. *Cat. de re Rust.*

Fœneratio etiam ijs inuisa est, quibus succurrit. *Columell. lib. 1.*

Prudentis viri est qui mutuum prudenter dedit, id amicè recipere: non postquam humaniter contractum est, odiosè recipere. *Theophra. apud Stob.*

Ex Poëtis.

Hinc vsura velox, auidumq; in tempore fœnus *Lucan. lib. 1.*
Et concussa fides, & multis vtile bellum.
Si turpia lucra *Ausonius.*
Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat.

Adagia.

Animam debet.

Quod si animam debet. *Teren. in Phor.*

Donatus admonet prouerbium de eo dici, qui immodico ære alieno tenetur, vt plus quàm omnes facultates debeat, ac deniq; seipsum. Extat lex apud Gellium duodecim tabularum, quæ iubebat dissecari corpus eius. qui multis creditoribus deberet, nec esset rei soluendæ.

Citius Vsura currit quàm Heraclitus.

Abstine à mutua pecunia quæ ad vsuram credatur.
Nam opinione celerius recurrit dies vsurarius.
Vsura vsura prior, vsura altera sane est. *Homer.*

Semel rubidus, ac decies pallidus.

De ijs qui mutuum accipiunt, quos tum rubescere necesse est pudore, dum scilicet petunt: tum metu pallescere, dum soluendo non sunt.

Fœlix qui nihil debet.

Qui nulli debet, fortunatissimus ille est: *Antomedon.*
Proximus huic cœlebs, tertius orbus erit.
Quod si quis demens vxorem duxerit, illi
Hæc ita res demum commoda grata feret.
Eueniat si sors, vt grandi dote recepta,
Protinus vxorem deferat in tumulum.

V T I L I T A S.

Omnes expetimus vtilitatem: ad eam rapimur, nec facere aliter vllo modo possumus. Nam quis est qui vtilia fugiat? aut quis potius qui ea non studiosissimè persequatur. *Cic. 3. Off.*

Cùm aliqua species vtilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est. *3. Off.*

Nemo est quin putet expetendam maximè dignitatem, sed vincit vtilitas plerumque, cùm subest *2. de Orat.*

ille

ille timor: ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri.

1. Off. Cùm vtilitas ad se rapere, honestas contrà reuocare ad se videtur, fit vt distrahatur deliberando animus, afferatq; curam ancipitem deliberandi.

2. De orat. Hæc res plus proficit, si proponatur spes vtilitatis futuræ, quàm præteriti beneficij recordatio.

2. Off. Nostræ vtilitates nobis omittendæ non sunt, cùm ijs ipsis egeamus: sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fieri posset, seruiendum est.

Seneca epist. 2. Nihil tam vtile est, quod in transitu prosit.

Hippodamus. Præferendum est honestum, ab eo iustum, vtile tertio loco habendum.

Aristot. lib. 8. cap. 2. Ethic. Vtilia sunt, ex quibus quæstus, & voluptas consequitur: ita in eo quod amabile est, vel vtilitatem vt finem sequimur, vel voluptatem.

Demosthen. 1. Olynth. Vtilitas quamuis ratione oblata, repudianda non est, nisi pugnet cum honestate.

Idem. Multa vtilitatis habent speciem, sed vnum expedit.

Ex Poëtis.

Auson. Nunquam discedat vtile à decoro.

Teren. in Hecyra. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda
Æquum est ferre.

Vtilitas propria honesto præponitur.

Ouid. 2. de Ponto. Turpe quidem dictu, sed, si modò vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prius est, quàm quid sit honestum,
Et cum fortuna statque caditque fides.
Nec facilè inuenies multis de millibus vnum
Virtutem precium qui putet esse sui.
Ipse decor recti, facti si præmia desint,
Non mouet: & gratis pœnitet esse probum.
Nil nisi quod prodest, charum est. en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile, sollicitis computat corriculis.

VVLGVS.

Ex Apophthegm. Erasmi.

Nihil imitari solet vulgus libentius, quàm quod à viris principibus conspexerint factitari.

Quid tam impium est, quod mortalium vulgus nõ admittat ampli principatus grana?

Quod decet plebeium, non semper decet principem.

Quæ recta sunt semper paucissimis placent.

Vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione.

Apud Græcos cùm certarẽt artifices, de ijs iudicabant artis expertes.

Vni nihil placet omnium, quæ vulgus vel facit vel dicit.

Vulgus hominum ea tantùm probat, quibus assueuit, ab exoticis abhorret, non quia per se mala sunt, sed quia peregrina.

Vulgo ingens probrum est, paupertas: magna gloria, diuitijs per fas nefasque partis abundare.

Cicero pro Rosc. Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa iudicat.

In imperfecta multitudine est varietas & inconstantia, & crebra tãquam tempestatum, sic etiam sententiarum commutatio. *Pro domo sua.*

In vulgo non est consilium, non ratio, non discrimen, non diligentia, sapientesq; ea quæ populus fecisset, semper ferenda, non semper laudanda dixerunt. *Pro Planc.*

Multitudo studia sua acclamationibus profitetur. *Curt. lib. 7.*

Barbarorum ingenia cum fortuna mutantur. *Liuius dec. 3. lib. 2.*

Multitudo aut seruit humiliter, aut superbè dominatur. *Decad. 3. lib. 4.*

Quod tibi vitandum præcipuè existimo, turba est: Nũquam te illi tutò commiseris: ego certè confiteor imbecillitatem meam, nunquam mores, quos effero, refero. *Seneca epist. 7.*

Assiduè clamo, Vitate quæcumq; multitudini placent. *Ibidem.*

Non tam bene cum rebus humanis geritur, vt meliora pluribus placeant: argumentum pessimi, turba est. *Idem de vit. beat.*

Nihil est facilius quàm in plebem affectũ mouere. *Quintil declamat. 11.*

Ex Poëtis.

Vulgus instabile est, prosperam fortunam sequitur.

Turba tremens sequitur fortunã semper, & odit *Iuuen. Sat. 10.*
Damnatos.

Inuidia fastum ac sermo popularis premet. *Senec. in Herc. fur.*
Tradere turpi fasces populus
Gaudet, eosdem colit atque odit. *Idem in Hippol.*
O funestus multis populi *Idem in Octauia.*
Dirusque fauor, qui cum flatu
Vela secundo ratis impleuit,
Vexitque procul, languidus idem
Deserit alto, sæuoque mari.
Illum populi fauor attonitum *In Herc. fur.*
Fluctuque magis mobile vulgus
Aura timidum voluit inani.

Non ego ventosæ plebis suffragia venor *Horat. lib. 1. epist.*
Impensis cœnarum & tritæ munera vestis.

Vulgo furor.

Tunc verò Indomitas ardescit vulgus in iras: *Ouid. 5. meta.*
Telaque conijciunt.
Sæuitque animis ignobile vulgus, *Verg. 1. Aenei.*
Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.

Ex Græcis.

Multitudo non potest regere.

Omnis humana turba, expers temperantiæ viuit. *Plato de regn.*

Non ad probatos refugis præceptores, cùm ad vulgus refugis. *Idem de reg. in Alcibiad.*

Vulgates, propinqui sunt seruis. *Arist Ethic. 2.*

Turba multa melius iudicat quàm vnus tantùm. *Poet. 1.*

Qui multitudini placet, sapientibus displiceat necesse est. *Plut. de educ. lib.*

Quibus ex patre vel matre innata est macula, eos quoad vita superfit, in delẽda quædam ignobilitatis cõuicia comitantur, quæ increpare volentibus in promptu magnopere sunt. *Ibidem.*

Rusticitas metu peccare, maximè rusticum est. *Idem de tranq.*

Tam mutabile est vulgi ingenium, & perplexum, vt quid cõstanter velit aut nolit, non facilè intelligi possit. *Demosthen. Olynth.*

Apophthegmata.

Diogenes quodam die quum populus theatrum

egrederetur, ipse aduersus populum nitens ingrediebatur: rogatus cur id faceret, Hoc, inquit, in omni vita facere studeo: Sentiens philosophi proprium esse à vulgo dissidere. quoniam vulgus cupiditatibus agitur non ratione.

Quum oraculum proditum esset Atheniensibus, in ea ciuitate vnum esse virum qui cunctorum sententijs aduersaretur, ac populus vociferans iuberet illum inquiri, Phocion semet prodidit, dicens, Ego ille sum, nam vni nihil placet omniũ quæ vulgus vel facit, vel dicit.

Antisthenes cuidam dicenti, Plerique te laudant: At quid, inquit, mali feci? significans quæ recta sunt semper paucissimis placuisse.

VVLNVS ET MORBVS.

Seneca epi. 76. Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem.

Epist. 79. Est mihi, crede, vel in lecto virtuti locus.

Epist. 96. Multos morbos multa fercula fecerunt.

Epist. 114. Nullam habet salutis spem æger, quẽ ad intemperantiam medicus hortatur.

Idem de ira. Nunquam sine querela ægra tanguntur.

Plin. iun. lib. 7. Tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi.

In histor. Sen. Inauditum vulnus inaudito cauterio extirpandum est.

Liuius lib. 7. Aegris corporibus vna salus credenda est, si pax à dijs impetretur.

Idem lib. 8. Vulnera sanari non possunt nisi tacta & tractata non fuerint.

Ex Poëtis.

Vulnera statim resecanda.

Verg. lib. 3. Georg.
Non tamen vlla magis præsens fortuna malorum
est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo.
Continuò culpam ferro compesce, priusquam
Dira per incautum serpat contagio vulnus.

Vulnus obduratum non facilè, sed igni & ferro sanatur.

Claudia. lib. 2.
Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbo
Corpora, pæonias nequicquam admoueris herbas.
Vlcera possessis altè suffusa medullis
Non leniore manu, ferro sanantur & igni
Ne noceant, frustra mox ereptura cicatrix
Ad viuum penetrãt flammæ, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto sanguine venis.
Arescat fons ille mali, truncantur & artus

Ouid. 1. de re... Vt liceat reliquis securè viuere membris.
Vulnus ... id genus est, quod cùm sanabile non sit,
Non hoc tractari ... esse puto.

1. de Ponto. Cutando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Ex Græcis.

Arist. Ethic. 1. Infirmans ponit fœlicitatem esse sanitatem: pauper verò, diuitias.

Plut. de tranq. animi. Implacidissima res est ægrotus.

Idem in Polit. Medici quos morbos penitus vellere nequeunt, extrinsecus deuertendos ad corporis superficiem putant.

Iudicium cum effectu ægrotans habet. — Idem de vita & morte.

In quouis genere vitæ ægritudini locus est. — Ibid.

Præcipuus animi morbus dementia est. — Ibidem.

Difficile est tractare ægrotantes hominem. — Euri. in Orest.

Facilius est aliquando ægrotare, quàm ægrotantem curare. — In Hippol.

Facilius morbum cum tranquillitate, & generoso animo feres. — Ibid.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam. — Demost. 2. Olyn.

VVLTVS.

Vultus animum detegit.

Cicero de petit. consul. Vultus ac frons animi est ianua, quæ significat voluntatem abditam ac retrusam.

3. de orat. Omnis motus animi suum quendã à natura habet vultum & sonum & gestũ. animi imago, vultus est: iudices, oculi. Nã hæc vna est pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & cõmutationes possit efficere. Oculi enim sunt quorum tum intentione, tum conictu, tum hilaritate, motus animorũ significemus aptè. Nam oculos natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.

1. Off. Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut contractione, facilè iudicamus quantus sit in homine dolor aut metus, aut denique tristitia.

Sene. epist. ... Magnorum virorum non minus vtilis est præsentia, quàm memoria.

Quintil. lib. 7. Frons pluribus generibus peccat.

Cic. ad Lentul. Fronte ac vultu simulatio facillimè sustinetur.

Plin. Iunior. Frons tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis iudex.

Ex Poëtis.

Sen. in Thyeste.
Multa sed trepidus solet
Detegere vultus: magna volentem quoq;
Concilia produnt.

In Agamem.
Quid tacita versas?
Licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor.

In Herc. Oete.
Licet ipsa neges,
Vultus loquitur quodcunq; negas.

In Oedipo.
Effare, dubitas? cur genas mutat color?
Quid verba quæris?

Iuuen. Sat. 1.
Ense velut stricto quoties Lucilius ardens,
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est,
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa,
Inde iræ & lacrymæ.

Iuuen. Sat. 2.
Fronti nulla fides.

Hor. lib. Epod.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Mentesq; perculsæ stupent.

Ouid. 1. meta.
Heu quã difficile est, crimen non prodere vultu.

Tibul.
Nec bene mendaci risus componitur ore,
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.

Ouid. 2. meta.
Super omnia vultus
Accessere boni.

Ex Græcis.

Non intemperanter, sed arte quadam facies futuræ

vxoris consideranda. benigni enim oculi summam animi pulchritudinem comitantur: quæ autem maligna,& odiosa fuerit, ea statim oculis transuersè,implacideq; intuetur. Qui stolidus ac simplex est, pupillas & oculos patentes gerit, vt asini & oues. Cui supercilia coniunguntur, improbus est. Cuius superficies in vultu non rubet, sed obscura caliginosaque est, huius anima nunquam vllo modo exhilaratur, cæterùm eiusmodi notæ non solùm virginibus & mulieribus, sed etiam viris insunt.

Chrestobul. Ex specie comprehenduntur mores.
Eurip. in Ion. Ad vultum boni viri aspicere, dulce est.

VXOR.

Seneca in Octa. Amor perennis coniugis castæ manet.
Plaut. in Stich. Pudicitia est, pater,
Eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.
Id m in Mercatore. Vxor contenta est, quæ bona est, vno viro.
Senec. in Octa. Probitas, mores coniugis, fides, pudor,
Teren. in Adel. Placeant marito.
Duxi vxorem, quam ibi non vidi miseriam? Nam filij
Alia cura: porrò autem dum studeo illis, vt quàm plurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam, atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate hoc fructus pro labore ab his fero, odium.
Meam autem mortem expectant.
Iuuen. Sat. 6. Si verum excutias, facies, non vxor amatur.
Tres rugæ subeant, et se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculiq; minores,
Collige sarcinulas, dicat libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.
Ibid. Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimùm dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro, tunc orba tigride peior,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,
Vberibus semper lacrymis, semperq; paratis,
In statione sua, atq; expectantibus illam.
Quo iubeat manere modo.
Idem Sat. 10. Nos animorum
Impulsu, & cæca, magnaq; cupidine ducti,
Coniugium petimus, partumq; vxoris, at illis
Notum, qui pueri, qualisq; futura sit vxor.

Vxor fidem viro obseruet.

Ouid. 5. Trist. Nil opus est mortis pro me, sed amore fideq;.
Non ex difficili fama petenda tibi est.

Vxor quæ virum fefellit sæpe laudatur.

Cumq; fefellit amans aliqua nouitate maritum.
Blanditur, & magno palma fauore datur.

Similia Plutarchi.

Sponsæ quæ statim offensæ moribus maritorum, eos deserunt: perinde faciunt, ac si quis ictus ab apibus mel relinquat.

Vasa initio quauis occasione dissoluuntur, at tempore commissuris compactis, vix igni ferroq; dissecantur: Ita côiugatorum consuetudo leui momento dirûpitur: sin coaluerit, longè firmior est.

Ignis facilè accenditur in paleis, & pilis leporinis: sed idem mox extinguitur, si nihil addas: Sic iræ amantium, aut nuper coniugatorum, si nemo se admisceat.

Qui venenis piscatur, facilè interimit & tollit piscem, sed corruptum & malum: Sic quæ philtris captant maritos, stupidos habent & inutiles.

Vt Circe non fruebatur ijs quos mutarat in porcos, sed Vlissem sanum vltra omnes dilexit: Ita quæ veneficijs nactæ sunt maritos, infœliciter cum illis vitam agunt, ob dementiam.

Quæ malunt dominari dementibus maritis, quàm sanis & prudentibus parêre, perinde faciunt ac si quis in itinere malit cæcum, quàm videntem ducere.

Vt Pasiphaë maluit tauri congressum, cùm vxor esset Minois: Sic quædam nuptæ moderatis, ac seueris viris, ad intemperantium amorem demergunt.

Vt qui in equum insilire non possunt ob imbecillitatem, docent ipsum inflectere genua: Sic quidam generosas ac potentes nacti vxores, non dant operam, vt ipsæ meliores fiant, sed illas deprimunt.

Pro equi magnitudine temperamus fræna: Ita pro vxoris dignitate moderanda gubernatio.

Luna cùm Soli coniungitur, tum obscuratur: cùm abest, lucet: contrà proba vxor præsente marito, maximè conspici debet: eodem absente, maximè condi, ac latere.

Duabus vocibus simul sonantibus, gratior fit concentus: Ita quicquid fit in familia, fit quidem vtriusque consensu, sed tamen arbitrio mariti.

Cùm spirat Boreas, conatur vi vestem reuellere, at homo magis astringit pallium: quòd si sol tepido vento demulserit, sponte tunicam abijcit: Sic vxor dum conatur conuicijs maritum à luxu reuocare, magis irritat: si placidè roget & ferat, magis efficit.

Vt inutile speculum auro gemmisque adornatum, nisi repræsentet imaginem similem: Ita vxor inutilis quantumuis opulenta, si viro mœsto sit hilaris, hilari mœsta.

Vt geometræ negant moueri lineas, & superficies sine corpore, sed vnà cum corporibus moueri: Sic vxor & in serijs & in ludicris, tristibus & lætis accommodabit se marito.

Vt qui non ferunt vxores secum edere, aut bibere, docêt eas ingurgitare maritis absentibus: Ita qui non communicant lusus, & iocos cum vxore, faciunt vt alibi quærant, inscijs viris.

Vt rex musicæ studiosus complures reddit musicos, literarum studiosus doctos, aleator aleatores, rapax rapaces. Ita vir comptus similem efficit vxorem, voluptarius incontinentem, castus & sobrius, castam & sobriam.

Vt sinistrarum partium ictus redundant in dexteras: Ita virum oportet vxoris incommodis commodisq; commoueri, & contrà.

Vt vincula ex commissura vires accipiunt: Sic ex consensu viri & mulieris, familiæ status.

Vt corpus absque animo nihil valet, nec animus sine corpore incolumi: Sic nec maritus absque vxore, nec vxor absq; marito.

Vt vinum appellatur, etiamsi maior aquæ pars sit admixta:

admixta: Ita domus mariti dicetur, etiam si mulier plus contulerit.

Vt nemo sentit, qua parte calceus stringat, nisi qui indutus est: Ita nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui vxorem duxerit.

Quemadmodum febres ex occultis causis, ac sensim collectæ, magis timentur, quàm quæ ex manifestis sunt ortæ: Ita occultæ ac pusillæ, quotidianæq; offensæ magis dirimunt beneuolētiam coniugatorum.

Qui pronubæ Iunoni sacrificabant, exemptum fel abijciebant ad altare: Ita significantes à matrimonio bilem omnem procul esse oportere.

Quæ veretur ridere apud virum, ne videatur lasciua, nec agere quicquam, ne audax: perinde facit, quasi ne vngeretur, ne videretur vti vnguentis, nec lauaret faciem, ne fucis vti putetur.

Vt orator neglectis fucis, rebus ipsis magis mouet auditorem: Sic vxor non meretricio corporis cultu, sed moribus commendatur viro.

Vt tibicen per alienam vocem sonat: Ita mulier non grauabitur per virum loqui.

Vt philosophi colentes principem, se reddunt nobiliores, non illum: Sic vxores subdentes se viro, laudem consequuntur: conantes autem imperare, deteriùs audiunt, quàm quæ subijciuntur.

Imperium viri in vxorem non erit, cuiusmodi est domini in rem possessam, sed cuiusmodi est animi in corpus.

Qui ministrat elephantis, non sumit lucidam vestem: qui tauris, purpuram non induit: tigrides tympanorum strepitum non ferunt: Ita vxor debet ab ijs abstinere, quibus senserit maritum vehementer offendi.

Apophthegmata.

Vxor eligenda. Lycurgus cuidam percontanti cur lege cauisset, vt sine dote virgines elocarentur, Vt, inquit, neque propter inopiam vllæ relinquerentur innuptæ, neque ob diuitias expeterentur: sed vt iuuenum quisque ad puellæ mores respiciens, ex virtute faceret electionem. Sic fucos cæteraque ornamenta mulierum ex vrbe submouit.

Chilo Lacedæmonius vxorem humilem modico apparatu ducendam censuit: Nec pro coniuge dominam accersendam esse. Sat enim dotata puella venit, quæ pudicitiam & honestos mores secum adfert. *Vxor humilis.*

Cùm Socrati quidam diceret, Quam ob causam Xanthippem assiduè tumultuantem pateris? At tu, inquit, ad quid gallinarum glottiennium toleras strepitum domi? At, inquit alter, gallinæ mihi pariunt oua, pullosque. Et mihi, inquit Socrates, mea Xanthippe parit liberos. *Vxor quare ferenda.*

Polyxenus cùm metu Dionysij profugisset, & rex vxorem accusaret, quòd conscia fugæ non indicasset, inquit vxor, Adeó ne, Dionysi, me vilem abiectiq; animi fœminam iudicas, vt si sensissem illum moliri fugam, non me illi & nauigationis & omnium fortunarū comitē additura fuerim? *Vxor casta.*

Cato senior obiurgans aliquando summum vxorum imperium, Omnes, inquit, homines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis verò vxores. hoc modo colligens mulieres esse omnium dominas. *Vxorum imperium.*

Galba cuidam deploranti quòd vxor sua se de ficu suspendisset, Rogo, inquit, des mihi surculum ex illa arbore vt inseram. Innuens vxorem sibi molestam esse. *Vxor molesta.*

Pacuuius Ario vicino quærebatur, quòd in horto suo funestam arborem, vnde prima vxor sese suspendisset, dein altera, postremò tertia. Cui Arius, Miror te in tot successibus inuenisse lacrymas. Item, Deum immortalem, quot tibi dispendia arbos illa suspendit.

De Vxore fusius vide in titulo mulieris, & Nuptiarum.

FINIS.